Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBRI XX. ADIECTA IN FINE APPENDICIS loco Vita Ioſephi per ipſum conſcripta, à Sigiſmundo Gelenio conuerſi.

DE BELLO IVDAICO libri VII. ex collatione Græcorum codicum per Sig. Gelenium caſtigati.

CONTRA APIONEM libri II. pro corruptiſsimis antea, iam ex Græco itidem non ſolùm emendati, ſed etiam ſuppleti, opera eiuſdem Gelenij.

DE IMPERIO RATIONIS, ſiue DE MACHABAEIS liber unus, à DES. ERASMO Roterodamo recognitus.

Cum Indice accuratiſsimo.

BASILEAE M D LIIII.

Cum gratia & priuilegio Cæſareo ad quinquennium.

CLARISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO IO. IACOBO FVGGERO, IN Kirchberg & Vuiſſenhorn comiti, &c.

Sigiſmundus Gelenius S. D.

VM omnis inſtitutio, uel ſingulorum hominum ad beatam uitam contendentium, uel cœtuum formam in commune uiuendi quærentiũ, præceptis conſtet exemplisq;, ut noſti Fuggere uir magnifice, conſentire uideo in hoc ſapientes, neutrum aliunde melius peti q̃ è ſacris literis: quas tanto tutius ſequimur, quanto certiora ſunt diuina oracula humanis opinionibus: quæ diſpendioſis ſuis ambagibus nihil aliud oſtendunt, quàm fruſtra id conatos ſummos quidem uiros, ſed humana ſapientia præditos, quod non niſi à diuinis & numinis fauore adiutis præſtatur: ſine quo nec uia ſalutis iniri, nec ineundæ eius modus alijs monſtrari poteſt. Et quamuis utraque iam dicta ratio ſit abſolutior, ſi coniungantur: ſicut ex ipſis liquet ſacris literis, ubi tam legis primùm bene conditis hominum pectoribus à rerum opifice inſertæ, mox exoleſcente paulatim eius memoria per eundem præconio Moſis in communem uitam renouatæ, ſummaria capita, quàm hominum deo carorum, uel priuatorum uel ducum atq; regum, geſta produntur: habent tamen hæ ſeparatam etiam tractationem. Nam ante exortam Seruatoris legem homines quidã ingenioſi qui ſe philoſophos nominauerunt, ueritatem ceu per tenebras palpare aggreſſi, præcepta uitæ formandæ conati ſunt tradere unà cum dogmatibus ad felicitatem ſectandam pertinentibus: alij res regum ac populorũ manda uerunt literis, unde magnam colligere liceat exemplorũ copiam. Illorum lectio habita eſt præ cæteris utilis, & re uera fuiſſet, ſi ueritatẽ captatam potuiſſent aſſequi: nos in hoc feliciores, quibus ſacræ literæ affatim repræſentant quod illis obtingere non potuit, lectio non modo utilis, ſed & neceſſaria. Proxima utilitas eſt in hiſtorijs, peculiari quadã uoluptate ad ſui cognitionem inuitantibus, ut ab his legendis pauci modo ſint literati abſtineant, cum illa magis ſeria quibuſdam aut nõ uacet euoluere aut nõ libeat. Sed de lectu opus eſt in tanta hiſtoricorum uarietate, ſi nolis operam & bonas horas perdere. ſunt enim qui nihil aliud quàm ludunt, & aures animosq; otioſos demulcẽt in hoc tantum factis narratiunculis, quales ſunt Heliodorus, Philoſtratus, & his antiquiores, ſed nihilo grauiores Herodotus & Cteſias ob nimiam mendaciorum licentiam dudum obliteratus, in quibus uix quicquam probes præter facundiã. Doctiores ſunt alij, ut imbuti philoſophia, ſed magno diſcrimine. nam qui Epicureorum, aut Peripateticorũ non multo ſaniorum duntaxat quod ad pietatis dogmata attinet ſectam ſecuti ſunt, pro ſuis affectibus multa produnt tam inutilia, ut ne noxa quidem careant. quid enim bonæ rei poteſt expectari à tollentibus immortalitatem animorum, & diuinam prouidentiam? & hi ferè proponunt ſibi celebranda quædam uaſta uerius quàm magna ingenia, Xerxes, Alexandros, Cæſares. Plus

bonæ frugis haurire licet ex accedentibus propius ad Academicos Stoicos ue, qui res laudatorum principum aut populi Romani, præsertim illius prisci, trāsmiserūt ad posteros. huius generis sunt, Plutarchus, Dionysius, Xenophon, Polybius, & Latini aliquot qui sibi grauitatem ceu peculiarē uindicant. Sed longe utilissima, nec iniucunda est sacra historia, olim propter excellentiam & claritatem, sed maxime propter certissimā sinceriſsimamq; ueritatem, etiam profanis expetita regibus, patrum priscorū mores, uitas, resq; tam domi quàm foris gestas continens: quiq; eius compendium scripsit, & ubi illa desijt reliquam usq; ad suam ætatem attexuit, Iosephus uir patriarum literarum cognitione nemini suæ gentis secundus, externæ uerò literaturæ studijs uel cum Philone conferendus, facundia pollens quæ plus uirium quàm fucorum habeat, nec minus philosophum quàm historicū deceat: quē non est opus prædicare prolixius, quando ipse satis ostendit qualis fuerit, modestissime uitam suam scribēs, quæ nunc primùm in præsenti operum eius editione legi potest à Latinis hominibus. huius scriptoris monumenta cum circunferant, & passim ab omnibus suo merito terantur, Rufino ut titulus pollicet interprete, mihi nunquā persuaderi potuit antiquitates Iudaicas ab eo uiro uersas: uel quòd non referant peritum utriusq; linguæ hominē, qualis Rufinus fuit habitus suo seculo: uel quòd stilo belli Iudaici sint dissimiles. Id Antiquitatū opus non ita dudum ex officina Frobeniana prodijt, conflatum ex duobus exemplaribus mutilis, è diuersissimis petitis orbis tractibus: bono tamen quodam casu euenit ut utrunq; egregie suppleuerit lacunas alterius. ac mox nō defuerunt qui Latinam uersionem nouam requirerent: effeceruntq; amici ut suscepta prouincia tirociniū uertendi in eo scriptore ponerem, figlinæ (iuxta prouerbiū) in dolio. Inter uertendum deprehendi non solum depraua ta multa in Latinis, sed etiam quibusdam locis deesse uersus nō paucos. nam XVI Antiquitatum libro, cap. iuxta uulgatas editiones septimo, iuxta Græcorum distinctionē quam nos sequimur XI, desiderabatur integra pagina, & in calce eiusdē libri nō multo minus: id quod uel librariorū uel interpretis etiā culpa accidit, sed non in his tantū paginis. Itaq; omnia meliore fide conatus sum reddere, stilo planiore, nec rudiore tamen opinor. Ausus igitur rem subituram censuras uarias, cœpi circūspicere de aliquo, cuius præiudicio tutus possem minus de cæteris criticis esse sollicitus. In eo delectu succurrebat mihi ante alios Io. Iacobus Fuggerus, nimirū ea familia natus, in quam singulari cælestis numinis fauore uirtus & fortuna tantum ornamentorum certatim contulerunt, ut per uniuersam Europam, atq; etiam longe extra eius limites, tam sit celebris, tam apud summos monarchas gratiosa, ut nihil sit quod hac parte uel principibus uiris inuideat: & quod peculiariter ad meum desideriū attinebat, habeat in suo stēmate uiros literatos literatorumq; patronos eximios, & uel hoc merito omni posteritatis memoria digniſsimos, nuper Raimundum, nunc Antonium eius fratrem familiæq; columen, & insignem Des. Erasmi patroni quondam nostri amicū: te uerò tertium (ne alios mihi minus notos commemorem) adeò expolitum & candidum acriq; iudicio ho-

minem

minem,ut tuæ cenſuræ non minus probari cupiam, quàm excellentiſsimorum in utraq; literatura profeſſorum noſtri huius haud ineruditi ſeculi. Et pulchre cõuenire uidebatur,ut ſcriptor qui in omnibus prę ſertim Chriſtianorum regionibus etiam uulgo teritur, præferret in fronte ceu tutelare nomen uiri apud omnes eas gentes nõ ſolum notiſsimi, uerũ etiam laudatiſsimi. Deterrebat hoc unum quòd ignotus eſſem tanto Mœcenati:ſed contra cogitabam multos ſimilibus occaſionibus innotuiſſe feliciter. itaq; ſic nutantem ut tamen propenſior eſſem ad demerendam tuam gratiam, impulit non inuitum noſter uetus amicus & liberorum tuorum ad imitandam paternam excellentiam incenſor adiutorq; Ludouicus Carinus,uir magnatibus merito carus,integer,pius,eruditus,cordatus: qui talibus coloribus te mihi depinxit,ueriſsimis quidem illis ut eſt ipſe ſincerus,quales in hanc tabulam conferre,nec ſine modeſtiæ tuæ uexatione poſſem,nec ſine adulationis ſuſpicione. Accipies igitur uir præclariſsime opus hoc per otium inſpiciendum: quod ſi tibi tale uidebitur ut ferri poſsit à lectore non faſtidioſo, erit mihi incitamentũ ad aggrediendos etiam autores alios:accipies & Gelenium tuum in clientelam, quam nemo non expetit, ipſe uehemẽter opto ut ea dignus ſim.Deus te perpetuò ſeruet patrone (iam enim hanc ſalutãdi formulam mihi tua pace permitto) obſeruandiſsime,unà cum liberorũ ſuauiſsima cohorte totaq; familia,cui me commendatum cupio,ſi non de officiolo,ſaltem de ſtudio addictiſsimo. Baſileæ calendis auguſtis, anno à natiuitate Chriſti ſeruatoris humani generis M D XLVIII.

IOSEPHVS Mathathiæ filius, ex Hieroſolymis ſacerdos, à Veſpaſiano captus, cum Tito filio eius relictus eſt. Hic Romam ueniens, ſeptem libros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filioq; obtulit, qui & bibliothecæ publicæ traditi ſunt. Et ob ingenij gloriã ſtatuam quoq; meruit Romæ. Scripſit autẽ alios uiginti Antiquitatum libros, ab exordio mundi, uſq; ad decimumquartum annum Domitiani Cæſaris, & duos ἀρχαιότητος aduerſum Apionem grammaticum Alexandrinum: qui ſub Caligula legatus miſſus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum uituperationem gentis Iudaicæ continentem ſcripſerat. Alius quoq; liber eius, qui inſcribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ualde elegans habetur, in quo & Machabæorum ſunt digeſta martyria. Hic in decimooctauo Antiquitatũ libro manifeſtiſsime cõfitetur, propter magnitudinem ſignorum Chriſtum à Phariſæis interfectum, & Ioannẽ Baptiſtam uere prophetam fuiſſe, & propter interfectionem Iacobi Apoſtoli dirutam Hieroſolymam. Scripſit autem de domino in hunc modum: Eodem tempore fuit Ieſus uir ſapiens, ſi tamen uirum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum qui libenter uera ſuſcipiũt: plurimos quoq; tam de Iudæis quàm de gentibus ſui habuit ſectatores, & credebatur eſſe Chriſtus. Cumq; inuidia noſtrorum principum cruci eum Pilatus addixiſſet, nihilominus qui eum dilexerant perſeuerauerunt. Apparuit enim eis tertia die uiuus, multa & hæc & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo uaticinantibus: & uſq; hodie Chriſtianorum gens, ab hoc ſortita uocabulum, non defecit.

AVTORES QVORVM POTISSIMVM TESTIMONIO PARTIM comprobato, partim confutato Ioſephus hiſtoriæ ſuæ fidem facit.

Acuſilaus Argiuus
Agatharchides Gnidius
Alexander Polyhiſtor
Andreas
Apion grammaticus
Apollonius Molo
Apollodorus
Ariphanes
Ariſtæus
Ariſtoteles
Beroſus Chaldæus
Cadmus Mileſius
Caſtor Chronographus
Chæremon
Chœrilus poeta
Conon hiſt.
Demetrius Phalereus
Dius hiſt.
Ephorus
Eſtius
Eühemerus
Eupolemus
Hecatæus Abderita
Hellanicus
Hermippus
Hermogenes
Herodotus
Heſiodus
Hieronymus Aegyptius
Homerus
Iſidorus
T. Liuius
Lyſimachus
Manethon
Menander Epheſius
Mnaſeas Damaſcenus
Mochus
Nicolaus Damaſcenus
Pherecydes Syrius
Philon ſenior
Philoſtratus
Polybius Megalopolitanus
Polycrates
Poſidonius
Pythagoras
Strabo
Thales
Theodotus
Theophilus
Theopompus
Theophraſtus
Thucydides
Timæus
Zopyrion

CANDIDO LECTORI S.

Quum noua hæc Ioſephi Antiquitatũ latina cõuerſio, quæ iuxta Græcum exemplar eſt diſſecta, antiquę translationi capitũ diſtinctione non conſonaret, uiſum nobis eſt, uetuſtam diuiſionem in ſtudioſorum gratiam margini annotare, quo loci inde à ſcriptoribus ante hanc noſtram æditionem citati, facilius inueniri poſsint: quod quidem more noſtro fecimus, quo quicquid literis deditorum uſui iudicamus conducibile, uſq; in medium proferre ſtudemus. Vale bene,
& induſtriam noſtram fauore mutuo
amplectere.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER PRIMVS,

Sigiſmundo Gelenio interprete.

PROOEMIVM.

QVI ad ſcribendas hiſtorias ſe conferunt, non unam neq; eandē ſui propoſiti cauſam habere mihi uidentur, ſed plures, easq; multū inter ſe differentes. quidā enim oſtentandæ eloquentiæ cauſa, gloriæq; ex ea captandæ, ad hoc ſtudiorum genus ſe applicāt. alij quo gratiam illis referrent, quorum res geſtas ſcribendas ſibi ſumpſerunt, nulli labori quātum in ſe fuit, pepercerunt. Sunt quos res ipſa compulit, ut quibus gerēdis interfuerant, ea ſcripto complexa in uulgum proderent. nec defuerunt, qui res inſignes cognituq; dignas in obſcuro latere nō ferrent, atq; ideo narrationem earum in cōmunem utilitatem proferrent. Ex iam dictis cauſis poſtremæ duæ me quoq; ad idem permouerunt. Bellum enim quod cum Romanis habuimus, & res utrinq; geſtas, ac demum euentum, quæ omnia præſens ipſe meo periculo didici, narrare coactus ſum propter quoſdā qui ſcriptis ſuis ueritatē deprauarūt. Præſens uero opus aggreſſus ſum, ratus Græcis omnibus cognitu nō iniucundū fore. Cōplectetur em uniuerſam noſtræ gentis antiquitatē, formamq; reipublicæ, ex Hebraicis literis trāslatam. Cogitaueram equidem & antea, iam tum cum hiſtoriam de bello ſcriberem, docere, unde primum oriundi Iudæi, quàm uaria fortuna uſi, ſub quali legislatore ad pietatē cæterasq; uirtutes inſtituti, quibus bellis per tot ſecula geſtis, in uitiad poſtremū contra Romanos bellum ſint pertracti: ſed quoniam prolixius erat hoc argumentū, ſeorſim illud proprie dicato opere exorſus uſq; ad finem ſuum perduxi. Procedente dein tempore, ſicut uſu uenit his qui res arduas aggrediuntur, cunctatio quædam ac ſegnicies mihi inceſsit, tantā materiam in alienam ac peregrinā linguā traducturo: ſed fuerunt qui cupiditate cognoſcendi ad opus me adhortabant, & præ cunctis Epaphroditus, uir cum omnis generis diſciplinarum, tum uerò rerum geſtarū peritiæ cum primis auidus, ut qui ipſe in maximis negocijs & uarijs fortunæ caſib. uerſatus, in omnibus eximiam naturæ indolem præ ſe tuliſſet, inconcuſſumq; uirtutis ſtudium perpetuo retinuiſſet. Huic igitur morem gerens, aſsiduo cuncto rum utile aliquid ac honeſtū molientiū fautori, cū me mei iam ſuppuderet, ſi uiderer ignauiā ſpecioſiſsimo labori anteponere, uires animūq; reſumpſi: ſimul hac quoq; reputatione nō leuiter permotus, & maiores olim noſtri exteris ſua benigne cōmunicauerunt, & Grecorū nōnulli uehementi res noſtras cognoſcēdi ſtudio flagrauerūt. Itaq; inuenio literis proditum, quòd Ptolemæus ſecundus eius nominis rex, totus diſciplinis colligendisq; libris

deditus, magnopere contenderit legem noſtram, eiusq; inſtituta, & uiuendi formam præſcriptam, in Græcum eloquiũ transferri. Eleazarus autem pontificum noſtrorũ nemini ſecundus, regi hanc utilitatẽ nõ inuidit, reclamaturus omnino, niſi cõſuetudinem haberemus à maioribus acceptã, res bonas & honeſtas cælare neminem. Proinde mihi quoq; cõuenire duxi, ut & pontificis noſtri imitarer magnanimitatẽ: & hodie quoq; regis illius multos perſimiles putarem, duntaxat quod ad diſcendi cupiditatẽ attinet. neq; enim totam ſcripturã occupauit ille, ſed legem ſolam ei tradiderunt interpretes, qui ob hoc Alexandriã miſsi fuerant. Sunt autem innumera ſacris literis prodita, ut quæ quinq; milium annorum hiſtoriam in ſe complectãtur, in qua diuerſi ſunt inopinati caſus, uaria belli fortuna, multa imperatorũ præclara facinora, multæ rerum publicarum mutationes. In uniuerſum autem ex huius potiſsimum hiſtoriæ lectione cognoſcere licet, quòd his qui Dei uoluntati obſequuntur, & leges bene latas tranſgredi uerentur, omnia proſpere ſuccedunt ſuprà quàm credi poſsit, & felicitas illis præmiũ à deo proponit. quòd ſi ab illarum diligenti obſeruatione diſcedant, neq; cõſilia eorum exitum inueniunt, & boni ipſorũ opinione conatus in calamitates immedicabiles deſinunt. Quapropter iam nũc lecturos hæc uolumina adhortor, ut deo mentem adhibeant, et legislatorem noſtrum probent, ſi naturam, ut dignum eſt, cõſiderauit, & uirtuti eius cõuenientes ſemper operationes aſsignauit, puramq; ſuam narrationem ab omni, qualis apud alios eſt, fabularum uanitate conſeruauit: tametſi quãtum ad longitudinẽ temporis, rerumq; uetuſtatem attinet, impune poterat quælibet mendacia cõfingere. Natus enim eſt ante annos bis mille, cum ad tot retro ſecula etiam poetæ ne deorum quidem ſuorum natales, nedum mortalium leges aut res geſtas referre auſi fuerint. Sed hæc omnia procedens oratio accuratè ſuo quęq; ordine docebit, ita ut nos facturos ſumus polliciti, neq; ſubtrahendo quicquam, nec addẽdo. Cæterum quoniam fermè omnia pendent à Moſis legislatoris ſapientia, neceſſe habeo paucis de illo præfari, ne quem fortè cogitatio ſubeat quî factum ſit, ut quum operis inſcriptio res geſtas polliceatur, tam multa ad naturę cognitionẽ ſpectantia ſcriptis noſtris inſeruerimus. Scire igitur oportet, quòd uir ille ante omnia neceſſarium exiſtimauit, uel uitam ſuam recte diſpoſituro, uel alijs leges poſituro, ut in primis naturæ dei cognitionem habeat, atq; ita conſideratis eius operibus, egregium illud exemplar imitari, quantum in ſuis uiribus eſt, & ſectari conetur. alioquin abſq; hac contemplatione neq; legislatorem ipſum unquam bonam mentem ſibi paraturum, neq; ſcripta eius ullum momentum ad uirtutem auditorum allatura, niſi ante omnia diſcerent, quòd deus cum ſit parens omnium ac dominus, omniaq; cõtueatur, eis quidem qui ſe ſectantur, felicem uitam donat: qui autem à uirtutis tramite digrediuntur, illos maximis calamitatibus inuoluit. Hanc doctrinam ciues ſuos docere uolens, nõ à pactis aut conuentis & mutuo circa hæc iure leges eſt auſpicatus, quemadmodum alij ſolent: ſed ad deum & mundum ab eo conditũ erectos mente, & perſuaſos quòd in terris pulcherrimum dei opus ſimus homines, cum iam ad pietatem haberet obſequentes, facile deinceps de reliquis omnibus edocuit. Itaq; alij legislatores priſcas fabulas ſequuti, pudẽda hominum

peccata

peccata in deos ſuos uerbis tranſtulerunt, atq; hoc pacto hominib. malis magnum incitamẽtum ad malicią addiderunt. at noſter legislator poſteaquam puram putam uirtutem habere deum docuiſſet, cenſuit pro ſe quenq; adniti oportere, ut in partem eius aliquã peruenire poſsit: in eosq; qui neq; ſapiũt hæc neq; credunt, ſeuere admodũ animaduertit. Ad hoc igitur præſcriptum uolo lectorem hæc noſtra examinare. nanq; ſic conſiderantibus nihil uel abſurdum, uel dei magnificentia indignum eſſe uidebitur. omnia enim ſumma concinnitate iuxta uniuerſi naturam ſunt diſpoſita, partim ita ut dignũ erat à legislatore ſubindicata, partim decentiſsimis allegorijs conueſtita: partim etiam diſerte expreſſa, nimirum quæcunq; abſq; ambagibus erant proferenda: quorum cauſas ſi quis ſingillatim conſiderare uellet, ſublimis inde et ualde philoſophica ſpeculatio exoriretur, in aliud tempus differenda. Quòd ſi deus longiorẽ ætatẽ conceſſerit, abſolutis quę nunc tractamus, ut illa quoq; perſcribantur operam dabimus: nunc ad rerũ ſeriem uertemus ſtylum, præmiſsis quæ Moyſes narrat de mundo condito: ea è ſacris codicibus ita ut inuenimus tranſſumpta, in hunc fermè modum ſe habent.

Mundi creatio, & elementorum diſpoſitio. Cap. I

IN principio creauit deus cęlum & terram. Hæc cũ in conſpectum non ueniret, alta caligine tecta, ſpiritusq; eam ſuperne permearet, lucem deus fieri iuſsit: quę cũ effulſiſſet, conſiderata tota materia, diſcreuit lucem à tenebris: & his nomẽ impoſuit noctem, illam uerò diem appellauit, ueſperę & mane uocabulo exordijs lucis & quietis indito. Atq; hæc quidẽ prima dies extitit, Moſes aũt unam eam dixit. Cuius cauſam poſſem equidem & nunc reddere: ſed quoniam promiſi me omniũ cauſas proprio uolumine conſcriptas editurum, in illud tempus hanc quoq; rationem differam. Poſt hæc ſecunda die cœlum uniuerſitati rerũ ſuperimpoſuit, diſcretũ à cęteris, & in ſublimi per ſe collocatũ, glacieq; circumpactum, & humidã ac pluuia natura ob terram irroratione iuuãdam cõpetenter temperatum. Tertia uerò terrã ſtatuit, mari undequaq; circunfuſam: eadẽq; die continuò plantæ ſimul & ſemina è terra ſunt exorta. Quarta uerò cœlũ ſole ac luna alijsq; ſiderib. exornauit, mandato eis dato, ut ſuo motu & meatu tẽporum anni reuolutionem manifeſte indicarent. Quinta uerò die animãtia, tum natatilia, tum per ſublime uolantia, per altum perq; aerem dimiſit, copulata prius & ad congreſſus genituræ cauſa comparata, quo genus eorũ creſceret ſimul ac multiplicaretur. Sexta autem die quadrupedum genus condidit, maſculo et fœmineo ſexu diſtinctum: in hac uerò hominem etiam finxit. atq; ita mundum ſex diebus uniuerſum, & omnia quę mundo continentur, Moyſes facta eſſe dicit: ſeptima autẽ requieuiſſe deum, & ab operibus ceſſauiſſe. quamobrem etiam nos uacationem à laboribus per hanc diem celebramus, appellantes eam ſabbatum: quæ uox requiem Hebræorum lingua ſignificat. Quin etiam naturam interpretari poſt ſeptimam diem Moyſes incepit, de hominis fabricatione in hunc modum diſſerens. Finxit deus hominem humo telluris ſumpta, immiſitq; in eum ſpiritum & animam: homo autem hic uocatus eſt Adamus. ſignificat autẽ hoc Hebræorum lingua ruſum: quandoquidem è rufa humo fermẽtata eſt factus. talis enim eſt intacta terra

Gen. 1

11

Gen. 2

& uera. Statuit autem deus coram Adamo diuersa animaliũ genera tam masculina quàm fœminina ei ostẽdens: qui eis nomina indidit, quibus hodie quoq; nominantur. Videns autem Adamum carentem societate & cõuictu fœminæ (nondum enim erat) mirantemq; quòd reliquæ animãtes ita se haberent: sopito illi costa una exempta, mulierem ex ea formauit: moxq; ut est adducta, ex se productã Adamus agnouit. Issa autem Hebræorũ lingua uocatur mulier. huius autem nomen erat Eua, id significat matrẽ omnium uiuentium. Narrat prẽterea deum hortum ad orientẽ plantasse omni uirẽti planta: & in his fuisse arborẽ uitæ, & aliam scientię, per quam dignosceret bonum à malo. in hunc hortũ cum introduxisset deus Adamum cum uxore, iussit eos plantarum curam habere. Rigatur autẽ hic hortus ab uno amne, uniuersam in circuitu terram lustrãte, qui in quatuor diuersos alueos finditur. Horum qui Phison nominatur (ea uox multitudinem significat) ad terram Indiam delatus, in illud se pelagus exonerat, Grẽcis Ganges appellatus. Euphrates autem & Tigris in rubrum mare exeũt: quorum Euphrates uocatur Phora, id significat uel dispersionẽm uel florem. Tigris autem Diglath, quod interpretatur angustus simul & uelox. Geon autem Aegyptũ mediam secat: id nobis
III ab oriente exortum signat, quem Græci Nilum appellare solent. Porrò
Gen. 3 deus Adamum & uxorem de cæteris plantis gustare iussit, una arbore scientiæ solum illis interdixit, præmonitis si attigerint, cõfestim exitium eis affuturum. Cum aũt per id tempus nullum esset inter animalia dissidiũ, & serpens familiariter cum Adamo ac uxore degeret, inuidebat eis felicitatẽ uenturam, si iussis deiparere perseuerarent: & ratus in calamitatẽ casuros, si mãdata neglexissent, maliciose persuadet mulieri ut de arbore scientiæ gustaret, asseuerãs inesse ei uim dignoscẽdi boni ac mali: de qua si gustassent, beatã nihiloq; deteriorem q̃ deum uitam acturos. atq; hoc pacto mulierẽ subuertit, ut mandatum dñi conteneret: quæ gustato arboris fructu, ciboq; hoc delectata, etiam Adamo usum eius persuasit. iamq; se nudos esse sentiebant, et de tegmento sibi dispiciebant. arbori enim acuminis & cogitandi uis inerat. Foliis igitur ficulneis sese texerunt, atq; ita conuelatis pudendis, uidebantur sibi feliciores, qui inueniſſent quo prius carebãt. Mox cũ deus in hortum ueniſſet, Adamus antea familiariter cum deo colloqui solitus, conscius sibi iniusticiæ secedebat. Deus autem miratus causam scitabatur, quid ita prius delectatus sua consuetudine, nunc fugitaret ac latitaret. Illo uerò tacẽte præ cõscientia non seruati præcepti, deus ita infit: Equidem prospexeram uobis, quomodo uitam felicem omnisq; mali expertẽ uiueretis, nulla noua cura in animo solicitati, omnibus quæcunq; ad usum ac uoluptatẽ conferunt, sua sponte uobis prouenientibus, mea unius prouidentia citra omnẽ uestrum laborem aut solicitudinẽ: quibus fruentes uos neq; senectus celeriter opprimeret, & uita diuturna quamlongissime proferretur. tu uerò hanc meam sententiã uidibrio habuisti, mandato meo contempto. non enim propter bonum aliquod taces, sed propter malam cõscientiã. quare & senectus ocyor superueniat, & uita uestra minus sit diuturna. Adamus aũt excusabat peccatũ, & irã dei deprecabatur, culpam in uxorẽ referens, & dicẽs, ab illa deceptum se peccauisse: at illa serpẽtem accusabat. Tum deus mulctauit eum, quòd muliebri

consilio

consilio cessisset:terramq; nullos posthac fructus sponte proferre iussit: laborantibus autem & opere attritis alia dare,alia negare.Euam autem parturitionibus & hoc genus doloribus castigauit, eo quòd ipsa à serpente decepta Adamum eisdem dolis illectũ in calamitates coniecisset. quin & serpenti uocem ademit,iratus ob maliciam qua erga Adamum est usus:uenenumq; linguę eius indidit,& hostem eorum declarauit:admonuitq;,caput eius plagis impetendum esse,tum quòd in hoc pernicies hominis sita sit,tum quòd ipsa bestia hoc pacto facillime opprimatur: ad hæc pedibus priuatum trahi per terram,ac uolui fecit. His pœnis impositis deus Adamum & Euam ex horto in aliam regionem transtulit.

Deposteritate Adami,& decem ætatibus usq; diluuium. Cap. II

NATI sunt aũt eis & filij mares duo, horũ prior appellatus est Cain; quod interpretatur acquisitio:Abel aũt secundus, ea uox luctum significat.Natæ sunt eis etiã filiæ. Hi fratres suis quisq; studijs intenti erant.Abel iusticiã colebat,& oñibus actionibus suis deum præsentẽ ratus, uirtuti operam dabat. pastoralis aũt eius erat uita. Cain uero quum alioquin etiam pessimus esset, lucrumq; solum spectaret, terram quoq; arare primus excogitauit:ac postremo fratrem etiam interemit tali de causa. Quum uisum eis esset sacrificare deo,Cain agri & arborum fructus obtulit, Abel lac & primogenita pecorũ.Huius sacrificiũ deo fuit acceptius,ꝙ sponte naturæ genitis constaret, q̃ ea quæ homo auarus & industrius per uim quandam à natura extorserat.ideo Cain ægrè ferens prælatũ sibi à deo Abelem, interfecit fratrem,& cadauere eius abdito,rem clàm fore putabat.Quo cognito deus uenit ad Cain, rogans de fratre, ubi nam esset.multis enim diebus se nõ uidisse eum, quem reliquo omni tempore cum ipso uersari animaduertisset. Tum Cain anxius,nec habens quod responderet deo, primum se quoq; demirari ait,quî factum sit,quòd frater nusquam cõpareat.Instante uero deo,& accuratius inquirẽte, iam cõmotior negauit se pædagogum fratris, aut rerũ eius obseruatorẽ esse. Tum deus coarguit Cain paricidij, mirari se dicens, quòd negaret se quicquam de fratre scire,quem ipse interemisset.& suppliciũ quidem quod cæde cõmeruerat ei remittit, sacrificio placatus ne grauius in supplicem sæuiret:sed male ominatus ei & posteris ipsius, usq; septimam progeniem puniturum se est comminatus:& ex illa regione extorrẽ unà cum uxore fecit.Illo autem timẽte,ne oberrans in feras incideret, atq; ita periret,securum esse iussit quod ad hoc periculum attinet,& impauide terras peragrare: & signo ei indito quo nosci posset,abire procul iussit. Cain autem multas regiones unà cum uxore emensus,tandem Naida condidit: id loci nomen est: atq; illic sedem optauit,ubi etiam liberos procreauit. Cæterũ tantum abfuit ut hac castigatione in melius uitam mutauerit, ut peior etiam sit factus, suis uoluptatibus uel cum aliorũ iniuria indulgens: & facultates domesticas per uim ac rapinas accumulãs, accitis undecũq; latrociniorũ & nequitiæ socijs, magister illis ad facinorosam uitam est effectus. Adhæc simplicem hactenus uiuendi rationem, excogitatis mensuris & ponderibus immutauit, pristinamq; sinceritatem & generositatẽ ignaram talium artium in nouam quandam uersutiam deprauauit.Primus agrorum terminos fixit, urbemq; extru- IIII Gen.4

ctam & cõmunitã coactis in unũ domeſticis & clientib. inhabitãdã tradidit, Enoſæ noïe impoſito ab Enoſo liberorũ natu maximo. Is Iaredũ genuit, ex quo Malalehel, & ex eo deinceps Mathuſala eſt ꝓgenitus. huic Lamech⁹ fuit filius, qui liberos habuit ſeptuaginta & ſeptẽ, ex duabus ſuſceptos uxoribus, Sella & Ada. Ex his Iobel ex Ada natus, tabernaculis cõſtructis paſtorali cultu ac uictu fuit cõtentus. Iubal uerò germanus eius muſicę operã dedit, pſalteriũq; & citharã inuenit. Thobel aũt unus ex altera uxore prognatorũ uiribus excellẽs rẽ militarẽ egregie tractauit, cuius artibus & opes ampliores, & uictũ lautiorẽ ſibi cõparauit. quin & ærariã prim⁹ eſt cõmẽtus, & filię factus eſt pater unius, noïe Naamæ. Porrò Lamechus diuini iuris nõ imperitus, uidens pœnas ſe exoluturũ paricidij à Caino perpetrati, uxoribus ſuis hoc indicauit. Cæterũ ſuperſtite etiã tũ Adamo Caini ſoboles ſceleratiſsima euaſit, dũ poſterior quiſq; fit deterior, nec ſolũ imitat̃ priorũ uitia, ſed & ſuperat, interim nec à bellis, nec à latrocinijs tẽperando: & qui à cædibus abſtinebãt, alioquin auare & ſupbe inter ſuos uiuebãt. Adamus aũt q primus è terra factus, ut ad illũ oratio noſtra recurrat, poſteaq̃ Abel eſſet mactatus, & Cain ꝓpter cędẽ ſolũ uertiſſet, procreãdis liberis operã dedit, q magno prolis deſiderio teneret, annos iã natus triginta ſupra ducẽtos: quib. cũ acceſsiſſent ſeptingẽti, tandẽ uita defunctus eſt. ex huius liberis quos cõplures habuit, fuit etiã Sethus. ſed qa de alijs longũ eſſet narrare, de ſolo Setho mẽtionẽ faciã. hic à patre educatus, ubi eò ætatis uenit, ut iã quod rectũ eſt diſcernere ualeret, uirtutis ſtudijs ſe totũ dedidit: & cũ ipſe uir optimus euaſiſſet, etiam nepotes ſui ſimiles poſt ſe reliquit. q quoniã erãt oẽs bona indole pręditi, & patriã abſq; ſeditione incolebant, in perpetua felicitate uitã exegerũt: & ſideralẽ ſciẽtiã ac cœleſtium rerum cognitionẽ excogitauerunt. ne autem inuenta ſua ex hominum noticia dilaberentur, & prius perirent quàm pernoſcerentur, ſcientes Adamum uniuerſalem rerũ interitũ præceciniſſe, unum incendio, diluuio alterum, excitatis duabus columnis utriq; ſua inuenta inſcripſerunt: ut ſi lateritiam diluuio deleri cõtingeret, lapidea ſuperſtes hominib. diſcendi copiam faceret, & quæ inſcripta cõtinebat, ſpectãda exhiberet. aiũt enim lapideã illam ab ipſis dedicatã, quæ & noſtris temporibus extat in terra Syria.

De diluuio, & quomodo Noe in arca cum familia ſeruatus habitarit in campo Senaar. Cap. III

V Gen. 5. 6

IN hunc modũ per ſeptẽ generatiões perſeuerauerũt unũ deũ colentes omniũ rerũ dñm, ſemperq; uirtutis reſpectũ habẽtes. Procedẽte dein tẽpore à patrijs inſtitutis degenerarũt, neq; humana iura ſeruãtes, neq; deo cõſuetos honores perſoluẽtes. & qui prius certatim uirtutẽ exercuerãt, poſtea duplo maiore ſtudio maliciã cõſectabant̃: atq; ita deũ in ſenſum ſibi reddiderũt. nã multi angeli dei cũ mulieribus cõgreſsi progeniẽ procreauerũt inſolentẽ, & fiducia roboris omne ius & fas cõtemnentẽ: quorũ facinora nõ abſimilia his quæ de gigantibus Græci memorãt, poſteritati ſunt tradita. Noe aũt facta eorũ moleſte & indigne ferẽs, ſuadebat ut in melius uolũtates ac opera ſua trãſmutarẽt: uerũ cũ uideret illos ſibi nõ parere, totosq; uiciorũ dulcedini ſuccũbere, ueritus ne & ſe & familiã ſuã interimerẽt, ſecedẽs cũ ſuis in aliã regionẽ migrauit. tum deus uiri iuſticia delectatus, non

eius

eius ſolum ſeculi homines extremæ maliciæ damnauit: ſed cum decreuiſſet uniuerſum humanũ genus extinguere, aliudq; nouũ & à uicijs purũ inſtaurare, primũ uitam eorũ breuiore ſpatio circũſcripſit, & abrogata longæuita te intra centũ & uiginti annos coercuit, dein continentẽ terrã in pelagi faciẽ trãſmutauit, atq; ita genus illud aboleuit uniuerſum. Noe aũt ſolus eſt ſeruatus, diuino oraculo uiã euadendi & rationẽ edoctus talẽ. Arcã quatuor cõtignationũ exſtruxit longitudine cubitorũ ccc. latitudine L. patentẽ in altũ cubitos xxx. in eã cum matre liberorũ ſuorũ, eorumq; cõiugibus cõſcendit: impoſitis prius quę ad uitã ſuſtentandã forẽt uſui, & oñe genus animantib. ad ſeminariũ cõſeruandũ iugatim pro ſexus ratiõe introductis, & quibuſdã ex his ſeptenariũ uſq; numerũ. erat aũt arca tã tecto q̃ lateribus firmis contra omnẽ uim tẽpeſtatũ, & undarũ inſultũ. In hũc modũ ſeruatus eſt Noe cũ familia, gẽtis ſucceſsione ab Adamo decimus. nã Lamecho eſt genitus, cui pater fuit Mathuſala. hic aũt Enochi fuit filij Iaredi, Malahelo geniti, qui cũ pluribus fratrib. ex Cainane prognatus fuerat Enoſi filio. Enoſus uerò Sethi filius erat, Adami nepos. cõtigit aũt hæc uaſtitas anno ætatis Noe ſexcẽteſimo, menſe ſecundo, qui Dius à Macedonibus uocaẽ, ab Hebræis Marſonane. ſic enim Aegyptij diſtinxerunt annũ. Moſes aũt Niſan qui eſt Xanthicus, menſem primũ in ſuis faſtis ordinauit, ꝙ per hunc Hebræos ex Aegypto eduxiſſet. eundẽ etiã omniũ quæ ad rẽ diuinã pertinerẽt, exordiũ fecit: alioq; quod ad nundinationes rerũ uenaliũ reliquãq; diſpenſationẽ anni attinet, nihil de priſtino ritu innouauit. Vim aũt imbriũ cœpiſſe ait uigeſima ſeptima iam dicti mẽſis, poſt annũ ab Adamo primo hoĩe bis milleſimũ ſexcẽteſimũ quinquageſimũ ſextũ. hoc ſpatiũ tẽporis relatũ eſt in ſacros codices, diligẽter annotantibus priſcis illuſtriũ uirorũ tam natales q̃ obitus. Adæ ſiquidẽ, qui nõ gentos & triginta uixit annos, cũ eſſet triginta & ducentorũ annorũ, Sethus filius natus eſt. Sethus aũt ducenteſimo & quinto anno genuit Enoſum. qui dum quinq; & nongentis uixiſſet annis, Cainano filiò ſuo rerum curam tradidit, quem genuerat anno centeſimo nonageſimo. hic uixit annis decem & nongentis. Cainan cũ uixiſſet decẽ & nongentis annis, Malalehelem filiũ dereliquit, quem genuit anno ætatis cẽteſimo ſeptuageſimo. Iſte Malalehel cũ uixiſſet quinq; ac nonaginta & octingentis annis, defunctus eſt, Iaredum filium derelinquens, quem genuit quum ſexaginta duorũ & centũ eſſet annorum. cui nouem & ſexaginta & nongẽtis annis uiuenti, Enochus filius ſucceſsit, natus cum ſexaginta duorũ & centum annorũ pater eius exiſteret. qui exactis trecẽtis ſexaginta quinq; annis, diſceſsit ad deum: unde finis eius nõ inuenitur eſſe conſcriptus. Matuſala autem Enochi filius, quinto ei & centeſimo natus anno, Lamechum filium habuit quum eſſet annorũ octoginta ſeptem & centum: cui tradidit principatũ, quem ipſe tenuerat annis nongentis ſexaginta & nouem. Lamechus autẽ cum habuiſſet principatum annis ſeptingentis & ſeptẽ, Noe filium ſuum rebus præfecit: qui de Lamecho natus eſt agente annum ætatis ſecundũ & octogeſimum ſupra centeſimum. quiq; quinquaginta & nongentis annis rerum adminiſtrationi præfuit. Hi anni in unam ſummam contracti ſupraſcriptum tempus conficiunt. Non ſunt autem diſquirendi obitus uirorum illorum: cum liberis enim ſuis agebant

uitam, eamq; usq; ad ipsorũ nepotes extendebant: sed natales tantũ eorum in
Gen. 7.8 hac ratione sunt spectandi. Cæterũ deus signo dato imbres emisit: qui cum nonaginta cõtinuis diebus ruerẽt, ad quindecim cubitos aqua super terram extitit: quæ causa omnem salutem ademit, nõ habentibus quò se in tutum reciperent. centesima aũt & quinquagesima die postquã pluere desijt, tandem cœperũt aquæ sidere, mense septimo, uicesimoseptimo die mẽsis. destituta deinde arca in uertice mõtis cuiusdã in Armenia, sentiens hoc Noe, aperuit eam: & uidẽs circa ipsam aliquantulũ terræ, meliore spe concepta paulisper quieuit. mox post paucos dies magis recedẽte aqua, emisit coruũ, cupiẽs cognoscere si qua alia parte terrarũ aquæ decessissent, ut tutò exscẽdere posset. at ille cõperto totũ adhuc stagnare, ad Noe est reuersus. is post septẽ dies columbã ad explorandũ terræ statũ emisit. quæ cũ lutata & frondẽ oliuę ferens rediisset, intellecto terrã à diluuio iam esse liberatã, postq̃ alios septem dies expectasset, animãtes ex arca emisit: & ipse quoq; cũ liberis egressus, mactatis deo uictimis, epulabatur unà cũ familia. Apobaterion, id est egressoriũ, loco nomẽ Armeni fecerũt. Huius aũt diluuij & arcæ meminerũt oẽs barbari cæ historiæ scriptores, & in his Berosus Chaldæus. narrãs enim de hoc diluuio, sic fermè scribit: Fertur aũt & nauigij huius pars in Armenia apud montẽ Cordyæorũ supesse, & quosdã bitumẽ inde abrasum secũ reportare: quo uice amuleti loci eius hoĩes uti solent. Meminit horũ & Hieronymus Aegyptius, qui antiqurtates Phœnicũ scripsit, & Mnaseas, et alij plures. quin & Nicolaus Damascenus lib. XCVI. de his rebus narrat in hæc uerba: Est super regionẽ Minyarũ magnus mõs in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluuij tẽpore seruatos ferũt, & quendã arca uectũ in huius uertice hæsisse, ac reliquias lignorũ eius longo tẽpore durauisse. qui fortasis is fuit de
VI quo etiã Moses scribit Iudęorũ legislator. Noe aũt ueritus ne deus damna
Gen. 8 tis ad interitũ hominibus, per singulos annos terrã inundaret, uictimis incẽsis precabatur ut in posterũ pristinus rerũ ordo maneret, & nulla tãta incideret calamitas, per quã uniuersum animaliũ genus in salutis periculũ adduceretur: utq; affectis merito supplicio sceleſtis, parceret innocẽtibus, quos ipse supstites esse uoluerit, & sua sentẽtia absoluerit. alioqui miseriore cõditione ipsos fore et grauius dãnatos, si nõ in uniuersum incolumes alteri diluuio reseruarent, et prioris pauorẽ ac spectaculũ perpessi, & posterioris exitio desti nati. orabat igit, acciperet sacrificiũ propitius, néue ullã posthac tantã irã cõtra terrã cõciperet: ut operib. suis eã excolerẽt, & urbibus exstructis feliciter uitã degerẽt, nullis cõmodis carẽtes quibus ante cataclysmũ fruebant, & ad extremã senectutẽ longæuitatẽq; qualis maiorũ suorũ fuerat peruenientes.

His precibus finitis, deus iusticia uiri delectatus, uotis eius annuit, negans
VII se deletis interitus autorẽ fuisse: sed ipsos sibi suapte malicia debitas pœnas ac ciuisse. Si em deletos cuperet, nunq̃ in hanc uitã eos introducturũ fuisse. Potius em esse ne dare quidẽ uitã, q̃ eos quibus dederis perdere. sed cõtinuis, inquit, cõtumelijs quibus pietatẽ mihi debitã uiolabãt, coegerũt me uindictã de se sumere. nõ sum aũt posthac tam iracunde pœnas peccatorũ exacturus, præsertim te deprecatore. q̃ si quãdo maiores tẽpestates cõcitauero, cauete expauescatis ob uim imbriũ. nunquã enim in posterũ aquæ terrã sunt inundaturæ.

Iubeo

Iubeo tamen ut ab humana cæde puras manus abſtineatis, & qui cõtrà feçerit, ſeuere puniatis. aliorum animalium uſum ad uoluntatem ac libitum ueſtrum permitto. Dominos enim uos feci omnium tam terreſtrium quàm natatilium & eorum quæ per ſublime feruntur, abſq; ſanguine: nam in hoc ineſt anima. Arcus cœleſtis ſignum uobis erit ceſſaturę meæ iaculationis. nam iris arcus dei apud illos habetur. His mandatis & promiſsis deus abijt. Gen. 9

Noe autem cum poſt diluuium ſuperuixiſſet CCCL annos, totũq; hoc tempus feliciter exegiſſet, defũctus eſt expletis annis in uniuerſum DCCCCL. Nec eſt cur aliquis præſentem uitam, annorumq; eius paucitatẽ cum priſcorum rebus conferendo fidem nobis abroget, aut quia nunc eam non peræq; prorogari uidet, coniecturam hinc de illorum longęuitate faciat. Illi enim deo chari quum eſſent, ipſiusq; recens etiam tum opificium, & commodiore uictu ad diuturnitatem uterentur, merito per tam multos annos uiuebant. Prę terea tum propter ſtudium uirtutis, tum propter utilitatem inuentarum artium, ut Aſtronomiæ, ac Geometriæ, deus illis prolixiorẽ largitus eſt uitam: quarum certitudinem aſſequi non poterant, ſi minus DC annis uixiſſent. ex tot enim magnus annus conſtat. Atteſtantur autem mihi omnes qui Græcas barbaricasúe antiquitates literis prodiderunt. Namq; & Manetho Aegyptiarum rerum ſcriptor, & Beroſus Chaldaicarũ, adhæc Mochus, Heſtiæus, Hieronymus Aegyptius, qui Phœnicum res proſequuti ſunt, nobiſcum conſonant. Heſiodus quoq; cũ Hecatæo, Hellanicus & Acuſilaus, Ephorus & Nicolaus, narrant priſcos illos ad mille annos uitam produxiſſe. De his igitur quiſq; ut ſibi uiſum fuerit, accipiat. VIII

De turri Babylonica, deq; linguarum mutatione. Cap. IIII

TRES uero Noe filij, Semas, Iaphetus, & Chamas, cẽtum annis ante diluuiũ nati, primi relictis mõtibus planiciẽ habitare cœperunt, & alijs recenti etiã tum cladis memoria pauidis, nec audentibus à celſiore loco deſcendere, idem faciẽdi autores & exemplũ fuere. Campo quem primum colere ſunt aggreſsi, nomen eſt Senaar. Cæterũ deo iubente ut propagandi multiplicandiq; generis gratia colonias deduceret, homines rudes nõ paruerũt: quamobrẽ calamitatib. implicati, offenſum illũ errore ſuo ſunt experti. Cũ enim floreret iuuentutis multitudine, deus rurſum de colonia deducẽda admonebat. Illi uerò obliti ſe ipſius benignitate præſentib. cõmodis perfrui, totamq; illam felicitatem ſuis uiribus acceptã ferentes, dicto eius nõ fuerunt obedientes. Et quod peius erat, conſiliũ de colonijs non fauorẽ numinis, ſed inſidias interpretabant, uidelicet quo facilius diſperſi poſſent opprimi. Hanc ſuperbiam deiq; cõtemptum excitauit in eis Nabrodes, nepos Chamæ, filij Noe, uir audax & manu promptus, ſubinde iactãs, nõ deo, ſed propriæ uirtuti præſentem felicitatem eos debere: atq; ita paulatim rem ad tyrannidem trahebat, ratus fore ut homines ad ſe deficerent à deo, ſi ſe illis ducem præberet, opem ſuam offerens contra nouum aliud diluuium intentantem. Turrim enim ſe exædificaturũ, excelſiorẽ quàm quò aqua aſcendere poſſet: & inſuper maiorum ſuorum interitum ulturũ. Vulgus autem facile Nabrodis placitis obtemperabat, ignauum ratus deo cedere: atq; ita ſtructuram turris occœperũt, nulli labori parcentes, nihilq; ſibi ad ſummã induſtriam Gen. 10 IX Gen. 11

ſtriam reliquum facientes. Cumq; ingens eſſet operarum numerus, ſurgebat opus ſuprà quàm ſperauerant. Craſsitudo enim erat tanta, ut proceritatẽ obſcuraret. Struebant autem lateribus coctis, ad firmitatem bitumine freruminatis. Hanc eorũ uæſaniam uidens deus, delere quidẽ omnes noluit, quando ne priore quidem clade ad meliorem mentem profecerũt: ſed diſsidium in eos immiſit, linguis eorum uariatis, ita ut ob diuerſitatem ſermõis mutuò ſe non intelligerent. Locus uero turris nunc Babylon uocatur, propter confuſionem linguam quæ prius omnibus ex æquo clara fuerat. Nam Hebrẽi confuſionem nominant babel. De turri autem hac, deq; linguis hominum mutatis, meminit & Sibylla his uerbis: Cum uniuerſi homines uno eloquio uterentur, turrim ædificauerunt excelſiſsimam, quaſi ad cœlum per eam aſcenſuri. Dij uero procellis immiſsis turrim ſubuerterũt, & ſuam cuiq; linguam dederũt: quæ cauſa fuit ut urbs ea Babylonis uocabulum acceperit. De loco autem qui Senaar in Babylonia nominatur, meminit Heſtiæus hoc modo: Aiunt ſacerdotes cladis eius ſuperſtites, Enyelij Iouis ſacra ferentes, in Senaar Babyloniæ peruenisſe.

Quomodo Noe poſteri per totum terrarũ orbem ſedes ſibi occupauerint. Cap. V

ILLO ex tẽpore diſperſi ſunt paſsim, propter diuerſitatẽ linguarum colonijs nuſquã nõ deductis, & quo quenq; ſors & deus tulit, eam terram cum ſuis occupauit, ut tam maritima q̃ mediterranea cultoribus replerentur. Nec defuerunt qui conſcenſis nauibus ad inſulas habitandas traijcerent. Porrò gentium quædam adhuc ſeruant deriuatam à ſuis conditoribus appellationem, quædam etiam mutauerũt, nõnullæ in familiarem accolis & notiorem uocem ſunt uerſæ, Græcis potiſsimũ talis nomenclaturæ autoribus. Hi enim poſterioribus ſeculis ueterẽ locorũ gloriam ſibi uſurpauerunt, dum gentes nominibus ſibi notis inſigniunt, dumq; tanquam ad ſuum ius attinerent, mores quoq; proprios in illas inuehunt.

Quòd gentes ſingulæ à ſuis autoribus nomina traxerint. Cap. VI

XI Gen. 10 IRANT autem Noe filiorũ liberi, in quorũ honorẽ gentibus nomina imponebant, ut quiſq; terrã aliquam occupauerat. ſiquidem Iapheto Noe filio filij fuerũt ſeptẽ. Horum ſedes à Tauro & Amano montibus incipientes, pertinebant in Aſia ad amnem uſq; Tanaim, in Europa uſq; Gades, in terris hactenus uacuis occupatæ: quo factũ eſt, ut ipſorum nomina gentibus imponerent. Quos enim nunc Græci Galatas uocitãt, Gomarenſes olim dictos, Gomor condidit. Magoges uero Magogarum à ſe denominatorũ fuit autor, qui ab ipſis uocantur Scythæ. Ex alijs Iapheti filijs Iuane & Mado, ab hoc Madæi deſcendunt, Græcis Medi nominati: à Iauane uero Ionia, totumq; Græcorum genus. Quin & Thobelus Thobelis ſedem dedit, qui nunc ſunt Iberi: et Meſchini à Meſcho autore appellant. Cappadocum enim appellatio noua eſt, ueteris autem ueſtigiũ adhuc ſupereſt. Vrbs enim eſt apud eos hodie quoque Mazaca, ſatis indicans intelligere uolenti, hoc priſcum fuiſſe genti nomẽ. Thires autem Thiras de ſe uocauit, quorum fuit princeps: eos Græci Thracas dicere maluerunt. Et tot gentes à Iapheti filijs ſunt inſtitutæ. Gomaris autem, trium liberorum parentis, unus filius Aſchanaxes originẽ Aſchanaxis dedit, qui nunc Rhegines à Græcis nominantur

nantur: Rhiphates uerò Rhiphatæis, nũc Paphlagonibus: & Thygrammos Thygrãmæis, quos Phrygas Gręcis libuit uocare. Iauanis itẽ triũ filiorũ unus Aliſas Aliſæis ut originẽ ita nomen dedit, qui hodie ſunt Aeoles: pariq; modo Tharſenſibus Tharſus. Sic em̃ olim appellabaẽ Cilicia: cuius rei ſignũ eſt Tarſus urbiũ eius celeberrima cæterarumq; princeps, prima nominis litera in tau mutata. Porrò Chethimus inſulã occupauit, tunc Chethimã, nũc Cyprũ: quo factũ eſt ut tum inſulas oẽs, tum pleraq; loca maritima Hebræi gentili uoce Chethim ſignificẽt. atteſtatur mihi una è Cyprijs urbibus, quæ adhuc nomẽ retinet. Citium enim uocaẽ ab his qui in Græcũ ſonum uocabula detorquent, ne ſic quidẽ abludens à Chethimi nomine. Tot gentiũ fuere principes Iapheti filij nepotesq;. Cæterũ quod Græci fortaſsis ignorant prius dicam, deinde cœptã narrationẽ proſequar. Nomina iſta decoris cauſa in Græcam formã mutari ad aurium uoluptatẽ. noſtrates enim huiuſmodi forma non utuntur: ſed eandẽ apud nos perpetuo ſpetiem obtinent, nec terminationẽ uariant. Adamus certe nobis Adam uocaẽ, & Noe qui Græcis Nochos diceretur, eaq; forma nullam uariationẽ admittit. Chamæ uerò filij XII Syriam & regionẽ Amano Libanoq; montibus hærentẽ obtinuerunt, quicquid eius ad mare uergit occupando, & Oceanũ uſq; ditionis terminos proferendo. uocabula tamẽ partim oẽino euanuerũt, partim ita deprauata ſunt in diuerſum, ut haud facile agnoſcanẽ. ex quatuor enim Chamę liberis Chuſo nihil detrimẽti tẽpus attulit. Aethiopes enim quibus præfuit, nunc quoq; tam à ſeipſis, quàm ab Aſianis omnibus Chuſæi nominantur. Meſræis etiam ſua manſit appellatio. Aegyptum enim Meſren, & Meſræos Aegyptios uocamus quotquot eam regionẽ incolimus. Quin & Libyæ colonos dedit Phutes, de ſuoq; nomine Phutos dici uoluit. extat & flumen in Mauritania hoc nomine: & complures apud Græcos hiſtorici eius mentionem faciunt, ſicut adiacentis etiam regionis, quæ Phute dicitur. mutauit autẽ præſens nomen ab uno filiorum Meſræi qui uocabatur Libys. cur autẽ Africa ſit dicta, paulo poſt docebimus. Quartus Chamæ filius Chananæus Iudæam nunc uocatam habitauit, gentemq; ſuam Chanaan nominauit. Hi quoq; liberos genuerunt, & in his Chuſus filios ſex. quorum è numero Sabas Sabæorum author fuit, & Euilas Euilæorum, qui nunc Getuli appellantur. Sabathes uerò Sabathenos, qui Græcis dicuntur Aſtabarri: Sabactas quoq; Sabactenos inſtituit. Romus item Romæos condidit, & duos filios habuit. alter Iudas genti Iudæorum inter occidentales Aethiopes originem dedit & nomen, Sabæus alter Sabæis. Nabrodes autem manens apud Babylonios tyrannidem arripuit, ſicut iam ante diximus. Meſræi uerò filij numero octo quantum terrarum à Gaza Aegyptum uſq; patet poſſederunt, ſed ſolius Phyliſtini nomen ipſius regio ſeruauit. Palæſtinam enim Græci eius portionem uocant. reliquorum, Lumæi, Enamiæ, Labimi, qui ſolus colonis in Libyam ductis regionem à ſe denominauit, tum Nethemi, Phæthroſimi, Cheslœmi, Cephthomi, tam res quàm nomina ſunt in obſcuro. Bello em̃ Aethiopico, de quo ſuo loco dicetur, urbes eorum ſunt euerſæ. Chananæo quoq; filij fuerũt hi. Sidonius, qui & urbem ſibi cognominem condidit in Phœnice, Sidonem à Græcis uocatam. Amathus uerò Amathen habitauit, quę adhuc extat, & ab

accolis

accolis Amathe uocitaſ: tametſi hanc Macedones Epiphaniã ab uno è regũ ſucceſſoribus denominauerũt. Arudæus Aradum inſulã obtinuit, Arucæus Arcen urbem in Libano ſitam. cæterorũ ſeptem, Euæi, Chettæi, Iebuſęi, Eudæi, Sinæi, Samaræi, Gergeſæi, præter nomina nihil in ſacris cõdicibus ſupereſt. nam Hebræi urbes eorũ exciderunt, quæ clades cauſam habuit hanc.

XIII Gen. 9

Poſtq̃ terra finito diluuio in priſtinã naturã eſt reſtituta, Noe cœpit eã colere: quã cum uitibus cõſeuiſſet, ſuoq; tẽpore uindemiaſſet, inuẽto uini uſu, ſacris prius operatus epulabatur: ebriusq; factus ac ſopore grauatus, parum decore nudatus iacuit. id cõſpicatus filiorũ natu minimus, per ludibriũ fratribus indicauit: illi reueriti parentẽ operuerũt. Senſit hoc Noe: & precatus alijs filijs felicitatẽ, ne Chamã quidẽ diris deuouit, reſpectu ſui ſanguinis, ſed tantum eius poſteros: quas cum cæteri euaſiſſent, Chananæi liberos ultio di

XIIII Gen. 11

uina eſt cõſecuta. ſed de his rebus dicemus poſtea. Semæ uerò tertio Noe filio filij fuerũt quinq;, qui Aſiam uſq; ad Indicũ oceanũ incoluerũt, ab Euphrate propagãdæ ditionis initio facto. nã Elymus poſteros reliqt Elymos, à quibus Perſæ originẽ traxerunt. Aſſuras urbem Ninũ cõdidit, & ſubditos de ſe Aſſyrios denominauit, quorum opes præ cęteris effloruerũt. Arphaxades eos qui nũc Chaldæi ſunt Arphaxadæos nominauit, imperio gẽtis potitus. Aramæos Aramus tenuit, quos Gręci Syros appellare malunt. qui uerò Lydi nũc uocanſ, olim Ludi dicti, Ludã autorẽ generis habuerũt. Ex Arami uerò quatuor liberis Vſes habitator Trachonitidis fuit, Damaſciq; cõditor. ea ſita eſt Paleſtinã inter & Syriã cognomine Cœlen. Armeniã Otrus tenuit, Getheris Bactrianos: Meſas uerò Meſanæos: nũc Paſini caſtrũ uocaſ. Ex Arphaxade prognatus eſt Sales, ex hoc Heberus, à quo Iudæi Hebręi quõdam appellabanſ. Porrò Heberus Iuctã & Phalegũ genuit, qui natus eſt dum habitationes diſtribuerenſ. nã hęc uox Phalec partitionẽ Hebręis ſonat. Iuctę uerò Heberi filio liberi fuerũt, Elmodadus, Salephus, Azermothes, Iraes, Edoramus, Vzalis, Daeles, Ebalus, Ebemaelus, Saphas, Ophires, Euilas, Iobelus. Hi à Cophene flumine Indię ad Aſſyriã uſq; habitãt. Hactenus de Semæ progenie ſit dictũ: nunc de Hebræis erit narratio. Ex Phalego enim Heberi filio prognatꝰ eſt Ragaus: ex hoc Serugus, ex quo Nachores eſt genitus, et ex hoc Tharrus, hic Abrahami fuit pater, qui fuit decimus à Noe, & natus eſt poſt diluuiũ anno ſecũdo ſupra ducẽteſimũ & nonageſimũ. ſiquidẽ Tharrus ſeptuageſimo anno genuit Abrahamũ. Nachores cũ eſſet uiginti & octo annorum genuit Tharrũ. de Serugo aũt Nachores naſcitur circa annũ trigeſimũ ſecundũ. Ragaus factus eſt Serugi pater cum eſſet annorũ triginta duorũ. totidẽ uerò annorũ Phalegus genuit Ragaũ. Heberus aũt quarto & triceſimo ætatis anno genuit Phalegũ, ipſe de Sale prognatus annũ nato triceſimum: quẽ Arphaxades genuit quinto & triceſimo ætatis anno. Semæ filius Arphaxades natus eſt poſt annos duos à diluuio. Abrahamus autem fratres habuit Nachoren & Aranen. Ex his Aranes relicto filio Loto, & filiab. Sara & Melcha, in regione Chaldæorũ eſt mortuus, in urbe quæ Vra Chaldæorũ uocatur, & ſepulchrũ eius nunc uſq; oſtenditur. neptes uerò ex fratre duxerunt cõiuges, Melchã Nachores, Sarã Abrahamus. Cæterũ cum Tharrus exoſam haberet Chaldæã propter luctum Aranis, omnes ſimul migrauerunt Carras

Meſo-

Meſopotamiæ,ubi etiã Tharrum defunctũ ſepelierũt, anno exactę uitæ ducenteſimo quinto. Iam em̃ paulatim ſubtrahebat̃ de uitæ ſpatijs,uſq; ad Moy ſis ætatẽ:poſt quem c x x annorũ terminus deo finitore eſt ſtatutus, quantum tẽporis & Moyſes ipſe uixit. Itaq; Nachores è Melcha octo filios ſuſcepit, Vxum, Bauxum, Manhelem, Zachamũ, Azamum, Pheldam, Iadelpham, Bathuelem. atq; hi legitimi Nachoris filij fuere. nam Thabæum, Gadamum, Tauaum & Machã è Ruma cõcubina genuit. Porrò Bathueli uni è legitimis Nachoris filijs nati ſunt, Rebecca filia, & filius nomine Labanus.

Quomodo Abraham generis noſtri autor è Chaldæorũ terra profectus habitauit regionem quondã Chananæam, quæ nunc Iudæa dicitur. Cap. VII

ABRAHAMVS uerò Lotum Aranis fratris ſui filium, Saræ cõiugis ſuæ fratrẽ, adoptauit, quòd germano filio careret: & cum iam eſſet annorũ LXXV. monitus oraculo Chaldæam terrã mutauit Chananæa: quã & ipſe habitauit, & poſteris reliquit: uir ſapiens ex æquo & eloquẽs, & in cõiectando ſagax. Cumq; ob uirtutẽ eximiã ſapiens eſſet præ cunctis habitus, auſus eſt uulgo receptã de deo perſuaſionẽ cõuellere, & in melius uertere. Ergo primus omniũ clara uoce prędicauit, unum eſſe deum rerum uniuerſitatis conditorẽ: de cętero ſi quid ad felicitatẽ conferat, nõ noſtris nobis uiribus, ſed illius uoluntate cõtingere. Hoc uerò ex terræ ac maris obſeruatione colligebat, tum eorũ quæ circa ſolem ac lunã & reliqua ſidera uidebat accidere. eſſe nimirũ potentiã quandã quæ horum curã gerat, & omnia decenter adminiſtret, qua ceſſante nihil noſtris utilitatib. ſeruiturũ, cum nihil ſuapte uirtute polleat, ſed uniuerſa omnipotẽti ipſius uoluntati obſecundẽt. quapropter huic uni honorẽ deberi, huic gratias agi oportere. Quãobrem cum Chaldæi Meſopotamitæq; cæteri contra ſe inſurgerẽt, conſiliũ migrandi cœpit, & uoluntate ac fauore dei fretus terram Chananæã tenuit: ubi ſedibus poſitis deo ſtruxit aram, & hoſtias mactauit. Meminit aũt patris noſtri Abrahami Beroſus quoq;, nõ tamen eum nominans, his uerbis. Poſt diluuium aũt decima ætate apud Chaldæos erat quidã iuſticiæ cultor, uir magnus, & ſideralis ſcientiæ peritus. Hecatæus uerò non meminit tantum obiter, ſed libro in hoc conſcripto res eius poſteritati tradidit. Nicolaus aũt Damaſcenus in quarto hiſtoriarũ ſic ſcribit. Abrahamus regnauit apud Damaſcum aduena, ut qui cum exercitu uenerat è regiõe ſuprà Babylonẽ ſita, quæ Chaldæorum dicitur. nec ita multo pòſt hinc quoq; migrans cum ſuo populo, ſedem tranſtulit in terram tunc Chananęam, nunc uero Iudæam nominatam: eiusq; poſteritas ibi creuit in ingentẽ numerum, quorũ res alibi ſum narraturus. Abrahami uerò nomen etiam nunc eſt apud Damaſcenos celebre, & uicus oſtenditur, quem uocant Abrahami domicilium. XV Gen. 11. 12

Quòd fame Chananæam premente, Abrahamus in Aegyptũ eſt profectus: & ibi aliquantiſper cõmoratus, retro unde uenerat eſt reuerſus. Cap. VIII

FAME deinde Chananæam terrã inuadente, Abrahamus audita Aegypti ubertate, proficiſci illuc decreuit, tum ut copijs eorũ frueretur, tum ut ſentẽtiam ſacerdotũ de diuinitate cognoſceret: aut ſecuturus illorũ opinionẽ ſi modo melior eſſet, aut ipſe rectiora eis cõmonſtraturus. Cæterũ cum & Saram ſecum duceret, ueritus Aegyptiorũ libidinẽ, ne fortè ob excellentem uxoris formam à rege interimeretur, artem cõmentus XVI Gen. 12. 13

eſt talem. Fratrem eius ſe finxit, monita prius, ut ob prę ſentẽ neceſsitatẽ ſimulationi ſuæ ſubſeruiat. Vt aũt uentũ eſt in Aegyptũ, id quod ſuſpicatus fuerat euenit: iam enim cõiugis pulchritudinẽ fama diuulgauerat. quamobrẽ Pharaothes gentis rex audita oculis ſuis cognoſcere, ac muliere etiã potiri cõcupiuit. Huic malæ libidini deus obſtitit, peſtilentia & ſeditione res regis infeſtans: cõſultiq; de remedio ſacerdotes, quóue modo placandũ eſſet numen, hãc mali cauſam reſponderunt, q̃ hoſpitis matrimonio iniuriam inferre parauiſſet. Rex territus primũ ſcitat̃, quæn̄ ſit, quis ue eius comes. cognita deinde rei ueritate, Abrahamo ſatisfecit: ſororẽ ſe putaſſe nõ uxorẽ, & affinitatẽ contrahere, non iniuriam inferre, uoluiſſe: donatoq; magna pecunia, poteſtatem fecit cõgrediendi cum præſtantiſsimo quoq; Aegyptiorũ ac doctiſsimo: quo factũ eſt ut uirtutis noĩe in maximã exiſtimationẽ ueniret. nam cum ea gens in diuerſos ritus & opiniones ſcinderetur, & per mutuũ contemptũ atq; inſectationẽ infenſis inter ſe animis agerent, colliſos inter ſe eorũ de religione ſermones & à ſeipſis confutatos, uaniſsimos eſſe nihilq; prorſus ueritatis habere declarauit, ob has diſſertationes in precio habitus, ut qui magnam tam intelligendi, q̃ eloquendi docendiq; facultatẽ præ ſe ferret, & numerorũ ſcientiã & ſiderũ benigne illis cõmunicauit. nam ante Abrahami ad ſe aduentũ Aegyptij rudes erant huiuſmodi diſciplinarũ: quæ à Chaldæis ad Aegyptios profectæ, hinc ad Græcos tandem peruenerũt. Reuerſus inde in Chananæam, agros cum Loto diuiſit. orta uerò inter opiliones cõtentione de iure ac terminis paſcuorum, arbitriũ & optionem Loto permiſit: ipſe cõtentus relicta ſibi portione agri ſubmontani, domiciliũ elegit in oppido Hebrone. id ſeptem annis eſt antiquius q̃ urbs Aegypti Tanis. Loto uerò campi ceſſerunt, et planicies Iordani fluuio contigua, non longe à Sodomorum urbe: quæ tunc bona & magna, nunc diuina ultione ac ira, ut ne ueſtigium quidem ſuperſit, eſt deleta: cuius rei cauſa mox ſuo loco dicetur.

Sodomitarum clades ab Aſſyrijs accepta. Cap. IX

XVII Gen. 14. EODEM tẽpore cũ imperium Aſiæ penes Aſſyrios eſſet, Sodomitarum res tam opibus q̃ numeroſa iuuentute florebant, ut à quinq; regibus adminiſtrarent̃. hi erant Ballas, Bareas, Senabarus, Symoborus & Balin, ſuo quiſq; regno præpoſitus. Hos Aſſyrij bello petierunt, diuiſisq; quadrifariam copijs ſub quatuor imperatoribus, regionem illorum oppugnabant, cõmiſſo tandem prælio uictores Aſſyrij Sodomitarum regibus tributum imperauerũt. cumq; per duodecim annos imperata feciſſent, & tributa ſoluiſſent, decimotertio defecerunt: quo factum eſt ut noua in eos Aſſyriorũ expeditio fieret, ductu & auſpicijs Marphedis, Ariochi, Chodollogomori, & Thargali. Hi & Syriam uniuerſam rapinis uaſtauerunt, & gigantum poſteros perdomuerunt. cumq; in agrum Sodomorũ eſſet uentum, caſtrametati ſunt in ualle puteorum bituminis. tunc enim putei fuerant in eo loco: mox uero Sodomis deletis, lacus ibi, quem à ſcatenti bitumine Aſphaltitem dixere, repente extitit. eo de lacu paulo poſt dicemus. cæterum Sodomitæ cum Aſſyrijs congreſsi, poſt egregiam pugnam editam, partim in acie ceciderunt, partim deditionem fecerunt, cum quibus & Lotus captiuus eſt abductus, qui Sodomitis in auxilium uenerat.

Quomodo

Quomodo Abrahamus Assyrios aggressus tam captiuos quàm reliquam prædam uictor reduxit. Cap. X

His auditis Abrahamus, tũ Loti cognati, tum Sodomitarũ amicorũ ac uicinorũ clade cõmotus, nil cunctatus in succursum eorũ cum suis properauit: & quinta nocte hostẽ assecutus circa Danum (hoc alteri Iordanis fontiũ est nomen) oppressum ex improuiso facile superauit. Securi em & incauti partim in cubilibus inermes sunt cęsi, partim præ temulentia pugnæ inutiles in fugã se cõuerterũt, quos Abrahamus acriter à tergo sequẽti quoq; luce perurgẽs ad Soba Damascenorũ cõpulit. Quo facto nemini dubiũ reliquit, uictoriã non in multitudine militum, sed in bellatorum alacritate cõsistere, et uirtutem nulli numero succumbere, ut qui cum domestica tricenaria cohorte, & insuper decemocto uernaculis, triumq; amicorũ auxilijs tantum exercitum profligauerit, quotquot aũt ex hac clade euadere contigit, cum ignominia domum se receperũt. Abraham uerò captiuis incolumibus reductis, parta pace uictor ad suos redijt. redeunti rex Sodomitarũ usq; in locum quem Campum regium uocant, gratulabundus occurrit: ubi à Solymæ urbis rege Melchisedeco est exceptus. id nomẽ interpretatur, rex iustus. erat enim reuera talis, omnium consensu sacerdotio summi dei ob iusticiã dignus habitus. Sed Solyma posterior ætas uocauit Hierosolyma. Hic Melchisedecus milites Abrahami hospitaliter habuit, nihil eis ad uictũ deesse passus: simulq; ipsum adhibitũ mensæ meritis laudib. extulit, & deo cuius fauore uictoria contigerat, debitos hymnos ut sua pietate dignũ erat cecinit. Abrahamus contra de manubijs decimas ei dono dedit. Rex uerò Sodomorum Abrahamo prædam omnẽ cedens solos captiuos suæ regionis reposcebat. hanc conditionẽ ille non accepit, negans ad se quicquã inde rediturum, exceptis alimentis militũ: amicis tantum in prædæ partem admissis. hi erant Eschol, Ennerus, & Mambres. Hac uiri uirtute delectatus deus: non carebis, inquit, præmio quod pro tot rebus egregie gestis tibi debeẽ. Quo respõdente, & quã uoluptatẽ ista præmia mihi afferre poterunt, cum hærede caream, (nondum enim pater factus erat) tum deus & filium illi est pollicitus, & posteritatẽ ex eo tantam, quæ stellas cæli posset ęquare numero. His auditis lætus sacrificiũ deo iussu ipsius obtulit. Porrò sacrificij ritus erat hic. mactata iuuenca trienni, capra trienni, ariete item trienni, cæteras uictimas ut iussus fuerat diuisit, solis auibus exceptis. deinde priusquã erigeretur ara aduolitantibus alitibus ad uictimarũ cruorẽ, oraculũ redditur, prænuncians progeniem eius malos uicinos per annos cccc in Aegypto habiturã: quo tempore grauiter afflictos, uictoriã tamẽ de inimicis reportaturos, deuictisq; Chananæis regionẽ eorũ & urbes occupaturos. Habitabat tum Abrahamus circa quercũ quę uocabatur Ogis. id agri nomen erat nõ longe ab urbe Hebrone. Cæterũ ægre ferẽs coniugis sterilitatẽ, supplex à deo petijt ut prolem sibi masculam largiretur. Tum deus de cætero quoq; bene sperare illum iussit, ut qui nõ temere Mesopotamiã reliquisset, atq; insup liberos ei non defuturos promisit. ibi Sara dei monitu in thalamũ eius adducit unã famularũ noĩe Agaren, Aegyptiã genere, quo liberos sibi ex ea quæreret. & cũ uterũ se gerere sensisset famula, cœpit contẽptim habere Saram, ad principatũ aspirãs, quasi

XVIII Gen. 14

Gen. 15

Gen. 16

ad prolem ſuã dominatio peruẽtura eſſet, quapropter cũ Abrahamus uxori eam ad pœnã dedidiſſet, decreuit fugere nõ ferẽs afflictionẽ: deumq; rogabat ut ſui miſereretur. Itaq; per deſertũ abeunti occurrit angelus iubẽs ut ad dominos reuerteretur. fore em eam meliore conditione, modo ſe modeſte gerat. nunc em ingratitudinis ac arrogãtiæ pœnã luere. q; ſi cõtẽptis dei iuſsis ulterius pergeret, præſens exitiũ eam manere aiebat. ſin retro rediret, matrem futurã pueri, qui tandẽ regno eius regionis eſſet potiturus. Paruit famula, & reuerſa ad dominos, ueniam eſt cõſecuta: nec ita multo poſt Iſmahelem peperit, ac ſi dicas exoratũ, eo q; deus preces matris exaudierit. hunc Abraha-
Gen. 17 mus ſextũ ſupra octogeſimũ annum natus genuit: cum aũt nonageſimũ nonum attigiſſet, apparuit ei deus, nuncians q; è Sara ſuſcepturus eſſet filiũ. cũ iuſsit uocari Iſacum, addens prodituras ex eo gentes magnas & reges: easq; iure belli occupaturas uniuerſam Chananæã à Sidone uſq; Aegyptũ. Iuſsit etiã genus ipſius, quod nolebat cũ alijs pmixtũ, pudẽda circũcidi, idq; octaua die natiuitatis. cauſam uero noſtræ circũciſionis dicã alibi. Cõſulẽte uerõ Abrahamo & de Iſmahele, an eſſet uicturus, reſpõſum eſt, fore longeuum ſimul & multarũ gentiũ parentẽ. Tum Abrahamus poſteaq; deo gratias egiſſet, eueſtigio circũciſus eſt cũ tota familia, ſimiliter & Iſmahel, annũ tũc agẽs decimũtertium: ipſe uerò pater nonum iam agebat ſupra nonageſimum.

Quomodo deus Sodomitarũ gentẽ excidit flagitijs eorum offenſus. Cap. XI

XIX Gen. 18.19 PER idem tẽpus Sodomitę diuitijs & abundãtia pecuniarũ elati tam in hoſtes cõtumelioſi erant, q; erga deum impij: quippe qui neq; beneficiorũ eius meminerant, & hoſpites auerſabant, deniq; mutuis etiam libidinibus ſeſe inceſtabãt. His rebus offenſus deus decreuit ſuperbiæ pœnas de illis ſumere, & regionẽ eorũ adeo uaſtam reddere, ut poſthac nec plantas nec frũctũ ullum produceret. His ita decretis de Sodomis, Abraha-
mus cõſpicatus tres angelos (ſedebat enim ad quercũ Mambræ pro foribus domicilij ſui) ratus eſſe hoſpites, aſſurgens ſalutauit eos, rogauitq; ut ad ſe diuertentes fruerentur hoſpitio. illis uerò annuẽtibus iubet panes è ſimila fieri, & mactatũ uitulũ ac aſſatũ ſub quercu diſcũbẽtibus appoſuit. at illi uiſi ſunt ei comedere, & de uxore quærebant, ubinã eſſet Sara. quo referente, intus eã eſſe: aiunt ſe aliquãto poſt reuerſuros, eamq; inuẽturos iam matrem: muliere aũt arridente, & negante fieri poſſe ut liberos gigneret ipſa nonagenaria, è marito centeſimũ annum agente: nõ ſuſtinuerunt amplius ſimulare: ſed faſsi ſunt ſe dei eſſe angelos: & q; miſsi eſſent, unus nunciatũ de filio, duo uerò ad delẽdos Sodomitas. Quo audito Abrahamus indoluit propter Sodomitas, & ſurgens deprecatus eſt deum ne promiſcue iuſtos cum iniuſtis perderet, deo uerò negante quenquam Sodomitarum eſſe bonũ, alioqui ſi uel decem inter eos eſſent, omnibus remiſſurum fuiſſe pœnam, Abrahamus deſtitit, angeli uerò peruenerunt Sodoma. ciues autem cum uidiſſent adoleſcentes forma pręſtantes ad Lotum diuertiſſe, ad illudendũ per uim ætati eorũ ſunt uerſi. Loto uerò ſuadente cõtinerẽt ſe, néue in probrum hoſpitum ruerẽt, ſed hoſpitio ſuo nonnihil honoris haberent: aut ſi temperare ſibi non quirent, filias ſe pro illis eorum libidini exhibiturũ, ne ſic quidem pareo uoluerunt. Deus autẽ illorum audacia commotus ad iram, ipſos quidem excæcauit, ne

in

in ædes introitū inuenire poſſent: cæterū Sodomitarū populū uniuerſum ad ſuppliciū adiudicauit. Lotus aūt ab ipſo præmonitus de futuro excidio, diſceſsit inde, aſſumpta etiā uxore & duabus filiabus etiātum innuptis: ſponſi enim earum monentem de exeundo cōtempſerant ut delirum qui talia diceret. Tum deus iaculat telum in urbem, eamq; cum ipſis incolis exurit, & agrum quoq; pari deuaſtat incendio, quemadmodū mihi iam dictum eſt in cōmentarijs quos de bello Iudaico prodidi. Cæterum Loti uxor inter abeundum ſubinde ad urbem reſpiciens, & curioſius cladem hanc contra mandatum dei ſpectans, in ſtatuam ſalis eſt uerſa. dictum eſt mihi iam & de illa: nam extat hodie quoq;: ipſe uerò cū filiabus in paruum quoddā rus euaſit, cui ſoli ignis omnia circumquaq; uaſtans pepercit. id Zoor nūc uſq; uocatur, ſic paruū Hebræorū lingua ſignificante. In hac ſolitudine uitā inopem aliquantiſper tolerauit. puellæ uerò uniuerſum genus humanū extinctum ratę, aſtu circumuento parente, cum inſcio ſunt cōgreſſæ, curantes ne totū genus deficeret. ex hoc cōgreſſu nati ſunt filij: maiori Moabus, ac ſi dicas è patre: iuniori Ammanus, quod nomen ſignificat filium generis. Horum alter Moabitarum fuit autor, magnæ gentis etiā noſtra ætate. alter uerò Ammonitarum. utriq; Syriam Cœlen incolunt. Et in hunc modum Lotus reliquit Sodoma.

Abrahamus aūt migrauit in Gerara Paleſtinæ, Saram acſi ſororem ſecum ducens, eadem arte qua quondam, nimirū inſidiarū metu. timebat enim Abimelechum eius loci regem: qui & ipſe amore Sarę captus, ea poturi cupiebat. eam cupidinem morbus grauis impediuit diuinitus immiſſus: atq; ita medicorum ope deſtitutus, in ſomnis admonetur, abſtineret ſe ab iniuria coniugis hoſpitis. mox cū meliuſcule habere cœpiſſet, indicat amicis, ꝙ deus ſibi hunc morbum immiſiſſet uindicans ius hoſpitis, & uxori eius ab iniuria cauens. non enim ſororem eſſe, ſed uxorem legitimam. Hæc locutus Abrahamum de conſilio amicorū accerſitum, ſecurū eſſe de pudicitia coniugis iubet. deum enim eius curā habere, cuius auxilio nihil turpe paſſam ſe illi reſtituere. idq; ita eſſe deum teſtabat, & mulieris conſcientiā. ac ne expetiturum quidē eam fuiſſe, ſi nuptā eſſe ſciuiſſet. ad hæc rogabat, ut æquo animo in ſe eſſet, deumq; propitiū redderet. Et ſiue apud ſe maneret, nihil ei defore, ſiue abire mallet, deductores eſt pollicitus, & omnia quorū cauſa ad ipſum ueniſſet. Hæc locuto Abrahamus nec omnino fictā cōſanguinitatē aiebat: eſſe em fratris filiam: & ſine hac ſimulatione parū tutam peregrinationē credidiſſe. ac ne morbi quidē cauſam ei ſe fuiſſe excuſabat. Quin et ſalutē regis ſibi curę futuram, & manſurū quoq; cū illo libenter. tum rex tam agri q̄ pecuniarum partem ei ceſsit: & conditiones pacis bona fide utrinq; ſeruandas dixit, fœdere cum eo ſuper puteo quodam icto, qui Berſube uocatur. ea uox iuramēti puteū ſignificat: & id nomē & hodie locus ſeruat. Nec ita multo poſt Abrahamus filium è Sara ſuſcepit, iuxta promiſſa dei, quē Iſacum nominauit. Sic riſus Hebræis ſignificatur. ſiquidē riſus Saræ, dum proles ei iam natu grandi præter expectationem promittitur, in cauſa fuit huius appellationis. ipſa em erat nonagenaria, Abrahamus uerò annorum cētum, ipſo anno quo Iſacus eſt natus. eum octaua mox die circumcidunt, qui mos adhuc Iudæis durat, ut poſt totidem dies circunciſionem celebrent.

XX Gen. 20

Gen. 21

De Ismahele Abrahami filio, eiusq; posteris Arabibus Cap. XII

ARABES uerò post decimũtertium annum id faciunt. Ismahel enim gentis eorũ autor Abrahamo è concubina natus, post tantũ tẽporis est circũcisus, de quo iam dicendum. Amabat Sara Ismahe-
XXI Gen. 21 lem ab initio, è famula Agare natũ, nõ secus ac si ex se esset genitus. alebatur enim in spem successionis. uerum postq̃ ipsa Isacum peperit, nõ amplius æquum censebat Ismahelem cũ hoc educari: quippe qui natu maior, defuncto cõmuni patre iniuriam ei facile inferre potuisset. Suasit igitur Abrahamo ut eum unà cum matre aliquò ablegaret. Ille uerò primũ non aduertebat mentẽ ad Saræ consilium, rem atrocẽ ratus, puerum nondũ adultum & mulierem egenam ablegare. tandem uerò approbante deo, Saræ uoluntati paruit: puerumq; matri cõmisit, nondum per se peregrinationi aptum: & dato eis utre aquę ac panibus iussit ire quò eos necessitas duceret. & cum defeciſſet commeatus, in anxietate erat mater. cumq; nihil aquæ supereſſet, depositò sub abiete puero animã agente, ne spectatrix esset expirãtis ulterius pergebat. cui occurrens angelus dei, & fontem in propinquo indicauit, & curam educãdi pueri habere iussit. sperãdam em̃ illi eximiã felicitatẽ è salute Ismahelis. tum uerò mulier meliori spe concepta, cum incidisset in pastores, eorũ benignitate miseriam euasit. Postquam aũt ad uirilem ætatem peruenit, uxorẽ ei coniunxit Aegyptiam genere, unde & ipsa erat oriunda: ex qua Ismahel duodecim suscepit liberos. hi erant, Nabæothes, Cedarus, Abdeel, Edumas, Massamus, Mæmassus, Masmesus, Chodamus, Themanus, Ieturus, Naphesus, Calmasus. hi quicquid terrarum est Euphratem inter & rubrum mare habitant, Nabatææ nomine regioni indito. Sunt autem hi à quibus Arabes gentem suam eiusq; tribus denominauerunt, tum propter ipsorum uirtutem, tum propter Abrahami autoritatem.

De Isaco legitimo Abrahami filio. Cap. XIII

Gen. 22 ISACVM autem Abrahamus supramodum amabat ut unigenitum, & quem in senectute dei dono susceperat. hunc affectũ & beneuolentiam parentum puer ipse magis ac magis accẽdebat, omni uirtuti deditus, & tam parentes q̃ deum colens: quo successore omnium fortunarum relicto Abrahamus haud grauatim uita exceſſurus uidebatur: id quod
XXII ipsi dei benignitate contigit. Volens tamen pietatis eius periculum facere, deus apparuit ei: enumeratisq; omnibus beneficijs in eum collatis, ut uictoriã illi de hostibus olim cõcesserit, utq; præsenti felicitate suo fauore frueretur, filiũ Isacum poposcit ut sacrificiũ & uictimã sibi offerret. iubebat aũt ut in montẽ Morium subductũ holocaustũ faceret. sic enim pietatem eius illustriorẽ fore, si uel filij salutẽ uoluntati diuinæ posthaberet. Abrahamus uerò nefas ducens quauis in re deo morẽ nõ gerere, quin potius per omnia parendum ei per quem omnes uiuerent, cælans uxorẽ tam dei mandatũ, quàm suam de pueri cędę sententiã, ac ne famulorum quidem ulli rem indicans, ne fortè aliquis sibi obstaculo esset, assumpto Isaco cum duobus seruis, impositisq; in asinum rebus ad sacrificiũ necessarijs, proficiscebatur ad montẽ. ac biduum quidẽ comitati sunt eum serui. tertia uerò die cum iam in prospectu esset mons, relictis alijs in campo cum solo puero ascendit in mõtem, in quo

pòst

pòst Dauid templum cõstituit: ferebãtq; secum quicquid ad sacrificium pertinet, absq; uictima. Isaco uerò qui tum uigesimũ quintũ annũ agebat, aram apparante, percontanteq; quidnã mactaturus esset nullam habẽs hostiã: tum ille deum daturũ aiebat, qui potẽs esset hominib. & quæ nõ habeãt largiri, & quæ habeant adimere, si in illis fiduciã collocent. daturũ ergo sibi quoq; uictimam, siquidẽ propitius esset his sacris interuẽturus. postq̃ aũt structa ara ligna imposuerat, omnibus apparatis sic infit. Fili, mille uotis te expetitum, postquã in hanc uitã uenisti, summa cura ac sollicitudine educaui, nihil beatius existimans q̃ si te uirum uidere daretur, & tandẽ hæredem meæ ditionis relinquere. Sed quoniam deo uisum est ut te susciperem, ac nunc rursum ut te amittã, fer generose hoc sacrificiũ. Cedo enim deo, qui à nobis hũc honorem reposcit, pro perpetuo fauore quo nos belli ac pacis tempore est prosecutus. Nunc lege naturæ natus cum sis ut moriaris, non uulgarem habebis uitæ exitũ, sed à pprio patre patri uniuersorũ deo sacrifico ritu oblatus, ipso ut credere par est indignum te cẽsente qui aut morbo, aut bello, aut alia quapiam humana calamitate de uita decedas: sed inter precamina & sacra animã tuam exceptam apud se collocabit: ubi memor cur te potissimũ educauerim senectutẽ meam sustentabis, non quidẽ per teipsum, sed deum mihi curatorem tuo loco relinquens. tum Isacus haudquaquã à tanto parente degener, libẽter hæc uerba accepit, negans se dignum qui unquã natus esset, si tam dei q̃ patris decreto reluctans, non alacriter se præberet utriusq; placitis: quandoquidẽ etiamsi pater solus ita uellet, nefas esset non obsequi. iamq; minimũ aberat quin perpetraretur facinus, ni deus obstitisset. Inclamat enim nomine Abrahamum, neci pueri intercedẽs. non enim cupidine sanguinis humani, pueri cædem imperasse, neq; ut quem patrem ipse fecerat, liberis per impietatẽ orbaret, sed ut probaret eius animũ, an etiã talibus iussis pariturus esset. nunc cognita eius prõptitudine ac præcellenti pietate, ratum se habere quicquid illi hactenus concesserat. non defuturam autem nec in posterum suam prouidẽtiam, tam ipsi quàm eius generi. hunc quoq; filium longissimo tempore uicturum, uitaq; feliciter exacta filijs germanis & probis magnũ principatũ relicturum. prædixit etiam fore ut genus eorũ in multas gentes crescteret, nec minus opibus quàm numero augeretur: ipsorũ etiam autorum eius generis memoriã fore sempiternã. regione quoq; Chananæa bello quæsita, usq; ad inuidiam omnium exterarum gẽtium fortunatos fore. Hoc oraculo reddito, deus illis arietem ad uictimã ex improuiso præsto esse uoluit. At illi ex insperato sibi redditi, auditaq; tantę felicitatis promissione, mutuo se complectebãtur: mactata deinde uictima incolumes ad Saram se receperunt: uixeruntq; beati, omnes eorum conatus deo prosperante.

Saræ obitus Abrahami coniugis. Cap. XIIII

SARA autem non multo pòst moritur, cum uixisset annos uigintiseptem supra centum. Sepulta est in Hebrone, Chananæis publicæ ius sepulchri offerentibus. Abrahamus tamen maluit sepulturæ locum quadringentis siclis emere de Ephremo quodam Hebronẽsi ciue: ubi monumenta eius & posterorum sunt exædificata. Gen. 23

Quomodo è Chætura Abrahamo nupta Troglodytarum gens prouenit. Cap. XV.

XXIII Gen.24.25 POST hęc duxit Chæturã, ex qua nati ſunt ei filij ſex, uiri prudẽtes & induſtrij, Zembranes, Iazares, Madanes, Madianes, Luſubacus, Suus: qui & ipſi filios habuerũt. Suo Sabacanes natus eſt & Dadanes. huic Latuſimus, Aſurus, Luures. Madianis uerò fuerũt, Epha, Ophres, Anochus, Ebidas, Eldas. His omnibus filijs ac nepotibus Abrahamus deducendi colonias fuit autor, occupauerũtq; Troglodyticam regionem, & Arabiæ Felicis quicquid ad rubrum mare pertinet. Fertur etiam quòd hic Ophres cum exercitu profectus occupauit Libyam, quã poſtea nepotes eius tenuerunt, Aphricam ab ipſo denominatã. Atteſtatur huic opinioni & Alexãder Polyhiſtor ſic ſcribens: Cleodemus, inquit, propheta, cognomine Malchus, qui ad imitationẽ Moſis legislatoris Iudæorũ hiſtoriã cõtexuit, narrat Abrahamũ è Chętura aliquot filios ſuſcepiſſe, tres nominatim recẽſens, Aphram, Surim, Iaphram. à Suri appellatam Aſſyriam. ab Aphra uerò & Iaphra urbẽ Aphrem & regionem Aphricam nominatas. hos enim ductu Herculis in Libya militaſſe contra Antæum. Herculem etiam ex Aphræ filia genuiſſe filium Dedorum, ex hoc Sophonem prognatum, à quo Sophaces barbari ha-

XXIIII bent nomen. Iſaco aũt iam fermè quadragenario Abrahamus pater con iungere uolens uxorem Rebeccam Nachoris fratris ſui neptem, mittit maximum natu famulorum ad ſponſalia, prius accepta fide obligatum. modus uerò deuinciendi fuit talis. Subditis alter alteri manibus ſub femora, deum ita teſtem inuocabant eorum quæ deſtinauerant. Miſit etiam dona ad illos, uel rara illic uel nũnquam antè uiſa. Profectus aũt famulus diuturnum iter faciens, eo q; difficilis eſſet tranſitus per Meſopotamiam, hyeme propter cœni altitudinem, æſtate ob aquarum inopiam, ad hæc propter latrocinia quæ uitari non poterãt niſi à cautis, tandẽ peruenit ad urbẽ Carras. & cum ueniſſet in ſuburbium, incidit in cõplures puellas eũtes aquatum: moxq; intra ſe precatur, ſi deo gratæ forent hæ nuptiæ, ut inter illas inueniretur Rebecca, ad quam filio deſponſandam Abrahamus eum miſerat: & hoc ſigno dignoſceretur, q; cæteris negantibus ipſa potum roganti præberet. hæc ſecum uolutans accedit ad puteum, poſcens ab eis potum. illis uerò cauſantibus aquam ſe non ſine labore acquirere, quam domũ deferant, non alijs præbeant: una omniũ obiurgatis reliquis, negãdo eas unquam inter homines uerſatas, quę ne aquam quidẽ impartirent, benigne hoſpiti potum offert. at ille certa iam ſpe de euentu concepta, uolens tamen uerum cognoſcere, collaudata prius uirginis indole & benignitate, quæ uel cum ſua fatigatione roganti ſubminiſtrare non grauaret, ſciſcitatur ex quibus nam eſſet parentibus: gratulatus eis talem filiam, & imprecatus ut eam ex animi ſententia uiro probo elocarent, ex quo germanos ac legitimos liberos pareret. puella in hoc quoq; ei gratificatura genus ſuum indicat. Rebecca, inquit, mihi nomen eſt, pater uerò fuit Bathuel. quo defuncto Labanus frater meus & domum curat & matrẽ, meæ quoq; uirginitatis tutor. His cognitis homo gaudebat ob ea quæ ſibi accidè rent, quęq; audiuiſſet: manifeſto cernens deum hoc iter proſperare. prolato deinde monili & alijs quibuſdam ornamentis quibus ætas ea delectatur, obtulit puellæ, dicens hanc eſſe gratiam & honorem pro communicato potu,

ipſamq;

ipſamq; dignã quæ accipiat, cũ inter tot uirgines bonitas eius emineat: roga bat etiã ut ad domeſticos ipſius diuertere liceat, quandoquidẽ nocte iam ap petente ulterius progredi nõ detur. ferre ſe mundũ muliebrẽ magni precij, qui nuſquã tutior eſſe poſsit q̃ apud eos quorũ probitatẽ iam eſſet expertus. coniecturã enim ſe facere ex ipſius moribus, matrem quoq; & fratrẽ pari humanitate eſſe præditos, neq; grauatim hoſpitem admiſſuros, præſertim ipſis nec oneri nec ſumptui futurũ. ad hæc illa, bene eum de parentũ humanitate coniectare, ſed nõ recte facere q̃ tam illiberales ſuſpicetur. omnia enim ſine precio habiturũ, indicaturã tamẽ prius Labano fratri, cuius permiſſu ipſum adducturam. quo facto poſtq̃ adduxit hoſpitem, ſerui Labani camelos curandos acceperunt, ipſe uerò ad cẽnam eum ſecũ duxit. qua peracta ſic eum & matrem puellæ eſt allocutus. Abrahamus filius eſt Tharri, ueſter aũt cognatus. Nachores enim tuorum matrona liberorum auus, Abrahami erat frater, eodẽ patre eadẽq; matre prognatus. is nunc mittit me ad uos, poſtulãs hanc uirginẽ filio ſuo cõiugẽ dari, quem legitimũ habet & unicũ, ad omniũ ſuarum facultatũ hereditatẽ educatũ. cui cum poſſet opulentiſsimam quamuis ex eius regionis fœminis deligere, nõ eſt ita uiſum: ſed malens hunc honorem cognationi ſuæ habere, procurat has nuptias: cuius uoluntatẽ nolite cõtemnere. diuino enim fauore præter alia quæ mihi feliciter in hoc itinere ſucceſſerũt, & puellam hãc & ueſtras ædes inueni. propinquus em̃ iam oppido, cõſpicatus multas uirgines puteum petentes, optaui ut in hãc inciderem: quod & factũ eſt. has igitur nuptias auſpice deo cõciliatas, uos quoq; ueſtra autoritate ratas habetote: & Abrahamum qui me tam accurate huc miſit, ueſtro annutu honorate. illi uerò tum q̃rem tam optabilẽ approbarent, tum quòd dei ſententiã accedere cognoſcerent, mittũt eam quibus poſtulabatur conditionibus: duxitq; illam Iſacus, facultatũ paternarũ iam dominus.

De obitu Abrahami. Cap. XVI

DEFVNCTVS eſt autem Abrahamus nõ ita multo poſt, uir in omni uirtute eximius, & pro ſua inſigni pietate deo egregie carus. Vixit annos CLXXV. ſepultus eſt in Hebrone iuxta uxorẽ Saram, communi cura filiorum ſuorum, Iſaci & Iſmaelis. XXV Gen. 25

De Iſaci filijs Eſao & Iacobo, & natiuitate eorum. Cap. XVII

DEFVNCTO aũt Abrahamo uxor Iſaci gerebat uterũ: cuius mole creſcẽte indies, anxius cõſuluit oraculũ. Reſpõſum eſt, gemellos ei paritura Rebeccã, & ab utroq; deſcẽſurã gentẽ autori ſuo cognominẽ: & quæ minor uidebit, eam fore potiorẽ. nec multo pòſt, ſicut prædictũ erat, naſcunt ei gemini, quorũ grandior à capite ad pedes erat hiſpidus. minor uerò exeuntis ante ſe calcaneũ retinebat. pater aũt amabat ſeniorẽ Eſaum ex re cognomẽ habentẽ. nam Hebræi pilos uocãt Seir. Iacobus uerò iunior à matre amabatur. Fame aũt in ea terra graſſante, Iſacus uolẽs ire in Aegyptũ propter ubertatẽ regionis, peruenit Gerara, deo ſic iubẽte. rex aũt Abimelechus excepit eũ, quia hoſpitij & amicitiæ ius inter eũ & Abrahamũ interceſſerat. cũq; hominẽ initio magna beneuolentia proſequeretur, motus inuidia nõ potuit in eo affectu permanere. uidẽs enim deũ Iſaco propitiũ, ſuũq; fauorẽ declarantem, expulit illum. at ille expertus mutatum præ inuidia, ſeceſsit non longe XXVI Gen. 25

longe à Geraris in locum qui uocatur Fauces. ibi dum foderet puteũ, paſtores irruentes aggreſsi ſunt armis opus impedire: ſed illo ultro cedente, uiſi ſunt uiciſſe. mox cum alio loco fodere cœpiſſet, rurſum ui prohibentib. alijs Abimelechi paſtoribus, hunc quoq; puteũ imperfectum reliquit, prudenti conſilio meliorẽ occaſionem expectans. qua deinde oblata, rege ſponte fodiendi poteſtatẽ faciente, puteo Rooboth nomen impoſuit, quod ſignificat amplum. è prioribus uerò alterum uocauit Eſcon, hoc eſt pugnã: alterũ Syenam, hoc eſt inimicitiã. Itaq; Iſaci potentia cum opibus indies magis ac magis creſcebat. Abimelech aũt ratus contra ſe fortunas Iſaci augeri, cum quo parum ſyncere cõſuetudinem habuerat, & qui ob ſimultatis ſuſpicionem ali quantiſper ſeceſſerat, ueritus nequãdo apud eum plus recens offenſa q̃ priſtinæ amicitiæ memoria ualeret, néue iniuriam acceptam ulciſceret, profectus ad illum amicitiã cum eo renouat, uno è ſuis amicis arbitro adhibito. cumq; Iſacus pro naturæ bonitate iniurias ſuas paternæ amicitiæ libenter donaret, uoti compos domum eſt reuerſus. Alter aũt filiorum Iſaci, in quem pater erat propẽſior, quadraginta annos natus, duxit Adam Helonis, & Alibamen Eſebeonis, dynaſtarum inter Chananæos filias, idq; autoritate propria, ne patre quidem conſulto. neq; enim ille permiſſurus erat, ſi filius ſententiam ipſius expectaſſet, quippe qui nõ delectabatur affinitate eius regionis hominum: nolens tamen moleſtus eſſe filio, iubendo eum ut mulieres miſſas faceret, decreuit rem totam ſilentio tranſmittere. Sed cum eſſet ſenex, & uiſu orbatus, accito filio, præfatusq; ætatẽ, per quam etiamſi cæcitatis calamitas non acceſsiſſet, non liceret ſibi amplius deum ſolito cultu uenerari, iuſsit eum uenatum ire. Cura, inquit, ut quod poteris capias, et para mihi cœnam: qua ſumpta precabor deum, ut tibi dignetur eſſe auxiliator & adiutor per omnem uitam tuam. nam meæ finis quàm longe abſit incertus ſum: qui prius quàm me opprimat, æquum eſt ut meis precibus deum tibi faciam propitium. Vadit Eſaus uenatum: interim Rebecca malens Iacobo deum propitium, etiã præter Iſaci mentem, iubet eum hædis iugulatis cœnam inſtruere. ille obſequitur matri, iuſſu ipſius omnia faciens. cœna uerò parata, circumuolutis hædino exuuio brachijs, ut contactis pilis Eſaus crederetur: nam cætera omnino ſimilis ut gemellus, hoc ſolo differebat: ſolicitus ne mature in malo dolo deprehẽſus pro fauſtis precaminibus diras imprecationes reportaret, apponebat cœnam patri. at Iſacus ſentiens in uoce nonnihil peculiare, aduocat filium. illo uerò protendente brachium hædina pelle amictũ: uoce, inquit, propior es Iacobo, attamen ob piloſitatem Eſaus mihi uideris. nec quidquã doli ſuſpicans, iam cœnatus ad deum precibus inuocandũ ſe uertit. Domine, inquit, omnium ſeculorum, & conditor omnium creaturarũ, tu patri meo maxima bona pollicitus, etiã mihi præſentem felicitatem es largitus, meis quoq; poſteris propitiũ te fore, & maiorib. beneficijs eos cumulaturũ promiſiſti. hic tuus fauor perpetuus ſit precor, néue me propter hanc debilitatẽ deſpicias, quæ facit ut magis etiam ope tua egeam. Serua puerum hunc propitius, & ab omni calamitate illæſum cuſtodi. da ei uitam felicem, & poſſeſsionem bonorum quæ in tua ſunt poteſtate. fac eum formidabilem inimicis, apud amicos gratioſum. Sic ille deum inuocabat, putans ſe Eſao bene precari.

uix

uix absoluerat preces, cũ Esaus à uenatu reuertit, & Isacus intellecto errore nihil tamẽ est cõmotus. Esaus uero postulabat ut sibi quoq; sicut fratri faceret. denegante id patre, eo quòd oẽs preces in Iacobũ absumpsissẽt, lugebat quòd uoti cõpos non esset. quin & pater mœrore eius motus, studijs quidẽ uenandi, & robore corporis armorũq; præstantia celebrem fore prædicit, eamq; gloriã tum ipsi tum eius posteris mansuram sempiternã: seruiturum tamen fatri. Cæterum cum Iacobus timeret fratrem, ne pœnas à se exigeret ob circũuentum in uotis faciendis patrem, mater eum huic periculo eximit. persuadet enim marito, ut Iacobo Mesopotamenã uxorẽ daret, propinquam genere. iam enim etiam Esaus duxerat Basemmathen Ismaelis filiam. Male em̃ Chananæis uolebant Isacus cũ suis, priori affinitate offensi, in quorũ gratiã filius Basemmathen duxit, quã postea magis quã cæteras dilexit. XXVII

De Iacobo meu fratris in Mesopotamiam profugo. Cap. XVIII

IACOBVS aũt in Mesopotamiã missus à matre, ducturus auunculi Gen.28
sui Labani filiam, cõsentiente etiã patre iter faciebat per Chananẽã: cumq; simultatẽ haberet cum ea gente, nolebat ad quenquã diuertere: sed sub dio quiescebat, lapide uice puluini capiti subiecto. cui dormienti uisio talis est oblata. Videre uidebatur scalam à terra ad cœlum pertingentem, & per eam species descẽdẽtes, supra humanã naturã augustas: & in summa scala deum manifeste apparentẽ, & nominatim se his uerbis cõpellãtem: Iacobe, cum sis patre bono, & auo ob suam uirtutẽ celebri prognatus, nõ debes præsenti necessitati succũbere, sed meliora potius sperare. Meo præsidio magna te manet felicitas. nam & Abrahamum ego è Mesopotamia huc adduxi pulsum à cognatis, & patrem tuũ beatum reddidi, nec tua cõditio deterior est futura. quare bono animo hanc uiam perge, fretus me deductore. euenient ex tua sententia coniugium ad quod properas, accedent inde & liberi. eorũ numerus erit magnus, & ipsi rursus maiorẽ prolem post se relinquẽt. his ego terræ huius imperiũ dabo, & eorũ posteris, qui repleturi sunt terrã omnẽ & mare q̃ late sol aspicit. tu ne cæde ulli uel labori uel periculo, tui curam mihi cõmittens & nunc, & magis etiam in posterum. hoc oraculũ deus Iacobo reddidit: quo lætus ungit lapidem in quo dormienti tanta spes affulsit, & uotum deo facit sacrificaturũ se illic, si incolumi & facultatibus aucto reditus contingeret: quod pòst reuertẽs soluit, omnium bonorum suorum decimis oblatis. honorem etiam loco addidit, Bethel nominato: quod Græcis domicilium dei significat. Pergens deinde cœptum iter in Mesopotamiam, tandem peruenit Carras. & cũ pastores offendisset in suburbio, & adolescentes ac puellas ad puteũ quendam sedentes, poposcit potum. hinc orto sermone percontatus est an nossent quendam Labanum suum popularem, si fortè adhuc sit superstes. aiunt omnib. sibi notũ. neq; em̃ talem esse ut ignotus esse possit. quin & filiam eius unà pascere, demirariq; se quòd nondum adsit. ex ea facile quæ cuperet cogniturum. uix hæc uerba finierunt, cũ puella accedit comitantibus suis pastoribus. ei Iacobum ostendunt, dicentes hospitem de ipsius patre sciscitari. quæ puellariter gauisa Iacobi aduentu, rogabat quis nam & unde ad eos ueniret, & cuius rei causa: addens optare se ut possent illi gratificari, quacũq; re opus haberet. Iacobus uerò non tam Gen.29

cognatione

cognatiõe aut huius affectu q̃ insigni puellæ forma captus, obstupuit, ut qui perpaucas uiderat pulchritudine huic cõferendas. Mihi, inquit, tecũ & cum tuo patre, siquidẽ Labani es filia, antiquior intercedit necessitudo, q̃ sit uel tua ætas uel mea. Tharro em̃ Abrahamus, Aranes, & Nachores fuere filij, ex his Bathuelus tuus auus Nachoris fuit filius: Abrahami uerò & Saræ Aranis filiæ Isacus, meus pater. est & propinquior ac recentior necessitudo, qua sumus mutuò deuincti. Rebecca em̃ mater mea, Labani patris tui soror est eodem patre ac matre genita. itaq; cõsobrini sumus ego & tu. & nũc uenio salutaturus uos, cognationisq; officia, ita ut par est, renouaturus. At illa memor eorũ quę de Rebecca ex patre, ut fit, audierat, sciensq; parẽtes desiderare aliquid de ea cognoscere, prę amore patris lachrymabũda ruit in collũ eius, cõplexoq; iuuene: optatissimã, inquit, & maximã uoluptatẽ affers patri cũ tota familia, qui nunquã matris tuæ obliuiscitur, crebram illius mentionẽ faciẽs: eumq; nuncium cũ quantauis felicitate nõ permutaret. tum iubet ut è uestigio se ad patrẽ sequatur, néue diutius eum hac uoluptate fraudet. His dictis adduxit eũ ad Labanũ: & agnitus ab auunculo, tũ ipse fuit securus iam apud suos, tum illis inexpectato aduentu magnã uoluptatẽ attulit. Post aliquot aũt dies Labanus gaudere se quidem eius præsentia magis q̃ uerbis exprimere posset aiebat, rogabat tamen quãobrem uenisset relictis parentibus ætate cõfectis, & qui ipsius obsequijs ægrè carerẽt. pollicebatur etiam benignitatem & operam suam in quacũq; re opus haberet. Iacobus uerò totam ei causam recẽsuit. Isaco esse filios geminos, se & Esaum. eum quia fraudatus sit patris fausta imprecatione per matris artem in se translata, cupere se interimere, quasi raptorẽ principatus à deo destinati, & reliquorũ uotorũ paternorum. hanc esse causam sui aduentus, & mandata matris, præsertim cum oẽs sint inter se consanguinei, sed propiore gradu mater. Sperare se in rebus angustis post deum præsidium maximũ in auunculo reperturum. Labanus contrà omnem illi humanitatẽ pollicet̃, tum propter cõmunes auos, tum etiã ut affectum sorori absenti debitum erga ipsum præsentem declararet. uelle se eum gregum suorũ magistris prę ficere: & quando ad suos reuerti libuerit, nec indonatũ nec inhonoratũ abiturum, quemadmodũ tam propinq; cognatum deceat. ad hæc Iacobus, se uerò libenter accipere conditionẽ quantũuis laboriosam, sed ęquũ esse mercedis loco sibi dari Rachelis coniugiũ, quã & ipsius uirtutis causa diligeret, & quia eius opera in tale hospitiũ sit introductus. amor enim puellæ cogebat eũ hanc mẽtionẽ inijcere. ibi Labanus ipso uultu lætitiã præferens, eius petitioni annuit, negans sibi optatiorẽ generum potu isse contingere: sed opus esse ut aliquãdiu secũ maneat. In Chananæam enim non missurum filiam, quin & sororis in tam longinquam regionẽ nuptum datæ propemodum pœnitere. His assentiẽte Iacobo, de septem annis est conuentum. tot enim uoluit seruire mercede apud socerum, ut dato uirtutis specimine, magis cognoscerẽt quinam uir esset. cæterum elapso præstituto tempore Labanus epulum nuptiale apparat. noctu uero nõ sentiente Iacobo inducit in thalamũ alteram filiam Rachele maiorẽ natu, facieq; nõ admodum liberali. at ille uino & tenebris fallentibus, congressus est cum ea. luce deinde cognito errore expostulauit cum Labano. ille ueniam petebat necessitati,

qua

qua cõpulsus hoc fecerit.nõ malicioſe,inquit,Liam ſuppoſui,ſed cõſuetudi ne regionis huius cogente.nihil tamẽ hoc oberit Rachelis cõiugio,ſed dabo eam tibi uidenti ac ſcienti poſt alterũ ſeptenniũ. Paſſus eſt hoc ſibi perſuaderi Iacobus: nec enim aliter facere poterat amore puellæ deuinctus: & exacto altero ſeptennio Rachelem duxit. Erant aũt ambabus famulę additę à patre, Zelpha Liæ,Racheli Bala,nequaq̃ ancillæ,ſubditæ tamen. ſed Liam male habebat amor mariti, quo ſororem proſequebatur, expectabatq; poſt partum ſe fore in pretio:idq; aſsiduis precibus à deo cõtendebat.cumq; puer maſculus natus eſſet,& maritus ob hoc propenſior in eam factus,Rubelum nominauit,qui ſibi miſeratione diuina cõtigiſſet.Sic enim interpretatur hæc uox. Aliquanto pòſt naſcuntur ei tres alij:Simeon, quod ſignificat exorabilem ei fuiſſe deũ: Leui,quod eſt firmator ſocietatis:Iudas, quod eſt gratiarũ actio. Gen.30
Rachel aũt uerita ne propter fœcunditatẽ ſororis deteriore apud maritũ cõditione eſſet,iubet famulam ſuam Balam cũ Iacobo cubare.ex ea naſcitur puer nomine Dan,quaſi dicas,dei iudiciũ:& aliquãto pòſt alter nomine Nephthalim,ac ſi dicas artificioſum:ꝙ mater arte certauerit cum ſororis fœcunditate.Idem mox & Lia facit,ſororis arte cõtra eam ipſam uſa.deducit ſuam famulam in ſui mariti accubitũ.ex ea quoq; naſcit filius Gadas, fortuitũ ſignificante nomine:& poſt eum Aſer,quod ſonat beatificũ, ꝙ mactam fœcunditate ſe Lia duceret. Porrò cum Rubelus filiorũ Liæ maximus mandragoræ mala matri afferret,Rachel hoc uiſo cõcupiuit hunc cibum, partemq; à ſorore precario petijt.Illa uerò denegante,iubẽteq; contentã eſſe,ꝙ honoris prę rogatiuam apud cõmunem maritũ haberet:Rachel mitigatura indignationẽ ſororis, ait ſe illi uirum ceſſuram in ſequentẽ noctem. quam gratiam altera libenter accipiẽte,Iacobus cum Lia cubauit in Rachelis gratiam.Rurſum igitur ei filij naſcuntur: Iſſachares, quod nomen ſignificat ex mercede natum: & Zabulon,quod ſignificat pignus beneuolentię:præterq; filia Dina.Tandem etiam Rachel peperit Ioſephũ filium : ea uox ſignificat additamentum.
Hoc toto tempore,quod fuit annorũ uiginti, paſcuis ſoceri & gregibus præ Gen.31
fuit.quo exacto,æquum eſſe aiebat,ut cum uxoribus ad ſuos reuerteret.Socero uerò non permittente,clàm hoc facere cogitabat:pertentabatq; animũ uxorum,quõ laturæ eſſent peregrinationem.quibus cum gratum hoc eſſet, Rachel ſigillis etiam deorum patrię religionis ſublatis,unà cum ſorore fugiebat:ſimulq; utriuſq; liberi & famulæ cum ſuis filijs, aſportatis etiã totis quantæ erant facultatibus. Abducebat etiam Iacob dimidium pecorũ,priuſquam Laban reſcire poſſet. ſigilla uerò deorum ſecum ferebat Rachel : non quòd deos coleret, quorum contemptum à marito didicerat: ſed ut ſi fortè pater fugientes aſſequeretur, haberet quò confugeret ueniam impetratura. Labanus autem poſt unam diem cognito Iacobi & filiarum diſceſſu, indignatus perſequebatur eum cum ualida manu, & ſeptima demum die deprehendit eos in quodam colle quieſcentes:quumq; eſſet diei ſerum,ab omni ui ſe continuit. per noctem uerò deus in ſomnis illi uiſus uetuit ne quid in deprehenſum in fuga generum cum filiabus durius præ ira conſuleret: ſed potius fœdus cum eo feriret: néue paucitatem fugientium contemneret, alioqui ſe illis propugnatorem futurum. Sequenti uerò luce Labanus Iacobum ad

colloquium euocat,nõ diſsimulans oraculum: quumq; ille fidei eius ſe commiſiſſet, cœpit hominẽ accuſare, exprobrans q̃ pauperem omniumq; egenum ſuſcepiſſet, & de ſuis facultatibus abunde ipſi ſuppeditaſſet. Propterea filias,inquit,tibi coniunxi,putans hoc pacto beneuolentiã erga nos tuã fore firmiorẽ.tu uero neq; matrẽ tuam & cõmunem ſanguinẽ, neq; uxores apud nos ductas,neq; liberos quorũ ego auus ſum,reueritus non aliter q̃ hoſtem me tractaſti.rapuiſti mea bona, filiabus ut parentẽ fugerẽt autor fuiſti: ſacra patria domum tecum portaſti,& apud maiores meos, & apud me in ſumma ueneratione habita.& quæ uix hoſtis hoſti faceret,tu cognatus, & ſorore nepos,gener,hoſpes ac domeſticus cõuictor mihi feciſti. Iacobus cõtrà pro ſe afferebat,nõ ſibi ſoli, ſed omnibus eſſe innatum patriæ deſideriũ, æquumq; ut poſt tanti tẽporis moras tandem ad eam reuertatur. Quòd uerò prædę,inquit, abactę crimen obijcis, ipſe iniuſticiæ ſub alio iudice damnareris. Cum enim gratiam mihi pro facultatibus tuis cõſeruatis & auctis debeas, an non iniquum eſt ægreferre,q̃ partem earũ modicã uſurpauimus? certe quod ad filias attinet,ſcito non hoc lædendi animo à me factũ, ſed caritatis coniugalis hoc eſſe officium. ſequuntur igitur non tam me q̃ ſuos liberos. Hæc pro ſe:retorquebat deinde accuſationem in ipſum,quòd auunculus ac ſocer duris mandatis eum per annos xx uexauerit. & illa quidẽ quæ nuptiarum ſpe tulerit,quamuis per ſe grauia,ſibi tamen leuiora fuiſſe:quę uero poſtea ſecuta ſunt,multo grauiora,quæ nemo niſi beneuolus perferret. Etem Labanus ualde inique Iacobum tractauerat. uidẽs enim eum in omnibus rebus à deo adiuuari, pollicebatur ei daturum ſe futuros fœtus, modo quicquid album naſceretur,modo quicquid nigrũ.cum uerõ magno numero naſcerent quę Iacobo deſtinata eſſent,nõ ſeruabat fidẽ in præſens,ſed in proxime ſequentem annum promittebat,q̃ eſſet ad rem attentior, promittẽs quidẽ eo quod non ſperaret tantum prouentũ,ac mox ubi prouenerat fallens. ſacras tamen effigies permiſſum eſt inquirere.Rachel aũt cognito patrẽ permiſſa poteſtate uti uelle, deponit ſigilla in ſarcinã cameli qua ipſa uectabat: ſedebatq; deſuper dicens ſe menſtruis laborare:& Laban deſtitit amplius inquirere,credens filiam ſic affectã non fuiſſe ſacris propius acceſſurã. Poſt hæc offenſæ ueniam pollicet,uiciſsim alter amorẽ filiarũ,idq; iure iurãdo ſanciunt. Hoc fœdus ictũ eſt ſuper mõte quodã, ubi columnã erexerunt aræ ſpecie: unde Galades colli nomẽ factũ,à quo Galadena terra eſt dicta.Poſt fœdus conui-
Gen.32 uio celebrato,Laban ad ſua redijt.Iacobo aũt in Chananęã iter cœptum proſequenti uiſiones obueniebant, bonã ſpem in poſterũ faciẽtes: cui loco Dei caſtra nomẽ indidit. Volens aũt ſcire animũ fratris erga ſe,præmiſit diligenter cuncta exploraturos,timẽs eum propter ueterẽ ſuſpicionẽ:quos ita fratrẽ iuſsit alloqui. Vltro ſe patriã reliquiſſe,ne cũ offenſo fratre degeret.nũc credere tantũ temporis ſpatiũ ſatis ualere ad reconciliationẽ,ideoq; redire cum uxoribus ac liberis & facultatibus induſtria quęſitis,ut ſe & quicquid earum haberet illi dedat,quandoquidem nihil felicius exiſtimet,q̃ ea quę deus largi
Gen.33 tus eſt,cum fratre habere cõmunia. His nunciatis Eſaus uehemẽter exhilaratus,occurrit fratri cum cccc armatis.At Iacobus,audiẽs eum obuiam properare cũ tot armatis, extimuit ualde. Deo tamen ſeruatore fretus prouidebat

bat pro tẽpore ne qd detrimẽti acciperet,utq; ſuos ab iniuria defenderet.Di ſtributo igit agmine alios procedere iuſsit,alios propere ſubſequi: ut ſi quis primos aggrederet,ad ſequẽs agmẽ haberẽt refugiũ: & hoc modo inſtructis qui circa ſe erãt,præmittit quoſdã ad fratrẽ cũ muneribus.ea cõſtabant iumẽ tis multisq; ac uarijs quadrupedibus,accipiẽti placituris propter raritatẽ.ue niebant aũt alij poſt alios, ut crebrius occurrẽtes plures q̃ pro numero uide rent:& credibile erat dõnis placatũ remiſſurũ irã, ſi qua adhuc eſſet reliqua. quin & illud mandatũ eſt præmiſsis,ut blãde hominẽ alloquerent.His ita per totã diẽ diſpoſitis,noctu mouit agmẽ.Cumq; Iobacchũ torrentẽ tranſiſſent, Iacobus aliquãtũ ab agmine relictus incidit in luctã cũ ſpectro, ipſe prior la ceſsitus: eratq; ſuperior.exclamat igit mactũ uirtute qui nõ quẽuis aduerſari um,ſed angelũ dei uicerit:idq; illi eſſe magnæ felicitatis præſagiũ: genusq; e ius nunq̃ defore,nec ullis unq̃ humanis uiribus poſſe opprimi.iuſsitq; illum poſthac uocari Iſraelẽ,quod Hebræis angelo reluctantẽ ſignificat. Hęc ſunt prędicta Iacobo,id ipſum rogãti.Cũ em ſenſiſſet angelũ eſſe dei,precatus eſt ut ex eo fatum ſuũ cognoſcere liceret.His dictis ſpectrũ euanuit.Iacobus ue ro lętus auditis,impoſuit loco nomẽ Phanuel.id ſignificat dei faciẽ.ſed quia latũ neruũ inter luctãdũ læſit,& ipſe pòſt eo cibo abſtinuit,& nobis illo pro pter eũ ueſci nõ licet. Cognito uero fratrẽ iam nõ longe abeſſe, iubet uxores procedere per ſe quanq; cũ pediſeqs,ut è longinquo ſpectarẽt pugnã uirorũ, ſi eã frater mallet.ipſe propior factus adorauit fratrẽ, nõ male de ſe cogitan tem.at Eſaus eo ſalutato,interrogabat de turba mulierũ ac puerorũ: & cũ di diciſſet oĩa, uolebat eos deducere ad patrẽ.Iacobo uero excuſante laſsitudi nem iumentorũ,reuerſus eſt in Seirã.illic enim habitabat,uernacula lingua loco ab hirſutie ſua denominato.Iacobus aũt puenit ad Scenas quas uocant, uetus nomẽ adhuc retinẽtes.inde profectus eſt Sicima, quę eſt urbs Chana- Gen.34
næorũ. & cũ eſſet celebritas apud Sicimitas, Dina unica Iacobi filia uenit in urbem ad uiſendũ cultũ mulierũ eius regionis. qua uiſa Sychemis Emmoris regis filius,raptæ ſtuprũ obtulit:& correptus amore patrẽ ſuũ rogauit,ut pu ellam uxorẽ habere liceret.Ille morẽ ei gerẽs,uenit ad Iacobũ,rogans ut filio ſuo Dinam in matrimoniũ collocaret.Iacobus uero qui neq; negare poterat propter maieſtatẽ rogãtis,neq; fas putabat alienigenę filiã nuptũ tradere,de liberandi ſpatiũ popoſcit.Rex ſperans Iacobũ aſſenſurũ,abijt.Ille uero indi cata filijs iniuria ſororis, & Emmoris petitione, iuſsit eos cõſultare quid fa cto opus eſſet. maior pars hærebat incerti quid eſſet agendũ. Simeon uero & Leuis uterini puellæ fratres tale conſilium inter ſe capiunt. Obſeruato fe ſto die quo Sicimitæ uoluptati & conuiuijs operã dabant, inuaſis noctu cu ſtodibus ſopitos contrucidãt:atq; ita facile urbe potiti, mares uniuerſos in terimunt unà cum rege ac filio, ſolis parcẽtes fœminis. quo facinore citra conſenſum patris perpetrato,ſororem reducunt.Iacobum autem obſtupefa Gen.35
ctum audacia tanta filiorum, indigneq; ferentem, deus per uiſum bono a nimo eſſe iuſſum, luſtrare tentoria, ſacrificiumq; quod olim poſt ſomnium illud in profectione Meſopotamena uouerat, perſoluere imperat. itaque dum luſtrat, incidit in Labani deos: neſciuerat enim Rachelem eos fura tam. his apud Sicima defoſsis in terram ſub quadam quercu,profectus inde

ſacrificauit apud Bethela, ubi ſomnium illud diuinum uiderat iter faciens in Mesopotamiam. Progreſſus deinde in agrũ Ephratanum, Rachelem ibi ex partu mortuam ſepelit, ſolam monumento cognatorum in Hebrone nõ illa tam. Quam quum mirum in modum lugeret, infantulum nominauit Beniamin, eo q̃ doloris cauſa matri fuerit. Atq; hic eſt filiorum Iacobi numerus, mares duodecim, fœmina una. ex his octo legitimi, è Lia ſex, duo è Rachele: quatuor uero è pediſequis, è ſingulis duo: quorum nomina iam dixi.

XXVIII Inde uenit Hebronem in Chananæa ſitam, ubi Iſacus habitabat. Nec diu turnus fuit eorum conuictus.

Mors Iſaci, & ſepultura in Hebrone. Cap. XIX.

Gen. 35 REBECCA enim iam antè defuncta, Iſacus quoq; eam ſequitur, nõ multo poſt filij reditum: & ſepultus eſt à filijs iuxta uxorem in Hebrone, in monumento parentum ſuorum. Fuit autẽ Iſacus uir deo charus, & magna prouidentia dignus ab eo habitus, poſt Abrahamum patrem. ualde longo etiam tempore uixit. Mortuus eſt enim exactis cum uirtute annis octuaginta quinq; ſupra centum.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER SECVNDVS.

Quomodo Eſaus & Iacobus Iſaci filij diuiſerunt habitationem, & quòd Eſao Idumæa, Iacobo Chananæa contigit. Cap. I

Gen. 35 DEFVNCTO autem Iſaco, filij partiti ſunt inter ſe habitationem, nec ambo paternam retinuerunt: ſed Eſaus Hebrone fratri conceſſa habitauit in Saira, & Idumææ dominatus eſt à ſeipſo denominatæ. Adomus enim cognominabatur ob cauſam talem. Olim adoleſcens etiam tum reuerſus à uenatu famelicus offendit fratrem coquẽtem ſibijpſi in prandium lenticulam rubentem colore, quo magis etiam excitatus, rogauit ut expetitum ſibi cibum traderet. at ille adiuuante fratris fame ius primogeniti pro cibo dare eum compulit: coactus enim inedia, ceſsit ei ſuum ius, interpoſito iureiurando. Ob eius cibi colorem à colluſoribus adoleſcentibus Adomus eſt per ludibrium cognominatus. Adoma enim Hæbræis ſignificat rubens. id nomen poſt in regionẽ ipſius ditionis eſt deriuatũ, quod Græci in mollius deflexerunt, Idumęam dicendo. Genuit aũt filios numero quinq;. ex his

Gen. 36 Iaus, Iolamus, & Coreus eadẽ matre Alibama nati: ex reliqs duobus Aliphazem Aſa, Raguelẽ Moſametha ei peperit. Hos filios habuit Eſaus. Aliphazæ item quinq; legitimi filij fuere, Themanus, Omerus, Ophus, Iothamus, Ocanaſus. Nam Amalecus erat nothus, è Thamna cõcubina genitus. Hi habitauerunt Idumææ regionẽ quæ Gobolitis dicitur, & eam quæ de Amaleci nomine Amalecitis eſt appellata. Quondam enim late patentẽ terram Idumææ nomen cõplectebatur, cuius partes à primis colonorum inductoribus denominatæ appellationes eas poſtea retinuerunt.

Quomodo

Quomodo Ioſephus Iacobi filiorum natu minimus propter ſomnia futuræ ſuæ felicitatis prænuncia in fratrum inuidiam incurrit. Cap. II

IACOBVS autem ad tantam felicitatem peruenit, ad quantam uix alius quiſquam. nam & opibus excellebat inter eius regionis homines; & propter filiorum uirtutes beatus erat ac conſpicuus. nihil enim eis deerat, ſed induſtrij fuere omnes, & generoſa quadam fortitudine ſimul ac prudentia præditi. Tantam autem ipſius felicitatis curam gerebat cœleſte numen, ut etiam ex rebus, ſicut tum uidebantur, aduerſis maximorum bonorum occaſionem præberet, & per ipſum eiusq; liberos parentibus noſtris uiam ad exitum ex Aegypto præſtrueret ac præmuniret. Ioſephum è Rachele ſibi natum pater tum ob corporis præſtantiam, tum ob animi uirtutem (erat enim prudentiſsimus) præ cæteris liberis amabat. is parentis affectus odium & inuidiam fratrum in eum prouocauit. acceſſerunt eò ſomnia, quæ ſibi uiſa patri ac illis indicauit magnæ felicitatis prænuncia, quæ res etiam coniunctiſsimos ad æmulationem facile concitat. Viſiones autem Ioſephi fuere tales. Miſſus cum fratribus à patre ad colligendas fruges meſsis tẽpore, uiſionem uidit quæ non poterat exiſtimari una ex iſtis uulgaribus quales in ſomnis obuerſari ſolent: eam experrectus fratribus interpretandam narrauit, dicens uiſum ſibi præterita nocte ſuum tritici manipulum ſtare loco, illorum uero manipulos accurrentes adorare eum: quod uidebatur & amplam fortunam ipſi prænunciare, & fratres quoq; in eius poteſtate futuros. At illi nihil tale Ioſepho ſunt interpretati, diſsimulãtes ſe intelligere: ſed taciti precabantur irritum fieri præſagium, ipſumq; maiore etiam odio proſequebantur. Deus autem aduerſus eorum inuidiam cõtendens, alteram uiſionem Ioſepho immittit, priore magis mirabilem. Vidit enim ſolem cum luna & undecim ſtellis deſcendere in terram, & adorare ipſum. Hoc ſomniũ in præſentia fratrum, nihil mali de illis ſuſpicatus, patri indicauit, rogans ut interpretari dignaretur: quod ei non mediocri fuit uoluptati. Præſagium enim ſomnij colligens, & ſapienter euentum conijciens, gaudebat eò quòd ingens filio felicitas portendi uideretur: euenturum olim tempus quando tam à parentibus quàm à fratribus adoratione dignus haberetur. Intelligebat per ſolem ac lunam patrem & matrem, quòd altera augeret omnia & aleret, alter formam rebus & uim inderet. Porrò ſtellarum nomine fratres accipiebat, tum quòd numerus non diſcreparet, tum quia uim à ſole & luna habeant. Et Iacobus quidem talem interpretationem non imprudenter attulit. Fratres autem Ioſephi ualde contriſtauit id præſagium, haud aliter quàm ſi alieno cuipiam hæc felicitas portenderetur, ac non fratri, cum quo pariter omnibus fortunis frui poſſent, tam felicitatis quàm generis ſocij: decreueruntq; adoleſcentem tollere: & hoc conſilio comprobato, frumentis iam collectis, contulerunt ſe cum pecoribus in Sicima agrum paſcuis percommodum, non præmonito patre: atque ibi paſtoricias curas obibant. At ille nemine à gregibus ueniente, nec certi quicquam nunciante, de filijs ſollicitus ac mœrens, mittit Ioſephum ad greges cogniturum res fratrum, & quid agant renunciaturum.

Gen. 37

Quomodo Ioſephus in Aegyptum uenditus à fratribus illuſtris ibi factus eſt, & fratres tandem in ſua poteſtate habuit. Cap. III

ILLI autem uiſo fratre aduentante gauiſi ſunt, non ob aduentū ger-
Gen. 37 mani à patre miſsi, ſed tanquā inimico in manus ſuas à deo tradito: uolebantq; cōfeſtim eum interimere, neq; præſentem occaſionem elabi ſinere. Rubelus aūt inter hos natu maximus uidens eos conſpiraſſe, conabatur impetum eorum remorari, docens quantum facinus molirentur, & quantam inuidiam pariturū. Nefariam rem haberi tam dei q̄ hominum iudicio cædem hominis uel nō cognati, ſed longe ſceleratius eſſe necis fraternæ reos deprehendi, quo ſublato etiam in patrem eam iniuriam redundaturam, & matrem quoq; in luctum ac diram orbitatē coniecturos. hos reſpicerēt, reputantesq; quantam eis calamitatem allatura ſit mors filij tum probi tum natu minimi, abſtinerent à tam nefario ſcelere. Deum quinetiam uererentur ſpectatorē ac teſtem conſilij contra fratrem initi. hunc ſi à cœpto deſiſtant, accepturum eorum pœnitentiam atq; reſipiſcentiam: ſin pergant, fieri non poſſe quin exigat ab eis paricidij pœnas, cum nihil ipſius prouidentiam latere poſsit, ſiue in ſolitudine admittatur, ſiue in ciuitate. Vbicunque enim ſint homines, exiſtimandum ibi deum quoq; adeſſe. Sed & propriam conſcientiam poſt tantum ſcelus illis aduerſariam fore, quam nunquam abire, ſiue bona ſit, ſiue talis qualis ipſorum foret ſi fratrē interfecerint. Addebat, ne læſo quidem fas eſſe germanum occidere. Satius eſſe dare ueniam amicis, ſi cubi non feciſſe officium uidcantur. Ioſephum uero ne peccaſſe quidem in illos, cuius ætas miſeratione potius mereatur, & illos ipſos tutores ac protectores. Cauſam etiam cædis facinus eorum grauaturā, ſi uideantur ob inuidiam futurę felicitatis ei uitā ademiſſe, qua felicitate propter cognationē ipſis quoq; frui licebat. Debere enim ita exiſtimare, ipſorum eſſe quicquid deus Ioſepho largitus fuerit. proinde cogitandum eo grauiorem fore indignationem dei, ſi eum quem ipſe omni bona fortuna dignum iudicaſſet interimendo, materiam diuinæ beneficentiæ ſubtraxerint. Hæc Rubelus & his plura cōmemorans conabatur eos abſterrere à paricidio. Poſtquam autem nihil ſe proficere uidit, ſed omnino ad cædem accenſos, conſulebat ut ſaltem modum necis mitiorem eligerent. Diſſuaſiſſe quidem ſe primū pro uirili, ſed quandoquidem ſemel decretum ſit fratrem tolli, minus mali futurum ſi ſuo conſilio pareant. Sic enim uoluntatem eorum habituram effectum, leuiorem tamen ac minus malum, ſi ad cædem conferatur. Satius eſſe temperare à manibus, & proiectum in proximū puteum illic extingui ſinere, ut ſaltem manus puras ſeruarent. In hanc ſententiam itum eſt, abductumq; adoleſcentem Rubelus funę religatum demiſit ſenſim in puteum: erat enim ſatis ſiccus. Quo facto
III abijt paſcua quæſiturus. Iudas autem unus è Iacobi filijs, conſpicatus negociatores Arabas Iſmaelitici generis, aromata & Syriacas merces deferentes in Aegyptum è Galadena, profecto iam Rubelo cōſilium dedit fratribus ut extractum Ioſephum uenderent Arabibus. & illum enim hoc pacto ablegatum apud exteros moriturum, & ſe impollutos permanſuros. quo approbato, eximunt eum, & negociatoribus uendunt uiginti minis annos ſeptem-

decim

decim natũ. Rubelus aũt noctu ad puteũ ueniẽs inſcijs fratribus ſeruare Ioſephum uoluit. quo fruſtra inclamato ſuſpicatus per ſuã abſentiã interemptũ, fratres incuſabat: cognitoq; qd accidiſſet, lugere deſijt. his ꝓpetratis fratres cõſultare cœperũt, quõ patris ſuſpicionẽ à ſe alienarẽt. placuit tandẽ tunicã qua indutus Ioſephus ad eos uenerat, quamq; demittẽdo in puteũ detraxerãt, laceratã prius ſanguine hircino inficere, atq; ita patri allatã oſtẽdere, ut à feris deuoratũ putaret. quo facto uenerũt ad ſenẽ, nõ ignarũ de infortunio filij: aiebant aũt Ioſephũ quidẽ neq; uidiſſe ſe, neq; ſcire quid illi acciderit: tunicã tamen hãc inueniſſe lacerã & cruentatã. quamobrẽ ſuſpicari beluarũ incurſu periſſe, ſi tamẽ eam indutus domo exiuerit. Iacobus aũt qui hactenus leuius malũ ſperauerat, captiuũ aliquò abductũ puerũ, opinionẽ hãc iã abiecit, euidẽs argumentũ necis tunicã ratus: agnoſcebat em̃ eam eſſe qua indutũ miſerat: iamq; haud aliter q̃ extincto ſe afflictãs, lugebat tanq̃ unicũ, aliorũ conſolationẽ non admittens, q̃ nihil dubitaret in itinere à feris deuoratũ. Sedebat ergo ſacco amictus, & neq; filij conſolando quicq̃ proficiebant, nec ipſe luctum ſatietate remittebat. Ioſephũ aũt de negociatoribus emptum Petephres uir Aegyptius, qui Pharaothis coquis præerat, habuit liberaliter, quẽ & diſciplinis ingenuorũ erudiendum curauit, & uictu cõmodiore q̃ pro ſeruili conditione uti præcepit: deniq; totius domus curæ præpoſuit. ille uero fruebatur conceſsis, nec tamen innatam uirtutẽ propter hanc ſui ſtatus mutationem amiſit: docuitq; prudentiã aduerſanti fortunæ non ſuccumbere, ſi quis ea legitime, & non ſecundis tantum in rebus utatur. Herilis enim uxor tum dexteritate eius tũ forma in amorẽ illecta, rataq; ſi rem aperiret ſe facilius eo potituram, & in parte felicitatis habiturũ ſi contingeret ab hera ſe rogari, æſtimans eum magis ex præſenti cõditione quàm ex immutabili morũ generoſitate, concupiſcentia detecta mentionẽ de concubitu facit. at ille preces eius repulit, nefas ducens talem ei gratiam referre, quæ cum tam benigni domini cõtumelia & iniuria coniuncta eſſet. quin & ipſam hortabat ut morbo ſuo repugnaret, negans unquam ſe in hac re illi obſequuturũ. Deſineret ſperare, quo potiri non liceat: ſic enim fore ut mala cupiditas facile ſedetur. ſe quiduis potius perpeſſurum, q̃ ut huic eius uolũtati pareat. quamuis enim aduerſari heræ ſeruum non deceat, ipſam tamen rei fœditatem reclamare ne quid tale admittatur. Illam uero repulſa magis etiam accendebat, q̃ non putaret Ioſephum pernegaturum: & non ceſſante morbo, ſecundas illi machinas admouere cogitat. Ergo publico feſto inſtante, cuius celebritatem fœminas quoq; frequentare mos erat, fingit morbũ apud maritũ, captans ſolitudinem, & ad Ioſephum ſollicitandũ opportunitatẽ. quã nacta ſupplex blandicijs talibus eum adoritur. Satius quidẽ erat primis precibus nõ repugnãtem cedere, idq; uel dignitati precantis deferre, uel amoris uehemẽtię, qua cogẽte oblita me dominã ad tam abiecta uerba deſcẽdi: ſapies tamẽ ſi uel nũc cedes, & prius erratũ corriges. ſiue em̃ iterũ rogari expectabas, iã facio accuratius etiã q̃ anteã. nã & ægritudinẽ ad hoc finxi, & feſti lęticiã tuę cõſuetudini poſthabui. ſiue prius diffidebas, nõ tẽtari te malicioſe certo argumẽto colligere potes, quia in eadẽ uolũtate perſto. quare aut præſentẽ uoluptatẽ elige,

Gen. 39

& amanti obſequere, maiora etiã cõmoda expectans: aut odium meũ & uin dictam, ſi meæ gratiæ caſtitatis opinionẽ præferes. Nihil ea te iuuabit, mihi crede, ſi ad maritum te deferam, & de ſtupro me appellatã dicam. quantumlibet tua ueriora fuerint, meis uerbis maiorẽ fidem habiturus eſt Petephres, quàm tuis. ad hæc uerba lachrymasq; uerborũ teſtes, nec miſeratione induci, nec terrore cogi potuit, quo minus perſtaret in ſuo pudicitiæ propoſito: conſtanterq; reſtitit intentanti iniuſtã afflictionẽ, malens acerbiſsima quęq; ſufferre, quàm oblatis perfrui: non ignarus iuſto ſe dignũ ſupplicio, ſi quidquã tale in mulieris gratiã admitteret. Ipſam quoq; officij ſui monuit, iurisq; coniugalis ac cõſuetudinis, iubens huius maiorẽ habere rationẽ, q̃ momentaneæ libidinis. huic enim præſto eſſe pœnitentiã, quæ factũ quidẽ doleat, infectũ tamẽ reddere nõ poſsit: adeſſe & timorẽ continuũ, qui pro magno habeat non prodi ſuũ dedecus. at coniugalẽ conſuetudinẽ & uoluptatẽ habere ſecuram, & cõſcientię fiduciam tam apud deũ q̃ apud homines. quin & conducibilius eſſe, ſi impolluta manẽs habeat ſe herili iure ſubditũ, potius q̃ flagitij cõmunis conſciũ. ſatius enim eſſe conſcientia rectę factorũ, q̃ peccati latebris fidere. his & alijs ſimilibus uerbis mulieris impetũ retũdere conabatur, eãq; à praua affectione ad rationis arbitriũ reuocare. at illa uehemẽtius inſtabat, et cũ uerbis nihil ꝓficeret, iniectis manib. hominẽ ad obſequiũ cogere nitebat. Ibi uero Ioſephus intẽperias mulieris ulterius nõ ferẽs, relicta etiam interula ex qua retinebatur, proſilit è cubiculo. Illa partim repulſæ dolore, partim metu ne ſuã petulantiã maritus cognoſceret, decreuit prior Ioſephũ falſo deferre, & hoc pacto uindictã de eo ſumere, dignũ muliebri aſtutia rata, ſi accuſationẽ ꝓoccuparet itaq; ſedebat mœrẽs & ꝓturbata, q̃ erat dolor ob fruſtratã libidinẽ, eſſe indignationẽ tentatæ pudicitiæ ſimulãs. Marito aũt reuerſo, & ad hunc aſpectũ turbato, cauſamq; ſcitãte, Ne uiuas, inquit, marite, ni ſceleſtũ ſeruũ, cubile tuum uiolare conatũ, digna pœna mulctaueris, oblitũ & qualis in ædes noſtras uenerit, & quãta beneuolẽtia ſit à te cõplexus: qui ingratiſsimus habẽdus ni omnib. modis frugi ſe ap̃pbaret, ne à cõiugio quidẽ tuo iniuriã abſtinuit: idq; die feſto obſeruata abſentia tua, ut facile appareat, modeſtiã quã prius præ ſe ferebat, ab herili metu, nõ ab indole recta profectã. Quod ut auderet, à te prẽter ſpẽ ac meritũ indulgẽte corruptus eſt. uidẽs enim oĩa tua bona fidei ac diſpenſationi ſuę credita, grãdioribusq; conſeruis ſe præpoſitũ, æquum putauit uxorẽ quoq; tuã attrectare. & ut uerbis fidẽ aſtrueret, protulit tunicã, quaſi in colluctatione relictam. Petephres aũt uictus oratione ac lacrymis mulieris, & coniugis amori plus æquo tribuens, omiſſa ampliore ueritatis inquiſitione, collaudata prius uxoris fide, audacis facinoris Ioſephum damnatũ in maleficorum carcerẽ coniecit: ob uxoris q; pudicitiam magis ſibi placebat, teſtis iam compertæ ipſius honeſtatis.

IIII Ioſephus aũt innocentiã ſuam deo cõmittẽs, neq; ſe defendere curauit,
Gen. 40 neq; rem ita ut geſta erat indicare: ſed uinculorum neceſsitatem tacitus ferens, una ſpe conſolabatur, nimirum potentiorem eſſe deum his qui ſe uinxerant, cuius prouidentiam confeſtim eſt expertus. Cuſtos enim carceris tum fidem eius ac diligentiã in abſoluendis operum penſis cõſiderans, tum

formæ

formæ dignitatem, ſoluit eum à uinculis, eámque miſeriam aliquanto leuiorem reddidit: uictu etiam commodiore quàm reliquos uinctos uti permiſit. Cæterum his qui in eodem erant ergaſtulo, quoties labor intermitteretur, confabulantibus ita ut ſolent miſeriarum ſocij, & inter ſe cauſam damnationis percontantibus, pincerna quidam regi charus, per iram ab illo ad compedes damnatus: familiaritatem cum Ioſepho contraxit: & quia prudentem exiſtimauit, uiſum ſomnium ei expoſuit, orans indicaret ſi quod ſubeſſet præſagium, deplorans ſuum infortunium, cui non ſatis erat regis indignatio, niſi per quietem etiam ſomnijs diuinitus turbaretur. Aiebat enim ſe in ſomnis uidiſſe trium palmitum uitis uuas è ſingulis enatas pendere grandes iam & uindemiæ tempeſtiuas: eásque ſe exprimere, ſubdente rege phialam. Colatum deinde muſtum ſe obtuliſſe regi, illumq; libenter bibiſſe. Narrato hoc ſomnio rogabat ut ſi quid ſcientiæ datum à deo haberet, interpres uiſionis eſſe dignaretur. Ille uero bono animo hominem eſſe iubet, & expectare intra triduum ſolutionem à uinculis, rege ipſius miniſterium requirēte, ad quod ei denuo ſit redeundum. Interpretabatur enim uitem fructum mortalibus in bonum uſum afferre, quandoquidem eo conciliante fides ac amicitia inter ipſos ſanciatur, & inimicitiæ diſſoluantur, adhæc moleſtiæ mœroresq; uſu eius diſcutiantur, pro quibus lætitia ſuccedat. Hunc ais, inquit, manibus tuis expreſſum accepiſſe regem. Scito igitur bonum tibi ſomnium oblatum, & ſignificare miſeriæ huius remiſsionem intra tot dies, ex quot palmitibus fructum uindemiaſti in ſomnijs. Tu uero memento mei poſtquam euentus hanc fauſtam prædictionem non falſam approbauerit: & iam liber ne deſpexeris nos in hac miſeria, in qua relinquimur te ad prænunciatam hanc felicitatem diſcedente. neque enim ſontes in hæc uincula ſumus compulſi, ſed ob uirtutē ac modeſtiam quaſi malefici punimur, quòd potiorē habuerimus honorem domus in qua uerſabamur, & eius qui nos huc contruſit, quàm propriam uoluptatem. Atque ita pincerna, ut parerat, lætus hoc interpretamento euentum expectabat. Alius uero quidam ſeruus piſtoribus regijs præpoſitus, in eiſdem uinculis degēs cum pincerna, ex tam fauſta Ioſephi interpretatione ſpe concepta, quia & ipſe ſomnium uiderat, rogat eum quidnam ſibi quoque præteritæ noctis uiſio portenderet: erat autem huiuſmodi. Tria caniſtra, inquit, ſupra caput baiulare mihi uidebar. ex his duo panibus erant plena, tertium carnibus & uarijs edulijs, qualia regibus apparari ſolent. Deuolantes autem alites abſumpſiſſe omnia, ipſo licet arcente nihil deterritas. His dictis ſimile priori præſagium expectabat. Tum Ioſephus coniectura ſomnij facta, præfatusq; quòd mallet ei lætiora prænunciare, quàm quæ ſomnium portenderet, dicit duos omnino dies uitæ ipſi ſupereſſe. Hoc em̄ ſignificare caniſtra, tertia uero cruci ſuffixum ab alitibus deuorandum, quas à ſe arcere non poſſet. Nec aliter euenit utriſque, quàm ut Ioſephus prædixerat. Ad præſcriptam enim in ſomnijs diem rex natalitium epulum celebrās, præpoſitum piſtorum in crucem egit: pincernam uinculis exemptum miniſterio priſtino reſtituit. Ioſephum aūt poſt biennij tempus in miſeria carceris exactū, nihil interim ab ingrato pincerna adiutū, deus eripuit tali uia ad libertatē præſtructa. Pharaothes rex

cum

cum eadē nocte in ſomnis duas uiſiōes uidiſſet, pariterq; interpretationē earum, hanc oblitus, ſola ſomnia retinuit, nihil lætū ut cōijcere poterat ſignificantia: cōuocatisq; prima luce doctiſsimis Aegyptiorū, interptationē requirebat. Illis uero nihil explicantibus tanto magis rex turbabat. Quo uiſo pincernam ſubit recordatio Ioſephi, eiusq; in hoc genus cōiecturis prudētię: & adito rege, indicauit ei de Ioſepho, & de uiſione in carcere agēti ſibi oblata, eiusq; euentu iuxta illius interpretationē: quodq; eadē die piſtorū præpoſitus cruci ſuffixus tanto magis fidem prędictionib. eius aſtruxerit. uinctū aūt à Petephre coquorū præfecto, cuius eſſet ſeruus. ipſum aūt dicere, apud Hebræos ſe genere ac parētibus cū primis claris natū. Hunc, inquit, euocari iubeto, nēue contēpſeris hominē propter præſentē miſeriā: clare enim ſignificata ſomniorū ex eo diſcere poteris. Cōfeſtim igit accerſitū rex, manuq; apprehēſum comiter his uerbis alloquitur: Bone iuuenis, quandoquidē te prudentē indicio famuli mei cognoui, enarra ſomniorū meorū præſagia, quēadmodū & illi enarraſti, rē gratiſsimā mihi facturus. caue aūt uel metu quicquam ſupprimas, uel ad gratiā ac uoluptatē loquaris, ſed uera oīa, etiamſi fortaſſe non admodū læta. Viſus ſum mihi ſecundū flumen inambulare, uidereq; boues bene paſtas & bene magnas numero ſeptē à fluētis ad paludes progredi: & alias totidē à paludibus obuiam eis factas, uehementer extenuatas macie ac uiſu fœdas. quę cum deuoraſſent ſeptē illas ſaginatas & magnas, nihil tamen profecerūt, miſere à fame uexatę. Poſt hanc uiſionē experrectus è ſomno turbatusq; dum mecū agito quidnam ſibi uelint ſpecies per ſomnū obuerſatæ, obrepente ſenſim ſopore grauatus iterum obdormiui: iterumq; ſomnium uidi priore prodigioſius, quod me magis etiā turbat ac terret. Spicas ſeptem uidebam ab una radice enatas, fruge grauatas & uertice pronas, meſsiq; iam maturas: iuxta quas totidem alias ſpicas languidas & præroris inopia deficientibus ſimiles: quæ cum illas alteras ingētes ac pulchras abſumpſiſſent, attonitum miraculo me reddiderūt. Ad hæc Ioſephus, Somniū hoc Rex, duplici licet ſpecie uiſum, unum tamen & eundem euentum ſignificat. Namq; & boues animal aratro & labori natum, uiſæ ab exilioribus deuorari, & ſpicæ à deterioribus abſumptæ, famem Aegypto & ſterilitatem ad totidem prænunciant annos, ad quod prius ubertatis felicitatē: horumq; fertilitatem à totidem ſequentium ſterilitate abſumendam. huic inopiæ non facile uidetur proſpicere & occurrere: id quod inde cōijcio, quia macrę boues deuoratis pinguibus, ſatiari non potuerunt. Sed iſta deus, nō ut terreat & cōtriſtet, prænunciat hominibus: ſed ut præmoniti ſibi prouideāt, quo leuius imminenti malo premant. tu ergo ſi uberioris temporis prouentus repoſueris ac diſpenſaueris, inſequentē penuriā Aegyptus nō ſentiet. Cumq; rex admiratus Ioſephi prudentiam & ſapientiā percōtaretur quonā modo eſſet in futurū proſpiciendū ubertatis tēpore, quo tolerabilior fieret uētura ſterilitas: monuit & cōſuluit Aegyptijs utēdū parſimonia, & quod prēſenti uſui ſuperesſet ad futurā neceſsitatē reſeruandū. ſuaſit etiā ut indicta profeſsione frumēti, aratores iuberet id in horrea cōdere, & quantū ſat eſſet, & nō amplius, populo diſtribueret. ibi rex tam cōſilio q̄ interpretatione Ioſephi collaudatis, ipſum huic diſpenſationi præficit, iubetq; prouidere quæcunq; putaret

in rem

in rem esse uel ipsius regis uel populi: præfatus neminẽ sibi uideri magis idoneum ad hoc consilium exequendũ, q̃ ipsum eius authorẽ. qua potestate a rege auctus, accepto etiam anulo regis signatorio, & iure purpuræ gestandæ, in sella curuli sublimis per Aegyptũ circũuectabatur, frumentumq; cõportabat, tantum inde aratoribus demetiens, quantũ in alimenta & sementem sufficeret, nemine sciente causam cur hoc faceret. Trigesimum iam ętatis annum exegerat, in summo apud regem honore habitus, & ob incredibilẽ prudentiam Psontomphanechus ab eo cognominatus, q̃ occultorum inuentorem significat: sed & coniugium nactus est honoratissimum. Duxit enim rege connubium hoc procurante uirginem Petephrę Heliopolitani sacerdotis filiam, cui nomen erat Asanethe: ex qua & liberos genuit ante agrorũ sterilitatem. ex his maior dictus est Manasses, quo nomine significatur obliuio, quia meliorem fortunam nactus uenit in prioris obliuionem: iunior uerò Ephræmes, quod redditum significat, eo quòd maiorum suorũ libertati restitutus esset. Aegyptum autem iuxta Iosephi interpretamentũ septennio per diuitem affluentiã exacto, octauus annus fame infestabat, & quia malum improuisum erat, promiscua multitudo grauiter laborans ad fores regiæ confluebat. Rex Iosephum accersit, qui mox frumenta diuendendo seruator populi citra cõtrouersiam extitit. nec solum eius regionis hominibus forũ aperuit, sed etiam exteris, existimans uniuersum genus hominum inter se cognatum, & in rebus angustis fortunatiorum ope subleuari dignum. Et quoniam eadem calamitas & Chananæam & reliquas orbis regiones premebat, Iacobus quoq; omnes filios in Aegyptum frumẽtatum mittit, cum cognouisset quòd & exteris eo foro uti liceret, solo Beniami retento, quem è Rachele susceperat, uterinum Iosephi fratrem. Qui postquã in Aegyptum peruenere, Iosephum accedunt, mercatũ sibi permitti rogantes. nihil enim nisi ex ipsius sententia gerebatur. nam tum demum regem coluisse proderat, si ne Iosephi quidem gratia negligeret. Ille agnitis fratribus nihil tum minus q̃ de se cogitantibus, q̃ adolescens ab eis distractus iam per ætatem faciei lineamenta mutauerat, ac de tanta dignitate ne suspicàri quidem poterãt, tentare eos decreuit quali mente essent prædíti. nam & frumenti emendi potestatem eis negauit, & pro speculatoribus comprehendi uoluit, dicens conueniss è diuersis regionibus, & cognationẽ simulare. quî enim fieri posse ut uir priuatus tot tam insignes filios educauerit, quæ felicitas uel regibus raro contingeret. id faciebat ut de patre cognosceret, quóue in statu per suam absentiam res eius interim fuerint, quidúe de Beniamino sit factũ. solicitus enim erat ne & eum quemadmodũ se de medio sustulerint. at illos magnus pauor occupat, immi nens periculum reputantes, & frustra se tantum iter emensos existimantes: cumq; crimen amoliendum uiderent, Rubelus natu maximus sic cõmunem causam agere cœpit. Nos neq; speculatum huc uenimus, neq; regi damnum aliquod allaturi: sed dira fames cuius effugium quærimus, uenire huc cõpulit, fretos uestra humanitate, quos nõ ciuibus solis, sed exteris quoq; salutem uobis debituris frumentũ uenale proposuisse audiuimus. Quòd autem fratres simus & ex eodem sanguine, uel facies nostræ argumento sunt, non admodum inter se uariãtes. Pater nobis est Iacobus uir Hebræus, qui nos duo- Gen. 42

decim

decim è quatuor mulieribus ſuſcepit, qui donec omnes eſſent incolumes, res noſtræ ſatis proſperę fuerunt. Cæterum uno, cui Ioſepho fuit nomẽ, abſumpto, domeſticæ fortunæ in peius labi cœperunt. Pater in perpetuo luctu eſt, cuius lamentatio nõ minus nos afficit, quàm olim ſuauiſsimi fratris immaturus interitus. nunc frumentatum uenimus, patris cura Beniamini natu minimo commiſſa. Hæc ita eſſe, potes aliquo ad noſtram domũ miſſo cognoſcere. Hæc Rubelus pro ſe ac fratribus, quo falſam Ioſepho ſuſpicionem eximeret: qui cognito patrem ac fratrem eſſe incolumes, iubet eos includi in carcerem, quaſi per otium quęſtioni admoturus. Poſt triduum deinde productis, quoniam, inquit, aſſeueratis uos in detrimentum regis ac regni nõ ueniſſe, fratresq; eſſe ex patre quem nominaſtis, facietis mihi fidem hęc ita ſe habere, ſi relicto interim uno ex uobis apud me nihil durius paſſuro, cum frumento ad patrem profecti, rurſum ad me reuertamini, adducentes uobiſcũ fratrem quem aiebatis illic relictum eſſe. hoc enim erit argumentũ uos nihil fingere. His uerbis perculſi, ratiq; iam extremam calamitatẽ inſtare, lamentabantur fortunam ſuam, crebro iactãtes, adeſſe diras ultrices fratris per ſummam immanitatem oppreſsi. Rubelus inſuper increpabat ferам & inutilem eorũ pœnitentiam, fortiter ferenda mala dictitans quæ deus innocẽtiæ uindex in impios fratres immitteret. Talibus ſe inuicem alloquebantur, credentes linguę Hebrææ gnarum intereſſe neminem: mœrebantq; omnes tacti uerbis Rubeli, & ſcelus perpetratũ damnabant, ac ſi non ipſi eſſent autores facinoris, cui tum iuſtiſsimam pœnam à deo iudicabant infligendam. In hac anxietate cõſtitutos uidens Ioſephus, diſsimulare fratrem ulterius nõ ualens, quòd lacrymæ iam prorumperẽt, quas etiam tum cœlari uolebat, ſubduxit ſe de medio. Nec multo pòſt reuerſus, retẽto Simeone qui interim obſes eſſet dũ fratres ad ſe redirent, frumentũ emere permiſſos abire iuſsit, quum prius uni è ſuis mandaſſet, ut pecunia quam pro frumẽto attulerant, clàm in ſarcinas indita, poteſtatem abeundi eis faceret. peregit mandata famulus. Iacobi uero filij reuerſi in Chananæam, renunciauerunt patri quicquid eis in Aegypto acciderat, & quòd pro ſpeculatoribus regni fuerint comprehenſi: quumq; dicerẽt fratres ſe eſſe, & undecimũ domi relictum apud patrem, noluiſſe illos credęre. relictum etiã Simeonẽ apud pręſidem, donec Beniamin illuc profectus, uerbis eorum fidem aſtrueret: poſtulabãtq; ut pater nihil ſolicitus iuuenem cum eis mitteret. Iacobo uerò filiorũ factum diſplicuit, & cũ ne Simeonem quidem illic relictum probaret, morte durius putabat etiam Beniamine priuari. ac nẽ Rubelo quidem rogante, filiosq; ſuos dedente, ut ſi quid Beniamini accidiſſet in itinere, in illos auus ſæuiret, Iacobo ut aſſentiret pſuaderi potuit. at illos quid agendũ incertos magis etiam terruit pecunia reperta in ſaccis frumentarijs. Cæterum deficiente iam tritico, urgente fame compulſus Iacobus deliberauit Beniaminem unà cum reliquis mittere. non em licebat eis in Aegyptũ reuerti, niſi ſeruato pacto. Cũq; indies maior neceſsitas incũberet, & filij rogare nõ deſinerent, adhuc tamen hæſitabat. Tandẽ Iudas uir natura uehemens cœpit liberius arguere patrẽ, quòd nimis de fratre ſolicitus eſſet, cui nihil præter uoluntatẽ dei poſſet accidere ſiue foris ſiue domi. ſe uerò in certam perniciem tradi, dum ob inanem de puero curam unicũ à Pha-

Gen. 43

raothe

raothe præſidiũ adimitur: habendã etiam rationẽ Simeonis incolumitatis, ne dum Beniaminem peregrinationi cõmittere cunctantur, interim ille ab Aegyptijs occidat. crederet deo ſalutem filij: ſe certe aut eum ſaluũ reductu-rum, aut illic unà periturum. ac tum demũ Iacobus cedẽs tradit eis puerum, & duplex frumenti preciũ: addit & dona ferenda Ioſepho ex prouentu Chananææ, balaninum unguentũ, ſtacten, terebinthum & mel: atq; ita multis utrinq; fuſis lacrymis à patre digrediũtur, ſene miſere timente ſaluti filiorum, illis contrà ſolicitis ne per ſuam abſentiam mœrori pater ſuccũberet. in hoc dolore integrũ diem exegerunt. mox pater affligens ſe domi ſubſiſtit, illi in Aegyptum tendentes præſentẽ triſtitiam ſpe melioris fortunæ leniebãt. quò poſtquam eſt peruentum, apud Ioſephum diuertunt, non parum ſoliciti, ne calumnia ſibi intenderetur, quaſi dolo malo prioris fruméti precium ſecum abſtulerint: quod mox apud Ioſephi diſpenſatorẽ diligẽter excuſauerunt, dicentes pecuniam domi repertam in frumento dum ſaccos exinaniunt, quam nunc bona fide reportarent. illo uerò negante ſe unquam eam pecuniam deſideraſſe, liberati hoc metu ſecuriores eſſe cœperunt. moxq; Simeon iam liber inter fratres uerſari eſt permiſſus. Interea Ioſepho ab officio reuerſo, dona ei offerunt, & ſcitanti de patre, bene ualere aiunt. tum ille cognito Beniaminem ſupereſſe quẽ inter eos uidebat, percontat an is eſſet frater natu minimus: & audito q; is eſſet, hoc tantũ effatus, deum uniuerſis rebus prouidere, ſeceſſit nolens ab eis aduerti lacrymas, quas ulterius continere nõ poterat. Acceptos deinde conuiuio iuſſit ordine, quo apud patrẽ ſolebant diſcumbere: cumq; oẽs comiter haberet, duplicibus partibus Beniaminẽ honorabat.

Poſt cœnam aũt illis iam cubantibus iubet diſpenſatorem frumentũ ad- VI
metiri quod aſportaturi erant, & preciũ rurſus in ſaccis abſcõdere: in Beni- Gen. 44
minis uerò ſarcinam cyphum argenteũ, quo ipſe prçcipue delectabatur, immittere. id faciebat uolens experiri fratrum animũ, eſſentne adfuturi Beniamini reo furti, an illo relicto acſi maleficium hoc nihil ad ſe attineret, ad patrem reuerterentur. quæ ubi facta ſunt ut imperatum erat, prima luce omnium ignari filij Iacobi proficiſcuntur aſſumpto Simeone, læti tam huius reſtitutione, quàm Beniaminis reditu, quem patri ſe reducturos fidem dederant: & ecce agmen equitum repente illos circumuenit, inter quos erat famulus qui cyphum in ſarcinã indiderat. illis uerò turbatis inopinato incurſu, & rogantibus cur irruerent in uiros quos paulo ante honore hoſpitij dignati fuerint: Aegyptij contrà ſceleratos inclamabant, qui huius ipſius beneficij, Ioſephiq; comitatis immemores, auſi ſint pro talibus meritis iniuriã reponere: daturoſq; furti pœnas minitabantur. non fefelliſſe enim eos deum, licet ad tempus miniſtrũ menſæ fefellerint. & nunc rogitare ſatis ne ſani eſſent, quaſi uerò neſciant ſtatim ſe ad pœnam rapiẽdos. his & ſimilibus uerbis famulus prę cæteris inſultabat. at illi ut qui nihil de dolo cõpoſito ſciebant, conuiciabantur ei, demirari ſe hominis intemperias temere obijcientis furti crimen eis uiris, qui ne frumenti quidem precium in ſaccis inuẽtum retinuerint, ſed ſecum reportauerint, cum nullus de ea pecunia præter ipſos ſciret: tantum abeſſe ut data opera damnum inferre uellent: certiorẽ tamen rati inquiſitionem quàm negationẽ, iubẽt eos ſcrutari ſarcinas: nec recuſabãt uniuerſi pœ-

nas dare, ſi unus aliquis ex ipſis in furto deprehenderet. tanta erat ſecuritas & innocentiæ fiducia. acceperũt illi conditionẽ inquiſitionis, ſuppliciũ tamen ſolius fore penes quẽ furtũ inuentũ fuerit. Inquiſitionẽ deinde aggreſſi, omniũq; ordine ſarcinas ſcrutati, poſtremo ad Beniaminem ueniunt, nõ quòd neſcirẽt in eius ſacco latere cyphum, ſed ut accurate officiũ facere uiderentur. itaq; cæteri iam ſecuri de ſe, de uno Beniamine adhuc nõnihil erãt ſoliciti. ſperabant tamen ne ipſum quidẽ in maleficio deprehendendũ, adeò ut iam liberius indignarentur perſecutoribus, per quorũ importunitatẽ ſtetiſſet ne bonam partẽ itineris iam confectam haberent: ut uerò Beniaminis ſarcinam ſcrutati cyphum protulerunt, ad lamenta & ploratus continuo uerſi, tum fratrem deflebant mox furti ſuppliciũ daturũ, tum ſuam ipſorũ uicem, qui fidem de Beniaminis ſalute parenti datam præſenti caſu fallere cogerentur. augebat etiam dolorẽ eorum, q̃ cum maxime euaſiſſe omnia pericula uidebantur, fortunæ inuidia peruenerint in tantam calamitatẽ. atq; huius tam fratris q̃ parentis infortunij ſe autores fatebantur, qui inuitum ac reluctantẽ ad puerum ſimul mittendum precibus importunis tantum nõ cõpuliſſent. Et equites quidem cõprehenſum Beniaminem ducebãt ſecum ad Ioſephum, ſequentibus & reliquis fratribus. Tum ille uidens fratre in carcerem contruſo cæteros lugubri habitu adſtare, Itáne, inquit, ſceleſtiſsimi omnium uel meam humanitatẽ uel dei prouidentiã contempſiſtis, ut tam nefarium facinus contra hoſpitem ac benefactorem ueſtrum auderetis? at illi uicarios ſe pro Beniamine ad ſupplicium offerebant: rurſumq; Ioſephi crebra mẽtio, felicẽ eum qui morte à uitæ calamitatibus ſit exemptus, ſi tamen eſſet mortuus: q̃ ſi uiuat, qui dignus ſit habitus ob cuius iniuriã deus tam ſeuere in ipſos uindicaret. patris quoq; ſe peſtem eſſe & infortunium maximũ, cui ad ueterem luctum recentem hunc afferrent. nec deſinebat Rubelus denuo illis ſcelus eorum exprobrare. Ioſephus uerò negabat ſe alios morari, quorũ innocentiam compertam haberet, contentus unius pueri ſupplicio. nam neq; hunc dimitti in gratiam inſontium æquum eſſe, neq; illos alieni peccati pœnas perſoluere. abirent quò uellent, ſe curaturum ut tutum iter facere liceat. his uerbis grauiter ictos, cæteros præ dolore uox defecit: Iudas uerò qui patri adoleſcentẽ mittere perſuaſerat, uir alioquin etiã ſtrenuus, decreuit ſe pro fratris ſalute periculo obijcere. Fatemur, inquit, Præſes, grauiter à nobis peccatum, ſuppliciumq; cõmeritos, quod parati ſumus omnes luere, licet nõ omniũ ſit culpa, ſed unius natu minimi. ſed quamuis ſalutẽ eius penè pro deplorata habeamus, unica tamẽ effugij ſpes in clemẽtia tua bonitateq; ſupereſt. quamobrem oramus ut non tam noſtri cõmiſi rationem habeas, q̃ tuæ naturæ, & in hac cauſa non indignationem iuſtam, ſed natiuam tuam bonitatẽ in conſilium adhibeas: iramq; magno animo cõprimas, cui uulgares homines in magnis iuxta ac paruis rebus ſuccũbere ſolent. diſpice quæſo num ex tua dignitate ſit eos occidere, qui ipſi ſe dedunt ad pœnam, & ſalutem nonniſi precario tibi debere cupiunt, quam non nunc primum tuæ benignitati ſunt acceptam laturi. ne cõmittas ut illud beneficium tibi pereat, dum fami ereptis, & frumẽto liberaliter adiutis, etiam ad familiã eodem periculo laborantem domum alimenta perferendi poteſtatem feciſti. Eiuſdem enim bonitatis eſt, ſeruare

uare fame de uita periclitantes, & mortẽ meritis culpam condonare, quibus fortuna tuam beneficentiã inuidiſſe uiſa eſt. eadem planè gratia eſt, diuerſo modo collata. Seruabis enim quos pauiſti, & uitam quam prę fame deficere non es paſſus denuo donabis, quo cõmendabilior ſit tua clementia, dum & uitam donas, & per quæ uita retinetur. Quin etiã deum ipſum exiſtimo tibi hanc uirtutis exerendæ materiã ſuppeditare: ut appareat te proprias quoq; offenſas benefaciẽdi uoluntati poſthabere, & nõ in ſolos innoxios egenos liberalem eſſe. Quantũuis enim magna laus eſt opem ferre in rebus anguſtis, non minus tamen principem ornat clemẽtia, præſertim in cauſa quæ ad ipſius iniuriã priuatim attinet. Si em̃ parua peccata remittẽtes merita laus ſequitur, quid in capitali crimine iram cohibuiſſe, an non diuinæ clementiæ proximum uideri debet? Quod niſi Ioſephi interitu compertum haberem q̃ moleſte ferat pater orbari filijs, non adeo pro ſalute noſtra laborarem, niſi quatenus tibi clementiæ laudem cõciliatura uidetur: & ſi nõ haberemus quibus mors noſtra luctum ac mœrorem ſit allatura, æquo animo ſupplicĩũ perferremus. Nunc uerò quando nõ tam noſtri nos miſeret, tãetſi iuuenes adhuc non multum fructum aut uoluptatẽ uitæ percepimus: q̃ parentis miſeri, ætate curisq; confecti, has tibi preces illius quoq; nomine offerimus, & uitã nobis donari oramus, ſupplicio per hodiernũ malefactum obnoxiam. ille certe uir bonus eſt, nosq; ut ſimiles eſſemus genuit, dignus qui nũquam talem calamitatem experiatur, qui nunc ob noſtram abſentiam curis ac mœrore diſcruciatur. q̃ ſi talem noſtri interitus nunciũ acceperit, ſimulq; eius cauſam, nõ ſuſtinebit amplius uiuere, noſtræ mortis infamia illius mortem apprope rabit, hoc ipſo infeliciorẽ, quia ne noſtri dedecoris rumorẽ ſentiret, è uiuis exceſsiſſe uidebitur. His igitur perpenſis tametſi ad iuſtam indignationem hoc ſcelere permotus, patri tamen uindictę gratiam facito: & plus illius miſeratio apud te ualeat, quàm noſtra iniqtas. Defer hoc honoris ſenectuti eius, quæ ſi nobis orbetur ſuperſtes durare nec uolet nec poterit, defer tui parentis memoriæ, defer ipſi patris uocabulo quod tibi iam contigit, ita tibi deus omnium pater hoc felix faxit ac perpetuum. quem & ipſum honorabis hac pietate propter cõmune nomen, ſi te calamitatis ſenis patris miſereat, quam orbatum manere eſt credibile. Nunc tuũ eſt quæ nobis deus dedit cum iure poſsis, nõ auferendo iterũ dare, & hoc pacto dei benignitatẽ imitari, & hac parte ſimilem ei fieri. Cum enim tãtundem ad utrũlibet ualeas, præſtat bene facere q̃ male, & poteſtate contentum ſui iuris non meminiſſe, ſed tantũ ad ſeruandos homines potentiã tibi datam exiſtimare, & quo pluribus ſalutem dederis, hoc teipſum illuſtriorem fore. potes autem fratri erroris uenia data nos omnes ſeruare. neq; incolumes eſſe poſſumus niſi hoc incolumi, neque domum abſq; hoc ad patrem redire licet, ſed hic ferendum eſt quicquid frater tulerit. neq; enim aliam gratiam à te Præſes petimus, ſi hanc non impetramus, quàm ut nos eodem afficias ſupplicio, non ſecus ac ſceleris ſocios. hoc em̃ ſatius fuerit, quàm ſi præ mœrore nobis ipſi manus inferamus. Non addam iuuenem eſſe & per ætatem nondum ſatis ſapere, & talibus non grauatim ueniam dari ſolere, ſed hic finem dicendi faciam, ut ſiue damnemur, mihi imputetur non ſatis diligenter huic cauſæ patrocinato: ſiue abſoluamur,

in ſolidum hanc gratiam tuæ clementiæ ac bonitati debeamus, cuius laudi hoc quoque accedet, quòd non ſolum nos ſeruaueris, ſed plura etiam quàm nos ipſi in cauſa noſtra quæ pro nobis faciãt uideris. Siue igitur plectere uis hunc, me uicario ad ſupplicium accepto, patri eum remittito. Siue ad ſeruitium addicere mauis, ego tuis miniſterijs magis ſum idoneus, & ad utrũuis ut uides magis paratus. His dictis Iudas promptus ad quiduis pro fratris ſalute libenter ſubeundum, accidens Ioſepho ad pedes, quantum in ſe erat mollire ac placare iram conatur: pariq; modo & cæteri proſternuntur, pro Ben-
Gen. 45 iamine ſeſe offerentes. Ioſephus autem pietate uictus & iam ægre perſonam irati ſuſtinens, ablegat alios qui tum aderant, ut ſine arbitris à fratribus agnoſceretur: cumq; ſoli eſſent, aperit ſeipſum & infit. Pietatem ueſtram & amorem quo fratrem proſequimini non laudare non poſſum, quem maiorem comperio, quàm expectaram, coniecturam faciens ex his quæ mihi olim acciderunt: in hoc enim hæc omnia feci ut fraternæ beneuolentiæ caperem experimentum. cuius quoniam egregium ſpecimen edidiſtis, ne illud quidem in me commiſſum ueſtræ naturæ imputare libet, ſed dei potius uoluntati totum aſcribo, qui uobis in præſentia commoda procurauit, & maiora eſt largiturus, ſi nobis propitius fauorem ſuum non ſubtraxerit. quando igitur & patris incolumitatem optatam magis quàm ſperatam cognoui, & uos tales quales cupiebam erga fratrẽ cõperi, libenter iniuriæ olim mihi factæ obliuiſcor, malens uobis ut miniſtris diuinæ prouidentiæ in hoc tempus cõmuni noſtræ utilitati proſpicientis gratiam habere, quàm ueſtræ, ut tum uideri poterat, maliciæ meminiſſe. Vos quoq; temporis illius immemores iubeo bono animo eſſe, & mali conſilij bonum euentum libenter ferre, neq; pudore præteriti errati quicquam contriſtari. quid eſt enim cur uos male habeat iniquæ quondam ueſtræ ſententiæ pœnitentia, quam fruſtratam eſſe iam uidetis? Læti igitur hac diuina diſpenſatione ite felices patri hæc renuntiaturi, ne forte illo conſumpto immodica de uobis ſolicitudine, præcipuus felicitatis meæ fructus intercidat, priuſquã ille in cõſpectũ meum ueniat, & horum bonorum fiat particeps. quamobrẽ & ipſum & uxores ac liberos ueſtros totamq; cognationem aſſumẽtes migrare uos huc uolo. Non enim decet mihi chariſsimos ab hac mea felicitate abeſſe, præſertim fame quinq; adhuc annis duratura. Hęc locutus cõplectitur fratres. illi uerò in lachrymis erant ac mœrore, tanto maiore pœnitentia quòd in tam bonũ fratrem peccauiſſent. mox conuiuium eſt ſecutum. Rex autem cognito fratrum Ioſephi aduentu, quaſi ſibijpſi aliqd boni accidiſſet lætatus eſt, donauitq; eis currus onuſtos frumẽto & aurum ac argentum, munera ad patrem deferenda. qui pluribus etiam à fratre acceptis, partim patri, partim in ſingulos donatis, ſed præcipuis Be-
VII niamini, reuerſi ſunt ad ſuos. Iacobus autem poſtquam ex filijs ſtatum Ioſephi cognouit, quòd non ſolum mortem effugit, quam tandiu luxerat, ſed etiam in ſplendida fortuna uiuit cum rege adminiſtrans Aegyptum, & penè totam illius regionis gubernationem commiſſam habens, facile iſta credidit, cogitans tum magnificentiam dei, tum erga ſe fauorem, tametſi aliquantiſper ut uidebatur intermiſſum: nec diu moratus iter aggreſſus eſt ad Ioſephum properans.

Quomodo

Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium migrauit. Cap. IIII

NT VERO uentū eſt ad puteū iuramenti, oblato deo ſacrificio, cū Gen. 46
timeret ne filijs propter ubertatē Aegypti cupiditate habitandæ regionis captis poſteritas ſua non rediret in Chananęam occupatura eam iuxtà promiſſa dei: néue inconſulto deo migratione præſenti facta genus ipſius clade aliqua feriretur: ad hæc ne fortè ipſe antequā Ioſephum aſpiceré cōtingat, ex hac uita eximatur: talia uolutanti in animo & ſomno grauato deus per uiſionē aſtitit, eumq; bis nominatim inclamauit. Quo rogante quiſnā eſſet, an nō agnoſcis, inquit, Iacobe deum perpetuum tam tuū q̄ tuorum maiorū protectorē ſimul & auxiliatorem? qui contra patris tui propoſitum principem familiæ te conſtitui, & cum ſolus in Meſopotamiam profectus eſſes, effeci ut coniugium nactus fortunatum redires & liberis multis & facultatibus auctus: incolumē etiam progeniem tuam ſeruaui, & quem amiſiſſe uidebaris Ioſephum, ad tam ſublime dignitatis faſtigiū euexi, ut nō multum à rege Aegypti differat. Nunc quoq; in hoc ueni ut me ducē huius itineris habeas, utq; tibi prænunciem inter manus Ioſephi te è uita exiturū, & poſteritatem tuam per multa ſecula potentem fore ſimul & illuſtrem, occupaturamq; terram cuius ditionē ei ſum pollicitus. Hoc ſomnio fretus eo libentius in Aegyptum cum filijs ac nepotibus properabat, qui erant in uniuerſum LXX. Eorum nomina cum ſint duriora non eram adſcripturus, niſi propter quoſdam qui nos Aegyptios cōtendunt eſſe non Meſopotamenos. Ergo Iacobi filij fuere duodecim, ex quibus Ioſephus iam antea uenerat. recenſendi ſunt nunc reliqui, cum ſua quiſq; progenie. Rubeli fuerunt quatuor filij, Anoches, Phalles, Eſſaron, Charmiſus. Simeonis ſex, Iumilus, Iaminus, Puthodus, Iachenus, Zoar, Saar. Leuis quoq; tres fuerūt, Gelſemis, Caathus, Mararis. Iudæ item tres, Sala, Phares, Zara, & duo filij Pharæ Eſron & Amyrus. Iſſacharæ quatuor, Thulas, Phruras, Iobus, Samaron. Zabulonis tres, Saradus, Elon, Ianel. & hoc quidem genus è Lia, quæ ſecum ducebat filiam Dinam, quorum numerus trigintatres. Rachelis autem filij fuerunt duo, quorum alter Ioſephus filios habuit Manaſſem & Ephræmen. alteri uerò Beniamini fuerunt decem, Boloſſus, Baccharis, Aſabel, Gela, Næmanes, Iſes, Aros, Nomphthis, Optais, Sarodus. iſti quatuordecim ſuperioribus additi, fiunt numero quadraginta ſeptem. & legittimum quidem Iacobi genus hoc fuit. è Bala uerò famula Rachelis fuerunt Danus & Nephthalim, quem quatuor ſequebantur filij, Eleinus, Gunes, Sares, Hellimus, Dano uerò unicus erat filius nomine Vſis. his ad iam dictos additis, quinquaginta quatuor numerus expletur. Gades autem & Aſſerus nati fuerunt è Zelpha Liæ famula. ex his Gadem ſequebantur filij ſeptem, Zophonias, Vgis, Sunis, Zabros, Aerines, Erodes, Ariel. Aſſerum uerò una filia, & mares numero ſex, quorum nomina Iomnes, Eſſus, Iubes, Baris, Abarus, Melmiel. his quindecim adiectis ad prædictos quinquaginta quatuor, ſupradictus numerus completur, annumerato etiam Iacobo. Ioſephus autem cognito patrem aduentare (etenim Iudas præcurrens id ſignificauerat) profectus obuiam ad Heroum oppidum illi occurrit: qui

præ nimia lætitia minimum abfuit quin expiraret. sed Ioſephus eum refouit, quamuis & ipſe præ gaudio periclitaretur, non tamen æquè ac pater. deinde iuſſo eo paulatim progredi, ipſe aſſumptis quinque fratribus properauit ad regem, nunciaturus adeſſe cum familia Iacobum. quo audito lætus ille percontatus eſt Ioſephum quibuſnam ſtudijs potiſsimum delectarentur. ait, paſtoralem artem callere, & nihil aliud exercere: id'que eo conſilio reſpondit, ne fortè diſtraherentur, ſed ut unà degentes curam patris haberent: tum ne qua æmulatio cum Aegyptijs interueniret ſi circa eadem cum illis ſtudia uerſarentur. Nam ei genti non erat licitum greges aut paſcua cu-
Gen. 47 rare. Iacobo autem ſalutatum ad regem perducto, poſt fauſtas ominationes acceptas, rogauit eum Pharao quantum temporis uixiſſet. & cum audiſſet triginta ſupra centum annos natum, admiratus eſt hominem tam longeuum. cum'que ille adieciſſet maiores ſuos longioris ætatis fuiſſe, iuſsit eum cum filijs degere in Heliopoli, ubi etiam regij paſtores habebant paſcua. Fames autem creſcebat in Aegypto, nec aderat remedium, neque flumine agris rigante, non enim aſcendebat, neque ullis de cælo pluuijs: ad hęc grauius erat malum quia uulgo improuiſum, qui nihil parati habebat, neque Ioſephus frumentum dabat niſi numerata pecunia. quæ poſtquam defecit, pecudes ac mancipia pro frumento permutabant. quibus uerò agri fuere, partem aliquam in precium alimentorum regi decidebant. cumq; ad hunc modum omnes eorum poſſeſsiones in ius regis deueniſſent, alius aliò migrabant, quo certius eſſet regium dominium. ſoli ſacerdotes immunitatem & agros retinuerunt. poſtremo hæc neceſsitas adeò non corpora ſolum, ſed & animos gentis in ſeruitutem redegit, ut nihil turpe putarent quo uictus utcunque parari poſſet. poſtquam autem ceſſauit fames, & rigante flumine terra ad priſtinam fertilitatem redijt, Ioſephus regionis urbes obeundo, conuocata per ſingulas multitudine, agrorum quos regi ceſſerant uſufructum illis reſtituit, & adhortatus ut non ſecus quàm proprios colerent, iuſsit quintam partem fructuum regi pendere, quæ ei iure dominij deberetur. qui læti inſperata reſtitutione agrorum culturam ſtrenue aggrediebantur. atq; hoc pacto tum Ioſephi autoritas, tum gentis erga regem beneuolentia non mediocriter creuit: & ius quintæ partis frugũ etiam penes regum poſteros ac ſucceſſores permanſit.

VIII Iacobus autem cum decimũſeptimum
Gen. 48 annum in Aegypto exegiſſet, inter manus filiorum uitam finiuit, precatus
49. 50 eis prius proſperitatem & abundantiam, & uaticinatus quòd ſingulorũ poſteri in partem poſſeſsionis Chananææ terræ eſſent peruenturi, id quod factum eſt aliquãto pòſt tempore. præterea collaudato Ioſepho quòd oblitus iniuriarum plura fratribus bona contulerit, quàm uel benefactoribus deberentur, mandauit ſuis filijs ut Ioſephi filios Ephræmen & Manaſſen in ſuum numerum admitterent diuiſuri ſorte Chananæam, quemadmodum poſtea dicetur. poſtremo rogauit ut in Hebrone ſepeliretur. Mortuus eſt autẽ cum uixiſſet annos centumquinquaginta minus tribus, ex maioribus ſuis nulli pietate ſecundus, cuius digna præmia dei benignitate eſt conſecutus. Ioſephus uerò permittente rege deportatum patris corpus in Hebronem magnifice

gnifice ſepeliuit. cæterum fratribus recuſantibus cum eo reuerti, q timerent ne defuncto patre in ſe uindicaret, cum non amplius eſſet in cuius gratiã deturum ueniam ſperarent, iuſsit eos poſito metu nihil mali ſuſpicari: & reductis ſecum magnas poſſeſsiones largitus eſt, nec unquã eos ſumma beneuolentia proſequi deſtitit. Moritur aũt & ipſe centeſimo & decimo uitæ anno exacto, uir admirabili uirtute præditus, in omnibus negocijs prudens, & poteſtate bene uſus: quibus artibus factum eſt ut neq; externum genus, neq; calamitas de qua diximus, quicquam offecerit quo minus ad ſummam dignitatem eueheretur. Reliqui etiã fratres uita feliciter exacta in Aegypto ſunt mortui, quorum corpora filij & nepotes in Hebronem relata ſepeliuerunt. Ioſephi autem oſſa poſtea translata ſunt in Chananæam per Hebræos, dum ex Aegypto populariter migrarent. hoc enim ipſe adiuratis prius mandauerat. Sed & hoc & alia huius populi geſta narraturi, dicemus prius cauſam propter quam ex Aegypto exiuerunt.

De afflictionibus Hebræorum in Aegypto per annos cccc. Cap. V

AEGYPTII gens delicata & ad laborem ſegnis, uoluptatibus ſolum & captandis undecunque lucris dedita, male uolebat Hebræis, quòd per inuidiam ferre æquo animo illorum felicitatem non poterat. uidentes enim genus Iſraelitarum florere, & opibus labore atque induſtria quæſitis abundare, non ſatis tuta ſibi eorum incrementa exiſtimauerunt: & cum iam Ioſephi beneficiorum memoriam tempus obliteraſſet, regnúmque Aegypti in aliam familiam demigraſſet, inhumane tractabant Iſraelitas & uarijs laboribus atterebant. nam & flumen in multas foſſas diducere ſunt iuſsi & mœnia exædificare, & aggeres exſtruere, quibus inundationes fluminis arcerentur. pyramidum etiam inſanis ſubſtructionibus uexabant gentem noſtram, cogendo uarias artes ediſcere, & laboribus ferendis aſſueſcere. atque in hunc modum per c c c c. annos fuit laboratum; Aegyptijs id agentibus ut Iſraelitas nimio labore perderent, noſtris contrà omnes difficultates eluctari conantibus. Exortum eſt deinde aliud quiddam, cur genus noſtrum magis etiam cuperent extinctum. Quidam ex eo genere hominum quos gens illa uocat ſacrorum ſcribas, quorúmque prædictionibus multum tribuit, prænunciat regi naſciturum per id tempus apud Iſraelitas quendam res Aegyptiorum olim grauiter afflicturum, Iſraelitas contrà euecturum, ſi modo ad ætatem adultam peruenerit. nam & uirtute fore præcellentiſsimum, & gloria per omne æuum celebrem. Quo terrore percitus rex, edicit ex ipſius monitoris ſententia, quicquid maſculini ſexus inter Iſraelitas naſceretur, in flumen proiectum necari: obſtetrices etiam Aegyptias diligenter obſeruare partus Hebræarum ac parturitiones. Sic enim cautum putabat ne obſtetrices ob cognationem edictum regium contemnerent. propoſuit etiam pœnam ſi quis clàm ſeruare fœtus auderet, ut cum tota familia tolleretur. Grauis fuit hæc calamitas non eo ſolum quia liberis orbabantur, & quia parentes ipſi miniſtri eorum interitus eſſe cogebantur: ſed futurum quoque tempus proſpicientes inconſolabiliter triſtabantur, certum generis exitium expectantes, quandoquidem & pro- IX. Exo. 1

les necabantur, & ipsis parentibus non multò pòst erat moriendum : atque
Exo. ita in extremo infortunio constituti sibi uidebantur. Sed nemo potest dei uoluntati resistere etiamsi infinitas artes in hoc comminiscatur. nam & puer de quo sacrorum scriba prædixerat, elusis regijs obseruatoribus clàm fuit educatus, & uatem non fuisse uanum euentus rei comprobauit. Amarames Hebræus uir inter suos nobilis, solicitus tum publico periculo ne gens defectu iuuentutis ad nihilum redigeretur, tum priuatim quòd domi prægnantem uxorem haberet, inopia consilij laborabat: & ad implorandum diuinum præsidium conuersus, orabat ut tandem miseraretur homines à quibus unis perpetuo cultus fuerit: daretque finem præsentis afflictionis quæ toti generi perniciem minaretur. Deus autem precibus supplicis ad misericordiam flexus, astitit ei per somnum, iussitque in futurum bene sperare. Memorem se esse pietatis eorum à maioribus acceptæ, nec ipsis defutura præmia, sicut nec progenitoribus defuisse. Se enim illorum progeniem ad tam numerosam multitudinem auxisse: suo fauore Abrahamum solum è Mesopotamia in Chananæam profectum præter reliquas felicitates ex uxore antea sterili liberos suscepisse, & successoribus amplas regiones reliquisse, Ismaheli Arabiam, Chæturæ filijs Troglodytidem, Isaco Chananæam. Res etiam bello meis auspicijs feliciter ab eo gestas nunquam sine impietatis & ingratitudinis nota non meminisse potestis. Iacobi uerò nomen etiam apud exteras gentes celebre est, tum ob eam felicitatem in qua ipse uixit, tum ob eam quæ posteris eius quasi hæreditario iure obtigit: qui à septuaginta uiris patrem in Aegyptum comitatis oriundi iam ad sexcentorum milium numerum creuerunt. nunc quoq; scito mihi cordi esse & publicam uestram incolumitatem, & priuatim tuam gloriam. puer enim iste cuius natiuitatis metu Aegyptij fœtus uestros ad necem damnauerunt, tibi nascetur. hic neq; deprehẽdetur ab obseruatoribus, & postquam euaserit præter opinionem educatores nactus, suo tempore Hebræos ex Aegyptia seruitute liberabit, memoriamq; sempiternã hoc præclaro facinore consequetur non apud suos tantum, sed & apud exteros, me istud beneficiũ in te tuosq; posteros conferente. fratrem quoq; talem habebit, qui dignus sit meo sacerdotio ipse & posteri eius in omne æuum. His per uisionem cognitis Amarames experrectus narrauit hoc Iochabeli uxori, quæ res utrisq; solicitudinem auxit. iam enim non puero tantum timebant, sed ne quo pacto promissa felicitas intercideret. sed mox oraculo fidem fecit mulieris partus, quæ tam facile est enixa ut obseruatores fefellerit, nihil sentiẽtes eorũ quæ in uulgarib. puerperijs sentiri solent. hunc infantulũ per tres mẽses clam nutrierunt. deinde Amarames ueritus ne re deprehẽsa iram regis incurreret, ac mox & ipse unà cum puero sublatus è medio promissionẽ dei faceret irritã, maluit salutẽ filij totã ipsius prouidentiæ cõmittere: ratus etiamsi puer lateret, quod tamẽ per difficile erat, molestũ tamen in continuo periculo uiuere, non eius tantum, sed & suo. De deo uerò certam spem habebat, prouisurum ut oraculi ueritatem euentus indicaret. Hoc consiliũ postquam satis placuit, excogitauerunt tale quiddam: lectulo è papiro contexto, quantus infantulum commode capere

pere poterat, bitumineq; illito, ne aqua penetrare posset, indiderũt puerum: atque ita in flumen proiecti salutem diuinæ prouidentiæ commiserunt. in hunc modũ cum à flumine deferretur, Mariam e infantuli soror iussu matris ex aduerso per ripam descendebat, obseruatura quò tandem papiraceum illud uas deportaret à flumine. Hic uerò manifestissime deus declarauit, nihil humana sapientia, sed omnia bonitate illius omnipotenti confici: eosq; qui propter utilitatem suam aut securitatem alijs perniciem moliuntur, quantalibet utantur diligentia, sæpe tamen uoti compotes nõ fieri: rursum qui suam salutem deo cõmittunt, præter opinionẽ è medijs periculis emergere: quod & in hoc puero uidere licet. Erat filia regi nomine Thermuthis. hæc dum ludit ad ripas fluminis conspicata uas fluitans, missis natatoribus iubet lectulum ad se in ripã extrahi. quo ut iussum erat allato, mire placuit puer, quòd esset magnus ac pulcher. Tanto enim fauore deus Moysen prosecutus est, ut eum fecerit ab illis ipsis nutriri & educari, qui propter eius natiuitatem reliquos quoq; Hebræos perdendos decreuerant. Itaq; iubet Thermuthis mulierem alicunde adduci, quæ puero mammam præbeat. quo non admittente mammam, sed auersante, idq; cum alia post aliam adduceretur: Mariame quasi nõ data opera, sed fortuito ad spectandum interuenisset, Nihil agis, inquit, regina dum nutrices infanti adhibes alieni generis mulieres. quòd si Hebræam aliquam accerseres, tũ fortè popularis mãmam admitteret. cumq; recte monere uideretur puella, iussa est ipsa hoc negocium exequi & lactantem quam piam adducere: ac mox usa permissa potestate, redijt adducẽs cõmunem matrem, ignotam omnibus qui tum aderant. tum infans perquam libẽter inhærere mamillæ uisus est: & rogante regina mulier commissi infantis curam suscepit. et quia proiectus fuerat in profluentẽ, ab hoc casu nomen est sortitus. aquã enim Aegyptij uocant mo, yses uero seruatos. quare cõposita uoce ex utrisq; nomen infanti fuit inditum; qui deinde citra controuersiam prudentissimus Hebræorum euasit, ita ut deus iam antè prædixerat. erat enim ab Abrahamo septimus. nam ipse Amaramæ filius fuit, sicut pater eius Cathi; hic uerò Leuis, & Leuis Iacobi, qui ex Isaco erat prognatus. hic autẽ Abrahami erat filius. puer aũt non pro ætate proficiebat intellectu, sed inter ludẽdum præ cæteris æqualibus sapere uidebatur. & quicquid ageret, noua quadam indole res magnas olim gerendas præ se ferebat. post tertium uerò annum ętatis admirandam gratiam ei deus addidit. nemo enim erat adeò tetricus, ut uisa Moysis pulchritudine non obstupescceret: & persæpe accidebat ut dum gestatur ac circumfertur, obuios quosque in se conuerteret, ita ut relictis seriis negocijs mallent præcellenti eius forma oculos pascere. Tanta erat puerilis gratia, ut inuiti homines ab hoc spectaculo discederent. quo factum est ut Thermuthis hunc sibi filium adoptauerit, cum alioquin germanis liberis careret: allatumq; patri ostentabat, dicens de successore se cogitare, etiam si deus illi nullum filium gignere dederit. Hunc puerum, inquit, ego educaui non minus indole quàm pulchritudine diuina excellentem, quem Nilus ipse in sinum meum tradidisse uideri potest, quem decreui adoptare mihi filium, tibi uerò in principatu ac imperio successorem. & cum dicto patri infantem in manus imposuit: at ille postquam acceptum ad pectus appressisset

ſiſſet,filiæ gratificaturus comiter diadema ſuum eius capiti impoſuit. Moyſes uerò capiti pueriliter detractũ prolabi in humum paſſus, pedibus etiam calcauit,id quod mox ominoſum eſt uiſum,& regno nihil boni portendere. moxq; ille ſacrorum ſcriba qui natiuitatem eius Aegypto cladem allaturam prædixerat,occidere puerũ uolebat, uociferans: Rex, puer iſte per cuius necem nobis ſecuritatẽ deus pollicetur, uaticiniũ iam confirmauit, inſultando tuo regno & diadema calcando:Hoc interẽpto tam Aegyptijs metum q̃ Hebræis ſpẽ & fiduciã adime. Thermutis uerò cõfeſtim eum eripit, rege quoq; nõ inuito,cui deus talem animũ indiderat,Moyſis ſaluti prouidẽs.itaq; educabatur q̃ acuratiſsime. Quamobrem Hebræi quidẽ felicitatẽ ſuo generi ſperabant, Aegyptijs uerò ſuſpecta erat hęc educatio.ſed cum nemo extaret uel è cognatis regijs uel ex alijs optimatibus, qui etiamſi Moyſes ſublatus eſſet, magnopere uideretur procuraturus Aegyptiorum cõmoda, abſtinuerunt ab eius cæde. Itaq; ſic natus,& ſic educatus,poſtquã adoleuit, breui ſuæ uirtutis ſpecimen edidit, & quantũ momẽti uel ſuis uel Aegyptijs eſſet allaturus,occaſionẽ nactus talem. Aethiopes qui ſupra Aegyptũ incolunt, agebãt & ferebant facultates Aegyptiorum.illi moti indignatione ducunt in eos exercitum,contumeliam cum iniuria coniunctam ulturi:mox prælio cõmiſſo, partim in acie ceciderunt, partim in fugam turpiter compulſi retro ad ſuos ſe receperunt.quo ſucceſſu elati Aethiopes fugientibus inſtabant,& ignauũ rati ſi fortuna nõ uterentur,concepta ſpe ſubiugandæ Aegypti,late eam populabantur:deguſtataq; prædę dulcedine, nõ tẽperantes ſibi ad maiora audenda accendebantur. cumq; uicinas regiones peruagantibus nemo cum armis obuiam iret,pergebãt ulterius Memphim uſq; & mare,nulla ciuitate reſiſtere ualente. Quibus calamitatibus Aegyptij preſsi, mittunt qui remedium ab oraculis petant. cumq; reſponſum eſſet,Hebræum in auxilium aduocãdum, rex à filia poſtulat Moyſen qui uniuerſis copijs cũ imperio præſit.paruit illa, ſed prius rege iureiurando obſtricto, nihil in perniciem iuuenis machinaturum,pro magno hoc auxiliũ imputans,& ſacerdotibus probro dans, q̃ non puderet nunc eius opem implorare, quem prius ut hoſtem occidẽdum eſſe monuerint ac iuſſerint. Moyſes uerò Thermutidis ſimul ac regis rogatu libenter hoc negociũ ſuſcipit. quod factũ gẽtis utriuſq; uatibus læticiã attulit. Aegyptij poſt partam eius uirtute de Aethiopib. uictoriã,occaſionẽ ſibi per dolum tollendi non defore ſperabant:contrà Hebræi,Moyſe copijs præpoſito,adfore ſibi facultatẽ euadendi ex Aegyptia ſeruitute. Ille uerò uolens hoſtem opprimere priuſquam de aduentu ſuo cognoſceret,nõ per fluminis ripam,ſed per interiora terrę expeditionẽ fecit.qua in re ſatis declarauit quantum ingenio polleret ac prudẽtia.cũ enim hoc iter difficile eſſet prę multitudine ſerpẽtũ(nam hic tractus plurimos gignit, aliquot etiã genera quę nuſquam alibi reperiunt,noxios omnes & ipſo aſpectu horrẽdos, & in his quoſdam uolucres,ut nõ ſolum humi latentes inſidientur, ſed & ſublimes ex improuiſo noceant) cõmentus eſt ad ſecurũ iter exercitus ſtratagema dignum admiratione.uaſa enim plexilia non pauca è papiro in arcæ formã fieri curauit,quæ cõpleta ibibus ſecum deferebat. eſt aũt hoc animal infeſtiſsimũ ſerpentum generi. quapropter fugitant earum inſectationem, & inter fugiendum

dum ſicut à ceruis retracti deuorant. ſunt aũt manſuetæ alites, & contra ſolos ſerpentes feroces. de quibus nunc deſino plura, utpote apud Græcos nõ incognitis: poſtq̃ igitur uentũ eſt in terram uenenoſis beſtiolis ſcatentẽ, ibes illis immiſit, quarum bona opera uſus, itinere impune peracto nec opinos Aethiopes inuaſit: cõmiſſoq; prælio fuſos ac fugatos, & ſpe occupandæ Aegypti fruſtratos retro in ſuam regionẽ cõpulit. nec hoc cõtentus oppida illorum euertebat, & ubiq; magna cædes hoſtiũ patrabatur. quo factum eſt ut poſt hæc auſpicijs Moyſis feliciter geſta tantam alacritatẽ exercitus prę ſe ferret, ut nihil nõ laboris toleraturus uideretur, iamq; aut excidium aut captiuitas Aethiopibus immineret. ad ultimũ cõpulſi in Saba regiã eius gentis, quã poſtea Cambyſes Perſarum rex de ſororis ſuæ nomine Meroen appellauit, obſidione ſunt cincti. erat aũt penè inexpugnabilis, utpote Nilo circũquaq; cincta, accedentibus ad eius munitionẽ & alijs fluuijs Aſtapo & Aſtoborra, qui obiectu ſuo difficiliorẽ traiectũ facerent. itaq; ſita in inſula, & muro ualido incluſa, non fluminibus tantũ arcebat hoſtem, ſed & aggeribus, qui mœnia inter & flumina ad eorum inundationes prohibendas inſtructi; ad hoc quoq; tum proderant q̃ hoſti etiam poſt ſuperata flumina aditum ad urbem oppugnandam negabant. Hic cum Moyſes deſidere exercitũ ocioſum ægre ferret, hoſte non audente manus conſerere, interim tale quiddã accidit. erat Aethiopũ regi filia nomine Tharbis. hæc Moyſen mœnibus exercitũ admouentem & egregie dimicantẽ cõſpicata, uirtutemq; uiri admirata, qui & Aegyptiorum fortunam labãtem in integrum reſtituiſſet, & Aethiopas modo uictores in extremũ periculũ adduxiſſet, uehementi eius amore eſt correpta: quo indies creſcente, mittit ad eum è ſeruis fidiſsimos cõiugium ſuum offerens. aſſenſit ille hac conditione iureiurando firmata, poſt urbem ſibi traditam ducturũ ſe eam uxorem: ac mox dicta factum ſequitur. Sæuitum eſt nihilominus in hoſtẽ, & actis deo gratijs nuptijsq; celebratis, Aegyptiorũ exercitus uictor domũ eſt reductus. illi uerò accepta ſalute odiũ pro gratia Moyſi repoſuerunt, & maioribus ſtudijs inſidias contra eum machinabantur: ſuſpicatiq; ne rebus feliciter geſtis elatus res nouas in Aegypto moliretẽ, apud regem eum cædis accuſauerunt. iam enim & ipſe ſuſpectum hominem habere cœperat, partim inuidia motus ob bellũ fortiter ac prudenter adminiſtratum, partim etiam metu alicuius cladis, ſollicitantibus huc & irritantibus indeſinẽter ſcribis ac ſacrificis: ut iam Moyſes minimo minus abeſſet à pernicie, opprimẽdus dubio procul, niſi rem olfaciẽs in ipſo tẽporis articulo ſe clàm ſubduxiſſet. et cum uias obſeruari intelligeret, per ſolitudines fugã arripuit, quà euaſurũ inimici minime ſuſpicabant: & quãuis alimenta nuſquam inueniret, inediam patientia ſuperabat. cũq; ad urbẽ Madienam perueniſſet, in rubri maris litore ſitam, denominatã ab uno ex Abrahami & Chæturæ filijs, ſedens ad quendã puteum laſſitudinẽ ex laborioſo itinere cõtractam recreabat. Erat enim tempus meridianũ, & urbem iam in proſpectu habebat. Hoc loco ei negociũ incidit natũ ex incolarũ uiuẽdi ratione, per quod et uirtutem ſuã declarauit, & melioris fortunæ occaſionẽ inuenit. cum enim ea regio laboret aquarũ inopia, paſtores operã dabãt ut primi puteos occuparẽt, ne fortè exhauſta aqua ab alijs, ipſorum pecora potu carere cogerentur. Ve-

niunt

niunt igitur ad puteũ ſeptem uirgines ſorores, Raguelis ſacerdotis filiæ, qui in magno honore ab eius loci habitatoribus habebatur: quæ patris gregum curam gerentes, id quod etiam per fœminas apud Troglodytas ex more fit, hauſta aqua quantum ſatis uidebatur, gregibus eam potandam in lacunas ad hunc uſum factas diffundunt. cumq; paſtores ſuperueniſſent, & repellendo puellas aquam ſibi uſurparent, Moyſes iniquum ratus nõ ferre opem iniuriam patientibus uirginibus, & ſe inſpectante uim uirorum plus pollere quàm ius puellarũ, abactis uſurpatoribus auxilium eis ita ut decebat præbuit. at illę accepto beneficio poſtquam ad patrem uenerunt, & paſtorum iniuriam & quomodo ab hoſpite adiutæ fuerint, ei retulerũt: rogabãtq; ne illi hoc beneficium periret. tum ille collaudata puellarũ erga benefactorem gratitudine, iuſsit ut Moyſen adducerent meritã gratiã recepturũ. Qui ubi uenit, indicauit ei quomodo ex filiabus cognouiſſet de auxilio quod eis tulerat, & uirtutem eius admiratus, in nõ ingratos hoc beneficiũ collocatum aiebat. relaturum enim ſe gratiã, non modo parem, ſed aliquanto maiorẽ. deinde adoptato in filium unam ex filiabus nuptum tradit: ad hęc pecorum, ex quibus olim uniuerſa barbarorum poſſeſsio conſtabat, curatorẽ eum ac dominum conXII ſtituit. Hanc fortunã Moyſes nactus apud Ietheglæum, quod Raguelis Exo. 3 cognomen erat, degebat apud ſocerũ paſcens pecora. aliquanto uerò poſt, egit paſtum greges in montem, qui dicitur Sina, omnium in ea regione celſiſsimum, & paſcuis ualde cõmodum. abundabat enim herba, eo q; uulgato rumore numẽ illic habitare, paſtoribus hactenus inacceſſus ob religionem loci fuerat. in eo monte mirabile uidit prodigiũ. ignis enim rubi fruticem de paſcere uiſus, nec frondes, nec flores, nec ramos quicquam læſit, cum tamen inde maxima & flagrantiſsima flamma emicuiſſet. ille tam inopinato ſpectaculo nõ mediocriter attonitus magis etiam obſtupuit poſtquã uocẽ ex igne emiſſam & nominatim ſibi uocato uerba facientẽ audiuit: quibus & audaciam eius taxauit, qui nõ ſit ueritus locũ hactenus ob religionem hominibus inacceſſum calcare, et conſuluit inſuper ut quamlongiſsime à flammis abſcederet: & contentus quidem ſit hac uiſione, nõ indignus ea propter ſuam ac maiorum ſuorũ uirtutem habitus, cæterum ulterius nihil curioſe inquirat. prædixit etiam quantum honorẽ ac gloriã conſecuturus eſſet apud homines diuino fauore aſsiſtente: iuſsitq; cõfidenter in Aegyptum proficiſci, futurũ illic ducem ac ductorem Hebræorũ multitudinis, & liberaturũ cognatum populum ab iniqua eius gẽtis dominatione. Etenim habitaturi ſunt, inquit, terrã illam quam Abrahamus generis ueſtri princeps tenuit, & omnia bona eius percepturi, tua prudentia ad hanc felicitatem illos perducente. Sed fac memineris, ut eductis Hebræis ex Aegypto in hoc loco ſacrificiũ gratiarum actionis ob felicem ſucceſſum offeras. & oraculum quidem tale ex igne prodijt. Moyſes uerò tam uiſis quàm auditis territus infit, Potentiæ quidem tuæ domine quem & ego ueneror & maiores mei coluerunt, non ſum tam inſanus ut parere dubitem: attamen non intelligo quomodo uir priuatus & nullis uiribus præditus, uel meis perſuadere potero ut relicta terra quã nunc habitant me ducem ſequantur: uel etiãſi perſuaſero, quõ Pharaothes ſit cogendus ut illos exire permittat, quorum opera & labore conſtat Aegyptiorum

felicitas

felicitas. Deus aũt iuſsit illum ſecurũ eſſe de toto hoc negocio, ſe illi nusquã non adfuturum pollicitus, & ſiue uerbis opus fuerit, uim perſuadendi largiturum, ſiue operibus, uiriũ ſatis additurũ. mox iuſsit ut uirga in terrã proiecta fidem promiſſorũ acciperet. quo facto, draco humi repebat, & in ſpiras ſe conuoluens caput erigebat quaſi repugnaturus ſi quis inſequeret: ac mox denuo in uirgã eſt mutatus. poſt hoc manũ in ſinũ mittere iuſſus cũ paruiſſet, albam & colore calci ſimilem exemit, quæ mox in priſtinũ colorẽ redijt. iuſſus deinde aquam è propinquo hauſtam humi effundere, uidit in colorẽ ſanguineum uerſam. Ad hæc ſtupentem ut confidat hortatur, cum ſciat maximum ſibi adiutorẽ affore. utq; apud oẽs his prodigijs utendo fidem illis faciat à deo ſe miſſum, eiusq; iuſſu omnia facere. iret ſine cunctatione, & feſtinus in Aegyptũ properaret, neq; die neq; nocte iter intermittẽdo, néue diu tempus terendo longiorem Hebræis ſeruitutem & afflictionem redderet. Moyſes aũt nihil amplius dubitans de promiſsionibus, quarum certitudinẽ tot argumentis auditis & uiſis ſatis colligebat, precatus ut eandem potentiã in Aegypto, cum exerta opus fuerit, experiretur: ſupplex illud etiam rogabat ut quem conſpectu ac colloquio ſuo dignatus fuerat, ei nomen quoq; ſuum uolens ac libens indicaret, ut rem diuinam illi aliquãdo facturus nominatim eum ad ſacrificiũ inuocare poſſet. tum deus aperit ei ſuum nomẽ, nunquam antea hominum ulli auditum aut cognitũ, quod mihi eloqui nec ius nec fas eſſe arbitror. Moyſi uerò non tunc tantum, ſed quotienſcunq; opus eſſet talium prodigiorũ facultas aderat, atq; ita nihil dubitãs de oraculi ex igne redditi ueritate, deq; dei adiutoris fauore, magnã ſpem concepit fore ut tandem & ſui liberarentur, & Aegyptij inſigni aliqua clade afficerentur. Cumq; cognouiſſet Pharaothem Aegyptiorum regem ſub quo ipſe fugerat, eſſe defunctum, à Raguele commeatum rogat, ut ſalua eius pace ac gratia liceat ſibi in Aegyptum ob publicam cognatorum ac tribulium ſuorum utilitatẽ proficiſci. quo impetrato & aſſumpta quam ibi duxerat Raguelis filia, liberisq; communibus, Gerſo & Eleazaro, iter in Aegyptum arripuit: quorum nomi num prius peregrinũ ſignificat, poſterius, dei auxilium, & diuina ope inſidias Aegyptiorũ euaſiſſet. cumq; iam non longe à limitibus abeſſent, Aaron frater uenit obuiam deo ſic iubente: cui mox indicauit quicquid in mõte uiderat, & omnia mandata quę diuinitus illic acceperat. mox ulterius progreſſus obuios inuenit præſtantiſsimos quoſq; Hebræorum, qui aduentũ eius præſenſerant: & mox ne quid amplius de fide Moyſis dubitarẽt, prodigia diuinæ uoluntati atteſtantia ſunt eis ob oculos exhibita: quibus prẽter omnem opinionem uiſis attoniti, ſperare iam cœperunt prouidentiã dei ſecuritati illorum & incolumitati non defuturam. Atq; ita obſequentiores nactus Hebræos, & in poteſtate ipſius ſe futuros pollicentes, accenſos nimirum libertatis amore, ad nouũ regẽ ſe confert. Ibi poſteaquã cõmemoraſſet operam ſuam pro Aegyptijs cõtra Aethiopas cõtemptim agros eorum uaſtantes nauatam, laboresq; exhauſtos dum non aliter quàm pro ſuis popularibus bellũ adminiſtraret, adijcit malam gratiam pro tot beneficijs ſibi redditam. oraculum deinde in Sina monte acceptum regi aperit. nec non prodigia quibus de uoluntate dei confirmatus omnem hæſitationẽ poſuerit, ſingillatim

xiiii

Exo. 5. 7

enumerat.addit deinde preces ne per incredulitatem dei decretis obſtaculo eſſe uelit.cęterũ cum à rege cõtemptim audiri ſe animaduerteret,exhibet illi ſpecimen prodigiorũ quæ in Sina uiderat. Rex uero iratus ſceleratum eum appellat,qui Aegyptiorũ olim fugitiuus, nunc magicis pręſtigijs inſtructus ad reliquos decipiendos uenerit.Habere ſe quoq; ſacerdotes qui eadẽ oſtenta repræſentare noſſent,nõ minus peritos huiuſmodi artium: nec eſſe cur ſe Moyſes iactare debeat,quaſi ſolus diuina præ cæteris uirtute polleat,atq; ita apud rudem multitudinẽ quaſi ſupra mortalem conditionẽ poſitus ſe uendi tet:confeſtimq; cum & ipſi ſuas uirgas proieciſſent, in dracones ſunt uerſæ. Tum Moyſes nihil his motus,ne ipſe quidem,inquit,ignoro aut contemno artes Aegyptiorum,attamen quæ ego operor, tanto præſtantiora eſſe aio, q̃ iſtorum magiam, quanto interuallo res diuinæ humanas poſt ſe relinquunt. iamq; manifeſte declarabo nõ eſſe hæc præſtigias ueritatis ſpecie parum cautis imponentes,ſed ipſiſsimam dei uirtutẽ,argumentum omnipotentis illius uoluntatis apud incredulos futuram: & cum dicto uirgam in terram mittit, iubens ut fiat draco,quæ mox dicto parens Aegyptiorum uirgas quæ draconum ſpecie reptabant,unam poſt aliam aggreſſa omnes ad unam deuorauit. ac mox in priſtinam ſpeciem reuerſam Moyſes rurſum ſuſtulit. Rex autẽ ad indignationem magis quàm admirationem hoc facto commotus, cum nihil acturum reſpondiſſet,neq; quicquam Aegyptiacis artibus profecturũ, mandat operarum exactori qui Hebræis erat præpoſitus, ut de labore nihil eis remittat, ſed grauioribus etiam quàm ante operũ difficultatibus premat.at ille prius paleas eis ad lateres fingendos prębere ſolitus, poſthac id facere deſijt: ſed interdiu detentos in opere noctu ad cõportandas paleas dimittebat,pri-
Exo.6 ſtini laboris onus conduplicaturus. Moyſes autem neq; minis regis à propoſito deterrebatur, neq; aſsiduis ſuorum querelis ut à cepto deſiſteret uel minimum flectebatur:ſed obfirmato contra utrunq; animo, in hoc totus erat, ut ſuos in optatiſsimã libertatẽ reſtitueret.Itaq; denuo regem accedit,ſuadẽs ut dimittat Hebręos in Sina mõtem,illic deo ſacrificaturos.hoc enim ipſum iuſsiſſe,nec poſſe quẽquam eius uoluntati reſiſtere. quapropter dandam operam ne fauorem eius contemnere uideatur,utq; populo poteſtatem exeundi faciat, ne fortè contrà moliendo poſthac culpam in ſe transferat, ſi quid ipſi tale acciderit,qualia dei uolũtati reſiſtẽtibus euenire ſolent. Nam neceſſario calamitates eos cõprehendere, qui diuinã iram in ſe prouocauerint: & tum terram tum aerem illis infeſtũ exiſtere, tum procreationẽ filiorum parum feliciter procedere,elemẽtis etiã ad uindicandum in eos concitatis. atq; hæc mala non poſſe euitare Aegyptios,etiamſi Hebræos regionẽ eorum exire cõtingat, niſi hanc profectionẽ bona pace ipſorum impetrauerint. Rege uerò nihili faciente uerba Moyſis, neq; uel tantillũ ad eius preces aduertente,grauiſsima mala in Aegyptios incubuerũt: quæ ſingulatim recẽſebo tum propter eorum nouitatem, tum ut eo magis appareat non uanas fuiſſe uatis noſtri prædictiones: poſtremo quia hominũ intereſt talia cognoſcere, quo magis ea caueant, quibus iritatus deus ad infligendas pœnas commoueri
Exo.7 ſolet. Primum amnis ſanguineis fluentis prolabens, ad potus inopiam eos redegit, cum præterea nullum fontem habeant. nec coloris tantum id erat uitium

uitiũ,ſed ſi qs ſiti coactus guſtaret,confeſtim acri dolore corripiebat: gratq; talis Aegyptijs ſolis,Hebrẽis uerò dulcis ac potabilis,& omnino priſtinã naturã retinẽs.quo miraculo rex inops cõſilij,timens incolumitati gẽtis,permiſit Hebræos abire.cũq; malũ ceſſaſſet,rurſum ad priſtinã mentẽ redijt,ſentẽtiam ſuam reuocãs.Deus aũt motus hoĩs ingratitudine,qui nec à periculo liberatus uellet ſapere,aliã plagam Aegypto infligit.Ranarũ uis immenſa terram eorũ populabatur,refertus erat & fluuius,ut aqua inde nõ niſi ſanie harum uiciata hauriri poſſet, immorientibus earũ pleriſq; & imputreſcẽtibus. plena erat & terra turpi limo ex quo enaſcebant, rurſusq; in eundẽ reſoluebantur:quin & domeſticũ uictũ fœdabant in eſculentis atq; poculentis nuſquam nõ repertę,& in cubilibus quoq; paſsim oberrãtes:ita ut oĩa fœterent putore è ranis mortuis exhalante infecta. His malis cũ exagitarent Aegyptij, rex iubet Moyſen cum Hebrẽis abire quò uelit:& quamprimũ hoc dixit euanuerunt ranæ, terraq; ſimul & flumen in priſtinã naturam ſunt reſtituta.uix dum hoc malũ ceſſauerat,cũ Pharaothes denuo mutatus,priorũ oblitus retinere populum cœpit:& quaſi aliarũ etiam afflictionũ naturas experiri uellet, negabat exitum quẽ prius conceſſerat timore magis cõpulſus q̃ ex animi ſui ſententia.Rurſum igitur deus alia clade in hominẽ fraudulentũ uindicat. pedũculorũ enim magna uis è corporibus Aegyptiorum ſcatebat,à quibus mali male perdebantur, neq; lauacris neq; medicamentorũ inunctionibus extinguere eos ualentes.Qua noua peſte turbatus rex, & nõ magis ipſo periculo q̃ eius fœditate ac turpitudine territus,nequam cum eſſet,ęgre dimidiata ex parte reſipuit.Hebræis enim exire permiſsis, ac mox malo ceſſante,liberos & uxores reditus obſides ab eis exigebat.quo facto magis etiã deum exaſperat,putans ſe prouidentiam eius circumuenire poſſe, quaſi Moyſes & nõ potius deus pœnas de Aegyptijs Hebræorũ oppreſſoribus ſumeret. Varias ergo & multiformes beſtiolarum ſpecies immittit, quales nemo ante eam diem unquam uiderat,tanta copia,ut tota regio malo hoc repleretur:præquarum frequentia & homines plurimi extinguebantur, & terra nullo pacto coli poterat: & qui præſentaneum exitium euadebant,infecti tamen earum ueneno à morbis corripiebantur.Rege uerò ne tum quidem reſipiſcente ut uoluntati diuinæ cederet,ſed mulieres quidem cum uiris dimittente,pueros uerò retinere uolente,non defuerunt deo uariæ prioribus etiam grauiores pœnæ,quib.ob regis maliciã in uniuerſam gentẽ ſeuere animaduerteret:ſed exulceratis intus in cute corporibus miſerabilem in modum non mediocris numerus abſumebatur.Et cum ne ſic quidem rex reſipiſceret, grando nunquam antè in Aegyptio cælo uiſa,tunc uerò maior quàm apud alios hiberno tempore, aut in ſeptentrionali regione, uere iam adulto ſuperne ruens omnes eorũ fructus cõtriuit:& ſi quid intactum grando reliquit,nubes locuſtarum ſuperueniẽtes ita abſumpſerũt,ut fructuum colligendorum ſpes Aegyptijs omnibus omnino ſit adempta.Quod ſi rex ſtultus tantum, & nõ etiam malus fuiſſet, poterat uel iam dictis cladibus admonitus reſipiſcere,ut tandẽ de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperet. at Pharaothes tametſi non ita inſaniebat ut cauſam non intelligeret, tamẽ tanta malicia pectus eius obſederat, ut adduci nullo modo poſſet quin deo quaſi per contentionem Exo.8.9

repugnare, & in publica cõmoda ſciẽs uolẽsq; peccare pergeret. itaq; tandẽ Hebræis pueros etiã unà cum mulieribus concedit, ſed iuſsis ut bona ſua Aegyptijs tanquã prædã relinquerẽt, eo q̃ ex ipſorũ bonis nihil poſt tot calamitates ſupereſſe cõquerebant. Moyſe uerò negãte æquũ poſtulari, alioquĩ nõ habituros unde ſacrificarent, atq; hac cõtrouerſia diutius durãte, tam denſæ tenebræ omnisq; luminis expertes Aegyptijs ſunt circũfuſæ, ut p̃ſpectu in uniuerſum priuati alij alio caſu abſumerentur, illo quoq; metu imminente, ne fortè penitus ab ea caligine abſorberentur. deinde his diſcuſsis poſt tres dies ac totidẽ noctes, cũ nondũ flecteretur Pharaothes ut liberũ exitũ permitteret, his uerbis eum Moyſes aggredit, Quouſq; repugnabis dei uolũtati, qui omnino uult ac iubet Hebræos dimitti, nec eſt aliud præter hoc remediũ aduerſus mala quibus affligimini. Rex uerò irate ferens hanc dicendi libertatẽ, minatus eſt eum capite plectendũ, ſi poſthac de hac re moleſtus eſſe pergeret. Reſpondit Moyſes, ſe nõ amplius hac de cauſa uerba facturũ, ſed ipſum cum optimatibus Aegyptijs ultrò Hebræos rogaturũ ut quamprimũ inde proficiſcãtur. atq; his dictis abijt. Deus aũt cum decreuiſſet adhuc una plaga ictos Aegyptios cogere ad dimittẽdos Hebræos, iuſsit Moyſen edicere populo ut paratũ habeant ſacrificiũ, præparatũ tertiadecima Xanthici mẽſis in quartãdecimã, qui apud Aegyptios Pharmuthi uocatur, idem Hebræis Niſan, & Macedonibus Xanthicus: utq; ipſe Hebræos educat omnia ſua ſecũ portantes. illo uerò inſtructos prius ad profectionẽ, & per ſodalitia diſtributos in uno loco cõtinebat. illuceſcente uerò quartadecima oẽs ad exitũ animati ſacrificabant, & ſanguine domos luſtrabãt, aſperſas hyſſopo: & peracta cœna reliquias carniũ exuſſerunt, tanquã exituri. unde nũc quoq; ſolenne manet nobis idem ſacrificiũ, quã feſtiuitatẽ uocamus paſcha. id trãſitũ ſignificat, eo q̃ deus illa die p̃teritis illęſis Hebræis, Aegyptios morbo p̃cuſsit. nã peſtis illa nocte abſumpſit primogenita Aegyptiorũ, ut agminatim ad regiã cõcurreret à proximis uociferantib. nõ amplius detinẽdos Hebræos. tum rex accito Moyſe mandat ut abeãt, ratus poſt eorũ exitũ regionẽ ceſſantibus calamitatib. ſubleuandã. donis etiã Hebræos honorabãt, alij quo celerius diſcederẽt, alij propter uicinitatis cõſuetudinẽ. atq; hoc pacto exitũ eſt, flentibus Aegyptijs & pœnitẽtib. ob præteritã malã tractationẽ. Iter aut faciebãt per Latopolim tũc deſertã: Babylon em̃ poſt eo loco eſt cõdita, Cambyſe Aegyptũ uaſtãte. cũq; abeuntes iter ſtrenue cõtinuarẽt, tertia die peruenerũt Beelſephontẽ ad rubrum mare ſitã. cũq; nihil per uiã inuenirẽt propter ſolitudinẽ, macerata farina & modico calore in panis ſpeciẽ ſolidata ſe ſuſtentabãt: quo uictu per triginta dies ſunt uſi. neq; em̃ plus cõmeatus Aegypto extulerãt, atq; eũ ipſum parce diſpẽſabant ad neceſsitatẽ magis q̃ ad ſatietatẽ. quapropter in memoriam eius inopiæ feſta per octo dies celebramus, quos uocamus azymorũ. cæterum multitudo migrantiũ unà cũ liberis & uxoribus uix erat numerabilis; qui uerò militarẽ ætatem habebant, ſexcentorũ milium numerũ explebant.

Exo. 10 11.12

Quomodo Moyſe duce Aegyptum reliquerunt Cap. VI

RELIQVERVNT autẽ Aegyptũ menſe Xanthico, luna quintadecima, anno quadringẽteſimo trigeſimo poſt q̃ Abrahã pater noſter in Chananæam uenit: & poſt Iacobi migrationẽ in Aegyptũ annõ

Exo. 12

ducente

ducenteſimo decimoquinto. Moyſes uerò annũ tũc agebat octuageſimũ, & frater eius Aaron triẽnio erat maior. deferebãt etiã ſecũ oſſa Ioſephi, ita ut filijs ſuis mãdauerat. Aegyptios aũt pœnituit q̃ Hebræos dimiſiſſẽt: cumq; XIIII rex præ cæteris hanc rẽ ægre ferret, totũ præſtigijs Moyſis imputãs, decretũ eſt ut in eos irruerent: & correptis armis reliquoq; apparatu, perſequebantur, retracturi ſi poſſent aſſequi. nõ enim timendũ ne deus offendat, cum iam ſemel exitus illis ſit cõceſſus. ſperabant etiã facile ſe in poteſtatẽ redacturos inermes & de uia laſſos. itaq; obuiũ quemq; rogantes quà tenderent, raptim inſequebantur, tãetſi per uiam difficilem non ſolum exercitibus, ſed expeditis quoq; uiatoribus. Moyſes aũt hac Hebræos ideo duxit, ut ſi Aegyptij mutata ſententia perſequi eos uellent, pœnas maliciæ uiolatiq; pacti perſoluerẽt: néue Palæſtini, quos ob ueterẽ ſimultatẽ infenſos habebat, de hac profectione certiores fieri poſſent. eſt em̃ illorũ regio Aegypto contermina. quapropter omiſſa uia quæ in Palæſtinam ducit, per deſertũ uia diſpendioſa ac difficili uoluit Chananæã inuadere: obiterq; iuxta dei mãdata in montẽ Sinã populum ſacrificaturũ adducere. ſed ubi ad rubrũ mare peruentũ eſt, ecce Aegyptiorũ multitudo circũfuſa in arctũ eos cõpellit. aderant em̃ ſeptingenti currus cũ equitũ quinquaginta milibus, & ducẽta milia ſcutatorũ peditũ. hi uias oẽs obſederãt, quibus effugiũ Hebræis patere poterat, inter rupes & mare cõcluſis, quo loco mons præaſpretis inuius ad littus uſq; procurrit. atque ita ne fugę quidẽ ſpe relicta Hebræos mare inter & montẽ obſidione premebant, oppoſitis armatis quà exitus in cãpos aperiebaẽ. in hac locorũ iniquitate cõcluſi, cum nec obſidionẽ præ inopia tolerare, nec exitũ ad fugã inuenire poſſent, nec arma adeſſent etiãſi maxime pugnare cuperẽt, nihil ſupereſſe uidebant niſi ut turpi deditione ſaluti cõſulerent: quo factũ eſt ut Moyſen in cuſarẽt, oblitu prodigiorũ quib. libertatẽ eis deus ſignificauerat: minimũq; aberat quin prophetã lapidato, contẽptisq; per incredulitatẽ pollicitationibus, deditione in priſtinã ſeruitutẽ redirẽt. nam & lamẽtis mulierũ ac puerorum exaſperabant, nihil niſi pernicié expectãtiũ, cum eſſent rupibus & mari & armatis circũcirca cincti, nec ulla ſpes effugij relinqueret. Moyſes aũt effe rata licet contra ſe turba nulli ſuccũbens difficultati nõ ceſſabat eis proſpicere, deo fretus, quẽ poſt tot libertatis præſagia probabile nõ erat permiſſurũ ut aut delerent, aut in poteſtatẽ inimicorũ relaberent. cumq; medius in concione cõſtitiſſet, ſic ad eos uerba fecit: Si homo aliqs res ueſtras bene ac prudenter hactenus adminiſtraſſet, oportebat & in poſterũ ſimilẽ eius curã & diligentiã expectare: nunc poſtquã deus ipſe gubernãdos uos ſuſcepit, quantæ inſaniæ fuerit eius opem nõ ſperare, qui per me ultro uobis præſtitit quicquid ad ueſtrã ſalutẽ ac libertatẽ conferre uidebatur, imò hæc ipſa difficultas & anguſtia magis uos ad ſperandũ accendere debuerat. ipſe enim uos in arctum hunc locum concludi uoluit, ut ex tanta neceſsitate præter ueſtram æque ac hoſtium opinionem ſeruaret, atq; in hunc modum declararet, non ſolum potentiam ſuam, ſed fauorem etiam quo uos perpetuo proſequitur. non enim in paruis rebus deus propitius auxilium afferre ſolet, ſed tum potiſsimum quando ſpei ſupereſt minimũ. ergo huius ope freti, qui poteſt & ex paruis magna facere, & horum potentiam debilem reddere, ne terreami- Exo. 14

ni Aegyptiorum apparatu,neq; propter fugã mari & mõtibus impeditã animum deſpõdete.poteſt em̃ deus & hos in planiciẽ & mare in terrã uertere.

Quomodo mare ſciſſum Hebræis Aegyptios fugientibus uiam aperuit. Cap. VII

HAEC effatus ad mare eos Aegyptijs ſpectantib. ducebat. Habentes enim eos ſub oculis,q̃ eſſent perſequendo defatigati, pugnã in ſequentem diem differre conſultius putabant. ut uerò ad extremum littus uentum eſt, tum Moyſes ſumpta uirga deum in auxilium ſupplex inuocat,dicens,Tu domine ſcis ipſe q̃ nec uiribus nec artibus humanis ullũ hinc nobis patet effugium:ſupereſt ut ipſe ſalutem huic populo expedias,qui Aegyptõ relicta huc eſt delatus,tuam uoluntatẽ tuamq́; fidem ſecutus.ad te ſolum omni alia ſpe,omni conſilio,deſtituti cõfugimus:ad tuam tantum prouidentiam reſpicimus,quæ ſola nos iratis Aegyptijs eripere poteſt. ſuccurre igitur propere,& potentiã tuã exere, & populum iam conclamatæ ſalutis ad fiduciam & ſpem excita. in difficultatib. cõſtituti ſumus, ſed noſtris nõ tuis. tuum eſt domine hoc mare,tuus & mons qui nos claudit: & hic poteſt te iubente aperiri,& illud in terram uerti. poſſumus & per aerem ſublimes effugere,ſi ita nos ſeruari tibi placeat.hæc precatus,mare uirga pcutit: quo ictu repente ſciſſum, & retrorſum ſe recipiens,nudum ſolum Hebræis ad fugam capeſſendam relinquit.Moyſes aũt uidens adeſſe deum, & mare de ſuo ſolo ceſsiſſe primus prõgreditur,hortatur Hebræos ut alacriter ſequantur per uiam diuinitus datam, & læti præterito periculo gratias agant ob tam incredibilem ſalutis rationem tam ſubito exortam. illis uerò impigre ſubſequentib. nimirum diuina ope fretis, Aegyptij primũ inſanire eos putabant in manifeſtam perniciem ruentes.poſtquã uerò uiderunt eos longe proceſsiſſe, & impune abſq; omni impedimento iter facere,impetu facto perſequi eos cœperunt,quaſi & ipſi tutũ per mare iter habituri:& præmiſsis equitibus à littore deſcendebant:iamq́; in aduerſum littus euaſerãt Hebrei, hoſtibus à tergo relictis,quos armis graues ipſa etiã miraculi nouitas nõnihil eſt remorata: ſed cum incolumes illos terrã tenere uiderent, ſibi quoq; eundem euẽtum pollicebantur. Verum fefellit eos hæc opinio,neſcientes nõ quorũuis talem uiam eſſe,ſed Hebrẽorũ tantum,& fugientibus tantum ad ſalutem patere,non hoſtibus qui eos perdendi animo inſectarent̃. ergo cum iam uniuerſus exercitus introgreſſus eſſet,refunditur iterum mare, & Aegyptios fluctibus inuoluit,uentis etiã eodẽ impellentibus:acceſſerunt & imbres de cælo, & aſpera tonitrua fulguribus ſimul intermicantibus: fulmina quoq; deferebant̃,& nihil omnino deerat eorũ quæ ab irato deo hominibus ad pernicie̅ immitti ſolent:nam & nox eos caliginoſa nimis ac tenebroſa cõprehendit.atq; ita totus ille exercitus eſt deletus, ut ne nuncius quidẽ cladis domũ reuerteretur. Hebræi uerò uix ſui cõpotes erant præ gaudio ex tam inopinata ſalute concepto,accedente huc etiam hoſtiũ interitu,quo maior eſſet libertatis ſecuritas,nemine ſuperſtite q̃ eos in ſeruitutẽ uindicare cuperet, & deo ex profeſſo illis auxiliũ ſubmittente. quapropter tum ſua ſalute,tum inimicorũ ſuppli cio læti magis q̃ ulli antehac homines in hymnis & hilaritate totam noctem
Exo.15 exegerunt: & Moyſes carmen laudes dei & ob præſentem fauorẽ gratiarum actiones

actiones cõtinens hexametro uerſu cõpoſuit. Hæc ego ut in ſacris codicibus inueni, ita ſigillatim cõſcripſi. Nemo aũt mirari debet tanquã incrẽdibilia, ſi priſcis hominibus & ad maliciã etiam tum rudibus, de ſalute periclitantibus uia per mare patuit, ſiue dei uoluntate, ſiue naturæ ſponte: quandoquidẽ heri & nudiuſtertius Alexãdri ductu Macedonibus Pamphyliũ mare ceſsit, & Exo. 8. 9
aliã uiam nõ habẽtibus illac iter aperuit, cũ deus eius opera ad deſtruendũ Perſarum imperium uti decreuiſſet: id quod omnes teſtantur qui res geſtas illius regis ſcripto prodiderũt. Sed de his ut cuiq; libet ita ſentiat. Poſtera uerò die cum æſtus & uentus arma Aegyptiorũ in littus expuliſſet in quo tum Hebræi caſtra poſuerant, Moſes id quoq; diuina prouidentia factũ interpretatus, ne poſthac inermes eſſent, collecta uiritim diſtribuit: atq; ita iã probe munitos ad Sina montem duxit, ſacrificaturus ibi deo, & munera pro ſalute populi oblaturus, quemadmodum iuſſum eſſe iam ante dictum eſt.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER TERTIVS.

Quomodo Moyſes populum ex Aegypto in Sina montem eduxit. Cap. 1

RECENTEM hãc læticiã ex inſperato acceptæ ſalutis oſſuſcauit nõnihil itineris moleſtiã, quo p deſerta in Sina mõtem ducebant: q emetiẽda eſſet regiõ difficilis propter ciborum & aquarũ extremã inopiam, & ne brutis quidem alendis, nedum hominibus, idonea. erat enim tota ſqualida, & nihil omnino humoris habens, unde fructus proue nire ſolent. talem aũt uiam neceſſario ſunt ingreſsi, cum aliam non poſſent: deferebantq; ſecum aquã priuſquã deſertum intrarẽt hauſtam duce ita præmonente. qua abſumpta puteos magno labore propter duriciem terræ fodientes aquabantur: ac ne ſic quidẽ uel ſatis bonã, uel quantum ſufficeret inueniebãt. in hunc modũ iter faciẽtes perueniũt prima ueſpera in locũ quendam, cui propter aquas uicioſas nomẽ fecerũt Mar, amarorẽ uocabulo ſigni Exo. 15
ficante: ibiq; laſsis de uia et cõmeatu quoq; iam abſumpto inopiã ſentire inci piẽtibus, diuertere placuit. inuitabat ad manendũ puteus forte repertus, qui tametſi tantis copijs nõ poſſet ſufficere, nõnihil tamẽ ſolatij propter naturã regionis præbebat. audiebãt enim nihil aquæ in progreſſu ſe inuẽturos. hæc ipſa quoq; amara fuit et nulli potabilis, nõ homini ſolũ, ſed ne iumẽto quidẽ. Moyſes aũt uidens eis animũ cecidiſſe, nec habens quod diceret, non enim erat res cũ hoſte quẽ uirtute repellere poſſet, ſed & uiri & imbellis mulierũ ac puerorum multitudo ex æquo periclitabantur, ægre expediebat cõſilium populi miſeriã ad proprium infortunium referens. ad hunc unum enim concurrebant, mulierculæ infantibus opem implorantes, uiri uerò mulieribus, ne ſe deſpiceret, utq; ſalutis remedium aliquod quæreret. ad preces igitur uerſus orat ut deus mutata aqua ex uitioſa potabilem reddat: quo annuente

hanc gratiã, arripit fruſtum ligni forte ibi iacens, & mediũ per lõgitudinem ſciſſum in aquam mittens, docet Hebræos deum exauditis precibus pollicitum daturũ ſe aquã deſiderãtibus, ſi gnauiter iuſſa perageret. quib. rogantib. quid facto opus ſit ut aqua mutetur, iubet robuſtiſsimũ quẽq; certatim puteum exhaurire, dicẽs, maiore parte euacuata reliquũ potabile fore. quo facto aqua agitatione cõtinua purior reddita, potũ iam nõ aſpernandũ multitudini exhibuit. Hinc caſtris motis peruenerũt in Ilym, agrum, ut primo aſpectu è longinquo uidebaẽ, nõ malum, ferebat eñ palmas. ut uerò propius eſt uentum, fefellit omniũ expectationẽ. palmæ enim nõ plures erant q̃ ſeptuaginta, eæq; non admodũ proceræ propter loci ariditatẽ. nam ne à fontibus quidẽ rigabantur, qui duodecim eo loco erant, ſed non ita largi ut emiſsis riuulis humiditatẽ terræ ſubminiſtrarent. quare ad egerendã harenã uerſi in nullas uenas incidere poterãt, & ſi quid modicũ diſtillaret, foſsione turbatũ inutile ad potũ reddebaẽ. arbores quoq; non multũ fructum ferebãt propter eandem aquarũ inopiã. quamobrẽ exortum eſt murmur multitudinis cõtra ductorem, omnẽ miſeriæ ſuæ cauſam in unum illum cõferentis. triginta enim dierum itinere cõfecto, cõmeatum omnẽ quem ſecum extulerãt iam abſumptum deſiderabant, & cum nihil alimentorũ in terra deſerta inuenirent, minimum à deſperatione aberãt: atq; ita præſente egeſtate præteritorũ tam dei quàm Moyſis beneficiorũ memoriã excutiente, in iram cõcitati uidebantur iamiam correptis ſaxis in imperatorẽ ſuum inuaſuri, autorẽ interitus ſibi clamitantes. at ille irritatã multitudinẽ & tam acriter in ſe concitatã animaduertens, fretus deo & conſcientia rei bona fide adminiſtratæ, prodit in medios uociferantes & ſaxa intentantes. cumq; ſingularem quandam gratiã in uultu præferret, populariq; facundia cum primis polleret, exorſus eſt iram eorum mitigare, obſecrans ne in præſentẽ neceſsitatẽ intenti omniũ præteritorum beneficiorũ memoriã abijcerẽt: utq; à difficultate tunc premente animũ ad dei gratiã ac dona uerterẽt, quibus toties præter opinionẽ cumulati fuiſſent. nunc quoq; expectarẽt eum bonũ exitum procuraturũ, quem ueriſimile ſit ad probandam eorũ fortitudinẽ, patientiã & gratitudinẽ, utq; appareat præterita ne an præſentia plus apud eos poſsint, hãc rerũ anguſtiã immiſiſſe. cauendũ igitur ne ob intollerantiã atq; ingratitudinẽ diuino fauore indigni deprehendanẽ, qui & uoluntatẽ ipſius quã ſecuti Aegyptũ reliquiſſent, contemnant, & ſe miniſtrũ eius iniquis odijs perſequanẽ, præſertim cum hactenus in nullo eorũ quæ dei iuſſu gerẽda ſuſceperat, deceptos ſe queri poſſint. Enumerat deinde ſingillatim, quomodo afflicti fuerint Aegyptij dum eos contra dei uoluntatẽ detinere conarenẽ: quõ idem flumen illis quidẽ cruentum & ad potum inutile, ipſis uerò dulce fuerit ac potabile. quõ item refluo mari locũ eis & uiam ad effugium cedente, ipſi quidem per eam euadẽtes ſalutem ſint conſecuti, inimicos uerò internecione deletos inſpectauerint: & quomodo in eam uſque diem inermes, deo præbente armorum quoque copiam ſibi comparauerint: tum quoties ex ipſis interitus faucibus eos præter omnium opinionem incolumes deus eripuerit, qui cum ſemper ſit omnipotens, ne tum quidem de ipſius prouidentia deſperandum. quamobrem æquo animo ferenda omnia, cogitandũq; nõ eſſe ſerum auxilium quantum-

Exo. 16

uis

uis differatur, quod rebus adhuc integris accipiť: & ſic exiſtimandū, nō cō tēni à deo ſua pericula, ſed fortitudinē explorari ac libertatis amorē, ut uide at utrū eius cupidine & ciborū & aquarū inopiā ſuſtinere ualeant, an potius more pecudū dominis in ſuū uſum paſcētibus ſeruire malint. Se quidē non tam ſibi priuatim timere, cui cæſo iniuſte nihil mali accidere poſsit: q̄ ipſorū incolumitati, ſi per iſtā lapidationē facta & cōſilia dei damnare uideant. His uerbis furentes ad ſaniorē mentem reduxit, & iam ad facinus armatis ſaxa de manibus excuſsit. ſed qm̄ intelligebat nō de nihilo cōcitatos, ad preces et ſup plicationes cōfugit: & conſcenſa quadā ſpecula, opē dei rebus per inopiam afflictis depoſcebat, in cuius ſolius manibus ſalus populi repoſita eſſet: utq; propitius ueniam daret populo duris rebus exaſperato, et propter hoc more humano ab officio decedēti. deus uerò curæ ſibi populū fore pollicet, & o- pem quā peterēt iamiā affuturā. His impetratis Moyſes deſcēdit ad multitudi nem: illi uero animaduertētes promiſsionib. diuinis lætū, & ipſi poſito mœ- rore uultus hilares ſumpſerunt. tum ille ſtans in medio cōcionis, ait ſe præ- ſenti neceſsitati à deo remediū afferre, nec ita multo poſt magna uis coturni cum, quod genus auiū præ cęteris Arabicus ſinus alit, ſuperato interiacēte mari lōgo uolatu feſſarū, q̄ alioquin etiā nō eſt ſublimis, in Hebręos deferť. illi uero cibos diuinitus oblatos certatim cōprehendentes, remediū inopiæ quærebāt: & Moyſes rurſum ad ſupplicatiōes uertiť, ob auxiliū à deo ꝓmiſ- ſum ſimul atq; exhibitū: q̄ ad hūc modū paſtis, alia mox alimēta demiſit. nam interim dū Moyſes precabūdus palmas attollit, ros de cælo delabiť: qui cum manib. eius hęrēs cōcreuiſſet, ſuſpicatus ille hāc quoq; alimoniā à deo demit ti, deguſtat: lętusq; re cōperta, turbā ignarā & putantē hiberna tēpeſtate nim gere, monet opinione falli, nec uulgarē rorē de cælo deſcēdere, ſed alimoni- am, quæ ope alia deſtitutos periculo famis eximeret: ac mox prægustatū of- fert, ut experti crederēt. illi uerò ad eius exēplū nouo cibo læti fruebanť, qui ſuauitate ad mellis dulcedinē accedebat, aſpectu uerò ad aromatis ſimilitudi nē quod bdelliū diciť, magnitudine coriādri ſemini ſimilis: eūq; ꝓ ſe quiſq; certatim colligebāt. ſed mox edicto admonenť, ut ex æquo aſſaronis menſu- ram quotidie colligerēt: nō em̄ defore hoc cibi genus. quod eò factū eſt ne infirmioribus deeſſet, dum robuſtiores per auaritiā plus ſatis colligūt. quod ſi quis contēpto edicto ultra prędſcriptū modū collegiſſet, plus defatigatus ni hilo plus habebat q̄ cæteri. quicquid em̄ ultra aſſaronē ſequēti die ſupererat, inutile reddebať, amaritudine ac uermibus corruptū: adeò diuinus & incre- dibilis erat hic cibus: cuius hęc natura eſt, ut qui hūc habet aliū nō deſideret. Quin & noſtris tēporibus tota ea regio genere hoc cōpluitur, quēadmodū olim in Moyſis gratiam deus id alimentū demiſit. hoc Hebræi mānа uocant. nam hęc uox man in noſtra uernacula eſt percōtatiua, quid hoc eſt interro- gans. atq; ita perpetuū gaudiū ac ſecuritatē per hūc cibū ſunt adepti, quo per annos XL. deinceps ſunt ſuſtētati: tantū em̄ tēporis in deſerto hęſerūt. Sed ex loco in quo hęc primū contigerūt caſtris motis, poſtq̄ in Raphidim perue- Exo. 17
nerunt extrema iam ſiti laborabať: eo q; & præcēdentibus diebus raros fon- tes inuenire datū eſt, & tunc in regionē omnino aquis carentē inciderunt. Rurſum igitur Moyſi iraſcebanť. ille uerò declinato aliquātiſper turbę furo-

re, ad

re ad deprecandũ uertitur, rogãs ut qui cibum in egeſtate dederat, nũc potũ quoque in extrema neceſsitate largiretur tantũ nõ ſiti deficiẽtibus, quandoquidem ſolus cibus in hoc rerũ ſtatu nihil proderat. Deus uero nihil cũctatus promittit Moyſi daturũ ſe fontẽ & aquarũ abundãtiã unde minime ſperarent: iubetq; ut uirga feriẽs petrã in cõſpectu ſitam, inde peteret ea quæ deſiderabãt. uelle ſe ut per otiũ & abſq; labore potum adipiſcant. His acceptis à deo Moyſes reuertitur ad populũ præſtolantem & intentis oculis ſe ſpectantem. iam enim uidebant à ſpecula deſcendentẽ. qui poſtquã reuerſus eſt, ait deum eos ex hac etiam neceſsitate liberaturũ, & inſperato modo ſalutem largiturum, fluuio de petra illa prorumpente. quo audito territis, ſi laſsitudine ac ſiti enectis petra eſſet excidenda, Moyſes ferit eã uirga, quę eueſtigio dehiſcens aquã euomuit copioſiſsimã ſimul ac limpidiſsimã. illi uerò inopinato ſpectaculo attoniti, uel aſpectu ipſo recreabant: moxq; magna cum uoluptate bibebant, q̃ eſſet dulcis & qualẽ diuinitus datam eſſe cõueniebat. quapropter & Moyſen plurimi faciebant, quẽ deo tam carũ uiderent, & deo pro accepto beneficio quas poterant per ſacrificia gratias referebãt. Teſtantur aũt ſacræ literæ in templo dedicatę, quòd deus Moyſi prædixerit petram ex ſe aquam profluentem eſſe edituram.

De Amalecitarum & ſociorum clade, & præda quæ Iſraelitis inde obtigit. Cap. II

II Exo. 17 HEBRAEORVM autẽ fama longe lateq; diuulgata, rumoribusq; de his per oẽs gentes circũquaq; ſparſis, nõ mediocris metus accolas eius regionis occupauit: & miſsis ultro citroq; legationibus adhortabantur ſe inuicem, ut aut arcerent, aut delerẽt etiã, ſi modo poſſent, aduentantem multitudinẽ. præcipui uerò huius expeditionis inſtigatores erãt qui Gobolitidẽ regionẽ et urbem Petram incolunt, uocanturq; Amalecitę, inter eas gentes pugnaciſsimi. horũ reges & ſe inuicẽ & finitimos ad Hebraicum bellum cõcitabant, externũ exercitũ Aegyptiorũ fugitiuos pernicię ſibi ſtruere dictitantes: quos nõ oportere cõtemni, ſed priuſquã uires eorũ augeantur uberem aliquam regionem adeptæ, & fiducia ex ipſorũ ceſſatione cõcepta priores bellũ aggrediant, tutò poſſe opprimi. cõſultiusq; eſſe in deſerto eorum conatus ulciſci, q̃ expectare dum urbibus bonis ac opulentis potiantur. Hoc enim eſſe prudentiũ, initijs aduerſariorum potentiæ q̃ primum obſtare, nec expectare dum quotidianis ſucceſsibus in maius augeatur, & potius curare ne in diſcrimẽ ueniant, q̃ ut periculo eximantur. Poſt huiuſmodi legationes decretũ eſt cõmuni cõſilio, ut Hebræos adorti prælio repellere conẽtur. Nihil tum minus expectabat Moyſes q̃ motum aliquem indigenarũ: ergo cum uideret trepidare ac tumultuari populũ, cui de improuiſo & imparato cũ inſtructiſsimo hoſte cõfligẽdũ erat: hortat ut dei ſentẽtia freti, cuius auſpicijs libertatẽ ſeruituti prætuliſſent, nihil aliud quàm uictoriam cogitarent: néue reputarent q̃ armis, pecunijs, commeatu & alijs huiuſmodi præſidijs ſint inferiores: ſed cum deum pro ſe cõtra hoſtes ſtantem habeant, tales animos conciperent ac ſi humanis etiã opibus eſſent longe ſuperiores. nec ignorare illos quantus ſit adiutor, toties in grauioribus malis expertos. hunc & hoſtibus eſſe infenſum, & Hebræis propitium: eúmque fauorem ſatis declaratum dum famem ac ſitim prodigioſe ab eis depellit, dum mari

&

& monte incluſis inſperatũ effugium expedit. adhęc tanto magis ad uictoriam aſpirandum, q̃ poſt hanc nihil ſint deſideraturi eorũ quæ ad humaniorem uictum pertinere uidẽtur. Talibus dictis animato populo, cõuocatisq; tribunis & optimatibus, uniuerſos & ſingulos hortatur, iuniores quidem ut grandiorũ dicto audiant, hos uerò ut oẽs imperatoris ſui nutus obſeruent. at illi periculum contemnentes & conflictus cupidi, ſperabãt hanc pugnam miſerię finem allaturã, & ultro Moyſen rogabãt ut ſe cõfeſtim in hoſtem duceret, néue intempeſtiua cunctatione alacritatẽ militum hebetaret. tum ille ſelectis è reliqua multitudine ad pugnã idoneis Ieſum pręficit Naueci filium è tribu Ephræmitide, uirũ manu ac cõſilio iuxta promptũ, & pietate inſignẽ & à Moyſe præceptore hac parte non degenerantẽ. aliquot etiã cohortes ita diſponit ne ab aquatione intercludi poſsit, plures etiam ad pręſidium caſtrorum & imbellis multitudinis relinquit. Per noctem deinde ad prælium ſe expediunt, & armis ſimul ac corporibus curatis, intenti ſignum claſsico per Moyſen dari expectant: qui & ipſe pernox cum Ieſu cõſultabat, eumq; de inſtruendis ordinibus admonebat. appetente uerò iam die, hortatẽ ducẽ ut ſpei de ſe cõceptæ reſpõdere ſtudeat, & re feliciter geſta exiſtimationẽ ſibi apud milites comparare. ſimiliter Hebræorũ optimũ quenq; priuatim, ac mox omnes armatos uerbis ad fortitudinẽ accendit, atq; ita inſtructos & animatos Ieſu & deo cõmittit, ipſe montem aſcendit, iamq; ad manus uentum erat, pugnabaturq; ſtrenue, nec adhortationes mutuæ deerant: & quandiu Moyſes erectas manus tẽdebat, Amalecitæ deteriore cõditione præliabant. Moyſes uerò extenſione manuum laſſatus, cum obſeruaſſet quotieſcunq; manus demitteret, toties ſuos non ferentes hoſtis impreſsionem cedere, iubet fratrem Aaronem, & ſororis Mariames maritum Vronem, utrinq; aſtantes manus ſibi indeſinenter ſuſtinere, neq; permittere ut per laſsitudinẽ deferrent. quo facto egregie uicerunt Hebræi, fuiſſentq; internecione deleti Amalecitæ, niſi interueniente nocte fuga & latebris quidam eorũ ſalutem ſibi quæſiſſent. qua uictoria non alia uel magnificentior uel magis opportuna maiorib. noſtris contigit. nam & occurrentẽ exercitum fuderunt ac fugauerunt, & omnibus circũquaq; degentibus magnum terrorẽ incuſſerũt, & laboris pręmium prædam opimam reportauerũt. namq; caſtris etiam hoſtilibus expugnatis publicè & priuatim ſunt ditati, qui ad eam diem uix quotidianũ uictum ſibi parare poterant. nec in pręſens tantum ea uictoria profuit, ſed in futurum etiam. non ſolum enim corpora aduerſariorum, ſed animi quoq; eo prælio ſunt fracti: & omnibus circumquaq; gentibus ex illo tẽpore facti ſunt formidoloſi. ipſis uerò opulentię nõ mediocris acceſsio eſt facta. multũ enim auri & argẽti in caſtris fuit repertũ, multa ęramẽta uel eſcaria uel coquinaria, magnus etiã pecunię ſignatę numerus: ad hęc textilia & armorũ ornatus, aliaq; ſupellex caſtrenſis, et uaria pręda iumẽtorũ & impedimentorũ quę exercitũ ſequi ſolẽt. quin & audaciores multo ſucceſſus hic Hebręos reddidit, & fortitudinis ac induſtriæ magis ſtudioſos, nihil nõ ſibi pollicẽtes ſi uirtutẽ ſtrenue colerẽt. Et hoc quidẽ pręliũ talẽ exitũ eſt ſortitũ. Sequẽti uerò die Moyſes cęſorũ cadauera ſpoliauit, arma quæ fugientes abiecerant collegit, & illis quorũ opera inſignior fuerat præmia diſtribuit, Ieſumq; ducẽ pro cõcione

collauda

collaudauit,milite per acclamationes laudem uiri cõprobante.adeoq; incru enta fuit hæc uictoria ut ne unus quidẽ ex Hebræis desideraret, cũ hostiliũ cadauerum numerus præ multitudine incõpertus manserit.Mactatis deinde pro gratiarum actione uictimis,aram DEO VICTORI posuit:prædixitq; in ternecione delendos Amalecitas, ut ne unus quidem eius generis relinquatur, q̃ Hebrẽos ultro armis aggressi essent,idq; in deserto & inopia laboran tes.postremo ducem exercitus uictoriali epulo excepit. hoc fuit primũ præ lium post exitum de Aegypto,quo hostem lacessentem fortiter reiectum ma gna clade affecerunt:post quod per dies aliquot festis epinicijs celebratis, & quiete uiribus reparatis, instructo agmine iter continuabant. iam enim creuerat armatorum numerus, & ad hunc modũ paulatim procedentes, tertio mense pòst q̃ ex Aegypto mouerant, ad montem Sina peruenerunt, in quo Moyses uisionem ardentis rubi uiderat, ut iam antè cõmemorauimus.

Raguelis consilium quod genero suo Moysi dedit. Cap. III

III Exo.18 CVM autem rei feliciter gestæ fama ad Raguelem quoq; peruenisset, gratulabundus occurrit Moysen & Sepphoram & eorũ liberos sa lutaturus:Is lætus soceri aduentu sacrificiũ instaurat,& populo epu lum præbet prope rubum qui flagrationem illæsus euaserat.dum uerò multi tudo per suas quisq; cognationes epulatur,Aaron cum suis assumpto & Ra guele laudes diuinas concinebant,autorẽ salutis ac libertatis celebrantes:du cem quoq; suum fausti carminibus prosequebant, cuius uirtute omnia sibi ex sententia successissent.Raguel quoq; priuatim multa in populi laudẽ,mul ta in Moysis eius seruatoris cecinit, cuius auspicijs tot uiri boni ac fortes re-

IIII gerentur. Sequenti aũt die Raguel uidens Moysen multitudine negoci orum obrui(finiebat enim lites quorum opus erat,omnibus ad ipsum defe rentibus, & alio arbitro ius suum tenere se posse non existimantibus, & his etiam qui causam sub tali iudice perdebãt q̃uo animo sententiã ferentibus) tunc quidẽ siluit, neminẽ uolens impedire quo minus iustitia uiri frueretur. ubi uero tandẽ à negociorũ tumultu absolutũ uidit, seductũ seorsum quid facto opus esset docuit: cõsuluitq; ut minores causas alijs cognoscendas ce deret,ipse uerò tantum reipublicæ negocia tractaret. nõ deesse enim Hebrẽ is & alios dijudicãdis litibus idoneos: curam uerò tot milium salutis sustine re posse neminem,nisi Moysi similem.itaq; cum nõ ignores,inquit,tuas do tes, quæ toties populo periclitanti fuerũt usui, tibi ipse parcẽs,permitte alijs ut ipsi inter se lites ex iure dirimãt: tu uerò diuino tantũ cultui deditus esto, quo facilius populũ è præsenti necessitate eximas. Quin & illud pro uirili cõ suluerim, ut lustratis ac recensitis copijs eas in dena milia distribuas singulis huiusmodi legionib.suos duces præficiẽdo:easq; rursum in cohortes mille narias,quingenarias,cẽtenarias & quinquagenarias partiaris:itẽq; in mani pulos triginta & uiginti & decẽ cõmilitonũ:tum deinde ita distinctis præfe ctos imponas, singulis appellatione à numero subditorũ militũ indita.Iudi ces aũt uiros uirtute ac iustitia præstãtes populi suffragijs creabis,qui de con trouersijs eorũ decernãt, & si fortè quid grauius inciderit, eius cognitionẽ ad te relegẽt.atq; hoc pacto neq; Hebrẽorũ quisquã suo iure fraudabit, & tu sine interpellatiõe deum colẽs fauorẽ eius propensiorẽ exercitui cõciliabis.

Hoc

Hoc Raguelis cõsilium Moyses libenter admisit, fecitq; quicquid ille mo v
nuerat, non sibi hoc cõmentum usurpans, neq; autorẽ eius cælans, sed prò
concione populo indicans cuius hoc inuentum fuerit. Quin & in libris suis
Ragueli ascribit inuentionem ordinum militarium ac iudiciorũ, malens dig-
nos sua laude non fraudare, q̃ sibi alienũ decus usurpare, ut hinc quoq; uir
tutem ipsius conijcere liceat: de qua suis locis sæpe nobis dicendum erit. Inte
rea dum his locis populus hæret, Moyses pro concione ait se ire in montem
Sina collocuturum cum deo & aliquid utile eis inde reportaturum: iubetq;
ut ipsi interim in propinquo castra metentur, uiciniores deo futuri.

Moyses conscenso Sina monte acceptas à deo decem præceptorũ tabu-
las ad populum reportat. Cap. IIII

His dictis ascẽdit Sina montẽ omniũ regionis eius celsissimũ, & ob vi
himiam altitudinẽ cautesq; præruptas nõ ascensus tantũ hominũ,
sed aspectus quoq; ipsos defatigantẽ, ut non immerito propter nu
men incolens religiosus haberet. Hebræi uerò iuxta mandatũ prophetæ mo
tis castris radices montis occupant, suspẽsi animis quidnam boni ita ut pro-
miserat, esset à deo reportaturus: atq; interim dum ductorẽ suum expectant,
festos dies agebant, castitatem seruantes tum in cæteris, tum abstinendo à cõ
gressu mulierum per triduum, sicut iussi fuerant, & assiduis precibus deum
solicitantes, ut propitius Moysem excipiens, donũ sibi per eum aliquod mit
teret, quod ad uitam bene ac feliciter degendam conducibile foret. interim
& uictu sumptuosiore utebantur, & ornatu splẽdidiore unà cum uxoribus
ac liberis excolebantur. atq; in hunc modum duabus diebus inter epulas ex-
actis, appetente iam tertia nubes primũ præter solitum supra tota castra He-
bræorum sublimis pependit, tentoria q̃ late patebant contegens, reliquum
cælum circunquaq; clara serenitate obtinente: procellæ deinde cum imbre
uehementi ruebant, & fulgura simul crebro micantia terrebant, fulminaq;
elisa significabant Moysen ex sententia cum deo propitio conuenisse. Hęc le
cturi ut cuiq; placuerit accipiant, mihi certe fas nõ fuit discedere ab illis quæ
in sacra historia cõscripta habentur. Cæterum Hebræi uisa insolita tẽpestate,
eiusq; horrendo strepitu aures feriente supra modũ turbabantur. nam et rei
nouitas terrebat, & rumor uulgatus de monte, q̃ crebrò deus eum inuiseret.
quamobrem continebant se intra tabernacula mœsti, putantes actum de sa-
lute Moysi, & illo per iram dei sublato, se quoq; simile exitium manere. In ta
li rerũ statu ecce tibi Moyses exultans lætitia, uultuq; ipso animũ gaudio ge-
stientem præferens. quo cõspecto repente metus omnis abijt, inq; locũ eius
spes magni alicuius boni succesit: nam & aer ad eius aduentum pristinam se
renitatem recepit. Mox igitur concionem aduocat, auditurã quæ mandata à
deo referat. quam ubi cõueniisse animaduertit, è superiore loco, ut ab uniuer
sis audiretur, in hunc modum est affatus: Viri Hebræi, deus optimus maxi-
mus, quemadmodũ nunq̃ antea uota nostra est aspernatus, ita hoc quoq; tẽ-
pore me legatum uestrum benignissime excepit, & iam in castra uestra præ-
sens ac propitius adest, præscripturus uobis uiuendi rationem, qua nulla
beatior ne cogitari quidem potest. quare per ipsum perq; eius magnifica o-
pera uos obsecro, ne contemnatis quæ uobis dicturus sum, meam mediocri

tatem intuentes, quodq; humanã linguã audituri ẽstis: sed expẽdentes mandatorũ bonitatẽ ac utilitatẽ, agnoscite eius maiestatẽ, qui ut uestra cõmoda prouehat, me internũcio ad uos uti nõ est dedignatus. Nõ em̃ Moyses Amaramæ & Iochabelis filius, sed is qui pro uestra salute Nilũ sanguineis fluẽtis labi fecit, & Aegyptiorũ cõtumaciã tam uarijs calamitatibus fregit, qui per mare uiam uobis muniuit, qui omniũ egenis cibos cẽlitus excogitauit, q̃ potum desiderantibus è petra scatere iussit, à quo Adamus terrę ac maris usum fructũ accepit, per quẽ Noe diluuiũ effugit, per quẽ Abrahamus nostri generis autor ex errone possessor Chananææ terræ est factus, per quẽ Isacus confectis senio parẽtibus est natus, per quẽ Iacobus XII honestissimis filijs est ornatus, per quẽ Iosephus in Aegyptiorũ præsidẽ euasit: is inquã uobis hæc præcepta largit̃, ego nihil aliud sum q̃ tãti numinis interpres. ea uobis sacrosancta erũt, & cõiugibus ac liberis antiquiora. illis em̃ parẽdo beatã uitã agetis, fruẽtes terra fertili, mari tranquillo, progenie iuxta naturę leges felici, eritisq; hostib. uestris semper formidolosi. ego em̃ cũ deo coràm collocutus, immortalẽ eius uocẽ audiui: adeò illi cordi estis uos & generis uestri incolumitas. His dictis adducit populũ cũ liberis & cõiugibus ut deum loquẽtẽ eis audiant, & quid agendum docentẽ, ne dicta minus auctoritatis haberent, si per humanã linguam in animos eorũ illaberẽtur. itaq; omnes audiebant uocem è sublimi descendentẽ, ut nemo nõ intelligeret. Præcepta aũt quæ Moyses duabus tabulis inscripta reliquit, non est fas totidem uerbis euulgare, sententias tantum eorum indicabimus. Docet enim nos

Exo. 20
Primum præceptum, Deum esse unum, & hunc solum colendum.
Secundum, Nullius animalis simulacrum adorandum.
Tertium, Non temere iurandum.
Quartum, Septimi diei ferias nullo opere profanandas.
Quintum, Parentes honorandos.
Sextum, A' cæde abstinendum.
Septimum, Non adulterandum.
Octauum, Mon committendum furtum.
Nonum, Non deponendum falsum testimonium.
Decimum, Nihil alienum concupiscendum.

Exo. 21 Hæc ubi multitudo læta ex ipso deo sicut Moyses p̃dixerat audiuit, dimissa est cõcio. Sequẽtib. aũt diebus sępius ad ducis tentoriũ uentitãtes postulabãt ut etiã leges eis à deo deportaret. ille et in hoc eis gratificatus leges tulit, & qd quóue modo agendũ esset per idẽ tẽpus præscripsit, sicut suo loco dicẽt. sed maiorẽ legũ partẽ in aliud tẽpus differo, priuatim de his cõmentaturus. Eodẽ ferè tẽpore Moyses rursum in Sina montẽ ascẽdit, prẽmonito antè populo: nam & spectare eos ascensionẽ suã uoluit. cumq; diutius moraretur, per XL. em̃ dies abfuit, cœperunt soliciti esse, ne quid grauius illi accidisset. neq; in tot erumnis aliud quicq̃ eos sic contristauit, ut interitus Moysis opinio. uariabant em̃ rumores, dũ alij deuoratũ à bestijs iactant, maxime qui minus eum amabãt: alij raptũ à deo uideri malunt. qui uero prudẽtiores erãt, inter utranq; sententiã ancipites, q̃ alterũ ab humanis casibus non alienum, alterũ uiri illius uirtuti conuenientius uidebant, ipsius sortem satis æquo animo

Exo. 24

ferebant

ferebant:ſuam autẽ uicem dolebant,quòd tali præſide ac patrono eſſent orbati,qualem alium inueniri credebãt impoſsibile:& neq; ſolicitudo perare eos ſinebat,neq; ſpe adempta nõ dolere poterãt. ac ne caſtra mouere quidẽ audebant,reditũ expectare iuſsi. tandẽ XL diebus totidẽq; noctibus elapſis reuertitur,nullo interim humano alimẽto deguſtato: aduentuq; ſuo tota caſtra ingẽti gaudio repleuit,diuinã prouidentiã illis adeſſe ſignificãs,& rationem bene ac beate uiuendi ſe per eos dies didiciſſe.poſtulareq; deũ ut tabernaculũ ei faciant,quò deſcẽderet quoties placeret,quod etiã migrantes ſecũ circũferre poſſent,ut nõ ſit opus amplius in Sina aſcendere, ſed interuiſitãs crebro & tantũ non cohabitãs præſto ſit uotis eorũ ac deprecationibus.mẽſuram quoq; & formã tabernaculi ſibi præmonſtratã, nihilq; ſupereſſe niſi ut ad eius fabricã q̃ primũ ſe accingerẽt.His dictis profert duas tabulas continentes decem præcepta inſcripta,in ſingulis quina,erat autem dei manus ea ſcriptura.Illi uero præſentia ſermoneq; Moyſis læti pro ſe quiſq;certatim ad ſtructuram tabernaculi conferebant,aurum,argentũ,cuprũ,materiẽ ligneã elegantẽ & contra cariem firmam,pilos caprarũ, & ouiũ pelles partim hyacinthina partim punicea tinctura,quaſdã etiam candidas colore,& alias purpuræ flore infectas. adhæc lanas eiſdem coloribus tinctas, & linũ byſsinũ.lapillos quoq; pretioſos,qui ad ornatũ auro includi ſolẽt,atq; inſuper uim magnã odoramentorũ.nam huiuſmodi erat materia tabernaculi,quod nihil ab ambulatorio templo & portatili differebat. ergo poſteaquã iſtæ ſpecies ambitioſe ſunt collatæ,uiritim cõtribuentibus, nõnullis etiã plura q̃ pro domeſticis facultatibus,architectos operi propheta præficit ex mãdato dei,ſed tales ut nõ alij deligẽdi fuerint,etiamſi populi ſuffragijs res cõmiſſa fuiſſet. Eorum nomina etiã nunc in ſacris codicibus extant:Beſelel ex tribu Iudæ,Vronis filius & Mariãmes,que erat ducis ſoror:& Eliabus Iſamachi,tribus Danidis.plebs aũt tanta alacritate operã & impenſam offerebat,ut edicto coercẽdi fuerint,& præconis uoce admonẽdi nõ eſſe opus pluribus. ita enim fabricatoribus eſt uiſum.atq; ita ſtructurã tabernaculi aggrediũtur, Moyſe & mẽſurã & magnitudinẽ deſignante, ſicut in monte ex dei colloquio didicerat, tũ quantũ inſtrumentũ capere deberet ad uſum ſacrificorũ & ſacrorũ miniſterium,rite ac ordinate præſcribẽte.nec minor fuit largitio mulierũ circa ueſtes ſacerdotales,& cætera quæ uel ad tabernaculi ornamentũ, uel ad diuinũ cultum attinere uidebantur.

Exod. 26

Exod. 35

Exod. 36

De tabernaculo per Moyſen in terra deſerta facto,quod ſimilitudinem templi portatilis referebat. Cap. V

OMNIBVS autem paratis, & uaſis aureis & æramentis ac textilibus, Moyſes indicto feſto & ſacrificio pro cuiuſq; opibus, tabernaculũ erigit hoc modo. Atrium primo dimenſus latitudine L cubitorũ, VII longitudine C,uallos æreos ſtatuit altos quinq; cubita per lõgiora latera uicenos,& in poſtico latere X.In uno quoq; inerãt anuli,& capitella argẽtea, baſes uero auratæ mucronatę,imæ haſtæ ſimiles,ex ære factæ & in terrã defixę. anulis innectebãtur funes, qui ab altero capite clauis æreis cubitalibus humi confixi ſingulos uallos firmabant, & cõtra uentorum uim tabernaculũ muniebant. Linteũ deinde byſsinum molliſsimũ circumtendebatur à capitellis

ad baſes dependens,totumq́; eum locũ ſepiẽs, ut nihil à pariete differre uide retur.atq; hoc modo ſe habebant ſepti tria latera.quartũ uero latus L itẽ cubitorũ totius operis erat frons,cuius ianua uiginti cubita patebat,utrinq; habens geminatos uallos inſtar poſtium. ex argento hi quoq; conſtabant præter baſes,quæ erant æneæ.ab utroq; autẽ latere ſtabant tres ualli bene firmati.erant autem & illi linteo è byſſo cõtexto circumducti.ad ianuam uero pendebat uelum uiginti cubita longum, & quinq; altum, ex purpura byſſoq; & hyacintho contextũ,uarie picturatum exceptis animantium formis.intra ianuas aũt erat aſperſoriũ æneum, baſi ex eadem materia ſuperpoſitum, unde ſacerdotes manus abluerẽt,& pedes perfunderent.Hunc in modum ſeptum atrij ſe habuit.Tabernaculũ autem ſtatuit in eius medio uerſum ad oriẽtem, ut ſol ſurgens radios in illud mitteret:eratq; longũ cubita triginta, & latum duodecim.alter parietum erat auſtralis,alter ad ſeptem triones obuerſus. tergum ad occidentẽ ſpectabat,attollebaturq; tantum,quantum in latitudinem patebat.Erantq; tabulæ ligneæ uicenæ ex utroq; latere,quadrãgulæ,craſsitudine quatuor digitorũ,latitudine unius & dimidij cubiti, intus & extra laminis aureis contectæ:& ſingulis tabulis inerant cardines bini immiſsi per duas baſes quæ erant argenteæ,& in ſuis foraminibus tabularum cardines ſuſcipiebant.Parietis uero occidentalis tabulæ ſex erant, intus & extra deauratæ, inter ſe omnes ita compaginatæ, ut unus paries eſſe uideretur. Ex lateribus autem tabulæ erant uicenæ, quarũ latitudo habebat menſuram unius & dimidij cubiti,craſsitudo tertiã partem palmæ, & ita triginta cubita adimplebant.poſterioris uero parietis nouẽ cubitos ſex tabulæ faciebãt:quibus coniunctæ ſunt aliæ duę tabulę,ex medio cubito ſectæ,quas angulares poſuerũt ad inſtar maiorum tabularũ.Singulæ uero tabulæ anulos habebant aureos, per exteriores frontes eminẽtes,uelut quibuſdam radicibus confixos per ordinem,ad inuicem per circuitũ reſpiciẽtes:& per eos deaurati uectes immiſſi,ſinguli cubitorum quinq;,tabulas coniungebant: intrabatq; caput uectis uniuſcuiuſq; in alio capite,in modũ pyxidis: & poſt tergũ parietum in longitudine poſitorum,unus erat ordo,per tabulas omnes uadens, quo per uncinos utriuſq; parietis latera continebãtur,incaſtrationibus factis & immiſsis ad inuicem.atq; ita cautũ eſt tabernaculo contra uentorum uim alios ue impetus,ut ſecurũ & immobile cõſiſteret.Intus autem diuiſa in tres partes longitudine,poſt decem cubita intima, ſtatutæ ſunt columnæ quatuor eodẽ opere & ex eadem materia factæ,ſimilibus baſibus impoſitę,paribus interuallis per tranſuerſum diſsitæ:ultra has fuit adytũ,reliquum uero tabernaculi ſacerdotibus patebat.atq; hæc tabernaculi trifariam diuiſio,uniuerſitatis naturam referebat.nam tertia pars quæ intra quatuor columnas continebatur,ſacerdotibus inacceſſa cælum dei quodãmodo repræſentabat:uiginti uero cubitorum ſpatiũ,tanquã mare & terra hominibus inacceſsibilis, ſolis ſacerdotibus cõcedebatur.à frõte uero quà aditus patebat, colũnas ſtatuerũt quinq; æreis baſibus innixas.poſt hæc uela ſunt per tabernaculũ expãſa,è byſſo contexta,& purpureo,hyacinthino,puniceo,colorib. diſtincta. horũ primũ cubita decẽ quaquauerſum patebat: quod per colũnas eſt diſtentũ,quæ adytũ à reliquo ſpatio diſparabant,& à conſpectu hominũ excludebãt. totũq; hoc

ſanum

ſanum,uocabatur ſanctũ,adytum uerò ultra IIII columnas ſitum dicebatur ſanctumſanctorũ. fuitq; hoc linteũ omnis generis floribus quæ terra fert a- lijsq; ornamentis picturatũ,exceptis tantum animantium figuris. alterũ autẽ uelũ magnitudine,colore,textura,priori par,circa ingreſſum ſitas quinq; colũnas tegebat:quod à ſummo ad dimidiũ columnarũ pendens ibi anulis ſuſtinebatur,& acceſſum ſacerdotibus ſubintrãtibus prębebat. huic penè cõ tiguũ erat aliud uelũ magnitudine par ſed é lino cõtextum, anulis à funiculo per trãſuerſum pẽdens:quod aliquando adducebatur, aliquãdo feſtis præci pue diebus reductũ populi proſpectum admittebat.reliquis diebus,& maxi- me parũ ſerenis obiectu ſuo picturatũ illud uelum à tempeſtatibus protege bat.unde mos manſit etiam poſt templũ exædificatũ,ut uelum huic ſimile in aditu prætenderetur.erant præterea decẽ aulea quaternorũ cubitorũ latitu- dinis,longitudinis uicenũoctonũ cum uncinis aureis qui contiguorũ anulis ita inſerebãtur,ut coaptata unũ uiderẽtur:quæ extenſa fanũ ſuperne obtege- bãt,& parietes à lateribus & à tergo,minus uno pede ad terram pertingẽtia. erãt & alia pipetaſmata undecim æquè lata,ſed lõgiora,uidelicet triginta cu- bitorũ ſingula,è pilis eadẽ ſubtilitate qua illa è lana cõtexta:quę tegmine ſuo uſq; terrã fuſa inſtar thalami exhibebant,uno à fronte prominente, quod in hunc uſum ſupra denariũ numerum erat adnexum.hæc rurſus ab alijs è pelli bus conſutis cõtra æſtus ac pluuiarũ iniuriam protegebãtur.quapropter è lõ ginquo ſpectãtibus res erat miraculo digniſsima : colores enim tabernaculi nõ aliter micabant,q̃ ſi cælũ quis contueretur. cæterum cilicia & pellicea ue la ita pẽdebant,ſicut illud circa fani introitũ, ad arcendas tẽpeſtates obiecta. *Exod.36*

De arca in qua tabulas legis Moyſes collocauit. Cap. VI

TAbernaculo autem hunc in modũ cõſtituto,etiam arcam deo ſacrã inferunt, è materie natura ualida & ab omni carie inuiolabili.hæc uernacula noſtra lingua dicitur Heoron,figura tali.longitudo eius erat quinq; palmorũ:altitudo uerò & latitudo trinum palmorũ:eratq; intus & extra tota laminis aureis incruſtata:& habebat tegmẽ aureis cardinibus co aptatũ,nulla ex parte prominens.ex utroq; autem longiore latere inerãt anu li aurei duo,totum lignum penetrantes,& per eos uectes aurati utrinq; traie cti,ut quoties opus eſſet quocũq; trãſportari poſſet.neq; enim à iumẽtis ue- hebat,ſed ſacerdotũ humeris trãsferebatur.operculo aũt eius impoſitę erant effigies duæ,quas Hebræi Cherubs appellant,ea ſunt animãtia uolucria, no ua ſpecie nec unquã cuiquam hominũ uiſa:quæ Moyſes in dei ſolio uiderat figurata.in hãc arcã repoſuit tabulas decẽ præcepta cõtinentes, in utraq; qui na,& in ſingulis paginis duo cũ dimidio:ipſamq; arcã intra adytũ recõdidit. *Exod.37* VIIII

De menſa & candelabro aureis,deq; altaribus tabernaculi. Cap.VII

IN fano aũt menſam collocauit Delphicis non abſimilem,longitudi ne duũm cubitorũ,latitudine unius,altitudine palmorũ trium.eam ſuſtinebãt pedes dimidia ſui parte inferiore per omnia pedib.ſimi- les,quales lectis Doriẽſes addere ſolent:ſed ſuperne quadrãgulares erant.ha bebatq; circũquaq; labrũ quatuor digitis tam inferne q̃ ſuperne prominens. & per ſingulos pedes inerant anuli ferè circa ſummũ pedem:adhibebãturq; utrinq; duo ceu manubria è ligno firmiſsimo deaurata, quæ nõ per circulũ IX

utrũq; ut uectes traijciebãtur,ſed fibulato morſu mẽſæ labrũ ſuperne, infer ne pedis anulũ cõprehendendo, facultatem transferẽdi quocũq; opus eſſet præbebãt.hæc ſolebat depõni in fano uerſus ſeptentrionalẽ parietẽ nõ lõge ab adyto,& in ea diſponebant duodecim panes nõ fermẽtati, ſeni è regione ſibi duobus ordinibus oppoſiti,mũdiſsimi cõfecti è farina duorũ aſſaronũ, quæ mẽſura Hebræorũ ſeptẽ cotylas Atticas cõtinet. ſuper panes aũt ponebãtur duæ phialæ aureæ thure plenæ.poſt ſeptẽ uerò dies alij panes inferebãtur,feſto quod nos uocamus ſabbatũ:cuius ritus cauſa aliàs eſt à nobis indi-
x cãda. Ex aduerſo mẽſæ propius meridianũ parietẽ ſitum erat cãdelabrũ ex auro fuſile ſed nõ ſolido,pondo minarũ centum.hoc põdus Hebræi cincha res,Græci talentũ ſua lingua nominãt:eratq; diſtinctũ globulis, lilijs, malis punicis,craterculis ab una baſi in altũ aſſurgẽtibus,in ſeptẽ ramos diffiſsis iuxta numerũ ſolis & reliquorũ planetarũ. exibat autem in ſeptẽ capita ordine inter ſeſe reſpõdentia: quibus imponebãtur ſeptẽ lucernæ ſecundũ totidem planetarũ numerũ:reſpiciũtq; ad orientẽ & meridiẽ,cãdelabro oblique poſito.inter hoc & mẽſam ut dixi ſita erat arula ſuffumigatoria,& ipſa è ligno imputribili,ſed ſolida lamina circũquaq; cõtecta,cubitali in quadrũ latitudine, altitudine uerò dupla.ſuper qua ſtabat foculus corona aurea circũquaq; cinctus:cui anuli inerãt cũ ſuis uectib. quo per uiã à ſacerdotib. deportari poſſet.Sed & pro forib.tabernaculi erat ara alia hæc quoq; lignea, laminis æreis intecta,in quadrũ quinq; cubita patẽs, altitudine triũ cubitorum, inaurata,
Exc.38 cratẽ pro foculo ſuperpoſitã habẽs. excipiebat enim terra quicquid ignitum ſuperne decidebat,quòd baſis nulla ſubeſſet.ad aram uerò præſto erãt infundibula & phialæ,thuribulaq; & crateres cũ inſtrumento alio rei diuinæ peragendæ accommodo,nihil non ex auro puriſsimo.

De pontificali ac ſacerdotali ornatu. Cap. VIII

XI
Exo.39 T tabernaculũ quidem cum paratu ſuo ſic ſe habebat. nũc reſtat dicendũ de ueſtitu tam reliquorũ ſacerdotũ quos illi chaneas uocant, quàm põtificis,quem anabarchen nominant,ſic ſummum ſacerdotem ſignificãtes:ac primũ de uulgo ſacerdotũ.Sacerdos ſacris operaturus purus iuxta legẽ & caſtus accedens ante omnia manachaſen quem uocãt induitur:quaſi dicas conſtrictoriũ.eſt aũt ſubligar circa uerenda, conſutũ è byſſo retorto:in quod pedib. inſertis ſubducũt uelut dimidiatas bracas, atq; ita circũ ilia conſtringunt.ſuper hoc induit linteam interulam byſsinam è duplicata tela cõfectam,chetomene noſtris uocatur,ſignificatq; ea uox lineã.linum enim uocamus chethon.id indumentũ eſt tunica talaris corpori aſtricta, habẽs manicas circa brachia & ipſas ſtrictas,quæ accingitur circa pectus paulo axillis inferius zona lata digitos quatuor intus inani,ita contexta ut ſerpentis exuuiũ uideri poſsit.floribus etiã picturatur puniceis,purpureis, hyacinthinis & byſsinis:ſtamen uerò è ſola byſſo conſtat:quæ ſemel atq; iterũ circa pectus reuoluta ad talos uſq; defluit,tantiſper dum ſacerdotes à ſacris feriãtur: idq; ad ornatum conferre uidetur. cũ uerò ſacris eſt miniſtrandũ, ne uentilata ſit impedimento ſuper humerũ læuũ reijcitur. hanc zonam Moyſes nominauit abaneth,nos uocabulo à Babylonijs mutuato emian dicimus. ſic enim illi nominant.ſed tunica nuſquam ſinuatur,habetq; circa collũ amplam apertu-

aperturã,cuius oræ uncinis à pectore & à tergo cõmittũtur: maſſabazanem uocant.ſuper caput autem geſtat pileũ non faſtigiatum,neq; totum caput cõ prehendẽtem,ſed paulo plus quàm mediũ.hic uocatur maſnaemphthes. eſt autem tali paratu, ut uideatur uitta linea ſæpe in orbem replicata & conſuta, quam ſuperne alia tela integit uſq; ad frontem deſcendens, & per ſuperficiẽ uerticis ſuturarum deformitatem occultans.hic adaptatur accurate,ne inter ſacrificandum delabatur.Et ſacerdotum quidem ornatus in genere eſt talis. Pontifex uerò utitur quidem etiam hoc,nihil eorum quæ enumerauimus omittens,ſed ſuperinduitur hyacinthinã tunicã talarem, quam noſtrates methir nominãt:aſtringitq; eam zona coloribus ſupradictæ ſimili,niſi quòd auro intertexta. cæterũ ima ueſtis ornabatur limbo effigie malorũpunicorum diſtincto,à quo tintinabula aurea ſic dependebãt, ut mediũ eſſet quodq; malũpunicum inter duo tintinabula ſitum,& tintinabulum inter duo mala punica.hæc tunica nõ conſtat è duobus ſegmentis, ut ſuturas habeat in humeris ac lateribus: ſed unica tela in longũ contexta aperturam in ſummo habet non tranſuerſam, ſed in longũ deſcendentẽ à tergo & ante uſq; ad medium pectus:cui decoris cauſa aſſuta eſt fimbria ne ſciſſura appareat. eodẽ modo quà manus exeruntur eſt ſciſſa. Super hanc tertiam etiamnum induit uocatam ephoden,græcanicæ epomidi ſimilem, ea fit hoc modo:ex uarijs coloribus auro intermixto ita contexitur, ut circa medium pectus lacuna quædam relinquatur,maniculis quoq; ita extantibus ut planè tunica appareat. lacunæ uerò inſeritur fruſtũ amplitudine palmi auro eiſdẽq; coloribus quibus ephodes uariegatum.id uocatur eſſen,ac ſi dicas rationale:quod ita quadrat,ut ad amuſsim ſpatiũ illud circa pectus à texẽte relictũ expleat.id committitur cum tunica anulis aureis per ſingulos angulos ex oris tunicæ ac eſſenis extãtibus, intercurrẽte tænia hyacinthina: & nequid inter circulos hiet filo hyacinthino ſuturã explẽte.in utroq; aũt humero ſinguli ſardonyches auro incluſi fibularũ uice epomidẽ adnectũt:his inſculpta ſunt Iacobi filiorũ nomina literis uernaculis linguę noſtratis,in utroq; lapide ſena,ita ut ſeniores dextrũ humerũ obtineãt.quin & eſſenẽ ipſum duodecim gẽmæ diſtinguũt, eximia uel magnitudine uel pulchritudine,ornatus hominib.propter enorme precium incõparabilis:cui ternæ p ordines quatuor inerãt, cõſertæ coronulis aureis ita ut excidere nõ poſsẽt:in primo ordine,ſardonyx,topazus,ſmaragdus: in ſecũdo carbũculus,iaſpis,ſapphirus:in tertio lyncurius,amethyſtus,achates: in quarto chryſolithus,onyx,beryllus.his erãt inſculpta filiorũ Iacobi nomina,quos tribuũ autores habemus,ordine quo olim ſinguli nati fuerãt.cũ aũt p ſe illi quos diximus anuli ſint infirmi,nec poſsint põdus gẽmarũ ſuſtinere: alios duos maiores in extremitate ratiõalis quæ reſpicit ad collũ, eminẽtes è textura fecerũt:qui ſuſcipiãt catenas aureas,opere plexili,uenientes per fiſtulas quaſdã ad extremitates humerorũ:quarũ catenarũ ſummitas aſcẽdens reducitur poſt tergũ,& circulo qui eſt à tergo in epomidis fimbria cõnectit:id quod præcipue ſuſtinet ephodẽ ne quo pacto defluere poſsit. eſſeni aũt aſſuta erat zona iã dictis coloribus & auro diſtincta, quæ totũ cõplexa rurſumq; ſupra ſuturã nodata,deorſum propendere ſinebatur.omnes aũt fimbrię qui buſdã oris fiſtuloſis utrinq; includebant.Porrò pileo quali cęteri ſacerdotes

utebatur:ſuper quem extabat alius conſutilis ex hyacintho uariatus.hunc au rea corona triplici ordine circũdabat;in qua ſpectabãtur calyculi aurei, qua les uidemus in herba quæ apud nos uocatur daccharus;apud Græcorũ herbarios hyoſcyamus. quòd ſi quis aut uiſam aliquãdo nõ ſatis animaduertit, aut nomine tenus auditã de facie nõ nouit,huic etiã deſcribere eam non gra uabor.herba eſt tres palmos ſæpe in altitudinẽ excedens,napo ſimilem radicem habens:uix enim hac parte eſt alia ſimilior: folia uerò apio. hæc è ramis emittit calyculũ ipſis inhærentẽ.ueſtiturq; tunica quadã,quã exuit fructũ ad maturitatẽ tendente.calyculus aũt eſt quãtus articulus minimi digiti, circũfe rentiã habens crateri ſimilem.quod ipſum clarius faciam propter ignorãtes. ima ſui parte circa fundũ dimidiato globo eſt rotũditate ſimilis,mox in proceſſu paulatim coarctaẽ,donec in extremitate rurſum dilatatus in labrũ exeat mali punici umbilico inciſuris ſimile,cui operculum orbiculare inhæret, quaſi de induſtria tornatũ,eminẽtes habẽs inciſuras quas dixi ut in malo punico,aculeatas & in acutos mucrões deſinẽtes.cõtinet aũt ſub operculo fructũ per totũ calyculũ,herbæ ſideritidis ſemini ſimilẽ.florem uerò fert qui pa paueris uideri poſsit.eiuſmodi corona ab occipitio circũ tẽpora utraq; procedebat:nam frontẽ iſti calyculi nõ ambiebant:ſed ceu lorũ quoddã latũ aureũ,quod ſacris characteribus Dei nomẽ inciſum habebat. atq; hic erat pontificis ornatus.Proinde mirari ſuccurrit,quomodo homines odio nos proſequantur propter perpetuã opinionẽ de nobis conceptã, quaſi per impietatem numẽ cõtemnamus quod ipſi aſsiduo cultu uenerentur. Nam ſi quis tabernaculi fabricã contẽpletur,& ſacerdotis ornatũ,& uaſa quibus inter ſacrificandũ utimur,cõperiet legislatorẽ noſtrũ diuinũ quẽdam uirum fuiſſe, & falſo nobis impietatis calũniam impingi. in his enim omnibus repræſentatã quodãmodo uniuerſitatis rerũ naturam inuenire licet, ſi quis nõ ocioſe ſed prudenter ſingula cõſideret.Nã & tabernaculũ longitudine xxx.cubitorũ trifariã partitus,& duabus partibus ſacerdotibus permiſsis,quaſi profano loco,terrã & mare ſignificat.hęc enim ab omnibus promiſcue calcantur.tertiã uerò partẽ ſoli deo adſignauit,eo quòd cælũ hominib. ſit inacceſsibile.itidẽ per duodecim panes in mẽſa diſpoſitos,annũ ſignificauit in duodecim menſes diuiſum.& cũ candelabrũ è ſeptuaginta partibus compoſuit, duodecim ſigna per quæ planetæ ferũtur ſubindicauit: & per ſeptẽ lucernas impoſitas totidem planetarũ curſum.uela quoq; è quatuor coloribus cõtexta elementorũ naturam deſignant.nam byſſus terram referre uidetur, ex qua lini hoc genus prouenit:purpura uerò mare,eo quòd cõchylij cruore ſit fucata. aerẽ uerò hyacinthus repræſentare uidetur:ſicut puniceus color ignẽ.quin & põtificis tunica cũ ſit lintea,terrã ſimiliter ſignificat:hyacinthus uerò polũ,per mala punica fulgetra referens,ſicut tonitrua per tintinabulorũ ſtrepitũ.epomis etiã uniuerſi huius naturam indicat è quatuor coloribus contexta, quibus aurũ acceſsit,ſicut ego interpretor, propter adiunctam rebus omnibus lucem.eſſen quoq; in eius medio eſt inſertus,non aliter quàm terra medium mũdi locum obtinet.Zona item qua cingitur, oceani ſimilitudinem habet, qui uniuerſa circumplectitur.duo præterea ſardonyches in ueſtitu põtificis pro fibulis additi,ſolis & lunæ ſignificationem habẽt. gemmarũ etiam duodenarium

denariũ ſiue ad menſes retuleris, ſiue ad parem partium numerũ eius circuli quem Græci zodiacum uocant, nequaquam à uera cõiectura aberraueris. pileus item cæli ſignificatio uidet̃ eſſe, cum ſit ex hyacintho confectus: alioqui non ſuſtineret dei nomẽ: & corona illuſtratur aurea propter ſplendorẽ quo maxime deus delectat̃. atq; hæc in hunc modum interpretati ſumus per occaſionẽ, ne latentẽ in his legislatoris ſapientiã ultro diſſimulare uideremur.

De Aaronis ſacerdotio, & leges quæ ad feſta ac ſacrificia ſpectant. Cap. IX

His ita peractis, priuſquã dedicarentur apparuit deus Moyſi, iuſſitq; ut ſacerdotium Aaroni fratri ſuo cõferret, ea uirtute prædito ut merito præ cæteris eius ratio habenda uideret̃. qui aduocata cõcione, recẽſuit uirtutes illius, & quàm ſtudioſus eſſet publicorum cõmodorũ, pro quibus toties in ſalutis etiã diſcrimen uenire non dubitaſſet. Cumq; omnes dicta eius cõprobarent, & fauorem Aaronis uultibus ipſis præ ſe ferrent, Viri, inquit, Iſraelitę, opera iã ſunt abſoluta, qualia uel deus popoſcit, uel noſtrę facultates præſtare ualuerunt: & quoniã ſcitis eum in hoc tabernaculo excipiendũ, ante omnia proſpiciẽdũ eſt quis ſit idoneus ſacerdotio, qui ſacra curet & pro uobis uota faciat. quòd ſi res arbitrij mei fuiſſet, mihi ipſi honorẽ hũc adiudicaſſem, tũ quòd ita natura comparatũ ſit ut quiſq; ſibi optime uelit, tum q̃ mihi conſcius ſim laborũ pro repub. ſuſceptorũ, quibus tale præmiũ iure meo repoſcere poſſem. Nunc deus ipſe cuius eſt ſacerdotiũ, Aaroni hunc honorẽ deferendũ decreuit, eiq; ſui calculi prærogatiuã cõtulit, ut q̃ iuſtitia in toto populo præmineat: cui iam ante ueſtẽ ſacratã & curam ſacrorũ altarisq; ſui deſtinauit. is pro uobis uota faciet apud deũ, eo libentius exauditurum, quòd & iã antè in uos eſt propenſus, & propitiatorẽ habituri eſtis quẽ ipſe in hoc elegit. Grata fuit hæc oratio populo, & ſuo quoq; ſuffragio dei cõprobauit electionẽ. Erat enim Aaron propter genus & prophetiam & uirtutẽ fratris honore hoc longe digniſsimus, cui fuerũt eo tẽpore filij IIII. Nabadus, Abius, Eleazarus, Ithamarus. Quicquid aũt ex collatis ad fabricam tabernaculi ſuperfuit, totũ iuſsi ſunt in uela tectoria tabernaculi & cãdelabri, & aræ in qua ſuffitus fieret, aliorumq; uaſorum impẽdere, ut hæc dum in itinere trãſportant̃, neq; puluere neq; pluuia aut alia quacũq; iniuria lædi poſſent. Poſt hæc conuocato populo imperauit ut rurſum cõtribuerent uiritim dimidiũ ſiclũ. ſiclus autẽ nummi genus eſt apud Hebræos, quales ſunt tetradrachmi Attici. at illi ſine mora paruerunt. quorum numerus fuit ſexies cẽtena millia, & inſuper quinq; milia quingẽti quinquaginta: cõferebantq; id argẽtum ſoli ingenui ætatis annorum uiginti & ſupra uſq; ad annum quinquageſimum: quod mox in uſus tabernaculi eſt inſumptũ. deinde & tabernaculum & ſacerdotes luſtrauit in hunc modum. myrræ electę ſiclos quingẽtos, ireos tantundem, cinamomi & calami (eſt & hæc odoramenti ſpecies) dimidium dicti põderis cõciſa ac contuſa iuſsit macerari in olei oliuarũ hin: men ſuræ nomen eſt quæ capit duos choas atticos: quibus permixtis, & arte unguẽtariorum decoctis factum eſt unguẽtum ſuauiſsimũ: quo & ſacerdotes, & totum tabernaculum unguens purificauit. Offerebantur deinde multa & uaria ſuper altare aureum adolenda precioſa ualde, quorum naturam, ne ſim prolixitate lectori moleſtus, recenſere ſuperſedeo. oportebat autẽ bis in

XII Exod. 28 29. 30 40

Exod. 37

die

die ſuffitum facere, ante ortũ & circa occaſum ſolis: & oleum purificatũ ad lucernas ſeruare, quarum tres in ſacro candelabro per totã diẽ deo lucebãt, reliquæ ſub ueſperã accendebãtur. Porrò omnibus iam abſolutis, palmã artis fabrilis tulerũt Beſelel & Eliabus. nã & aliorũ inuenta excoluerũt, & ipſi multa de nouo inuenerũt: ex his tñ duobus præcellebat Beſelel. inſumptũq; eſt huic fabricæ tẽpus menſium ſeptẽ: quo tranſacto primus annus ab exitu
Exod.45 ex Aegypto eſt expletus. Initio uerò ſequentis anni menſe Xãthico Macedonum, Hebræorũ niſan, nouilunio tabernaculũ dedicatũ eſt, & quicquid uaſorũ in eo fuerat. Statimq; deus indicauit gratũ ſibi eſſe & nõ ſuperuacaneũ laborẽ Hebræorũ, præſentẽ ſe fano ſuo hũc in modũ declarans. cũ cælũ eſſet aliàs ſerenũ, ſuper ſolũ tabernaculũ caligo deſcẽdit, non quidẽ tanta quantæ ſolent eſſe hibernæ nebulæ, nec tamẽ tã tenuis ut aſpectũ humanũ tranſmitteret: iucũdusq; ros diſtillabat ab ea, præſentiæ dei fidẽ populo aſtruẽs. Moyſes aũt diſtributis prius in fabricatores tãti opis pro cuiuſq; merito præmijs, uictimas mactabat in atrio tabernaculi iuxta præſcriptũ, taurũ & arietẽ, hædumq; pro peccatis. Sed quo ritu hæc fieri ſoleãt, dicã dũ de ſacrificijs tractabo, & quæ uictimæ ſolidæ tradantur cõflagrationi, & quæ iuxta legẽ in epu-
Leuit.8 las cedant. Deinde ſanguine uictimarũ ornatũ Aaronis & filiorũ eius aſperſit, purificãs eos fontanis aquis ac unguẽto, ut dei fierẽt ſacerdotes. atq; hoc modo per ſeptẽ dies ipſos & ueſtes eorũ curabat: tabernaculum item & eius uaſa unguento ſicut iam dixi cõfecto, & ſanguine taurorũ & arietũ alternis
Leuit.9 diebus iuxta genus ſuũ mactatorũ. octaua autem die feſtum indixit, & ſacrificare unumquenq; pro facultatibus imperauit. at illi dicto parẽtes certatim & ambitioſe uictimas offerebant. quibus ſuper arã impoſitis ſubito ſponte ſua ex illis ignis fulguris in morẽ emicuit, & inſpectante populo omnia flamma
Leuit.10 abſumpſit. Per idem tẽpus accidit Aaroni quædã calamitas, paterno animo grauis, quam tamẽ generoſe pertulit. erat enim uir fortis, & intelligebat hoc nõ ſine dei uolũtate factum. Ex quatuor filijs quos dixi, ſeniores duo Nabadus & Abius, cũ in arã intuliſſent uictimas nõ iuxta præſcriptũ Moyſi, ſed quales antea ſolebant, cõbuſti ſunt flamma in eos conuerſa, & uultus ac pectora eorũ depaſcente: nec ſuccurri potuit quin ita occumberẽt. Moyſes autem iuſsit patrẽ eorũ ac fratres ſublata cadauera extra caſtra deferre, atq; ibi honorifice ſepelire: totusq; populus inopinatã hanc eorũ mortẽ luxit: ſolos fratres ac patrẽ Moyſes uoluit à mœrore abſtinere, & potiorẽ dei honorẽ q̃ ſuam triſtitiã habere. iam enim ſacrũ amictũ Aaron geſtabat. Cæterũ Moyſes recuſatis omnib. honorib. à populo ſibi oblatis, totus cultui diuino erat deditus: & in Sina quidẽ nõ amplius aſcendebat, ſed in tabernaculũ uentitãs oracula quoties opus erat à deo referebat, et cultu habitu priuati hominis utiq; ſeuerãs, neq; quicq̃ præter reip. curã præ alijs ſibi uindicãs. Leges præterea ſcribebat & uiuẽdi rationẽ, quã ſeruãtes & deo placere poſſent, & ipſi inter ſe ſocialiter pacateq; uiuere: atq; hęc omnia dei monitu faciebat. Dicã aũt & de illis legibus ſuo loco, nũc illud ſuccurrit, qd in mẽtiõe ſacerdotalis ornatus omiſsũ nõ oportuit. nã ea ueſtis omnẽ ſub prophetiæ prætextu impoſturarũ occaſionẽ ademit his q illa utebant: liberũq; deo uel adeſſe ſacerdotib. uel nõ, omnib. et popularib. demõſtrauit, et exteris, ſi q forte huic ſpectaculo

interue-

interuenirēt. Ex lapillis ēm quos pōtifex in humeris geſtabat (ſardonyches erant, quorū naturā nulli nō notā narrare ſuperuacuū puto) micabat alter quoties litatū eſſet, is qui dextrū humerū occupabat: tantūq; fulgorē emittebat ut procul etiā intuentibus cōſpicaretur, idq; præter naturā ſuā & conſuetudinem: quod certe admirationē meretur apud oēs, niſi ſi qui ex cōtemptu religionis ſapientiæ opinionē aucupant. Sed mirabilius eſt quod nunc dicturus ſum. per duodecim gēmas, quas in pectore pōtifex inſutas eſſeni geſtat, in bello uictoriā prænunciare deus ſolebat. nā prius q̄ exercitus ſe moueret, tātus fulgor ex eis emicabat, ut toti populo facile innoteſceret, adeſſe deum, opēq; & auxiliū ſuū inuocātib. eſſe allaturū. quapropter Græci quotquot à noſtra religione nō abhorrent cum hoc miraculū pro cōpertiſsimo habeāt, ita ut negari nō poſsit, eſſena uocant λόγιον, hoc eſt oraculū. Deſijt tam eſſen q̄ ſardonyx fulgorē emittere annis ducentis ante q̄ hæc cōmentaremur, irato deo propter legū ſuarū præuaricationē: de quo aliàs opportunius dicetur. nunc cœptam narrationē deinceps proſequar. Tabernaculo dedicato, & omnibus quæcunq; ad ſacerdotalē ordinē pertinebant rite peractis, populus deo in caſtrorū cōtuberniū recepto lætus ad hymnos & ſacrificia ſe cōuertit, nō aliter q̄ omnib. iam malis auerruncatis, & oīa proſpera in poſterum ſperantes: donaq; deo tam priuatim q̄ publice per ſingulas tribus offerebāt. Principes ēm tribuū bini de ſuo cōferentes plauſtrū cū duobus bubus contribuebant, ut ſex plauſtra tabernaculo per uiā deuehēdo inſeruirēt: & præter hoc unuſquiſq; eorū obtulit phialā & trulleū & acerram. hæc decē daricos ualebat, eratq; odoramētis referta. trulleum uero & phiala, utraq; ſimul ducentos ſiclos pēdebant, ſed phiala ſeorſim tantū ſeptuaginta. hæc farina erant plena, oleo ſubacta, quali ad altare in ſacrificijs utebant. præterea uitulū & arietē cū agno anniculo in holocauſtū, & hircū pro peccatis. adhæc obtulit unuſquiſq; principū alias uictimas quæ ſalutares uocabant, per ſingulos dies boues duos & quinq; arietes cum agnis anniculis & hædis. atq; ita per duodecim cōtinuos dies ſacrificauerūt, qualibet die unus. Moyſes aūt nō amplius in Sina monte, ſed tabernaculū introgreſſus, cōſulebat deum de rebus agendis, & de ferēdis legibus: quas meliores q̄ ut ad hominē autorē referri debeāt, poſteritas multis ſeculis ſeruauit, diuinitus datas credēs: adeò ut eas nec in pace ob uoluptatē, nec in bello ob neceſsitatē uiolare fas putarēt. ſed de his nūc deſino, propriū uolumē aliquādo huic tractationi dicaturus.

Num. 7

Leges de ſacrificijs & purificationibus. Cap. X

NVNC paucas tantū commemorabo, quæ ad purificationes & ſacrificia pertinent: quandoquidem in ſacrificiorum mētionem incidimus. Duo ſunt ſacrificiorum genera, priuatum & publicū. horum utrūq; duobus fit modis. Aut enim tota uictima igni abſumitur, quod ideo uocatur holocautoma. aut pro gratiarum actione perſoluitur, & in epulum ſacrum facientiū uertitur. De priore prius ſum dicturus. Vir priuatus holocautoma facturus, mactat bouē, agnum & hædum: & hos quidē anniculos, bouem uero licet mactare etiam grandiorem. Sed opus eſt ut ſint omnia maſcula quæ ſolida concremantur. his iugulatis ſacerdotes aram circumquaq; ſanguine horum tingunt; deinde mundata mēbratim diſſecant, & ſale conſperſa

Leuit. 1

ſperſa in aram imponunt, ſtrue lignorum iam ardẽte. deinde pedes & inteſti
na omnia diligẽter primũ repurgata ad reliquũ acerſium adijciunt: tergora
uero ſacerdotib. cedũt. & holocautomata quidẽ ad hũc modũ fiunt. Quum
Leuit.3 uero pro gratiarũ actione ſacrificãt, eorundẽ generũ animalia mactant, ſed
quę uitio careant, & anniculis ſint maiora, & maſcula fœminis copulata. his
iugulatis primũ ſanguine aram imbuũt, deinde renes & omentũ & omnem
pinguedinem cum fibra iecoris, & inſuper caudam agni aræ inferunt. pecto
re uero ac dextro crure ſacerdotibus cõceſſo, reliquis carnibus per biduum
Leuit.4.5 epulum inſtruunt, & quæ ſuperfuerint igni cõburunt. idem ritus ſeruatur &
in ſacrificio pro peccatis. Sed qui uictimas maiores non habent, par colum
barum aut turturum offerũt, quarum altera fit holocautoma, altera ſacerdo-
tibus in cibum datur. Accuratius aũt de his in libro de ſacrificijs differemus.
Nam qui per ignorantiam peccauit, agnum & hædum fœminam eiuſdem
ætatis offert: ſacerdosq; ſanguine non ut antè aram, ſed cornua eius ſola im-
buit: renesq; & reliquam pinguedinem cum fibra iecoris in aram inferunt.
Sacerdotes uero tollunt ſibi & pelles & carnes eadem die abſumendas in fa
no. nam lex uetat quicquam in poſteram diem reliquum facere. Qui aũt ſci-
ens peccauit, nemine conſcio, arietem offert lege ita iubente: cuius carnes in
Leuit.49 fano ſimiliter ſacerdotes eadem die conſumunt. Principes quoq; cum pro
peccato ſacrificãt, eadẽ quæ plebeij offerunt, hac tantum differentia, q̃ uicti
Leuit.2 mas adducunt taurũ & hædum maſculum. Iubet etiam lex ut tam in priuatis
quàm in publicis ſacrificijs farina afferat̃ puriſsima, cum agno aſſaronis men
ſura, cum ariete duorum, cum tauro trium. hanc cõſecrant in altari oleo ſub
actam. nam et oleũ ſacrificãtes afferunt, cum boue hinis dimidiũ, cum ariete
tertiam partẽ, cum agno quartã. ea eſt mẽſura priſca Hebræorũ, duos choas
Atticos continens, qua oleum ac uinũ metiunt̃. nam uinum circa altare libãt.
Si quis autem nõ ſacrificans ex uoto ſimilam offert, eius primitias pugillum
unum in aram conijcit. reliquum eius ſacerdotes in cibum ſumunt, aut co-
ctum: nam oleo ſubigitur, aut panibus inde confectis. quantumcunque au-
tem ſacerdos offert, totum comburi oportet. Vetat etiam lex offerri eadem
die natum animal unà cum genitrice, & aliàs quoq; non niſi octauo à partu
die admittit. Fiunt & alia ſacrificia pro recuperãda ualetudine, aut alia de cau
ſa, in quibus liba cum uictimis inſumuntur, ex quibus nihil in poſteram diem
relinqui fas eſt, ſacerdotibus quoq; partem ſuam inde ſumentibus. Publicis
Num.28.29 uero impenſis lex iubet quotidie agnum anniculum mactari mane ac ueſpe-
re. ſeptima aũt quaq; die duos iugulant, eodem modo ſacrificantes: & noui-
lunio præter quotidianas uictimas duos boues cum agnis anniculis ſeptem,
& arietem: hędum uerò pro peccato, ſi quid fortè per obliuionem omiſſum
fuerit. Septimo item menſe, quem Macedones hyperberetæum uocant, præ
ter iam dicta taurum & arietem & ſeptem agnos mactant, & hædum pro pec
catis. decima deinde luna eiuſdem menſis ieiunant uſq; ad ueſperam: ſacrifi-
cantq; eadem die taurũ & arietes duos & agnos ſeptem: & pro peccato hæ-
dum. adducunt aũt duos præter hunc hædos: quorum alter uiuus extra fines
in deſertum emittitur, in quem ſi quid mali propter peccata populo immi-
neat auertatur. alterum uero in ſuburbanum in locum puriſsimũ eductum

cum

cum ipſa pelle exurũt nihil omnino purgantes. & cum eo ſimul exuritur taurus, nõ à populo adductus, ſed ſumptu pontificis. quo mactato; & ſanguine eius ſimul & hædi in fanum illato, aſpergit digito tectũ ſeptiesq; totiesq; pauimentum, rurſusq; toties interiora fani circum altare: reliquũ deinde circum altare maius, quod eſt ſub diuo in atrio. deinde extremitates & renes & adipes cũ fibra iecoris inferunt altari: pontifexq; adijcit arietẽ de ſuo, ſolidũ deo conflagraturũ. Eiuſdem menſis decimaquinta tempore iam in hibernũ uergente tabernacula cõpingere iubentur per ſingulas familias contra uentura frigora quæ annus ſeneſcens afferre ſolet. quin & in patria tandem cõſtituti, accedere in eam urbem quam propter templũ caput regionis ſint habituri, & octo dies feſtos ducere, uictimaſq; deo ſolidas incendere, & ſimul pro gratiarum actione ſacrificare, manibus interim geſtantes ramos myrti, ſalicis & palmæ, ex quibus mala perſeæ dependeant. prima die ſacrificium debet eſſe holocautoma ex tredecim bubus, & agnis uno pluribus, & arietib. duobus, addito hædo pro peccato. Sequentibus diebus idem numerus agnorum & arietũ unà cum hædo mactatur, ſed per ſingulos dies unũ de numero boum detrahunt, donec ad ſeptenariũ perueniatur. Octauo die feriantur ab omni opere, mactantq; ſicut diximus uitulũ & arietẽ & agnos ſeptẽ, & pro peccatis hædum. Atq; hæ ſunt Hebræis cærimoniæ tabernaculorum, à maioribus acceptæ. Menſe autem Xanthico, qui noſtris niſan uocatur, & annũ exordiTur, luna quartadecima, ſole arietem obtinente, quandoquidẽ hoc menſe ab Aegyptiaca ſeruitute liberati ſumus, ſacrificiũ quod tunc exeuntes feciſſe diximus paſcha nominatũ, quotannis inſtaurare lege iubemur: celebramusq; id per ſodalicia, nihil è uictimis in ſequentẽ diem relinquentes, quæ eſt quintadecima & azymorum feſtiuitatis prima. nam hoc feſtum priori cõtinenter ſuccedit, duratq; dies ſeptem, per quos panibus non fermentatis ueſcuntur: & per ſingulos dies tauri iugulantur duo, aries unus, agni ſeptem. hæc holocautoma fiunt, additurq; hædus pro peccatis in quotidianũ epulum ſacerdotibus. Secunda azymorũ die, quæ eſt menſis huius decimaſexta, frugibus demeſsis & hactenus intactis incipiunt frui: æquumq; rati deum huius ubertatis autorem per gratitudinẽ honorari, hordei primitias offerunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinſunt, atq; ita in alicæ modum fracti aſſaronem ad aram offerunt: inde pugillo uno in eam iniecto reliquum ſacerdotũ uſui cedit: & ex eo licitum fit publicas ac priuatas meſſes metere. primitiarum tempore agnus in holocauſtum deo mactatur. Poſt paſchale ſacrum elapſis ſeptem ſeptimanis, hoc eſt, quadraginta nouem diebus, quinquageſima quam à numero aſartha Hebræi uocant, offerũt deo panem è farinæ triticeæ duobus aſſaronibus cum fermento confectum, mactantq; agnos duos: hæc oblata mox in cœnam ſacerdotibus apponũtur, & eadẽ die ſic ut nihil ſuperſit abſumunt. cæterũ holocautoma faciunt è tribus uitulis, arietib. duobus, agnis quatuordecim, hædiſq; pro peccato duobus. Nullũ autem feſtum ducitur abſq; holocautomate & laborum uacatione, ſed in omnibus omnino hæc duo lex obſeruari iubet: & poſt ſacrificiũ in epulis degunt. ex publico præbetur panis non fermentatus ex farinæ aſſaronibus uigintiquatuor. coquuntur autem bini pridie ſabbati: & ſabbato mane

Exod. 23 Leuit. 23 Deut. 31

Exod. 12. 13. 23 Leuit. 23 Num. 9 Deut. 16

Leuit. 2

proponuntur in ſacra menſa duobus ordinib. ſeni ex aduerſo ſeſe reſpicientes: atq; ita cum duabus lancibus thure plenis permanẽt uſq; in proxime ſequens ſabbatum. tunc demũ alij pro illis recentes ſupponuntur, & hi priores ſacerdotibus in cibum dantur: thus item igne adoletur, quo ad holocautomata uti ſolent, & pro eo quoq; aliud cum panib. proponitur. Sacerdos autem de ſuo quotidie bis offert deo farinam oleo maceratã, & modica coctura duratam: eſtq; demenſum eius farinæ aſſaron unus. huius dimidiũ mane, tantundem ueſpere, in ignem infert. Sed de his hactenus, quorum rationem
Leuit. 8 aliàs diligentius explicabimus. Cæterũ Moyſes tribũ Leuiticam à cætero po-
Num. 3 pulo exemptam, ut deo ſacrandam, fontanis aquis perennibus & ſolenni ſacrificio purgauit: eiq; tabernaculum cum ſacris uaſis ſartum tectum curandum cõmiſit, iubens ut ad præſcripta ſacerdotum ſacrũ miniſteriũ capeſſerent: atq; eo tempore ſacri & deo dicati ſunt habiti. Poſt hæc animalia diſcreuit, quæ ad cibũ eſſent pura, & quibus ueſci non liceret: de quib. aliquando per occaſionẽ diſſeremus, quam ob cauſam aliorum eſum permiſerit, aliorũ
Deut. 7. 17 interdixerit. Sanguinis certè ideo uetuit, quòd hunc animam & ſpiritum putaret: neq; animalis non occiſi carnem ad cibum cõceſsit. ad hæc reticuli &
Leuit. 12. 13 adipis caprini, ouilli & bubuli abſtinentiam indixit. Eiecit etiam è cœtu &
14. 15 conſuetudine hominũ leproſos, & ſeminis profluuio laborantes: mulieres etiam quæ naturaliter purgantur uerſari inter homines uetuit, nec niſi poſt ſeptimã diem puras haberi uoluit. eum quoq; qui cadauer curaſſet, per totidem dies à cœtu arcuit. ſi quis aũt ultra hunc dierũ numerũ diuturniore pollutione teneatur, ſacrificare iubetur agnas duas: quarũ alteram ſanctificare oportet, alteram ſacerdotes accipiunt. eodẽ modo & pro gonoroico ſacrificari mos eſt. qui uerò per ſomnum genituram emiſit, ſi ſe mergat in aquã frigidam, ut ſolet fieri poſt legitimæ uxoris congreſſum, pro puro habetur. Leproſos autem in perpetuum relegauit, tanquam nihil à cadauere differentes. quòd ſi quis priſtinam ualetudinem à deo precib. impetrauerit, & in cutem ſanitatis color redierit, hic uarijs ſacrificijs deo gratitudinẽ ſuam atteſtatur, de quibus aliàs dicemus. Quo magis ridenda eſt illorum fabula, qui dicunt, Moyſen propter lepram ex Aegypto profugũ, turbam eodem morbo laborantium in Chananęam duxiſſe. Niſi enim uanus ille rumor eſſet, nunquam Moyſes in ſuam ignominiam talem legem tuliſſet, qualem etiam alio ferẽte, probabile erat ipſum reclamaturum: præſertim quum inter multas gentes leproſi uerſentur, & in pretio ſint: & adeò nec relegentur, nec cõtemptim habeantur, ut & in expeditionibus militares dignitates, & in adminiſtratione reipublicæ ciuiles illis cõmittantur, ac ne à templis quidem & fanis arceant. Quid igitur uetabat, ſi tali uitio fuit infectus, quo minus apud multitudinem ſibi parentem eas leges ſtatueret, quæ ipſi honorem potius quàm detrimentum afferrent? Qua re manifeſtũ fit quòd hæc per inuidiam de nobis fingantur. Moyſes enim purus ipſe & inter puros degens, ad honorem dei talium legum author eſſe uoluit. Sed hæc quiſque ita ut libitum fuerit accipiat.

XIIII Cæterum puerperas fanum introgredi uetuit, aut ſacris intereſſe uſquè in quadrageſimũ diem ſi fœtus ſit maſculus: quòd ſi fœmina ſit, duplũ eius temporis præſcribitur. Ac ne poſt præſtitutum quidem terminum intrant

abſq;

abſq; uictimis, quæ partim deo, partim ſacerdotibus cedunt. Quòd ſi quis a- *Num.5*
dulterij ſuſpicionẽ de uxore habuerit, offert hordeaceæ farinç aſſaronem, &
immiſſo ex ea pugillo ſuper altare, quod reliquum eſt, ſacerdotibus ueſcen-
dum datur. Deinde aliquis ſacerdotum ſtatuit mulierem ad portam, quæ eſt
obuerſa ad fanum: & inſcripto primum dei nomine in membrana, defert ei
iuſiurandum cum imprecatiõe, ut ſi pudicitiam læſiſſet, luxato crure dextro
& uentre diſrupto miſere moriatur: ſin autem præ amore nimio, & præ zelo
typia maritus ad iniquam ſuſpicionem ſit cõmotus, decimo menſe infantem
maſculum pariat. peracto iuramento de membrana deletum nomen in phia
lam exprimit, & ſumpto è fano puluere humi collecto, atq; in poculũ aſper-
ſo, ebibendum porrigit. mulier uerò ſi iniuſtè eſt delata, prægnans facta ma-
ture & feliciter enititur. quòd ſi & coniugalẽ fidem & deum iuriſiurandi te-
ſtem fefellit, turpiter moritur, crure luxato, & uentrem aqua intercute inua-
dente. Hæc ſunt quæ Moyſes genti ſuæ de ſacrificijs ac purificationibus prę-
ſcripſit. Leges autẽ tulit tales. Adulteriũ in uniuerſum prohibuit, ratus con-
iugum ſummam felicitatem, ſi fides ac pudicitia ſeruetur, & reipub. quoque
intereſſe, ut liberi legitimi proueniant. Item inceſtũ cum matre, aut nouerca, *Exod.22*
cum amita aut matertera, cum ſorore nurú ue, omnesq; tales coitus ut nefa- *Deut.17*
rios damnauit. uetuit & cum muliere menſtruũ fluxum patiente congredi & *Leuit.18.20*
cum brutis: damnauit etiam eos qui ex formoſis maribus turpem uoluptatẽ *21.29*
captarent: & qui cõtrà feciſſet, capitalem pœnam inflixit. Sacerdotes autem *Leuit.21*
duplo caſtiores eſſe uoluit. hos enim non ſolum prædictis legibus ſicut reli-
quos teneri iuſsit, ſed etiam non quamuis fœminam in coniugalem thorum
admittere, non quæ corpore quæſtum feciſſet, non ſeruam aut captiuã, neq;
cauponariam aut ſtabulariam, neq; à priore marito quacunq; de cauſa repu-
diatam. Pontifici uerò ne uiduam quidẽ permiſit, quod tamen cæteris ſacer-
dotibus liberũ reliquit: ſed ſolum uirginem ducere cõceſsit, eamq; ſeruare.
Idem nec ad mortuũ ſinitur accedere, quod tamen cæteris eſt licitum, ad fra
tres & parentes ac liberos mortuos accedere. Iidem iubentur ſimplices eſſe,
omniq; fuco carere. Quicunq; è ſacerdotibus integer corpore nõ eſſet, par-
tem quidem ſuam cum cæteris accipere ſinitur, ſed ad altare aſcendere, & fa
num intrare prohibetur. Nec ſolũ in ſacris obeundis puros eſſe oportet, ſed
uitam etiam irreprehenſibilem præſtare. quapropter qui ſacrum amictũ ge-
ſtant, tantiſper dum eo utuntur, præter aliam caſtitatem, puritatẽ & ſobrieta-
tem à uino quoq; interim arcentur. Victimæ etiam integri corporis mactan
tur, omniq; uitio carentes. Hæc ſunt quæ Moyſes iam tunc uitę ſuæ tempore
obſeruanda tradidit: quædam etiam in futurũ, ipſe licet in deſerto degens,
Chananæam terram tandem adeptis proſpexit. Septimo quoq; anno remiſ- *Leuit.25*
ſionem agris dedit, intactosq; aratro & plantatione eſſe iuſsit, quemadmo-
dum iam ante populo ſeptima quaque die remiſsionem à laboribus dederat.
quæ uerò per hunc annum ſponte ſua terra protulerit, publica eſſe, & pro-
miſcui uſus iuſsit, & neq; indigenam neq; aduenam ab eis fructibus colligen
dis arceri: idemq; obſeruari poſt ſeptimam annorum ſeptimanam, qui nu-
merus quinquaginta conficit: uocaturq; Hebræis quinquageſimus quiſque
annus iobelus: in quo & debitoribus fœnus remittitur, & ſerui manumit-

tunturqui contribules cum eſſent, legem aliquam uiolauerint, & ſupplicij uice in ſeruitutẽ uindicati fuerint. Agri quoq; ad priſtinos dominos ex hac lege redeũt hunc in modum. Inſtante Iobelo, quæ uox libertatem ſignificat, conueniunt uenditor agri & emptor, computatisq; fructibus ac expenſis in agrum factis, ſi fructus maiores fuiſſe cõperiantur, recipit agrum uenditor. quòd ſi expenſæ maiores fuerint, hoc quod deeſt recipiẽs emptor poſſeſsionem alteri cedit. ſin utraq; paria fuerint, poſſeſsio ad ueteres dominos reuertitur. idem ius eſt in domos quæ in uicis non munitis uenduntur: diuerſum uero de illis quæ intra oppidorum mœnia uenduntur. Licet enim ante annũ elapſum reddita pecunia domũ recipere: quòd ſi integer annus interim abiuerit, emptori poſſeſsionis ius confirmatur. Has leges Moyſes in caſtris in Sina populo tradendas accepit à deo, moxq; literis mandatas ad poſteros etiam obſeruandas tranſmiſit.

Leges belli, & conſuetudines. Cap. XI

XV Num. 1 LEgibus ad hunc modũ digeſtis, ad rei militaris curam animũ aduertit, de bellis futuris iam tum cogitans. indicit igitur cenſum tribuũ, excepta Leuitica: eiusq; cura principibus demandata, numerũ eorum qui militari ætate eſſent, ad ſe referri iubet. Leuitę enim ſacri erant & immunes à militia. Cenſa ſunt capita ſexcenta millia eorum qui arma ferre ualerent, ætatis ab anno uigeſimo uſq; quinquageſimum, & ſuper hunc numerum MMMDCL. Pro Leui autem allegit inter autores tribuum Manaſſem Ioſephi filium, & Ephræmẽ pro Ioſepho. Hos enim Iacobus in adoptionem à Num. 2, 3, 4 Ioſepho impetrauerat, ſicut ſuprà diximus. Cõpacto igit tabernaculo in medium caſtrorũ illud receperunt, tribus tribubus per latera ſingula tendentibus, inter quas uiæ intercedebant. Forum quoq; rerum uenalium eſt propoſitum, & merces ſuo quæq; loco diſpoſitę: aderantq; opifices omnium artiũ in ſuis officinis, ut planè ciuitas uideretur, huc atq; illuc cõmeans. Loca autẽ tabernaculo proxima ſacerdotes occupabant, ac deinceps Leuitæ. Eorum (nam & hi ſeorſum ſunt recenſiti) numerus erat uiginti tria millia, octingẽti octuaginta, maribus tantum, & qui trigeſimũ à natiuitate diem excederent, Num. 9 in hunc cenſum uenientibus. Et quamdiu nubes ſuper tabernaculũ perſeuerabat, tantiſper uelut præſente deo caſtra eodem loco manebant: quoties uero Num. 10 ſe aliò mouebat, tum etiam ipſi migrabant. Inuenit autem & buccinæ ſpeciem ex argento factæ talem. Canna erat tibia paulo craſsior, longitudine paulo minus cubitali, cuius os tantum patebat, quantũ ad inflandum ſufficeret, deſinebatq; in extremitatem campanulæ ſimilem, quemadmodum tuba. Aſoſra uocatur hoc genus apud Hebræos. Duas tales fecit, quarũ una plebs ad concionem uocabatur, altera principes ad cõſultandum de republica excitabantur: utriſq; uero clangentibus uniuerſus populus conuocabat. Quoties uero tabernaculum moueretur, hic modus ſeruabatur. Primo ſigno canente qui in orientali parte caſtrorum tendebant excitabantur: ſecundo uero, qui à tergo tabernaculi tentoria ſua fixerant: deinde tabernaculum diſſolutum mediũ portabatur inter ſex tribus præcedẽtes, & alias ſex ponè ſequentes. Leuitæ uero tabernaculum circumdabant. Ad tertium autem ſignum pars caſtrorum meridionalis mouebatur, & ad quartum ſeptentrionalis. His buccinis

buccinis utebantur etiam in ſacrificijs, in quibus uictimas cædi mos eſt, tam ſabbatis quàm cæteris diebus. Tunc etiam primum paſcha ſolennibus uictimis eſt celebratum ex eo tempore quo in libertatem uindicati, Aegyptiorũ dominationem effugerant.

Seditio contra Moyſen propter egeſtatem, & ſeditioſorum pœna. Cap. XII

ON multo pòſt à Sina monte caſtra mouentur: & poſt aliquot man XVI
ſiones, de quib. dicemus, uentũ eſt ad locũ qui dicitur Iſeremoth: Num. 11
ubi denuo populus ſeditionibus agitari cœpit, & laborioſę peregri
nationis culpam in Moyſem conferre. Illius ſuaſu ſe reliquiſſe regionẽ fertiliſsimam, & nunc nõ ſolum eius ubertate carere, uerumetiam pro ſperata felicitate in extremis miſerijs huc & illuc oberrare, aquarum inopia laborãtes: & ſi manna quoq; aliquo caſu deficiat, pculdubio fame interituros. His addebant multa conuitia, quæ in uirũ optime meritũ paſsim iactabantur. exortus eſt interim unus è populo, qui admonitos præteritorum Moyſi beneficiorum, bonam ſpem habere hortabatur, ne tum quidem opem diuinam fruſtra requiſituros. Vulgus autem his uerbis uehementius concitatum, magis ac magis cõtra prophetam tumultuabatur. Qui uidens ita deſperatos, iubet æquo animo eſſe, pollicendo ſe quamuis grauibus contumelijs immeritò petitum, copias tamen carnium eis exhibiturum, non in unum tantũ diem, ſed in plures etiam. Illis uero credere nolentibus, quodam etiam rogante, unde tot hominũ millibus prouidere poſsit: Deus, inquit, & ego, quantumuis male apud uos audientes, nunquam tamen deſinemus ueſtri curam gerere: idq; breui eſtis uiſuri. Vix hæc dixerat, cum tota caſtra coturnicibus cõplentur, quas aceruatim uenabantur. Deus tamen non multo pòſt in Hebræorum inſolentiam ac maledicta animaduertit, non paucis è populo deſideratis. Nam & hodie locus ille nomen ex eo caſu inditum retinet, uocaturq; Cabrothaba, quaſi dicas concupiſcentiæ monumenta.

De ſpeculatoribus, qui explorata Chananæorũ regione reuerſi Iſraelitis terrorem hoſtium incuſſerunt. Cap. XIII

MOyſes autem poſteaquam abductos inde adduxiſſet in locũ humaXVII
næ habitationi parum aptum, non longè à finibus Chananæorum Num. 13, 14
ſitum, qui dicitur Fauces, in concionem populum aduocat. Cumq; in medijs conſtitiſſet, Duo bona, inquit, deus uobis dare decreuit, libertatẽ & felicis terræ poſſeſsionem: quorum alterum ex ipſius munificentia iam habetis, alterũ quoq; mox habituri. Sumus enim in Chananęorũ finibus, à quibus adeò nulla ciuitas, nullus ue rex nos arcebit, ut ne uniuerſa quidem gens collatis in unũ uiribus efficere hoc ualeat. Ergo parati ſimus ad rem fortiter gerendam. neq; enim ſine prælio regione ſua nobis ſunt ceſſuri, ſed poſt magna certamina uictoriæ præmium erit. ante omnia mittendi ſunt ſpeculatores, qui & terræ ubertatem, & habitatorum potentiam explorent. Nos uero in primis concordiæ ſtudere oportet, & deum adiutorem ac auxiliatorẽ noſtrum debito cultu proſequi. Hæc ubi locutus eſt, populus collaudato Moyſis cõſilio, exploratores eligit duodecim nobiliſsimos, ex unaquaq; tribu unum: qui exorſi à partib. ad Aegyptũ uergẽtibus, totam Chananæorũ regio-

nem perlustrauerant, donec ad Amathen urbem & Libanũ montem peruenirent: exploratáq; terræ simul & incolarũ natura, reuersi sunt ad suos, quadraginta diebus in hoc negotiũ insumptis. Et fructuũ quidem pulchritudo quorum specimen erat allatum, ubertasq; regionis quam audiebant, animos multitudinis ad bellum susciendum erigebat. cõtrà deterrebantur narrantibus difficilem fore eius acquisitionem, quòd flumina superanda essent magna ac profunda, & montes ardui transcendendi, & urbes mœnibus firmissimis cingantur. Apud Hebronem uero etiam gigantum progeniem se reperisse aiebant, atq; ita exploratores eum omnia maiora apud Chananæos inuenissent, quàm quæ hactenus post exitũ ex Aegypto uiderant, suo timore reliquam etiam multitudinem data opera impleuerunt. Qui ex eorum narratiõe impossibile rati talem terram acquirere, soluta cõcione domum reuersi cum uxoribus & liberis lamentabantur, dicentes deum uerbis tantum multa polliceri, re autem omnino nihil auxilij præstare. rursumq; Moysem incusantes, in eum simul & fratrem eius Aaronem pontificem uociferabant: atq; ita totam noctem inquieti exegerunt, in utrumq; cõuicia iactando. mane uero ad concionem cõcurrunt hoc animo, ut lapidatis Moyse ac fratre, in Aegyptũ retro unde uenerant reuerterentur. Quem euentũ metuentes duo è speculatoribus, Iesus Naueci filius ex tribu Ephræmitide, & Chalebus ex tribu Iudę, procedunt in medium, & populũ compescũt, orantes ut bona spe sint, né ue deum insimulent mendacij, temere fidem habentes quibusdã, qui uanis sermonibus de rebus Chananæorum uulgatis multitudinem credulam territarent: quin potius eos sequerentur, qui illis regionem tam felicem acquirendi autores ac duces se præberent. neq; enim montium magnitudinem, neq; amnium profunditatem obstaturam uiris fortiter rem gerere paratis. præsertim auspice deo, & pro illis in acie præliaturo. Ite, inquiunt, posito omni timore alacres, deoq; freti, quà uos ducemus sequimini. Talibus uerbis conabantur sedare tumultuantẽ populũ. Moyses interim & Aaron procidẽtes in faciem supplicabant deo, non pro sua salute, sed ut insanientem multitudinem ad sanam mentem reduceret, tot præsentibus & instantibus necessitatibus turbatam: cum subitò nubes super tabernaculũ exorta, adesse præsentem deum si-
XVIII gnificat. Quo uiso Moyses animatus infert se in turbam, & ultro pœnam eis à deo tanta insolentia prouocato minatur, non tamen quantam peccati enormitas merebatur, sed qualis esse solet paterna castigatio. Sibi enim tabernaculũ ingresso, & internecionẽ populi cum lacrymis deprecanti, cõmemorasse deum, quot & quantis beneficijs affecti ingrati esse pergerent: & ꝙ nũc speculatorũ ignauia seducti, eorũ uerbis plus ueritatis inesse putarent, quàm suis promissionibus. quamobrem nõ deleturum quidem totum illud quod cæteris mortalibus omnibus prætulisset: attamen terram Chananæam eiusq; ubertatem illis non concessurum, sed sine lare & sine urbe in deserto quadraginta annnis erraturos, quo peccati pœnas exsoluant. Liberis tamen eorum terram illam daturum, eosq; cõmodorum quibus patres se per intemperantiam indignos redderent, dominos esse constituturum. His denunciationibus uulgus attonitum, totum se mœstitię dedidit: Moysemq; obsecrabant, ut

depre-

deprecaretur deum, quo reconciliatus peccatisq; condonatis, urbes hoſtiles eis traderet. Ille uerò negabat deum laturum talibus ſe tentari precibus. Non enim temerè aut humano more ad hanc indignationem eſſe cõmotum, ſed iuſtam hanc ſententiam protuliſſe. Non eſt autem incredibile, Moyſem unicum uirum innumera penè hominum milia concitata ſedauiſſe, quandoquidem deus illi præſens placabiliorem faciebat multitudinem, ſæpe iam ſuo malo expertam, conducibilius eſſe non repugnare diuinę uoluntati: & alioquin etiam uir ille digniſsimus eſt admiratione, tum ob ſingularem uirtutem, tum ob fidem non tantum à ſeculi ſui hominibus, ſed à poſteris etiam impetratã: quandoquidem hodie quoq; nemo eſt Hebręorum, quin etiamſi latere poſſit, quaſi præſentem reuereatur, & quaſi pœnas exacturũ, ſi quid præter decorum ab ipſo præſcriptum geſſerit. Autoritatis eius pluſquam humanæ argumenta ſunt plurima, & in his illud non minimum, quòd quidam ex regionibus ultra Euphratem ſitis ad honorem noſtri templi quatuor menſiũ iter magno ſumptu, nec ſine periculo emenſi, ſacrificioq; peracto, non potuerũt tamen partem aliquam de uictima conſequi, exiſtente aliqua cauſa, cur per leges noſtras id minus liceret. Et quidam ne ſacro quidem facto, alij ſemiperfecto ſacrificio relicto, nonnulli ne templum quidem adire permiſsi, re infecta rediuerunt, malentes Moyſis legibus quàm ſuo propoſito obſequi: idq; nemine redarguente, niſi propria conſcientia. Tantũ ualet ſemel concepta de hoc uiro opinio, ut maior homine habeatur qui leges à deo acceptas hominibus tradidiſſe creditur. Nuper etiam non longe ante Iudaicum bellum principatu Claudij, pontificatum apud nos Iſmaele obtinente, cùm tam ualida fames regionẽ noſtram premeret, ut aſſaron quatuor drachmis ueniret, & in feſtiuitate azymorũ allati eſſent cori ſeptuaginta, hoc eſt medimni Siculi triginta & unus, Attici uerò quadraginta & unus, nemo tamen ſacerdotum auſus eſt micam unã inde comedere, tanta egeſtate premente, legem tantum & iram diuinã ueritus, quæ in occulta etiã peccata grauiter animaduertere ſolet. Quare nõ eſt cur aliquis miretur quæ illo tempore ſunt geſta, quandoquidem etiam ſcripta poſteris ab illo relicta tantam uim & autoritatẽ obtinent, ut uel inimici noſtri fateantur quòd talem uiuendi rationem deus per Moyſem inſtituerit. Sed de his quiſq; ut uidebitur ſentiat.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER QVARTVS.

Hebræorum inscio Moyse cum Chananæis pugna & clades. Cap. I

Num. 14

EBRAEOS autem duram uitam in deserto agentes, & multis miserijs afflictos, nihil peius habuit, quàm quòd deus non sinebat eos armis cum Chananæis experiri: nec iam amplius Moysen audire uolebant quiescere iubentem, rati etiam sine illius auspicijs uictoriam de hoste se posse obtinere: accusabantq; eum, quasi hoc tantum agentem, ut in magna inopia constituti, semper ab illius consilijs penderent: & omnino pugnare decreuerunt, auxilium dei sibi pollicentes, non tam Moysis respectu, quàm quòd in eius tutela iam inde à maioribus essent: & quos prius ob pietatem dignos libertate duxisset, eis nunc quoque si rem strenuè gerant, uictoriam non negaturum. Satis sibi uirium aduersus eas gentes, etiam si Moyses deum ab ipsis alienare conetur: omninóque expedire sibi ut arbitratu suo potius rem gerant, quàm prò excussa Aegyptiorum seruitute Moysis tyrannidem suscipiant, eiusque libidini seducti pareant, iactantis diuina colloquia, quibus ut deo præ cæteris carus de rebus gerendis præmoneatur: quasi uerò non omnes ex æquo Abrahæ essent posteri, ut unus singulari gratia præscientiam futurorum diuinitus habere debeat. Prudentium esse, ut contempta unius hominis arrogantia, deo potius promissori credentes, ad acquirendam eam regionem se expediant, neq; diutius sub dei prætextu uerba sibi dari sinant. Cogitandum de præsenti inopia, quam loca deserta grauiorem in dies reddant, & ductore deo manus cum Chananæis quamprimum conserendas, nec amplius assensum legislatoris expectandum. Comprobata deinde omniũ calculis hac sententia, populariter in hostes uadunt: qui neq; feroci eorum impetu, neq; immensa multitudine perterriti, irruentes in se excipiunt fortiter: & bona parte Hebræorum cæsa, reliquos turpiter uertere terga coactos insequendo, trepidos in castra compellunt. Ea clades præter omnium opinionem oblata uehementer animos multitudinis deiecit, peiora metuẽtis, cogitantisq; ab irato numine immissam esse, eo quòd non expectato oraculo ad pugnam prorupissent. Moyses autem uidens tum suos accepta clade consternatos, tum hostem uictoria recenti elatum, ueritus ne præsenti successu non contentus maiora moliretur, decreuit copias retro in desertum reducere. Cumq; populus posthac in ducis potestate se fore polliceretur, malo admonitus nihil absque ipsius cõsilio prosperè cessurum, motis castris itum est in desertum hoc animo

no, ut non prius contra Chananæos pugnam capeſſerent, quàm ſigno diuinitus accepto. Sed quemadmodum in exercitu ingenti uſu uenit, maxime rebus aduerſis, ut difficiles ſe moderatoribus præbeant, ita Iudæis etiam idem accidit. Quum enim eſſent numero ſexcenta milia, & uel in ſecunda fortuna parum tractabiles præfectis uiderentur, tanto magis in egeſtate ac infortunio tam in ſe inuicem quàm in imperatorem ſuum exaſperabantur. Quapropter tanta ſeditione eſt laboratum, quantam nec apud Græcos nec apud Barbaros unquam fuiſſe accepimus. quæ res dubio procul in extremum iam periculum delatos perdidiſſet, ni Moyſes oblitus acceptæ iniuriæ, quòd minimum abfuit quin lapidaretur, rebus labantibus opem attuliſſet. Ac ne deus quidem curam eorum prorſus abiecit, ſed tametſi contumelioſos nõ ſolum erga legislatorem, uerum etiam in mandata diuina per Moyſem accepta, liberauit tamen è pernicioſiſsima ſeditione, cuius abſq; ſua prouidentia non niſi triſtiſsimus exitus expectari poterat. Hanc ſeditionem, & quemadmodum ea ſedata Moyſes rem adminiſtrauerit, nunc dicemus, cauſa eius primum expoſita.

Seditiõ per Corem aduerſus Moyſem & fratrem propter ſacerdotium excitata. Caput II

COres uir genere & opibus inter Hebræos clarus, & populari quadam facundia præditus, uidens Moyſem in celſo dignitatis conſtitutũ, moleſtè ac inuidenter id ferebat. Cum enim eſſet ex eadem tribu & cognatione, iniquum cenſebat ſe illi poſthaberi, & diuitijs pollentiorẽ & genere nihilo inferiorẽ: multaq; in illum apud contribules Leuitas & inter cognatos concionabundus uociferabatur, rem indignam dictitans, nec diutius ferendam, Moyſem ambitioſis artibus ſub prætextu cuiuſdam diuinitatis cum aliorum iniuria ſuæ tantum gloriæ ſtudere: & nuper præter ius & fas ſacerdotium abſq; populi ſuffragio fratri Aaroni dediſſe, & alias dignitates quaſi tyrannide arrepta pro libidine diſtribuere. Grauem hanc eſſe iniuriam, quòd ita latenter ſe in dominationem inſinuet, ut priuſquam ſentiri poſsit, populi libertas opprimatur. Qui enim principatu ſe dignũ ſibi ſit conſcius, eum uolente ac perſuaſo populo ſine ui ad tale faſtigium aſpirare. Qui uerò bonis artibus eò peruenire deſperent, à ui quidem abſtinere ne bonitatis ac honeſtatis opinionem amittant, ſed technis malicioſis ad id cõſequendum niti. Talium conatus in medium protractos puniri è republica eſſe, priuſquam è clancularijs inſidiatoribus aperti hoſtes euadant. Quam enim rationem Moyſem afferre poſſe, cur Aaroni potiſsimum & filijs ſacerdotium dederit. Si enim ex Leuitica tribu alicui honoris ex diuina uoluntate deberetur, ſe merito fuiſſe præferendum, genere Moyſi parem, ætate atq; opibus potiorẽ. quòd ſi antiquiſsimæ tribus ratio haberetur, optimo iure uiris Rubelitidis tribus dignitatem eam deferendam, Dathamo, Abironi, & Phalao, diuitijs iuxta ac ætate inter contribules præminentibus. Hæc Cores, uideri uolens reipublicæ curam habere, reuera hoc tantum agens, ut concitato populo pontificatum inuaderet. Nec diu ſe intra unam tribum hæ criminationes continuerunt, uerùm ſparſus paulatim rumor, dum quiſque auditis de ſuo aliquid addit, totis iam caſtris peruagabatur: breuiq́ue eò

11 Num. 16

res

res deuenit, ut ducenti quinquaginta è primatibus factionem Coræ ſequerentur, qui omnes operam dabant, ut ſacerdotium fratri Moyſis ademptum in illum transferretur. populus præterea tam concitatus erat, ut ad lapides conclamaretur: concurrebatq; incondita multitudo in concionem, ubi ſtans ante dei tabernaculum uociferabatur, tollendum tyrannũ, & populum è ſeruitute eximẽdum, cui ſub religionis prætextu dura imperata imponerentur. Deum enim ſi ipſe eſſet ſacerdotis electror, aliquem dignũ fuiſſe ad hunc honorem prouecturum, non eum qui multis eſſet merito poſthabendus: uel ſi Aaroni eum dare decreuiſſet, populi ſuffragio potius quàm fratris beneficio fuiſſe daturum. Moyſes autem qui Coræ calumnias non ignorabat, uidens populum irritatum nequaquam expauit: ſed fretus conſcientia rei bene adminiſtratę, & ſciens fratrem electione dei peruenisſe ad ſacerdotium, non ſua gratia, prodijt in concionem: & quoniam non erat imperitus artiũ quibus uulgus tractandum eſt, ad Corem uerſus elata uoce: Mihi, inquit, Cores, uel tu, uel unus quiuis ex iſtis, intenta in ducentos & quinquaginta uiros manu, honore digni uidemini: imò ne reliquam quidem concionẽ contemno, etiam ſi uobis diuitijs & cæteris dotibus non ſint conferendi. Nam nec Aaron ideo ſacerdotio potitur, quia ditior. Tu enim ampliores quàm uterque noſtrum, facultates poſsides, neque quia nobilior. Commune enim uniuerſis genus nobis deus uoluit, cuius eundem cunctis autorem dedit. neq; fraterno affectu motus quod alijs debebatur, fratri contuli. Niſi enim ius & fas prę oculis habuiſſem, nequaquam oblitus mei, dediſſem alteri: cum nemo ſit mihi meipſo propinquior, & mihi non minus quàm illi bene uelim. & alioqui qualis erat prudentiæ, me uiolati iuris reũ facere, & huius facinoris præmium alteri cedere? Verùm & à mea probitate abſit tale ſcelus, neque deus ſuſtinuiſſet aut ſe contemni, aut uos ignorare quid illi gratiſsimum facturi eſſetis. Ipſe ſacerdotem ſibi elegit, ipſe ab hoc crimine immunem me reddidit. Attamen licet non meo beneficio, ſed diuina electione hunc honorem adeptus, non dubitat in medium depoſitum ueſtris ſuffragijs cõmittere, nullam prærogatiuam poſtulans ex eo quòd hactenus eo ſit legitimè functus, ut qui omni ambitione poſita, malit uos ſine ſeditione uidere, tametſi ueſtris etiam calculis antè iam comprobatus. neque enim dei uoluntatem in hoc læſimus, quòd ueſtrum etiam aſſenſum accedere uoluimus. ſed quod ille ultro detulit, ſalua pietate recuſare non licuit: quemadmodum & illud æquum eſt, ut qui ſemel dedit, ſuum donum ratum ac perpetuũ efficiat. Quamobrem iudicabit denuo quem uelit pro uobis ſacra facere, & pietatis ueſtræ antiſtitem eſſe. Iniquiſsimum enim fuerit, Corem per ambitionem obſtare, quo minus liberam electionem ſui ſacerdotis habeat. Nihil eſt igitur quod ſeditionibus turbemini, quantum ad hanc cauſam attinet. Cras mane cum ſua quiſq; acerra & igne ac odoramentis adeſto. Tu uerò Cores cede deo, & calculum eius expecta, neque maiorem quàm deus habeat, autoritatem tibi arroga: ſed tu quoque inter cæteros huius honoris competitores iudicandus adeſto. nec uideo cur uel Aaron à petitione debeat excludi, eodem genere natus, & qui iam in hac functione irreprehenſibile ſui ſpecimẽ dedit. ubi uero cõueneritis, coram toto populo ſuffitũ facitote, & cuius ſacrificiũ acceptius deo

fuerit

fuerit,eũ mea quoq; autoritate confirmabo,meq́; ab hac calũnia collatę per priuatã gratiã in fratrẽ ſummæ dignitatis exoluã.His auditis turba & tumultuari ſimul,& male ſuſpicari de Moyſe deſtitit,& inſuper conſilium eius collaudauit tanquam è republica futurum:atq; ita concio dimittitur.

Quomodo ſeditionis concitatoribus diuina ultione extinctis,ſacerdotium Aaroni & filijs eſt confirmatum. Cap. III

POſtera uerò die reditur in concionẽ ut ſacro facto intereſſent diuino iudicio, per quod competitorũ certamẽ erat dirimendũ:eratq; nõnihil tumultus,multitudine ſuſpenſa ad euentus expectationem, quibuſdã Moyſen in ordinẽ redigi cupientibus:qui uero prudẽtiores erant, ſeditionũ finẽ exoptãtibus. timebant enim ne actũ eſſet de rep. ſi ulterius ſeditio procederet.multitudo quoq; natura nouarũ rerum cupida, & ad oblo quendũ magiſtratib.prona,omnibus rumoribus circunferebaꝰ. Moyſes aũt miſsis ad Dathamũ & Abironẽ uiatoribus,iuſsit ut ad conditũ uenirent ſacris interfuturi.poſtq̃ aũt negauerũt ſe obtẽperaturos,neq; diutius paſſuros Moyſi potentiã artibus malis quæſitã in populo augeri:his renũciatis aſſumptisq́; aliquot præſtãtiorib.nõ eſt dedignatus ad cõtumacẽ Dathami factionem uenire,ſequentibus ſe libenter quos iuſſerat. Tum Dathamus cum ſuis audito Moyſen cũ primatibus ad ſe aduentare,progreſsi cũ liberis & uxoribus ante tabernacula,expectabant quidnã acturus eſſet.aderant etiã ſatellites qui arcerent eum ſi quid ui agere uellet. ille uerò iam propior ſublatis in cælum manibus,& elata uoce ut à tota multitudine exaudiri poſſet, Dñe, inqt, cæli & terræ ac maris, tu qui mihi teſtis es fide digniſsimus, ꝙ quicquid hactenus feci,ex tua ſententia feci,qui miſeratus res Hebræorũ perpetuus adiutor mihi fuiſti,exaudi hanc orationẽ.tu enim ſcis omnia,ipſas etiã cogitationes hominũ:quapropter nõ dedignaberis rei ueritatẽ atq; iſtorũ ingratitudinem in mediũ proferre. Noſti ſanè exactè & illa quæ natiuitatẽ meã præceſſerunt,uiſa nimirũ non audita: nunc in illis rebus teſtimonio tuo me ſubleua, quas iſti cum non ignorẽt, male ſuſpicari tamẽ non uerentꝰ. Ego cum uitam agerẽ quietã,id quod mea uirtute & tua uolũtate Raguelisq́; ſoceri beneficio cõſecutus erã,tamẽ relictis eius uoluptatibus & cõmodis meipſum totũ dedidi erũnis pro iſto populo perferendis: & primũ pro libertate eorũ,nũc uerò pro ſalute prõptiſsimè magnos labores ſuſcepi.Nũc ergo quoniã in ſuſpicionẽ ueni hominibus,qui mea cura ac prouidẽtia tot mala incolumes euaſerũt, tu qui in igne illo ad montẽ Sina mihi apparuiſti,& tua uoce ſpectaculoq́; illorũ prodigiorũ me dignatus es,qui in Aegypto legatione tuo nomine fungi uoluiſti,qui Aegyptiorũ opibus afflictis ſeruitutẽ eorũ effugere conceſsiſti,& Pharaothis potentiã ſuccumbere mihi feciſti, qui ignaris uiæ per mare medium iter aperuiſti,cuius poſtea fluctibus Aegyptios inuoluiſti,qui inermes armis muniuiſti,qui ex uitioſis fontibus potabiles reddidiſti, & potum nobis inopia laborantibus è petra produxiſti,cibumq́; in terra nõ inuenientibus à mari attuliſti, è cælo deniq; nunq̃ antè auditũ es largitus, qui legibus ac inſtitutis rem noſtram ornaſti, adeſto mihi domine iudex omniũ ac teſtis incorruptiſsimus, ꝙ neq; munera à quoq̃ Hebræorũ fauorem meũ contra iuſtitiã captante admiſi,neq; pauperẽ bonam cauſam habentem propter aduerſarium

Num.16

uerſarium diuitem perdere litem ſum paſſus, & nunc republica ſinceriſsime adminiſtrata in ſuſpicionẽ culpæ, à qua ſum alieniſsimus, uenio, quaſi fratri ob priuatũ affectum & nõ tua uoluntate ſacerdotiũ tuum contulerim. oſtende quòd omnia tua prouidentia diſpenſantur, & nihil fortuitis caſibus, ſed tua uoluntate ad effectum peruenit: & quòd res Hebræorũ cordi tibi ſint, iuſta in Dathamum & Abironem animaduerſione declara, qui te ſtupidum faciunt meis impoſturis circumueniri iactantes. facies autem manifeſtam aduerſus inſanos gloriæ tuæ detractores uindictam, ſi non communi more intereant, ne quis nihil niſi humanum paſſos exiſtimet, ſed terra quam indigni calcant dehiſcẽs cum familijs & facultatibus eos abſorbeat. hoc modo & tua potentia omnibus apparebit, & exemplum poſteris ſtatuetur, ne quis ſecus quàm piũ eſt de tua maieſtate ſentire audeat: & meum miniſteriũ ex tua ſententia eſſe comprobabitur. Quòd ſi uera ſunt crimina quæ in me congerũt, tum in meum caput diræ uertãt, illis quos execratus ſum incolumibus. Atq; ita exacta pœna à populi tui turbatoribus, reliquam multitudinem in pace, concordia, & mandatorũ tuorum cuſtodia ſerua intactam & expertem ſupplicij ſceleratis hominibus debiti: quandoquidem alienum eſt à tua iuſtitia, illorum pœnas immeritam Iſraelitarum turbam dependere. Hæc cum lachrymis effato, terra horrendum repente cõtremuit, & undante ſuperficie, nõ ſecus quàm pelagus uento fluctuans, uniuerſum populũ terruit: immani mox ſonitu eliſo, quà ſeditioſi tendebant, ſolum ſubſidit, & eodem momẽto omnes ad unum abſorbet: ſublatisq; in hũc modum profanis, hiatus ille ita rurſum clauditur, ut ne ueſtigium quidem eius ſupereſſet. Hic finis ſeditioſæ factionis, illuſtre argumentũ diuinæ prouidentiæ ſimul & potentiæ: fuitq; hic caſus eo miſerabilior, quòd adeò nemo ne propinquorũ quidem aut cognatorum eos eſt miſeratus, ut totus quantus erat populus, anteactorum oblitus, lætis acclamationibus dei ſententiam comprobaret, ac ne luctu quidem dignos, ut peſtem ac perniciem popularium exiſtimaret. Poſt Dathamũ cum ſuis extinctum Moyſes pontificatus æmulos conuocat, deo denuo cõmiſſurus electionem, ut ei ſit ratum ſacerdotiũ, cuius ſacrificiũ deo gratiſsimum apparuerit. Itaque conueniunt ducenti quinquaginta uiri ſummo in precio ſemper apud populares habiti, tum quòd à maioribus omni uirtute præclaris oriundi eſſent, tum quòd ipſi nequaquam degenerarent: cumq; his procedunt & Aaron & Cores: deinde ſtantes ante dei tabernaculum adolebant acerris odoramenta quæ ſecum attulerant: cum ſubito tantus ignis effulſit, quantum nec homines ipſi unquam excitauerunt, nec in terris ſponte ardentibus, nec in ſyluis per æſtum auſtri flatu colliſis & attritis excitatũ uiderunt, ſed qualis diuinitus accendi poterat fulgentiſsimus ſimul ac flagrãtiſsimus: cuius ui ac impetu ducenti illi & quinquaginta unà cum Core ita ſunt abſumpti, ut ne cadauerum quidem reliquiæ comparerent: ſolus Aaron ſuperfuit illæſus, ut manifeſtum eſſet, diuinitus coortum hoc incendiũ. His ita abſumptis, Moyſes uolens perpetuam eius ſupplicij memoriam ad poſteros tradi, ut & illis non ignoraretur, iuſsit Eleazarum Aaronis filium acerras eorum affixas altari æreo conſecrare, ut hoc monumento omnes terrerẽtur, qui cæleſte numen humanis dolis putant circumueniri poſſe.

Quæ

Quæ Hebræis in deſerto per annos xxxviij. obuenerunt. Cap. IIII.

POſt tam euidens argumentum cum iam ſatis conſtaret, non ambitu, aut fratris gratia, ſed diuino iudicio ſacerdotiũ ad Aaronẽ peruenisſe, ſine ulla cõtrouerſia poſthac illud tenuit: nec tamẽ ob hoc diu ceſſatum eſt à ſeditione, imò penè grauior priore eſt inſecuta. nam ex talibus cauſis ortum habuit, ut facile appareret longo tempore duraturã. Cum enim ſemel animos hominũ occupaſſet hæc perſuaſio, nihil ſine dei uoluntate geri, arbitrabantur deum in gratiam Moyſis iſta facere. huic igitur imputabant omnia, tanquã non peccatorum odio deus ſæuiret, ſed à Moyſe ſolicitatus: ægreq; ferebant quòd non ſolum impunè tot optimatũ morte populum mulctaſſet, ſed præmiũ etiam auferret confirmatũ iam fratris pontificatum: quandoquidẽ nemo poſthac eum affectaturus erat, cum alijs id male ceſsiſſe uideret. adhæc cognati extinctorum agebant apud populum, rogantes ut ſuperbæ & nimiæ Moyſis poteſtati modum aliquem ſtatueret. facile enim hoc illi eſſe. Tum ille maturè ſentiẽs excitari turbas, ueritus ne qui rurſum res nouas molirentur, unde magnũ aliquod malum accidere poſſet, concionẽ aduocari iubet. & auditis poſtulatis nihil reſpondens ne magis irritarẽtur, hoc tantum principibus tribuum mandauit, ut uirgas afferrẽt tribuum nominibus inſcriptas. eius enim fore ſacerdotiũ, in cuius uirga deus ſignum oſtenderit. quod ubi placuit, inſcriptas attulerũt, cum alij, tum Aaron, inſcriptam habens in ſua Leuiticã. eas Moyſes acceptas in dei tabernaculũ depoſuit. ſequẽti uerò die omnes protulit, quæ facile agnoſcebant, quòd eſſent & à principibus qui attulerant, & à cætero populo notatæ: uidebantq; alias eadẽ ſpecie manere, qua erãt pridie cũ eas Moyſes acciperet, ex Aaronis uerò ramos & germina eſſe exorta, & quod magis mirũ amygdala matura, quòd uirga ex hoc genus ligno cõſtaret. hac nouitate ſpectaculi uulgus attonitum, omiſsis odijs quibus tam Moyſem q̃ Aaronẽ proſequebatur, totũ in admirationẽ diuini iudicij uerſum, amplius deo repugnare deſijt, ratũq; Aaroni ſacerdotiũ eſſe uoluit: atq; ita tertio dei calculo cõfirmatus nemine poſthac cõtradicente fuit pontifex, & Hebræorũ populus longis ſeditionibus agitatus hoc modo ad quietem tandem peruenit. Moyſes autem poſteaquã Leuiticam tribum diuino cultui dicatam, immunem à militia feciſſet, ne fortè in parandis ad uitam neceſſarijs occupati, negligentius ſacra tractarẽt, mandauit ut poſt armis ac dei fauore quæſitam Chananæam ex oppidis eius quadragintaocto bona & pulchra Leuitis diſtribuerentur, cum agro mœnibus eorũ contiguo duũm milium cubitorũ, & inſuper à toto populo decimas annui fructus exegit Leuitis ſimul ac ſacerdotibus conferendas: atq; hi poſthac eius tribus ſolennes reditus fuere. Nunc dicendum quæ ſint ſacerdotum propria. ex quadragintaocto oppidis iuſsit ut Leuitæ concederent eis tredecim, & decimarum à populo quotannis acceptarum decimas penderent: præterea ut populus deo primitias omnium fructuum è terra prouenientiũ offerret, & ex quadrupedibus quæ mactare fas eſt, primogenitũ ſi maſculum fuerit, ſacrificandum ſacerdotibus adducat, ut eo cũ familia ueſcant in urbe ſacra. pro eis uerò quibus patria lex ueſci uetat, dominus fœtus ſiclum cũ dimidio depẽdat, pro homine uerò primogenito quinq; ſiclos. deberi eis etiã primitias tõſurę

Num. 17

III

Num. 18. 35
Leuit. 14
18. & 26

ouium:& qui panes coquãt liba aliquot eis præbere. Qui uerò ex uoto ſe cõ-
Num. 6 ſecrant, Nazaræi dicti, capillũ alentes, & uinũ non guſtantes, cum capillum conſecrant, uictimas eorũ ſacerdotibus cedere. Item qui Corban ſeipſos nominant, hoc eſt dei donũ, ſi uelint à miniſterio ad quod ſe ultro obligauerũt dimitti, ſacerdotibus pecuniã numerare, mulierẽ triginta ſiclos, uirum quinquaginta. qui uerò tantũ pecunię nõ habuerint, hos ſacerdotũ arbitrio relinquendos. quin & ſi quis domi mactet ad priuatũ epulum, non ob cultum diuinum, offerendũ tamẽ ſacerdotibus pecoris pectus & brachiũ dextrũ. Tantum eſt quod ſacerdotibus Moyſes attribuit, præterq; quicquid pro peccatis populus offert, ut in proximè præcedente uolumine diximus. Quicquid aũt à populo ſacerdotũ ordini contribuit, ex eo tam uxores q̃ filias & famulos etiã participes eſſe uoluit, exceptis quæ pro peccatis offerunt. hæc enim
Num. 20 in fano ſoli ſacerdotio fungẽtes mares eodẽ die abſumunt. His ita poſt ſeditionẽ diſpoſitis caſtra mouit, & cum omnibus copijs ad Idumeæ fines peruenit, legatis primũ ad regẽ præmiſsis. petebat ab eo tantũ liberũ tranſitũ, paratus ipſius arbitrio fidẽ dare, ſine cuiuſquã iniuria iter ſe facturũ: præterea forum rerũ uenaliũ ſuis exhiberi poſcebat, perſoluturus etiã aquæ precium, ſi rex ita iuberet. ille uerò legatis re infecta dimiſsis, negatoq; trãſitu, armatus cũ exercitu eſt obuiã profectus, prohibiturus Moyſem ſi ui uiã aperire conaretur. at propheta cõſulto prius oraculo, & deo nõ permittẽte ut ipſe pugnæ principiũ faceret, retrorſum abduxit exercitum, per deſertũ iter facturus. Eodem tẽpore ſorori eius Mariãmæ ultimus uitæ dies aduenit, quadrageſimo anno ex quo Aegyptũ reliquerat, menſis Xanthici luna prima: ſepultaq; eſt publico ſumptu magnificè, ſuper quodam mõte qui appellatur Sein: & poſt
Num. 19 menſtruũ luctum luſtrauit Moyſes populum hunc in modum: Iuuencam laboris & aratri expertẽ, colore toto corpore rufam, paulum ante caſtra productam pontifex in loco puriſsimo mactauit, & ſanguinẽ ſepties digito aſperſit uerſus dei tabernaculũ. deinde ſolida iuuẽca ita ut procubuit cũ pelle ac inteſtinis ardente, lignũ cedrinum in mediũ ignem inijciunt, ſimulq; hyſſopum & lanam cocco tinctam, huius cinerem uniuerſum uir purus ac caſtus collectum reponit in locum puriſsimũ: & quotquot poſthac funeſti purificatione opus habebant, paulũ huius cineris in fontanã immittentes, & hyſſopi ramulum intingentes, aſpergebant ſe die tertia & ſeptima: quo facto pro puris poſthac habebantur. & hunc luſtrandi morẽ etiam in terra belli ſorte quæſi-
Num. 20 ta ſeruari præcepit. Cæterũ funeſto exercitu ita ut dixi luſtrato, per deſertum cum eo pergens Arabiam petijt. Cúmque ueniſſet in agrum urbis Arabum primariæ, quæ olim Arce, nunc Petra nominatur, hoc loco montem excelſum, quo ager clauditur, Aaron cõſcendit, præmonitus à Moyſe, quòd eſſet moriturus: & in conſpectu totius exercitus, ſtans in loco accliui, exutã pontificiam ſtolam Eleazaro filio tradidit, ad quem iure ætatis ſucceſsio pertinebat. atq; ita ſpectante populo moritur, eodẽ ipſo anno quo ſororem amiſit, anno ætatis centeſimo uigeſimotertio. dies mortis eius incidit in primam lunam menſis qui Athenienſibus hecatombæon dicit, Macedonibus Ious, Hebręis ſabba. Luxit eum populus diebus triginta, & luctu finito, Moyſis duIIII
Num. 21 ctu peruenit ad fluuium qui nominatur Arnon. is ex Arabiæ mõtibus exortus

tus, deſertũ medium pererrans, in Aſphaltitẽ lacũ influit, Moabitas ab Amoræis diſterminans. eſtq; hæc regio frugifera, & fructus quantũ ſatis eſt incolis ſuppeditat. ad eius regem Sehonem miſit legatos Moyſes, qui tranſitũ per regnum peterent, fidem daturus, quòd ſine detrimento uel agrorũ uel colonorum militem traduceret: ſed perſoluturũ precium rerũ uenalium ex æquo & bono, etiam ſi potum aquæ ſine precio dare grauarentur. Sehon uerò negato tranſitu, & armato ſuorum exercitu, uada Arnonis occupat, prohibitũ rus ſi Hebræi fluuium tranſire conarentur.

Quomodo Moyſes deuicit Sehonẽ & Ogẽ Amoræorũ reges, deleuitq; eorũ copias. Cap. V

MOyſes autem poſtquam intellexit Amoræos hoſtilem in ſe animum gerere, haud ferendum contemptũ ratus, & uidens Hebræos genus hominum intractabile, ocio ſimul & egeſtate facile adduci poſſe ut priſtinos tumultus ac ſeditiones renouarẽt, occaſionẽ eis adimere uolẽs, cõſuluit deũ, an bello uiã aperire permitteret. deo uerò annuente, & uictoriam inſuper pollicẽte, magnopere hac ſpe animatus, militem quoq; fiducia complet, clamitans adeſſe tempus quo pugnandi cupiditatem exſatiarẽt, auſpice deo & quò ſponte iam propenderẽt autoritate ſua cõpellente. at illi permiſſa poteſtate læti, arma corripiunt, & eueſtigio inſtructa acie ad hoſtẽ properãt. Amoræus cõtrà ut uidit aduẽtãtes oblitus priſtinæ ferociæ, tum ipſe eſt territus, tum milites animos quos ante uiſum hoſtẽ præ ſe ferebant, præ timore demiſerunt. Itaq; uix primo conflictu excepto terga uertũt, in ſola fuga ſpem ſalutis reponẽtes. confidebant enim munitis urbibus, quæ tamen nihil prorſus eis profuerũt. Nam Hebræi ut primum animaduerterunt hoſtes cedere, acriter inſtiterunt, turbatisq; eorum ordinibus, in extremam formidinem illos coniecerũt. Iamq; totis campis ſparſi effuſo curſu alij alias urbes petebãt. nec alteri perſequendo fatigantur, imperfectam uictoriam relinquere nolentes, ſed cum eſſent funditores optimi, & eius pugnę generis, quod omni telorum genere eminus geritur in primis periti, & expeditiores quàm ut armis grauarentur, aut pedibus fugatos aſſequebantur, aut glandibus & iaculis, ſi quos celeriores timor fecerat. Itaq; magna ſtrages editur, & ſi qui effugerãt, cum uulneribus & ſiti conflictabantur. erat enim æſtas. Cumq; deſiderio potus ad fluuium agmine magno ferrentur, ab inſequentibus circumuenti emi nus ſagittis ac iaculis ſunt confixi: & inter cæteros Sehon rex cecidit. Hebræi uerò cæſos ſpoliabant, prædas agebant, magna rerum copia fruebant, quòd fructus nondum ex agris collecti eſſent. & milites totam regionem percurrebant impunè diripiendo, captiuosq; abducendo. nemo enim reſiſtebat, robore eius regionis in pugna abſumpto. Talis clades Amorę is accidit, qui nec conſilio prudenter, nec armis fortiter ſunt uſi. Hebræi uerò terrã eam occupauerunt, inter tres amnes inſulæ modo ſitam. Nam Arnonis ripæ meridionale eius latus terminant, Iobacchus uerò ſeptentrionale, qui in Iordanẽ influens nomen amittit: occidentalis tractus Iordane amne alluitur. In hoc rerum ſtatu exoritur Iſraelitis nouus hoſtis Oges Galadinæ & Gaulanitidis regionum rex, in auxilium Sehonis amici & ſocij ueniens: cuius res quum iam perditas uideret, nihilominus uictoriam ſperãs, uirtutis ſuorum ac hoſtium periculum facere decreuit. Qua ſpe fruſtratus & ipſe in prælio perijt, & exer-

Num. 21

citus ad unum eſt deletus. Moyſes uerò Iobaccho fluuio ſuperato, regnũ Ogis ingreſſus urbem unam poſt aliam ſubuertebat, habitatores internecione uaſtans, qui omnes eius terrę homines diuitijs & agrorum fertilitate ſuperabant. Qges etiam uir heroica ſpecie corporis, ne uiribus quidem ac uirtute fuit inferior: cuius roboris & ſtaturæ argumentum exſtabat in expugnata regia urbe Ammanitidis regiõis, dicta Rabatha: lectus erat ferreus quatuor cubitorum latitudine, nouẽ longitudine. Huius uiri caſum non ſolum præſens Hebræorum felicitas eſt inſecuta, ſed in futurum etiam maiorũ ſucceſſuum illis cauſa eſt facta. Sexaginta em̃ oppida egregiè munita de eius ditione ceperunt, & ex præda tam priuatim quàm publicè ſunt locupletati. Poſt hæc Moyſes caſtra Iordanem uerſus mouet, & campum magnum è regione Hierichuntis. ea eſt urbs copioſa, palmis abundans, & balſamũ ferẽs. Iamq; in tantum creuerant Iſraelitarum animi, ut nihil magis quàm pugnas ac prælia cuperent: & Moyſes utendum hac promptitudine ſuorum ratus, uictimis deo pro gratiarũ actione mactatis, epuloq; exercitui dato, partem eius armatam ad Madianitarum regionem uaſtandam miſit, urbesq; gentis eius expugnandas. cuius belli origo talem cauſam habuit.

v

De Balamo uate. Caput VI

Num. 22 23. 24

BAlacus Moabitarũ rex, habens ueterẽ amicitiam & ſocietatem cum Madianitis, cum res Iſraelitarũ in tantum creſcere uideret, cœpit etiam de ſuo regno eſſe ſolicitus. Neſciebat enim deum uetare, ne Hebræi quicquam ulterius præter Chananæam uſurpare appetant: atq; ita non ſatis conſultè de rebus nouis cogitauit. & bello quidem aggredi elatos tot uictoriarum ſucceſſu non eſt auſus, obſtare tamen uolens ne ulterius procederent, legatos de cõmunibus cõmodis ad Madianitas mittit. Illi ad Balamum quendam ultra Euphratem, nobilem in eis locis uatẽ, & ſibi amicum, cum Balaci legatis mittunt etiam de ſuis honoratiſsimũ quenq;, rogantes ut ueniret ad ſe, & diris imprecationibus Iſraelitas deuoueret. Vates legatis comiter exceptis; & hoſpitali mẽſæ adhibitis, cõſulit deũ, quæ ſit eius de Madianitarum poſtulatis ſententia. qui cum uetaret illis obſequi, reuerſus ad eos, ait ſibi nõ deeſſe uoluntatẽ illis gratificandi, ſed obſtare deum, cuius beneficio debeat gloriam ex ueris hactenus prædictionibus comparatã. nam exercitum illum quem ipſi execratum uelint, eſſe deo longè cariſsimum. deditq; conſilium ut ob hanc cauſam ad Iſraelitas profecti, pacẽ cum illis quibuſcunq; conditionibus facerẽt. his dictis legationem dimiſit. at Madianitæ Balaco maximis precibus urgente, eadem de re denuo legatos mittunt ad Balamum: qui cupiens hominibus obſequi, deum conſulit. Deus uerò offenſus iubet ut legatis aſſentiatur. is ratus deũ hæc ſeriò iubere, cum legatis proficiſcitur. inter eundum autem cum uentum eſſet in uiam quandam anguſtam inter duas macerias ſitam, occurrit ei angelus: quo animaduerſo aſina qua uehebatur declinãs appreſsit eum ad alterũ ſeptum, nihilq; mouebatur uerberibus ſeſſoris preſſuram moleſtè ferentis: cumq; nec angelus de uia cederet, nec uates uerberandi finẽ faceret, tandẽ procumbens deo ſic uolẽte humana uoce Balamum incuſat, quòd nunquam antehac læſus ſæuiret in ſe, non intelligens deum prohibere quo minus quibus cuperet obſequatur. Hoc prodigioſo aſinæ ſermo-

ne

ne dum ille turbaretur, apparuit ei angelus, obiurgans uerberatorẽ, quòd iumentum nõ eſſet in culpa, ſed ipſe obſtaret iter contra dei uoluntatẽ facienti. Tum uates territus uolebat retro abire: ſed deus iuſsit eũ pergere quò inſtituerat, modo ne quid aliter agat q̃ diuinitus admoneretur. His mãdatis perceptis ad Balacum peruenit: exceptusq; à rege honorificentiſsimè, uoluit ad quendam montem deduci, unde Hebræorum caſtra contemplari poſſet. Balacus uerò ipſe cum regio comitatu deducit uatem in montem proximè imminentem, qui à caſtris ſtadia ſexaginta aberat. quibus conſideratis iubet regem ſeptem aras extruere, & totidem tauros ac arietes exhibere. Id ubi celeriter iuſſu regis eſt factum, mactat uictimas, ut uictoriam præſagire poſſet. deinde ſic fatur: Felices uos quibus deus largam bonorũ præbet copiã, & prouidentiam ſuam perpetuã ducem & auxiliatricem annuit. quoniã nullum eſt hominum genus, cui non innocentia morum, uirtutisq; ac probitatis ſtudio ſitis anteferendi, liberos præſtantiores etiam ſucceſſores habituri, quandoquidem deus uos ſolos hominum complectitur, & ut omnium ſub ſole feliciſsimi ſitis proſpicit. quamobrem obtinebitis terram ad quam uos miſit, & poſteris ueſtris in perpetuum poſsidendam relinquetis: & gloria ueſtri nominis implebitur uniuerſa terra ſimul & mare, adeoq; multiplicabitur gens ueſtra, ut nulla nõ orbis regio ueſtri ſanguinis homines admixtos ſit habitura. Beatus uos exercitus & admiratione digniſsimus, ex uno parẽte in tantum auctus. nunc uobis parum amplum pro dignitate ac numero domiciliũ Chananæa cõtinget, ſed totũ olim terrarũ orbem habitationi ueſtræ deſtinatum ſcitote, ut tam in inſulis quàm in continente ſit uobis degendũ præ multitudine ipſis cæli ſtellis numero æquiparãda. Cumq; tam innumeri futuri ſitis, nihilominus nihil uobis ad ſummam rerum copiam deeſſe patietur in pace, & in bello uirtutẽ uiris addet. inimicis noſtris in mentẽ ueniat, ut hoſtes ueſtri eſſe, & in uos arma ſumere uelint. non enim reuertet è tali prælio uictor, qui lætitiam cõiugibus ac liberis afferat. Tanta uobis fortitudo diuino fauore contigit, qui ſolus poteſt & quod ſupereſt detrahere, & quod deeſt addere. Talia uates fatidica uoce canebat, extra ſe raptus, & numine totus correptus, rege indignè ferẽte, & pacta nõ ſeruare clamitante, licet magnis muneribus ab amicis conductũ: ueniſſe eum ad execrandum hoſtes, quos nũc mactos uirtute ac pietate caneret. Ad quẽ uates: Putas, inquit, quoties fata ſunt aperienda, in nobis ſitũ eſſe quid dicamus aut taceamus afflati diuino ſpiritu? ipſe uoces quales uult profert & oracula, nobis nec ſciẽtibus nec cogitantibus. Equidẽ ſatis memini ad quid precibus Madianitarum ſim adductus, eaq; cauſa ueni ut uoluntati tuæ morem gererẽ. Sed potẽtior eſt deus quàm mea uoluntas, qui contra dei uoluntatẽ ad gratiam hominum loqui propoſueram. quamprimũ enim noſtrum pectus ſubintrat, nihil amplius noſtrum ibi remanet. ego certè nihil in horum laudẽ dicere in animo habui, nec quæ deus eorum generi dare decreuit, cõmemoranda putaui: ſed numẽ illis propicium, quod gẽtis felicitati ſtudet ac gloriæ, pro deſtinatis hæc uerba mihi ſubdidit. Nunc age, quando animus eſt tibi atq; Madianitis rẽ gratã facere, quorũ preces me nõ decet nõ admittere, alias aras erigamus & ſacra inſtauremus, ſi fortè deũ flectere poſsim, ut execrationib. hoc genus hominũ deuo-

uere liceat. Cumq; Balacus id fieri permisisset, ac ne iterato quidē sacro potē-
statem deuouendi impetrauisset, collapsus in faciē pronus prædicebat quic-
quid euenturū esset regibus & ciuitatibus clarissimis, quarum quædam non-
dum conditæ uidentur, quæ uerò extant earū res terra mariq; gestæ ita præ-
dictionibus respondērunt usq; ad nostram memoriā, ut facilis sit cōiectura,
reliquum etiam eius oraculi non uanum fuisse euentū aliquando comproba
turum. Balacus autem ægrè ferens expectationē frustratam, sine honore ua-
Num. 25 tem ablegat. ille domum repetens, cum iam Euphratē attigisset, accito Bala-
co & principibus Madianitarū, Balace, inquit, uosq; Madianitæ, quandoqui
dem necesse est ut uel præter dei uoluntatem uobis obsequar, Hebræorum
quidem genus nunquam est interiturum, nec bello, aut pestilentia fameue,
aut alio casu delebitur. Deus enim curam habet eius gentis à malis seruandæ,
nequando talis clades incidat qua uniuersi de medio tollant. interdum tamē
quædam uitari nō poterūt, quibus ad tempus afflicti, mox magis q̄ antè flore
bunt, castigatione tali ad sanitatē reuocati. quapropter si breuem uictoriam
de illis consequi quæritis, hoc consilio uoti compotes efficiā. Filiarū formo-
sissimas, quæ pulchritudine sua mentes eorum expugnare possint, quantum
fieri potest cultas ac ornatas mittite, ut circum castra obuersentur, & iuueni-
bus cōplexus expetētibus faciles se præbeant: ubi uerò cupidine captos uide-
rint, subitò se proripiant. cumq; rogatæ fuerint ut maneant, nō annuant, nisi
persuasis, ut relictis patrijs legibus & cultu dei à quo illas acceperunt, Madia
nitarū & Moabitarū deos uenerentur. sic enim deum iratū sibi reddent. Post
hæc monita abijt. Madianitis aūt ita ut moniti fuerant filias mittentibus, He-
bræorum iuuenes pulchritudine puellarū capiuntur: & in colloquiū uenien
tes rogant ne sibi uoluptatē ex earū pulchritudine capere inuideāt, néue con
suetudinē eorum auersentur. Illæ libenter & uerba iuuenū & complexus ad-
mittunt: iamq; blanditijs illectos, & cupidine feruētes relinquere parāt. tum
illi tristes mulierū discessu, precibus instant ne se relinquant, sed futuræ con-
iuges & omnium facultatum dominæ apud illos maneant. hæc promissa iu-
reiurando confirmabant deū testē inuocando, & lacrymas fundendo, quo
magis eas ad miserationem flecterent. tum illæ postquam omnino captos &
consuetudine sua deinctos animaduerterūt, sic respondēt: Optimi iuuenes,
non desunt nobis domi nec amplæ facultates, nec parentū ac domesticorum
affectus: neq; inopia talium rerum huc ad uos uenimus, aut formam corpo-
ris nundinaturę preces uestras admisimus: sed persuasę uiros esse bonos hac
hospitali gratia non dedignatæ qua uos opus habere uidebamus, faciles nos
uobis præbuimus. Nunc quandoquidē amare uos & abitionē nostram mo-
lestè ferre assueratis, ne has quidē preces auersabimur. quare si beneuolētiæ
coniugalis fidem dederitis, quæ sola nobis satisfacere potest, libēter uobiscū
ut legitimæ nuptæ conuicturæ sumus. ueremur enim ne libidine exsatiata, cū
iniuria & contumelia nos retro ad parentes nostros ablegetis: cui nostræ so-
licitudini ueniā uos dare æquum postulamus. Illis uerò quolibet modo fidē
daturos se pollicentibus, & nihil præ amore nimiò recusantibus: quandoqui
dem, inquiūt, ita uobis uidetur, & mores habetis ab omnibus alijs diuersissi-
mos, ut cibis etiā proprijs uestro more utamini, nec potum cum alijs cōmu-

nem

nem ſuſtineatis, neceſſe eſt ſi uultis nobiſcũ uitam degere, deos noſtros colatis: neq; enim alio argumento perſuadebitis amorem iſtũ uos nõ fingere, niſi eõſdem nobiſcũ deos adoretis. Nec abſurdũ fuerit aut uitio uertẽdum, ſi terræ in quam ueniſtis peculiares deos colere malitis: præſertim cũ noſtri per omnes regiones honorentur, ueſtrum nemo præter uos cultu dignetur aut ceremonijs. Aut igitur cæterorũ more uobis eſt uiuendum, aut alius orbis quærendus, ubi ſoli iuxta ueſtra inſtituta uitam agatis. At illi cupidine cæci dicta earum comprobant, & quò trahebantur ſequentes à religione patrũ deſciſcunt: & plures deos credere inducti, ſacra illis eius gentis ritu faciũt: cibis quoq; indifferenter utebantur, & in mulierum gratiam nihil non contra legem faciebãt: ut iam tota caſtra iuuenũ impietas inuaderet, & ſeditio priore peior gliſceret, & auita religio in extremum periculũ deduceretur. iuuẽtus enim guſtatis ſemel peregrinis morib. inexplebiliter in eos ferebaẽ: & ſi qui nobilitate à maioribus accepta præcellebant, unà cũ reliqua turba corrũpebantur. Zambrias etiã Simeonidis tribus princeps ducta Chosbi Madianitide, Vri filia gentis eius dynaſtæ, iuſſus ab uxore, & cõtemptis in eius gratiam Moyſis placitis, alieno ritu ſacrificabat, & alienigena cõiuge nõ diſſimulanter ſe oblectabat. In hoc rerũ ſtatu Moyſes ueritus ne grauius aliquid ſequeretur, aduocata cõcione, neminẽ quidẽ nominatim accuſauit, nolẽs in deſperationẽ adducere eos qui tantiſper dum latere ſe putãt, ad ſanitatẽ reduci poterant: ſed dicebat rem indignã, nec ipſis nec maiorib. eorũ decorã, q̃ uoluptatẽ pluris q̃ deum & religionẽ facerẽt. Expedire illis ut dum tẽpus eſt reſipiſcant, & nõ legũ contẽptu, ſed cõpeſcendis prauis cupiditatib. fortes ſe uiros declarent. abſurdũ prẽterea dicebat, q̃ cum in deſerto modeſtẽ uixiſſent, nũc in bona regione ita baccharentur, & quæ per inopiã quæſiuerant, nunc per affluentiã perditũ irẽt. Talib. dictis conabaẽ iuuentutẽ corrigere, & ad ſaniorẽ mentẽ reducere. Tum Zambrias inſurgens: Tu, inquit, Moyſes tuis legibus utere, quib. iam longo uſu robur addidiſti: quod ni feciſſes, ſæpe iam pœnas dediſſes, & tuo malo nõ eſſe Hebræis imponendũ didiciſſes. me certe nunq̃ ad tua tyrannica iuſſa obſtrictũ habebis. neq; emẽ aliud hactenus, q̃ ſub legis ac religiõis prẽtextu nobis ſeruitutẽ, tibi principatũ malitioſi ſartib. adſtruis, uoluptatẽ nobis ac uitæ licentiã adimens, quę liberorũ ſunt, & ſub nullius imperio degentiũ. hoc enim uel Aegyptiaca ſeruitute fuerit grauius, in quẽuis tuis legib. pro tuo libitu animaduertere: cũ ipſe multo dignior ſis qui puniaris, quandoquidẽ abrogatis quæ omniũ conſenſus approbat, plus tua q̃ cæterorũ mortaliũ placita ualere poſtulas. ego quæ nũc facio, quia bene facta iudico, ne fateri qdẽ in hoc cœtu grauabor; mulierculã alienigenã me duxiſſe. audis à meipſo mea facta, ut ab ingenuo. neq; emẽ latere cupio. Sacra etiã dijs facio præter conſuetũ, quia id æquũ cenſeo, ex multis mihi ueritatẽ quærere, & nõ ſicut ſub tyrãnide uiuere, de unius tantũ fiducia pendentẽ. nemo mihi rem gratã fecerit, q̃ in rebus meis meipſo plus arbitrij habere uoluerit. Hæc Zãbria, p̃ ſe & quibuſdã ſui ſimilib. afferẽte, populus quietus expectabat quónam audacia hæc eſſet euaſura, maxime q̃ uideret legislatorẽ amplius nolle cõtendere, ne hominẽ inſolentẽ iritatiorẽ redderet. uerebaẽ enim ne plures talis in loquendo impudentiæ imitatores facti, turbas in populo excitarent.

Atq; ita tum concio diſſoluit. ac fortaſſe ulterius malũ hõc ſerpſiſſet, ni Zambrias mature ſublatus eſſet talẽ ob cauſam. Phinees tum alijs rebus, tũ patris dignitate, iuuentutis faciles princeps, Eleazari pontificis filius, & Moyſem magnũ patruum habens, ægerrimè tulit Zambriæ contumaciã: cuius impunitate ne legum contemptus creſceret, uindicare in flagitioſos decreuit, non ignarus quòd exempla primatũ in utramuis partem plurimũ ualeant. Cumq; tanto eſſet animi & corporis robore, ut non temerè aliquid arduũ aggrederetur, quod non etiam perficeret, ad Zambriæ tentoriũ uadit, & eodem ictu ipſum unà cum Chosbi transfigit. quo exemplo iuuentus ad pulcherrimam uirtutis æmulationẽ accenſa, certatim in eiuſdem criminis reos facit impetũ, & bonam illorũ partem ferro cõficiunt, reliquos inſecuta peſtis ſuſtulit, per iram numinis inflicta, & ne illis quidem pepercit, qui cum iure cognationis talem ſuorũ petulantiã cohibere deberent, aut diſsimulare aut accendere etiã maluerunt: nec prius deſtitit, q̃ quatuordecim millia uirorum deſiderarent. Hanc ob rem Moyſes in Madianitas concitus, ad gentẽ internecione delendam exercitum miſit, de qua expeditione mox narrabimus, poſtquam quod omiſſum antè non oportuit, dixerimus. Balamũ illũ, qui à Madianitis accitus ad execrandos Hebræos, quò minus hoc faceret à deo eſt prohibitus, nihilo ſecius tamen tale hoſtibus conſiliũ dedit, quo effectum eſt, ut quibuſdam infectis praua opinione, penè totius populi religio ſit corrupta: hunc inquam
Num. 31 Balamum tanto honore dignatus eſt propheta, ut oracula eius ſuis literis inſeruerit: cũq; nihil uetaret quin ea pro ſuis ederet, nec ullo teſte id factũ eius coargui poſſet, maluit eum debita apud poſteros memoria nõ fraudare. Sed hæc quiſq; ut libuerit ita conſideret. Moyſes autem ut dicere cœperã, in Madianitas miſit exercitum duodecim milliũ, ſingulis tribubus mille militib. imperatis: eisq; copijs Phineẽ præfecit, cuius opera leges uindicatas, & de Zambria uiolatore earum pœnas exactas paulo antè memorauimus.

Hebræorum de Madianitis uictoria, & Amoritis regio quomodo à Moyſe duabus cum dimidiata tribubus conceſſa. Cap. VII

MAdianitæ uero intellecto hoſtium aduentu, & quòd iam non longè abeſſent, & ipſi copias in unum contrahunt, & quà in regionem ſuam irrupturos putabant, munito pro tempore aditu, præſtò erãt, impetus eorũ pro uiribus propulſaturi. Sed mox primo congreſſu tanta multitudo Madianitarũ eſt cæſa, ut numerus cadauerum iniri non poſſet, ne regibus quidem ſeruatis. Hi fuere Ochus, Sures, Robeas, Vbes, & quintus Recemus, à quo deductum nomen primaria urbs Arabum & hodie retinet, Receme dicta, quam Græci Petram uocare malunt. Fuſis hoſtibus, Hebræi regionem ſunt populati, prædas abigendo, & incolas unà cum mulieribus interimendo, ſolis parcentes uirginibus: hoc enim Phinees à Moyſe mandatũ acceperat. qui reducto incolumi ac illæſo exercitu, prædam quoq; memorabilem retulit, boum quinquaginta duo millia, & inſuper ſexaginta ſeptem: aſinorum ſexaginta millia, uaſorum aureorum & argenteorum magnũ numerum, quibus in domeſtica ſupellectile utebantur. Etenim pro opibus lautiore uictu delectabant. Abductæ ſunt etiam uirgines circiter triginta duo millia. Moyſes autem partitus prædam, quinquageſimam eius partem Eleaza-

ro

ro dedit & ſacerdotibus, & Leuitis alterius quinquageſimã: reliquũ uerò populo diſtribuit. quo factũ eſt ut deinde ſuauiter uiuerẽt, opibus uirtutẽ quæſitis, otium quoq; ad fruendũ nacti. Moyſes autem iam admodũ ſenex Ieſum deſignauit, qui ſibi in ꝓphetę & ducis (ſi ŏpus foret) munijs ſuccederet, deo ita iubente ut hunc principatus ſucceſſorem faceret. Erat enim totius diuini atq; humani iuris peritiſsimus, Moyſe præceptore doctus. Per idem tempus duæ tribus, Gadæ & Rubeli, & dimidia Manaſsitis, numero pecudum & alijs rebus abundantes, de cõmuni conſilio rogant Moyſem, ut ſibi extra ſortem traderet Amoritidem terram, quæ non multo antè bello capta fuerat. eſſe em paſcuis uberem. Ille uero ſuſpicatus eos prælia contra Chananæos metu detrectare, & curam pecudum ignauiæ prætexere, conuitio uiros excipit, meticuloſos ſimulatores dictitãs. Velle eos in otio luxuq; terram cõmuni marte quæſitam poſsidere, & nolle arma cum cætero exercitu ferẽtes, terram ultra Iordanem à deo promiſſam capere, deuictis gentibus quas ille pro hoſtibus haberi iuſſerat. Qui uidentes eum iratum, ne meritò iraſci uideretur, reſpondent ſe neq; per ignauiam pericula, neq; per deſidiã labores fugere, ſed hoc tantũ agere, ut præda in locis cõmodis relicta, expeditiores ad certamina fierent: paratòsq; ſe aiebant, ſi oppida ad tutelam liberorũ & coniugum ac facultatum ipſo dante acciperent, reliquum exercitum armatos quocunq; ducerentur ſequi, & cõmunibus militare auſpicijs. Tum Moyſes comprobata eorũ uoluntate, aduocatoq; Eleazaro pontifice & Ieſu, cæterisq; magiſtratibus, concedit illis Amoritidẽ hac conditione, ut ſimul cum cognato populo aduerſus cõmunem hoſtem bellum gerant, donec omnia ex ſententia confecta fuerint. atq; hoc pacto accepto quod petierunt, & extructis munitis oppidis, liberos & uxores atq; impedimenta in illis deponunt. Moyſes quoq; in eadem regione decem urbes condidit, in illum quadraginta octo numerum computandas, in quarũ tribus aſyla ſanciuit, illis tantum profutura, qui cæde non ſponte cõmiſſa eò confugiſſent. ſtatuitq; talibus exilij tempus, tantiſper dum pontifex uiueret ſub quo cædes accidit. poſt cuius obitum redire in patriam permiſit. Exilij uerò tempore licere cuiuis è cognatis interempti homicidam impunè occidere, duntaxat extra urbem refugij deprehẽſum: idq; ius ſolis cognatis eſſe uoluit, alijs non item. Cæterum oppida refugij fuerunt hæc: ad fines Arabiæ Boſora, in Galadena regione Arimanum, in Bataneade Gaulademan. & poſt captam Chananæam totidem ex Leuiticis oppidis iuſſu Moyſis deſtinata ſunt, ut hoc genus exulibus refugium & habitationem prẽberent. Eodem tempore cum defunctus eſſet quidam è primatibus Manaſsitidis tribus nomine Salpades, liberis deterioris tantum ſexus relictis, tribules eius uiri inſignes Moyſem conſulunt, an filiarum eius in diuiſione & ſortitione agrorum ratio haberi debeat. Is reſpondit, ſi in domum tribulis nuptũ darentur, ſortem dotalem fore: ſin mallent in aliam tribum elocari, ſortem in ſua tribu relinquerent. atq; hac occaſione inſtituit, ut cuiq; tribui ſuæ ſortes perpetuò manerent. Quũq; iam de quadrageſimo migratiõis anno triginta tantum dies ſupereſſent, aduocata concione ad Iordanem eo loco ubi nunc oppidum Abila uiſitur, agrum habens palmetis conſitum, ubi populũ omnem præſtò uidit, in hunc modum uerba fecit.

Num. 27 Deut. 3
Num. 23
Num. 35 Deut. 4. 19 Ioſ. 20
Num. 27. 36
VI Deut. 4

Moyſis

Moyſis leges,& quomodo ex hominibus eſt ſublatus. Cap. VIII

VIri cõmilitones, & longi laboris ſocij, quoniã deus ita uult, & ætas CXX annorum exacta poſtulat,ut ex hac uita diſcedam,& rebus ultra Iordanem gerendis intereſſe me deo non eſt uiſum,æquum duxi,ut quantum ad ueſtram felicitatem attinet,ne nunc quidem officio deſim: ſed pro gratia mihi data prouideã,ut pro cõmonſtrata ad eam uia, ſempiterna apud uos memoria dignus habear. Age igitur,ubi prius in quo tam ueſtra quàm poſterorũ beatitudo conſiſtat indicauerimus, & hoc pietatis erga uos noſtræ perpetuum monumentum reliquerimus,libentes ex hac uita deceda mus. Fidem enim,ſat ſcio,mereor,uel quòd antehac ueſtris commodis indeſinenter ſeruiens nunquam uos fefelli,uel quòd anima prope exitum cõſtitu ta in omni uirtute ac ueritate ſeipſa melior redditur. Filij Iſraelis,una omnib. hominibus felicitatis eſt cauſa deus propitius: quam ſolus dignis dare,& peccantibus in ſe auferre potis eſt.cui ſi uos tales præſtiteritis, quales ipſe poſtulat,quales ue ego ex ipſius ſententia inſtituo,nunquã non macti uirtute,emu landiq; omnibus eritis: ſed & quæ iam contigerunt bona erunt perpetua, & quòd deeſt breui cõſequemini. Tantũ uolũtati diuinæ obſequimini, & mandatis eius parete: & neq; legibus per me latis alias præponite, neq; in religiõe per contemptum quicquã nouate. Quod ſi feceritis, bello præſtantiſsimi inter omnes gentes, & omnib. hoſtibus inſuperabiles eritis. nam auxiliante deo minæ omnes facile contemnuntur. Cæterũ uirtutis præmia magna per omnem uitam ſunt propoſita, & ipſa ſibi primũ eſt ac potiſsimũ præmium: deinde per hanc cætera bona facile parantur: qua inter uos inuicem utentes & uitam beatam ducetis, & gloriã tum apud exteros tum apud poſteros immortalem conſequemini. Hæc uobis ſunt ſperanda, ſi leges monitu dei me perferente ſcriptas nec ipſi uioletis, nec alios uiolare patiamini, & harũ intellectũ ac uſum nunquam non meditemini. Ego uerò cõmodis ueſtris lætus diſcedo, uosq; pietatis ac prudẽtiæ legibus, & uirtuti ducum ac magiſtratuũ commendo, qui incolumitatis ac felicitatis ueſtræ poſthac curam ſunt habituri. Deus aũt ſub cuius ductu hactenus egiſtis, & cuius fauori debetis quicquid utilitatis ex me percepiſtis, nõ deſinet uobis proſpicere, ſed quàm diu ipſum & pietatem colueritis, tam diu ſub eius præſidio tuti permanebitis. Nec deerunt qui uobis optima monita ſuggerant, quibus parentes beati eritis, nimirum pontifex Eleazarus & Ieſus, & ſenatus ac primates tribuũ, quibus cauete uos difficiles præbeatis, ſcientes quòd qui bene parere nouit, etiam bene imperaturus eſt ubi ad poteſtatẽ peruenerit: nẽ ue in hoc libertatẽ ſitam exiſtimetis, ſi mandatis principũ obmurmuraueritis. nam hactenus in cõtumacia contra benefactores libertatem reponebatis: à quo uitio ſi uos in poſterũ ſeruaueritis, res ueſtras in meliore ſtatu uidebitis. Abſit aũt ut ita in hos exaſperemini, quemadmodũ aliquoties in me incanduiſtis. meminiſtis enim quòd ſæpius à uobis de ſalute periclitatus ſum quàm ab hoſtibus. quod non exprobrandi cauſa dico: nolim enim uos hac cõmemoratione in exitu uitæ contriſtatos relinquere, qui etiam tunc æquo animo uos tuli: ſed ut admoniti in poſterum ſapiatis, id quod in ueſtram etiam rem futurum eſt. & ne in præpoſitos contumelioſi ſitis elati opum affluentia, quibus traiecto Iordane & occu

Deut. 7.11

pata

pata Chananæa potiemini. alioqui ſi per has inſolentiores facti in contuma-
ciam & uirtutis cõtemptum prolabamini, deum fautorem nequaquam eſtis
habituri, quem ſi ueſtro merito inimicum uobis reddideritis, & terrã uirtu-
te partam oppreſsi ab hoſtibus per ſummam ignominiam amittetis, & per to-
tum quàm late patet orbẽ diſperſi ſeruitute ueſtra terras ac maria replebitis.
quò ſi uentum fuerit, iam fruſtra pœnitebit patrias leges non ſeruaſſe. quare
quo minus periculi ſit, ne illas uioletis, poſt uictoriam neminem hoſtium ſu-
pereſſe patimini: idq; rebus ueſtris conducibilius exiſtimate, ne cum illis ui-
uentes ad ſimilia ſtudia prolapſi patriam inſtitutionẽ corrumpatis. Præterea
lucos & aras & templa quotquot habent ad unũ tolli iubeo, ferroq; & flam-
mis ita deleri, ut etiam memoria eorum omnis aboleatur. Sic enim bona ue-
ſtra tutius conſeruabitis. Verũ ne per ignorantiam meliorum natura ueſtra
in deterius deprauetur, deo iubente & leges conſcripſi, & formam admini-
ſtratiõis rerum tam publicarum quàm priuatarum, à quibus ſi nuſquam diſ-
cedatis, mortalium omnium feliciſsimi eritis. Hæc loquutus tradit eis codi-
cem, leges ſcriptas & inſtituta bene uiuendi continentem. Illi uero ſoluebã-
tur in lacrymas, & iam tum deſiderio ducis mœrebãt: memoresq; quanta
pericula pertuliſſet, quamq; alacriter ſalutem ipſorum procurauiſſet: & de fu
turo ſoliciti, quòd non eſſent talem principem habituri, ac ne deum quidem
æque propitium Moyſe non amplius deprecatore: tum pœnitẽtes eorũ quæ
in deſerto per furorem contra illum cõmiſerant, grauiſsime dolebant: ita ut
totus populus lacrymans nullam conſolationem admitteret. Moyſes uero ſo
labatur eos, & iubens à lacrymis deſiſtere, ad leges accipiendas hortabatur.
atq; ita tum concio eſt diſſoluta. Nunc priuſquam ad reliqua tranſitum faci-
am, operæprecium duxi, leges talis latoris maieſtate ac uirtute dignas hic in-
ſerere, quo lector cognoſcat, qualia ſint noſtra iam inde à priſcis ſeculis inſti
tuta. Extant autem omnia quæ ille uir ſcripſit, ut nihil ornatus cauſa liceat af-
fingere: ſeriem tantum nouauimus, & leges quas ille ſparſim ut quamque à
deo retulerat, ſcripſit, nos generatim in ſuos ordines digeſsimus: qua de re le
ctor admonendus erat, ne ſi quis fortè ex contribulibus in hæc noſtra inci-
derit, calumniam temere ſtruat, quaſi parũ ſincere ſcripta Moſaica tractanti-
bus. Enumerabo aũt eas potiſsimum leges quæ ad publicam inſtitutionem, ri
tusq; gentiles pertinent: quæ uero ad priuatam conſuetudinẽ aut contractus
uel cum exteris uel cum noſtratibus ſpectant, in eum commentarium diſtuli-
mus, quem de moribus & ſacrorum cauſis deo fauente ſcribere eſt animus.

Poſtq̃ acquiſita Chananæa terra, urbibusq; conditis, uictoriæ fructus ſe-
curi carpere cœperitis, hæc mandata obſeruãdo rem deo gratam facietis, &
partam felicitatem conſtabilietis. Vrbs ſacra ſit una in regione Chananæa,
in loco illuſtri & fertili, quam deus per oraculũ elegerit: & templum in ea ſit
unum, & altare unũ ex lapidibus non politis, ſed collectitijs conſtructũ, qui
inducti tectorio, decorã & mundã ſpeciẽ prę ſe ferãt: aſcẽſusq; ſit ad illud nõ
per gradus, ſed terra leniter p accliue aggeſta: in alia uero urbe nec altare ſit
ullũ, neq; templũ. deus enim unus eſt, & Hebręorũ genus unũ. Qui cõuitiũ *Leuit. 4*
deo fecerit, lapidatus per diẽ pẽdeat, deinde ignominioſe & obſcure ſepelia- *Deut. 16*
tur. In ſacram urbẽ & templũ ter in anno conuentus fiat Hebræorũ ex uni-

uerſa

uersa eorum ditione, ut deo pro acceptis beneficijs gratias agant, & in futurum precibus eum demereantur, & per conuersationes ac cõuiuia mutuam beneuolentiam alant. Expedit enim ut inter se noscantur, quibus idem est genus, quiq; eisdem studijs delectãtur. Id uerò ex huiusmodi congressib. facile cõtingit, dum aspectus & colloquia pertinaciter in animis hærent: sicut contrà qui nunquã conueniunt, eos alienissimos à se inuicem esse oportet.

Deut. 18 Sint præterea decimæ fructuũ seorsum ab illis quæ sacerdotibus ac Leuitis debentur, quibus in patria uenditis, pecunia inde redacta in sacra urbe insumatur in sacrificia & conuiuia. Aequum enim est ex prouentu terræ à deo date in ipsius honorem hilariter agere. Ex mercede meretricis non est sacrificandum. neq; enim quicquam deum delectat cum iniuria coniunctum: neq; maior est turpitudo, quàm quæ corporibus infertur. Similiter si quis mercedẽ pro admissura canis uenatici aut pastoralis acceperit, nec inde quiExo. 22 dem deo sacrificare est licitum. Dijs alienis nemo male loquatur. Fana externa non sunt spolianda, neq; sacra donaria tollenda. Nemo uestè è liDeut. 22 no & lana contexta utatur. est enim solorum sacerdotum. Septimo quoque anno, quando per Scenopegiæ festa apud Sanctam urbem sacrorũ causa conuenitur, pontifex è sublimi suggesto, unde à tota multitudine exaudiri possit, legem pro concione legat: & neq; mulieres neq; pueri ab auscultãdo arceantur, imò ne mancipia quidem. Nam bonũ est ut inscriptam in animis nunquã delendam memoria retineant. sic enim minus peccabunt, non ignari quid sit in lege decretum. Leges etiam uim maiorem obtinebunt in delinquentium conscientijs, dum sua placita minis interpositis in auditorum animas infigunt: ita ut nunquam non legis uoluntas intus obuersetur, & quanDeut. 6 tas pœnas contemptus eius incurrat. Pueri etiam ante omnia leges ediscãt, qua disciplina nec honestior est alia, nec ad felicitatem conducibilior. Bis quotidie, ineunte die, & cum itur cubitum, commemoranda summi dei beneficia, quæ liberatis ex Aegypto præstitit. æquũ enim est gratias agere quæ pro acceptis rependuntur, & in futurum tempus fauorem conciliant. Inscribenda sunt etiam foribus præcipua, & in brachijs ostentanda. & quæ potentiam eius ac beneficentiam indicant, circumferẽda sunt inscripta in capite & brachio, ut undiquaq; conspicua sit dei erga populum suum benignitas.

Oppidatim præsint septem uiri probatæ uirtutis, & iustitiæ cultores. Singulis magistratibus attribuantur duo ministri de tribu Leuitica. Quibus iudicandi sors obtigit in suis ciuitatibus summo in honore habeantur, ut præsentibus illis nec cõuiciari liceat, nec asperius agere. Sic enim futurum est, ut assueti homines reuereri, ad pietatẽ quoq; assuefiant, & tanto longius à contemptu numinis absint. Iudicibus quicquid uisum fuerit, illorum sententia ualere debet, nisi constet pecunijs esse corruptos, aut manifestè coargui possint non rectè decreuisse. Oportet enim sine lucri & dignitatis respectu iudicare, & iustitiam omnib. alijs rebus anteponere. Hæc enim iniuria in dei contumeliam recidit, quasi uero is infirmior sit habendus, quàm illi quorum potentiæ metu præterius fertur calculus. nam dei potentia est iustitia. Ergo qui in magnatum gratiam præuaricatur, potentiores illos quàm deum facit.

Quòd si iudices nesciant de negotio ad se delato pronunciare, sicut interdũ

accidit

accidit, in ſanctam urbem integram cauſam relegent: tum uero pontifex & propheta unà cum ſenatu quod uiſum fuerit decernant. Vni teſti fides nō habeatur, ſed tribus, aut ut minimum duobus, quorū teſtimonium uita ante acta faciat ueriſimile. Mulieribus autem teſtimonium deponere non liceat, propter leuitatem ac temeritatem eius generis. Neque ſeruum hominem teſtē eſſe liceat, propter animos degeneres. probabile enim eſt aut lucri cauſa aut prę metu non uerum teſtimoniū depoſituros. Quòd ſi cui falſo teſti creditū fuerit, isq; poſtea falſi coarguatur, ei pœnæ ſit obnoxius, quam reus daturus erat, ſi grauante hoc teſtimonio condemnatus fuiſſet. Homicidio in aliquo agro commiſſo, ſi autor nuſquam compareat, neque ſuſpicio ſit à quopiam per odium occiſum hominem, inquiſitio fiat ſumma cura propoſitis indici præmijs. quòd ſi nullus exiſtat index, magiſtratus oppidorum uicinorum agro in quo cædes eſt facta, & ſenatus conuenientes, metiantur à loco in quo iacet cadauer: & quod fuerit proximum oppidū, eius oppidani emptam iuuencam & adductā in teſqua nec ſementi nec plantationi idonea neruis ceruicis abſciſis cædant, & ablutis manibus ſupra caput iuuencæ ſacerdotes & Leuitæ ac ſenatus illius oppidi, puras ſe manus ab ea cæde habere proclament, eamq; nec feciſſe ſe, nec dum fieret interfuiſſe. inuocentq; deum ut propitius factus nunquā poſthac in ea regione tale malū accidere permittat. Deut. 21

Optimū quidem eſt optimatum regimen, & in ſic adminiſtrata republica uiuere, nec eſt cur aliam eius ſpeciem concupiſcatis: ſed præſtat ut hac contenti in legum & ueſtra ipſorum poteſtate ſitis. Satis enim eſt, deum habere præſidem. Attamen ſi regis uos cupido cœperit, nemo ſit niſi ueſtri generis & ſanguinis, & cui iuſtitia ſit cordi cum cæteris uirtutibus. Is quiſquis fuerit, plus legibus & deo quàm ſuæ ſapientiæ tribuat, nihilq; præter pontificis ac ſenatus ſententiam faciat: nec multas alat uxores, aut pecunijs equiſ ue plurimis gaudeat: quarum rerū copia facile contemptor legum poſſet euadere. & ſi talibus ſtudijs plus æquo fuerit deditus, obſtandum eſt ne potentior fiat quàm rebus ueſtris expedit. Deut. 17

Terminos terræ mouere non eſt fas, nec priæ, nec alienæ, dummodo pacatæ: ſed religioſe cauendū, ut tanquā dei calculus in æternum fixus maneat: quòd hæc præcipua cauſa ſit bellorum & ſeditionum, ſi auaritia certis terminis non circumſcribatur. Facile enim legum præſcripta tranſilit, qui terminis cupiditatem ſuam cohiberi non patitur. Deut. 19

Qui terram plantauerit, ſi plantæ ante quartum annum fructum protulerint, nec deo primitias inde offerre oportet, nec in proprium uſum conuertere. intempeſtiuus enim eſt talis fructus. quicquid autem præmaturè à natura extorquetur, eius uſus nec deo conuenit, nec domino. quarto uero anno colligat quicquid iam tempeſtiuum, & in ſanctam urbem deferat, & cum reliqui prouentus decimis in conuiuijs cum amicis conſumat, & cum pupillis ac uiduis. quinto demum anno arbitratu ſuo fructus colligat. Agrum uitibus conſitum ne ſemines. ſufficit enim quòd hanc plantam nutriat, nec opus eſt ut & aratro uexetur. Bubus aranda eſt terra, nec aliud animal cum eis ſubiugandum, ſed eiuſdem ſemper generis ſub idem iugum agēda. Semina quoq; debent eſſe pura & impermixta, nec duûm ſimul aut trium generū ſunt ſeminanda. abhorret enim natura communionem diſsimilium. Neq; diuerſi Leuit. 25

generis iumentorum coitus ſunt admittendi. uerendum enim ne hoc exemplo & ad homines contemptus generis ſui perueniat, ut ſolet à minimis principijs res in peius proficere. Cauendum eſt autem magnopere, ne quid eiuſmodi permittatur, ex cuius imitatione mores publici deprauari poſsint. quapropter ne leuia quidē leges diſsimulant, dum officio ſuo nuſquā deeſſe
Deut. 24 cupiunt. Metentes & demeſſa colligentes ne ſpicilegium faciāt, quin & de manipulis nonnihil egenis relinquant, ut hæc tanquam à fortuna obiecta in uſum ſuum conuertant & alimoniam. De uindemia quoq; racemuli relinquātur pauperibus: ſimiliter de oliuetorū fructu nōnihil, ut ſit egenis quod colligant, quandoquidem de ſuo non poſſunt. non enim tantū ex negligentiori collectiōe decedit, quantum accedit è pauperum gratia. Deus etiam ad enutriendos fructus terram alacriorem faciet, ſi non quiſq; ſuis tantum com
Deut. 25 modis prouideat, ſed inopum quoq; rationem habeat. Nec bubus in area triturantibus os obligandum eſt. non enim æquum eſt uetare laboris ſocios quo minus & fructuum ſint participes. Nec à pomis maturis uiatores ſunt arcendi, ſed ſinendi ut tanquam proprijs ſe ſatient: & ſiue indigenæ ſint, ſiue exteri, libenter illis ad eſum exhibenda ſunt. auferre uero ſecum non liceat.

Neque uindemiantes uetent obuios deguſtare ex his quæ ad torcular deferunt: iniquum enim fuerit de bonis à deo conceſsis inuidere tantillū concupiſcentibus, præſertim quum id anni tempus ſit fertiliſsimum, & iuxta dei ordinationem non diu duraturum. & ſi quis præ pudore cunctetur attingere, ut ſumant hortentur, Iſraelitas quidem ut ſocios, & quib. propter cognationem liceat hoc facere: aduenas uero hoſpitalibus his munuſculis dignentur, quæ ipſis deus pro tempore præbuit. Non enim debet exiſtimari detrimentum, quod liberali animo ſumendum hominibus permittitur: quia non in hoc deus abundantiam bonarū rerum largitur, ut his ſoli fruamur, ſed ut de noſtro alios etiam honoremus: uolens hoc modo ſingularem erga Iſraelitas fauorem ac liberalitatem ſuam gentibus innoteſcere, dum id quod ipſis ſupereſt, benignè cum illis cōmunicant. Qui uerò contrà fecerit, plagas una minus quadraginta publica ſcutica accipiens illiberalem hanc pœnā ſuſtineat, eo quòd cum eſſet ingenuus, lucro ſeruiens ipſe ſuam dignitatem læſerit. Rectum enim eſt ut cum ipſi multa in Aegypto & deſerto ſitis perpeſsi, aliorum miſerias non negligatis. & dei benignitate amplas facultates conſecuti, ex his nōnihil per compaſsionem egenis decidatis. Vltra duas decimas quas quotannis pendere iam iuſsi, alteram Leuitis, alteram in ſacras epulas, tertia tertio quoq; anno eſt conferenda, quæ in egenas uiduas & pupillos di
Deut. 26 ſtribuatur. E fructibus primos prouentus in templum deferant, & pro accepta terra quæ eos tulit deo gratijs actis, & ſacrificijs iuxta legem ritè peractis, primitias ſacerdotibus offerāt. Hæc omnia ubi quis perfecerit, & utraſque decimas tum quæ Leuitis debētur, tum quæ epulis attulerit, iter ingreſſurus conſiſtat é regione templi, ante omnia deo gratias agat, quòd ab Aegyptiorum graui ſeruitute liberatis terram uberem & amplam fruendam dederit: teſtatusq; decimas ſe iuxta Moyſis legem ſoluiſſe, precetur deum, ut tum ſibi priuatim, tum Hebræis publice propitius & quæ bona hactenus dedit, conſeruet, & pro ſua potentia ac benignitate augere etiam dignetur.

Vbi

Vbi ætas maturuerit uxores ducant uirgines ingenuas ex honeſtis parentibus prognatas. qui autem non ducit uirginem, ne ſibi coniungat alteri maritatam, né ue priorem eius uirum contriſtet. Ancillas ne ducant ingenui, ne adamatas quidem. decet enim cupiditatibus imperare, & ad retinendã dignitatem id magnopere conducit. Neq; meretrici ſit ius nuptiarum, cuius propter iniuriam ſuo corpori factam, nuptiale ſacrũ deus non admittit. atq; hæc ita obſeruari ualde intereſt, ad hoc ut proles naſcatur ingenua, & ad ſtudium uirtutis erecta, ſi non é turpi aut illiberali matrimonio ſint prognati.

Si quis aliquam pro uirgine deſponſam poſtea talem non inuenerit, in ius uocatam accuſet, afferatq; argumẽta quæ habet: puellæ uerò cauſam agat pater, aut frater, aut q poſt hos genere uidet proximus. Et ſiquidem puella fuerit abſoluta, degat in accuſatoris coniugio, isq; nullum poſthac dimittendi eam ius habeat, niſi talem ipſi cauſam præbuerit, quæ contradictionem non recipiat. cæterum temeritatis & petulantiæ qua inſontem detulit, pœnas luat quadraginta una minus plagis acceptis, & quinquaginta ſiclos puellæ patri mulctæ nomine numerare cogatur. Quòd ſi uitiata fuiſſe coarguatur, ſi quidem plebeia fuerit, eo quòd parum ſolicité pudicitiam uſq; ad nuptiarũ tempus ſeruauerit, lapidibus obruatur. quòd ſi ex ſacerdotibus prognata fuerit, uiuens exuratur. Deut. 24

Si quis duarum uxorum maritus propter amorẽ, aut formam, aut aliam quamuis cauſam, alteri plus beneuolentiæ honorisq; detulerit, alteri uerò minus: ſi filius dilectæ iunior quàm ille ex altera natus, propterea quòd ſua mater in maiore gratia patris fuiſſet, poſtulet ius primogeniturę, ut duplicem facultatum paternarũ partem iuxta meas leges auferat, non permittatur. iniquum enim eſt eum qui ſit natu grandior propter matrẽ negligentius à patre habitam ſuo priuilegio fraudari. Deut. 21

Qui uirgini alteri deſponſatæ ſtuprum obtulerit, ſi quidem perſuaſæ ut ſe prębęret, ſimul cum ea capitalis eſto. ſontes em̃ ſunt ambo: hic quia puellæ perſuaſit ut liberali coniugio rem turpiſsimam anteponeret: hæc uero quia lucro aut uoluptati ſuccubuit. quòd ſi ſolitariam alicubi nactus, ui oppreſſerit, ſolus det ſupplicĩũ. Qui uirginem nondum deſponſatam conſtuprauerit, ipſe ducat. quòd ſi pater puellæ nolit hanc ei nuptum tradere, quinquaginta ſiclos iniuriæ precĩũ numeret. Deut. 22

Qui à coniuge quacunque de cauſa, ut ſæpe hominibus uſu uenit, diſiũgi poſtulat, ſcripto ei ſecuritatem faciat, quòd eam nolit amplius repetere, ſic enim habebit poteſtatem alterius coniugis quærendi: alioqui diuortium non permittitur. Quòd ſi & alterum offenderit, aut poſt eius mortem prior reducere eam uoluerit, non licet ut ad eum redeat. Si cuius maritus nondum ſuſceptis liberis defunctus fuerit, frater mariti eam ducito: & filium ex ea natum defuncti nomine uocatum, ſortis hæredem nutrito. nam hoc è republica erit, dum nec familiæ deficiunt, & poſſeſsiones apud cognatos remanent. mulieri quoque leuior fit calamitas, cum prioris mariti coniunctiſsimo uicturæ. quòd ſi frater nolit eam ducere, mulier ſenatum accedens teſtetur, quòd uolentẽ eam in familia manere, & ex ipſo liberos gignere, cum iniuria defuncti repulerit. Rogante uerò ſenatu cauſam, ſiue magnã ſiue paruam afferat, huc tandem res euadet: uxor fratris ſoluto uiri illius calceo, & conſputa eius facie, meritò hæc illum pati dicet, qui fratris defuncti Leuit. 25

memoriæ iniuriam fecerit. atq; ita ille quidē è curia diſcedet, in omnē uitam
Deut. 21 notatus ignominia: mulier uero cui uult nubito. Si quis uel uirginem uel maritatam captiuam abduxerit, eiq; legitime coniungi uoluerit, non antè ius eſto cubile eius tãgere, quàm raſo capite ſumptoq; lugubri habitu cognatos & amicos in bello amiſſos deplorauerit, ut ita mœrore ſatiata tum demũ ad nuptiale conuiuium ueniat. Bonum enim & iuſtũ eſt, ut qui mulierem ex qua liberos gignat accipit, morem gerat eius affectibus, & non ſuæ tantum uoluptati indulgens illius deſideria negligat. Elapſis autē luctus triginta diebus, tot enim ſapienti ad deplorandos caros ſufficiunt, tunc nuptijs dare operam liceat. Quòd ſi ſatiata cõcupiſcentia pro coniuge eam habere dedignatus fuerit, ne pro ſerua quidem eam tractare ius habeat: ſed quocunq; mulier abire
Deut. 21 maluerit, liberam hoc faciendi poteſtatem habeat. Quicunq; è iunioribus parentes ſuos contempſerint, & debitum honorem præ pudore aut contumacia reddere eis neglexerint, & inſuper contumaces ac proterui in eos fuerint, hos primum uerbis parentes moneant. nam hos natura fecit idoneos iudices. dicantq; non uoluptatis cauſa in matrimonium ſe conueniſſe, neq; ut collatis in cõmune facultatibus opulentiores fierent: ſed ut liberos acquirerent, qui ſe in ſenectute nutriant, & neceſſaria ſibi ſuppeditent. Acceptos autem à deo cum gratiarum actiõe ac gaudio, ſumma cura educauiſſe, nulli rei parcentes quæ ad eorum ſalutem & inſtitutionē pertinere uiſa ſit. nũc quoque quando iuuentutis erratis ignoſcendum eſt, ſatis ſit quòd officij hactenus oblitus es. proinde reſipiſce & cogita, quòd etiam deus læſis parentibus offenditur, qui & ipſe humani parens eſt generis, & ad ſe pertinere iniuriam exiſtimat, quæ infertur hominibus cum quibus illi communis eſt appellatio. quin & lex talibus pœnam inclementer infligit, cuius abſit ut tu facias periculum. His uerbis ſi arrogantia iuuenum emendata fuerit, per inſcitiam cõmiſſis debetur uenia. hoc enim & ad legislatoris clementiæ laudem, & ad parentum felicitatem pertinet, ſi nec filium nec filiam legibus dare pœnas uideãt. quòd ſi hi ſermones & præcepta nihil profecerint, ſed contumacibus in parentes auſis pergat leges ſibi infeſtas reddere, ab ipſis extra urbem ſequente turba productus obruatur lapidibus, & per totum diem omnib. ad ſpectandum propoſitus, nocte demum ſepeliatur. Similiter & qui quomodocũq; legibus damnati dant ſupplicium. Quin & hoſtes ſepeliantur, nec mortuus quiſquam expers terræ iaceat, ultrà quàm iuſtum eſt, pœnas exſoluens.
Deut. 23 Mutuum dare ad uſuram Hebræorum nemini liceat, neque cibum neq; potum. non enim iuſtum eſt reditus captare ex fortunis tribulium, ſed præſtat opem ferre illorum neceſsitatibus, et ad lucrum imputare eorum gratiarum actionem, & dei retributionem, quæ huiuſmodi beneficentiam ſolet conſequi. Qui uero acceperint mutuò ſiue pecuniam, ſiue fructum aliquem aridũ aut liquidum, ubi deo fauente ex ſententia fruges ipſorum prouenerint, alacres reſtituãt eis qui mutuauerũt, quaſi ſua reponẽtes, & uſuri denuò ſi opus
Deut. 24 fuerit. Quòd ſi non pudeat eos non reddere, non ſunt è domibus auferenda pignora, niſi iuſſu iudicum: & pignus foris eſt expectandum. is uero qui afferre debet, nihil contradicat ei qui cum legum auxilio ad ſe uenit. & ſi quidem non inops fuerit, qui oppignerauerit, retineatur pignus, donec reddatur

datur mutuum. ſin autem pauper, reſtituat id creditor priuſquã ſol occidat, maximè ſi ueſtimentum pignus fuerit: ut habeat iturus cubitum, quandoquidem deus à natura erga pauperes eſt miſericors. Molam & inſtrumentum quod ad hanc pertinet nõ eſto ius pignus capere: ne carentibus his ſi deſit cibum parandi facultas, ob inopiam grauius aliquid accidat. Plagium qui commiſerit, mulctator capite: qui uerò aurum aut argentum ſubtraxerit, duplum reſtituito. Qui in furto deprehenſum, aut parietem perfodientem occiderit, impune eſto. Pecudem qui furatus fuerit, quadruplo mulctator, excepto boue. pro hoc enim quincuplum numerandum eſt. Qui uero mulctam ſoluere non ualet, in ſeruitutem uindicetur. Qui tribuli in ſeruitutem eſt uenditus, ſexennio ſeruiat, ſeptimo anno manumittatur. Quòd ſi in herili domo prolem è conſerua ſuſceperit, & propter ſuos affectus ſeruire maluerit, anno iobileo, is eſt quinquageſimus, liber eſto unà cũ filijs & uxore. Si quis aurum aut argentum in uia inuenerit, quærat eum qui perdidit, per præconem indicato loco in quo inuenit: reddatq; ſciens non eſſe bonum ex alieno damno lucrum facere. Sic & de pecudibus, in quas errãtes in deſerto inciderit, ſi ignoretur dominus, ſtatim apud ſe reſeruet, deum teſtatus quòd aliena uſurpare nõ cupiat. Iumentum per tempeſtatem in luto hærens præterire non licet, ſed ſubleuandum eſt non ſecus q̃ proprium. Viam ignoranti cõmonſtrare oportet, non per ludibrium riſum captando alienas utilitates impedire. Abſenti & ſurdo nemo male loquitor. Percuſſus in rixa abſq; ferro, confeſtim uindicetur: idem patiente eo qui percuſsit, quod fecit. quòd ſi domum relatus complures dies ægrotauerit, deinde moriatur, qui percuſsit à cæde inſons eſto. ſin autẽ reualuerit, & multa in ægritudine inſumpſerit, percuſſor quicquid interim dum decubuit impenſum eſt diſſoluat, præterq; mercedẽ medici. Qui mulierẽ uterũ gerentem calce percuſſerit, ſi quidem mulier abortiat, pecunia mulctetur à iudicibus, quòd corrupto fœtu populũ uno ciue diminuerit: & aliam præterea pecuniã det marito mulieris. quòd ſi illa moriatur, & ipſe det pœnas capite: quandoquidem uitam pro uita reponi iuſtum eſt. Venenum neq; letale, neq; aliàs noxium quiſquam Iſraelitarũ penes ſe habeat: quòd ſi habere deprehenſus ſit, morte mulctẽ, & patiatur id quod facturus erat illis aduerſus quos uenenum parauerat. Qui excæcauerit quenquam, ſimilia patiatur, priuatus quo priuauit aliũ, niſi is malit pecuniam accipere. nam ipſi lex permittit arbitrium æſtimandi ſuum caſum, ſi nolit haberi ſeuerior. Bouem cornupetam dominus iugulet. quòd ſi in area quenquam percuſſum interfecerit, ipſe quidem obruatur ſaxis, indignus qui uel in cibum ueniat. quòd ſi & dominus coarguatur nouiſſe ingenium eius, nec tamen cauiſſe, & ipſe morte mulctetur, ut qui à boue necato mortis cauſa fuerit. Quòd ſi ſeruum aut ancillam bos interfecerit, ipſe quidẽ lapidetur, dominus autem eius triginta ſiclos necati hero perſoluat. Quòd ſi bos à boue alio ita percuſſus mortuus fuerit, uendantur tam mortuus quàm qui percuſsit, & precium utriuſq; inter ſe domini partiantur. Qui puteum aut lacum fodiunt, diligenter curent, ut iniectis tabulis operiantur, non ut aquatio non ſit li-

Deut. 22

bera, ſed ut abſit periculum ne quid incidat. quòd ſi in talem foſſam nõ clau ſam pecus alicuius illapſum moriatur, pretium eius domino reſtitui debet. tecta quoq; circũſepienda ſunt obicibus, qui non facile prolabi ſinant ac de
Deut. 24 cidere. Depoſitum tanquam rem ſacram qui accepit, diligenter cuſtodiat, & nemo eius commiſſorem fraudare ſuſtineat, neq; uir, neq; mulier, etiã ſi nemine coarguente ingentẽ auri uim lucrifacturus ſit. in uniuerſum enim dãda eſt opera ut ſua cuiq; cõſcientia ſana ſit, & huic teſti approbari ſatis eſt quicquid laudem meretur apud homines. Prçcipuus autem dei reſpectus habendus eſt, quem nemo malus unquam poteſt fallere. quòd ſi abſq; dolo malo cui commiſſum eſt id perdiderit, accedens ad ſeptem illos iudices, iureiurando deum teſtem faciat, quòd nihil ſua uoluntate aut malitia ſit perditum, nec uſum ſe parte depoſiti, atq; ita abſolutus abeat. quòd ſi uel minima commiſſorum parte uſus pòſt perdiderit, ad redibendum quod accepit, in ſoli-
Ibidem dum condemnetur. Idem ius eſto de mercedibus quæ parantur labore corporis. Cauendum ne quis uirum pauperem mercede ſua defraudet, memor quòd is uice agri & facultatũ hoc à deo ſortitus ſit. proinde non procraſtinanda ſolutio, ſed eadem die reddendum, cum conſtet deũ nolle ut operarius laboris ſui fructu careat.
Ibidem Liberi ob parentum iniquitatem puniendi non ſunt, nimirum propter ſuam uirtutem digniores miſeratione, quòd è talibus nati ſint, quàm odio propter illorum uicia. Neq; patribus peccata filiorum ſunt imputanda, qui contempta parentum diſciplina multa ſibi permittunt facere. Spadones abominare & auerſare, qui uirilitate & genitura ſe ipſi priuauerunt, quam nobis deus ad incrementum & multiplicationem addidit. Procul arcendum eſt hoc genus, quod non modò poſteritatẽ quantum in ſe eſt, ſed multo ante propriam innocentiam ac puritatem perdidit. Satis enim conſtat, quòd effœminato primum animo etiam corpora habẽt muliebria. ſimiliter abhorrere oportet quicquid inter portenta ducitur.

Caſtrare nec hominem licet, nec ullum aliud animal.

Hæ pacis leges & inſtituta ſunto, & deus propitius inconcuſſam eam & imperturbatam conſeruabit. abſit autem ut ullum tempus ueniat quod hæc innouet & in contrariam formam transferat. Quoniam autem neceſſe eſt homines uel ſpõte uel inuitos in turbelas ac pericula incidere, age etiam de his pauca præcipiamus, ut ſcientes quid opus facto ſit, cum uſus erit in prõptu habeatis ſalutaria conſilia, nec ſitis hac parte imparati in ipſo temporis articulo. Faxitq; deus ut terrã quam uobis pro labore ueſtro ac uirtute dedit, in pace & tranquillitate colentes poſsideatis, nec hoſtib. incurſantibus, nec domeſtica ſeditione turbante, quæ abrogatis patrũ legibus & inſtitutis, in contrariam diſciplinã uos inducat: utq; in perpetua legũ à deo comprobatarum obſeruatione permaneatis. Bella uero uel uobis uel ueſtris poſteris gerẽda,
Deut. 20 extra fines deus auertat. Cæterũ cum bellum inſtabit, caduceatores primũ ad deſtinatos hoſtes ſunt mittendi. decet enim ante arma uerbis ad eos uti, docendo quòd quamuis & copiæ uobis adſint numeroſæ, & equi, & arma, & ſuper omnia deus auxiliator propicius, mauultis tamen non cogi ad bellum, neque ex rebus illorum direptis ingrata lucra quærere. Et ſi quidem

quod

quod æquũ eſt perſuaderi ſibi patiantur, præſtat pacem inuiolatam ſeruare: quòd ſi plus ſuis uiribus tribuẽtes ius in armis reponant, exercitũ contra eos educite, imperium deo committentes, creato uno aliquo forti uiro qui uicarius illi ſit, & quaſi proimperator. multorum enim imperium nõ modo moram affert rebus ſtrenuè gerendis, ſed nõ rarò plus nocet quàm prodeſt. Delectus autem habendus eſt uirorum tantum robore tam animi quàm corporis præſtantium: ignaui uerò minimè admiſcendi, ne dum res armis geritur, in fugam auerſi hoſtium conditionẽ potiorem faciant. Immunes autem ſint à militia, qui ædificata noua domo nondum integrũ annum illa ſunt uſi: tum qui plantata uinea nondum ex ea fructus perceperunt: & præter hos qui deſponſata uxore nondum eam domũ duxerũt: ne harum rerum deſiderio ſibi parcentes, & ſeruantes ſe relictis uoluptatibus, in gratiam uxorũ parum fortiter rem gerant. Caſtris autem poſitis cauete ne quid aſperè ac crudeliter faciatis: & oppugnaturi urbem ſi deſit materies ad machinarum fabricam, ne deglabretis terram frugiferas arbores excidendo: ſed parcite, non ignorantes in uſum hominum iſta creata, & ſi uox eis daretur expoſtulatura uobiſcum, quod cum ipſa belli cauſa non fuerint, iniuſtè affligantur, mutatura domicilium ſi liceat, & aliò migratura. Victores in prælio facti eos qui in aduerſa acie ſteterũt cædite, cæteros tributarios futuros ſeruate, excepta Chananæorum gente. Hi enim cùm totis familijs ſunt delendi. Cauete autem, maxime in bello, ut neq; mulier habitu uirili utatur, neq; uir ſtola mulie bri. Hæc ſunt inſtituta quæ Moyſes reliquit. Leges uerò antè quadrageſimo anno conſcriptas tradidit, de quibus in alijs commentarijs dicemus. Deut. 22

Deut. 30. 31 32. 33. 34

Sequentibus deinceps diebus, nam continenter conciones aduocabat, fauſtis eos precationibus deo commendauit, ſicut contrà diris imprecationibus eos deuouit, qui neglectis legibus aduerſus earum præſcriptum agerent. deinde carmen hexametrum eis recitauit, quod ſcriptum reliquit in ſacro uolumine, continens prædictionem futurorum, iuxta quam omnia facta ſunt, atq; fiunt, euentis nuſquam non congruentibus. Hæc uolumina & arcam ſacerdotibus tradidit, in qua decem illa præcepta in duabus tabulis ſcripta repoſuerat, & præter ea tabernaculum. populo etiam mãdauit, ut occupata terra & fixis ſedibus, non obliuiſceretur iniuriæ ab Amalecitis acceptæ: ſed expeditione in eos ſuſcepta pœnas repoſceret pro damnis in deſerto ſibi illatis. Capta autem Chananæa, & plebe eius ut par eſt deleta, aram erigere iuſſit ad ſolem orientem obuerſam, non procul à Sicimis urbe inter duos mõtes, dextrum Garizeum, ſiniſtrum Gibalem: diuiſasq; copias in ſenas tribus ſuper duobus montibus conſiſtere, & unà cum illis Leuitas ac ſacerdotes. & primum illos in Garizeo precari omnia fauſta leges dei & religionem ſeruantibus, & Moyſis conſtitutiones nõ uiolantibus, alteros uerò acclamationibus hoc approbare: & rurſum his precãtibus illos acclamare. deinde pari modo tranſgreſſoribus execrationes inferre, ſuccinentes ſibi inuicem, ab alteris dicta comprobãtes. & tam fauſtas ominationes quàm deuotiones in literas retulit, ut in perpetuum cuiuis eas diſcere liceat: quæ tandẽ huic aræ inſcriptæ ſunt ex utroq; latere, quà populus iuſſus eſt ſtare, & holocautomata offerre, Deut. 27. 28

& poſt eam diem nunquam alias uictimas imponere:neq; enim fas eſſe. Hæc ſunt quæ Moyſes præcepit,& quæ Hebræorum gens indeſinenter obſeruat.

Deut. 29 Poſtridie populo cum uxoribus & liberis in concionem collecto,ne mancipijs quidem excluſis,iureiurando eos ad legum cuſtodiam adſtrinxit: utque dei uoluntatem diligenter expendentes,neq; cognationis gratiam,neq; periculorum metum, neq; ullam aliam cauſam tanti facerẽt,ut eam potiorem legibus ducentes,ab earum præſcriptis diſcederẽt:ſed ſiue conſanguineorum unus aliquis,ſiue urbs quæpiam,circa eas turbare aliquid,aut ſtatũ earum labefactare conetur,priuatim & publicè illis periclitantibus auxilium ferrent. quam ſi uiciſſent,à fundamentis ut deſertricem reuellerent,& ne ſolum quidem ipſius ſi fieri poſsit ſupereſſe paterentur. ſin uerò id efficere non ualerent,nec pœnas meritas exigere,ſaltẽ teſtarentur ſe impietati alienæ non conſentire.hæc populus in foro iureiurãdo firmauit.Poſt hæc docebat eos quomodo ſacrificia deo gratiora fierent: & quomodo expeditiones ſuſcipiẽdæ, captato ſigno ex lapillis de quibus iam diximus. Sed & Ieſus ſuperſtite etiam tum & præſente Moyſe uaticinatus eſt quicquid pro ſalute populi geſturus erat,uel foris bello adminiſtrãdo,uel domi ferẽdis legibus:& ad uiuendi rationem recẽs inſtitutam eos præparans, diuino monitu ſe præſagire aiebat, quòd ſi patriam religionẽ uiolarent,clades non effugerẽt. nam & regionem ipſorum armis exterorum opplendam, & urbes diruendas, & templum incendendum,& ipſos ſub haſta uictoris uenundandos,ſeruiturosq; gentibus quæ afflictorum nulla miſeratione tangerẽtur:ac tum demum ſeram atq; inutilem erratorum pœnitentiam acturos. Deum tamẽ ipſorum conditorem, & urbes ſuis ciuibus & templum populo redditurum.Hæc autẽ fore,ut non

Deut. 31 ſemel tantum amittãt,ſed ſæpius.Deinde Moyſes exhortatus Ieſum ut in Chananæos exercitum duceret,affuturumq; cœptis eius deum pollicitus, & populo omnia fauſta ominatus: Quoniam, inquit, ad patres noſtros abeo, &

Deut. 33.34 deus hanc mihi diem abitus præfiniuit,gratias illi uiuens adhuc & uobis preſentibus ago pro cura ac prouidẽtia quam de rebus ueſtris hactenus habuit, non ſolum depellendis aduerſis,ſed commodis etiam largiter exhibendis:et quia laborem meum ac ſolicitudinẽ dum ueſtrum ſtatum in meliorem fortunam reducere conor,propicius ſemper adiuuit: imò uerò ipſe & exorſus eſt rem & abſoluit,me miniſtro uſus & uicario in obeundis quæ ad ueſtram felicitatẽ pertinere uiſa ſunt. Quapropter æquum eſt, ut priuſquam decedam, eius potentiæ, qui & in poſterum uobis non deerit, dignas laudes repẽdam, meq; hoc debito exoluam,ueſtræq; memorię cõmendem,quòd hunc ſolum colere & uenerari conuenit: & leges eius habere in precio, ut quæ omnibus reliquis donis iam acceptis, aut in poſterum à propicio conferendis, longè ſint anteponendę.Grauis enim aduerſarius eſt uel homo legislator,ſi conſtitutionibus ſuis autoritatẽ adimi ſentiat.Dei uerò indignationem abſit ut experiamini,quæ legibus ipſius contemptis excitari poſſet.Hæc poſtrema uerba Moyſe loquẽte, & ſingulis tribubus ſua fata aperiente, uniuerſa multitudo in lachrymas erupit,ut & mulieres plangẽtes dolorem ob futuram ipſius mortem conceptum declararẽt.quin & pueri præ mœroris impotentia plo-

rantes

rantes præ ſe ferebant, quòd tanta eſſet uiri uirtus ac magnificentia, ut ne illam quidem ætatem latere poſſet. Itaq; certamen quoddam erat inter minores & grandiores, utros maior haberet mœſtitia. alteri enim intelligẽtes quali orbarentur antiſtite, futuram ſuam conditionẽ lamentabantur. alteri hoc ipſum lugebant, quòd priuſquam eius uirtutem ſatis deguſtaſſent, iam carendum eo, ſeq; deſtituendos uidebant. Quantus autẽ fuerit populi ploratus & querimoniæ, coniecturã capere licet ex eo quod tũ prophetæ accidit. Quamuis enim perſuaſiſſimum ſemper habuit, nõ eſſe inſtante morte dolendum, ut quæ præter dei uoluntatem ac naturæ leges non ueniat, uiſo tamen affectu populi, à lacrymis temperare non ualuit: dum uerò eò proficiſcitur, ubi diſpariturus erat, omnes cum fletu ſequebantur. Tum Moyſes his qui longius aberant manu mota ſignificauit ut conſiſterent: propiores autem rogabat, ne exceſſum ſuum lacrymabilem facere pergerent, cum fletu proſequendo. Illi uerò & hanc extremã gratiam ei referendam exiſtimantes, ut quemadmodum cupiebat ſeorſum ſecederet, continuerunt ſe inter ſe lacrymãtes. Solus autem ſenatus eum deduxit, & pontifex Eleazarus, & imperator Ieſus. Vt uerò in mõte Abari uocato conſtitit, qui celſus eregione Hierichuntis attollitur, & conſcendentibus latè Chananæę terræ proſpectum exhibet, ſenatum dimiſit. Cumq; poſt mutuos complexus Eleazaro ac Ieſu ultimum uale diceret, inter loquendum repentina nube circundatus in uallem quandã eſt ablatus. In ſacris autem uoluminibus ſcripſit ſe mortuum, ueritus ne propter excellentem eius uirtutem à deo raptum prædicarent. Vitæ eius tempus uniuerſum centum uiginti annorum fuit, cuius tertiã partem in imperio exegit, uno menſe minus. Mortuusq; eſt ultimo anni menſe, die prima menſis qui à Macedonibus Dyſtrus dicitur, à noſtris uerò Adar: uir omnium quotquot unquam fuere prudentiſsimus, & qui conſilia bona optime noſſet exequi: adhæc eloquentia & in tractando populo gratia & dexteritate incomparabilis: affectus quoque ita ſemper in poteſtate habuit, ut omnino illis carere uideretur, & nomina tantum eorum ex his quæ in alijs hominibus conſpiceret, cognita habere. Imperator idem cum primis bonus, uates uerò qualis nemo alius, ut omnia eius uerba uim oraculorum obtinerent. Quapropter triginta diebus eum luxit populus, cui nunquam quicquam triſtius accidit, quàm tũc prophetæ mors. nec in præſens tantummodo ſui deſiderium reliquit, ſed maximam apud omnes exiſtimationem quotquot ſcripta eius euoluere contigit, dum eius uirtutem ex illis æſtimant. Atque hæc

ſunt quæ de Moyſis exitu dicenda habuimus.

FLAVII IOSEPHI AN TIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER QVINTVS.

Quomodo Ieſus Hebræorum imperator debellatis ac cæſis Chananæis terram eorum ſorte diuiſit tribubus. Cap. I

POST Moyſem, quemadmodum dixi, ex hominibus ſublatum, officiumq; memoriæ uiri exhibitum, ſedato luctu, Ieſus iubet copias ad expeditionem inſtrui: mittitq; exploratores in Hierichuntem, quo mentē eorum & uires cognoſceret: caſtra deinde mouet maturè Iordanem traiecturus. mox conuocatis Rubelidis & Gadidis tribuum principibus, atq; etiam Manaſſetidis: nam & huic tribui dimidiatę Amoræam habitare permiſſum erat, quæ fuit Chananææ pars ſeptima: reuocauit eis in mētem quid Moyſi fuiſſent polliciti: rogauitq; ut in eius gratiam qui ne ultimo quidē uitæ tempore proſpicere eis defatigatus eſt, & propter communem utilitatem, alacriter præſtarēt quæ promiſerant. illis uerò imperata haud grauatim faciētibus, armatis quinquaginta milibus, ab Abila ad Iordanem ſexaginta ſtadia caſtra promouit: quæ poſtquam metatus eſt, cōmodum ſpeculatores aderāt, omnibus apud Chananęos exploratis. ignoti enim à principio, totam illorum urbem per ocium conſiderauerūt, & mœnia qua parte magis aut minus erant munita, & portarum quęnā aſſultum minus ferre poſsint, & capi eſſent faciliores. nec quiſquā obuiorum ſpectantibus ſingula fuit moleſtus, dum curioſitatē hoſpitum conſuetam interpretantur, nec hoſtile adhuc quicquam ſuſpicantur. ut uerò ſub ueſperā ſeceſſerūt in quoddam diuerſorium non longè à mœnibus, in quod primum fuerant deducti, iamq; cœna peracta de reditu conſultabant, indicatum eſt regi cœnanti, ueniſſe ſpeculatum quoſdā è caſtris Hebræorum, & nunc diuertentes apud Rachaben hoc tantū curare quomodo latenter ſe ſubducāt. Ille uerò confeſtim mittit qui eos comprehendant, quæſtioni admouendos ut cauſam aduentus ſui aperiant. quos ubi aduentare Rachabe cognouit, fortè enim lini manipulos ſiccabat in mœnibus, ſpeculatores his contexit. miſsis autem à rege dixit, hoſpites quoſdam ignotos paulo ante ſolis occaſum apud ſe cœnatos diſceſſiſſe, qui ſi ſuſpecti eſſent regi, quaſi detrimentū aliquod reipublicæ allaturi, paruo negocio poſſe ab inſequentibus de uia retrahi. Tum illi decepti à muliere, quam ſeriò loqui putabant, ne perſcrutati quidē diuerſoriū abierunt. et excurrentes per uias quibus ueriſimile erat eos diſcedere, & quæ ad flumen ducebant, ueſtigio nullo inuento, fruſtra laborare deſtiterunt. Sedato aūt tumultu Rachabe deductos de mœnibus, & admonitos quāto ſuo periculo ſaluti eorum conſuluiſſet, ut quæ in dolo deprehenſa pœnam capitis cum tota familia regi erat datura, rogatosq; ut occupata terra Chananæa memores beneficij gratiam ſibi rependerent pro accepta ſalute, iuſsit ut bono animo abirent: iureiurando prius delato, quòd expugnata urbe, & alijs iuxta ipſorum decretum internecioni traditis: mulieri ſalus manebit incolumis. hunc enim

euentum

euentum ſibi deũ iam antè ſignificaſſe. illi & in præſens ei gratias agũt, & in futurũ abunde relaturos iureiurãdo confirmãt, & hoc conſiliũ dant, ut cum præſenſerit urbem expugnandã, contractis facultatibus & propinquis intra diuerſoriũ, ueſtem coccineã pro foribus expandat. imperatorẽ enim edicto inhibiturũ, ne quis eam domũ lædere audeat, quo datæ ſibi ſalutis gratiã reci piat. quòd ſi aliquis ex eius propinquis in pugna caderet, ipſius culpã fore nõ ſuam: neq; ſe ad eius incolumitatẽ prẽſtandã iureiurãdo teneri uelle. His con ditionibus diſceſſum eſt, cum ſe funẽ de mœnibus demiſiſſent: reuerſiq; ad ſuos rem totã ut erat acta narrauerũt. Tum Ieſus pontifici Eleazaro cũ ſenatu indicat quid exploratores Rachabæ iurauerint: eorumq; autoritate iuſiurandũ ratũ eſt habitũ. Imperatore aũt ſolicito de traiectu: amnis enim auctus aquis fluebat, & cum pontẽ nõ haberet, ne fabricari quidem hoſtis paſſurus uidebatur, nec naues ullæ præſto aderant: deus ſe illis tranſitum procuraturũ promiſit, fluentis eius imminutis. Itaq; Ieſus poſtquã duos dies expectaſſet, copias omnes ad hunc modũ in ulteriorẽ ripã traduxit. Sacerdotes cum arca agmẽ præcedebãt, poſt eos ibãt Leuitæ portãtes tabernaculũ & uaſa ſacrificijs deſtinata. Sequebaẽ deinde totũ agmen in ſuas tribus diſtinctũ, receptis in medium mulieribus ac pueris, quo tutiores eſſent ab impetu fluminis. Vt uerò ſacerdotibus primis ingreſsis uadabile eſt uiſum, q̃ & aqua decreuiſſet, & glarea non amplius ui undarũ uolueretur, ſed ſtabile ſolum exciperet ueſtigia, omnes iam intrepidè uadum tranſibant, tale redditũ cernentes quale deus promiſerat. ſteteruntq; in aluei medio ſacerdotes, donec tranſiret multitudo, & in tuto conſiſteret. quod ubi factum eſt, & ipſi egreſsi fluuium, liberum ei ſolitũ curſum reliquerunt: qui confeſtim auctus, ad priſtinã aquarum molem redijt. Exercitus aũt quinquaginta ſtadia progreſſus, ad decimũ à Hierichunte ſtadium caſtra metatus eſt. Porrò Ieſus ara exſtructa è lapidibus quos ſinguli tribuũ principes ex alueo propheta iubente ſuſtulerant, ut monumentũ eſſet prodigioſe refrænati fluminis, ſacrũ in ea deo fecit: & paſchæ ſolennitas eo loci celebrata eſt, omnibus rebus iã affluentibus, quarum penuria hactenus laboratũ fuerat. nam & ſegetes Chananæorũ maturas tum demetebãt, & alias prædas abigebãt. eodẽ enim tempore & mãna eis defecerat, poſt annũ ex quo ea primũ uti cœperãt quadrageſimũ. Cumq; hæc omnia ſecurè & impunè Iſraelitæ facerẽt, nuſquã occurrentibus Chananæis, ſed intra mœnia præ metu ſe continẽtibus, expugnare urbes eorũ Ieſus decreuit. Itaq; prima die feſtiuitatis, ſacerdotes arcã geſtantes, ſtipati armatorũ cuſtodia, acceſſerũt ad urbẽ ſeptẽ cornubus clangendo, & ad uirtutẽ ſuos adhortando circũambulabant mœnia ſenatu comitãte, nec aliud quicq̃ faciẽdo, q̃ quòd inflarẽt cornua, retro in caſtra reuertebanẽ. Cumq; per ſex continuos dies idẽ feciſſent, ſeptima Ieſus cõtractis in unũ copijs, reliquo populo cõuocato, lætũ illis affert nunciũ, urbẽ ea die ſine labore capiendã, deo hanc in poteſtatẽ ipſorũ tradẽte, & ruẽtibus ſua ſpõte mœnib. facilẽ aditũ aperiẽte. iuſſitq; omnes occidi quotquot in manus militũ deuenirẽt, & neq; laſsitudine, neq; miſeratione, neq; prædæ cupidine à cædibus auocari, aut effugium ullum hoſtibus permittere: ſed quicquid ſpiritum uitalem habet extinguere, nihil in prædam aut proprium emolumentum ceſſurum reſeruando. Quicquid

Ioſ. 3

Ioſ. 4. 5

Ioſ. 6

quid autẽ auri ac argenti repertum fuerit, in unum comportari uoluit, ut primitiæ ob rem feliciter geſtam ſpolia de primũ capta urbe deo dedicarentur. ſolam autem Rachaben cum ſua cognatione ſeruari, propter iuſiurandũ ab exploratoribus acceptum. Hæc locutus inſtructum exercitũ ad muros admouet. urbem deinde rurſum circumambulant, præcedentibus cum arca ſacerdotibus, & cornuũ claſsico militẽ ad aggrediendũ opus incitantibus. cumq; ſepties luſtrata pauliſper cõſtitiſſent, collapſa ſunt mœnia, nec machinis admotis, nec ulla alia ui ab exercitu illata. Hebrei uerò nullo negocio per ruinã irrumpẽtes in Hierichuntẽ omnes promiſcuè cædunt, inopinato mœniũ caſu conſternatos, & ſubitaneo ſtupore ad pugnã inutiles: paſsimq; cadaueribus uiæ ſternebantur, nullum nec præſidium nec effugiũ incolis inuenientibus, ita ut ne fœminis quidem parceretur ac pueris. repletaq; trucidatis urbs & poſtremò incenſa rogum defunctis præbuit, in agros quoq; pari ſæuiente incendio. Rachaben uerò cum domeſticis qui in diuerſorium confugerant, exploratores periculo exemerunt: ac mox ad Ieſum adductæ, gratiæ ſunt ob ſeruatos ſpeculatores actæ, dicẽte ſe meritis illam præmijs remuneraturum. moxq; agris donatam, in honore poſtea ſemper habuit. Reliquias autem urbis quæ incendio ſupererant, ferro diruit, diris execratus quiſquis ſemel uaſtatam inſtaurare aggrederetur: nimirum ut prima fundamenta iaciens orbaretur filio primogenito, & abſoluto opere natu minimũ è liberis amitteret. Nec irritam eſſe uoluit deus imprecationem, ſicut ſuo loco dicetur. E direptione autem ingens uis argenti ac auri, atq; etiam æris in unum aceruum eſt redacta, nemine edictum non obſeruãte, aut ſibi prædam ac lucrũ inde quærente. Eas manubias Ieſus ſacerdotibus in theſauros reponendas tradidit. Ac Hierichuntis quidem excidium in hunc modum ſe habuit. Achar autem
Ioſ. 7. 8 quidam Zebediæ filius ex tribu Iudæ, nactus paludamentum regium totum ex auro contextum, & maſſam auri trecentorum ſiclorũ pondo, & iniquum ratus ſi nullum periculi precium ad ſe rediret, ſed oblatum à fortuna lucrum deo nihil talibus rebus opus habenti offerret, intra tentorium in cauum profundum defodit, putans ſicut cõmilitones ita & deum ſe poſſe fallere. Erant tum caſtra in loco qui uocatur Galgala, uoce libertatẽ ſignificãte. tranſgreſsi enim fluuium, tandem ſe & ab Aegyptijs & ab erumnis in deſerto exantlatis liberatos exiſtimabant. Paucis autem pòſt diebus quàm Hierichus eſt exciſa, mittit Ieſus tria milia militum ad urbem Ainam ſupra Hierichuntem ſitam: qui cum Ainatis prælio congreſsi, & in fugam uerſi, triginta ſex è ſuis deſiderauerunt. Huius incõmodi accepti nuncius poſtquam in caſtra peruenit, maiorem quàm pro cæſorum numero mœſtitiam attulit: nõ tam propter amiſſos, tametſi omnes uiri fortes & honore digni fuerant, quàm propter deſperationem. Credentes enim ſe iam ea regione potitos, & illęſum exercitum habituros ut deus promiſerat, nunc mirum in modum elatos hoc ſucceſſu animos hoſtium uidebant. Itaq; ſaccos induti per totam diem hoc habitu in luctu ac lachrymis perſeuerebant: nullaq; interim corporum curandorum ratione habita, totos ſe dolori dediderant. Ieſus aũt uidens exercitũ ſic affectũ, & nihil læti amplius ſperantẽ, cum fiducia deum alloquitur: Nos, inquit, non noſtra temeritate adducti ſumus, ut terram hanc armis ſubigere conaremur,

ſed

ſed Moyſes ſeruus tuus ad hoc nos exciuit, cui multis atteſtantibus prodigijs pollicitus es, traditurũ te nobis hanc terrã poſsidẽdam, & exercitũ noſtrum ope tua fretũ ſemper in conflictu aduerſarijs fore ſuperiorẽ: atq; harum promiſsionum euentum nõ ſemel iam ſumus experti. Nunc autẽ præter opinionem clade accepta, & militibus aliquot deſideratis, hoc caſu territi, & de promiſsis tuis ac Moyſis hæſitates, & à prælijs abſtinemus, & poſt talia belli exordia nihilo feliciores progreſſus ſperare poſſumus. Tu ergo domine, potes enim, fer opem, & præſentem mœrorẽ uictoriam largitus adime, deſperationemq; in futurum attonitis eximе. Talibus exorabat deum Ieſus, in faciẽ humi prolapſus. Reſponſum deinde accipit, ſurgeret & luſtraret exercitũ pollutum ſacrilegio & uiolata religione. hanc enim cauſam eſſe præſentis calamitatis. inquiſitione aũt facta & pœna à ſacrilego exacta, Iſraelitarũ fore uictoriam. hoc oraculum Ieſus populo indicat, & uocato Eleazaro põtifice ac magiſtratibus ſortẽ per ſingulas tribus mittebat. cumq; ſors in Iudæ tribum cecidiſſet, rurſum per cognationes eius mittebat. & cũ in Sachariæ cognatione maleficium eſſet inuentum, eam rurſum uiritim examinantes, Acharem deprehenderunt. qui uidens non eſſe locum tergiuerſandi contra diuinum indicium, furtũ faſſus res furtiuas in mediũ protulit: moxq; affectus ſupplicio, noctu ignominioſæ ſepulturæ traditur, quemadmodũ ſolent damnati iudicio publico. Ieſus aũt luſtratum exercitũ ad Ainam ducit, & noctu diſpoſitis circa urbem inſidijs, diluculo hoſtem ad certamẽ prolicit. illis uerò audacter ob proximã uictoriã irruẽtibus, ſimulata fuga procul eos ab oppido abſtrahit, fuſum hoſtem exiſtimantes, & quaſi uictoria iam parta inſoleſcẽtes. poſtquam autem ſubitò conuerſis copijs in faciem illis obſtitit, & alijs qui in inſidijs latebant ex compoſito ſignum datum eſt, coorti celeri curſu ad Ainam feruntur, & auerſam eius portam occupant, pleriſq; ciuiũ è muris ſuorum utrum putabant uictoriam ſpectantibus: urbemq; ingreſsi ſine diſcrimine cædem ingentem edunt. Interim alia parte Ieſus obuios in fugam uertit: qui urbem petentes integram adhuc rati, ubi hanc quoq; ab hoſte captam ac cum uxoribus ac liberis incenſam animaduerterunt, per agros diſpalati, cum ſibi inuicẽ præſidio non poſſent eſſe, alij alijs in locis ſunt oppreſsi. Poſt hanc Ainatarum cladẽ magna multitudo puerorũ & mulierũ atq; mancipiorum capta eſt, & ſupellex ſine numero: pecudum item greges nõ modici, & inſuper ſignata pecunia multa: erat enim ea regio prædiues. atq; hæc omnia Ieſus inter milites partitus eſt in eis caſtris quæ habuit ad Galgala. Cæterũ Gabaonitæ qui nõ longè à Hieroſolymis habitãt, cognito Hierichuntiorũ & Ainatarum caſu, iamq; in ſe iturũ hoſtem ſuſpicati, Ieſum quidem precibus flectere nõ tentauerũt, fruſtra eas fore putantes apud eum qui interneciuũ bellum cum Chananæis gereret: ſed maluerũt uicinos Cepheritas & Cathieremitas in ſocietatẽ aſciſcere, dicentes nec ipſos poſſe euadere periculum niſi maturè prouideret: quod ſi ſuum conſilium ſequantur, nõ deeſſe remedium. Quod ubi perſuaſerunt, mittũt legatos ad Ieſum de fœdere, quos maxime credebãt ad negocium conficiendum idoneos. Qui periculoſum rati ſi ſe Chananæos faterentur, & multo tutius ſi nihil ſibi cum illis commune diceret, ſed longè diuerſas ſedes habere: aiunt ſe fama uiri excitos multorũ dierum iter feciſſe, 11 Ioſ. 9.

& hoc eſſe uerum ex habitu comprobabant. ueſtes enim quas uiam ingreſſuri nouas induiſſent, longo itinere detritas. ſumpſerãt enim tritas data opera, ut ueriſimilia dicere uiderentur. Hoc habitu in concionẽ ingreſsi, dicunt ſe miſſos à Gabaonitis & uicinis urbibus, ut ſaluis patrijs inſtitutis, in amicitiã eorum uenirent. comperto enim quòd deus gratuito munere Chananæorũ terram illis conceſsiſſet, gratulari ſe eis, & ius ciuitatis petere. his dictis, & oſtentatis ueſtibus in ſignũ longi itineris, orabant ut in fœdus & amicitiã admitterentur. Ieſus aũt credens eorum uerbis quòd Chananæi non eſſent, recipit eos in fidem & amicitiam: & Eleazarus pontifex cum ſenatu iurauit, habituros ſe eos pro amicis ac ſocijs, & nihil cõtra eos iniuſtum molituros, approbante id fœdus uniuerſo populo. hoc aſtu uoti compotes domũ ad ſuos ſunt reuerſi. Ieſus aũt exercitu ducto in ſubmontanum Chananææ tractum, cum audiſſet Gabaonitas non longe à Hieroſolymis habitare, & eſſe Chananæorum generis, euocatis eorum honoratioribus, fraudem eorũ incuſabat. illis uerò excuſantibus non alium ſe modum ſalutis quærendæ habuiſſe, & ideo ad dolum uerſos neceſsitate cõgente, Eleazarũ pontificẽ & ſenatũ conuocat. cumq; decretum eſſet non uiolandam fidem iureiurando ſancitã, ſed publicis miniſterijs deputandos, in hac conditione poſtea ſunt habiti: atque
Ioſ. 10 hoc pacto imminenti periculo ſe ſubtraxerunt. Cæterum cum rex Hieroſolymitarum indignè ferret Gabaonitas ad Ieſum defeciſſe, & quatuor proximarum gentium reges ad bellum contra eos gerendũ acciuiſſet, Gabaonitæ uidentes ſe peti, & hoſtes caſtris circa quendam fontẽ non longe ab urbe poſitis, ad oppugnationẽ expediri, Ieſum in auxilium aduocãt. nam eò tum res deuenerat, ut ab his pernicie expectarent, in illis uerò qui ad excidium Chananæorum uenerant, propter nouam amicitiam unicã ſpem ſalutis reponerent. Tum Ieſus cum toto exercitu in ſuccurſum properãs, die & nocte itinere facto, diluculo parãtes oppugnationem adoritur: cumq; terga uertiſſent, per decliue fugientes eſt perſecutus. Bethoraïs locus dicitur. Interfuiſſe huic prælio diuinũ auxilium euidentibus prodigijs apparuit, cælo tonante & crebris fulminum ictibus, grandine inſuper maiore ſolito ruẽte. acceſsit & illud nunquam antea uiſum, quòd dies factus eſt longior, ne interuentu noctis uictori hoſtis eriperetur. quo factũ eſt ut Ieſus reges iſtos caperet in ſpelunca quadam latebras quærentes iuxta Macchida, de omnibusq; ſupplicium ſumeret. creuiſſe autem eam diem ultra conſuetũ, extat relatum in ſacra uolumina quæ in templo ſunt aſſeruata. Debellatis in hunc modũ regibus qui Gabaonitas inuaſerant, Ieſus in Chananææ montana ducit exercitũ: & magna in ea
Ioſ. 11 regione cæde edita, prædaq; abacta, exercitũ reducit in Galgala. cumq; latè per circũquaq; ſitas regiones rumor de rebus Hebræorũ fortiter geſtis ſpargeretur, deq; ſtupenda multitudine cæſorum, excitati ſunt in eos reges Libani accolæ, & ipſi Chananæi generis: & quantum Chananæorũ campeſtria colit adſcitis Palæſtinis caſtra poſuerũt ad urbem Galilææ Berotham, non longe à ſuperiore Cædeſa, quę etiam in Galilæorum agro ſita eſt. erantq; omnes hæ copiæ, peditũ trecenta milia, equitum decem milia, curruũ uiginti milia: quæ tanta hoſtiũ multitudo, adeo tam ipſum Ieſum quàm cæteros Iſraelitas terruit, ut præ metu minimum à deſperatione abeſſent. Sed cum deus exprobraſſet

braſſet eis formidinem,& quòd eius præſidio ſe non tam tutos putarent,pollicitusq; uictoriam,equos captiuos eneruari & currus incendi iuſsiſſet:concepta ex his promiſsis fiducia,ducit in hoſtem: quem die quinto adeptus pugnandi copiam facit.fitq; conflictus ualidus, & ſtrages maior quàm ut facile credi poſsit eſt edita.in fuga quoq; plurimi ceciderunt, ut præter paucos totus hoſtilis exercitus interierit.reges etiam ad unum omnes ſunt cæſi:adeoq; ſæuitum eſt in uictos, ut hominibus ſublatis in equos ferrum exercerent, & currus exurerent.Totam deinde regionem peruagatus eſt,nemineq; audente congredi,expugnabat oppida, & quotquot ad manus ſuas peruenirent interficiebat.Iamq; quinto huius belli anno exacto Chananæorũ nemo ſupererat,niſi ſiqui in loca munitiſsima confugerant.Ieſus autem caſtris è Galgalis in montana translatis,ſacrum tabernaculum in urbe Silunte fixit:quòd is locus propter pulchritudinem uiſus ſit idoneus in quo tãtiſper maneret, dum maior cõmoditas ædificãdi templi ſe præberet.Inde cum omni populo profectus uerſus Sicima,altare ita ut Moyſes præceperat ſtatuit:& diuiſo exercitu,in Garizæo monte dimidium eius collocauit, & in Gibale alterum dimidium,in quo altare erat cũ Leuitis ac ſacerdotibus.ubi mactatis uictimis,exe
crationibusq; peractis & in altari inſculptis, in Siluntẽ ſunt reuerſi. Ieſus iii
autem iam ſenex,cum uideret Chananæorũ urbes penè inexpugnabiles, tum Ioſ.13.
propter ſitum natura tutũ, tum propter munitiones ad fruſtrandos hoſtium 14.18
conatus arte additas: nam cognito Iſraelitarũ ex Aegypto exitu, & quòd ad ſuum excidium properarẽt, toto illo tempore in muniendis oppidis occupati fuerant:conuentu populi in Siluntẽ indicto concionẽ aduocat.cumq; frequens concurſus factus eſſet,res hactenus fortiter ac feliciter geſtas recẽſuit, quales par erat dei auſpicijs à populo religioſiſsimo geri: reges triginta & unum auſos manus conſerere deuictos,exercitusq; potẽtiſsimos prælio ſuperatos,& internecione cæſos,ut ne reliquiæ quidem generis ſupereſſent. cæterum quoniam ex urbibus aliæ captæ eſſent,aliæ munitiores & ob hoc obſtinatiores longa oppugnatione opus haberẽt, cenſuit eos qui ex regione ultra Iordanẽ ſita in cõmunem expeditionẽ profecti fuerant,& propter cognationem ſocios periculorum ſe adiunxerant, gratijs prius actis ad proprias ſedes remittendos.deinde ex ſingulis tribubus ſingulos teſtatæ probitatis uiros eligendos,qui regionẽ totam permenſi bona fide & abſq; dolo magnitudinem eius renunciarẽt.In eam ſententiam itum eſt ab uniuerſo populo: moxq; eos uiros miſit ad metiendam terram adiunctis ad eos quibuſdam geometriæ peritis, qui propter hanc ſcientiam errare ac falli non poterant: hiſq; mandata dedit,ut æſtimationem agrorum iuxta bonitatem terræ facerent.nam Chananææ natura talis eſt,ut uidere liceat campos magnos & frugum ac fructuum feraciſsimos,qui collati ad aliam terrã admodũ uberes uideri poſſent: quòd ſi ijdem ad Hierichuntinum aut Hieroſolymitanum agrum conferãtur, iam non magni precij uidebuntur: cum tamen hi agri parui ſint & bona ex parte montani,ſed quantum ad fertilitatem attinet,nullis alijs ſecũdi. hanc ob rem uoluit iuxta æſtimationem potius quàm iuxta menſuram ſortitionem fieri, quòd nonnunquam unum iugerum pro mille alijs ualeat. Decemuiri autem huic negocio deſtinati perluſtrata regione & æſtimatiõe terræ peracta, ſepti

mo mẽſe reuerſi ſunt ad eum in Siluntẽ, ubi tum tabernaculi ſedes erat. Tum Ieſus aſſumpto Eleazaro cum ſenatu ac tribuũ principibus diuiſit regionem nouem tribubus & Manaſsitarũ dimidiæ parti, cuiq; tribui pro eius magnitudine agrum admetiens. cumque ad ſortes uentum eſſet, tribui Iudæ obuenit tota ſuperior Iudæa pertinens uſq; Hieroſolyma. latitudo uerò eius Sodomiticum lacum attingebat. in hac ſorte urbes erãt Aſcalon & Gaza. Secundò loco Simeonis ſortita eſt Idumææ partem Aegypto & Arabiæ conterminam. Beniamitæ deinde regionem ſortiti ſunt, quæ à Iordane amne uſq; mare protenditur. latitudo uerò eius patet Hieroſolyma inter & Bethela. anguſtiſsima autem hæc ſors fuit, propter agri bonitatẽ. Hieroſolyma enim & Hierichuntem acceperunt. Ephrẽmi autem tribus terram à Iordane uſq; Gadara in longum protenſam ſortita eſt, in latum patentem à Bethelis uſq; magnum campum. Manaſſetidis item dimidia pars agrum à Iordane uſq; Dora urbem, latitudine uſq; Bethſana, quæ nunc Scythopolis uocatur. Poſt hos Iſacharis in longum patentem à flumine uſq; Carmelum montem, latitudinis uerò mõs Itabyrius fuit terminus. Zabulonitæ uſq; Geneſaritem lacum terram Carmelo & mari contiguam ſunt ſortiti. Quæ aũt regio poſt Carmelum ſita eſt conuallis ex re nomen habens tota Aſeritis ceſsit quà ad Sidonem eſt obuerſa. In hac portione fuit urbs Arce, alio nomine Actipus. Quæ uerò ad orientẽ ſpectant uſq; Damaſcum urbem, & ſuperior Galilæa Nephthalitis obtigit, uſq; Libani montem & Iordanis fontes qui ex hoc mõte oriuntur, quà fines ſunt Arces urbis uerſus ſeptentriones ſitæ. Porrò Danitæ adepti ſunt quicquid uallis ad occidentẽ ſolem uergit, Azoto & Doris terminati. horum eſt Iamnia & Gitta, & totus ager qui ab Acarone pertingit uſq; montem à quo Iudæ tribus initium fecit. Ad hunc modum ſex gentium à filijs Chananæi denominatarum regionem Ieſus diuiſit, & nouem cum dimidia tribubus habitandã dedit. Amoræam enim & ipſam ab uno ex filijs eius dictam Moyſes iam ante duabus cum dimidia tribubus diuiſerat, ut ſuprà diximus. Sidoniorum aũt, Arucæorum, Amathæorũ & Aritheorũ agri nihil ad hanc diuiſionem pertinuerunt. Cæterum Ieſus ætate iam defecta cum non ualeret conſilia ſua per ſe exequi, & qui uicem eius gerebant, negligentius rempub. adminiſtrarent, præcepit unicuiq; tribui, ut ex ſua ſorte Chananæorum reliquias tolleret. In hoc enim conſiſtere & ipſorum ſecuritatẽ, & diſciplinæ ac religionis incolumitatem: idq; eos nõ ex Moyſi tantum monitis, ſed ſuomet experimento didiciſſe: deinde ut Leuitis triginta octo deſtinatas urbes redderent, iam enim decem in Amoræa trans flumen acceperant. ex his in tribus profugis recepta cula ſunt inſtituta. nihil enim magis erat curæ, q̃ ut nuſquam à Moyſis præſcriptis recederetur. hæ fuerunt, in tribu Iudæ Hebron, in Ephræmi Sicima, in Nephthalitide Cedeſis, quæ eſt in ſuperiore Galilæa. poſt hæc quod de præda in reliquũ erat diuiſit: ſupererat enim permultũ. unde non mediocris diuitiarũ acceſsio & publicè & priuatim facta eſt. tantũ erat auri & ueſtimentorum ac reliquæ ſupellectilis: tantum etiam iumẽtorum ac pecudum ut numero comprehendi non poſſent. Poſthęc aduocato in concionem exercitu, ad eos qui ex regione ultra Iordanẽ ſita unà militabant numero quinquaginta milia, in hanc ſententiã locutus eſt: Quoniam deus & pater qui eſt dominus

Lib. 4 cap. 7

nus Hebræorum generis, terram hãc & acquirere dedit, & in perpetuum manſuram nobis promiſit: uosq; opem ueſtram indigentibus ex mandato dei alacriter & impigrè præſtitiſtis, æquum eſt cum iam nihil arduum ſuperſit, miſſionẽ uobis dari, & promptitudine ueſtra non abuti: quandoquidem certi ſumus, ſi in poſterum ſit opus, nihilo ſegnius operam ueſtram nobis paratam fore. Itaq; gratias uobis agimus quòd ſocij periculorum eſſe uoluiſtis, rogamusq; ut in hac mutua beneuolentia perſeueretis, memores amicorum & quòd uos quoq; ueſtras poſſeſsiones noſtris auxilijs paraſtis, ſicut nos ad hanc felicitatem deo fauente & uobis adnitentibus peruenimus, nec id ſine ueſtræ operæ præmio: quandoquidem ex hac militia ditati eſtis, multumque prædæ, auri, & argenti referetis, & ſuper omnia noſtram beneuolentiam ad referendam uicem nunquam non promptam ac paratam. Nam & Moyſis mandatis ſatis feciſtis, non cõtempta autoritate mortui, & nihil uobis ad noſtram gratiam promerendam reliquum feciſtis. Lætos igitur uos ad ueſtras poſſeſsiones dimittimus, hoc unum rogatos, ut nullum terminum exiſtimetis cognationem noſtram dirimere: néue propter flumen medium alios nos putetis quàm Hebræos. Omnes enim Abrahæ ſtirps ſumus, qui uel hanc uel illam ripam incolimus, unus deus tam noſtros quàm ueſtros maiores in hãc lucem protulit: cuius leges ac religio per Moyſem inſtituta diligenter obſeruanda ſunt. hoc enim pacto futurus eſt adiutor & propicius: ſicut cõtrà ſi in alienos ritus degenerauerimus, & ipſe nos auerſabitur. Hæc locutus & ſingillatim primatibus populóque in commune dicto uale, ipſe quidem eodem loco reſtitit: reliqua autẽ multitudo uniuerſa cum lachrymis eos deducebat, & ægrè à ſe inuicem diuellebantur. Itaq; traiecto fluuio Rubelis tribus IIII
& Gaddis & quotquot Manaſsitarum eos ſunt ſecuti altare ſuper ripam Ior- Ioſ. 22
danis erigunt, monumẽtum poſteris & ſignum coniunctionis cum reliquis qui ultra Iordanem incolunt. Quo audito apud cæteros Iſraelitas, cum altare exſtructum ſcirent, non etiam quo animo, putabant eos nouata religione alienorum numinum cultum uelle introducere: & temerè hac ſuſpicione uiolatæ religionis moti, arma corripuerant uindicaturi patrios ritus, & pœnas à uiolatoribus exacturi. exiſtimabant enim non tam cognationis ac dignitatis eorum qui in hoc erant crimine, quàm diuinæ uoluntatis rationem habendam. atq; ita irati ad expeditionem ſe accinxerunt. Ieſus uerò & pontifex Eleazarus cum ſenatu cohibebant eos, dicentes uerbis prius quàm armis rem aggrediendam, & ſcitandum qua mente id fecerint: & ſi fortè malo animo factum deprehenſum ſit, tum demum armis impetendos. mittunt igitur eò legatos, Phineeſem filium Eleazari & cum eo decẽ honoratos in populo, qui cognoſcant quid ſibi uolentes altare in ripa conſtruxiſſent. Vt uerò traiecto flumine, & conuentu aduocato Phineeſes in concione conſtitit: Maius, inquit, ueſtrum delictum eſt quàm ut uerbis tantum caſtigari debeat. attamen non culpæ magnitudine moti repente ad arma conclamauimus ut pœnas ſumeremus, ſed reſpectu cognationis, & ea ſpe quòd fortaſſe admonitione ad ſanitatem reduci poſsitis, legationem ad uos ſuſcepimus, ut cognita cauſa extructi altaris, non temerè armaſſe nos in uos uideamur, ſi pijs rationibus

adducti id feciſtis: ſin autem in culpa ſitis, iuſtam ultionem uiolatæ pietatis inferamus. Vix enim credere potuimus, uos qui perſpectam dei ſententiam habetis, & legum eius auditores eſtis, diſiunctos à nobis & in ueſtram poſſeſſionem reuerſos, quam deo ferre acceptam debetis, cuius prouidentia uobis contigit, beneficiorũ ipſius oblitos, & relictis tabernaculo, arca, & altari patrio, externos deos complecti, ac Chananæorũ impietati accedere. Sed uenia dabitur, ſi reſipiſcatis, & nõ ad maiorem inſaniã prolabamini, ad domeſticarum legum reuerentiã reducti. Quòd ſi in male cœptis obſtinatè perſiſtatis, non grauabimur ullum laborem pro legum defenſione ſuſcipere, ſed ad has ſimul & dei honorẽ tuendum flumine traiecto, pro Chananęis habitos, non ſecus atq; illos exterminabimus. Cauete enim putetis quia extra limitem noſtrum eſtis, extra poteſtatem etiam dei uos euaſiſſe. ubiubi eſtis, omnia ſunt illius, nec licet ius eius ac iudiciũ effugere. Quòd ſi putatis locum uobis ad recte ſapiendum eſſe obſtaculo, præſtat nouã agrorũ diuiſionẽ facere, & hanc regionem pecoribus compaſcuã relinquere. Satius eſt igitur ut reſipiſcatis, & à nouitatibus mutato propoſito deſiſtatis: rogamusq; uos per ſalutẽ liberorum ac coniugũ, & quicquid habetis cariſsimũ, ne nobis belli ſuſcipiendi neceſsitatem imponatis, contra quos minime uolumus. In hac enim concione & conſultatione ſitum eſt, utrũ pace noſtra & ueſtris affectibus perpetuò frui malitis, à nobis perſuaſi, an uos & ueſtra omnia belli periculis exponere.

Poſtquã hæc Phineeſes dicere deſijt, qui concioni præerant, pro cõmunis cauſæ defenſione hæc attulerũt: Viri fratres, nos neq; à cognatione deficere uolumus, neq; in religione cuius nequaquam pœnitet, quicquam innouare. Vnum deũ nouimus Hebræis omnibus cõmunem, & altare eius æreũ quod eſt ante tabernaculum, nec aliud unquã noſtras excipiet uictimas. Nam hoc quod nunc ereximus, quodq; ueſtræ ſuſpicioni anſam præbuit, nõ ad deum ſacrificijs placandum exſtructũ eſt, ſed ut perpetuum argumentũ exſtet noſtræ neceſsitudinis, nosq; patriæ religionis admoneat, non ut uos ſuſpicamini, uiolandæ religionis ſit initiũ. & hanc fuiſſe nobis exſtruẽdi cauſam, deus ipſe teſtis eſto idoneus. quapropter meliorẽ poſthac de nobis opinionem habetote, abſitq; ut nos affines exiſtimetis ei crimini, cui quiſquis ex Abrahæ poſteris ſe obnoxiũ fecerit, & à patrijs morib. ac ritibus degenerauerit, abſq; capitali pœna expiari non ualeat. His auditis Phineeſes, collaudataq; eorum cõſtantia, reuerſus ad Ieſum, rẽ totam apud populũ expoſuit. qui lætus quòd nec delectu opus eſſet nec ciuili ſanguine, gratias egit deo p ſacrificia: moxq; ſoluto conuẽtu, reuerſis ad ſua ſingulis, ipſe apud Sicima elegit domicilium.

Ioſ. 23. 24 Anno aũt pòſt uigeſimo iam decrepitus, accitis oppidatim honoratioribus, & cum ſenatu magiſtratibus, tum ex plebe quotquot erat cõmodum, ubi uidit omnes adeſſe: primũ dei beneficia in memoriam illis reuocat plurima, per quæ ex rebus afflictis in tantas opes tantamq; gloriam peruenerant. hortatur deinde ut dent operam ut deum in poſterum æquè habeant propicium, cum ſciant eius beneuolentiã non alijs retineri poſſe quàm pietatis artibus. Suum enim fuiſſe ut priuſquam decederet, illos officij cõmonefaceret. poſtremò rogauit ut hãc admonitionẽ boni cõſulerent, eſſentq; eius perpetuò memores.

poſt

poſt hanc concionem naturæ debitũ exoluit, anno uitæ centeſimodecimo: quorum x L ſub Moyſe magiſtro miniſter ipſius exegit, & poſt eius obitum uigintiquinq; reip. præfuit, uir incõparabili tum prudentia tum eloquentia, adhęc in re imperatoria fortis & impiger, nec minus in pace bonus & utilis: deniq; in quauis uirtute eximius. Sepultus eſt in oppido Thamna tribus Ephræmitidis. per idem tempus moritur & Eleazarus pontifex, Phineeſi hæreditariũ relinquens ſacerdotiũ. ſepulturæ eius monumentum impoſitũ extat in urbe Gabatha. Poſt horũ obitum conſultus Phineeſes à populo de uoluntate dei, cuiúſnam foret imperiũ in bello Chananæo, reſpondit iubere deum ut Iudæ tribus ductu bellum gererent, quę mox aſſumpta Simeonide, his conditionibus rem aggreſſa eſt, ut ſublatis è ſua ditiõe hoſtiũ reliquijs, tũ tributarijs, in alterius tribus extirpãdis huius gñis reliquijs uicẽ rependeret. v iud. i

Quõ poſt mortẽ imperatoris Iſraelitæ neglectis patrijs religiõibus in extremas calamitates inciderũt, & exorto ciuili bello ex uniuerſis Beniamitis Dc. tantũ fuere ſuperſtites. Cap. II

AT Chananęi quorum res tum erant ſatis integrę, cum magno exercitu apud Bezecam urbem eos expectabant, ductu loci regis Adonibezeci. id nomẽ Bezecenorum dominum ſignificat. adoni enim Hebræorum lingua dominus dicitur. Hi ſpem uictoriæ reponebant in hoc, q̃ Ieſus dux Iſraelitarũ eſſet defunct⁹. aduerſus hos quas dixi duæ tribus egregiè pugnauerunt: & cæſis decem millibus dum reliquos fugientes inſequuntur Adonibezecum ceperunt. qui manibus ac pedibus truncatus, agnouit diuinam iuſtitiam, ſeptuaginta & duos reges antea hũc in modum à ſe mulctatos confeſſus. ſic affectũ detulerunt non longè à Hieroſolymis, ubi fato functum terræ mandauerunt. deinde circa oppida bellum circumferebant: quorum bona parte capta, Hieroſolyma ſunt adorti. Et capta inferiore eius parte, omnes habitatores terræ cõtrucidauerunt. at ſuperior natura loci & munitionib. eſt defenſa. quare oppugnatione in Hebronẽ translata, urbeq; ui capta, in oppidanos omnes ſæuitũ eſt. apud hos in eam diem ſuperſtites erant quidam è gigantũ genere, ſtatura & ſpecie cæteris mortalibus diſpares, uiſu ſimul & auditu horribiles: quorũ oſſa adhuc oſtenduntur, qualia uix credãt qui nõ uiderunt ipſi. Hoc oppidũ Leuitis honoris gratia conceſſum eſt cum illis duobus cubitorũ millibus: reliquũ eius agrum Chalebo dono dederũt, iuxta mandatũ Moyſis. fuerat hic unus è ſpeculatoribus, quos Moyſes in Chananæam præmiſerat. Habita eſt ratio Iethræ quoq; Madianitæ, olim Moyſis ſoceri, cuius poſteris ager eſt attributus, quia relicta patria comites ſe adiunxerant, & in deſerto ærumnarũ ſocij fuerant. expugnatis mõtanis oppidis, in campeſtria & maritima deſcendẽtes prædictæ duæ tribus Aſcalonẽ & Azotum de Chananæis ceperunt. Euaſit autẽ eos Gaza & Accaron, q̃ in planicie ſitæ & abundantes curribus, inuadentes ſe male mulctatos facile reijciebant. Atq; ita hæ duæ tribus magnis opibus bello acquiſitis domũ ſe receperũt, & arma depoſuerũt. Beniamitæ uerò in quorũ ſorte erãt Hieroſolyma, tributo impoſito habitatorib. eius pacẽ dederũt: & in poſterũ alteri à cædibus, alteri à periculis feriati, ad culturã agrorũ utriq; ſe contulerũt. Beniamitarũ exemplo motæ reliquæ tribus & ipſæ idem fecerunt, & tributis contenti pacẽ Cha- ioſ. 21

nanæis dederunt. Ephræmi uerò tribus cum aſsidendo Bethelis multo tempore ac labore impenſo nihil proficeret, in cœptis tamen pertinaciter durauit. tandem cõprehenſo uno ciuiũ qui in urbem importabat neceſſaria, fide data & accepta, & iureiurando firmata, intromiſſos clàm ipſum cum familia ſeruaturos, proditione eius facti ſunt uoti cõpotes: cæſisq; reliquis omnibus præter hos quibus ſalus ex pacto debebatur, ipſi poſthac urbis dominiũ ha-
VI buerunt. Omiſſo deinde bello Iſraelitæ omnes agriculturæ tantum operã dabant: atq; ita pace longa emolliti, uoluptati magis quàm honeſtati ſtudebant, diſciplinæ ac legum diuinarum immemores. qua iniuria deus commotus per uatem admonet eos nõ è ſua ſentẽtia hoſti Chananæo parcere, quamobrem fore ut aliquando per occaſionẽ pro intempeſtiua clementia crudelitatem eis reponeret. at illis, tametſi territis oraculo, bellũ tamen non libebat ſuſcipere, tum quòd multa è Chananæo perciperent cõmoda, tum quòd ob luxum ad laborem non eſſent idonei: deprauata iam reipublicæ forma, & autoritate optimatũ inualida, dum nec ſenatus ut antè legitur, nec magiſtratus ſolennes creantur: dumq; relicta cura ſtatus publici, omnes priuatis tantum lucris ſunt dediti. In tanta licentia perturbatio grauis incidit, ex qua mox bellum ciuile exortum eſt, quod hanc cauſam habuit. Vir è plebe Leuitica, in
Iud. 19 Ephræmitarũ ditione habitans, duxit uxorem natam in oppido Bethlemis, quod ad tribum Iudæ attinet. hanc cum uehementer ob formam amaret, parum reſpondere in amore ægrè ferebat. hinc orto diſsidio, mulier cõtinuas expoſtulationes non ferens, relicto marito menſe quarto ad parentes reuertitur. is coactus deſiderio, & ipſe uenit ad ſoceros, quorũ opera miſsis quere lis cum uxore in gratiam reuertit. eo loci quatuor dies exegit, comiter à puellæ parentibus habitus. quinta cum decreuiſſet domũ repetere, poſt meridiẽ iter ingredit. cunctanter enim parẽtes filiam dimiſerũt, nec niſi meliore diei parte tranſacta. comes erat unus famulus, & mulier uehebatur aſina. cumq; emenſi triginta ſtadia nõ longe abeſſent à Hieroſolymis, famulus dabat conſilium ut aliquò diuerterẽt: ne ſi nox iter faciẽtes opprimeret, in aliquod incõmodum inciderent, præſertim propinquis hoſtibus, cũ ſerotina hora etiã amicorũ loca ſuſpecta facere ſoleat. marito non placuit alienigenarũ uti hoſpitio. nam Chananæi tum urbẽ tenebãt, malebatq; progreſſus uiginti ſtadia ad ſui generis homines diuertere. in hoc conſentiẽtibus omnibus, peruenit in Gabam tribus Beniamitidis ſero admodũ, cumq; in foro inueniret neminem qui ſe inuitaret ad hoſpitiũ, ſenex quidã è rure domũ repetens, Ephræmita genere, ſed Gabæ habitans, caſu repertũ interrogat, quis nam ſit, & cur crepuſculo demũ cœnam è foro peteret. ille ſe Leuitam ait, & uxorẽ à parentibus domũ reducere, & in Ephræmitarum ditione ſe habere domicilium. Tum ſenex reſpectu cognationis ac tribus, & quod fortè oblatus hoſpes uiſus eſt, ad ſe deducit hominem. Gabaeni uerò quidam iuuenes qui mulierculam in foro uiderant, mirati eius formam, poſtquam ad ſenem illũ diuertiſſe cognouerunt, contempta imbecillitate & ſolitudine, uenerũt ad ianuam: roganteq; ſene ut abirent, & uim abſtinerent ac iniuriam, poſtulabant ut exhibita hoſpita quieti ſuæ conſuleret. cumq; ille contrà diceret cognatã eſſe, &

Leuiti-

Leuitidem,peccaturos eos grauiter,ſi propter uoluptatē leges uiolarent,iuuenesq́; iura contemnerent ac deriderent, cædē minantes ſi obſtare libidini eorum pergeret,ſenex ait ſe filiam eis permittere,ut ſaluo hoſpitali iure cupiditatem explerent, uolens quantum in ſe erat tutos ab iniuria præſtare, quos exceperat.illis uerò pertinaciter hoſpitam expetentibus, & hanc omnino accipere uolentibus,ſupplex orabat ne quid contra leges cōmitterent. at illi furentes ui raptam mulierem domum abducunt, cumq́; ei per totam noctē ad ſatietatē illuſiſſent, diluculo dimiſerunt: quæ ita miſere affecta ad hoſpitium reuertitur:& præ nimio dolore ac uerecundia, non audens in mariti conſpectum uenire,quòd hunc indigniſsimè rem laturū putaret,humi collapſa expirauit.Leuita ratus ſopore oppreſſam,et nihil grauius ſuſpicans,excitare conabatur,conſolaturus eo quòd non ſponte ſe ad ſtuprum præbuiſſet, ſed ui in alienas ædes abrepta. ut uerò defunctam ſenſit,ſatis prudēter pro calamitatis magnitudine ſe gerens,cadauer iumento impoſitum domum reportat: & mēbratim diuiſum in partes duodecim,ad ſingulas tribus miſit, mandans perferentibus, ut indicarent per tribus qui mulieri cauſa mortis fuerint, & de eorum uiolentia. Tum uerò illi nunquā tali antè uiſo uel audito ſpectacu Iud.20
lo ad indignationem grauiter cōmoti,& iuſto furore perciti apud Siluntem conuentū faciunt,& congregati ante tabernaculum, Gabaenos hoſtiliter armis impetere decernunt. Hunc impetum ſenatus cohibuit, ſuadens non ita temere cognatis bellum inferendū,priuſquam uerbis agerēt de criminibus: quando ne in exteros quidem ob iniuriam acceptā armari leges permittunt, niſi legatis prius de ſatisfactione miſsis.rectum igitur eſſe ad Gabaenos mittere qui ſontes ad ſupplicium depoſcant.qui ſi dedantur,horum pœna contentos eſſe debere.ſin contumaces fuerint,bello in eos uindicandum. Itaque mittūtur ad Gabaenos accuſaturi eos iuuenes qui uim pudicitiæ mulieris intulerant, & poſtulaturi ut pro uiolatis legibus morte iuſtas pœnas penderent.Gabaeni uerò non dediderunt iuuenes,arbitrati ſibi pudendum ſi alienis imperatis metu belli parerent, cum multitudine ac uirtute nulli ſe cedere uideri uellent: eratq́; magnus apparatus totius tribus, cum cæteri non defuturos ſe promitterent,ſi quis eos ui & armis aggredi uellet.Quæ poſtq̄ Iſraelitis à Gabaenis renuntiata ſunt,iureiurando ſanciunt,neminem ex ſuis uiro Beniamitæ filiam traditurū in coniugē: & acriore bello perſecuturos ſe eam tribū,quàm maiores eorū Chananæos perſecuti ſint. Et confeſtim eduxerūt contra eos exercitum quadringentorum millium armatorum. Beniamitę uerò habuerunt uigintiquinq; armatorum millia,& inſuper ſexcētos. ex eo numero fuere quingenti funditores peritiſsimi,qui lęua manu feriebant.itaque commiſſo apud Gabam prælio, egregiè uicere Beniamitæ, cæſis ex aduerſa acie uiginti duobus millibus.& fortaſſe plures cecidiſſent, niſi nox prælium diremiſſet.atque ita Beniamitæ læti ſe intra mœnia receperunt, Iſraelitæ uero in caſtra inſperata clade attoniti. Sequenti die prælium inſtauratur, & Beniamitis rurſum uincentibus, decemocto millia cadunt ex parte Iſraelitarum, quo factum eſt ut caſtra metu deſererent.profectiq́; Bethela, quæ urbs non longe aberat, poſtridie ieiunio peracto ſupplicauerunt deo per Phineeſem pontificem ut ab ira deſiſteret,& contentus duabus cladibus uictoriam

riam & robur contra hoſtem concederet. Deus uerò precibus eorũ annuit, & per eundem uatem fauorem eſt pollicitus. Ergo diuiſis bifariam copijs, di midiam partem noctu circa urbem in inſidijs collocant, reliqua in aciẽ producta cum Beniamitis manus conſerunt, moxq; ut impares paulatim pedem referunt. eo magis Beniamitæ inſtant ſponte cedentibus quo lõgius hoſtem ab urbe abſtraherent, ita ut etiam illi qui in urbe propter ætatẽ imbellem relicti fuerant, procurrerent quaſi prædæ futuri ſocij. poſtquã autem ſatis longe à mœnibus diſceſſum eſt, Hebræi reuerſi in pugnam ſignũ dant inſidiatoribus: qui mox coorti cum clamore hoſtem à tergo inuadunt. Senſerunt illi ſe deceptos, & cum conſiliũ in ancipiti metu nõ ſuppeteret, in conuallẽ quandam cõpulſi, circumdatis expeditioribus qui eminus pugnare aſſueuerant, telis ferarũ in morem ſunt confixi. Sexcenti tantũ euaſerunt incolumes: qui conglobati & facto cuneo, ferociter per medios hoſtes eruperũt: & in montem quendã fuga delati natura loci ſe tutati ſunt. reliqui omnes ceciderũt, numero circiter uigintiquinq; millia. Iſraelitæ uerò Gabam incenderũt, & mulieres atq; impuberes cõtrucidauerunt. pari modo & in alias Beniamitarum urbes ſæuitũ eſt: adeoq; indignatio iuſta eos efferauerat, ut ad expugnandã etiã Iabiſum Galaditidis urbẽ, quæ auxiliũ cõtra Beniamitas negauerat, duodecim ſelecta millia mitterent. qui potiti urbe occiderunt tam uiros q̃ mulie
Iud. 21 res & pueros, ſeruatis tantũ quadringentis uirginibus. Tantus erat dolor ac furor ob perpetratũ in mulierem ſcelus, recentibus etiam cladibus exaſperatus. qui poſtq̃ reſedit, ſubſecuta eſt pœnitẽtia, dum una ſe tribu diminutos reputant. & quamuis iuſtis armis oppreſſos cenſerent, ut qui contra leges diuinas peccauerant, ieiuniũ tamen indixerunt ob eorum exitiũ. Sexcẽtos quoq; illos qui effugerant, miſsis legatis reuocant. hi petram quandã, quæ Rhoa dicitur, in deſerto occupauerãt. Legati uerò apud illos tãm ipſorũ quàm ſuam cladem conqueſti, quod infectũ eſſe non poterat, ſuaſerunt æquo ferrẽt animo, & ad ſui generis reliquos aggregarentur, né ue quantũ in ſe eſſet, uniuerſam tribum Beniamiticam irent perditũ. Licere enim illis pace ſua tribus totius agros recipere, & prædam inſuper quantã poſſent abigere. At illi agnoſcentes ſuam iniuſtitiam iuſto dei iudicio damnatam, reuerſi ſunt in ſuæ tribus ditionem, parentes ſuorũ hortatibus. Iſraelitæ uerò dederunt eis in uxores quadringentas illas uirgines Iabiticas. de reliquis uero deliberabant unde illis uxores ad ſufficiendã prolem parari poſſent. cum enim ante initiũ belli iureiurando cautũ eſſet ne quis filiam in Beniamiticam tribum elocaret, nõ deerant qui negligendum id ſacramentũ conſulerent, quod ab ira profectũ eſſet, nõ à iudicio. Non ingratam rem deo fore ſi quomodo prouideatur, ne integra tribus pereat: & periuria nõ quando neceſſario fiunt periculoſa eſſe ac grauia, ſed cum auſu malitioſo cõmittuntur. Cum uerò ſenatus ſucclamatione periurij mentionem abominaretur, extitit quidã qui diceret habere ſe conſiliũ, quomodo ſaluo iureiurando Beniamitis uxores poſſent cõtingere. Proferre deinde id à ſenatu iuſſus: Singulis, inquit, annis nobis mos eſt apud Siluntem ad celebritatẽ conuenire, in quo comitatu ſequunt & coniuges & filiæ. Harum quotquot potuerint rapere Beniamitis impune ſit, uobis nec iubentibus nec prohibentibus. quod ſi patres earum ægre tulerint, & uindictam

poſtula-

poſtulauerint, dicemus ipſos in culpa eſſe, qui filias negligenter cuſtodiuerint: & q̃ non oportet iræ in Beniamitas nimis indulgere, qua iam antè plus ſatis contra conſanguineos ſint uſi. In hanc ſententiam conceſſum eſt, decretumq; ut liceat Beniamitis uxores rapto quærere. Inſtante aũt feſto ducẽti illi bini trini ue ante urbem inſidiabantur aduentantibus uirginibus inter uineta & per alias latebras. illę uero nihil ſuſpicãtes luſitando ſecurè iter faciebãt. iuuenes aũt coorti diſperſas corripiebant: atq; hoc pacto quæſitis nuptijs, agriculturæ inſudantes, dederũt operam ut ad priſtinã felicitatem aliquando redire poſſent. Quo factum eſt ut Beniamitarũ tribus quæ minimũ ab internecione abfuit, prudenti hoc Iſraelitarum cõſilio ſeruaretur: moxq; magnis incrementis tam numero q̃ opibus eſt aucta. Hic finis fuit belli Beniamitici.

Nec felicior per idem tempus fuit Daniana tribus, tali fortuna uſa. Iſraelitis iam deſuetis armorum exercitio, & in colendis agris tantum occupatis, Chananæi in contemptum gentis collegerunt copias: non quòd ſibi timerẽt, ſed ut illata Hebræis aliqua memorabili clade, ſecurius in poſterũ ſuas urbes habitarent. & coniuratione facta, magnoq; numero peditũ armato, adiunctis etiam curribus, Aſcalonem & Accaronẽ in ſorte Iudæ ſitas in partes ſuas traxerunt, & alias pleraſq; campeſtres ciuitates: ita ut Danitæ in montana compellerentur, ne pedem quidẽ ubi ponerent in campeſtribus habẽtes. qui cum nec bello eſſent pares, nec pro numero ſatis agrorũ haberẽt, miſerũt ex ſuis quinq; uiros in mediterranea, diſpecturos nunquem locum inuenirent deducendis colonis idoneum. illi à campo magno Sidonis iter unius diei progreſſi, nõ longe à Libano & minoris Iordanis fontibus inuento agro bono ac fertili, rem totam ſuis renuntiant. qui mox cum exercitu illo profecti cõdiderunt urbem Dana, cognominem uni è Iacobi filijs, & à ſua tribu denominatam. Iſraelitarum autem res in deterius prolabebantur, quòd neq; ad laborem ſe exercerent, neq; pietatem colerent. luxato enim reip. ſtatu, magna licentia pro ſuo quiſq; libito uiuebat, ut domeſtica Chananæorũ uitia iam totam gentem impunè inundarent. VIII Iud. 18

Quomodo propter impietatem in Aſſyriorum ſeruitutem à deo populus Iſraelitarum eſt traditus. Cap. III

HAnc ob rem irato deo, felicitas populi multis laborib. acquiſita, per luxum ac uoluptatem breui diſperijt. Bello enim à Chuſarthe rege Aſſyriorum petiti, & in acie multos amiſerunt, & oppidatim infeſtati, aut ui aut deditione in poteſtatem eius uenerunt. Tributis deinde iniquiorib. grauati, & alias uarias iniurias ferre ſunt coacti per annos octo, quibus exactis in hunc modum ſunt libertati reſtituti. Iud. 3

Libertas per Cenizum reddita. Cap. IIII

ERat in tribu Iudę Cenizus uir induſtrius & magnanimus, hic oraculo monitus ne pateretur Iſraelitas diutius tales miſerias perferre, ſed ut ad audendum pro libertate accenderetur, aſcitis paucis quibuſdã periculorũ ſocijs, quos præſentis ſtatus tædebat & mutatũ cupiebãt, primò præſidium ſuis à Chuſarthe impoſitũ interficit: tantũq; primus ſucceſſus uaſuit, ut indies creſcẽte ſuorũ numero, iam aperto marte hoſti pares uiderent. itaq; cõgreſſi cũ hoſte uno plio ſe in libertatẽ aſſerũt, reliquiæ fuſi & fugati Ibid.

exerci-

exercitus ultra Euphratem ſe recipiunt. Cenizus uero egregie nauatæ operę præmium principatum à pōpulo accepit, nomine Iudicis: in quo poſtquam annos quadraginta exegit, uita defunctus eſt.

Quomodo populus rurſum à Moabitis eſt ſubiugatus, & per Iodem é ſeruitute exemptus. Cap. V

VIII Iud. 3

POſt cuius mortem uacante principatu res Iſraelitarum rurſum in peius ruere cœperunt, idq; tanto magis quòd nec deo debitum honorem, nec legibus obedientiam exhiberent: quæ res in cauſa fuit, ut Eglon Moabitarum rex opportunos ad iniuriam ratus, bello adoriretur. exceperunt tamen eum aliquot prælijs, ſed omnibus uicti ferocia poſita iugum acceperunt, tributarij facti. Rex uictor translato Hierichuntem domicilio, modis omnib. plebem uexauit, ita ut in ſumma miſeria per annos XVIII degerent. Deus autem calamitatibus eorum & ſupplicationibus flexus, à dura dominatione eos liberauit in hunc modum. Iodes filius Geræ, tribus Beniamiticæ, iuuenis ad quoduis egregium facinus & animo & utraq; manu ex æquo promptus, habitabat ipſe quoq; apud Hierichuntem. Is in familiaritatē Eglonis ſe inſinuauit, crebris muneribus hominē ſibi cōcilians, & eo nomine amicis etiam regijs gratus. accidit ut ſemel cum duobus famulis dona ferens, pugiōe prius ſubter ſagum ad dextrum femur accinctus, ad regem introgrederetur. erat autem æſtas & diei medium, quo remiſsius agebatur cuſtodia, partim propter æſtum, partim ſatellitib. occupatis circa prandiū. iuuenis igitur oblatis Egloni muneribus, qui tum in æſtiuo quodā cubiculo morabatur, confabulari cum eo cœpit. erant autem ſoli, quia rex familiariter cū Iode collocuturus famulicium ablegauerat. ſedebatq; in ſella, & Iodes uerebatur ne fallente ictu plagam non ſatis lethalem inferret. Iubet igitur eū ſurgere, dicens habere ſe ſomnium, quod ex dei mandato regi ſit indicandum. cumq; ille audiendi cupidus alacriter aſſurrexiſſet, Iodes inflicto in cor pugione, & relicto in uulnere, exiuit clauſis prius foribus. regij famuli interim quieſcebant, dormire eum putantes. Iodes uerò Hierichuntiis re clàm indicata, autorē ſe illis libertatis uindicādæ præbuit. illi uerò libēter hęc accipientes, & ipſi cōfeſtim arma capiebant, & cornicines per totam eam regionem dimittebant. Sic enim illic multitudinem cōuocari mos erat. Eglonis autem domeſticos diu latuit quod acciderat. ſed cum iam adueſperaſceret, ueriti ne quid noui homini accidiſſet, ingreſsi ſunt in cubiculum: cumq; mortuum inueniſſent, hærebant inopes conſilij: & priuſquam ſatellitium conglobaretur, Iſraelitarum turba ſuperuenit. ex his pars in ueſtigio confodiuntur, pars alia, circiter millia decem, fuga Moabiticam regionem petunt. Eos Iſraelitæ præoccupato Iordanis tranſitu, in fuga intercipiebāt, maximè circa ipſa uada, ita ut ne unus quidem incolumis euaderet. Atq; ita Hebræi Moabitarum imperium excuſſerunt: Iodæ autem huius felicitatis autori is honor cōſenſu multitudinis eſt habitus, ut confeſtim princeps declaratus ſit. eum principatum per annos octuaginta obtinuit, uir alioquin etiā laude digniſsimus: poſt quem Sanagarus Anathi filius electus in imperiū, uix toto uertente anno uitam finijt.

Quomodo

Quomodo ſub Chananæorum imperium redacti, & per Baracum in libertatem ſint repoſiti. Cap. VI

ISraelitæ uerò, quòs præteritæ calamitates nihilo caſtigatiores reddiderant, in priſtinam impietatem atq; inobedientiã relapſi, priuſquàm ſatis à Moabitica ſeruitute reſpiraſſent, imperio Iabini Chananæorum regis ſubiugati ſunt. Is regiam habens apud Aſorum, quæ urbs ſita eſt ſuper Samachonitem lacum, peditum alebat millia trecenta, equitum decem, præterq; currus bellicos habebat ter mille. His copijs prefectus Syſares primus inter amicos regios, congreſſus cum Iſraelitis in tantam deſperationem res illorum adduxit, ut libenter incolumitatẽ tributaria ſeruitute paciſcerentur: quã per uiginti annos ferre ſunt coacti, præ nimia ſeruitute caput nõ audentes attollere, etiam deo ſic uolente, quo nimiam gentis contumaciam & ingratitudinem retunderet. Qui tandem reſipiſcentes, & agnita calamitatum cauſa, nimirum quòd à legum contemptu proficiſcerentur, Deboram quandam prophetidem adeunt: nomen hoc apem Hebræis ſignificat: rogantes ut precibus deum ad miſerationẽ flectat, ne ita patiatur eos à Chananæis opprimi. Deus autem exoratus ſalutem illis annuit, imperatore deſignato Baraco, uiro tribus Nephthalitidis: eius nomen interpretatur fulgur. Debora autem accerſito Baraco, iubet eum delectu habito, & conſcripto decem millium uirorum exercitu in hoſtem ducere. Satis enim eſſe tot ad uictoriam, quam deus oraculo promiſerit. Baraco uerò negante ſe accipere imperium, niſi & illa unà ſecum adminiſtratura id eſſet: illa commotior, Tu, inquit, mulieri cedis honorẽ, quem deus te habere uoluit, ego uerò non recuſo. & conſcriptis decem millibus, caſtra poſuerunt ad montem Itabyriũ. occurrit mox eodem Syſares, rege ſuo ſic iubente, & nõ longe ab hoſte cum exercitu conſedit. Baracum autem & Iſraelitas multitudine hoſtium territos, & in tutiora ſe recipere uolentes, retinuit Debora, iuſsitq; eadem die prælio decernere. Victoriam enim penes ipſos fore, & deum ſubſidium & opem allaturũ. Itaq; commiſſa pugna uehemens imber mixtus grandine ſuperuenit, quem uentus in aduerſos Chananæorum uultus ingerens, & proſpectum adimens, inutiles eorum iaculatores ac funditores reddidit: atq; etiam ſcutati manibus rigentibus præ frigore gladios uix retinebant. Iſraelitas uerò tempeſtas à tergo imminens non ſolum minus offendebat, ſed alacriores etiam faciebat, manifeſtario dei præſentis ac fauentis ſigno accenſos. itaque rupta aduerſa acie, turbatisque ordinibus, ingentem hoſtium ſtragem ediderunt. atque ita pars telis Iſraeliticis cadebant, pars à ſuomet ipſorum equitatu ac curribus proterebantur. Syſares uerò ut uidit ſuos terga uertere deſiliens à curru, fuga delatus eſt ad quandam mulierem Cenetidem, nomine Ialen. quæ latebras petentem excepit, & potum poſcenti lac acidũ exhibuit: quod ille cum auidius ingurgitaſſet, in ſomnum eſt ſolutus. quem Iale aggreſſa, ferreum clauum ſopito per tempora adegit malleo, moxq; Baracianis ſuperueniẽtibus, ſolo affixum oſtendit. atq; ita mulier iuxta Deboræ præſagium autor fuit uictoriæ.

IX
Iud. 4

Baracus autem ducens ad Aſorum, Iabinum obuiam factum interfecit: & cæſo rege, ac urbe ſolo æquata, quadraginta annis imperium Iſraelitarum tenuit.

Quomodo Amalecitæ deuictis Iſraelitis regionem eorum per ſeptem annos uaſtauerunt. Cap. VII

X iud. 6 DEfunctis autem Baraco & Debora eodem ferè tẽpore, paulo poſt Madianitæ ſocijs Amalecitis & Arabibus expeditionẽ contra Iſraelitas fecerunt: & congredi auſos magno prælio uicerunt: uaſtatiſq; frugibus prædam abegerunt. cumq; idem per continuos ſeptem annos facerent, Iſraelitas in montana compulſos campeſtri ſolo cedere coegerunt. qui ſpeluncis & ſubterraneis ædificijs excauatis, quicquid hoſtium uiolentiam euadere poterat, intrò receptum aſſeruabant. Nam Madianitæ per æſtatem facientes expeditionem, hyeme agros colere Iſraelitas permittebant, ut poſſent denuò labores eorum uaſtare. Itaque in perpetua fame ac egeſtate uiuebant, neoiam ullum ſupererat præſidium niſi in precibus ad deum & ſupplicationibus.

Quomodo Gedeon populum liberauit. Cap. VIII

ibid. PEr idem tempus Gedeon Iali filius, unus ex primatibus tribus Manaſſetidis, manipulos frugum clàm in torcular comportatos flagellabat. non enim auſus eſt propter hoſtem propalàm hoc in area facere. cumq; ſpectrum ei adoleſcẽtis ſpecie ſe obtuliſſet, & felicem ac deo charum appellauiſſet: reſpondens, Hoc, inquit, meæ felicitatis argumentum eſt maximum, quòd torculari nunc utor pro area. illo contrà iubente ut bono eſſet animo, & de libertate uindicanda cogitaret, negabat fieri poſſe. nam & tribũ ſuam cuiuis alteri cedere numero, & ſe iuuenem eſſe, & tam arduis negotijs imparem. Deus aũt quicquid deeſſet ſe ſuppleturũ pollicebatur, & uictoriam Iſraelitis daturũ, modò ipſe imperiũ aſſumere nõ grauaretur. Hanc rem Gedeon cum quibuſdam iuuenibus cõmunicauit, qui libenter credẽtes oraculo, ſine mora effecerũt, ut præſtò eſſent decẽ millia militũ, ad quiduis iud. 7 pro libertate audendum paratiſsima. Gedeoni aũt deus in ſomnis apparens, dixit homines tali eſſe ingenio, ut ſibi placẽtes nemini uelint uirtute cedere, & uictoriam ſibi potius quàm deo tribuant, nimirum magnis copijs freti. ut igitur ſciant rem totam pendere ab ipſius auxilio, iuſsit ut circa meridiẽ cum æſtus feruet maximè, exercitum ducat ad fluuiũ: & quotquot procumbentes biberent, eos uiros fortes crederet. quotquot autẽ trepidè ac tumultuariè potum ſumerent, ſic exiſtimaret, eos metu hoſtiũ hoc facere. quod poſteaquã ita ut iuſſus eſt fecit, trecenti inuenti ſunt cum perturbatiõe aquã ſumere, cauis manibus ori admouendo. imperauitq; deus ut his aſſumptis hoſtẽ inuaderet. Gedeone uerò ſolicito, quia mandatũ acceperat à deo, noctu illos adoriri, uolens ei metũ omnem eximere, iuſsit ut aſſumpto uno milite, clàm accederet ad Madianitarũ tentoria. ab illis enim accepturũ occaſiõnem fiduciæ. uadit ille quò iuſſus eſt, uno tantũ comitante famulo. cumq; ad quoddam tabernaculum adrepſiſſet, offendit inſomnes in eo milites, & quendam cõmilitoni narrantem ſomnium, ita ut à Gedeone quoq; exaudiri poſſet. erat autem tale. Viſus erat ſibi uidere maſſam ordeaceam, præ uilitate homini faſtidiendam, per caſtra prouolui, & primò regis tentoriũ, mox cęterorum omnium proſternere. qui reſpondit interitũ exercitus ſignificari, addẽs unde hoc ita colligeret. inter omnes, inquit, fruges ordeũ eſt ſine cõtrouerſia uiliſsimum:

&

& inter omnes Aſiaticas gentes non facile reperias uiliorẽ quàm hodie ſunt Iſraelitæ,ut meritò conferri poſsint hordeo.hi nunc,autore Gedeone,contraxerunt copias,& res nouas moliũtur.ergo quia dicis te uidiſſe illam maſſam tentoria noſtra ſubuertentem, uereor ne deus Gedeoni triumphum de nobis concedat.Gedeon autem audito hoc ſomnio plenus bona ſpe & fiducia,edicit ſuis ut omnes in armis eſſent, edoctis de uiſione quã in caſtris hoſtium audiuerat.fecerunt illi quod imperatum eſt,accẽſi hoc ſigno ad quiduis laboris aut periculi ſubeundum.tum Gedeon circa quartam fermè uigiliam ſuos in hoſtem ducit trifariam in tres cohortes diuiſos.erant aũt centenariæ.gerebantq; ſinguli amphoras uacuas, & in eis faces ardentes, ut clàm poſſent hoſtem inuadere nihil tale expectantem: & in dextris cornu arietinum uice tubæ.hoſtium caſtra latè patebant, eo quòd camelorum magnum numerum haberent: & cum iuxta gentilitates diſtributi tenderent, omnes tamen intra eundem ambitum continebantur. Hebræi uerò à duce antè præmoniti,cum iam nõ longè ab hoſte abeſſent,dato inter ſe ſigno cornibus ſonantes,& cõfractis amphoris, ſublatoq; militari clamore, certi deum adeſſe Gedeoni,cum facibus in caſtra impetum faciunt.Qua arte,accedentibus diuinitus nocturnis terroribus, tanta inter ſemiſomnes cõſternatio exoritur, ut incomparabiliter plures mutuis uulneribus,quàm hoſtili ferro caderent, quòd diuerſæ linguæ homines eadẽ caſtra haberent.ſemel enim pauore confuſi,omnes obuios pro hoſtibus trucidabant.Tantæ cædis & Gedeonis uictoriæ rumor ubi ad cæteros Iſraelitas peruenit,correptis armis fugientẽ hoſtem inſequuntur: quem adepti circa loca torrentibus impedita hærentẽ circumueniunt,& quotquot ad manus uenere occidunt, interq; cæteros reges etiam duos,Oribum & Zibum. Qui uerò ſuperfuere duces cũ reliquijs exercitus fermè decem & octo millia hominum, quantum potuerunt procul ab hoſte caſtris locum ceperũt. Nec Gedeon defeſſus cum totis copijs eò properat,& iterum congreſſus poſtremò hoc conflictu ad unum omnes trucidat, & reliquos duos duces capit, Zebim & Hezarbunim. his prælijs cæſa ſunt Madianitarum & cæterorum Arabum qui eis auxilio uenerant circiter centum uiginti millia: præda etiam magna,auri, argenti, textilium, camelorum & iumentorum Hebræi ſunt potiti. Gedeon uerò reuerſus in patriam ſuam Ephram,ſupplicium ſumpſit de Madianitarũ regibus.Cæterũ Ephræmi tribus iniquo animo ferens Gedeonis bonam fortunã, bello eum petere decreuit,eo quòd inſcijs ipſis hoſtẽ eſſet aggreſſus.Gedeon uir in omni uirtute ſummus,modeſtè reſpondit, ſe non ſuo arbitratu hoſtem abſq; illis aggreſſum,ſed iuſſu diuino.Victoriam tamẽ nihilo minus illorum eſſe, quàm ſuam ipſorum qui militaſſent: atq; his uerbis ſedata eorũ ira nõ minus profuit Hebræis quàm rebus proſpere geſtis.obſtitit enim ne ciuile bellum exoriretur. huius tamen ſuperbiæ tribus hæc pœnas dedit, ſicut ſuo loco dicemus. porrò Gedeon cum uellet imperium deponere,compulſus eſt id retinere per annos quadraginta,dicendo ius & litibus finiendis occupatus,populo ratum habente quicquid ille in cauſis controuerſis pronunciaret. in ſenecta deinde mortuus,apud Ephram in patria ſepelitur. iud.8

Quomodo aliquot ſucceſſores Gedeonis cum gẽtibus circumquaq; finitimis bella geſſerunt. Cap. IX

XI Iud. 8.9 HAbuit autem filios legitimos quidem ſeptuaginta, non ex uno matrimonio ſuſceptos, nothum uerò unum ex concubina Druma, cui nomen Abimelechus. is defuncto patre profectus Sicima, unde mater fuit oriunda, adiutusq; à maternis cognatis pecunia, cũ uideret malis artibus inſignes, & ad quoduis facinus promptos, unà cũ eis ad paternas ædes reuerſus, omnes fratres interemit, excepto uno Iothane. hic enim fuga incolumitatem quæſiuit. Abimelechus autem occupata ſemel tyrannide, omnia pro ſuo libitu, nihil iuxta legũ præſcripta gerere, omnibus iuſtitiæ defenſoribus inuiſus æquè ac infeſtus. Itaq; dum quodam tẽpore publica in Sicimis feſtiuitas celebratur, ad quam plebs uniuerſa conuenerat, frater eius Iothanes, quem fuga ſeruatum diximus, conſcenſo mõte Garizeo qui Sicimis imminet, & ſublata uoce ut ab omnib. exaudiri poſſet, ſilentiũ ei populo præbente, rogauit ut pauca uerba audire dignarentur. Cumq; illi magis etiam ſilerent intenti, dixit quòd arbores olim humana uoce uſæ, in conuentu ad id habito rogauerunt ficũ, ut imperiũ in eas acciperet. Recuſante aũt illa, quòd cõtenta honore quem propter fructus ſuos percipiebat, nõ requireret aliũ: arbores nõ deſtiterunt principẽ quærere: uiſumq; eſt, uiti hunc honorẽ deferre. ea uerò totidẽ uerbis quot ficus recuſauit, & ſimili modo etiã olea. itũ eſt deinde cum eiſdem poſtulatis ad rubũ. cuius lignũ ad ignaria ualet. Is reſpondit: Si ſerio me regem poſcitis, ſub umbra mea requieſcite. ſin autẽ inſidias mihi ſtruitis, egrediatur ignis ex me, & abſumat uos. Hæc, inquit Iothanes, nõ riſus mouendi cauſa uobis fabulor, ſed quia maximis beneficijs à Gedeone affecti, ſuſtinetis Abimelechum necatis fratribus principatum uſurpare, cuius ingenium nihil ab igne differt. Hæc locutus receſsit, & per triennium in latebris montiũ uixit, Abimelechi potentiam fugitans. Nec ita multo pòſt, Sicimitæ pœnitentia ducti eorũ quæ in filios Gedeonis patrauerãt, Abimelechũ ex urbe & tota tribu expulerunt. Ille uerò cogitabat quomodo ciuitatẽ aliqua clade afficeret. cũq; inſtaret uindemia, nõ audebant colligere fructus, metuentes ne quid incõmodi ab Abimelecho acciperent. Fortẽ per eoſdẽ dies cõtulerat ſe eò cum armatorũ manu & cognatis quidam princeps nomine Gales. hunc exorauerunt Sicimitæ ut tantiſper ſui cuſtodiã ſuſciperet, dum uindemia peragitur: cœperũtq; ſecurè fructus conuehere, & per ſodalitia cœnantes audebant apertè in Abimelechũ conuitia iactare. & principis cognati diſpoſitis circa urbem inſidijs, multos ex Abimelechianis in eas præcipitatos interficiebant. Zebellus uerò quidam è Sicimitarum primatibus, hoſpes Abimelechi, per nunciũ ei ſignificauit, quomodò Gales populũ contra ipſum irritaret: hortatus etiã ut inſidias ei ante urbẽ tenderet. ſe enim Galem illò adducturũ: atq; ita fore facilè ut inimico gratiam qualẽ meretur referat. quo facto curaturũ ſe, ut eũ populo recõciliet. cumq; Abimelechus locũ inſidijs aptũ cepiſſet, & Gales cum Zebello in ſuburbanis negligentius ageret, cõſpectis repente armatis exclamat, Zebelle hoſtẽ uideo. illo reſpondente, umbras eſſe cautium, iam propiores cernens, imò nõ umbræ ſunt, inquit, ſed uirorũ cohors. ad hæc Zebell⁹, nónne tu Abimelecho ignauiã obij

cis

cis? quin igitur oſtẽdis qui uir ſis; & armis hominẽ aggrederis? Gales uerò turbatus excipit primum impetum: cumq; ſuos inferiores animaduerteret, amiſsis aliquot cæteros intra mœnia recipit. Zebellus arrepta occaſione, calumniatus eum quaſi uolens malè pugnaſſet, effecit ut urbe pelleretur. cæterum Abimelechus cognito quòd Sicimitæ ad uindemiæ reliquũ exituri eſſent, inſidias circa urbem diſponit. cumq; prodiſſent, tertiam ſuorum partẽ occupare portas iubet ne ciuibus reditus in urbẽ pateret. cæteri uerò diſperſos circumueniunt. Itaq; ubiq; plurima cædes patrabatur. & urbe capta primo impetu ac ſolo æquata, ſaleq; in ruinis eius ſeminato, tum demũ militem inde abduxit. atq; ita Sicimitæ ſunt deleti. Quotquot aũt per regionem diſpalati periculum euaſerant, collecti denuò, petra quadam occupata, locũ natura munitũ muro inſuper cingere uolebant. Sed hoc conſiliũ præuenit Abimelechus, qui quàmprimũ id cognouit, exercitũ eò adduxit. & arrepto faſce arido, iuſsisq; cæteris idem facere, breui petram ſtrue lignorum circumdedit: ſubiectoq; igne, & fomentis ingeſtis flammam ingentem excitauit, ita ut nemo euaderet, ſed unà cum uxoribus & liberis abſumerentur. numerus uirorũ fuit circiter mille quingentos, præter imbellem turbam ſatis magnam. Tale fuit Sicimitarum exitium, dolendũ ſanè, niſi quòd meritas pœnas dederunt ingratitudinis erga uirum optimè de ſe meritum. Abimelechus autem Iſraelitis Sicimitarum internecione perterritis, uidebatur non fore præſenti fortuna contentus, neq; prius conquieturus quàm uniuerſos perderet. mox enim exercitum ad Thebas duxit: & capto ex incurſu oppido, circa turrim quandam reſtitit, quę quòd eſſet non mediocris, populo fuit receptaculum. hanc expugnaturus cum propius ianuam acceſsiſſet, mulier fragmine molæ demiſſo caput ſubeuntis ferit. ad quem ictum humi collapſus rogauit armigerum ut ſe occideret, ne mulieris manu perijſſe diceretur. quo facto fratribus debitas impietatis pœnas exſoluit, ſimul & crudelitatis, qua in Sicimitas uſus eſt: quæ quidem clades iuxta Iothanis præſagium illis accidit. cæterùm exercitus duce mortuo, miles in ſuas quiſq; domos reuerſus eſt. Iſraelitarũ deinde gubernacula Iairus Galadenus de tribu Manaſſetide ſuſcepit, uir tum rebus cæteris, tum numeroſa prole felix. triginta enim filios habuit, equites egregios, & Galadenæ oppidorum principes. is cum uiginti & duos annos in principatu uixiſſet, iam ſenex defunctus, in Camone urbe Galadenę eſt ſepultus. Res autem Hebræorum rurſum in peiore ſtatu erant, legibus autoritatem ſuam non amplius obtinentibus. qua occaſione arrepta Ammanitę & Palæſtini cum ualido exercitu regionem eorum ingreſsi, omnia rapinis uaſtabant: & occupatis locis ultra Iordanem, traijcere flumen & reliquam regionem inuadere parabant. Hebręi uerò calamitatib. caſtigati ſupplices opẽ diuinam implorant: & uictimis numen placare conati, rogabant ut iram finiret, aut certè moderatius exerceret. deus autem iam propitius, auxilium eis non negauit. Igitur Ammanitis Galadenam cum exercitu ingreſsis, incolæ eius regionis obuiam illis cum armis ueniunt: ſed imperatore carebant. Erat autem quidam Iaphthes, uir patris uirtute celebris, qui proprios milites alebat: ad hunc miſsis nuncijs rogabant ut in auxilium ueniret, promittentes ſe perpetuum copiarum imperium ei tradituros. ille non admiſit preces, cauſatus

xi 10 Iud. 10

Iud. 11

ſatus quòd nullam opem ei tulerint, dum à fratribus manifeſtam iniuriã pateretur. Cum enim non eſſet eadẽ matre natus, ſed externa quam pater amore captus in ædes induxerat, contempta eius ſolitudine eiecerunt hominem. tunc autem in Galadena degebat, omnib. quotquot ad ſe uenirent ſtipendia ſoluens. Tandem exoratus, & iureiurando accepto imperiũ copiarũ penes ſe fore, militem ſuum cum eis cõiunxit. Et cum mature quicquid facto opus erat prouidiſſet, exercitu in urbe Maſphaca collocato, mittit legatos ad regẽ Ammanitarũ, expoſtulatum quòd res alienas inuaderet. Qui miſsis alijs oratoribus reſpondit, ipſos potius iniquè agere, qui Aegyptiorum fugitiui alienis bonis incubarent: poſtulatq; ut de regione Amoræa decederent, quę ad maiorum ſuorum ditionem pertineat. Contrà Iaphthes negabat eum meritò queri de adepta quondam Amoræa, ſed magis gratiam debere pro Ammanitide relicta. potuiſſe enim Moyſen & illam occupare. Se uerò agris nequaquam ceſſurum, quos annis iam trecentis deo uolente tenuiſſent, & potius litem hanc armis dirempturum. His dictis legatos dimiſit. ipſe uotum fecit, ſi uictoria potiretur, ſacrificaturum ſe quicquid domũ reuerſo primũ occurriſſet. congreſſus deinde cum hoſte uicit egregiè: fugientesq; perſecutus eſt uſq; urbem Maniathen. & ingreſſus regionẽ Amonitidem multas urbes deleuit, præda militi conceſſa: finemq; ſeruituti impoſuit, quam ſua gens per annos decem & octo pertulerat, fortunatior militiæ quàm domi. redeunti enim obuiam facta eſt filia uirgo, præter quam nullos alios liberos habuit. Ingemuit pater, ictus dolore nimio: dein conqueſtus de importuno officio, indicauit uictimam eſſe deo deſtinatam. at illa non illibenter accepit, gratulatoriam ſe fore pro uictoria patris & ciuium libertate hoſtiam. unum rogauit, ut ſibi liceret iuuentutem ſuam cum æqualibus per bimeſtre tempus deplorare, atq; ita uoto patrem ſoluere. quo impetrato, ad præfinitum terminum pater mactatam holocautoma obtulit, neq; legitimum neq; deo gratũ ſacrum faciens, nec quicquam penſi habens quid fama de hoc facto locutura eſſet. Petitus poſt hæc bello ab Ephræmi tribu, quòd ſine illis in Ammanitas expeditionem feciſſet, & nunc ſolus præda ſimul & gloria frueretur, primo excuſauit, nec ignoraſſe eos quòd conſanguinei bello premerentur, nec auxilium attuliſſe, quod uel non uocatos ferre decebat. ultro deinde accuſauit, quòd iniquè facerent, qui non auſi hoſtem aggredi, nunc cõtra cognatos ferocirent. poſtremò minatus eſt, pœnas ſibi deo uolente daturos, ſi inſanire pergerẽt. ut uerò nihil ſe uerbis proficere ſenſit, accito è Galadena exercitu uenientes excepit: plurimisq; in conflictu cæſis, & poſtquam in fugam uerſi ſunt, præmiſsis qui uada Iordanis occuparẽt, intercluſo effugio, circiter quadraginta duo millia hominũ peremit. ipſe expletis ſex principatus annis defunctus ſepelitur in patria ſua Sebei, quæ ſita eſt in regione Galadena. Huic in principatu ſucceſsit Apſanes, natus è tribu Iudæ, ex Bethlemis oppido. huic liberi fuere L x, mares xxx: totidẽ deterioris ſexus, quos omnes ſuperſtites reliquit, has nuptas, illos uxorib. cura & opera ſua coniunctos. cũq; nihil memorabile in principatu ſeptenni geſsiſſet, admodũ ſenex diẽ obijt, in patria ſua ſepultus. Helon poſt hunc aſſumpſit principatũ, tribu Zabulonita

nita: quo per decennium functus, nec ipse quicquam gesit memoratu dignum. Qui deinde successit Abdon Elielis filius tribu Ephræmita, ex urbe Pharathone, nihil præter numerosam prolem habet memorabile, alioqui per summam securitatem & pacem quę sub eo floruit, nulla data est ei rerum fortiter & glorioſe gerendarum occasio. Filios habuit quadraginta, nepotes triginta: atque egregijs equitibus septuaginta comitatus circumuectabatur, quos omnes superstites reliquit. Mortuus est iam senex, & in Pharathone magnificè sepultus.

De Sampsonis fortitudine, & quanta mala Palæstinis fecerit. Cap. X

POst huius mortem Palæstini superauerunt Israelitas, & tributa ab eis exegerunt per annos quadraginta. Ab ea miseria liberati sunt in hunc modum: Manoches quidam uir inter Danitas optimus, & patriæ suæ sine controuersia princeps, uxorem habuit eximia pulchritudine suspiciendam supra omnes eius ætatis fœminas: ex qua cum nihil liberorum susciperet, ægrè ferens orbitatem, in suburbanum suum quod erat in campo magno cum uxore uentitans, crebris precibus solicitabat deum, ut daret sibi liberos. Insaniebat autem in uxorem præ amore, eratq; uehementer zelotypus. Cumq; aliquando sola ageret mulier, spectrum se illius oculis obtulit angelus dei specie iuuenis pulchri & magni, lætum nuncium afferens, fore ut fauore dei nascatur eis filius, pulcher & insigni robore: qui ubi ad uirilem ætatem peruenerit, compescendam esse ab eo Palæstinorum insolentiam. iussitq; ne capillitium ei detonderetur, utque deo sic uolente ab omni alio potu abstineret, sola aqua contentus. postremo addens à deo se missum abijt. illa marito reuerso angeli uerba indicat, mirè prædicans iuuenis staturam & pulchritudinem, ita ut uir tali laudatione motus ad zelotypiam, nonnihil de uxoris pudicitia male suspicari inciperet. quæ uolens hunc mariti stultum mœrorem adimi, supplex deum rogauit, ut iterum angelum mittere dignaretur, quò ille à coniuge etiam posset conspici: & impetrata hac gratia, rursum in suburbano uersantibus apparuit angelus soli mulieri. illa rogat ut pauliſper maneat dum uirum adducit: quo permittente, cum Manoche mox ad eum reuertitur. quo uiso, ne tum quidem suspicari desijt: rogauitq; ut sibi quoq; eadem indicaret. illo respondente, satis esse quòd mulier sciat: iubet quisnā esset dicere: ut nato filio referre ei gratiam & munus aliquod donare possint. negauit ille sibi opus muneribus, nec enim horum causa de filio lætum se attulisse nuncium. cumq; iterum rogaretur ut saltem hospitalem tractationem admitteret, non annuit. tandem exoratus ut pauliſper maneret dum aliquid affertur, cum mactasset hædum Manoches, coquendumque uxori dedisset, paratis omnibus iussit deponi in petra & panes & carnes absq; uasculis. quo facto uirga quam gestabat carnes attigit: confestimq; flamma emicante cum panibus absumptæ sunt, & angelus fumo tanquam uehiculo in cęlum ascendere ab eis uisus est. Manoche autem solicito ne quid periculi immineret ex aspectu numinis, uxor bono iubet esse animo, affirmans magno suo bono deum se uidisse: cumq; concepisset, diligenter mandata retinuit. Nato deinde infanti Sampson est nomē inditum,

Iud. 13

XIII

quod robuſtum ſignificat: qui mox egregia animi ac corporis indole prædi-
tus, promiſſo capillitio uictuſq; ſobrietate diuinũ neſcio quid præ ſe ferebat.
Iud. 14 Cumq; adoleuiſſet, comitatus parentes in Thamnam urbem Palæſtinorum
conuentus tempore, implicitus amore puellæ indigenæ, rogauit ſuos paren-
tes, ut id connubiũ procurarent. quibus excuſantibus quòd diuerſi eſſent ge
neris, quodq; religio uetaret eiuſmodi nuptias, uicit iuuenis pertinacia, effe-
citq; ut uirgo ſibi deſponderet. crebrò deinde ſponſam interuiſens, in itine-
re in leonem incidit, nec tamẽ eius occurſum declinauit licet inermis, ſed nu
dis manibus adortus beluæ fauces eliſit, eiusq; cadauer in dumetũ uiæ uicinũ
abiecit. aliquot poſt diebus eandem uiam ad puellam remetiẽs, offendit exa-
men apũ mellificare in leonis pectore, & ſumptis inde tribus fauis eos cum
cæteris muneribus adamatæ obtulit. Ad nuptias deinde celebrãdas Thamni
tas conuocat, qui quòd uires eius haberent ſuſpectas, honoris ſpecie triginta
aſſectatores ex æqualiũ numero iuueni adhibẽt, iuſſos obſeruare nequid au-
deret. Conuiuis deinde ut fit hilareſcentibus, ait ſe quæſtionẽ propoſiturum
ſuis ſodalibus, quam ſi intra ſex dies ſoluerent, cuiq; ſindonẽ ſe daturũ & tu-
nicam. qui tum q̃ ſagaces uideri cuperent, tum q̃ lucrum nõ faſtidirẽt, iubẽt
eum proponere. Ille, Ex uoraci, inquit, cibus prodijt, & ex immiti ſuauitas. in
his explicandis cum hęſiſſent triduo nec proficerent, puellam aggrediuntur
minis ſimul & precibus, ut expiſcata ſecretum è marito indicium ſibi faceret.
ille repulſis aliquandiu blandicijs, cum rogandi finem non faceret, & lacry-
mans gratam ſe illi negaret, tandem nihil ſuſpicans rem totã de leone aperit,
& unde tres illos fauos nactus fuerit. illa iuuenibus prodit omnia. ergo cum
præfinita ſoluendæ quæſtioni dies adeſſet, ante ſolis occaſum conuenientes:
Neq; leone, inquiunt, quicquã occurrenti immitius, neq; melle guſtanti ſua-
uius. Ibi Sampſon ſubiecit, neq; muliere doloſius, quæ uobis quæſtionẽ no-
ſtram aperuit. Nihilominus illis perſoluit quæ promiſerat, ſpoliatis quibuſ-
dam Aſcalonitis quos fortè per uiã inuenit obuios: ſed iratus mulieri remiſ-
ſo nũcio res ſuas ſibi habere iuſsit ac gerere. at puella contẽpta ut uiciſsim illi
moueret ſtomachũ, nupſit eius ſodali qui priores nuptias conciliauerat. Hac
Iud. 15 contumelia cõmotus Sampſon, decreuit de tota gente pœnas ſumere: & cõ-
modum maturis ſegetibus tempus iam meſsis aderat. ergo comprehenſis tre
centis uulpibus, & facibus ad caudas earum annexis, per arua Palæſtinorum
omnes dimiſit, quibus paſsim diſcurrentibus totus frugum prouentus mo-
mento ferè temporis concrematus eſt. Quo cognito gẽtis principes, & quid
Sampſonẽ ad perpetrandum facinus mouerit, miſsis in hoc Thamnan ſatelli
tibus, uxorẽ quõdam eius cum cognatis, damni dati reos prius factos, uiuos
exuſſerunt publicè. Sampſon autem in Palæſtinos latè graſſatus cædibus, ad
habitandã Aetam ſe contulit. ea eſt petra bene firma, in tribu Iudæ ſita. At Pa-
læſtini totam tribũ bello impetunt. quibus bellum deprecantibus, quòd nec
Sampſonis culpæ eſſent affines, nec de ſolenni tributo quicquã diminuerẽt,
reſponſum eſt nõ abſoluendos ab hoc crimine ni Sampſonis deditionẽ face
rent. Illi uolẽtes hanc ſuſpicionẽ à ſe amotã, armatis tribus milibus ad petram
ueniũt: & expoſtulantes quòd ſuis facinoribus Palæſtinos Hebræis infenſos
redderet

redderet, qui irritati facile poſſent toti genti magnã aliquam cladẽ repẽdere, dicẽtesq; in hoc ſe ueniſſe ut cõprehenſum illis dederẽt, poſtulabant ut conſenſu ipſius facere hoc ſibi liceat. qui iureiurãdo accepto nihil præterea moliturus, ſed hoſti tantũ deditionẽ faciendã, deſcẽdens de petra in cognatæ gentis poteſtatẽ ſe permiſit: & illi uinctum prius duobus funibus, Palæſtinis tradendum ducebãt. cumq; uentũ eſſet ad locũ, qui obſcurus antè, nunc ex Sampſonis facinore inclaruit, Maxilla nominatus, nec procul abeſſent à caſtris hoſtiũ, procurrẽtibus obuiã Palæſtinis, & lætitiã re ex ſentẽtia geſta clamore teſtãtibus: Sampſon abruptis repẽte uinculis, arreptaq; maxilla aſini quę fortè iacebat præ pedibus, in medios hoſtes irruit: qua feriens quotquot aſſequi potuit, circiter mille interfectis cęteros metu dare terga cõpulit. qua uictoria plus ſatis elatus, & opis diuinæ immemor, cum totũ ſibi tribueret, q̃ maxilla tantũ armatus fudiſſet ac fugaſſet hoſtiles copias: ingẽti ſiti oborta, confeſſus nihili eſſe quãtaslibet uires humanas, deo uictoriã acceptã retulit: ſupplexq; rogauit ut arrogãtiæ data uenia, ſuccurreret & periculo ſe eximeret. nec irritę fuere preces, ſed copioſus fons ſubitò è quadã petra prorupit. loco Maxillę nomẽ Sãpſon impoſuit, quod in hodiernũ uſq; durat. Poſt hoc præliũ iã Palæſtinos cõtemnẽs uenit Gazã, & in publico diuerſorio egit. quo audito Gazæorũ magiſtratus, ne clã abire poſſet, ſtationes pro portis collocãt. Sãpſon uerò qui inſidias maturè ſenſerat, circa mediam noctẽ ſurgẽs, portas cũ ipſis clauſtris ac uectib. cæteroq; paratu reuulſas, & humeris impoſitas, in montẽ qui eſt ſupra Hebronẽ perlatas depoſuit. paulo uerò pòſt à patrijs inſtitutis deſciſcere, & in peregrinos mores degenerare incepit, quod ei omniũ malorũ fuit principiũ. cũ em̃ meretricẽ quandã Palæſtinã adamaſſet, nomine Dalalen, conſuetudine eius delectabat. Quamobrẽ qui apud Palæſtinos rerum potiebãtur accedunt eã, & magnis pollicitationibus inducũt ut eliciat è Sampſone cauſam tanti roboris, propter quod inuictus haberet ab hoſtibus. Aſſenſit illa, & cũ prima occaſio data eſt, inter cõpotationẽ & muliebres blãdicias extollens eius res geſtas, omni aſtu utebat ut cognoſceret cur tantopere uirtute excelleret. Sampſon uerò adhuc mẽtis cõpos eiſdẽ artibus cõtra mulierem utẽs: ſi ſeptenis, inquit, uitibus flexilibus reuinctus fuero, fiam nihilo alijs fortior. Tacuit illa, rẽ ita ſe habere putans: cõmunicatoq; ſuper hoc cum magiſtratibus cõſilio, incluſaq; in penitiore domus parte manu militũ, bene potum ac ſopitũ accuratè ut ab ipſo didicerat uinxit. deinde excitato indicat adeſſe quoſdã qui illum uellẽt aggredi, ille ruptis uirgeis uinculis ad reſiſtendum ſe expedit. Mulier tunc fruſtrata paulo poſt aliam opportunitatẽ nacta, grauibus querelis aggreſſa eſt uirum, q̃ amãti non ſatis fidẽs, celaret eam id, quod maxime ſcire cuperet, ac ſi neſciat tacere, quicqd alios ſcire amaſio ſuo nõ expedit: rurſumq; ſimili figmẽto eluſa eſt, cũ ſeptẽ funib. alligatũ perditurũ ſe uires diceret. expta em̃ hoc quoq; nihil effecit: cũq; urgere nõ deſiſteret, tertio mulierẽ ludificatus eſt, dicẽs capillos ſuos oportere implecti licio, atq; ita parari uincula. Ac ne hoc quidẽ uerũ experta, poſtremò adhibitis omnib. artib. nõ prius rogãdi finẽ fecit, q̃ fatali iã neceſsitate inſtãte, uictus importunitate Sampſon in gratiã mulierculæ ſuũ ipſe ſecretũ prodidit: Deus, inquit, mei curã habet, & eius prouidẽtia natus hãc comã alo, cuius tõſurã ipſe mihi interminatus

interminatus eſt. nam in eo capillitio totas ſibi uires cõſiſtere. Hoc cognito, neſciẽti comam deraſit, & hoc pacto imbecillem factum inimicis prodidit, repugnare amplius non ualentẽ. illi orbatum oculis & uinctum abduxerũt. Procedente deinde tempore cum iam capillus repullularet, cumq; ſolẽne Palæſtinis adeſſet epulum, cõſidentibus optimatibus in quodam fano cuius tectum duabus columnis ſuſtinebatur, accitus eſt & Sampſon ut miſero inter compotandum illuderent. qui hoc extremum malum exiſtimans quòd illuſores ulciſci non quiret, iubet puerum à quo manu ducebatur, ut ad illas columnas ſe acclinet, iam, ut tum ſimulabat, defatigatũ. quibus admotus ſic eas concuſsit, ut ſubuerſæ totius ædificij ruinam traherent, qua tria milia hominum ſunt oppreſſa, & inter cæteros ipſe Sampſon. Hic finis uiri fuit, exacto principatus anno uigeſimo, admirandi ob incomparabilem animi ſimul ac corporis fortitudinem, qua in hoſtium perniciem uſque ad extremum halitum uſus eſt. Nam quòd à muliere deceptus eſt, humanæ infirmitati imputari conuenit, pronæ ad eiuſmodi uitia. cætera dignus ſempiterna memoria uirtutis nomine. cognati uerò eius cadauer in patriam reportatum, apud Saraſam oppidum monumento maiorum intulerunt.

Quomodo filij ſacerdotis Elis à Palæſtinis in prælio ſunt cæſi. Cap. XI

XIIII Ruth 1 POſt Sampſonis autem obitum præfuit Iſraelitis Elis pontifex, in cuius principatu fames ualida eam regionẽ inuaſit. quam non ferens Abimelechus Bethlemorum ciuis, quod oppidũ eſt tribus Iudæ, aſſumpta uxore Naami, & filijs communibus Chellione & Mallone, in Moabiticam terram migrauit. cumq; ibi proſpera fortuna uteretur, filijs ſuis uxores dedit eius gentis fœminas, Chellioni Orpham, Ruthem Malloni. exacto autem decẽnio Abimelechus cum filijs breui tempore alius poſt alium obijt. quo caſu Naamis in maximum mœrorem coniecta, deſolata à chariſsimis quorum conſuetudinẽ amori patriæ prætulerat, mutato pro re conſilio reuerti ad ſua decreuit. iã enim res patriæ in meliori ſtatu eſſe perceperat. nurus aũt eius nõ ſuſtinebãt ab ea diuelli, & uelit nolit comitari eam uolebant. at illa precata eis felicius coniugium, quàm in quo cum filijs ſuis uixiſſent, & in reliquis rebus proſperitatẽ, & docens quòd in ſe nihil eſſet opis, rogabat ut manerẽt, néue relicta patria in euentũ incertum ſequi miſeram ſocrum cuperent. His monitis Orpha paruit: Ruthem uerò nolentem manere, cuiuſuis fortunæ futuram ſociam ſecum ſocrus abduxit. Quæ poſtquam unà peruenerunt Bethlema, Bozus Abimelechi cognatus eas excepit hoſpitio. cumq; Naamis à ciuib. ſuo nomine appellaretur, iuſtius, inquit, uocaretis me Maram. ſignificat autẽ Hebræorum ſermone Naamis felicitatẽ, Mara dolorẽ.

Ruth 2 Et cum eſſet meſsis tempus, Ruthe permiſſu ſocrus exibat ad ſpicilegium, ut cibos ſibi pararẽt, caſuq; in Bozi rus deuenit. q cũ paulo poſt ſuperueniſſet, conſpicatus puellam, de ea uillicũ percontatur. is denarrauit omnia dño, quę pauloante ex ipſa cognouerat. q exoſculatus in ea beneuolentiã erga ſocrũ, & affectũ erga defunctum maritũ, noluit ſpicilegio contentam eſſe, ſed permiſit ut ſibijpſi meteret quantũ poſſet, ac ſumeret: mãdauitq; uillico ne eam prohiberet, & ut unà cũ meſſoribus prandiũ ac potũ ei præberet. Ruthe uerò acceptã ab eo polentã ſeruauit ſocrui, & ueſpere cũ frugibus collectis ſimul attulit

attulit:ſed & Naamis ſeruauerat ſibi quaſdam partes ciborum,quos ei uicini contulerant.narrat deinde ſocrui,quid ei Bozus dixerit:auditoq; ex ea q̃ cognatus eſſet,& propter pietatem forſan curam earum habiturus,exiuit etiam ſequentibus diebus ad ſpicilegiũ cum Bozi ancillis. poſt aliquot dies iã hordei tritura peracta uenit Bozus in ſuum rus,& cubabat in area. hoc cognito Ruth 3
cogitauit Naamis in rem ambarum fore ſi Ruthe cum eo cubaret: miſitq; eò Ruthem dormiturã ad pedes eius.quę nefas rata nõ parere ſocrui,fecit quod iuſſa eſt. ac primò non ſenſit hoc Bozus altum dormiens : ſed circa mediam noctem experrectus,ſentiensq; eam unà cubare, quæſiuit quænam eſſet.edidit illa nomen,& famulam ſe in eius poteſtate dixit. Tacuit ille tum,ſed mane ſummo priuſquam famuli ad opus ſurgerẽt, excitatã iuſsit hordei quantum ferre poſſet capere,& priuſquã aliquis eam ibi dormiſſe uideat,ad ſocrũ redire.cauẽdos enim tales rumores, maximè ſi nõ de nihilo orianẽ. Cæterũ meũ, inquit, conſilium eſt hoc. rogabis eũ qui tibi propinquior eſt quàm ego, an te uxore opus habeat.quod ſi aiat,ſequeris eũ:ſin minus, mea legitima cõiux eris.Hæc uerba ubi renunciauit ſocrui,bonã ſpem habuerunt, Bozo res ea- Ruth 4
rum curæ futuras.circa meridiem uerò reuerſus ille in oppidum,ſenatũ coire fecit:ac mox Ruthem & cognatum illum acciuit. Qui poſtquã uenit, Abimelechi,inquit Bozus,& filiorum ſortem poſsides. faſſus eſt alter poſsidere ſe,idq; iure propinquitatis. Tum Bozus,ergo non ex parte tantũ legum meminiſſe oportet,ſed omnia iuxta præſcriptũ earum facere.ecce adeſt mulier, quam ſi uis poſſeſsionẽ agrorum retinere, lex te ducere iubet.at ille Bozo & ſortẽ & mulierẽ ceſsit, quandoquidem & ipſe defunctorum eſſet cognatus. Sibi enim iam & uxorem eſſe & liberos. Id Bozus apud ſenatum eõteſtatus, iuſsit mulierẽ accedere illum, & iuxta legem calceum ei detractum in faciem incutere.quo facto Bozus duxit Ruthem,& anno elapſo natus eſt illis infans maſculus.hunc Naamis nutricans Obedem de conſilio mulierũ nominauit, ſibi in ſenectute conſtitutæ inſeruiturum. nam ea uox Hebræis inſeruientem ſignificat.ex Obede prognatus eſt Ieſſęus,ex hoc Dauid rex,qui poſteris ſuis regnũ reliquit per uiginti & unã ætates duraturũ. Hæc neceſſe habui de Ruthe narrare,uolens dei potentiã oſtendere,cui facile eſt etiam uulgares homines ad ampliſsimã dignitatẽ perducere,ſicut perduxit Dauidem ex mediocribus maioribus oriundum. Porrò Hebræi per hoc tempus rebus ſuis iam XV
labantibus,bellum Palæſtinis inferunt ob cauſam talem:Eli pontifici duo fi- 1.Reg.2
lij fuerũt,Ophnes & Phineeſes.hi cõtra omne ius & fas omnia ſibi licere uolebant:nec contẽti honorarijs muneribus, etiam à rapinis non abſtinebant: mulierũ inſuper,religionis ergô confluentiũ ad ſacrum locum,pudicitiã uel ui uel donis expugnabant,ita ut nihil à tyrannorum moribus differrẽt. hanc inſolentiã iuuenum & pater ipſe magnoperè deteſtabatur, diuinã ultionem nunquã non expectans,& populus iniquiſsimè ferebat. poſtquam autẽ illorum exitiũ deus & patri & Samueli prophetæ etiamnũ puero prædixit,tũ uerò non aliter q̃ defunctos filios lugebat.Sed priuſquã de clade in qua ſunt abſumpti dicã,quædã de hoc propheta narrãda ſunt.Helcanes Leuita uir ingenuus Ramathã urbẽ in ſorte Ephræmitarũ habitans duas uxores habuit,Annam & Phenannã: ex quarũ poſteriore liberos ſuſcepit, nihilominus alterã

quanquam

interminatus eſt. nam in eo capillitio totas ſibi uires cõſiſtere. Hoc cognito, neſciẽti comam deraſit, & hoc pacto imbecillem factum inimicis prodidit, repugnare amplius non ualentẽ. illi orbatum oculis & uinctum abduxerũt. Procedente deinde tempore cum iam capillus repullularet, cumq; ſolẽne Palæſtinis adeſſet epulum, cõſidentibus optimatibus in quodam fano cuius tectum duabus columnis ſuſtinebatur, accitus eſt & Sampſon ut miſero inter compotandum illuderent. qui hoc extremum malum exiſtimans quòd illuſores ulciſci non quiret, iubet puerum à quo manu ducebatur, ut ad illas columnas ſe acclinet, iam, ut tum ſimulabat, defatigatũ. quibus admotus ſic eas concuſsit, ut ſubuerſæ totius ædificij ruinam traherent, qua tria milia hominum ſunt oppreſſa, & inter cæteros ipſe Sampſon. Hic finis uiri fuit, exacto principatus anno uigeſimo, admirandi ob incomparabilem animi ſimul ac corporis fortitudinem, qua in hoſtium perniciem uſque ad extremum halitum uſus eſt. Nam quòd à muliere deceptus eſt, humanæ infirmitati imputari conuenit, pronæ ad eiuſmodi uitia. cætera dignus ſempiterna memoria uirtutis nomine. cognati uerò eius cadauer in patriam reportatum, apud Saraſam oppidum monumento maiorum intulerunt.

Quomodo filij ſacerdotis Elis à Palæſtinis in prælio ſunt cæſi. Cap. XI

XIIII *Ruth 1*

POſt Sampſonis autem obitum præfuit Iſraelitis Elis pontifex, in cuius principatu fames ualida eam regionẽ inuaſit. quam non ferens Abimelechus Bethlemorum ciuis, quod oppidũ eſt tribus Iudæ, aſſumpta uxore Naami, & filijs communibus Chellione & Mallone, in Moabiticam terram migrauit. cumq; ibi proſpera fortuna uteretur, filijs ſuis uxores dedit eius gentis fœminas, Chellioni Orpham, Ruthem Malloni. exacto autem decẽnio Abimelechus cum filijs breui tempore alius poſt alium obijt. quo caſu Naamis in maximum mœrorem coniecta, deſolatã à chariſsimis quorum conſuetudinẽ amori patriæ prætulerat, mutato pro re conſilio reuerti ad ſua decreuit. iã enim res patriæ in meliori ſtatu eſſe perceperat. nurus aũt eius nõ ſuſtinebãt ab ea diuelli, & uelit nolit comitari eam uolebant. at illa precata eis felicius coniugium, quàm in quo cum filijs ſuis uixiſſent, & in reliquis rebus proſperitatẽ, & docens quòd in ſe nihil eſſet opis, rogabat ut manerẽt, néue relicta patria in euentũ incertum ſequi miſeram ſocrum cuperent. His monitis Orpha paruit: Ruthem uerò nolentem manere, cuiuſuis fortunæ futuram ſociam ſecum ſocrus abduxit. Quæ poſtquam unà peruenerunt Bethlema, Bozus Abimelechi cognatus eas excepit hoſpitio. cumq; Naamis à ciuib. ſuo nomine appellaretur, iuſtius, inquit, uocaretis me Maram. ſignificat autẽ Hebræorum ſermone Naamis felicitatẽ, Mara dolorẽ.

Ruth 2 Et cum eſſet meſsis tempus, Ruthe permiſſu ſocrus exibat ad ſpicilegium, ut cibos ſibi pararẽt, caſuq; in Bozi rus deuenit. q cũ paulo poſt ſuperueniſſet, conſpicatus puellam, de ea uillicũ percontatur. is denarrauit omnia dño, quę paulòante ex ipſa cognouerat. q exoſculatus in ea beneuolentiã erga ſocrũ, & affectũ erga defunctum maritũ, noluit ſpicilegio contentam eſſe, ſed permiſit ut ſibijpſi meteret quantũ poſſet, ac ſumeret: mãdauitq; uillico ne eam prohiberet, & ut unà cũ meſſoribus prandiũ ac potũ ei præberet. Ruthe uerò acceptã ab eo polentã ſeruauit ſocrui, & ueſpere cũ frugibus collectis ſimul

attulit

attulit:ſed & Naamis ſeruauerat ſibi quaſdam partes ciborum,quos ei uicini contulerant.narrat deinde ſocrui,quid ei Bozus dixerit:auditoq́; ex ea q̃ cognatus eſſet,& propter pietatem forſan curam earum habiturus,exiuit etiam ſequentibus diebus ad ſpicilegiũ cum Bozi ancillis. poſt aliquot dies iã hordei tritura peracta uenit Bozus in ſuum rus,& cubabat in area . hoc cognito Ruth 3
cogitauit Naamis in rem ambarum fore ſi Ruthe cum eo cubaret: miſitq́; eò Ruthem dormiturã ad pedes eius.quę nefas rata nõ parere ſocrui,fecit quod iuſſa eſt. ac primò non ſenſit hoc Bozus altum dormiens : ſed circa mediam noctem experrectus,ſentiensq́; eam unà cubare, quæſiuit quænam eſſet.edidit illa nomen,& famulam ſe in eius poteſtate dixit. Tacuit ille tum,ſed mane ſummo priuſquam famuli ad opus ſurgerẽt, excitatã iuſsit hordei quantum ferre poſſet capere,& priuſquã aliquis eam ibi dormiſſe uideat,ad ſocrũ redire.cauẽdos enim tales rumores, maximè ſi nõ de nihilo oriant. Cæterũ meũ, inquit, conſilium eſt hoc . rogabis eũ qui tibi propinquior eſt quàm ego, an te uxore opus habeat.quod ſi aiat,ſequeris eũ:ſin minus, mea legitima cõiux eris.Hæc uerba ubi renunciauit ſocrui,bonã ſpem habuerunt, Bozo res ea- Ruth 4
rum curæ futuras.circa meridiem uerò reuerſus ille in oppidum,ſenatũ coire fecit:ac mox Ruthem & cognatum illum acciuit. Qui poſtquã uenit,Abimelechi,inquit Bozus,& filiorum ſortem poſsides. faſſus eſt alter poſsidere ſe,idq́; iure propinquitatis. Tum Bozus,ergo non ex parte tantũ legum meminiſſe oportet,ſed omnia iuxta præſcriptũ earum facere.ecce adeſt mulier, quam ſi uis poſſeſsionẽ agrorum retinere, lex te ducere iubet.at ille Bozo & ſortẽ & mulierẽ ceſsit, quandoquidem & ipſe defunctorum eſſet cognatus. Sibi enim iam & uxorem eſſe & liberos. Id Bozus apud ſenatum eõteſtatus, iuſsit mulierẽ accedere illum, & iuxta legem calceum ei detractum in faciem incutere.quo facto Bozus duxit Ruthem,& anno elapſo natus eſt illis infans maſculus.hunc Naamis nutricans Obedem de conſilio mulierũ nominauit, ſibi in ſenectute conſtitutæ inſeruiturum. nam ea uox Hebræis inſeruientem ſignificat.ex Obede prognatus eſt Ieſſęus,ex hoc Dauid rex,qui poſteris ſuis regnũ reliquit per uiginti & unã ætates duraturũ. Hæc neceſſe habui de Ruthe narrare,uolens dei potentiã oſtendere,cui facile eſt etiam uulgares homines ad ampliſsimã dignitatẽ perducere,ſicut perduxit Dauidem ex mediocribus maioribus oriundum. Porrò Hebræi per hoc tempus rebus ſuis iam XV
labantibus,bellum Palæſtinis inferunt ob cauſam talem:Eli pontifici duo fi- 1.Reg.2
lij fuerũt,Ophnes & Phineeſes.hi cõtra omne ius & fas omnia ſibi licere uolebant:nec contẽti honorarijs muneribus , etiam à rapinis non abſtinebant: mulierũ inſuper,religionis ergô confluentiũ ad ſacrum locum,pudicitiã uel ui uel donis expugnabant,ita ut nihil à tyrannorum moribus differrẽt. hanc inſolentiã iuuenum & pater ipſe magnoperè deteſtabatur , diuinã ultionem nunquã non expectans,& populus iniquiſsimè ferebat . poſtquam autẽ illorum exitiũ deus & patri & Samueli prophetæ etiamnũ puero prædixit,tũ uerò non aliter q̃ defunctos filios lugebat.Sed priuſquã de clade in qua ſunt abſumpti dicã,quædã de hoc propheta narrãda ſunt.Helcanes Leuita uir ingenuus Ramathã urbẽ in ſorte Ephræmitarũ habitans duas uxores habuit,Annam & Phenannã: ex quarũ poſteriore liberos ſuſcepit, nihilominus alterã

quanquam

quanquam ſterilem diligẽs.is cum ſacrificatũ ueniſſet in Siluntem, ubi tunc dei tabernaculũ fuiſſe diximus, & de epulo partes uxoribus ac liberis diſtribueret, Anna uidẽs alterius liberos cũ matre cõſidentes, in lacrymas prorupit, admonita orbitatis & ſolitudinis. cumq; conſolationẽ mariti nõ admitteret, abijt in tabernaculũ ſupplicatura, uotumq; factura, ablata ſterilitate matrem factam primũ filium ſe conſecraturã, ad miniſteria dei nõ uulgari more educatũ. In huiuſmodi precibus longas moras protrahentẽ animaduertẽs Elis pontifex, qui ante tabernaculum ſedebat, tanquã parum ſobriam iuſsit abire. quæ cum reſpondiſſet, aquam ſe potare, ſed mœſtã quòd liberis careat, precibus à deo ſterilitatis remediũ petere, bono animo eam eſſe iuſsit, pollicitus habituram ex dei munificentia filium. tum demum hilaris ad maritum reuerſa, cibis antè præmœrore faſtiditis uſa eſt. in patriam deinde reuerſa, breui uterũ gerere cœpit. mox ubi pariendi tempus aduenit enixa filium, Samuelí nomen indidit, quaſi dicas exoptatum à deo. cumq; parentes gratias acturi deo pro accepto filio, & ſacrificaturi rediſſent, ſimulq; decimas ex more afferentes, mulier uoti rea puerum Eli tradidit, deo conſecratũ, prophetamq; futurum. itaq; & comã alebat, & aqua tantum in potu utebatur, degebatq; circa fanum, cuius miniſterijs educabatur. Helcanæ autem alij præterea filij ex Anna nati ſunt, & filiæ tres. Porrò Samuel exacto anno ætatis duodecimo
1.Reg.3 prophetã agere cœpit. Quadã enim nocte dormientẽ deus nomine uocauit. tum ille ratus à põtifice ſe uocari, accurrit ad eum. Quo negante à ſe uocatũ, deus idẽ tertiò fecit. Tum Elis rem perſpiciẽs ait: Ego mi Samuel nũc quoq; ut antè ſilui, ſed deus te uocat. quapropter præſto eſſe te reſponde. Itaq; rurſum deo uocante, rogauit quid iuberet, paratum ſe ad miniſterium offerens. Tum deus: quando, inquit, præſto es, audi imminere Iſraelitis cladem maiorem quàm credibile eſt, & filios Elis ambos una die perituros, & ſacerdotiũ meum migraturũ in familiã Eleazari. Elis enim pluris fecit ſuos filios quàm meum cultum, idq; ne cum ipſorum quidem cõmodo. hoc oraculũ cum ab adiurato extorſiſſet põtifex, alioqui ſe non contriſtaturo, certiorem iam expectationem exitij filiorũ habuit. Samuelis autem gloria magis ac magis creſcebat, omnes eius prædictiones ueras euentu approbante. Per idem tem-
XVI
1.Reg.4 pus Palæſtini ſuſcepta expeditione cõtra Iſraelitas, caſtrametati ſunt apud urbem Amphecam: & nemine ibi occurrente ulterius proceſſerunt. tandẽ congreſsi prælio, Hebræorũ circiter quatuor milia peremerunt, reliquis trepidẽ in caſtra compulſis. Quamobrẽ Hebræi periculum extremũ inſtare putãtes, mittunt ad pontificẽ atq; ſenatum qui poſtulent arcam in aciem proferri, ut eius præſentia freti hoſtem ſuperent, ignari eum qui ſententiam ſemel aduerſum eos tulerat fore ut uincerentur, maiorem eſſe q̃ arcam, quæ propter ipſum erat ueneranda. Venit igitur arca in exercitũ, & cum ea pontificis filij accepto à patre mandato, ſi amiſſa arca uiuere ſuſtineant, ne unquã in conſpectum ſibi ueniãt. quorũ Phineeſes iam ſacerdotio fungebat, patre propter ſenium honorẽ concedente. Vehementer aũt Hebræis arca animos addidit, uictoriam in hac ſitã exiſtimantibus: contrà hoſtes metuebant ne arca Iſraelitis eſſet præſidio. attamen utrorumq; expectationem euentus fefellit. Nam poſt conflictum ſperata Hebræis uictoria, Palæſtinis contigit: & quam cladem-

hi

hi timuerant, eam Hebræi paſsi, cognouerũt fruſtra ſe in arca fiduciam collo cauiſſe. namq; primo impetu in fugam ſunt auerſi, in qua triginta hominum milia ſunt amiſſa, inter quos pontificis filij ceciderũt: & arca quoq; in hoſtiũ poteſtatem deuenit.

Quomodo Elis audita filiorum cæde, & arcæ amiſſione prouolutus de throno exſpirauit. Cap. XII

HAnc cladem & arcæ captiuitatem poſtquam in Siluntem Beniamita quidam iuuenis ægre ſeruatus è prælio renunciauit, tota urbe repleta luctu, Helis põtifex, qui ad alteram portam ſublimis in ſella ſedebat, audito eiulatu ſuſpicatus id quod res erat, noui aliquid mali ſuis accidiſſe, iuuenem accerſit: cumq; audiſſet euentum prælij, tam militum quàm filiorum cladem ſatis æquo animo tulit, ut qui deo prænũciante iam antè hæc præſciuerat. Solent enim longe grauius afficere quæ præter expectationem accidunt. Vt uero etiam arcam in hoſtium poteſtatem factam cognouit, inſperato malo ictus, & doloris impatiens, prolapſus è throno exhalauit animam, uitæ anno nonageſimo octauo, principatus quadrageſimo. Eadẽ die Phineeſis quoq; alterius è filijs uxor obijt, non ualens ſupereſſe mariti infortunio. Peperit ea filium ſeptimeſtrem quidem, uitalem tamen, cui ob acceptã ignominiam Ioachabes fuit nomen; quam ea uox apud Hebræos ſignificat. Primus autem hic Elis ex Ithamari familia, qui fuit alter Aaronis filius, pontificatum obtinuit. nam antè in Eleazari familia fuit hoc ſacerdotium, quod filius à patre per manus accipiebat: ille enim Phineeſi id tradidit: quod mox filius & ſucceſſor eius Abiezeres filio ſuo Boceiæ reliquit: ab hoc Ozis filius eius accepit: poſt quem Elis ſacerdotio potitus eſt, de quo nunc loquimur: quod manſit eius generi uſque ad Solomonis tempora, quando ad Eleazari familiam rurſum redijt. *ibidem*

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER SEXTVS.

Quomodo Palæſtini peſte & fame coacti arcam Hebræis remiſerunt. Cap. I

ALEXANDER DIGENES

ARTA de Hebræis uictoria, ſacraq; arca quemadmodum diximus capta, Palæſtini cũ cæteris ſpolijs Azotum eam referunt, & in fano dei ſui Dagonis inter donaria collocant. Sequenti uero die mane uenientes ut adorarent deum ſuum, inuenerunt eum è baſi excidiſſe, & pronum proſtratum ante arcam: quod ægre ferẽtes, in priſtinum locum eum reponunt. cumq; ſæpius illuc accedentes, ſemper proſtratum & adorabũdum reperirent, ſtupor maximus ac perturbatio totum populũ inuaſit. poſtremo grauiſsima peſtis Azotiorum urbem atq; agrũ adorta eſt. correpti enim dyſenteria cruciabiliter moriebantur, nõnulli interanea uitiata morboq; corro 1.Reg. 5

ſa euomebant. Ager uero totus ſcatebat muribus, qui omnia uaſtãtes, nec ſegetibus parcebãt, nec cæteris fructibus. His calamitatibus Azotij preſsi, nec ualentes amplius tolerare, intellexerunt arcam in cauſa eſſe, & uictoriã cum eiuſmodi ſpolijs luctuoſam ſibi contigiſſe. miſerũt igitur ad Aſcalonitas, poſtulantes ut arcam in ipſorum urbem transferrent: qui non grauatim Azotiorum legationi annuentes, cupide arcam ad ſe receperunt, moxq́; eiſdem quibus illi malis laborauerũt. Cum arca enim ſimul etiam calamitates ſunt trãſlatæ: itaq; hinc quoq; ablegata eſt ad alios, ſed ne apud illos quidem permanſura. agitati enim eiſdem peſtibus, ad uicinas urbes eam tranſmittebant. atq; in hunc modum quinq; Palæſtinorum urbes peruagata eſt arca, ueluti tribu-
1. Reg. 6 tum per ſingulas pœnam uiolatæ religionis exigens. Quæ defeſſæ tot malis, & alijs exemplum factæ ne arcam reciperent talia hoſpitij præmia referentem, nihil ſupereſſe uidebant, quàm ut bono aliquo modo à ſe eã ablegarẽt: & cum conueniſſent quinq; ciuitatum principes, Gittæ, Accaronis, Aſcalonis, Gazæ & Azoti, diſpiciebant quid facto opus eſſet. Ac primum uiſum eſt remittẽdam eſſe arcam ad ſuos, cuius captiuitatem deus ulciſceretur, quum tot mala ſimul cum ea regionem ingreſſa homines & agros uaſtare non deſinant. Nec defuerunt qui huic ſententiæ contradicerent, negantes hæc imputanda captiuæ iſti arcæ: cuius ſi tanta uis eſſet, aut ſi omnino deo cara fuiſſet, nũquam illam in diuerſæ religionis hominum manus deuenire permiſiſſet: ſuadentesq́; ut hos caſus æquo animo ferrent, & ſic cogitarẽt, hæc omnia nõ aliunde quàm à natura prouenire: quæ & corporibus & terris & plãtis & cæteris potentiæ ſuæ ſubditis per certas temporum uices huiuſmodi mutationes ingenerare ſolet. Sed uicit ſententia probatæ prudentiæ hominum, qui tunc aptiora ad propoſitum negocium cenſere uidebantur. His neq; remitti arcam placuit, neq; retineri. ſed pro quinque ciuitatibus quinque ſtatuas aureas dedicari deo in teſtimoniũ gratitudinis, quòd eius fauore ſeruati eſſent ex ea peſte quam humanis remedijs euadere fuerit impoſsibile: & totidem mures aureos addi illis ſimilẽs qui agris uaſtitatem intulerunt. His omnibus in loculum incluſis & ſuper arcã impoſitis plauſtrum ei nouũ fabricari: uaccas deinde nuper enixas plauſtro ſubiungi, incluſis domi earũ uitulis, ne ſint impedimento matribus, & ut fœtuũ deſiderio magis properent. ipſas uero deduci in triuium arcam uehẽtes, atq; ibi relinqui ut quamcũq; uelint uiam ineant. Et ſi quidem ad Hebræorum regionem ſe uerterint, ad eãq; perrexerint, credere arcam fuiſſe calamitatũ cauſam. ſin aliò deflexerint, retrahendas ex itinere, indubitato argumento nihil in hac ineſſe uiriũ. hoc conſilium omnibus calculis eſt approbatũ, quod mox opere ſunt exſecuti: et paratis quę diximus, pductoq́; in triuiũ plauſtro ac ibi relicto ipſi retrorſum diſceſſerũt.

Victoria Hebræorum ductu Samuelis. Cap. II.

Ibidem. VAccis autem ueram uiam ingreſsis, & rectà non aliter quàm ſi deducerentur tendentibus, principes Palæſtinorum ſequebãtur, cupientes cognoſcere quò peruenirent, & ubi plauſtrum ſiſterent. Vicus eſt quidam in tribu Iudæ, nomine Bethſama. huc poſtquam uenerunt uaccæ, tametſi pulchram planitiem ante ſe haberent, ulterius tamen non ſunt progreſſæ, ſed ibi plauſtrum ſtatuerunt: ad quod ſpectaculum à uicanis

nis mox cum gratulatione eſt concurſum. Cum enim eſſet æſtas, & fruges ex aruis comportarentur: ut uiderunt arcam, præ gaudio mittẽtes opus é manibus, ad plauſtrum illud properabant. demptam deinde arcã, & uas quod ſtatuas illas ac mures continebat, in petra quadam quæ in campo exſtabat, depoſuerunt: & accitis uictimis peractoq; ſacrificio ſplendide epulati, plauſtrũ ſimul ac uaccas holocautoma deo fecerũt. quo uiſo principes Palæſtinorũ retro ad ſuos ſunt reuerſi. Cæterum indignatio dei Bethſamitas inuaſit, ex quibus ſeptuaginta occidit, quòd cũ nõ eſſent ſacerdotes, profanis manibus cõtrectare arcam ſint auſi. quæ res lætitiam uicanorum nouo luctu nõ nihil obſcurauit, eo magis q̃ ſuos nõ fatali morte, ſed diuina ultione extinctos deſiderabant. quamobrem indignos ſe ducẽtes qui hoſpitiũ arcæ præberẽt, mittunt nuncios ad uniuerſos Hebræos, qui certiores faciãt de arca à Palæſtinis reddita. illi re cognita transferũt eam in Cariathiarim, urbem uicinã Bethſamitis, atq; ibi apud Aminadabum quẽdam Leuitam, opinione religionis ac iuſtitiæ celebrẽ, in ædibus eius collocant, idoneũ ſacrario locum exiſtimãtes ubi uir iuſtus haberet domiciliũ. cura arcæ commiſſa eſt eius filijs, quam per uiginti annos cum ſumma laude geſſerũt. tot enim annos in Cariathiari manſit, quatuor ſolis menſibus apud Palæſtinos detenta. 1.Reg.7

II Cumq; populus toto hoc uicennio uotis & ſacrificijs operam daret, magnamq; religionem & cultus diuini curam præ ſe ferret, propheta Samuel animaduerſa eorũ promptitudine, putans ſe nactum occaſionem adhortandi ad libertatẽ, & bona quæ illam ſequuntur, orationem & tẽpori accõmodans & negocio, uerba in hãc fermè ſentẽtiam ad eos fecit: Viri Iſraelitæ, quandoquidẽ nec hoſtis infeſtus eſſe deſinit, & deus ueſtris precibus flexus propitius eſſe incipit, oportet nõ uotis tantum libertatem expetere, ſed eò totis uiribus incumbere, ut uel nũc tandem illa potiri contingat. Cauete ergo ne ueſtriſmet moribus hac indigni reddamini, ſed pro ſe quiſq; colat iuſtitiã: expulſiſq; omnib. uitijs ex animo, purgatas mentes ad deum conuertite, & in eius ueneratione conſtanter perſeuerate. hæc enim facientibus breui omnia bona uenient, & in primis noua libertas & uictoria de hoſtibus: quæ neq; armis, neq; robore corporũ, neq; copiarũ multitudine cõſequi licet. nõ enim his rebus deus præmia ꝓpoſuit, ſed probitati ac iuſtitiæ: qui ueſtrã expectationẽ nõ fallet, mihi credite. Hanc adhortationẽ alacris populus fauſtis acclamationibus excepit, promptum ſe offerens ad omnia quæcũq; deus uelit ac iubeat. Samuel autem edixit ut conuenirent in oppidum Maſphatim, quæ uox cõſpicuum ſignificat. ibi hauſta aqua libauerunt deo, & indicto unius diei ieiunio publice ſupplicatum eſt. Nec latuit Palæſtinos Hebræos circa Maſphatim congregari, ſed confeſtim cum magno exercitu affuere, ſperantes ſe illos nec opinos poſſe opprimere. quapropter trepidi ad Samuelem concurrunt, conſiliũ dubijs reb. petentes, nihil diſsimulãtes nõ eſſe ſibi ſatis uel uiriũ uel animi ad confligendũ cũ tam potẽte hoſte, à quo toties uicti diſceſsiſsẽt: & libẽter quieturos ſi liceat, ne ultro ſibi pernicie accerſere uideantur. cõueniſſe ſe ad ſupplicationes & ſacrificia, utq; ſacramẽto ad militiã adigerẽtur: nunc imparatis & inermibus imminere hoſtẽ, ut nulla ſpes ſalutis ſuperſit, ni deus à propheta exoratus periclitãtes in tutelã accipiat. Ille iubet eos ſecuro animo eſſe, neq; enim auxilium

dei defore. & mactato agno lactẽte, rogat deum ut in ſe ſperãtes protegat, & à ui Palæſtinorum tutos faciat: neue patiatur iam iterum ab eodem hoſte cladem accipere. hac uictima egregie litatũ eſt, & deus præſens ac propitius inſignem uictoriã annuit. Sed priuſquã totam flamma abſumeret, nõdum ſacro peracto, hoſtis in conſpectu aciem explicat, rem factã ſe habere putãs, interceptis Iudæis imparatis ad pugnã, & tantũ non inermibus, ut qui non in hoc in eum locum conuenerant. At longe aliter accepti ſunt q̃ crederent, etiamſi quis prędixiſſet. Primum enim terra iubẽte deo ſub pedibus eorũ intremuit, & uacillante ueſtigio nutabant, nõnulli etiã in improuiſos hiatus prolabebãtur: deinde fulminibus crebris attoniti, & ignitis fulgurib. oculos ac manus ſemiuſtulati, ut ne arma quidem retinere poſſent, in fuga ſpem totã ponebãt. cum ſubito Samuel in perturbatos irruit, cęſisq; plurimis, reliquos uſq; Corræos (id loco nomen eſt) perſequi nõ deſtitit. & fixo ibi ſuæ uictoriæ fugęq; hoſtium termino, qui trophæi uice eſſet, appellauit eum Fortem, in ſignũ donatæ à deo contra hoſtem fortitudinis: qui poſt hanc cladem nunq̃ bellũ inſtaurare eſt auſus, ſed cohibente metu & accepti incommodi memoria intra fines ſuos ſe continuerũt: & inuerſis rerũ uicibus, eorum ferocia in partes uictoris tranſijt. Nec his cõtentus Samuel crebris expeditionibus & multis cædibus eos uaſtauit, donec omnino ſuperbiam gentis perdomaret. agrũ etiam quem prælio uictis Iudæis abſtulerant, q̃ late inter Gittam & Accaronem patet, armis recepit. Reliq uero Chananęi pacẽ eo tẽpore cũ Iſraelitis habebãt.

Quomodo Samuel deficientibus per ætatem uiribus, rerum adminiſtrationem filijs ſuis commiſit. Cap. III.

SAmuel autem rebus populi cõpoſitis, & iuridicis conuentibus per certas urbes inſtitutis, ipſe ſingulis annis bis eas obibat, & iura reddebat: multoq; tempore hanc præcipuam curam habuit, ut patrijs
III legibus reſpub. adminiſtraretur. Deinde ſenio grauante, ut conſuetis mu-
1. Reg. 8 nijs ſufficere non poſſet, filijs ſuis principatum & curam reip. tradidit: quorum ſeniori Iohel, iuniori Abia, nomen erat: mandauitq; ut alter in Bethelis, alter in Barſabe ius diceret, partito populo, & ſua cuiq; iudici parte attributa. In his manifeſtum exemplum exhibitum eſt, non ſemper patribus ſimiles naſci filios, ſed interdum ex malis bonos, ſicut tunc contrà ex bono mali prognati ſunt. Relictis enim paternis inſtitutis diuerſiſsimam uiam ingreſsi, muneribus corrupti iuſtitiam opprimebant, & in iudicando non tam ueritatis quàm lucri reſpectum habebant, ſolutiq; in luxum ac delicias, tum dei uoluntatem, tum patris cõtemnebant, cui nihil magis erat cordi, quàm ut in populo iuſtitia uigeret quammaxime.

Quod populus offenſus Samuelis filiorum moribus, regem ſibi dari poſtulauit. Cap. IIII

POpulus autem uidens rempub. cura & diligentia prophetæ optime conſtitutam, labefactari per filiorum eius impotentiam, uehementer offenſus ad patrem concurſum fecit, qui tum habitabat in urbe Ramatha: & cõmemoratis filiorum eius iniquitatibus, quodq; ipſe iam ſenio debilis, more ſolito præeſſe adminiſtrationi rerum non poſſet, obnixe precabatur ut regem aliquem declararet, qui toti genti cum imperio præſit,
IIII & à Palæſtinis illatæ toties iniuriæ pœnas debitas exigat. Hæc populi uoluntas uehementer Samuelẽ contriſtauit, qui propter innatam iuſtitiã non amabat

bat regiam poteſtatem ut nimiam. Valde enim optimatũ gubernatione dele ctabatur, nõ aliam ad felicitatẽ populi cõducibiliorem exiſtimans. adeoq; res hęc hominẽ ſolicitũ habuit, ut nec cibum nec ſomnum præ cura caperet, ſed per totam noctem ſe in lecto uerſaret, multa interim animo uolutãs. Sic affe cto deus ſe uidendũ præbuit, conſolatus eum ne poſtulata populi ægre ferat: dicens nõ tam ad ipſum pertinere hanc contumeliã, quàm ad ſe, quẽ nolint ſi bi ſolum eſſe regẽ: idq; moliri cœpiſſe iam inde ex quo primũ ope ſua ex Aegypto ſunt educti. uerũ nõ multo poſt futurũ eſt, inquit, ut eos cõſilij huius ſero pœniteat: quãdo nec factum infectum eſſe poterit, & ipſi ſuam erga me æque ac te ingratitudinẽ damnabũt. Nunc iubeo te eis creare regẽ quem ego deſignauero: idq; prius q̃ facias, præmonebis quantũ malorũ ſibi ultro aſci- ſcãt, proteſtaberisq; eos te inuito ad mutationẽ ſtatus in deterius properare. His auditis Samuel, mane cõuocatis Iudæis, declaraturũ ſe illis regem promi ſit, addens uelle ſe prius indicare, quæ erunt ſub regibus ferenda, & in quãtis incõmoditatibus erit uiuendum. Scitote ergo primũ q̃ a uobis abſtrahẽt ue- ſtros liberos, & alios aurigas ſibi faciẽt, alios equites & ſatellites & curſores, & tribunos ac cẽturiones: & alios itẽ opifices, armorum ſuorum ac curruum aliorumq; inſtrumentorũ fabros: præterea uillicos agrorum ſuorum & ara- tores, & uinearũ foſſores: & nihil eſt quod nõ cogentur facere more manci- piorum quæ pecunia parantur. Filias quoq; ueſtras facient ſibi unguẽtarias, & culinarias, & panificas: & ad alia miniſteria compellẽt, quæ ancillæ neceſſa riò uerberum formidine obeũt. poſſeſsiones etiã ueſtras uobis ablatas eunu chis ſuis & ſatellitibus donabunt, & pecorum greges unicuiuis è ſuis largien tur. & ut cõpẽdio dicam, ſeruietis unà cum omnibus ueſtris regi, nõ ſecus atq; domeſtici eius famuli. cumq; hæc omnia patiemini, ueniet uobis in mẽ tem huius meæ prædictionis, & pœnitẽtia tacti ſupplices dei miſerationem implorabitis, ut uos à regib. liberet. uerũ ille nõ admittet eas preces, ſed repul ſos ſinet dare pœnas incõſultæ temeritatis. His præmonitionibus multitudo erat ſurda, nec à propoſito dimoueri poterat, contẽptis omnib. quæ Samuel in rem eorũ afferebat: ſed urgebat obſtinate ut miſſa futuri cura regẽ crearet: quandoquidem niſi regis ductu uindicare ſe de inimicis gentibus non ualе- rent: nec eſſe abſurdũ, ſi cum finitimi omnes regnẽtur, & ipſi eandẽ reip. for- mã accipiãt. Samuel uero uidẽs ſe prædictionib. ſuis parũ proficere, ſed per- tinaciter eos in ſentẽtia manere: Nunc, inquit, abite domũ quiſq; ſuã, & cũ tẽ pus erit accerſam uos, q̃ primũ cognouero, quem uobis regẽ deus dare uelit.

Saulus iubente deo rex declaratur. Cap. V

ERat quidam ex tribu Beniamitide, uir bene natus & laudatis mori 1.Reg.9
bus, nomine Cis. huic erat filius, nomine Saulus, egregia tũ ſtatu- ra tum ſpecie, quib. reſpondebat & animus. Hic Cis cum eximias aſinas, quibus præ cæteris iumentis delectabatur, à reliquo grege aberrantes amiſiſſet, filiũ cũ uno famulo ad eas quærendas miſit. qui cũ perlu ſtrata ſua tribu eas nõ inueniſſet, ad alias uenit: et cũ nuſquã cõparerẽt, decre uit redire, ne patri ſolicitudinis cauſa fieret. & dum nõ longe à Ramatha op- pido iter faciũt, famulo admonẽte habitare ibi prophetã ueridicũ, eũq; om- nino conſulendũ eſſe: ſic enim ſcituros quid actum eſſet de aſinis: reſpõdit,

nihil ſe habere quod mercedē diuinatiōis daret. iam enim uiaticū eſſe cōſum
ptum. & dicēte famulo, ſupereſſe quadrantē ſicli, eūq; dari poſſe, neſciebāt
enim prophetā mercedes nō accipere, itū eſt ad illū: inuētisq; circa portā uir
ginib. aquatū euntibus, interrogāt ubinā ſit prophetæ domiciliū. quæ indica
tis ædibus, iubent properare prius q̄ eat ad cœnā. præbere enim eū epulū, &
nihil eſſe in mora niſi ut ille primus accūbat. Samuel aūt hac ipſa de cauſa cō
uiuas uocauerat. nā pridie cum per totā diē precatus eſſet deū, ut certiorē ſe
redderet quē creaturus eſſet regē, in craſtinū ſe id facturū pollicitus eſt: circa
eandē enim horā miſſurū ſe Beniamitā quendā iuuenē. quā ob rē ſedebat in
ſolario, expectās præfinitū tempus: quo peracto ad cœnā ſe cōferebat. cumq;
Saulū offendiſſet, deus inſpirauit ei, hūc eſſe futurū principē. Saulus uero ac
cedēs eū, ſalutatū prius rogat ubi propheta habitet. hoſpitē enim ſe hoc igno
rare. cumq; ille reſpōdiſſet, ſe eū eſſe, & ad cœnā duceret, dicēs nō aſinas tan
tū quas quæreret ſaluas, ſed omniū omnia bona in poteſtatē eius fore: ſupra
ſpem, inquit, meā ſunt iſta domine. neq; enim ea eſt mea trib. quæ reges pro-
ferat, & familia mea humilior eſt alijs familijs. tu uero ludis me, & maiora q̄
pro mea cōditione loqueris. Propheta autē deductū eum ad conuiuiū accū-
bere fecit, & famulū ſupra alios uocatos. erāt hi ſeptuaginta numero. iuſitq;
miniſtris ut Saulo portionē regiam apponerent. cumq; iam hora dormiendi
adeſſet, alij quidem ſurgentes domū quiſq; ſuā reuertebātur. Saulus uero a-
pud prophetā cum famulo pernoctauit. & cum primū dies illuxit, Samuel ex
citatū eum in uiā deduxit. Poſtq̄ autem egreſsi ſunt urbem, monuit ut famulo
præcedere iuſſo, ipſe pauliſper ſubſiſteret. eſſe enim qđ ſine arbitris illi uel-
1.Reg.10 let dicere. tum Saulus famulū ablegat, & propheta deprōpta lecytho caput iu
uenis oleo perfundit, ſimulq; regē ſalutat, deum ei honorē hūc ratū facere di
cens, pro tutela Hebræorū, quorū iniurias bello Palęſtinis illato ulciſci debe
at. hæc ita fore hoc argumēto cognoſcere poteris. In hoc itinere offēdes tres
homines religionis ergo tendētes ad Bethela: quorū primū uidebis ferre tres
panes, ſecundū hædum. hos tertius ſequetur utrē uini baiulās. hi tibi comiter
ſalutato dabūt panes duos, & accipies. inde uenies ad Rachelis monumētū,
ubi occurret tibi qui nūciet inuētas eſſe aſinas. Inde progreſſus ad oppidum
Gabatha, in cœtū ꝓphetarū incides: & correptus diuino ſpiritu, una cū illis
prophetabis, ut quotquot hæc uiderint, attoniti miraculo dicāt, unde hęc feli
citas Ciſi filio? his ſignis uiſis certo ſcito deū eſſe tecū: & ſaluta patrē tuū et co
gnatos. Venies aūt Galgala, me accerſente, ut ꝓ his deo pacificas hoſtias im-
molemus. His prædictis dimiſit iuuenē: & quicquid prædictū eſt occurrit ei
in hoc itinere. Poſtq̄ aūt domū redijt, percōtante cognato ſuo Abenaro, quē
præ cæteris diligebat, quomodo ſucceſsiſſet peregrinatio, nihil illū celauit,
ne hoc quidē ꝙ apud ꝓphetā fuiſſet, & ex eo cognouiſſet inuētas eſſe aſinas.
de regno tātū tacuit, ne ea res uel credita inuidiā, uel nō credita uanitatis opi
nionē ei cōtraheret. quāuis em & amicus eſſet & cognatus, tutius tamē ac cō
ſultius arbitratus eſt ſilētiū, reputās credo humanæ naturæ infirmitatē, ꝙ ne
mo cōſtans in amore, ſed etiāſi manifeſto diuino ſuffragio felicitas cōtingat,
tamē alios ſibi præferri inique & inuide ferūt. Porrò Samuel populū in oppi
dū Maſphatim cōuocat, & cū frequētes adeſſe uideret, in hanc ſententiā allo

quitur

quitur.Hæc iuſsit me dñs ſuo nomine ad uos perferre. Ego uos in libertatẽ uindicaui,primũ Aegyptiorũ ſeruos,deinde à uicinis regib. toties uictos ac ſubiugatos.proquib.beneficijs hãc mihi gratiã reponitis,quod abrogato mihi quãtũ in uobis eſt impio,quaſi neſciatis utiliſsimũ eſſe homini à deo regi, unũ è ueſtro numero digniorẽ exiſtimatis,qui uobis prẽſit:qui ſubditis tanq̃ pecudib.p ſua libidine utẽs, quidlibet in quẽuis licere ſibi uolet.nõ em̃ fieri poteſt,ut homo erga hominẽ ſic affectus ſit,quẽadmodũ ego erga à me ipſo conditũ.Eia quãdo plus apud uos poteſt temerarius animi impetus q̃ uel religio uel beneficiorũ memoria,digerat̃ multitudo per trib.& familias,& fiat ſortitio.Quo facto Beniamiticæ tribus ſors exijt.dein familiarũ nominib. in urnã cõiectis,Metri familiæ ſors obuenit,poſtremo cũ uiritim ſortitio fieret Saulo Ciſi filio regnũ ſortito obtigit.Iuuenis uero q̃ hoc præſciebat,abdiderat ſe,uideri uolẽs inuitus ad regnũ accedere.Tãta fuit prẽditus modeſtia ſimul & tẽperantia, ut cũ pleriq; uel modica felicitate potiti uix ſui præ lætitia ſint cõpotes,& omnib.ſe ob oculos ingerãt:hic tot populorũ rex declaratus ac dñs,nõ modo nõ oſtentaret ſe,uerũ etiã è ſubditorũ conſpectu ſubduceret,ut nõ abſq; negotio poſſet inueniri.cũq; nusq̃ cõparẽte Saulo omnes eſſent ſoliciti,hæſitãtes quidnã fieri oporteat,propheta precib.deũ appellat,ut latebras indicet,deſideratũq; iuuenẽ exhibere dignet. qd̃ ubi impetratũ eſt, mittit qui eũ adducãt:& poſtq̃ uenit,in medio populi iuuenẽ ſtatuit uniuerſis cõſpicuũ,ut qui humeris tenus ſupra omnes excelleret, & ipſa ſtatura maieſtatem regiã præ ſe ferret.Tum propheta:Hunc uobis deus dat regẽ.cõtemplamini quantũ omnibus præminet,& q̃ ſit hoc honore dignus. Cũq; populus acclamaſſet,Viuat rex:propheta cõſcriptis in libro omnibus quę illis ſub regia dominatiõe erãt euẽtura,recitauit ea populo rege præſente, & librũ in tabernaculũ dei repoſuit,ut eſſet apud poſteros prædictionis ſuæ monumẽtum.His ita perfectis,dimiſſoq; populo,ipſe reuerſus eſt Ramatha in patriã. Saulũ uero in natale oppidũ Gabatha redeuntẽ multi boni uiri comitabant̃, ut nouo regi debitũ officiũ præſtãtes.Sed plures mali & factũ hoc eorũ uitio uertebãt,& ipſi contempto rege nullis uel munerib.uel obſequijs gratiã eius demereri conabant̃. Mẽſe aũt poſt acceptũ regnũ elapſo,exortũ cõtra Naa v
ſen Ammanitarũ regẽ bellũ apud omnes ex æquo autoritatẽ illi parauit. Hic 1.Reg.11
em̃ diu Iudæis ultra Iordanẽ habitãtib.infeſtus,poſtremo cũ magno & forti exercitu regionẽ ingreſſus urbes eorũ ſubiugare cœpit:nec cõtẽtus libertatẽ in præſens abſtuliſſe,ut oẽm rebellãdi materiã in futurũ adimeret,tã ultro deditis,q̃ ui ſubactis dextrũ oculũ eruebat:ut qm̃ ſcutũ ſiniſtro proſpectum negat,omnino inutiles bello fierẽt.hoc modo tractatis trãs amnẽ incolentibus in Galadenã exercitũ duxit: & caſtrametatus ad primariã regionis urbẽ, cui nomẽ eſt Iabes,oratores eò miſit,qui cõditiões offerrẽt,ut aut deditiõe facta dextris oculis orbent̃ ut alij: aut internecionẽ hominũ & oppidorũ excidiũ exſpectẽt.eligerent ipſi utrum mallent,paruã corporis particulã decidere,an in omnium facultatũ ſimul & uitæ diſcrimen uenire. Tam ancipiti optione territi Galadeni,nec hoſtile reſponſum dare auſi ſunt,nec pacatum:ſed indu cias ſeptem dierũ petierunt,ut miſsis ad conſanguineos nuncijs poſtularent auxilium. & ſi impetratum fuerit, bellum gerant.ſin minus, promittebant ſe

deditionem facturos quacunq; conditione hosti liberet. Naases aũt qui Galadenos contemnebat, nõ grauatim inducias dedit, permissis undecunq; suppetias implorare. qui euestigio per oẽs Israelitarũ urbes nũcios dimiserũt, significantes se minis Naasis in extremam desperationem adductos. sed quocunq; illi uenirent tantundem metus quantum mœroris afferebãt; ut nemo se mouere auderet. cæterum cum ad regiam quoq; uenissent, & ibi etiam populus sicut in alijs oppidis afficeretur, nil aliud quàm mœrẽs, Saulus rure domum reuertẽs, & animaduersa mœstitia populi, scitatus satin saluæ res esset, & quæ noua causa tristitiæ: ex nuncijs omnia cognouit. mox percitus diuino afflatu, ire eos iubet, & Iabesenis referre, se tertia die uenturum auxilio, & ante solẽ exortum hostes profligaturum, ut exoriens Ammanitas fusos ac fugatos, miseros uero ciues periculo exemptos inspiciat. atq; his mãdatis, aliquot ex eis retinuit, quibus itineris ducibus uti decreuerat.

Sauli uictoria contra Ammanitas. Cap. VI

1.Reg.12 VOlens autẽ pœnæ formidine populũ ad Ammaniticũ bellũ excitare, quo celerius cõueniret, boũ qui fortè ab opere ueniebãt neruos succidit, idẽ passuros minatus qui postridie cũ armis ad Iordanem nõ afforet, secuturi quocũq; ipse ac propheta ducerẽt. Eo metu factum est ut cũ omnes ad præfinitũ tẽpus præsto essent, recẽsitis apud Balã oppidum copijs, inuenirẽtur septingẽta milia cõfluxisse, absq; tribu Iudæ: quæ sola armauit LXX milia. Trãsgressus dein Iordanẽ & decẽ schœnorũ spatiũ nocte una emẽsus, ante solis ortum quò destinarat peruenit: & diuiso trifariã exercitu, undiquaq; hostem nihil tale expectantẽ aggreditur: & acriter pugnãdo ingẽti strage edita inter cæteros Naasen regẽ occidit. Hæc uictoria Sauli nomen apud omnes Hebræos inclytũ reddidit, fama longe lateq; fortitudinẽ uiri celebrante. Si qui enim erãt qui prius eũ contẽnerẽt, tunc mutata in diuersum opinione nullo nõ honore dignũ prædicabãt. nam nõ cõtẽtus Iabesenos seruasse, in Ammanitarũ regionẽ irruptione facta totã uastauit, & ditato expræda exercitu, gloriose domũ reuersus est. Populus uero nimio gaudio gestiẽs, placebat sibi q̃ talem regẽ esset nactus, & illis qui inutilẽ fore dixerãt insultabat, rogitans ubi nunc essent isti contẽptores, & ad suppliciũ eos deposcens. & alia multa iactabat, ut solet multitudo, quoties in aliqua felicitate cõstituta cõtra autorũ eius aduersarios iritatur. Saulus interea studium quidẽ ac bene uolentiã eorũ collaudabat, sed iureiurando affirmauit nõ passurũ ut quisquã è consanguinea multitudine tam festo die rapiatur ad suppliciũ. Periniquum enim esse uictoriã à deo datã ciuili sanguine polluere: sed magis decere ut positis odijs diẽ epulis ac hilaritate trãsigãt. Post hæc Samuele monẽte opus esse alteris comitijs per quæ Saulo rata fiat regni possessio, cõuentus fit apud oppidũ Galgala. ibi rursum inspectãte tota multitudine propheta unxit Saulũ sacro oleo, atq; iterũ regẽ cõsalutari fecit. Ita factũ est ut mutato reip. statu regia dominatio introduceret. Sub Moyse enim & discipulo eius Iesu, qui tũ exercitui cũ imperio præfuit, optimates rẽ administrabãt. post cuius mortẽ octo decim annis populus sine summo magistratu uixit: deinde rursum ad pristinã regiminis formã redierũt, qui belli gerendi sciẽtia & fortitudine præcelleret, supremũ iudicẽ constituẽdo. quam ob rem totum hoc tẽpus, quo talis status durauit

durauit,appellauerunt Iudicum. Samuel autem propheta priuſquã comitia diſſoluerentur ſic eſt allocutus populum: Adiuro uos per maximũ deũ, qui uobis optimos illos fratres Moyſem & Aaronẽ miſit,& patres ueſtros ex Aegypto eduxit:ut abſq; pudore ac metu omni ue affectu alio,libere dicatis,nũ quid cõtra ius & æquum fecerim, uel proprij lucri cupiditate,uel in alterius cuiuſquam gratiam. Coarguite me ſi cuius uitulum aut ouem,aut aliud quid tale accepi:cum tamen huiuſmodi munuſcula quæ in quotidianũ uictum cedunt,ab ultro dantibus ſumere,uitio uerti non ſoleat: aut ſi cuius iumẽto ad meas neceſsitates uſus ſum.in his & ſimilibus ſi quem offendi, nũc rege præſente dicite. Acclamatũ eſt uno ore, nihil tale eum feciſſe, ſed ſancte & iuſte principatum geſsiſſe. Tum ille, Gaudeo nullas eſſe ueſtras de me querelas,at ego habeo nonnihil quod cõquerar,ſi uera loqui licet: quæ tamẽ iniuria magis ad deum attinet,quem certe hoc facto ualde offendiſtis,quòd aliũ regem popoſciſtis. oportebat enim uos meminiſſe,quòd auus ueſter Iacobus, LXX ſolis hominibus ueſtri generis comitatus,fame coactus in Aegyptũ deuenit. Cumq; ibi in multa milia propagata eſſet eius progenies, eaq; graui & contumelioſa ſeruitute ab Aegyptijs premeretur,inuocãtib. ueſtris patribus,abſq; ullo rege deus tantã multitudinẽ eripuit,miſsis in hoc Moyſe & Aarone fratribus:qui uos in hanc terrã induxerũt quam nunc poſsidetis. & tamen poſt talia beneficia non ſemel prodidiſtis uerã pietatẽ ac religionẽ. Nihilominus ſubiugatos ab hoſtibus liberauit,dum eius ope uiciſtis primũ Aſſyriorũ potentiã,deinde Ammanitarũ ac Moabitarũ,& poſtremo Palæſtinos. atq; hæc omnia confeciſtis nõ regũ auſpicijs,ſed ductu Iaphthæ & Gedeonis. Quæ igitur dementia uos impulit,ut detrectantes imperiũ dei,ſub rege eſſe malletis? Geſsi tamẽ uobis morẽ,eo declarato,quẽ ipſe elegit. Vt aũt manifeſte ſciatis deum uobis iratum,nec ei placere in regnũ uerſam ueſtrã rempublicã,dabo euidẽs ſignum diuinitus. Qualem enim nunq; quiſquã æſtatis medio uidit in hac regione tempeſtatẽ,talem nunc impetrabo à deo,quæ uerbis meis fidem aſtruat. Vix ea fatus erat,cũ tanta uis tonitruũ ac fulgurũ & grãdinis ingruit, ut attoniti extremaq; timentes faterentur ſe peccaſſe,& per inſcitiam in hunc errorẽ prolapſos,rogarentq; prophetam ut paterno affectu eos complexus, in gratiã dei placati reponeret,& quemadmodum aliorũ antea, huius quoq; peccati ueniam impetraret. pollicitus eſt ille rogaturũ ſe pro eis deum,& exoraturum:ſimulq; cõſilium dedit,ut probi ac iuſti eſſe perpetuo ſtuderẽt,nec unquam obliuiſcerẽtur,in quantas clades & calamitates ob neglectum uirtutis incidiſſent. meminiſſent præterea prodigiorũ dei legumq; per Moyſem latarum,ſi caram haberent uel ſuam ipſorum uel regis incolumitatem. quòd ſi hæc negligerent,prædixit grauem ultionem tam ipſis quàm regi nõ defore. atq; ita denuo confirmato in regno Saulo,conuentum miſſum fecit. 1.Reg.7 11

Palæſtini Hebræos bello aggreſſi uincuntur. Cap. VII.

Ex autem delectu habito,cõſcriptiſq; tribus milibus,duo milia ſibi uoluit eſſe ſatellitiũ,cum quibus ad habitandũ Bethela ſe contulit:reliquos Ionathæ filij ſatellites eſſe iuſsit,quẽ miſit in Gabã. ille uero expugnauit caſtrum quoddam Palæſtinorum non longe inde diſtans. Qui enim Gabam tenebant,perdomitis Iudæis arma ademerunt, VI 1.Reg.13

&

& occupatis opportunis locis præſidijs ea cõmuniuerũt,& omni prorſus ferri uſu eis interdixerũt.quã ob rẽ ſi quãdo agricolis opus eſſet aliquo ferramẽto,puta uomere aut ligone,aut alio ad colendum agrum neceſſario,à Palæſtinis inſtrumentum erat petendum.Vt uero audiuerũt expugnatũ caſtrum,indignati & non ferendam cõtumeliam dictitantes, armant contra Iudæos trecenta milia peditum,curruum triginta milia,equitum ſex milia:et caſtra metati ſunt ad oppidũ Machmã.His cognitis rex Saulus profectus eſt Galgala: & dimiſsis præconibus per totam ditionẽ, edicit ut qui ſaluam uult libertatem populi,contra Palæſtinos arma capiat:diſsimulans interim eorum potẽtiam, & negans tales eſſe ut timeri debeãt.ſed ubi certo compertũ eſt maximũ eſſe hoſtiũ numerũ,metus omnes Sauli ſubditos occupat : & pars in ſpelũcas ac loca ſubterranea ſe abdũt,plures uero ultra Iordanẽ fugiunt, quæ regio à Gadis & Rubeli tribubus tenebatur.Saulus aũt accerſit prophetã,ut de cõmuni conſilio res geratur.Ille renunciat,debere eum eodẽ loco manentẽ cõparare uictimas:ſe enim poſt ſeptẽ dies uenturũ,ut imolatis ſabbato uictimis, cũ hoſte prælio decernatur.at ille exſpectauit quidẽ quantũ propheta iuſſerat, ſed nõ per omnia fuit obediens.Cum enim cũctari prophetã cerneret,& ſe paulatim à militibus deſeri,uictimas ad altare obtulit.Cumq; nunciatũ eſſet prophetã aduẽtare,honoris cauſa obuiã ei prodijt.Ille male factũ dixit, q̃ neglectis ſuis mandatis,ſe abſente preces & ſacrificia quæ dei uoluntate faciẽda erãt pro populo temere occupaſſet.Saulo uero excuſante, expectaſſe ſe ad ſta tutũ dierũ numerũ:ſed cũ milites audito hoſtẽ relicta Machma petere Galgala,metu ſe deſererẽt,neceſsitate cogẽte properaſſe ad ſacrificiũ : Conſultius, inquit propheta,feciſſes,ſi mihi paruiſſes,& prę nimia feſtinatiõe deũ,cuius ego mentis interpres ſum,nõ contẽpſiſſes.nam per obedientiã & tibi diuturnitatem regni,& poſteris ſucceſsionẽ parare poteras.Ita Samuel offenſus regis facto domũ eſt reuerſus.Saulus autem cum ſexcentis tantum militibus & Ionatha filio uenit in urbem Gabaonem.horũ maior pars non erat armis inſtructa,quòd ea regio nec ferrum haberet,nec armorum fabros : quod cura Palæſtinorum cautum fuiſſe diximus.hi diuiſo trifariam exercitu , per totidẽ uias regionẽ Hebræorum ingreſsi omnia populabantur , ſpectante Saulo rege cum filio,nec ualẽte prohibere hoſtẽ,propter ſuorum paucitatẽ.Occupauerant enim collẽ quendam cum pontifice Achia,qui fuit unus ex Elis pontificis poſteris,& uidẽtes ſuorum res impune agi & ferri,grauiter angebantur
1.Reg.14 quòd in ſe nihil eſſet præſidij.Filius uero Saulis cum armigero ſuo cõſpirat, utclàm ingreſsi caſtra hoſtium tumultum aliquem & trepidationem in eis excitarẽt:& famulo omnem operam in quemuis euentum pollicente, etiam ſi mori oporteat, ſoli a colle deſcendẽtes uerſus hoſtium caſtra iter faciunt. ea ſita erant in loco prærupto,qui tribus angulis in longum excurrebat,rupe circumquaq; cincta,ceu munimento contra inſultus hoſtium . Quapropter negligentius cuſtodiebantur , quia propter naturam loci non ſolum aſcendere,ſed ne accedere quidem tutum uidebatur . Ergo poſtquam eò acceſſerũt,Ionathas confortabat armigerum ad hoſtẽ aggrediẽdum.Si nos, inquit, uiderint,iuſſerintq; aſcendere,omen uictoriæ accipiendũ eſt. quod ſi tacuerint,neq; nos uocauerint,reuertamur. Cũq; propius ad hoſtilia caſtra accederent

derẽt appetente iã die, Palæſtini ubi hoc uiderũt inter ſe dicebãt: ex antris & cuniculis prorepunt Hebræi, deinde Ionathæ cũ armigero inclamabãt, Venite huc daturi pœnas audaciæ. Quam uocem Sauli filius cupide arripiẽs, ut indubitatũ omen uictoriæ, tunc quidẽ receſsit è loco in quo cõſpecti fuerãt. ſed ex alia parte ad rupem accedentes propter ſitũ incuſtoditã, magno labore difficultate loci ſuperata euaſerũt ad hoſtem. aggreſsiq; ſopitos uiginti ex his interfecerũt, & totũ exercitũ ſtupore ac cõſternatione repleuerũt: ut abiectis armis in fugã ſe darẽt. pleriq; uero non noſcitantes inter ſe, quòd ex multis gentibus conflati eſſent, pro hoſtibus ſe inuicem inuadebant: & cum nõ putarent duos tantum Hebræos in caſtra penetraſſe, mutuo marte cadebãt. quidam metu uulnerũ in præcipitia aut ipſi ruebãt, aut ut fit in turba tumultuante, alij ab alijs protrudebãtur. Cumq; renunciatum eſſet regi per ſpe- VII
culatores tumultum eſſe in caſtris Palæſtinorum, interrogauit Saulus, num aliquis è ſuis abeſſet: & audito filium cum armigero abeſſe, iubet pontificem ſumpto ſacerdotali habitu de futuris uaticinari. Quo reſpondẽte uictoriam deũ & hoſtium cladem promittere: ducit militem in Palæſtinos, & perturbatos adoritur, iam ante ipſos inter ſe depugnantes. quo audito, qui antè in ſpeluncas & ſubterranea ſe abdiderant, & ipſi prorumpentes militibus Sauli ſe agglomerant. iamq; ad decem milia creuerãt, hoſtemq; tota ea regione palantem inſectabantur. ibi rex ſiue nimio gaudio parum ſui compos, quòd difficile ſit eximiã felicitatẽ moderato animo ferre, ſiue per inſcitiam, dignũ quiddam reprehenſione admiſit. Volẽs enim meritas pœnas à Palæſtinis ad ſatietatem repetere, diris deuouit eum, quicunq; intermiſſã cæde ante noctem cibum caperet, nolens ante tenebras inſequendi & cædendi finẽ facere. Paulo pòſt cum delati eſſent ad quandam ſyluam Ephræmiticæ tribus refertam apibus, filius Sauli qui non exaudiuerat patris imprecationes, easq; cõſenſu populi ratas habitas, fauum fortè nactus expreſſum inde mel edebat: & monitus quòd pater additis execrationibus interdixiſſet ne quiſquam cibum ante ſolis occaſum ſumeret, edere quidem deſtitit: negauit tamen recte id à patre factum. maiore enim ui & alacritate hoſtem perſecuturos fuiſſe, ſi corpora cibo recurauiſſent, & lõge plures aſſecuturos fuiſſe ac trucidaturos. Itaq; cæſis Palæſtinorum multis milibus, ſub ueſperam demũ eorũ caſtra diripiunt: & inter cæterã prædam magna pecudũ copia reperta mactant, carnibusq; nondum à cruore purgatis ueſcuntur: quod è ueſtigio regi à ſcribis renũciatum eſt, uulgus militum in deum peccare, & carnes etiam tum cruẽtas coquere ac edere. Tum Saulus iubet ſaxum grande in mediũ prouolui: edicitq; ut ſuper illud pecudes iugulent, nè ue carnes cum ſanguine comedãt: quia factũ hoc deo diſplicet. cui edicto cum omnes parerẽt, ſtatuit ibi altare, & impoſitis uictimis holocautoma deo incẽdit: idq; altare omniũ primũ à Saulo exſtructũ eſt. cumq; eadẽ nocte priuſquã uires & animos reſumerẽt, hoſtiũ reliquias uellet cõficere, & miles haud grauatim imperata faceret, magnã præ ſe ferẽs alacritatẽ, accito põtifice iubet eum diuinam ſuper hoc uoluntatẽ quærere, an ſibi reliquum hoſtilẽ exercitũ delere permittatur. Pontifice uero negante deũ reſpõſum uelle reddere: nõ temere eſt, inquit rex, hoc dei ſilẽtiũ, qui antehac ultro ſolebat quid facto eſſet opus cõſulere: ſed oportet aliquod latens

in

in nobis peccatū eſſe, quo offenſus tacet. Sed iuro per eum ipſum, quòd etiã ſi filius meus Ionathas peccatum id commiſiſſet, ut deum placem, capitis pœnam ab eo exigam, non ſecus quàm ſi de quouis nihil ad cognationẽ meam pertinente ſupplicium ſumendum ſit: tum acclamante multitudine ut hoc faciat, uniuerſos cõfeſtim in unum locũ ſtatuit: & ipſe cum filio ſeorſum ſtans, ſorte deprehenſurus quis in culpa ſit. cumq; ſors Ionathã indicaret, interrogat quid feciſſet, & cuius peccati ſibi eſſet conſcius. tum ille; Equidem pater, nihil aliud ſcio, niſi quòd heri dũ hoſtem perſequor, edicti tui neſcius de fauo deguſtaui. Saulus uero iurat ſe eum occiſurũ, pluris quàm genus aut naturam aut affectus, iuſiurandum faciens. Ille ne præſenti quidem periculo territus, magno ac generoſo animo ſe præbuit. Nihil, inquit, deprecor pater. Libẽter enim hanc mortem fero, quæ te religione ſoluat; dum prius tam magnificam uictoriam uidere contigit. maximum enim mihi fuerit ſolatium, Palæſtinorũ inſolentiam ab Hebræis eſſe perdomitam. Hac iuuenis indole omnis multitudo ad dolorẽ & miſerationem flexa eſt, iurantq; non laturos ſe ut occidatur Ionathas autor tam luculẽtæ uictoriæ. atq; ita iuuenem irato patri eripiũt, & uota deo faciunt ut ipſum immunẽ à peccato faciat. Saulus uictor domum reuertitur, cæſis circiter ſexaginta milibus hoſtium. Feliciter deinde regnauit, & cõtra finitimos Ammanitas & Moabitas, Palæſtinosq; & Idumæos ac Amalecitas, & regem Obæ multas res geſsit proſpere. Habuit autem liberos mares tres, Ionatham, Ieſum, Melchiſum. Filiæ fuerũt ei Merob & Michaal. Copiarum imperium dedit patrueli Abenaro. Is Neri fuit filius. Nerus uero & Cis Sauli pater germani fuere Abeliæ filij. Abundabat autem & equitatu & curribus, & cum quocunq; hoſte cõgreſſus ſemper uictor reuertebatur, ita ut Hebræorum res ad felicem ſtatum perduxerit, & potẽtiam eorum in tantum auxerit, ut omnibus finitimis eſſent formidabiles. ex iuuentutis uero numero robore ac ſpecie præſtãtiſsimũ quenq; in ſuũ deligebat ſatellitiũ.

Victoria Sauli contra Amalecitas. Cap. VII.

VIII 1. Reg. 15

SAmuel autem ad Saulum ueniens, ait ſe ad illum miſſum à deo, ut eum commonefaceret, electione dei cæteris eum in regno prælatum, atq; ideo par eſſe ut ei morem gerat in omnibus: quandoquidem ipſe præſit populis, deus autem & regibus & cæteris rebus omnibus. Hæc igitur, inquit, ſunt mandata domini: Quoniam Amalecitæ Hebræos in deſerto multis affecerunt iniurijs, dum egreſsi ex Aegypto in eam quam nunc tenent regionem proficiſcuntur, oportet iuſto bello in eos uindicare, & deuictos internecione delere: ſæuireq; in omnem ſexũ ac ætatem, & has illis pro iniurijs patribus olim illatis pœnas rependere. ac ne iumentis quidem alijsq; pecudibus parcere, aut inde quicquã prædæ nomine uſurpare, ſed omnia deo ſacra eſſe, ut iuxta Moyſis præceptũ Amalecitarũ nomen è rerum natura deleatur. Pollicitus eſt Saulus facturũ ſe omnia: & ratus obedientiam in hoc conſiſtere, ſi non pareret tantum, ſed etiam quamcelerrime mandata exſequeretur, confeſtim omnes undiq; copias contrahit, & recenſito apud Galgala milite, abſq; tribu Iuda circiter quadringenta milia comperit: quæ tribus ex ſuo tantum delectu præbuit triginta milia. Saulus autem Amalecitarum terram cum exercitu irrumpẽs, pluribus locis inſidias circa torrentem

rentem dispoſuit, ut nō ſolum marte aperto eos infeſtaret, ſed ex improuiſo etiam per uias circumuentos opprimeret. Poſtremo magno prelio in fugam uerſos non prius perſequi deſtitit, quàm ad unū omnes ferro tolleret. Quod opus poſteaquam ita ut diuinitus prædictum fuerat ſucceſsit, oppidatim bellum circumferre cœpit: quorū aliquot machinis, alia cuniculis & operibus, nonnulla fame ſiti alijsq; modis cum expugnaſſet, uſque ad mulieres & pueros cædibus graſſatus eſt, nec crudele nec inhumanū hoc ratus: primū quòd in hoſtem ſæuiret, deinde quòd iuſſu dei, cui non parere periculoſum eſt. Cepit etiam regem hoſtium Agagum, cuius magnitudinem ac pulchritudinem corporis miratus, ſeruare eum decreuit, idq; non ex dei ſententia, ſed uictus affectu proprio, inconceſſam miſerendi licentiam ſuo periculo ſibi uſurpās. Deus enim ita Amalecitas oderat, ut ne infantibus quidem parceret, quos natura ipſa miſeratione cæteris digniores eſſe uoluit. Saulus autē regem ipſum hoſtium, & malorum omnium Hebræis autorem ſeruauit, pluris eius formā quàm dei mandata faciens. Hoc eius peccatum imitatus eſt mox populus: & ipſi enim iumentis ac pecoribus pepercerūt, in prædam contra dei mandatū abactis, pecunias etiam cæterasq; opes diripuerunt, nihil perdentes niſi contemptibile. Itaque deuictis omnibus à Peluſio, quæ urbs eſt in Aegypti finibus, uſq; ad rubrum mare, totam eam regionem Saulus uaſtauit, ſola Sicimitarum gente intacta, qui in Madianæ terræ meditullio habitant. Hos ante belli principium admonuit per nuncios, ut ſecederent, ne ue res ſuas cum Amalecitarum rebus miſcerent, ne ex eo bello & ad ipſos cladis aliquid perueniret. Studere enim ſe eorum incolumitati, propter cognationem quæ illis cū Raguele Moyſis ſocero intercedebat. Atque ita Saulus ac ſi nihil eſſet prætermiſſum ex ijs quæ propheta iuxta dei uoluntatem de bello gerendo mandauerat, ſed omnia fuiſſent ad unguem obſeruata, lætus uictoria domum reuertitur. Deus autem offenſus eſt quod regi erat parcitum, & quod populus pecudes in prædam uerterat, cum ipſe neutrū permiſiſſet. Iniquū erat cuius ope uictoria contigiſſet, eius mandata contemni, etiam ſi is mortalis aliquis rex fuiſſet. Admonens igitur ea de re prophetam, ait ſe pœnitere Saulum elegiſſe, qui non curet iuſſa ſua exequi, ſed malit quicquid ipſi uiſum fuerit facere. His auditis Samuel uehementer conturbatus, per totam noctem fuſis precibus deum Saulo conciliare conabatur. At ille quantumlibet à propheta rogatus ueniam regi non annuit, quòd non placeret peccata donari in gratiam deprecatoris: quæ non aliunde magis naſcantur, quàm ex nimia eorum in quos peccatur indulgentia: qui dum lenitatis gloriam aucupantur, imprudentes maiorem delinquendi anſam offerunt. Poſtquam igitur deus preces prophetæ non admiſit, & ſatis apparuit flecti eum non poſſe, prima luce Samuel ad regem, Galgalis tum agentem, proficiſcitur. hūc quàm primum rex uidit, accurrens ſalutauit, dicens ſe gratias agere deo pro uictoria: omniaq; iuxta uoluntatem eius eſſe peracta. Tum Samuel: qui fit igitur quod uoces iumentorū & pecudū in caſtris audio? Reſpondit rex, populum hæc ad ſacrificia reſeruaſſe, ſed gentem Amalecitarum internecione iuxta mandatum delectam, nemine ſuperſtite. Solum ſe captiuum adducere eorum regem, de quo ex prophetæ conſilio ſe decreturū. Ad hæc propheta reſpondit, Non ſacrifi- IX

cijs delectari deum, ſed uiris bonis ac iuſtis. hos autem eſſe qui uoluntati & mandatis eius obſequuntur, nihilq; à ſe recte fieri putāt, niſi quod iuxta eius præcepta fiat. Contemptum enim eius conſiſtere non in nō ſacrificando, ſed in non obediendo: & qui non obediūt, unicumq; hoc & uerum ſacrificium non offerunt; ab his deum nec multas ſaginatas uictimas, nec donaria ex auro argentoue fabricata uel poſtulare uel admittere: ſed auerſari hæc ut malitiæ magis quàm pietatis argumenta. Contra qui id ſolum meminerunt quod ab ipſo iuſſum eſt, & mori mallēt quàm inde diſcedere; his delectari, ac ne uictimas quidem ab his requirere. quòd ſi etiā ſacrificare aliquid libuerit, pauperem honorem gratius ab his accipere, quam à quocunque alio uel ditiſſimo. Tu igitur, inquit, ſcito te in iram dei incurriſſe: contempſiſti enim & neglexiſti mandata eius. Nam quibus oculis putas eum inſpecturum ſacrificium ex rebus perditioni deſtinatis, niſi forte idē eſſe putas, perire, & immolari deo. Quapropter expectabis amiſsionem regni & huius poteſtatis, qua elatus contra autorem tuæ felicitatis mandata eius neglexiſti. Saulus autem faſſus eſt ſe peccaſſe & male feciſſe, quòd uerbis prophetæ non paruiſſet. metu tamen coactum ſe id feciſſe, quòd non auderet militem prædæ cupiditate accēſum cohibere. Sed da ueniam, inquit, & propitius eſto. Cauebo enim in poſterum, ne in ſimile peccatum incidam. Rogabatq; ut maneret tantiſper, dum pacificas hoſtias pro ſe offerret. Ille uero qui præuidebat deum nulla flectendum uictima, abire incœpit.

Samuel ad Dauidem regiam poteſtatem transfert. Cap. IX.

IVm Saulus retinere eum uolens iniecit manum in pallium: & quia Samuel properantius diſcedebat, ſciſſura facta eſt in ueſtimento. cumq; propheta dixiſſet, ſic ſcindendum eius regnum, & peruenturum ad uirum iuſtum & bonum: deum enim in propoſito manere, neque ſimilem eſſe homini natura mutabili: Saulus fatebatur deum ſibi merito infenſum, ſed factum infectum fieri non poſſe. Rogabatq; ſaltem hoc honoris ſibi haberet, ut deum ſimul in præſentia populi adoraret. Fecit ei hanc gratiam Samuel, & una cum illo adoratum iuit. Poſt hæc adductus eſt ad eum Agagus rex Amalecitarum. qui cum ô mortem amaram exclamaſſet, audiuit à propheta: quemadmodum tu multis Hebræorum matribus cæſis earum filijs lamenta & luctum attuliſti, ita æquum eſt ut ipſe matri tuæ mœſtitiam afferas. iuſsitq; eum ibidem in Galgalis interfici: ipſe uero reuerſus eſt Ramatham. Rex uero tum demum ſentiens in quæ mala offenſo deo peruenſſet, ad Gaba regiam proficiſcitur, quod nomē collem ſignificat: nec poſt illam diem unquam in prophetæ conſpectum uenit. Samueli uero uicē eius moleſte ferenti, deus hanc curā mittere iuſsit, & aſſumpto ſacro oleo Bethlema proficiſci ad Ieſſæum Obedæ filium, & ex eius filijs eum ungere, quē ipſe indicaſſet ſibi regno dignum uideri. Cumq; propheta diceret uereri ſe, ne ſi Saulus hoc ſenſerit, uel per inſidias uel etiam aperta ui pernicie ſibi molire tur, iuſſus hac de re ſecurus eſſe, ad dictum oppidū peruenit. Eo loci magno hominū concurſu ſalutatus eſt, quærentibusq; aduentus cauſam, ſacrificatum ſe ueniſſe dixit. Peracto ſacro Ieſſæum ad epulas unà cū filijs conuocat: uiſoq; natu maximo eximia ſtatura ac forma iuuene, cōijciebat inde hūc eſſe regna-

1.Reg.16

regnaturum. Sed hac parte non eſt aſſequutus dei prouidentiam. Percontanti enim an hunc iuuenem ungere deberet, quem ipſe admiratus dignum regno ducebat, reſponſum eſt, non eadem ſpectare deum quæ homines. Tu, inquit, uiſa iuuenis pulchritudine, iam ſatis dignum principatu exiſtimas: apud me uero non eximiæ corporis formæ præmium eſt regnum, ſed animi uirtuti: & eum requiro qui hac ſit perfecte excultus, pietateq; ac iuſtitia, obediẽtia & fortitudine animum exornatus. His auditis propheta iubet Ieſſæum filios omnes oſtendere: moxq; & alij quinq; adfuerunt. horum nomina iuxta ætatis ordinem ſunt hæc: Eliabus, Aminadabus, Samma, Nathanael, Rael, Aſamus. His quoquè uiſis, qui nihilo deteriores forma erant, propheta rogat deum, quiſnam ex his eligendus eſſet. & audito quòd nullus, ſciſcitatur ex Ieſſæo, num quos præterea liberos habeat. Quo reſpondente, eſſe etiam unum nomine Dauidem, qui curam gerat gregum, propheta iubet ut confeſtim uocetur: non enim licitum eſſe abſq; illo ſacrum epulum celebrari. qui poſtquã accitus à patre uenit, adoleſcens colore flauus, & martium quiddam tuens, alióqui liberali ſpecie: tum propheta ad patrem uerſus ſubmiſſa uoce, hic eſt, inquit, quem regnare deo uiſum eſt. & cum dicto accumbit, & proximum ſibi adoleſcentem collocat, ac deinceps patrem cum reliquis filijs. Depromit deinde ſacrum oleum, quo delibutũ Dauidem in aurem admonet, deum ita uelle ut regnum in populum obtineat: præcipitq; ut iuſtitiam colat, & operã det ne unquam à mandatis dei diſcedat: Hoc enim pacto & regnum eius fore diuturnum, & familiam uniuerſam illuſtre nomen conſequuturam. Palæſtinos quoq; ab illo ſubigendos, & cum quibuſcunq; gentibus congreſſus fuerit, ſemper uictorem rediturum, inſignemq; inde gloriam tam ſibi paraturũ quàm poſteris relicturum. Poſt hæc mandata Samuel domum proficiſcitur, ſimulq; numẽ deſerto Saulo ad Dauidem commigrat. quo factum eſt ut hic concepto diuino ſpiritu prophetare inciperet, Saulus uero in morbum dæmoniacũ incideret, ita ut præfocari ac ſtrangulari uideretur, nec aliam opem inuenirent medici, quàm ſi quis peritus excãtator adhiberetur. monuerũtq; ubiq; inquirẽdum, qui quoties rex à dæmone agitaretur, ſtans ad caput eius uoce ac fidibus ſacros hymnos caneret. Cumque rex ſine mora quæri talem mandaſſet, quidam ex aſtantibus ait ſe apud Bethlema uidiſſe filium Ieſſæi, adoleſcentem liberali forma, & præter aliam honeſtam inſtitutionẽ hymnos ad citharam canere doctum, ac ne militarium quidem exercitiorum rudem. Mittuntur ergo ad Ieſſæum abducturi Dauidem à gregibus: nunciantq; patri, regem audita adoleſcentis tam forma quàm uirtute, cupere ipſum uidere. Paruit Ieſſæus, ſimulq; munera per filium regi miſit. Cumq; ueniſſet, confeſtim à rege admodum læto in ſatellitium aſſumitur, in magno apud eum pretio habitus. Quoties enim à dęmone agitaretur, unicum erat in excantatione remedium: & ſolus Dauid hymnos ad cinnyram accinens, regem ad ſanam mentem reducebat. Impetratum eſt igitur à Ieſſæo, ut filium apud regem degere pateretur, quandoquidem tantopere eius præſentia delectabatur.

XI Expeditio noua Palæstinorum contra Hæbræos. Cap. X.

1.Reg.17 ALiquanto autem post Palæstini conscripto numeroso exercitu bel lum Israelitis inferũt, & castra inter Sochum & Azecũ oppida metantur. nec Saulus cunctatus ducto in hostẽ exercitu effecit, ut prioribus castris relictis in munitiorem quendam collem è regione Israelitarum Palæstini se conferrent, ualle quadam inter utrosq; intercedẽte. In hanc è castris hostium descendit Gittæus Goliathus, uir prodigiosa statura: quatuor enim cubitos uno palmo superabat, uastos artus conuenienti armatura protectus. Thorax quinq; milia siclorũ pendebat, huic moli respondebat & galea & ocreæ. prægrandẽ etiam hastam non dextra gestabat, sed humero sustinebat, sexcentorum siclorũ ferro cuspidatam. ponè sequebatur armatorum phalanx. Hic tum inter utranq; aciẽ constitisset, immani uoce sublata: Quid opus est, inquit, Hebræi ancipitem martis aleam uos subire? Date mihi aduersariũ, & duorũ periculo decernatur, penes utros futura sit uictoria: ut quorum miles succubuerit, alterius partis iugum ex pacto suscipiant. præstat enim unum aliquem, quàm totum exercitũ, in periculum adducere. Hæc locutus retro ad suos reuertitur. Sequenti die rursum procedens eisdẽ uerbis est usus: atq; ita per quadraginta dies prouocare hostẽ prædictis cõditionib. non destitit, stupente Saulo cũ uniuerso exercitu: qui prodibãt quidẽ in aciẽ, sed à neutris initiũ pugnæ fiebat. Ad hanc expeditionem profecturus Saulus Dauidẽ remiserat patri, contentus tribus alijs eius filijs, qui tum signa regia sequebantur, isq; ad gregum curam intermissam se receperat. Sed dum bellũ ducitur magis quàm geritur, missus à patre uenit in castra, uisurus quo in statu res essent, & fratrib. necessaria portaturus. Interim Goliathus ex more progreditur, & iam insolentior exprobrat, ne unum quidem esse inter Hebræos qui in singulare certamen descendere audeat. Fortè tum Dauid cum fratribus colloquebatur de patre & rebus domesticis, auditisq; barbari conuicijs grauiter cõmotus, se paratum dixit ut hostem excipiat. At Eliabus maximus fratrũ obiurgat hominẽ, per imperitiã rerum supra q̃ ætatem eius deceat ferocientem, addens satius esse ut ad patrem ac greges q̃ primum reuertatur. reueritus est Dauid fratrem, nihilominus apud alios milites professus est sibi non deesse animum ad singularem pugnam, ita ut celeriter ad regem de hoc sit perlatum. quare accitus & iussus quid uellet dicere, Non est, inquit, rex cur abijciamus animos aut formidemus. Ego congressus cum hoste insolentiam eius conpescã, & elatum ac ferocientem prosternam, & ex terribili deridendũ reddam: tãtoq; erit tua simul & tuorũ illustrior gloria, quòd ab adolescente magis quàm uiro hostis deuictus uidebitur. Saulo uero laudante generosum eius animum, nec tamẽ audente rem tantam tam tenerę ætati cõmittere: Non est, inquit, quod dubites: nam hæc deo fretus polliceor, cuius fauorem iam non semel expertus sum. Quum enim paternos greges pascerem, raptum agnũ ex ore leonis recepi, ipsamq; feram in me impetũ uertentem cauda correptã, soloq; afflictã occidi: neq; mitius tractaui ursum greges inuadentem: & hanc quoq; beluã nihilo pluris facio, qui cum in deũ atque homines conuicia euomat, non patietur cæleste numen impune hoc illum auferre, sed meis eum manibus perdomabit. Effecit tam prompta audacia

cia iuuenis,ut rex omnia fausta precatus ad pugnam eum mitteret, instructū prius thorace regio simulq; ense ac galea. Tum Dauid qui armis gestādis nō assueuerat,grauari se his magis quàm muniri sentiens: Tuus sit,inquit,hic or natus,qui gestare eum es idoneus : mihi famulo tuo permitte meo arbitratu pugnam capessere.& cum dicto arma deponit,baculumq; tātum assumit : & coniectis in peram quinq; lapidibus de glarea torrentis, funda dextram armatus in hostem properat.Hunc apparatū postquā uidit barbarus adeò contempsit,ut per ludibrium percōtaretur, num se canem putaret, qui armis ad canes arcendos aptis instructus ad pugnam prodiret.Imò cane uiliorem, respondit Dauid.quo dicto commotus Goliathus,fanda & infanda conuiciatus, minatus est se cadauer eius frustatim feris alitibusq; pabulo sparsurum. Tum Dauid,Tu me inuadis hasta tua confisus ac thorace & gladio : mihi uero pro armatura deus est,qui te ac tuum exercitum nostris manibus hodie deleturus est.auferam enim tuum caput,& reliquum truncum canibus tui simi libus laniandum relinquam:& discēt omnes quòd deus curam Hebræorum habet,eiusq; prouidentia ures nobis simul atque arma suggerit: sicut cōtrà ubi eius fauor deest,nullus apparatus proficit.Interim Palæstinus armis grauior quàm ut procurrere posset,magnis passibus in iuuenem ac inermē contemptim ferebatur.

Singulare certamen Dauidis & Goliathi,sequutaq; Palæstinorum clades. Cap. XI

IVic Dauid impigre occurrit, occultum adiutorē deum secum in certamen ducens: & promptum ē pera in hoc selectum è torrente unum lapidem, funda rotatum tanta ui in aduersam hostis frontem infligit,ut ad cerebrum usque penetrauerit:quo ictu sopitus Goliathus in faciem est prostratus.Accurrit uictor alacris,& quod ipse inermis esset,suo sibi gladio barbarum obtruncat:tantumq; in eo momenti fuit, ut è uestigio Palæstini terga uerterent. Videntes enim præstantissimum ex suis iacere,nullam amplius spem supersse rati,turpi ac ignominiosa fuga periculo se eximere conabantur.Tum Saulus & uniuersus Hebræorum exercitus sublato militari clamore in trepidos irruūt, & quotquot assequi poterāt cædentes,usque ad Gittæ fines ac portas Ascalonis persequuntur. Cecideruntq; Palæstinorum triginta milia, & duplo plures sunt uulnerati. Saulus uero à persequēdo reuersus castra hostium diripit ac incendit. Caput autem Goliathi Dauid in suum tentorium reportauit,& gladium eius deo cōsecrauit. Motus deinde inuidia Saulus cœpit clàm Dauidem odisse,hac potissimum occasione.Cum enim uictor cum exercitu reuerteretur,honoris causa obuiam uenerunt ei mulierum ac puellarū chori ad cymbala ac tympana canentes.Mulierum cantio fuit,Saulum millenos hostes profligasse:uirginum item,Dauidem decies millenos sustulisse. Itaque audiens decuplo potiores uictoriæ partes adolescenti tribui,& ratus post tam glorioſum testimonium nihil ei supersse sperandum nisi regnum, suspectum eum habere cœpit: & parum tutum putans armatum circa se uersari,ex satellite tribunum fecit, nō tam illius honori quàm suæ securitati consultum uolens,ut sæpe hostibus obiectum aliquis casus è medio tollerēt.Dauid autem nusquam diuina ope destitutus,quocunq; mitteretur rem feliciter gerebat:ut ob eximiam fortitudi- 1.Reg.18

nem non ſolum apud populum gratioſus fieret, ſed etiã Sauli filia uirgo amore eius caperetur, ita ut ne patrẽ quidem latere id poſſet. Nactum enim ſe ampliorem inſidiarũ tendendarũ occaſionẽ putans, renũciantibus puellæ amorem, libẽter ſe illam ei traditurũ reſpondit, futurã periculorũ et exitij cauſam. 2. Reg. 17 Promitto, inquit, filiæ cõiugium, ſi ſexcenta hoſtiũ capita afferat. Scio illum honoris auidum, & ex periculis gloriam petere non recuſaturũ, ſed fortiter Palæſtinos inuaſurum: id quod mihi bonum erit & cõmodum. ſic enim ſine mea infamia ſublatus ſecuritatẽ nobis afferet. Mittit deinde domeſticos qui Dauidis mentem pertentarent, quomodo erga puellæ coniugiũ ſit affectus. Qui cũ indicaſſent ei, quod ob gratiã qua cũ apud regẽ tum apud populum polleret, Saulus generũ ſibi eũ deſtinaſſet: Vobis, inquit, fortaſsis mediocris res uidetur generum regium fieri, mihi certe non item, qui cõſcius mihi ſum q̃ plebeijs ortus ſim natalibus. Quo renunciato Saulus ad domeſticos: Dicite, inquit, nihil me morari pecunias aut dona quæ ſponſæ offerat. hoc enim uẽdere fuerit filiam magis q̃ elocare. Sed cupere generum, fortitudine alijsq; uirtutibus præcellentem, quales in ipſo iam comperi. poſcere autem pro nuptijs filiæ non aurum aut argentum quod è paternis ædibus afferat, ſed cladẽ Palæſtinorum, & ſexcenta eius gentis uirorum capita. Nam & mihi nullum aliud tali munere optabilius: & filię fuerit honorificũ non uulgaria dona iſta accipere, ſed in matrimonium uiri ſpectatæ ac teſtatæ fortitudinis cõuenire. Quibus auditis Dauid putans ſyncere à rege affinitatem ſuam expeti, nihil cũctatus neq; expendens negocij difficultatem, cum ſuo ſodalitio ad imperata exſequenda properat: & hic quoq; ut in cæteris propitium numen expertus, rem ex ſententia conficit. Cæſis enim plurimis hoſtium, ſexcenta capita abſciſa ſignum uictoriæ ad regem retulit, promiſſi eum admonens.

Saulus Dauidis fortitudinem admiratus, filiam ei in matrimonium collocat. Cap. XII

1. Reg. 19 SAulus autem non ualẽs tergiuerſari, quòd turpe duceret uel mẽtiri, uel prætextu affinitatis inſidias & perniciem per mãdata tam periculoſa uiro forti ſtrũxiſſe uideri, collocat ei filiam nomine XII Melcham. Nec tamen hæc neceſsitudo animum regis immutauit. Videns enim fauorem Dauidis & apud deum & apud populum augeri, parum tutum hoc exiſtimauit uel regno ſuo uel uitæ: & cum durum eſſet uel de alterutro periclitari, tollere hominem decreuit: eiusq; necis Ionatham filium cum domeſticorum fidiſsimis miniſtros eſſe uoluit. Qui demiratus patris inconſtantiam, quòd non ſolum amare talem iuuenẽ deſiuerit, ſed mortem etiam eius expeteret, tum propria beneuolẽtia, tum uirtute hominis motus, ſecretam patris uoluntatem ei nũciat: ſimulq; conſulit, ut ſaluti ſuæ mature fuga proſpiciat, neu in ſequentem diem uſquam in propinquo appareat. Interim, inquit, ego patrem ſalutabo, & nactus occaſionem de te mentionem inijciam, & cognita indignationis cauſa, refellere eam conabor. Nullam enim exiſtere poſſe idoneam rationem, cur optime & de republica & de rege meritus opprimi debeat. Nam etiam ſi quid peccatum ſit, oportere hoc priſtinis eius meritis donari. poſt colloquium autem certiorem te de patris animo faciam. Paruit huic conſilio Dauid, ſeque quàm primum è conſpectu regis ſubtraxit.

Quòd

Quod rex Dauidi necem sit molitus. Cap. XIII

SEquenti autem die Ionathas patrem accedens, cum hilarem ac lubentem eum offendisset, cœpit de Dauide uerba facere. Pater, inquit, qua nam in re uel magna uel parua læsus iubes interfici uirum, qui tantum momentum ad salutem nostram attulit, nec minus ad cladem Palæstinorum: quiq; à quadraginta dierum ignominia populum Hebræum uindicauit, solus prouocato hosti opponere se ausus. idē postea relato præscripto capitum numero, honoris causa sororem meam in matrimonium accepit: quo magis lugubris fiat nobis eius mors, non solum ob uirtutem, sed etiam ob necessitudinē. Iniuria enim hæc ad filiam quoq; tuā pertinet, quæ prius uiduitatem quàm coniugij fructus experietur. Hęc igitur reputans sine te flecti ad mitiora, ne ue sæuias in uirum primū optime de familia nostra meritum, quando te dæmoniaco morbo misere uexatum pristinæ sanitati restitutū seruauit: deinde qui in perpetuos nostros hostes tā egregie uindicauit. Indecorū em fuerit horū omniū obliuiſci. His persuasus Saulus, iurat filio, posthac omnē iniuriā à Dauide abstinere se uelle. Vicit enim æquitas iram ac formidinem. Ionathas autem accito Dauidi indicat mollitū patrem iam nihil magis quàm salutem ipsius cupere: reductumq; in aulā patri reconciliat, ut solita officia circa eum quemadmodum antè obiret.

Quomodo Dauid aliquoties insidias regis ægre elapsus, bis tamen eum in potestatem suam redactum interficere non sustinuit. Cap. XIIII

PEr idem tempus Palæstinis bellum redintegrātibus, Dauid cum exercitu contra illos mittitur: breuiq; uictor magna eorū strage edita ad regem reuertitur. At non ita exceptus est ab eo, ut sperabat, utq; post rem feliciter administratā excipi oportebat: sed succensu mœstus, eius felicitatē periculosam sibi fore existimabat. Cūq; rursum intemperijs ut ante agitaretur, accitum in cubiculum in quo decumbebat spiculum manu tenens, iussit psalmos ac hymnos incātare: & illo iussa exsequente, spiculū in eū iaculatus est. quod cum Dauid flexu corporis declinasset, domū refugit, ibiq; per totā eam diem mansit. Noctu uero misit rex qui usq; mane ædes eius seruarēt, ne clam elaberetur, ut in iudiciū euocatū capitali sentētia damnaret. Melcha aūt eius uxor & regis filia ubi patris uoluntatē cognouit, accurrit ad maritū, quanto is in periculo esset, ipsaq; unà cū eo renūciās, quo sine uiuere nec uellet nec posset. Caue, inqt, ne te sol hic deprehēdat, aut nunq̄ posthac te uidebit. sed fuge dū per nocturnas tenebras licet, quas deus ad tuā salutē lōgiores faciat. alioqui scito q̄ si te pater inuenerit, sine mora est interfecturus. His dictis sune per fenestrā demissum periculo exemit. deinde parato lecto tanq̄ ægrotāti, stragulis iecur capræ recēs exemptū subiecit: diluculoq; ueniētib. quos pater ad Dauidē miserat, ostēdit lectū opertū, & qd̄ palpitatione iecoris stragula moueri uiderēt, maritū ægrū anhelare persuasit, adens totā noctē inquietā eū exegisse. Quod ubi renūciatū est regi, ea nocte in aduersam ualetudinē incidisse, iubet sic ut erat eū afferri. omnino em illi moriendū esse. qui cū reuersi ac retecto cubili artē muliebrē tādē deprehēdissēt, rem totā ad regē deferūt. & cū pater expostularet qd̄ inimicū sibi eripuisset, excusationē ueriſimilē cōmenta est. Ait illū mortē sibi ni pareret ac adiutaret cōminatū: itaq; uenia se dignā quæ hoc nō spōte fecerit, sed necessitate com-

pulſa.debere enim illi cariorẽ eſſe uitã filiæ,q̃ inimici interitũ. atq; ita ueniã conſequitur.Dauid aũt fuga elapſus peruenit ad prophetã Samuelem in Ramatha:eiq́; rem oẽm quo erga ſe animo rex eſſet indicat,& q̃ minimũ abfuerit quin ſpiculo ab eo traiectus fuerit:idq́; cũ neq; regẽ ulla in re leſiſſet,neq; in bello ſegniter aut improuide ſe geſsiſſet, ſed fauente deo cũcta ex ſentẽtia confeciſſet.atq; hoc ipſum eſſe quod Saulũ ad inuidiã ac odium magis excitaret.Propheta uero cognita regis iniquitate,relicta Ramatha Dauidẽ ad quendam locum deducit,cui nomen Galbaath:ibiq́; aliquãdiu cum eo habitauit. Vt uero nũciatum eſt regi Dauidem apud prophetam agere, mittit armatos qui eum comprehẽſum ad ſe pertrahant.Qui poſtquam ad Samuelem uenerunt,offendunt eum in cœtu prophetarum:moxq́; eodẽ ſpiritu afflati,& ipſi prophetare cœperũt.Hoc audito Saulus alios eò mittit,Dauidẽ cõprehenſuros.quibus cum idem quod prioribus accidiſſet,rurſum alios mittit. cumq́; tertij quoq; prophetico ſpiritu corriperentur:tandẽ iræ impotẽs ipſe eò properat.iamq́; nõ longe ab eo loco remotus,prius q̃ in conſpectũ Samuelis ueniret,eius opera & ipſe prophetam agere incepit.Cumq́; ad deſtinatũ locum peruenisſet,alienatus à mente, abiectoq́; ueſtitu nudus per diem ac noctẽ in conſpectu Dauidis & prophetæ iacuit. Paulo poſt ad Ionatham Dauid peruenit,multa de patris eius inſidijs conquerens,quòd ſe nihil tale meritum tõtis uirib.opprimere cuperet.Ille uero rogabat ne uel ipſe hoc temere ſuſpicaretur,uel alijs fortè ſuggerentibus talia facile crederet:ſed ſibi ſoli fideret,cui 1.Reg.20
compertum ſit nihil mali patrem contra ipſum moliri.alioqui indicaturũ eũ ſibi fuiſſe,cum abſq; ipſius conſilio nihil agere ſoleat. Contrà Dauid iureiurando aſſeuerabat ſe uera dicere:obteſtabaturq́; ut mallet credere ac ſaluti amici proſpicere, quàm contemptis eius uerbis tanquam uanis tum demum fidem habere,poſteaquam extinctum uel uiderit uel audiuerit. Nam patrem talia conſilia ideo cum ipſo non communicare,quòd non ignoret mutuã beneuolentiam quæ inter ipſos intercedat. Quare triſtis q̃ iam perſuaſus eſſet, percontatus eſt qua nam in re poſſet illi gratificari. Tum Dauid:Scio,inquit, quòd bene mihi uelis,& gratificari cupias.Cras erit prima luna & ſolenne regis conuiuiũ,cui me quoq; adhibere ſolet. quare ſi ita uidetur extra urbẽ in agro clam te præſtolabor.tu uero cũ requiſiuerit me, dic profectũ in patriã Bethlema,ut interſim feſto quod mea trib. celebrat:idq́; permiſſu tuo factũ. Quòd ſi ut mos eſt de amicis,dixerit,feliciter profectus ſit,ſcito illũ nihil mali aduerſum me in pectore coquere.Sin autem aliter reſpõderit, hoc erit tibi iniqui in me animi argumentũ.indicabisq; mihi rem,ita ut præſenti mea calamitate mutuaq́; noſtra amicitia dignum eſt,quam fide in hoc data & accepta dominus cum ſeruo tuo uoluiſti inire.qua ſi me indignum aut erga parẽtem tuum iniurium cenſes,nihil expectatis eius iuſsis iam nũc me tuo gladio confodito.Hæc ultima uerba grauiter ferens Ionathas,facturum ſe poſtulata promiſit,& ſi quid patrẽ male de ipſo cogitare deprehẽderit,indicaturũ. & quo maiorẽ ei fidem faceret,educto ſub diuũ iureiurando cõfirmat, nihil ſe nõ tẽtaturũ quod ad ſalutẽ ipſius pertineat.Deus,inquit,qui hãc uniuerſitatẽ q̃ late uides implet ac moderat, quiq́; prius q̃ eloquar mẽtẽ meã nouit,teſtis eſto initi inter nos fœderis,quodq́; non prius patris uoluntatem ſcrutari deſiſtã,

quàm

quàm compertũ habuero ecquid latẽtis odij aduerſum te cõceperit: & quicquid deprehendero, ſiue amicũ, ſiue infenſum, cõfeſtim tibi ſignificabo. Nouit deus q̃ ipſum tibi perpetuo propitium precor, utq; ſemper tuas res proſperet, quemadmodũ & nũc facit; & poſthac facturus eſt. & ſiue pater meus ſiue ego tibi aduerſer, tu tamen ope illius nunq̃ non uictor euades. Tu uerò memor eſto huius noſtri affectus, & ſi me perire cõtingat, liberos meos ſerua, & mihi debitã gratiã in illos colloca. Poſt hoc iuſiurandũ Dauidẽ dimittit, iuſſum in certũ agri locũ ſecedere, in quo ſe exercere ſolebat. cognito enim patris animo uenturũ ſe illuc unà cũ puero. & ſi, inquit, emiſſis tribus ad ſcopũ iaculis, collecta puerũ referrẽ iuſſero: iacere enim ante ipſum: ſcito nihil triſte à patre timendũ. q̃ ſi contrariũ me dicere audieris, patrẽ quoq; contrario modo affectũ exiſtima. utcũq; tamẽ ceciderit, ego dabo operã ne quid tibi ſecus q̃ uelimus accidat. Tu cũ lætiora tẽpora uenerint, fac memor ſis horum, & liberos meos cõmendatos habeto. His Ionathæ p̃miſsionibus confirmatus Dauid ad conſtitutũ locũ proficiſcitur. Sequenti uero die qua fuit nouiluniũ, rex de more caſte ac pure ad cœnam uenit. cumq; filius Ionathas dexter illi accũberet, alterũq; latus Abenares exercitus imperator clauderet, uidens Dauidis locũ uacuũ tacuit, ſuſpicatus eum ideo abeſſe, q̃ à cõgreſſu uxoris non eſſet purus. ſed cũ ne poſtridie quidem adeſſet, ſciſcitatus eſt ex filio, qua de cauſa neq; tunc neq; heſterna die adfuiſſet ſolennibus epulis Ieſſæi filius. Reſpondit ille profectũ in patriam ad ſolennem tribus eius feſtiuitatem, cõmeatu à ſe impetrato. Quinetiam me, inquit, ad hoc epulum inuitauit, & ſi tibi idem uidetur, ibo. noſti enim quanta beneuolẽtia hominem proſequar. Hic iam nõ amplius odium ſuum Saulus apud filium diſsimulare potuit, & euidenter patuit quàm infeſto eſſet in Dauidem animo. Iurgio enim adortus filium, deſertorem eum patris ac hoſtem appellauit, ſociũq; & adiutorem Dauidis. Nec pudere eum quòd nullo parentum reſpectu cum inimicis cõſpiret, & nõ poſsit induci ut credat nunq̃ ſecure regnaturos incolumi Dauide. ſimulq; iubet, ut hominem accerſat, daturum debitum ſupplicium. cumq; filius quæreret, ob quã culpam eum capite plectere uellet, nõ iam intra uerba iram continens proripuit ſe, & nactus alicunde ſpiculũ impetũ in filium fecit: perpetraſſetq; impium facinus, ni intercurſu amicorũ fuiſſet cohibitus. atq; ita manifeſte malignum & infeſtum erga Dauidẽ animũ apud filium prodidit, cum minimum abfuerit quin ſuis ipſum manibus propter illũ perimeret. Ac tum quidẽ regius filius è conuiuio profugus, oblitus epularũ, tum ſuum periculũ, tum amici iam neci deſtinati uicem dolens, in mœrore noctem exegit: & prima luce ante urbem in agrum prætextu exercendi ſe, ſed re uera ut amico indicaret omnia, proceſsit. peractisq; in iaculatione his quę promiſerat, ablegatoq; in urbem comite puero, ſolitudinem nactus ad colloquium Dauidis properat. qui ut primum in conſpectum eſt datus, procumbens ad eius pedes ſeruatorem ſuum ſalutauit. ille erectum à terra complecti tur, atq; ita æquales duo in mutuis amplexibus hærentes iniquã ſortem ſuam deplorabant, quæ illis ſuauiſsimam cõſuetudinem inuideret, & inuitiſsimos à ſe inuicem diſtraheret, quod illis morte nihilo mitius uidebatur. ac uix tandem multis lamentis exſatiati, obteſtatiq; ſe inuicem ut mutuæ fidei perpetuo

memi-

XIII meminiſſent, digrediuntur. Inde Dauid fugiens infeſtiſsimum regem,
1.Reg.21 in oppidum Nobam ad Achimelechum ſacerdotem peruenit: qui ſolũ neq; famulitio ſtipatum, neq; amicis comitatum aduenisſe uidens, motus admiratione tantæ ſolitudinis cauſam percontatus eſt. tum ille ſecreta mandata à rege ſe habere dixit, ad quæ peragenda nullo comitatu opus eſſet. nã famulos in cõſtituto loco ſibi occurrere iuſſos. popoſcit autem ab eo uiaticũ. ſic enim & amici officium facturum, & ad præſens negocium opẽ collaturũ. quo impetrato, armorum etiam aliquid petijt, aut haſtam aut gladium. Fortè autem aderat quidam Sauli ſeruus natione Syrus, nomine Doecus, regiarum mularum curator. Pontifex uero negauit ſibi eſſe quicquam armorũ. eſſe tamẽ ibi Goliathi gladium, quem occiſo Palęſtino deo cõſecrauerat. Hoc acceptoDauid extra ditionem Hebræorum aufugit in Gittam Palæſtinorũ, apud quam regnabat Anchus. ubi agnitus à regis miniſtris, & indicio ad regem perlato, hunc eſſe Dauidem qui tam multa Palæſtinorum milia neci dederit: ueritus ne ab eo perimeretur, & periculum quod apud Saulum effugerat, apud hũc incideret, furorem ac rabiẽ ſimulat, ita ut ore ſpumam emitteret, & alia ſigna inſaniæ præ ſe ferret, quibus morbo fidem apud Gittenſium regẽ aſtrueret. qui iratus famulis quòd mente captum hominem ad ſe adduxiſſent, iuſsit ut
1.Reg.22 q̃ primum eijceretur. Hoc pacto è Gitta cum euaſiſſet, in tribum Iudæ peruenit, & agẽs in ſpelunca quæ eſt in agro Adullamæ, miſit ad fratres qui eos doceret, ubinã ipſe moraretur. at illi cum tota cognatione ſe ad eũ contulerunt, nec non & alij multi aut rerum nouarum cupidi, aut Saulum timẽtes, ad eum ultro confluxerunt, operam ſuam ad omnem eius nutum offerẽtes. quorum numerus ad quadringẽtos creuit. quorum multitudine ac ope fretus, relicto eo loco ad Moabitarum regem proficiſcitur, rogatq; hominem ut parẽtes ipſius intra regni ſui fines tantiſper reciperet, dum res eorum in meliore ſtatu collocarentur. Quo impetrato, & parentibus in magno honore apud regem quamdiu illic manſerunt habitis, ipſe iuſſu prophetæ relicto deſerto in tribũ Iudæ ſe cum ſuis tranſtulit, apud Sarim oppidum ſe continens. Quod poſtq̃ ad Saulum delatum eſt, Dauidem cum armatorũ manu eſſe conſpectũ, in nõ mediocrẽ metũ ac perturbationẽ regẽ coniecit. Sciẽs enim eius magnanimitatem ac fortitudinẽ, aliquid magnũ moliturũ ſuſpicabatur, quod rebus regis aut periculum, aut certe difficultatis ac laboris plurimũ afferret. cõuocatisq; amicis & ducibus & uniuerſis ſuis tribulibus ad regiã urbẽ Gabã, ſedẽs in loco cui nomen Aruum, adſtante honoratiſsimo quoq; & toto ſatellitio, ſic eos eſt affatus. Viri contribules, ſcio uos meminiſſe quantis à me affecti ſitis beneficijs, & agris locupletati, & honorib. ac præfecturis aucti. Rogo igitur num plura & maiora munera à Ieſſæi filio exſpectetis. ſcio enim uos omnes in illum propenſiores, initio facto à Ionatha filio, qui & uobis huius ſententiæ autor eſt. non enim me latent clandeſtina inter illum & Dauidem icta fœdera: neque quòd conſilio & opibus aduerſariorum partes contra me adiuuat. Vos autem nihil hæc cura tangit, ſed quieti quò res euaſura ſit exſpectatis. Poſt hæc regis uerba cæteris ſilentibus, ſolus Doecus Syrus mularum regiarum curator reſpondit, uidiſſe ſe Dauidem in Noba oppido, quò cum ad pontificem Achimelechũ ueniſſet, ab eo de euẽtu rerum oraculũ accepiſſe,

adiutumq;

adiutumq; cõmeatu & gladio Goliathi armatũ, quò uolebat deductum eſſe. Accitus eſt mox cum tota cognatione pontifex: cui rex, Qua noſtra iniuria prouocatus excepiſti Ieſſæi filium, & regis inſidiatorem armis atque commeatu inſtruxiſti? aut cur etiam de futuris oracula ei reddidiſti? Non enim ignorabas, quòd propter odium quo familiam meã proſequitur, hinc aufugerit. Pontifex autem nihil horum inficiatus, libere faſſus eſt hæc ſe non tam Dauidi præſtitiſſe quàm ipſi regi. Excepi, inquit, non ut inimicum tuum, ſed ut fidiſsimum miniſtrum & tribunum, & quod maius eſt generũ, ac propinqua neceſsitudine coniunctum. quis enim putaret eũ qui hoc honore à te dignatus ſit, inimicum eſſe, ac nõ potius cum primis beneuolum? Conſultus etiam de diuina uoluntate, non nunc primum ei reſpondi, ſed aliàs quoq; ſæpenumero. Cumq; ſe diceret à te miſſum ad arduum negocium properare, nõ ſuppeditare quæ requirebat, ad tuam magis quàm ad illius iniuriam pertinere iudicabam. Quare non eſt quod de me male ſuſpiceris, aut ſi quid noui nunc Dauidem moliri audiuiſti, ob exhibitam à me humanitatem, fauere me illi ad uerſum te cogites. in amicum enim ac generum & tribunum tuum collatum uolui, quicquid officij in illum contuli. His uerbis Saulus fidem habere noluit, quòd plus apud eum metus periculi ualeret quàm excuſatio quantũuis iuſta. itaq; circumdatum armatis cum tota familia iubet contrucidari. cumq; illis religio eſſet uiros deo ſacros ferro uiolare, Doecum Syrum eam cædem perpetrare mandauit. qui aſſumptis ad hoc aliquot ſui ſimilibus facinoroſis, pontificem cum tota cognatione interfecit: quorum numerus erat trecẽti octuaginta quinque. moxq; miſsi ſunt à rege Nobam ſacerdotum oppidum, qui cõtrucidatis ad unum habitatoribus, nullo uel ætatis uel ſexus reſpectu, IX poſtremo flãmis eã deleuerũt: ex qua clade unicus tantũ Achimelechi filius, nomine Abiatharus ſeruatus eſt: idq; totum iuxta oraculum dei Eli pontifici olim redditum contigit, quo prædictum erat, propter filiorum iniquitatem eius poſteritatem aliquando interituram. Rex autem Saulus tam ſæuo facinore perpetrato, ſtirpe pontificia internecione deleta, neq; teneram ætatẽ miſeratus, neq; grandæuos reueritus, inſuperq; ciuitate quam patriã ac alumnam ſacerdotum & prophetarum ſingulari priuilegio deus elegerat, ſolo æquata, ſatis declarauit quàm prauum ſit hominum ingenium. Tantiſper enim dum humiles ſunt atque plebeij, quia non audent, neque liberum eſt naturæ obſequi, æqui ac boni uiri eſſe uidentur, mirumq; quoddam iuſtitiæ ſtudiũ præ ſe ferunt. quin & pietatem interea colunt, deumq; omnibus actionibus noſtris intereſſe, omnes deniq; cogitationes intueri perſuaſum habent. ſed ſimul atq; ad potentiam & imperium prouecti ſunt, exutis priſtinis moribus, & tanquam in ſcena mutato habitu, nouaq; perſona aſſumpta, in omnem audaciam & inſolẽtiam diuinarumq; æque ac humanarum rerum contẽptum prolabuntur. & cum ad ſuperandã inuidiã maxime illis opus eſt pietate & iuſtitia, cumq; omnes eorum non actiones ſolum, uerũetiam uoluntates in cõſpicuo ſint omnib. propoſitæ, tũ maxime tanq̃ aut diſsimulãte deo, aut & ipſo poteſtatẽ eorũ formidãte, in ſubditos debacchant. & quicquid aut per inanẽ metũ, aut odiũ uel fauorẽ irrationabilẽ decernũt, id tũ hominib. ratũ, tum deo quoq; ipſi probatũ eſſe exiſtimãt: futurorũ uero prorſus nullũ nec reſpectum

ctũ nec rationẽ habent. Quotquot enim in eorũ gratiã plurimos labores exhauriunt, eos primum euehunt, deinde iam honoratos per inuidiã nõ solum dignitatibus priuant, sed per calumniã etiã sæpe opprimunt, non considerãtes q̃ meritò; tantumq́; temerarijs delationibus absq; ulla probatione fidem adhibentes: & sæuiunt nõ in quos oportet, sed in quos ipsis sæuire est facile. Hæc ita esse manifestum exemplum in Saulo Cisi filio nobis est exhibitũ, qui primus post sublatam optimatum administrationẽ ac iudicũ supremum magistratũ rex Hebræorũ creatus, propter suspectũ Achimelechũ trecentos sacerdotes & prophetas interfecit: cæsosq́; excidio urbis obruit, & quãtum in se fuit summi dei fanũ sacerdotibus sacrisq́; ministerijs orbauit, post tam numerosam cædem ne patriã quidem eorũ & seminariũ superesse passus. Abiatharus aũt Achimelechi filius, qui solus generis sui superstes cædẽ sacerdotũ euaserat, ad Dauidẽ fuga delatus, familiæ cladẽ & patris interitũ ei renunciauit. at ille iã ante se hoc præsagiuisse dicebat, cum illic Doecũ uideret: facileq́; suspicatũ, calumniã põtifici apud regem struendã: ægerrimeq́; ferebat quòd ipse tanti mali occasionẽ præbuisset. simulq́; iussit, ut apud se maneret, quod nusquã tutiores latebras inuenire posset. Per idem tẽpus cũ indicatũ esset Da
1.Reg.23 uidi Palæstinos in Cillanorũ agrum irrupisse, eumq́; quantus est populari, decreuit illos adoriri, consulto prius propheta, an deus uictoriã annueret: confirmatusq́; oraculo, & cũ sua cohorte hostem aggressus magna cæde repulit, prædasq́; ex hostico egit, & Cillanis præsidio fuit dum fruges ex areis conuehrent. Resciuit hoc mature Saulus. nam rei feliciter gestæ fama cõtineri non potuit quin late propagata ad regias quoq; aures permanaret, nõ sine ipsius Dauidis laude. Quo nuncio lætus rex putauit se iam rem factã habere, audiẽs inimicũ se intra unius oppidi mœnia concluisse, & diuinitus hanc occasionẽ opprimendi eius datam dictitans, edicit populo ut Cillã propere circumuentã tam diu premãt obsidione, donec Dauidẽ in potestatem redactũ interficiant. At ille oraculo admonitus, nisi mature suis rebus consuleret, fore ut Cillani eius deditione ab ira regis se redimant, relicta urbe in desertũ se cum quadringentis armatis contulit, ibiq́; collem quendã munitũ insedit, nomine Engelain. Saulus aũt cognito q̃ Dauid nõ amplius apud Cillã esset, expeditionem eam omisit. Dauid uero ex deserto in Cænam locum agri Zipheni se cum suis trãstulit: quò etiam Ionathas regis filius præsto fuit salutaturus amicum, & de futuris collocuturus. Hortabaturq́; eũ ut bene speraret, ne'ue præsentibus difficultatib. defatigatus cederet. omnino enim regnaturum eum, et uniuerso Hebræorũ populo præfuturũ. Tales aũt felicitates nõ solere ociosis cõtingere. Renouatisq́; fœderib. & sancita sub deo teste in omnem uitam amicitia, additisq́; diris execrationibus in eum qui prior à pactis recederet, illum eo loci reliquit, metu nonnihil ac solicitudine leuatum: ipse uero domũ suam repetijt. Zipheni uero gratiam regis captantes, certiorem eum faciunt, Dauidem in agro suo morari: pollicebanturq́; suam operam, ut in manus regis traderetur. occupatis enim quibusdam faucibus, nullum reliquũ illi fore effugium. Saulus uero hominibus collaudatis, gratijsq́; actis quòd inimicũ sibi indicassent, cumulate se illis beneficium repositurũ pollicitus, misit qui diligenter quæreret Dauidẽ, omnesq́; deserti latebras perscrutarent: dicẽs se

breui

breui cum exercitu ſecuturũ. Atq; ita Zipheni duces ſe regi ad perquirẽdum eum & comprehendendũ obtulerunt, ſtudium ſuum erga ipſum nõ indicio tantum declaraturi, ſed omnibus uiribus conãdo ut in poteſtatem redactum regi traderẽt. Sed nõ habuit ſucceſſum iniqua eorum cupiditas, quibus cum nullum periculũ ex ſilẽtio immineret, per adulationẽ & auaritiã uirum pium & præter ius ad mortẽ quæſitum, regi ſe tradituros erãt polliciti. Dauid enim cognita eorũ malicia, ſimulq; regis aduẽtu, relictis locorũ anguſtijs in quib. tum uerſabat, euaſit ad magnam petram quæ ſita eſt in deſerto Simonis. Nec Saulus deſtitit illum inſequi. cognito enim inter eundũ q̃ ſuperatis faucibus euaſiſſet, ad alterũ petræ latus peruenit: futurũq; erat ut Dauid circumuẽtus comprehenderet, niſi rex trepidis nuncijs reuocatus eſſet, qui Palæſtinos in ditionẽ eius hoſtiliter irrupiſſe adferebant. Satius enim iudicauit hos perpetuos ac germanos hoſtes ulciſci, agrisq; ſuis quo minus uaſtarẽtur opem afferre, q̃ ſtudio capiendi inimici, regionem illis populandam prodere. atq; ita Dauid præter omniũ opinionẽ ſeruatus, ad fauces agri Engadeni ſe cõtulit. 1.Reg.24
Saulo aũt poſt reiectos Palæſtinos nunciatum eſt, Dauidem intra fines Engadenorum morari: moxq; aſſumptis tribus armatorũ milibus ex omni exercitu ſelectis, properè eos ad locũ indicatũ duxit. cumq; nõ longè abeſſet, offendit ſpeluncam longo receſſu opacã, & in penitiore ſinu latè patentem, in qua tum fortè Dauid cum ſua cohorte deliteſcebat: in eamq; ſolus ad requiſita naturæ ſe inſinuauit. Animaduerſum eſt id continuò ab uno è Dauidis comitibus, qui cum eum moneret tempus ultionis offerre deũ, nec eſſe negligẽdam occaſionẽ tot erumnas finiendi abſciſſo infeſtiſsimi regis capite, laciniã tantum regij pallij præcidit: indignũ ratus in proprium dominum ſæuire, quem deus ipſe ad imperij faſtigiũ electione ſua prouexerat. nec enim par eſſe iniurijs certare cũ eo, qui immeritũ extinguere cuperet. Egreſſo deinde è ſpelunca Saulo, Dauid quoq; in apertũ progreſſus regẽ inclamat, & cum ad agnitã uocẽ ſe conuertiſſet, ex more prius adoratum ſic alloquitur: Quàm iniquum eſt rex, te calumniatoribus patulas aures præbentẽ, & uaniſsimis hominibus fidem adhibentẽ, de amicis ſpectatis ſuſpicari, quos ex ipſorum factis potius iudicare oportebat. uerba enim uel falſa poſſunt eſſe uel uera: ſed nullũ apertius de animo q̃ ex factis argumentũ poteſt colligi, quemadmodũ nũc quoq; iudicare potes num temerè illis credideris, qui eius criminis me apud te reum faciũt quod ne in mentẽ quidem unquã uenit: & in tantũ te exaſperauerũt, ut nocte atq; die nihil magis q̃ de mea pernicie cogites. An nõ uides uaniſsimã eſſe tuam opinionẽ, qua perſuaſus es me familiæ ueſtræ inimicũ, tuæq; in primis necis eſſe cupidũ. Aut quibus oculis deum putas immanitatẽ tuam aſpicere, qui hominẽ ad cædẽ expetis, oblata uindictæ tali occaſione tibi parcentem, quam ipſe nactus nunq̃ elabi è manibus ſiuiſſes. Nihilo enim maiore negocio caput tibi præcidere poterã, quàm hanc ueſtis laciniam. Simulq; pannum protulit, qui uerbis fidem aſtrueret. Ego certe ne iuſtæ quidẽ ultioni indulſi, & tu iniuſtas ſimultates contra me exercere nõ uereris. Sed horũ deus iudex erit, probabitq; uter noſtrum æquioribus moribus ſit præditus. Tum Saulus demirãs è quanto periculo eſſet ſeruatus, modeſtiaq; iuuenis attonitus, ingemuit: ſimilemq; gemitũ referẽte Dauide, rex ſe iuſtius gemere faſſus

est. Tu enim, inquit, multorũ bonorũ causa mihi fuisti, ego contrà tibi multarum calamitatũ autor. Et nũc quoq; declarasti te à priscorũ equitate nõ degenerẽ, qui inimicos in solitudine ad iniuriã expositos nacti, incolumes dimittere maluerũt. Itaq; hodie manifestè cerno regnũ tibi à deo repositũ, & sub tuum imperiũ uniuersam Hebræorum gentẽ cõcessuram. quamobrẽ postulo ut iureiurando fidẽ mihi facias, te rerũ potitũ obliuioni iniurias meas traditurũ, & familiam meam saluam esse passurum. pollicitus est id Dauid interposito iureiurãdo, atq; ita regẽ in regnum remisit. In idem tempus mors Samuelis prophetæ incidit, uiri q̃ suo merito in maximo semper apud Hebræos precio fuerat: illustreq; uirtutis ipsius ac suæ obseruãtiæ populus testimonium edidit, dum defuncti exequias & sepulturam magnifico sumptu concelebrat: & postquã iusta exoluit in Ramatha patria sepulto luctum in longum tempus prorogat, non quasi in publico mœrore, sed quasi ad unum quẽuis propriè hæc orbitas pertineret. fuerat enim uir ad omnẽ iustitiã ac bonitatẽ à natura cõpositus, & ob has uirtutes deo lõgè acceptissimus. Præfuit populo post Elis põtificis obitũ primũ solus annis duodecim, deinde Saule regnãte annis decẽ & octo. cuius extremi dies in hæc ut dixi tempora inciderũt. In locis aũt in quibus tum Dauid uersabatur erat Ziphenus quidam in oppido Emma, uir locuples & multorũ gregum dominus. habebat enim in pascuis ouium tria milia, & capras mille: ab his Dauid omnẽ iniuriã abstinuit, grauiter interminatus suis ne uel cupiditate uel egestate, uel latẽdi spe impulsi quicquam uiolarẽt, sed pluris iustitiã facerent, & dei uoluntatẽ, cui nunquam placuerunt qui in alienas res manus auidè inijcerẽt. in hac disciplina suos continebat, putans se in hominẽ probum & sua beneuolentia dignũ hoc officium collocare. Nabalus uerò (hoc erat uiro nomen) homo erat agrestis & malis moribus præditus, sed honestæ ac prudẽtis & elegantis mulieris maritus. Ad hũc Dauid pecora tõdentẽ decẽ è suis misit salutatũ, qui illi in multos annos eam felicitatẽ ominarent: simulq; rogarẽt ut è facultatibus suis aliquid cõmunicaret, cum è pastoribus intelligere posset, q̃ longo iam tempore in solitudine uersati adeò nihil detrimẽti attulerint gregibus, ut custodes eorum fuisse potius uideri possint. Quicquid aũt in Dauidem contulerit, in hominẽ gratum ac memorẽ collaturũ. Ad hæc postulata homo suo more nimis durè dedit responsum. Percõtatus enim quis esset Dauid, ut audiuit esse Iessęi filium, Nunc, inquit, fugitiui relictis dominis insolẽter ac superbè se gerũt. Quibus renunciatis Dauid in iram accensus, quadringentis armatis assumptis, & ducentis ad custodiam impedimentorũ relictis (iam enim sexcẽtorum manum coegerat) contra Nabalum proficiscebatur, iuratus q̃ ea nocte & familiam eius & omnes opes esset euersurus. Neq; enim se tam ægrè ferre, q̃ homo ingratus officij nihil repẽderet, q̃ quòd ultro cõuicijs se impeteret, nulla unquã affectus iniuria. Interea quidam è seruis pastoribus ad herã suam, illius uxorem, uenit nuncians q̃ Dauid à marito eius modicũ quiddam postulans non solũ nihil impetrauerit, sed cõuicijs etiã nõ ferendis sit appetitus, cum tamen in eam diem semper greges eius intactos præstitisset: eamq; insolentiã domini posse illi magnã aliquam calamitatẽ afferre. Hoc audito Abigæa (id nomẽ mulieri fuit) oneratis aliquãmultis asinis, & uarijs xenijs in sarcinas cõgestis,

inscio

inſcio marito & per temulentiã ſopito, ad Dauidẽ properat: eiq; in uallis cuiuſdam deſcenſu cõtra Nabalum armatorũ agmẽ ducenti fit obuiam. Quem poſtquam appropinquare uidit, de iumẽto deſilijt, & prona in faciem adorabunda deprecata eſt ne uerbis Nabalis moueretẽ, qui reuera eſſet id quod uocabatur. Nabalus enim Hebræorũ lingua uocatẽ inſipiẽs. Excuſabatq; ſe nemi nem eorum uidiſſe, qui ad maritũ miſsi fuerant. Quare obſecro, inquit, da ueniam, & age gratias deo, qui per me tibi obſtitit, quo minus humano ſanguine manus polluas. Si enim incõtaminatus à cæde permãſeris, ipſe pro te pœnas ab his qui te læſerũt exacturus eſt. Quod emẽ Nabalũ manet infortunium, inimicorũ tuorum cõtingat capitibus. Tu uerò propicius hęc mea munuſcula admitte, & irã qua merito in maritum meum es cõmotus, in meã gratiam remitte. Decet enim clemẽtia & humanitas eũ cui fata regnum deſtinauerũt. Ille uerò muneribus acceptis: Profectò, inquit, dei uolũtate ad nos hodie ueniſti: alioqui craſtinam diem nõ uideres. iuraui enim me hac nocte domũ ueſtrã ſubuerſurũ, & neminẽ ſuperſtitẽ relicturũ ex familia hominis ingrati, ac in me meosq; contumelioſi. nunc uerò deus tibi in mentẽ immiſit, ut maturè occurrens furorẽ meum delinires. Nabalus aũt tametſi propter te ueniam nunc conſequiẽ, pœnã tamen nõ euadet, ſed ſui mores per aliam occaſionem perdent hominẽ. Hæc locutus mulierẽ dimiſit. Ea domum reuerſa offendit maritũ cum æqualibus compotantẽ, iamq; uino grauem, ideoq; tum nihil eorum quæ geſſerat indicauit. ſequenti uerò die poſteaquã ſobrio rem totã expoſuiſſet, in tantum mœrorẽ eum coniecit, ut toto corpore ſideratus decima pòſt die mortẽ obiret. Quod ubi Dauidi relatũ eſt, meritas pœnas deo perſoluiſſe eum dixit. ſuapte enim malicia perditũ, & ultioni ſubiectum, idq; incontaminatis eius manibus qui iniuriã acceperat. Atq; hoc quoq; exẽplo didicit, neminẽ ſceleſtũ uindictã dei poſſe euadere. nec humanas res à deo neglectas ferri temerè: ſed bona bonis, & malis quod illis dignum eſt rependi. Moxq; miſsis ad uxorẽ eius nuncijs, acciuit eam in legitimũ thorũ cõiugem ſibi inducturus. quæ præfata prius ſe indignã ut uel pedes eius contingeret, cum omni tamẽ ſuo paratu uenit: & uxoris loco poſthac habita eſt, hunc honorẽ ab eo conſecuta tum propter modeſtiã bonosq; mores, tũ propter eximiam formę gratiã. Habuerat aũt Dauid & antè coniugẽ, ex Abeſaro oppido oriundã. Nam Melcham Sauli filiam prius Dauidi nuptã pater Liſo Pheltiæ filio elocauit, in oppido Gethla habitanti. Nec ita multo pòſt Ziphenorum quidam renunciauit Saulo, Dauidem rurſum in eorũ regione eſſe, & ſi uelit adiutare, poſſe eum cõprehendi. at ille cum tribus milibus militũ eò proficiſcitur: & ſuperueniẽte nocte caſtrametatus eſt in quodam loco, cui nomẽ Sicella. Dauid autẽ cognito q̃ rex contra ſe cum armis ueniret, ſpeculatoribus miſsis iuſsit ut ſe certiorẽ facerent, quonam uſq; proceſsiſſet: cumq; audiſſet eum eſſe apud Sicellam, noctu ignaris ſuis omnibus, duobus tantũ comitatus, Abiſæo ſororis ſuæ Saruiæ filio, & Achimelecho Chettæo, in caſtra hoſtiũ penetrat. Dormiẽteq; Saulo & circũ eũ ſatellitio, ſimulq; imperatore copiarũ Abenero, in tentoriũ regiũ inſinuatus, neq; regẽ agnito eius cubili ex ſpiculo interficere ſuſtinuit, neq; Abiſæum accẽſum ad facinus permiſit: ſed cohibuit admonitum nefas eſſe regem diuino ſuffragio creatum interimere, 2.Reg.26

quantumuis malum: eius enim esse in eũ uindicare, qui regnũ dedisset, utq; aliquod signum esset, & nactus potestatẽ regis opprimẽdi, non esset ea usus, ablato spiculo & lecytho aquali, quę iuxta cubile sita erãt, nemine sentiẽte castra exiuit, intrepidè & quasi per ociũ inter sopitos uersatus, partim nocturnis tenebris, partim audacia propria fretus. trãsgressusq; torrentẽ, & cõscenso mõtis uertice unde facile poterat exaudiri, inclamatis Sauli militib. & imperatore eorũ Abenero è somno eos excitat. & cũ imperator nominatim appellatus scitaretur quisnam esset qui se uocaret, sic respondit: Dauid ego sum Iessæi filius, à uobis profugus. Sed quî factum est ut tu uir tantus & inter amicos regios maxime honoratus, tam negligenter domini corpus custodias, ut dormire malis q̃ curam salutis eius gerere. Capitalem enim culpã admisistis, qui paulo antè quosdam è nostris clàm in castra regia subrepentes non sensistis. Vide igitur quonã deuenerit spiculum regiũ, & aquæ lecythus: & disce quantũ flagitium sit cõmissum. Saulus autem agnita Dauidis uoce, & cognito quòd adeptus eum à somno & custodum negligentia proditũ, non tamen interfecit, cum id iure suo facere potuisset, gratias se illi habere pro salute cõcessa professus est. hortabaturq; ut bono esset animo, nihilq; mali in posterũ timens, ad proprias ædes reuerteret. Compertũ enim habere, non sibijpsi salutem suam cariorem esse q̃ Dauidi. Se enim seruatorẽ suum, hominem spectatæ per multa officia beneuolẽtiæ, in exiliũ actum, & sæpe in capitis discrimen adductũ, amicorumq; cõsuetudine orbatũ persequi nõ desistere. illum uerò pro hostili infectatione salutẽ sibi reponere. Tum Dauid iussit ut mitteret qui & spiculum & lecythum reportaret, hoc attestatus, quòd deus futurus esset utriusq; naturæ & morũ ac gestorũ iudex, cui notũ esset, & ea quoq; die peperciisset inimico, quem in manu erat interficere. Atq; hoc modo Saulus iam iterum clementia Dauidis incolumis è manibus emissus, retro in regiam se recepit. Cæterũ Dauid ueritus ne si diutius in eis locis hæreret tandẽ com-
1.Reg.27 prehenderet, consultius putauit in Palæstinam transire, & illic degere: quod cum cæteris quoq; uisum esset, unà cum sexcentorũ manu ad Anchũ se contulit regem Gittæ unius è quinq; eius gẽtis ciuitatibus: ubi domicilio accepto à rege cum duabus uxoribus Achima & Abigæa habitauit. Saulus autem cautior factus posthac destitit cõtra eum aut proficisci aut militẽ mittere, uidẽs id sibi iam bis male cessisse, minimũq; abfuisse quin captãdo caperetur. Dauidi autem nõ placuit in urbe Gitta manere, sed petijt à rege ut ad pristinã erga se hospitalitatẽ hoc quoq; adijceret, & agri partẽ ad incolendum ei cum suis attribueret. Vereri enim se ne intra mœnia morãdo oneroſus Gittẽsibus uideatur. annuit eius precibus rex, & uicum quendã nomine Sicellam ei donauit, quam Dauid postea regnũ adeptus adeò dilexit, ut suam & posterorũ priuatam possessionem in perpetuum esse uoluerit: qua de re aliàs fusius dicturi sumus. totũ autem tempus quo Dauid apud Sicellam uixit, fuerũt menses quatuor, additis uiginti diebus. ex eo loco clancularijs excursionibus Palæstinæ gẽtis uicinos sibi Saritas & Amalecitas infestabat, magnas iumentorũ & camelorum prædas abigẽs. mãcipia enim nõ abstrahebat, ueritus ne horum indicio res ad Anchum regem perferretur. De manubijs aũt munera mittere ad regem solebat. quo percõtante unde eas prædas ageret, meridionalem Iu-

dæorum

dæorum regionem campeſtrẽ incurſare ſe reſpondẽs, regi facile perſuaſit ut crederet quod uerũ eſſe uehemẽter cupiebat. ſperabat enim Dauidem ſi hoſtiliter gentẽ propriam tractaſſet, præcluſo reditu ſemper poſthac obnoxiũ ſe habiturum. Et parabatur tum bellum in Hebræos cõmuni Palæſtinorũ decreto, indicto omnibus eius nominis ſocijs die ad conueniendum in Rengam, ubi collectum exercitũ Anchus in hoſtem ducturus erat: & inter cætera auxilia Dauidem cum ſexcentorũ cohorte euocauerat. quo promptè operam pollicente, & dicẽte adeſſe tempus referendæ hoſpitalis gratiæ, rex contrà quo magis eum ſibi deuinciret, promiſit ſe eum re bene geſta in ſummo apud ſe honore habiturum, & ſatellitio ſuo præpoſiturum. XIIII 1.Reg.28

Hebræi à Palæſtinis magno prælio uincuntur, in quo Saulus rex unà cum filijs fortiter pugnans occubuit. Cap. XV

SAulus autẽ è regno ſuo diuinos omnes & uentriloquos ac arioloſ cæteroſq; ſimilis uanitatis homines eiecerat, ſolis prophetis retẽtis: cumq; audiſſet Palæſtinos Sonnã uſq; urbem progreſſos caſtra ibi metatos, & ipſe cũ ſuis copijs illuc occurrit: & iuxta mõtem quendã Gelboe dictum caſtra è regione hoſtium poſuit. ubi nõ mediocris trepidatio illum inceſsit, reputantẽ hoſtilem exercitũ uiribus longè præcellere: qua de re ſolicitus ad oraculũ dei cõfugit, euentũ prælij ſciſcitãs. Deo autem ſilente magis etiam territus prorſus animum deſpondit, præſagiẽs cladem imminere, poſteaquã deus præter ſolitum auxiliatricẽ manum ſubtraheret. quæri nihilominus imperat mulierculam quampiã uentriloquam, & manes elicere callentẽ, quo uel ſic rerum euentũ prænoſceret. nam uentriloquorum genus euocatis defunctorũ animabus per eas futura ſciſcitãtibus prædicunt. cumq; indicio cuiuſdã familiaris ſui cõperiſſet eſſe talem mulierculã in oppido Endoro, ignaris omnibus mutato regio habitu, aſſumptiſq; duobus fidiſsimis famulis ad Endorũ & mulierẽ fatidicam proficiſcitur: rogatq; eam ut diuinet, educatq; ad ſuperos animã uiri cuius ipſe uoluerit. illa autem repugnante & negante ſe edictũ regis contemptũrã, qui hoc diuinaculorũ genus à ſuo regno arceat: & obteſtante ne nulla iniuria laceſsitus inſidias ſibi ſtrueret, quo deprehenſa uetitas artes attrectare ad ſuppliciũ rapereẽ: iurauit nemi nem hoc reſciturũ, neq; ſe reſponſum cũ alijs cõmunicaturum, ſed fore eam extra omne periculũ. Vt uerò iureiurãdo perſuaſa eſt nõ timere, iuſsit eã Samuelis animã excitare. quę cum neſciret quiſnã fuiſſet Samuel, ab inferis hũc euocat. quo in conſpectum ueniente, mulier ſpecie uiri diuina & ueneranda perterrita ac ſtupefacta, uerſa ad regẽ, nónne, inquit, tu es Saulus rex? hoc enim ex Samuele didicerat. Quo annuente & rogãte trepidationis cauſam, ait ſe uidere aſcendentẽ uirum diuina quadam ſpecie prædituũ. percõtante deinde qua effigie quóue habitu eſſet ac ætate, ait ſenẽ eſſe uenerandũ, habitu ſacerdotali amictum. Agnouit rex Samuelẽ eſſe, & procidens adoratione ſalutauit. anima aũt Samuelis interrogante quã ob cauſam elici ac ſuis moueri ſedibus iuſſerit, neceſsitate ſe huc adactũ conqueſtus eſt. imminere enim grauem hoſtium exercitũ, & ſe inopẽ eſſe conſilij deſtitutum à deo, neq; per uates, neq; per ſomniorũ uiſiones futura pręſignare dignãte. quapropter ad eũ ſe confugiſſe, cui res ſuas ſemper curæ fuiſſe ſit expertus. Samuel uerò adeſſe

iam regi extremũ uitæ diem præuidens, ſuperuacaneũ reſpondit ex ipſo futura ſcitari, cum à deo deſtitutum ſe agnoſcat. Audi tamẽ, inquit, in fatis eſſe ut Dauid aſſumpta regia dignitate bellum ex ſententia cõficiat. te uerò & principatum & uitam ſimul amittere, eo q̃ in bello quod cõtra Amalecitas geſſiſti obediens deo nõ fueris, & quæ tibi per me etiam tũ uiuum mandauit neglexeris. Scito igitur & exercitũ tuum ab hoſte profligandũ, & te unà cum filijs in prælio cadentẽ cras mecũ futurũ. His auditis Saulus obmutuit præ mœſtitia, & in humum collapſus eſt, ſiue ob ſubitaneã triſtitiam uiribus deficientibus, ſiue ob inediã, q̃ ea nocte ac præterita die corpus cibo recurare neglexiſſet. tandem cum ægrè ad ſeipſum rediſſet, mulier urgebat eum ut cibũ ſumeret, hanc gratiã ab ipſo repoſcẽs officij, quod per interdictas artes nõ ſine ſuo periculo poſcẽti præſtiterat, priuſquã ſciret hũc ipſum eſſe qui interdixit. pro quo beneficio hoc tantũ repoſcebat, ut mẽſa appoſita uires refoueret, quo ad exercitũ redire ualeret. reſiſtentẽ uerò & cibũ omnẽ præ deſperatione auerſari pergentẽ, tantũ non adegit improbis precibus ut aſſentiretur. cumq; unicũ haberet uitulũ domi à ſe educatũ mulier quotidianis operis uictũ ſibi parãs, & nihil præterea poſsidens, hoc mactato carnes coctas ipſi & famulis appoſuit. Saulus uerò eadẽ nocte in caſtra eſt reuerſus. Mirari ſuccurrit hoc loco mulieris huius comitatem ac liberalitatem, quę tametſi à rege artem exercere uetita qua uictum parare aſſueuerat, hominẽ nunquã antè uiſum, immemor totam alendi ſe rationẽ per hunc ſibi ademptam, nõ auerſata eſt ut hoſpitẽ & ignotum, ſed cõmiſerata & conſolata ad faſtiditum cibum ſumendũ adhortata eſt: & quod ſolũ mulieri pauperi ſuperfuit, promptè ac libenti animo appoſuit, nec gratiam pro beneficio rependens, nec officio fauorẽ regis captans, quæ iamiam moriturũ præſciebat: cum tamẽ homines natura ita comparati ſimus, ut tum demũ officioſos eſſe libeat: quãdo aut pro meritis gratia eſt rependenda, aut ipſi demereri quempiã cupimus, quẽ cumulatè aliquando beneficium repoſiturũ ſperamus. Egregiũ igitur exẽplar beneficẽtiæ nobis exhibuit, oſtendens nihil eſſe potius q̃ in neceſsitate conſtitutos ſubleuare, nihil quod hominẽ magis deceat, nihil quod deũ æquè cõciliet, & ad benefaciendũ nobis prouocet. atq; hęc de muliere illa dixiſſe ſufficiat. Nũc aliã quãdã admonitionẽ ſcriptis meis iuuat inſerere, cum populis ac gẽtibus profuturã, tum præcipuè uiris eximijs & ad gloriã natis incitamẽto futurã ad uirtutem: quandoquidem hæc ſola in ſempiterna memoria ſui cultores collocare ualens, magnũ calcar ad honeſta ſtudia tam regibus gentiũ, quàm ciuitatũ magiſtratibus debet ſubdere, ut contemptis periculis atq; etiã certa morte, nihil durum pro patria ſubire ac ſuſtinere ſubterfugiãt. Quod ut faciã opportunè Sauli Hebræorũ regis illuſtre exemplũ flagitat. Hic em̃ licet futuri gnarus, & de obitu ſuo præmonitus à propheta, noluit tamẽ eum uitare, & ob uitæ cupiditatẽ exercitum hoſti prodere, atq; hoc modo regiã maieſtatẽ dehoneſtare: ſed cum liberis totaq; familia periculo ſe obijciens, pulchrũ exiſtimauit in prælio pro ſuo ſubditis imperio pugnãdo cadere, & filios in eiuſdem laudis ſocietatem aſſumere, potius q̃ ſuperſtites relinquere, incertũ quales nam futuros. Sic enim exiſtimauit, loco poſteritatis perpetuam laudem & immortalem memoriã ſibi futuram. Quamobrẽ hic mihi uerè iuſtus & fortis ac prudens

dens fuiſſe uidetur, & ſi quis huic ſimilis fuit aut futurus eſt, huic uirtutis teſtimonium ab omnibus reddi æquũ cenſeo. Nam illos qui cũ certa uictoriæ incolumitatisq; ſpe bellũ aggrediuntur, poſteaquam magnificũ aliquid geſſerint, nõ cenſeo meritò fortitudinis titulis inſigniri ab hiſtoricis alijsq; ſcriptoribus. Sed quamuis & illis ſua laus debeatur, ſoli tamẽ generoſi ac fortes periculorumq; cõtemptores iure dici poſſunt, qui Saulũ æmulantur. Quid enim magni eſt cõmunem martis aleam ſubire, & inter ſpem ac metum fluctuando, ſi fortuna affulſerit fauore eius uti? contrà nihil lætũ ſperantem, & præſciũ q̃ neceſſe ſit in pugna cadere, intrepidè tamen & imperculſo animo fato minanti occurrere, id uero generoſi & fortis uiri facinus ego cenſeo. Hæc eſt Sauli noſtri laus, qui exemplo eſt omnibus uerę gloriæ amatoribus, ut ſi honeſti apud poſteros nominis rationẽ habẽt, idem ſibi ſi quando uſus ueniat proponant: in primis aũt regibus, quibus propter fortunæ ſublimitatem adeò nõ licet eſſe ignauis, ut turpe ſit etiam mediocritatem fortitudinis non excedere. Poſſem quidẽ etiam plura in hoc argumẽto de Sauli generoſitate dicere, uerũ ne uidear immodicus, eò unde digreſſi ſumus reuertar. Palæſtinis copias undiq; cõtrahentibus, delectuq; per ſingulas gẽtes ac regna & ſatrapias habito, nouiſsimus uenit cum ſuo milite rex Anchus, quem ſecutus eſt Dauid cum ſexcentorũ cohorte, quem ubi uiderunt Palęſtinorum duces, percontabanť regem undé nam uenirent Hebræi, aut à quo uocati. Is reſpõdit Dauidem iram domini ſui Sauli fugientẽ, à ſe exceptũ, nunc ut gratiam hoſpiti referat, utq; de Saule uindictam ſumat, in auxilium ueniſſe. at illis nõ probabatur, q̃ ueterẽ hoſtem in auxiliũ acciuiſſet: ſuadebantq; ut eum retrò remitteret, ne fortè cladem aliquam ipſis afferat. facile enim habiturũ occaſionẽ reconciliandi ſe domino, ſi hoſtibus eius detrimentũ aliquod attulerit. Quare proſpiciendũ eſſe in futurũ, Dauidemq; cum ſua cohorte ad agros à rege illi aſsignatos remittendũ. Hunc enim eſſe illum Dauidẽ uirginibus cantatũ q̃ plurima Palæſtinorũ millia deleuiſſet. Viſum eſt regi quoq; Gittæ rectè illos monere: moxq; accito Dauide: Equidẽ, inquit, fidem tuam ac uirtutẽ compertam habens ſociũ huius expeditionis te aſſumpſi, ſed cæteris ducibus hoc nõ probať. quare confeſtim agrũ quem tibi donaui repete, nihil de uoluntate noſtra dubitans: & illic eſto præſidio meæ regioni, ne interim dum cũ exercitu abſum, hoſtes aliqui eam per occaſionẽ inuadãt. hoc enim pacto nõ minus amici ac ſocij pręſtiteris officiũ. Paruit Dauid, & ad Sicellam ſe recepit. Sed interim dum Palęſtinorũ caſtra ſequereť, Amalecitarũ gens expugnata & incẽſa Sicella, prædaq; tam inde q̃ ex uicinis Palæſtinorũ agris abacta, in ſuam regionẽ reuertebať. Dauid aũt uicum ſuũ uaſtatũ inueniens, omnibuſq; direptis utramq; etiam uxorẽ abductã, & pari modo cõmilitonũ uxores ac liberos cũ cætera præda abactos, doloris impatiẽs ſcidit ueſtimẽta ſua: & adeo huic calamitati ſuccubuit, ut nõ prius flere ac lamentari ſuã & ſuorũ uicẽ deſineret, q̃ lacrymæ eum deficerẽt. nec multũ aberat quin ab iratis ob iacturã coniugũ & liberorũ militibus ſaxis impeteretur, quòd in ipſum cauſam tanti mali reijcerẽt. Poſtquã aũt à mœrore ſe recollegit, & animã ad deũ erexit, rogauit pontificẽ Abiatharũ ut ſumpto ſacerdotali amictu deũ cõſuleret, & oraculũ referret, nũ deus cõceſſur⁹ ſit aſſecuto Amalecitas

1.Reg.19

uxores ac liberos recipere, pœnasq; de hoste sumere. pontifice uerò iubente persequi, assumptis sexcentis armatis quantũ potuit per uestigia hostiũ propè rauit. cumq; ad torrentẽ quendã nomine Baselũ peruenisset, incidit in quendam Aegyptiũ errantẽ, iamq; inopia & fame deficientẽ, qui toto triduo per desertũ impastus oberrauerat. hunc cibo & potu prius refocillatũ, rogat cuius esset, & qua natione. is respõdit se Aegyptiũ genere, à domino relictũ in itinere, quòd propter languorẽ non posset agmen cõsequi eorũ qui uastata Sicella finitimisq; locis domũ se recipiebant. Itaq; hoc ductore Dauid usus ad persequendos Amalecitas, assecutusq; eos in terram proiectos, & partim prandiũ sumentes, partim iam temulentos, & rebus ex prẽda quæsitis se oblectantes, ex improuiso irruens, magnam eorũ stragem edidit. Inermes enim, & nihil tale expectãtes, & epulis tantum ac cõpotationibus intenti, facile ab armatis cõficiebantur. alij enim instructis mensis accubantes, cruore appositos cibos inundabant, alij propinantes sibi inuicem opprimebant, nõnulli uerò somno iam ac uino sopiti: & si q; se interim armare potuerunt, nõ multo maiore negocio q; cæteri cædebant. durauit enim ea cædes à prandio usq; ad uesperã, ut ex omnibus Amalecitarũ copijs ægre quadringenti celeritate camelorũ ab interneciõe sint exempti. cæterũ præda omnis est recepta, uxoresq; tam ipsius Dauidis q; commilitonũ. Remetientes aũt iter postq; ad eum locũ peruenerũt, ubi ducẽtos minus expeditos ad custodiã impedimentorũ reliquerant, quadringenti illi nolebant eos in prædæ partẽ admittere, q; per ignauiã in persequẽdo hoste delassati fuissent, aiebantq; cõtentos esse oportere receptis uxorib. ac liberis. Hanc eorũ uoluntatẽ iniquã Dauid pronunciauit. Par enim esse, ut uictoria diuinitus cõcessa, receptisq; ex hoste spolijs, uniuersi milites ex æquo fruerent, maximè cum reliqui impedimẽta interim asseruauerint. ex eo præiudicio mos in posterũ obtinuit, ut tantundẽ ex præda cederet ijs qui pugnæ interfuerunt, & ijs qui interim circa impedimentorum custodiã sunt uersati. Reuersus deinde Sicellã Dauid, per totã tribũ Iudæ partes ex præda ad amicos & familiares misit. atq; in hũc modũ circa Si-
1.Reg.13 cellã & in persequẽdis Amalecitis res gesta est. Interea Palæstini acri prælio cũ hoste congressi, & superiores facti, plurimos ex aduersa acie sternunt. ibi Saulus & filij cõtra hostẽ egregiè certãtes, & hoc tantũ agẽtes ne inulti caderent, utq; honestis uulnerib. cõfecti luctuosam hosti uictoriã relinquerẽt, totam uim hostiũ in se cõuerterunt: & circũuenti multitudine, magna circa se strage Palæstinorũ edita postremo & ipsi hostiũ telis sunt obruti. fuerũt autẽ Sauli filij, Ionathas, Aminadabus & Melchisus. post quorũ casum uniuersus Hebræorũ exercit⁹ ꝓfligat̃: dumq; nullo ordine trepidi fugiũt, instãtib. à tergo barbaris ingẽs cædes est perpetrata. Saulus quoq; stipat⁹ suorũ caterua fugiebat: in quẽ Palæstini immissis sagittarijs & iaculatoribus, oẽs paucis exceptis cõfixerũt. ipse uerò post multa fortia facinora edita, grauat⁹ uulneribus, ut iã nec subsistere, nec sibi ipse man⁹ inferre ualeret, obsecrauit armigerũ ut se ferro trãsfigeret, priusq; uiuus in hostiũ potestatẽ fieret. q̃d cũ armiger ob maiestatis reuerentiã detrectaret, ipse admoto ad pect⁹ ꝓprij gladij mucrõe in eũ incubuit. et cũ deficiẽtib. uirib. traijcere se nõ posset, circũspiciẽs iuuenẽ ꝓximũ rogat, quis nã esset: auditoq; esse Amalecitã, orat ut se iuuaret efficere, quod ipse suis

manibus

manibus nõ quiret. qui poſtquam eius optata exſecutus eſt, ademptis aureis armillis & corona inſigni regio, quantũ potuit feſtinus inde ſe proripuit. armiger autem regius cõſpecta Sauli nece, ipſe quoq; ſe iugulauit. pari modo & uniuerſum eius ſatellitium unà cum domino ſuo cecidit, circa montẽ qui nominatur Gelboe. Qua clade audita ab Hebræis qui uallem ultra Iordanẽ ſitam habitant, quiq; campeſtres urbes tenent, quòd Saulus rex cum filijs & exercitu in prælio cecidiſſet, relictis ſuis oppidis in munitiſsimas quaſq; urbes confugerũt: quæ Palæſtini deſerta nacti, facile occupata ipſi poſthac incoluerunt. Die uero quæ prælium proximè conſecuta eſt, dum cęſorũ cadauera ſpoliant, inciderũt in Sauli filiorũq; eius corpora, quibus exutis capita etiam præciderũt: & dimiſsis in hoc per totam ſuam regionẽ certis hominibus, hoſtes cecidiſſe nunciauerunt: quorũ arma in templo Aſtartes dedicauerunt, porrò corpora eorũ circa mœnia urbis Bethſanæ, quæ nunc eſt Scythopolis, crucibus affixerunt. Quod poſteaquã auditũ eſt in Iabiſſa urbe regionis Galaditidis, truncata eſſe Sauli ac filiorũ cadauera, rem indignã rati eos extremo exſequiarum honore fraudari, aliquam multi fortuſsimi & audaciſsimi egrediunt (alit enim hæc urbs homines robuſtos ac feroces) factoq; per totam noctem itinere, ad Bethſanæ mœnia peruenientes, demptis Sauli & filiorum corporibus Iabiſſam ea deportauerũt, neminẽ hoſtiũ arcere eos aut aggredi propter uirtutẽ ipſorũ audente. Iabiſſeni aũt populariter eos deploratos in celeberrimo agri ſui loco ſepeliuerunt, & indicto ob regis & filiorũ cædem luctu ac ieiunio dierũ ſeptem, in lamentis & planctu eos exegerunt. Hic finis fuit Sauli iuxta Samuelis uaticinium, propterea quòd mãdata dei de bello contra Amalecitas gerendo non eſt exſecutus, & quia trucidato cum tota cognatione Achimelecho põtifice, urbẽ quoq; pontificalẽ ſubuertit. Regnauitq; uiuente Samuele annis decẽ & octo, & poſt mortẽ eius annis uiginti: quo tempore exacto, eum quem diximus uitæ finem eſt ſortitus.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER SEPTIMVS.

Dauid apud Hebronem unius tribus rex creatur, in reliquis Sauli filius paternum regnum obtinet. Caput I

Hoc prælium in eum diem incidit, quo Dauid de Amalecitis uictor Sicellam eſt reuerſus. tertio autẽ poſt eius reditum die, elapſus è prælio Sauli interfector, ſciſſa ueſte, caputq; ſparſus cinere, ad Dauidem peruenit: adoratóq; eo, interrogatus unde ueniret, è conflictu Iſraelitarũ ait ſe uenire. id fuiſſe illorum partibus infortunatum, cæſis multis Hebræorum millibus, & inſuper rege cum filijs poſt eam pugnam deſiderato. atque ſe nunciare ſuis oculis uiſa, cum forte in fugientem cum ſuis regem incidiſſet, quem à ſe rogatu ipſius cæſum fatebatur, ne 1.Reg.1

pulſa.debere enim illi cariorẽ eſſe uitã filiæ,q̃ inimici interitũ. atq; ita ueniã conſequitur.Dauid aũt fuga elapſus peruenit ad prophetã Samuelem in Ramatha:eiq; rem oẽm quo erga ſe animo rex eſſet indicat,& q̃ minimũ abfuerit quin ſpiculo ab eo traiectus fuerit:idq; cũ neq; regẽ ulla in re lęſiſſet,neq; in bello ſegniter aut improuide ſe geſsiſſet, ſed fauente deo cũcta ex ſentẽtia confeciſſet.atq; hoc ipſum eſſe quod Saulũ ad inuidiã ac odium magis excitaret.Propheta uero cognita regis iniquitate,relicta Ramatha Dauidẽ ad quendam locum deducit,cui nomen Galbaath:ibiq; aliquãdiu cum eo habitauit. Vt uero nũciatum eſt regi Dauidem apud prophetam agere, mittit armatos qui eum comprehẽſum ad ſe pertrahant.Qui poſtquam ad Samuelem uenerunt,offendunt eum in cœtu prophetarum:moxq; eodẽ ſpiritu afflati,& ipſi prophetare cœperũt.Hoc audito Saulus alios eò mittit,Dauidẽ cõprehenſuros.quibus cum idem quod prioribus accidiſſet,rurſum alios mittit. cumq; tertij quoq; prophetico ſpiritu corriperentur:tandẽ iræ impotẽs ipſe eò properat.iamq; nõ longe ab eo loco remotus,prius q̃ in conſpectũ Samuelis ueniret,eius opera & ipſe prophetam agere incepit.Cumq; ad deſtinatũ locum peruenisſet,alienatus à mente, abiectoq; ueſtitu nudus per diem ac noctẽ in conſpectu Dauidis & prophetæ iacuit. Paulo poſt ad Ionatham Dauid peruenit,multa de patris eius inſidijs conquerens,quòd ſe nihil tale meritum tótis uirib.opprimere cuperet.Ille uero rogabat ne uel ipſe hoc temere ſuſpicaretur,uel alijs fortè ſuggerentibus talia facile crederet:ſed ſibi ſoli fideret,cui 1.Reg.20 compertum ſit nihil mali patrem contra ipſum moliri.alioqui indicaturũ eũ ſibi fuiſſe,cum abſq; ipſius conſilio nihil agere ſoleat. Contrà Dauid iureiurando aſſeuerabat ſe uera dicere:obteſtabaturq; ut mallet credere ac ſaluti amici proſpicere, quàm contemptis eius uerbis tanquam uanis tum demum fidem habere,poſteaquam extinctum uel uiderit uel audiuerit. Nam patrem talia conſilia ideo cum ipſo non communicare,quòd non ignoret mutuã beneuolentiam quæ inter ipſos intercedat. Quare triſtis q̃ iam perſuaſus eſſet, percontatus eſt qua nam in re poſſet illi gratificari. Tum Dauid:Scio,inquit, quòd bene mihi uelis,& gratificari cupias.Cras erit prima luna & ſolenne regis conuiuiũ,cui me quoq; adhibere ſolet. quare ſi ita uidetur extra urbẽ in agro clam te præſtolabor.tu uero cũ requiſiuerit me, dic profectũ in patriã Bethlema,ut interſim feſto quod mea trib. celebrat:idq; permiſſu tuo factũ. Quòd ſi ut mos eſt de amicis,dixerit,feliciter profectus ſit,ſcito illũ nihil mali aduerſum me in pectore coquere.Sin autem aliter reſpõderit, hoc erit tibi iniqui in me animi argumentũ.indicabisq; mihi rem,ita ut præſenti mea calamitate mutuaq; noſtra amicitia dignum eſt,quam fide in hoc data & accepta dominus cum ſeruo tuo uoluiſti inire.qua ſi me indignum aut erga parẽtem tuum iniurium cenſes,nihil expectatis eius iuſsis iam nũc me tuo gladio confodito.Hæc ultima uerba grauiter ferens Ionathas,facturum ſe poſtulata promiſit,& ſi quid patrẽ male de ipſo cogitare deprehẽderit,indicaturũ. & quo maiorẽ ei fidem faceret,educto ſub diuũ iureiurando cõfirmat,nihil ſe nõ tẽtaturũ quod ad ſalutẽ ipſius pertineat.Deus,inquit,qui hãc uniuerſitatẽ q̃ late uides implet ac moderat, quiq; priusq̃ eloquar mẽtẽ meã nouit,teſtis eſto iniri inter nos fœderis,quodq; non prius patris uoluntatem ſcrutari deſiſtã,

quàm

quàm compertũ habuero ecquid latẽtis odij aduerſum te cõceperit: & quicquid deprehendero, ſiue amicũ, ſiue infenſum, cõfeſtim tibi ſignificabo. Nouit deus q̃ ipſum tibi perpetuo propitium precor, utq; ſemper tuas res proſperet, quemadmodũ & nũc facit; & poſthac facturus eſt. & ſiue pater meus ſiue ego tibi aduerſer, tu tamen ope illius nunq̃ non uictor euades. Tu uerò memor eſto huius noſtri affectus, & ſi me perire cõtingat, liberos meos ſerua, & mihi debitã gratiã in illos colloca. Poſt hoc iuſiurandũ Dauidẽ dimittit, iuſſum in certũ agri locũ ſecedere, in quo ſe exercere ſolebat. cognito enim patris animo uenturũ ſe illuc unà cũ puero. & ſi, inquit, emiſſis tribus ad ſcopũ iaculis, collecta puerũ referrẽ iuſſero: iacere enim ante ipſum: ſcito nihil triſte à patre timendũ. q̃ ſi contrariũ me dicere audieris, patrẽ quoq; contrario modo affectũ exiſtima. utcũq; tamẽ ceciderit, ego dabo operã ne quid tibi ſecus q̃uelimus accidat. Tu cũ lætiora tẽpora uenerint, fac memor ſis horum, & liberos meos cõmendatos habeto. His Ionathæ ꝓmiſſionibus confirmatus Dauid ad conſtitutũ locũ proficiſcitur. Sequenti uero die qua fuit nouiluniũ, rex de more caſte ac pure ad cœnam uenit. cumq; filius Ionathas dexter illi accũberet, alterũq; latus Abenares exercitus imperator clauderet, uidens Dauidis locũ uacuũ tacuit, ſuſpicatus eum ideo abeſſe, q̃ à cõgreſſu uxoris non eſſet purus. ſed cũ ne poſtridie quidem adeſſet, ſciſcitatus eſt ex filio, qua de cauſa neq; tunc neq; heſterna die adfuiſſet ſolennibus epulis Ieſſæi filius. Reſpondit ille profectũ in patriam ad ſolennem tribus eius feſtiuitatem, cõmeatu à ſe impetrato. Quinetiam me, inquit, ad hoc epulum inuitauit, & ſi tibi idem uidetur, ibo. noſti enim quanta beneuolẽtia hominem proſequar. Hic iam nõ amplius odium ſuum Saulus apud filium diſſimulare potuit, & euidenter patuit quàm infeſto eſſet in Dauidem animo. Iurgio enim adortus filium, deſertorem eum patris ac hoſtem appellauit, ſociũq; & adiutorem Dauidis. Nec pudere eum quòd nullo parentum reſpectu cum inimicis cõſpiret, & nõ poſsit induci ut credat nunq̃ ſecure regnaturos incolumi Dauide. ſimulq; iubet, ut hominem accerſat, daturum debitum ſupplicium. cumq; filius quæreret, ob quã culpam eum capite plectere uellet, nõ iam intra uerba iram continens proripuit ſe, & nactus alicunde ſpiculũ impetũ in filium fecit: perpetraſſetq; impium facinus, ni intercurſu amicorũ fuiſſet cohibitus. atq; ita manifeſte malignum & infeſtum erga Dauidẽ animũ apud filium prodidit, cum minimum abfuerit quin ſuis ipſum manibus propter illũ perimeret. Ac tum quidẽ regius filius è conuiuio profugus, oblitus epularũ, tum ſuum periculũ, tum amici iam neci deſtinati uicem dolens, in mœrore noctem exegit: & prima luce ante urbem in agrum prætextu exercendi ſe, ſed reuera ut amico indicaret omnia, proceſsit. peractisq; in iaculatione his quę promiſerat, ablegatoq; in urbem comite puero, ſolitudinem nactus ad colloquium Dauidis properat. qui ut primum in conſpectum eſt datus, procumbens ad eius pedes ſeruatorem ſuum ſalutauit. ille erectum à terra complecti tur, atq; ita æquales duo in mutuis amplexibus hærentes iniquã ſortem ſuam deplorabant, quæ illis ſuauiſsimam cõſuetudinem inuideret, & inuitiſsimos à ſe inuicem diſtraheret, quod illis morte nihilo mitius uidebatur. ac uix tandem multis lamentis exſatiati, obteſtatiq; ſe inuicem ut mutuæ fidei perpetuo

memi-

xiii meminiſſent, digrediuntur. Inde Dauid fugiens infeſtiſsimum regem,
1.Reg.21 in oppidum Nobam ad Achimelechum ſacerdotem peruenit: qui ſolũ neq; famulitio ſtipatum, neq; amicis comitatum aduenisſe uidens, motus admiratione tantæ ſolitudinis cauſam percontatus eſt. tum ille ſecreta mandata à rege ſe habere dixit, ad quæ peragenda nullo comitatu opus eſſet. nã famulos in cõſtituto loco ſibi occurrere iuſſos. popoſcit autem ab eo uiaticũ. ſic enim & amici officium facturum, & ad præſens negocium opẽ collaturũ. quo impetrato, armorum etiam aliquid petijt, aut haſtam aut gladium. Fortè autem aderat quidam Sauli ſeruus natione Syrus, nomine Doecus, regiarum mularum curator. Pontifex uero negauit ſibi eſſe quicquam armorũ. eſſe tamẽ ibi Goliathi gladium, quem occiſo Palęſtino deo cõſecrauerat. Hoc acceptoDauid extra ditionem Hebræorum aufugit in Gittam Palæſtinorũ, apud quam regnabat Anchus. ubi agnitus à regis miniſtris, & indicio ad regem perlato, hunc eſſe Dauidem qui tam multa Palæſtinorum milia neci dederit: ueritus ne ab eo perimeretur, & periculum quod apud Saulum effugerat, apud hũc incideret, furorem ac rabiẽ ſimulat, ita ut ore ſpumam emitteret, & alia ſigna inſaniæ præ ſe ferret, quibus morbo fidem apud Gittenſium regẽ aſtrueret. qui iratus famulis quòd mente captum hominem ad ſe adduxiſſent, iuſsit ut
1.Reg.22 q̃primum eijceretur. Hoc pacto è Gitta cum euaſiſſet, in tribum Iudæ peruenit, & agẽs in ſpelunca quæ eſt in agro Adullamæ, miſit ad fratres qui eos doceret, ubinã ipſe moraretur. at illi cum tota cognatione ſe ad eũ contulerunt, nec non & alij multi aut rerum nouarum cupidi, aut Saulum timẽtes, ad eum ultro confluxerunt, operam ſuam ad omnem eius nutum offerẽtes. quorum numerus ad quadringẽtos creuit. quorum multitudine ac ope fretus, relicto eo loco ad Moabitarum regem proficiſcitur, rogatq́; hominem ut parẽtes ipſius intra regni ſui fines tantiſper reciperet, dum res eorum in meliore ſtatu collocarentur. Quo impetrato, & parentibus in magno honore apud regem quamdiu illic manſerunt habitis, ipſe iuſſu prophetæ relicto deſerto in tribũ Iudæ ſe cum ſuis tranſtulit, apud Sarim oppidum ſe continens. Quod poſtq̃ ad Saulum delatum eſt, Dauidem cum armatorũ manu eſſe conſpectũ, in nõ mediocrẽ metũ ac perturbationẽ regẽ coniecit. Sciẽs enim eius magnanimitatem ac fortitudinẽ, aliquid magnũ moliturũ ſuſpicabatur, quod rebus regis aut periculum, aut certe difficultatis ac laboris plurimũ afferret. cõuocatisq́; amicis & ducibus & uniuerſis ſuis tribulibus ad regiã urbẽ Gabã, ſedẽs in loco cui nomen Aruum, adſtante honoratiſsimo quoq; & toto ſatellitio, ſic eos eſt affatus. Viri contribules, ſcio uos meminiſſe quantis à me affecti ſitis beneficijs, & agris locupletati, & honorib. ac præfecturis aucti. Rogo igitur num plura & maiora munera à Ieſſæi filio exſpectetis. ſcio enim uos omnes in illum propenſiores, initio facto à Ionatha filio, qui & uobis huius ſententiæ autor eſt. non enim me latent clandeſtina inter illum & Dauidem icta fœdera: neque quòd conſilio & opibus aduerſariorum partes contra me adiuuat. Vos autem nihil hæc cura tangit, ſed quieti quò res euaſura ſit exſpectatis. Poſt hæc regis uerba cæteris ſilentibus, ſolus Doecus Syrus mularum regiarum curator reſpondit, uidiſſe ſe Dauidem in Noba oppido, quò cum ad pontificem Achimelechũ ueniſſet, ab eo de euẽtu rerum oraculũ accepiſſe,

adiutumq́;

adiutumq; cõmeatu & gladio Goliathi armatũ, quò uolebat deductum esse. Accitus est mox cum tota cognatione pontifex: cui rex, Qua nostra iniuria prouocatus excepisti Iessæi filium, & regis insidiatorem armis atque commeatu instruxisti? aut cur etiam de futuris oracula ei reddidisti? Non enim ignorabas, quòd propter odium quo familiam meã prosequitur, hinc aufugerit. Pontifex autem nihil horum inficiatus, libere fassus est hæc se non tam Dauidi præstitisse quàm ipsi regi. Excepi, inquit, non ut inimicum tuum, sed ut fidissimum ministrum & tribunum, & quod maius est generũ, ac propinqua necessitudine coniunctum. quis enim putaret eũ qui hoc honore à te dignatus sit, inimicum esse, ac nõ potius cum primis beneuolum? Consultus etiam de diuina uoluntate, non nunc primum ei respondi, sed aliàs quoq; sæpenumero. Cumq; se diceret à te missum ad arduum negocium properare, nõ suppeditare quæ requirebat, ad tuam magis quàm ad illius iniuriam pertinere iudicabam. Quare non est quod de me male suspiceris, aut si quid noui nunc Dauidem moliri audiuisti, ob exhibitam à me humanitatem, fauere me illi aduersum te cogites. in amicum enim ac generum & tribunum tuum collatum uolui, quicquid officij in illum contuli. His uerbis Saulus fidem habere noluit, quòd plus apud eum metus periculi ualeret quàm excusatio quantũuis iusta. itaq; circumdatum armatis cum tota familia iubet contrucidari. cumq; illis religio esset uiros deo sacros ferro uiolare, Doecum Syrum eam cædem perpetrare mandauit. qui assumptis ad hoc aliquot sui similibus facinorosis, pontificem cum tota cognatione interfecit: quorum numerus erat trecẽti octuaginta quinque. moxq; missi sunt à rege Nobam sacerdotum oppidum, qui cõtrucidatis ad unum habitatoribus, nullo uel ætatis uel sexus respectu, IX postremo flãmis eã deleuerũt: ex qua clade unicus tantũ Achimelechi filius, nomine Abiatharus seruatus est: idq; totum iuxta oraculum dei Eli pontifici olim redditum contigit, quo prædictum erat, propter filiorum iniquitatem eius posteritatem aliquando interituram. Rex autem Saulus tam sæuo facinore perpetrato, stirpe pontificia internecione deleta, neq; teneram ætatẽ miseratus, neq; grandæuos reueritus, insuperq; ciuitate quam patriã ac alumnam sacerdotum & prophetarum singulari priuilegio deus elegerat, solo æquata, satis declarauit quàm prauum sit hominum ingenium. Tantisper enim dum humiles sunt atque plebeij, quia non audent, neque liberum est naturæ obsequi, æqui ac boni uiri esse uidentur, mirumq; quoddam iustitiæ studiũ præ se ferunt. quin & pietatem interea colunt, deumq; omnibus actionibus nostris interesse, omnes deniq; cogitationes intueri persuasum habent. sed simul atq; ad potentiam & imperium prouecti sunt, exutis pristinis moribus, & tanquam in scena mutato habitu, nouaq; persona assumpta, in omnem audaciam & insolẽtiam diuinarumq; æque ac humanarum rerum contẽptum prolabuntur. & cum ad superandã inuidiã maxime illis opus est pietate & iustitia, cumq; omnes eorum non actiones solum, uerũetiam uoluntates in cõspicuo sint omnib. propositæ, tũ maxime tanq; aut dissimulãte deo, aut & ipso potestatẽ eorũ formidãte, in subditos debacchant. & quicquid aut per inanẽ metũ, aut odiũ uel fauorẽ irrationabilẽ decernũt, id tũ hominib. ratũ, tum deo quoq; ipsi probatũ esse existimãt: futurorũ uero prorsus nullũ nec respe-

ctum

ctũ nec rationẽ habent. Quotquot enim in eorũ gratiã plurimos labores exhauriunt, eos primum euehunt, deinde iam honoratos per inuidiã nõ solum dignitatibus priuant, sed per calumniã etiã sæpe opprimunt, non considerãtes q̃ meritò, tantumq; temerarijs delationibus absq; ulla probatione fidem adhibentes: & sæuiunt nõ in quos oportet, sed in quos ipsis sæuire est facile. Hæc ita esse manifestum exemplum in Saulo Cisi filio nobis est exhibitũ, qui primus post sublatam optimatum administrationẽ ac iudicũ supremum magistratũ rex Hebræorũ creatus, propter suspectũ Achimelechũ trecentos sacerdotes & prophetas interfecit: cæsosq; excidio urbis obruit, & quãtum in se fuit summi dei fanũ sacerdotibus sacrisq; ministerijs orbauit, post tam numerosam cædem ne patriã quidem eorũ & seminariũ superesse passus. Abiatharus aũt Achimelechi filius, qui solus generis sui superstes cædẽ sacerdotũ euaserat, ad Dauidẽ fuga delatus, familiæ cladẽ & patris interitũ ei renunciauit. at ille iã ante se hoc præsagiuisse dicebat, cum illic Doecũ uideret: facileq; suspicatũ, calumniã põtifici apud regem struendã: ægerrimeq; ferebat quòd ipse tanti mali occasionẽ præbuisset. simulq; iusit, ut apud se maneret, quod nusquã tutiores latebras inuenire posset. Per idem tẽpus cũ indicatũ esset Da-
1.Reg.23 uidi Palæstinos in Cillanorũ agrum irrupisse, eumq; quantus est populari, decreuit illos adoriri, consulto prius propheta, an deus uictoriã annueret: confirmatusq; oraculo, & cũ sua cohorte hostem aggressus magna cæde repulit, prædasq; ex hostico egit, & Cillanis præsidio fuit dum fruges ex areis conuehrent. Resciuit hoc mature Saulus. nam rei feliciter gestæ fama cõtineri non potuit quin late propagata ad regias quoq; aures permanaret, nõ sine ipsius Dauidis laude. Quo nuncio lætus rex putauit se iam rem factã habere, audiẽs inimicũ se intra unius oppidi mœnia conclusisse, & diuinitus hanc occasionẽ opprimendi eius datam dictitans, edicit populo ut Cillã propere circumuentã tam diu premãt obsidione, donec Dauidẽ in potestatem redactũ interficiant. At ille oraculo admonitus, nisi mature suis rebus consuleret, fore ut Cillani eius deditione ab ira regis se redimant, relicta urbe in desertũ se cum quadringentis armatis contulit, ibiq; collem quendã munitũ insedit, nomine Engelain. Saulus aũt cognito q̃ Dauid nõ amplius apud Cillã esset, expeditionem eam omisit. Dauid uero ex deserto in Cænam locum agri Zipheni se cum suis trãstulit: quò etiam Ionathas regis filius præsto fuit salutaturus amicum, & de futuris collocuturus. Hortabaturq; eũ ut bene speraret, ne'ue presentibus difficultatib. defatigatus cederet. omnino enim regnaturum eum, et uniuerso Hebræorũ populo præfuturũ. Tales aũt felicitates nõ solere ociosis cõtingere. Renouatisq; fœderib. & sancita sub deo teste in omnem uitam amicitia, additisq; diris execrationibus in eum qui prior à pactis recederet, illum eo loci reliquit, metu nonnihil ac solicitudine leuatum: ipse uero domũ suam repetijt. Zipheni uero gratiam regis captantes, certiorem eum faciunt, Dauidem in agro suo morari: pollicebanturq; suam operam, ut in manus regis traderetur. occupatis enim quibusdam faucibus, nullum reliquũ illi fore effugium. Saulus uero hominibus collaudatis, gratijsq; actis quòd inimicũ sibi indicassent, cumulate se illis beneficium repositurũ pollicitus, misit qui diligenter quærerẽt Dauidẽ, omnesq; deserti latebras perscrutarent: dicẽs se

breui

breui cum exercitu ſecuturũ. Atq; ita Zipheni duces ſe regi ad perquirẽdum eum & comprehendendũ obtulerunt, ſtudium ſuum erga ipſum nõ indicio tantum declaraturi, ſed omnibus uiribus conãdo ut in poteſtatem redactum regi traderẽt. Sed nõ habuit ſucceſſum iniqua eorum cupiditas, quibus cum nullum periculũ ex ſilẽtio immineret, per adulationẽ & auaritiã uirum pium & præter ius ad mortẽ quæſitum, regi ſe tradituros erãt polliciti. Dauid enim cognita eorũ malicia, ſimulq; regis aduẽtu, relictis locorũ anguſtijs in quib. tum uerſabat, euaſit ad magnam petram quæ ſita eſt in deſerto Simonis. Nec Saulus deſtitit illum inſequi. cognito enim inter eundũ q; ſuperatis faucibus euaſiſſet, ad alterũ petræ latus peruenit: futurũq; erat ut Dauid circumuẽtus comprehenderet, niſi rex trepidis nuncijs reuocatus eſſet, qui Palæſtinos in ditionẽ eius hoſtiliter irrupiſſe adferebant. Satius enim iudicauit hos perpetuos ac germanos hoſtes ulciſci, agrisq; ſuis quo minus uaſtarẽtur opem afferre, q̃ ſtudio capiendi inimici, regionem illis populandam prodere. atq; ita Dauid præter omniũ opinionẽ ſeruatus, ad fauces agri Engadeni ſe cõtulit. 1.Reg.24
Saulo aũt poſt reiectos Palæſtinos nunciatum eſt, Dauidem intra fines Engadenorum morari: moxq; aſſumptis tribus armatorũ milibus ex omni exercitu ſelectis, properè eos ad locũ indicatũ duxit. cumq; nõ longè abeſſet, offendit ſpeluncam longo receſſu opacã, & in penitiore ſinu latè patentem, in qua tum fortè Dauid cum ſua cohorte deliteſcebat: in eamq; ſolus ad requiſita naturæ ſe inſinuauit. Animaduerſum eſt id continuò ab uno è Dauidis comitibus, qui cum eum moneret tempus ultionis offerre deũ, nec eſſe negligẽdam occaſionẽ tot erumnas finiendi abſciſſo infeſtiſsimi regis capite, laciniã tantum regij pallij præcidit: indignũ ratus in proprium dominum ſæuire, quem deus ipſe ad imperij faſtigiũ electione ſua prouexerat. nec enim par eſſe iniurijs certare cũ eo, qui immeritũ extinguere cuperet. Egreſſo deinde è ſpelunca Saulo, Dauid quoq; in apertũ progreſſus regẽ inclamat, & cum ad agnitã uocẽ ſe conuertiſſet, ex more prius adoratum ſic alloquitur: Quàm iniquum eſt rex, te calumniatoribus patulas aures præbentẽ, & uaniſsimis hominibus fidem adhibentẽ, de amicis ſpectatis ſuſpicari, quos ex ipſorum factis potius iudicare oportebat. uerba enim uel falſa poſſunt eſſe uel uera: ſed nullũ apertius de animo q̃ ex factis argumentũ poteſt colligi, quemadmodũ nũc quoq; iudicare potes num temerè illis credideris, qui eius criminis me apud te reum faciũt quod ne in mentẽ quidem unquã uenit: & in tantũ te exaſperauerũt, ut nocte atq; die nihil magis q̃ de mea pernicie cogites. An nõ uides uaniſsimã eſſe tuam opinionẽ, qua perſuaſus es me familiæ ueſtræ inimicũ, tuæq; in primis necis eſſe cupidũ. Aut quibus oculis deum putas immanitatẽ tuam aſpicere, qui hominẽ ad cædẽ expetis, oblata uindictæ tali occaſione tibi parcentem, quam ipſe nactus nunq̃ elabi è manibus ſiuiſſes. Nihilo enim maiore negocio caput tibi præcidere poterã, quàm hanc ueſtis laciniam. Simulq; pannum protulit, qui uerbis fidem aſtrueret. Ego certe ne iuſtæ quidẽ ultioni indulſi, & tu iniuſtas ſimultates contra me exercere nõ uereris. Sed horũ deus iudex erit, probabitq; uter noſtrum æquioribus moribus ſit præditus. Tum Saulus demirãs è quanto periculo eſſet ſeruatus, modeſtiaq; iuuenis attonitus, ingemuit: ſimilemq; gemitũ referẽte Dauide, rex ſe iuſtius gemere faſſus

est. Tu enim, inquit, multorũ bonorũ causa mihi fuisti, ego contrà tibi multarum calamitatũ autor. Et nũc quoq; declarasti te à priscorũ æquitate nõ degenerẽ, qui inimicos in solitudine ad iniuriã expositos nacti, incolumes dimittere maluerũt. Itaq; hodie manifestè cerno regnũ tibi à deo repositũ, & sub tuum imperiũ uniuersam Hebræorum gentẽ cõcessuram. quamobrẽ postulo ut iureiurando fidẽ mihi facias, te rerũ potitũ obliuioni iniurias meas traditurũ, & familiam meam saluam esse passurum. pollicitus est id Dauid interposito iureiurãdo, atq; ita regẽ in regnum remisit. In idem tempus mors Samuelis prophetæ incidit, uiri q̃ suo merito in maximo semper apud Hebræos precio fuerat: illustreq; uirtutis ipsius ac suæ obseruãtiæ populus testimonium edidit, dum defuncti exequias & sepulturam magnifico sumptu concelebrat: & postquã iusta exoluit in Ramatha patria sepulto luctum in longum tempus prorogat, non quasi in publico mœrore, sed quasi ad unum quẽuis propriè hæc orbitas pertineret. fuerat enim uir ad omnẽ iustitiã ac bonitatẽ à natura cõpositus, & ob has uirtutes deo lõgè acceptissimus. Præfuit populo post Elis põtificis obitũ primũ solus annis duodecim, deinde Saule regnãte annis decẽ & octo. cuius extremi dies in hæc ut dixi tempora inciderũt. In locis aũt in quibus tum Dauid uersabatur erat Ziphenus quidam in oppido Emma, uir locuples & multorũ gregum dominus. habebat enim in pascuis ouium tria milia, & capras mille: ab his Dauid omnẽ iniuriã abstinuit, grauiter interminatus suis ne uel cupiditate uel egestate, uel latẽdi spe impulsi quicquam uiolarẽt, sed pluris iustitiã facerent, & dei uoluntatẽ, cui nunquam placuerunt qui in alienas res manus auidè inijcerẽt. in hac disciplina suos continebat, putans se in hominẽ probum & sua beneuolentia dignũ hoc officium collocare. Nabalus uerò (hoc erat uiro nomen) homo erat agrestis & malis moribus præditus, sed honestæ ac prudẽtis & elegantis mulieris maritus. Ad hũc Dauid pecora tõdentẽ decẽ è suis misit salutatũ, qui illi in multos annos eam felicitatẽ ominarentẽ: simulq; rogarẽt ut è facultatibus suis aliquid cõmunicaret, cum è pastoribus intelligere posset, q̃ longo iam tempore in solitudine uersati adeò nihil detrimẽti attulerint gregibus, ut custodes eorum fuisse potius uideri possint. Quicquid aũt in Dauidem contulerit, in hominẽ gratum ac memorẽ collaturũ. Ad hæc postulata homo suo more nimis durè dedit responsum. Percõtatus enim quis esset Dauid, ut audiuit esse Iessęi filium, Nunc, inquit, fugitiui relictis dominis insolẽter ac superbè se gerũt. Quibus renunciatis Dauid in iram accensus, quadringentis armatis assumptis, & ducentis ad custodiam impedimentorũ relictis (iam enim sexcẽtorum manum coegerat) contra Nabalum proficiscebatur, iuratus q̃ ea nocte & familiam eius & omnes opes esset euersurus. Neq; enim se tam ægrè ferre, q̃ homo ingratus officij nihil repẽderet, q̃ quòd ultro cõuicijs se impeteret, nulla unquã affectus iniuria. Interea quidam è seruis pastoribus ad herã suam, illius uxorem, uenit nuncians q̃ Dauid à marito eius modicũ quiddam postulans non solũ nihil impetrauerit, sed cõuicijs etiã nõ ferendis sit appetitus, cum tamen in eam diem semper greges eius intactos præstitisset: eamq; insolentiã domini posse illi magnã aliquam calamitatẽ afferre. Hoc audito Abigæa (id nomẽ mulieri fuit) oneratis aliquãmultis asinis, & uarijs xenijs in sarcinas cõgestis,

inſcio marito & per temulentiã ſopito, ad Dauidẽ properat: eiq; in uallis cuiuſdam deſcenſu cõtra Nabalum armatorũ agmẽ ducenti fit obuiam. Quem poſtquam approp̃inquare uidit, de iumẽto deſilijt, & prona in faciem adorabunda deprecata eſt ne uerbis Nabalis moueretur, qui reuera eſſet id quod uocabatur. Nabalus enim Hebræorũ lingua uocat inſipiẽs. Excuſabatq; ſe neminem eorum uidiſſe, qui ad maritũ miſsi fuerant. Quare obſecro, inquit, da ueniam, & age gratias deo, qui per me tibi obſtitit, quo minus humano ſanguine manus polluas. Si enim incõtaminatus à cæde permãſeris, ipſe pro te pœnas ab his qui te læſerũt exacturus eſt. Quod em̃ Nabalũ manet infortunium, inimicorũ tuorum cõtingat capitibus. Tu uerò propicius hęc mea munuſcula admitte, & irã qua merito in maritum meum es cõmotus, in meã gratiam remitte. Decet enim clemẽtia & humanitas eũ cui fata regnum deſtinauerũt. Ille uerò muneribus acceptis: Profectò, inquit, dei uolũtate ad nos hodie ueniſti: alioqui craſtinam diem nõ uideres. iuraui enim me hac nocte domũ ueſtrã ſubuerſurũ, & neminẽ ſuperſtitẽ relicturũ ex familia hominis ingrati, ac in me meosq; contumelioſi. nunc uerò deus tibi in mentẽ immiſit, ut maturè occurrens furorẽ meum delinires. Nabalus aũt tametſi propter te ueniam nunc conſequit, pœnã tamen nõ euadet, ſed ſui mores per aliam occaſionem perdent hominẽ. Hæc locutus mulierẽ dimiſit. Ea domum reuerſa offendit maritũ cum æqualibus compotantẽ, iamq; uino grauem, ideoq; tum nihil eorum quæ geſſerat indicauit. ſequenti uerò die poſteaquã ſobrio rem totã expoſuiſſet, in tantum mœrorẽ eum coniecit, ut toto corpore ſideratus decima pòſt die mortẽ obiret. Quod ubi Dauidi relatũ eſt, meritas pœnas deo perſoluiſſe eum dixit. ſuapte enim malicia perditũ, & ultioni ſubiectum, idq; incontaminatis eius manibus qui iniuriã acceperat. Atq; hoc quoq; exẽplo didicit, neminẽ ſceleſtũ uindictã dei poſſe euadere. nec humanas res à deo neglectas ferri temerè: ſed bona bonis, & malis quod illis dignum eſt rependi. Moxq; miſsis ad uxorẽ eius nuncijs, acciuit eam in legitimũ thorũ cõiugem ſibi inducturus. quæ præfata prius ſe indignã ut uel pedes eius contingeret, cum omni tamẽ ſuo paratu uenit: & uxoris loco poſthac habita eſt, hunc honorẽ ab eo conſecuta tum propter modeſtiã bonosq; mores, tũ propter eximiam formę gratiã. Habuerat aũt Dauid & antè coniugẽ, ex Abeſaro oppido oriundã. Nam Melcham Sauli filiam prius Dauidi nuptã pater Liſo Pheltiæ filio elocauit, in oppido Gethla habitanti. Nec ita multo pòſt Ziphenorum quidam renunciauit Saulo, Dauidem rurſum in eorũ regione eſſe, & ſi uelit adiutare, poſſe eum cõprehendi. at ille cum tribus milibus militũ eò proficiſcitur: & ſuperueniẽte nocte caſtrametatus eſt in quodam loco, cui nomẽ Sicella. Dauid autẽ cognito q; rex contra ſe cum armis ueniret, ſpeculatoribus miſsis iuſsit ut ſe certiorẽ facerent, quonam uſq; proceſsiſſet: cumq; audiſſet eum eſſe apud Sicellam, noctu ignaris ſuis omnibus, duobus tantũ comitatus, Abiſæo ſororis ſuæ Saruiæ filio, & Achimelecho Chettæo, in caſtra hoſtiũ penetrat. Dormiẽteq; Saulo & circũ eũ ſatellitio, ſimulq; imperatore copiarũ Abenero, in tentoriũ regiũ inſinuatus, neq; regẽ agnito eius cubili ex ſpiculo interficere ſuſtinuit, neq; Abiſæum accẽſum ad facinus permiſit: ſed cohibuit admonitum nefas eſſe regem diuino ſuffragio creatum interimere, 2.Reg.26

quantumuis malum: eius enim esse in eũ uindicare, qui regnũ dedisset: utq; aliquod signum esset, q̃ nactus potestatẽ regis opprimẽdi, non esset ea usus, ablato spiculo & lecytho aquali, quę iuxta cubile sita erãt, nemine sentiẽte castra exiuit, intrepidè & quasi per ociũ inter sopitos uersatus, partim nocturnis tenebris, partim audacia propria fretus. trãsgressusq; torrentẽ, & cõscenso mõtis uertice unde facile poterat exaudiri, inclamatis Sauli militib. & imperatore eorũ Abenero è somno eos excitat. & cũ imperator nominatim appellatus scitaretur quisnam esset qui se uocaret, sic respondit: Dauid ego sum Iessæi filius, à uobis profugus. Sed quî factum est ut tu uir tantus & inter amicos regios maxime honoratus, tam negligenter domini corpus custodias, ut dormire malis q̃ curam salutis eius gerere. Capitalem enim culpã admisistis, qui paulo antè quosdam è nostris clàm in castra regia subrepentes non sensistis. Vide igitur quonã deuenerit spiculum regiũ, & aquæ lecythus: & disce quantũ flagitium sit cõmissum. Saulus autem agnita Dauidis uoce, & cognito quòd adeptus eum à somno & custodum negligentia proditũ, non tamen interfecit, cum id iure suo facere potuisset, gratias se illi habere pro salute cõcessa professus est. hortabaturq; ut bono esset animo, nihilq; mali in posterũ timens, ad proprias ædes reuerteret. Compertũ enim habere, non sibi ipsi salutem suam cariorem esse q̃ Dauidi. Se enim seruatorẽ suum, hominem spectatæ per multa officia beneuolẽtiæ, in exiliũ actum, & sæpe in capitis discrimen adductũ, amicorumq; cõsuetudine orbatũ persequi nõ desistere. illum uerò pro hostili insectatione salutẽ sibi reponere. Tum Dauid iussit ut mitteret qui & spiculum & lecythum reportarẽt, hoc attestatus, quòd deus futurus esset utriusq; naturæ & morũ ac gestorũ iudex, cui notũ esset, q̃ ea quoq; die peperciſſet inimico, quem in manu erat interficere. Atq; hoc modo Saulus iam iterum clementia Dauidis incolumis è manibus emissus, retro in regiam
1.Reg.27 se recepit. Cæterũ Dauid ueritus ne si diutius in eis locis hæreret tandẽ comprehenderet, consultius putauit in Palæstinam transire, & illic degere: quod cum cæteris quoq; uisum esset, unà cum sexcentorũ manu ad Anchũ se contulit regem Gittæ unius è quinq; eius gẽtis ciuitatibus: ubi domicilio accepto à rege cum duabus uxoribus Achima & Abigæa habitauit. Saulus autem cautior factus posthac destitit cõtra eum aut proficisci aut militẽ mittere, uidẽs id sibi iam bis male cessisse, minimũq; abfuisse quin captãdo caperetur. Dauid autem nõ placuit in urbe Gitta manere, sed petijt à rege ut ad pristinã erga se hospitalitatẽ hoc quoq; adijceret, & agri partẽ ad incolendum ei cum suis attribueret. Vereri enim se ne intra mœnia morãdo oneroſus Gittẽsibus uideatur. annuit eius precibus rex, & uicum quendã nomine Sicellam ei donauit, quam Dauid postea regnũ adeptus adeò dilexit, ut suam & posterorũ priuatam possessionem in perpetuum esse uoluerit: qua de re aliàs fusius dicturi sumus. totũ autem tempus quo Dauid apud Sicellam uixit, fuerũt menses quatuor, additis uiginti diebus. ex eo loco clancularijs excursionibus Palæstinæ gẽtis uicinos sibi Saritas & Amalecitas infestabat, magnas iumentorũ & camelorum prædas abigẽs. mãcipia enim nõ abstrahebat, ueritus ne horum indicio res ad Anchum regem perferretur. De manubijs aũt munera mittere ad regem solebat. quo percõtante unde eas prædas ageret, meridionalem Iu-

dæorum

dæorum regionem campestrē incursare se respondēs, regi facile persuasit ut crederet quod uerū esse uehemēter cupiebat. sperabat enim Dauidem si hostiliter gentē propriam tractasset, præcluso reditu semper posthac obnoxiū se habiturum. Et parabatur tum bellum in Hebræos cōmuni Palæstinorū decreto, indicto omnibus eius nominis socijs die ad conueniendum in Ren gam, ubi collectum exercitū Anchus in hostem ducturus erat: & inter cætera auxilia Dauidem cum sexcentorū cohorte euocauerat. quo promptè operam pollicente, & dicēte adesse tempus referendæ hospitalis gratiæ, rex contrà quo magis eum sibi deuinciret, promisit se eum re bene gesta in summo apud se honore habiturum, & satellitio suo præpositurum. XIIII 1.Reg.28

Hebræi à Palæstinis magno prælio uincuntur, in quo Saulus rex unà cum filijs fortiter pugnans occubuit. Cap. XV

SAulus autē è regno suo diuinos omnes & uentriloquos ac ariolos cæterosq; similis uanitatis homines eiecerat, solis prophetis retētis: cumq; audisset Palæstinos Sonnā usq; urbem progressos castra ibi metatos, & ipse cū suis copijs illuc occurrit: & iuxta mōtem quendā Gelboe dictum castra è regione hostium posuit. ubi nō mediocris trepidatio illum incessit, reputantē hostilem exercitū uiribus longè præcellere: qua de re solicitus ad oraculū dei cōfugit, euentū prælij scisciturus. Deo autem silente magis etiam territus prorsus animum despondit, præsagiēs cladem imminere, posteaquā deus præter solitum auxiliatricē manum subtraheret. quæri nihilominus imperat mulierculam quampiā uentriloquam, & manes elicere callentē, quo uel sic rerum euentū prænosceret. nam uentriloquorum genus euocatis defunctorū animabus per eas futura scisciātibus prædicunt. cumq; indicio cuiusdā familiaris sui cōperisset esse talem mulierculā in oppido Endoro, ignaris omnibus mutato regio habitu, assumptisq; duobus fidissimis famulis ad Endorū & mulierē fatidicam proficiscitur: rogatq; eam ut diuinet, educatq; ad superos animā uiri cuius ipse uoluerit. illa autem repugnante & negante se edictū regis contemptura, qui hoc diuinaculorū genus à suo regno arceat: & obtestante ne nulla iniuria lacessitus insidias sibi strueret, quo deprehensa uetitas artes attrectare ad suppliciū raperet: iurauit nemi nem hoc resciturū, neq; se responsum cū alijs cōmunicaturum, sed fore eam extra omne periculū. Vt uerò iureiurādo persuasa est nō timere, iussit eā Samuelis animā excitare. quę cum nesciret quisnā fuisset Samuel, ab inferis hūc euocat. quo in conspectum ueniente, mulier specie uiri diuina & ueneranda perterrita ac stupefacta, uersa ad regē, nónne, inquit; tu es Saulus rex? hoc enim ex Samuele didicerat. Quo annuente & rogāte trepidationis causam, ait se uidere ascendentē uirum diuina quadam specie præditū. percōtante deinde qua effigie quóue habitu esset ac ætate, ait senē esse uenerandū, habitu sacerdotali amictum. Agnouit rex Samuelē esse, & procidens adoratione salutauit. anima aūt Samuelis interrogante quā ob causam elici ac suis moueri sedibus iusserit, necessitate se huc adactū conquestus est. imminere enim grauem hostium exercitū, & se inopē esse consilij destitutum à deo, neq; per uates, neq; per somniorū uisiones futura pręsignare dignāte. quapropter ad eū se confugisse, cui res suas semper curæ fuisse sit expertus. Samuel uerò adesse

iam regi extremũ uitæ diem præuidens, ſuperuacaneũ reſpondit ex ipſo futura ſcitari, cum à deo deſtitutum ſe agnoſcat. Audi tamẽ, inquit, in fatis eſſe ut Dauid aſſumpta regia dignitate bellum ex ſententia cõficiat. te uerò & principatum & uitam ſimul amittere, eo q̃ in bello quod cõtra Amalecitas geſiſti obediens deo nõ fueris, & quæ tibi per me etiam tũ uiuum mandauit neglexeris. Scito igitur & exercitũ tuum ab hoſte profligandũ, & te unà cum filijs in prælio cadentẽ cras mecũ futurũ. His auditis Saulus obmutuit præ mœſtitia, & in humum collapſus eſt, ſiue ob ſubitaneã triſtitiam uiribus deficientibus, ſiue ob inediã, q̃ ea nocte ac præterita die corpus cibo recurare neglexiſſet. tandem cum ægrè ad ſeipſum rediſſet, mulier urgebat eum ut cibũ ſumeret, hanc gratiã ab ipſo repoſcẽs officij, quod per interdictas artes nõ ſine ſuo periculo poſcẽti præſtiterat, priuſquã ſciret hũc ipſum eſſe qui interdixit. pro quo beneficio hoc tantũ repoſcebat, ut mẽſa appoſita uires refoueret, quo ad exercitũ redire ualeret. reſiſtentẽ uerò & cibũ omnẽ præ deſperatione auerſari pergentẽ, tantũ non adegit improbis precibus ut aſſentiret. cumq; unicũ haberet uitulũ domi à ſe educatũ mulier quotidianis operis uictũ ſibi parãs, & nihil præterea poſsidens, hoc mactato carnes coctas ipſi & famulis appoſuit. Saulus uerò eadẽ nocte in caſtra eſt reuerſus. Mirari ſuccurrit hoc loco mulieris huius comitatem ac liberalitatem, quę tametſi à rege artem exercere uetita qua uictum parare aſſueuerat, hominẽ nunquã antè uiſum, immemor totam alendi ſe rationẽ per hunc ſibi ademptam, nõ auerſata eſt ut hoſpitẽ & ignotum, ſed cõmiſerata & conſolata ad faſtiditum cibum ſumendũ adhortata eſt: & quod ſolũ mulieri pauperi ſuperfuit, promptè ac libenti animo appoſuit, nec gratiam pro beneficio rependens, nec officio fauorẽ regis captans, quæ iamiam moriturũ præſciebat: cum tamẽ homines natura ita comparati ſimus, ut tum demũ officioſos eſſe libeat: quãdo aut pro meritis gratia eſt rependenda, aut ipſi demereri quempiã cupimus, quẽ cumulatè aliquando beneficium repoſiturũ ſperamus. Egregiũ igitur exẽplar beneficẽtiæ nobis exhibuit, oſtendens nihil eſſe potius q̃ in neceſsitate conſtitutos ſubleuare, nihil quod hominẽ magis deceat, nihil quod deũ æquè cõciliet, & ad benefaciendũ nobis prouocet. atq; hęc de muliere illa dixiſſe ſufficiat. Nũc aliã quãdã admonitionẽ ſcriptis meis iuuat inſerere, cum populis ac gẽtibus profuturã, tum præcipuè uiris eximijs & ad gloriã natis incitamẽto futurã ad uirtutem: quandoquidem hæc ſola in ſempiterna memoria ſui cultores collocare ualens, magnũ calcar ad honeſta ſtudia tam regibus gentiũ, quàm ciuitatũ magiſtratibus debet ſubdere, ut contemptis periculis atq; etiã certa morte, nihil durum pro patria ſubire ac ſuſtinere ſubterfugiãt. Quod ut faciã opportunè Sauli Hebræorũ regis illuſtre exemplũ flagitat. Hic em̃ licet futuri gnarus, & de obitu ſuo præmonitus à propheta, noluit tamẽ eum uitare, & ob uitæ cupiditatẽ exercitum hoſti prodere, atq; hoc modo regiã maieſtatẽ dehoneſtare: ſed cum liberis totaq; familia periculo ſe obijciens, pulchrũ exiſtimauit in prælio pro ſuo ſubditis imperio pugnãdo cadere, & filios in eiuſdem laudis ſocietatem aſſumere, potius q̃ ſuperſtites relinquere, incertũ quales nam futuros. Sic enim exiſtimauit, loco poſteritatis perpetuam laudem & immortalem memoriã ſibi futuram. Quamobrẽ hic mihi uerè iuſtus & fortis ac prudens

dens fuiſſe uidetur, & ſi quis huic ſimilis fuit aut futurus eſt, huic uirtutis teſtimonium ab omnibus reddi æquũ cenſeo. Nam illos qui cũ certa uictoriæ incolumitatisq; ſpe bellũ aggrediuntur, poſteaquam magnificũ aliquid geſſerint, nõ cenſeo meritò fortutudinis titulis inſigniri ab hiſtoricis alijsq; ſcriptoribus. Sed quamuis & illis ſua laus debeatur, ſoli tamẽ generoſi ac fortes periculorumq; cõtemptores iure dici poſſunt, qui Saulũ æmulantur. Quid enim magni eſt cõmunem martis aleam ſubire, & inter ſpem ac metum fluctuando, ſi fortuna affulſerit fauore eius uti? contrà nihil lætũ ſperantem, & præſciũ q̃ neceſſe ſit in pugna cadere, intrepidè tamen & imperculſo animo fato minanti occurrere, id uero generoſi & fortis uiri facinus ego cenſeo.

Hæc eſt Sauli noſtri laus, qui exemplo eſt omnibus uerę gloriæ amatoribus, ut ſi honeſti apud poſteros nominis rationẽ habẽt, idem ſibi ſi quando uſus ueniat proponant: in primis aũt regibus, quibus propter fortunæ ſublimitatem adeò nõ licet eſſe ignauis, ut turpe ſit etiam mediocritatem fortitudinis non excedere. Poſſem quidẽ etiam plura in hoc argumẽto de Sauli generoſitate dicere, uerũ ne uidear immodicus, eò unde digreſſi ſumus reuertar. Palæſtinis copias undiq; cõtrahentibus, delectuq; per ſingulas gẽtes ac regna & ſatrapias habito, nouiſsimus uenit cum ſuo milite rex Anchus, quem ſecutus eſt Dauid cum ſexcentorũ cohorte, quem ubi uiderunt Palęſtinorum duces, percontabantur regem undé nam uenirent Hebræi, aut à quo uocati. Is reſpõdit Dauidem iram domini ſui Sauli fugientẽ, à ſe exceptũ, nunc ut gratiam hoſpiti referat, utq; de Saule uindictam ſumat, in auxilium ueniſſe. at illis nõ probabatur, q̃ ueterẽ hoſtem in auxiliũ acciuiſſet: ſuadebantq; ut eum retrò remitteret, ne fortè cladem aliquam ipſis afferat. facile enim habiturũ occaſionẽ reconciliandi ſe domino, ſi hoſtibus eius detrimentũ aliquod attulerit. Quare proſpiciendũ eſſe in futurũ, Dauidemq; cum ſua cohorte ad agros à rege illi aſsignatos remittendũ. Hunc enim eſſe illum Dauidẽ uirginibus cantatũ q̃ plurima Palæſtinorũ millia deleuiſſet. Viſum eſt regi quoq; Gittæ rectè illos monere: moxq; accito Dauide: Equidẽ, inquit, fidem tuam ac uirtutẽ compertam habens ſociũ huius expeditionis te aſſumpſi, ſed cæteris ducibus hoc nõ probat. quare confeſtim agrũ quem tibi donaui repete, nihil de uoluntate noſtra dubitans: & illic eſto præſidio meæ regioni, ne interim dum cũ exercitu abſum, hoſtes aliqui eam per occaſionẽ inuadãt. hoc enim pacto nõ minus amici ac ſocij pręſtiteris officiũ. Paruit Dauid, & ad Sicellam ſe recepit. Sed interim dum Palęſtinorũ caſtra ſequeret, Amalecitarũ gens expugnata & incẽſa Sicella, prædaq; tam inde q̃ ex uicinis Palæſtinorũ agris abacta, in ſuam regionẽ reuertebat. Dauid aũt uicum ſuũ uaſtatũ inueniens, omnibuſq; direptis utramq; etiam uxorẽ abductã, & pari modo cõmilitonũ uxores ac liberos cũ cætera præda abactos, doloris impatiẽs ſcidit ueſtimẽta ſua: & adeo huic calamitati ſuccubuit, ut nõ prius flere ac lamentari ſuã & ſuorũ uicẽ deſineret, q̃ lacrymæ eum deficerẽt. nec multũ aberat quin abiratis ob iacturã coniugũ & liberorũ militibus ſaxis impeteretur, quòd in ipſum cauſam tanti mali reijcerẽt. Poſtquã aũt à mœrore ſe recollegit, & animã ad deũ erexit, rogauit pontificẽ Abiatharũ ut ſumpto ſacerdotali amictu deũ cõſuleret, & oraculũ referret, nũ deus eõceſſur⁹ ſit aſſecuto Amalecitas

1. Reg. 29

uxores ac liberos recipere, pœnasq; de hoste sumere. põtifice uerò iubente persequi, assumptis sexcẽtis armatis quantũ potuit per uestigia hostiũ properauit. cumq; ad torrentẽ quendã nomine Baselũ peruenisset, incidit in quendam Aegyptiũ errantẽ, iamq; inopia & fame deficientẽ, qui toto triduo per desertũ impastus oberrauerat. hunc cibo & potu prius refocillatũ, rogat cuius esset, & qua natione. is respõdit se Aegyptiũ genere, à domino relictũ in itinere, quòd propter languorẽ non posset agmen cõsequi eorũ qui uastata Sicella finitimisq; locis domũ se recipiebant. Itaq; hoc ductore Dauid usus ad persequendos Amalecitas, assecutusq; eos in terram proiectos, & partim prandiũ sumentes, partim iam temulentos, & rebus ex prẽda quæsitis se oblectantes, ex improuiso irruens, magnam eorũ stragem edidit. Inermes enim, & nihil tale expectãtes, & epulis tantum ac cõpotationibus intenti, facile ab armatis cõficiebantur. alij enim instructis mensis accubantes, cruore appositos cibos inundabant, alij propinantes sibi inuicem opprimebant, nõnulli uerò somno iam ac uino sopiti: & si q se interim armare potuerunt, nõ multo maiore negocio q̃ cæteri cædebant. durauit enim ea cẽdes à prandio usq; ad uesperã, ut ex omnibus Amalecitarũ copijs ægre quadringenti celeritate camelorũ ab interneciõe sint exempti. cæterũ præda omnis est recepta, uxoresq; tam ipsius Dauidis q̃ commilitonũ. Remetientes aũt iter postq̃ ad eum locũ peruenerũt, ubi ducẽtos minus expeditos ad custodiã impedimentorũ reliquerant, quadringenti illi nolebant eos in prædæ partẽ admittere, q̃ per ignauiã in persequẽdo hoste delassati fuissent, aiebantq; cõtentos esse oportere receptis uxorib. ac liberis. Hanc eorũ uoluntatẽ iniquã Dauid pronunciauit. Par enim esse, ut uictoria diuinitus cõcessa, receptisq; ex hoste spolijs, uniuersi milites ex æquo fruerent, maximè cum reliqui impedimẽta interim asseruauerint. ex eo præiudicio mos in posterũ obtinuit, ut tantundẽ ex præda cederet ijs qui pugnæ interfuerunt, & ijs qui interim circa impedimentorum custodiã sunt uersati. Reuersus deinde Sicellã Dauid, per totã tribũ Iudæ partes ex præda ad amicos & familiares misit. atq; in hũc modũ circa Si-
1.Reg.13 cellã & in persequẽdis Amalecitis res gesta est. Interea Palæstini acri prælio cũ hoste congressi, & superiores facti, plurimos ex aduersa acie sternunt. ibi Saulus & filij cõtra hostẽ egregiè certãtes, & hoc tantũ agẽtes ne inulti caderent, utq; honestis uulnerib. cõfecti luctuosam hosti uictoriã relinquerẽt, totam uim hostiũ in se cõuerterunt: & circũuenti multitudine, magna circa se strage Palæstinorũ edita postremo & ipsi hostiũ telis sunt obruti. fuerũt autẽ Sauli filij, Ionathas, Aminadabus & Melchisus. post quorũ casum uniuersus Hebræorũ exercit⁹ ꝓfligat̃: dumq; nullo ordine trepidi fugiũt, instãtib. à tergo barbaris ingẽs cædes est perpetrata. Saulus quoq; stipat⁹ suorũ caterua fugiebat: in quẽ Palæstini immissis sagittarijs & iaculatoribus, oẽs paucis exceptis cõfixerũt. ipse uerò post multa fortia facinora edita, grauat⁹ uulneribus, ut iã nec subsistere, nec sibi ipse man⁹ inferre ualeret, obsecrauit armigerũ ut se ferro trãsfigeret, priusq̃ uiuus in hostiũ potestatẽ fieret. qd̃ cũ armiger ob maiestatis reuerentiã detrectaret, ipse admoto ad pect⁹ ꝓprij gladij mucrõe in eũ incubuit. et cũ deficiẽtib. uirib. trajcere se nõ posset, circũspiciẽs iuuenẽ ꝓximũ rogat, quis nã esset: auditoq; esse Amalecitã, orat ut se iuuaret efficere, quod ipse suis

manibus

manibus nõ quiret. qui poſtquam eius optata exſecutus eſt, ademptis aureis armillis & corona inſigni regio, quantũ potuit feſtinus inde ſe proripuit. armiger autem regius cõſpecta Sauli nece, ipſe quoq; ſe iugulauit. pari modo & uniuerſum eius ſatellitium unà cum domino ſuo cecidit, circa montẽ qui nominatur Gelboe. Qua clade audita ab Hebræis qui uallem ultra Iordanẽ ſitam habitant, quiq; campeſtres urbes tenent, quòd Saulus rex cum filijs & exercitu in prælio cecidiſſet, relictis ſuis oppidis in munitiſsimas quaſq; urbes confugerũt: quæ Palæſtini deſerta nacti, facile occupata ipſi poſthac incoluerunt. Die uero quæ prælium proximè conſecuta eſt, dum cęſorũ cadauera ſpoliant, inciderũt in Sauli filiorũq; eius corpora, quibus exutis capita etiam præciderũt: & dimiſsis in hoc per totam ſuam regionẽ certis hominibus, hoſtes cecidiſſe nunciauerunt: quorũ arma in templo Aſtartes dedicauerunt, porrò corpora eorũ circa mœnia urbis Bethſanæ, quæ nunc eſt Scythopolis, crucibus affixerunt. Quod poſteaquã auditũ eſt in Iabiſſa urbe regionis Galaditidis, truncata eſſe Sauli ac filiorũ cadauera, rem indignã rati eos extremo exſequiarum honore fraudari, aliquam multi fortiſsimi & audaciſsimi egrediunt (alit enim hæc urbs homines robuſtos ac feroces) factoq; per totam noctem itinere, ad Bethſanæ mœnia peruenientes, demptis Sauli & filiorum corporibus Iabiſſam ea deportauerũt, neminẽ hoſtiũ arcere eos aut aggredi propter uirtutẽ ipſorũ audente. Iabiſſeni aũt populariter eos deploratos in celeberrimo agri ſui loco ſepeliuerunt, & indicto ob regis & filiorũ cædem luctu ac ieiunio dierũ ſeptem, in lamentis & planctu eos exegerunt. Hic finis fuit Sauli iuxta Samuelis uaticinium, propterea quòd mãdata dei de bello contra Amalecitas gerendo non eſt exſecutus, & quia trucidato cum tota cognatione Achimelecho põtifice, urbẽ quoq; pontificalẽ ſubuertit. Regnauitq; uiuente Samuele annis decẽ & octo, & poſt mortẽ eius annis uiginti: quo tempore exacto, eum quem diximus uitæ finem eſt ſortitus.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER SEPTIMVS.

Dauid apud Hebronem unius tribus rex creatur, in reliquis Sauli filius paternum regnum obtinet. Caput I

Hoc prælium in eum diem incidit, quo Dauid de Amalecitis uictor Sicellam eſt reuerſus. tertio autẽ poſt eius reditum die, elapſus è prælio Sauli interfector, ſciſſa ueſte, caputq; ſparſus cinere, ad Dauidem peruenit: adoratóq; eo, interrogatus unde ueniret, è conflictu Iſraelitarũ ait ſe uenire. id fuiſſe illorum partibus infortunatum; cæſis multis Hebræorum millibus, & inſuper rege cum filijs poſt eam pugnam deſiderato. atque ſe nunciare ſuis oculis uiſa, cum forte in fugientem cum ſuis regem incidiſſet, quem à ſe rogatu ipſius cæſum fatebatur, 2. Reg. 1

ne

ne uiuus in manus hoſtiũ ueniret: cum enim in gladium incubuiſſet,nõ potuiſſe ſeipſum præ multitudine uulnerũ interficere. eius deinde cædis argumenta certiſsima oſtendebat,armillas aureas,& inſigne regiũ,quæ ipſe mortuo detraxerat,ut Dauidi afferret. At ille tam certis indicijs credere coactus, ſcidit ueſtimentũ,& in fletu ac lamentis totam diem cum amicis exegit. accedebat ad mœroris cumulũ Ionathas Sauli filius,fidiſsimus eius amicus, & ſalutis ipſius non ſemel autor. Tanta aũt fuit Dauidis uirtus & erga Saulũ beneuolentia,ut quamuis ſæpius capitalibus eius inſidijs appetitus,non ſolum ægerrimè tulerit eius interitũ,uerumetiam interfectorẽ illius affici ſupplicio iuſſerit. Præfatus enim quòd ipſe ſui accuſator extiterit, regis cædem profeſſus,& per hoc Amalecitæ filiũ ſe declarauerit,duci hominẽ mandauit. præterea lamentationes & epitaphia in laudem Sauli & Ionathæ compoſuit,quæ
2.Reg.1 in hodiernũ uſq; diem legũtur. His extremis officijs honorato rege, luctuq; finito,conſuluit deum per prophetã,quám nam ex urbibus Iudæ tribus habitandam ſibi concederet.cumq; reſponſum eſſet Hebronẽ concedi, relicta Sicella eò cõmigrauit,ambabus uxoribus illò adductis,& cohorte domeſtica: moxq; tota tribus ad eum locũ confluens, regem eum cõmuni ſuffragio declarauit. Audito deinde quòd Saulũ cũ filijs Iabiſeni in Galaditide regione ſepeliſſent,miſit illuc qui collaudato eorũ facinore, gratiam illis referendam ſuo nomine pollicerentur,ſimulq; nuntiarẽt, quòd Iudæ tribus regem ſe cõſalutaſſet. Interea Sauli copiarũ præfectus Abenerus filius Neri, uir ſtrenuus,& ad magnas res obeundas natus,quàm primũ cognouit cecidiſſe regem & Ionatham,aliosq; duos eius filios,properè in caſtra delatus, reliquũ ex omnib. filijs nomine Ieboſthũ periculo eripit, & ſuperato unà cũ illo Iordane,totius populi regem eum conſtituit,excepta tribu Iudæ:regiamq; ei elegit apud locum qui Hebraice Manalis dictus,interpretatur caſtrũ. inde profectus eſt cum delectiſsimo milite,ut prælio cum Iudæ tribu decerneret,iratus quòd Dauidem regem creauiſſent. Huic occurrit Ioabus Saruię Dauidis ſororis filius,natus ex patre Suri,duos ſecũ fratres, Abiſæum & Aſaelẽ, uniuerſumq; Dauidis exercitũ ducens: & cum circa quendam fonticulum apud urbem Gabao in eum incidiſſet,aciem ad prælium explicat. Cumq; Abenerus dixiſſet cupere ſe experiri utrius partis præſtantiores milites eſſent,expacto utrinq; duodeni ad certamen ſunt deſtinati. qui progreſsi inter utramq; aciẽ,emiſſis prius pilis,gladios ſtringunt: cõprehenſisq; aduerſariorũ capitibus,latera & ilia feriebant, donec mutuis uulneribus ad unũ ſe conficerẽt. quo facto exercitus etiã conflixerunt,& poſt acre certamen, partes Abeneri ſuccubuerunt. Verſos deinde in fugam Ioabus non deſtitit perſequi,ſed tergis eorum hærens hortabatur ſuos ut ne defatigarentur: idemq; etiam fratres eius faciebant, præcipuè iunior Aſael ob eximiam pedum pernicitatem celebris,& non ſolũ cum hominibus, ſed cum equis etiam curſu cõtendere ſolitus. is tum Abenerum rectà inſequebatur, nec in ſiniſtram nec in dextrã deflectens. Conuerſus autem Abenerus, & impetum eius fruſtrari uolens, primum unius militis armatura cum eo depaciſci uoluit,ut perſequi deſineret. deinde rogabat ne ſe in hanc neceſsitatem adduceret, ut illo interfecto, in fratris eius conſpectum poſthac uenire non auderet.cumq; ille his uerbis

nihil

nihil moueretur, ſed perſequi pergeret; ita ut uerſa haſta fugiebat, imminẽti letale uulnus infligit, ut in ueſtigio concideret. qui uerò cum eo Abenerum inſectabantur, poſtq̃ ad locum in quo Aſael iacebat peruenerunt, obliti amplioris perſecutionis circũ cadauer conſtiterunt. Ioabus aũt & frater eius Abiſæus, præter exanime corpus curſu prouecti, incitatiq́; ira extincti fratris, mira pernicitate ac alacritate uſq; ad ſolis occaſum perſecuti ſunt Abenerũ, & uſq; locũ qui ab aquæ ductu nomẽ accepit: hic in loco eminẽtiore conſiſtit, Abenerũ cum Beniamitis fugientem proſpiciens. qui cum exclamaſſet, ſatis iam indignationi indultũ, nec eſſe uiros conſanguineos improba inſectatione cogendos omiſſa fuga in certamen redire: culpam enim penes fratrem eius Aſaelem eſſe, quòd monitus ab inſequendo deſiſtere noluiſſet, & ideo ictus cecidiſſet: uiſus eſt non male admonere: moxq́; Ioabus dato receptui ſigno ſuos cohibuit: & in eo loco caſtris poſitis pernoctauit. Abenerus uerò continuato per totam noctẽ itinere trans Iordanẽ in Ieboſthi regiã ſe contulit. ſequenti die Ioabus recenſitis cæſorũ cadaueribus omnes ſepultura dignatus eſt. ceciderant aũt ex Abeneri exercitu trecẽti ſexaginta: ex Dauidis nouemdecim, præterq́; Aſael: cuius cadauer Bethlema reportatum fratres cum patrijs monumẽtis intuliſſent, ad regẽ ſuũ in Hebronẽ ſunt reuerſi. Hoc fuit inter Hebræos ciuilis belli initiũ, quod aliquandiu durauit, ſed ita 2. Reg. 3
ut Dauidis partes magis ac magis proficerent, contrà eorũ qui ſub Sauli filij degebant imperio, indies deteriores fierent. Interea Dauid ſex filios è totidẽ uxoribus ſuſcepit, quorũ natu maximus è matre Achima natus, Ammon dictus eſt. Secundus ex uxore Abigæa Daniel. Tertius ex Machama filia Tholomæi natus regis Geſirorũ, nomine Abeſalon. Quartus Adonias ex uxore Angite ſuſceptus. quintũ uerò & ſextũ Gertheſam & Galã nominauit. Porrò poſt conflatũ ciuile bellũ, & crebros partiũ conflictus, præcipuũ monumentũ fuit in Abenero, qui q̃ eſſet uir prudens, & ad populare gratiam factus, multitudinẽ in officio cõtinebat, ut lõgo tẽpore in fide Ieboſthi permanerent. Deinde uerò inſimulatus apud eum q̃ conſuetudinẽ haberet cũ concubina eius Ræſpha filia Sibathi, & ea de cauſa obiurgatus, dolore & indignatione motus quaſi nõ bona gratia ſibi pro fideli ſtudio redderetur: minatus eſt ſe regnũ ad Dauidẽ translaturũ, & declaraturũ q̃ Ieboſthus nõ tam propria uirtute aut prudẽtia regno trans Iordanẽ potiretur, q̃ ipſius bellicis artibus & eximia in eam diem fide. moxq́; miſit in Hebronẽ ad Dauidẽ, qui ſuo nomine fœdus cum eo ferirent, hac conditione ut inter præcipuos regis amicos reciperetur, ſi populo ad defectionẽ à filio Sauli concitato, efficeret ut Dauid ab unuerſis Hebræis rex agnoſceret. Qui cum uehemẽter hoc nuncio lætus conditionẽ accepiſſet, & quo magis ratũ eſſet fœdus, poſtulaſſet ut Melcholen uxorẽ ad eum remitteret, quam magno ſuo periculo & annumeratis Saulo ſexcẽtis Palæſtinorum capitibus emerat: ante omnia remiſit eam abſtractã à Pheltiæ coniugio, adiuuante etiam Ieboſtho. nam & huic Dauid ſcripſerat, æquum eſſe uxorẽ ſibi reſtitui. deinde conuocatis ſenioribus populi, & præfectis militiæ in eam ſententiam locutus eſt apud eos. remoratum ſe quidẽ illos quo minus relicto Ieboſtho ad Dauidẽ deſciſcerent: nunc aũt libẽter ſe hoc illis permiſſurũ, quandoquidẽ certo comperiſſet hunc per Samuelem

muelem prophetam totius Hebræorũ gentis regem diuino iudicio deſigna tum eſſe. eundemq; uatem præcecinisſe, quòd huius ductu uindicandum ſit in Palæſtinos, nec alio rege ſub iugũ Iſraelitarũ eos poſſe ſubigi. His auditis ſeniores & præfecti, certi iam in eorum ſententiã Abenerũ tranſiſſe, Dauidi in poſterũ apertè ſtuduerunt. Supererat ut & Beniamitæ in hanc ſententiam concederent, q̃ ex hac tribu eſſet Ieboſthi ſatellitiũ. ad quos quũ eadem uerba feciſſet, ac ne illos quidẽ reniti animaduertiſſet, cum uiginti fermè comitibus ad Dauidẽ proficiſcitur, ut præſens fœdus initũ confirmaret: tum quia quiſq; in rebus ſuis ſibi magis q̃ alijs fidit, tum quia uolebat certiorẽ facere, quid in cauſa eius cum ſenioribus & ducibus egiſſet, & quòd ipſam quoque Beniamiticam tribum in partes ipſius traduxiſſet. à quo comiter exceptus, & ſplendidis ac ſumptuoſis epulis per aliquot dies adhibitus, tandẽ petijt ut dimitteretur, traducturus ad eum exercitũ, & quod ꝓmiſerat re exhibiturus, & quaſi in manũ imperiũ gentis ei traditurus. Vix ad hæc ꝓmiſſa exſequenda miſſus à Dauide Hebronẽ exiuerat, cum Ioabus copiarũ imperator peregre rediens illuc aduenit: cognitoq; quòd Abenerus icto cũ Dauide fœdere paulo antè abiſſet regnũ ei tradi curaturus: ueritus ne is primũ inter amicos locũ obtineret, autor illi factus regij faſtigij, & alioqui uir prudẽs in conſilijs capiendis, & rerũ momẽtis obſeruandis: ipſe uerò deteriori conditiõe eſſe inciperet, & præfectura copiarũ priuaretur, malũ & iniquũ conſilium concipit. ac primũ calumnijs eum aggreſſus, perſuadere conatur regi, ut caueat ſibi, neq; fidem illius uerbis adhibeat. Nihil enim illũ non tentare quo regnũ Sauli filio conſtabiliat: & nunc ſtructis dolis aduenisſe, & optatis potitum, cum certa ſpe inſidijs circumueniendi Dauidis abire. Poſtq̃ autẽ fruſtra ſe uerba fundere animaduertit, ac ne tantillũ quidẽ regẽ his moueri, mutato conſilio facinus audax mente concipit, & certus hominẽ tollere, mittit confeſtim qui curſim per eius ueſtigia uiam carperent, & aſſecuti eum Dauidis nomine reuocarent, quaſi per obliuionem quiddã maximè ad rem pertinens illi ſignificare omiſiſſet. Abenerus aũt poſtquã hæc audiuit ex nuncijs in loco cui nomẽ Beſira x x ſtadijs ab Hebrone diſsito, nihil eorũ quę euentura erant ſuſpicatus ad urbem reuertit. Cui obuiam factus ante mœnia Ioabus, humaniſsimè exceptũ ſummam beneuolentiã præ ſe ferens (ut ſæpe fit cum ad obtexendas inſidias malũ aliquod facinus molientes ſummã bonitatem ſimulant) ſeorſum à cætero comitatu ſeducit, quaſi ſecretius aliquid cũ eo colloqui uellet: atq; ita abductũ in locũ portæ ſolitariũ, uno tantũ fratre Abiſæo præſente ſtricto ferro per ilia traijcit. Hũc exitũ habuit uir egregius, inſidijs à Ioabo interceptus, ut ipſe uideri uolebat in ultionẽ fratris Aſaelis, quẽ in prælio ad Hebronẽ cõmiſſo Abenerus pertinaciter ſe inſequentẽ interemerat: re aũt uera q̃ miſerè timeret, ne honore quẽ obtinebat priuaret, Dauide imperiũ exercitus in Abenerũ transferente. Hinc ſanè uidere licet, q̃ nihil nõ audeant homines ambitioni & auaritiæ dediti, dum nemini cedere uolunt. Nam & dum cupitis potiri properant, nõ dubitant quoduis perpetrare facinus: & ne quod ſemel nacti ſunt amittant, maiora etiã non reformidant: ſic exiſtimãtes, leuius incõmodũ eſſe ad ſummũ faſtigiũ nõ peruenire, quàm ab aſſuetis iam bonis excidere. ideoq; plus illis ſemp audaciæ ſupereſt;

dum

dum timent ne priſtina felicitate priuentur. Sed de his ſatis eſt paucis admonuiſſe. Porrò Dauid audita Abneri nece uehementer indoluit, ſublataq; ad cælũ dextera magna uoce proteſtatus eſt quòd nec iubente ſe nec cõſcio cædes ea fuerit cõmiſſa. ad hæc diris imprecationib. autorem necis huius exeratus, & familiam eius & facinoris ſocios præiudicio ſuo damnauit. Valde enim ſolicitus erat, ne uideretur hoc contra fœdus cum Abnero ictũ fuiſſe admiſſum, edixitq; ut totus populus defleret ac lugeret uirũ, & ſolennib. funeralibus ei parentaret, ſciſsis ueſtibus & ſaccos indutus: atq; hoc modo exequias frequentari uoluit, quas & ipſe unà cum honoratioribus ac præfectis deduxit, planctu & lacrymis ſatis indicans uel beneuolentiã erga uiuum, uel mœrorem ob defunctũ, quodq; præter ipſius uoluntatẽ interemptus fuerit. quin & magnificè apud Hebronem ſepultũ, ac epitaphio à ſe cõpoſito honoratum, ſtans ſuper monumentũ primus deplorauit, ſuoq; exemplo cæteros ad idem faciendum prouocauit. adeoq; grauiter Abneri morte affectus eſt, ut nullis amicorũ precibus ad guſtandũ ea die cibũ adduci potuerit, ſed iuratus ieiuniũ uſq; ad ſolis occaſum ſeruauerit. quod ſanè non mediocrem ipſi gratiam apud multitudinẽ conciliauit. Nam quotquot erãt Abneri ſtudioſi uehemẽter hunc defuncti extremũ honorem & ſeruatam ad ultimum fidem probauerunt, q̃ omnia in eum contuliſſet quæ in amicos conferri ſolent, & non ut inimicũ aliquando neglectæ & ignominioſę ſepulturæ tradidiſſet. tũ cõſiderantes pro ſe quiſq; egregiã regis benignitatẽ, eadẽ ſibi quoq; ab illo pollicebant. atq; hoc modo optime Dauid famę ſuæ cõſuluit, nemine amplius ſuſpicante ipſius uolũtate ceſſum fuiſſe Abnerũ. quin & priuſquam multitudo quę ad funus celebrandum conuenerat digrederetur, docuit eos quantũ ipſe in animo uulnus accepiſſet, quantumq; totus populus detrimentum amiſſo uiro in rebus bellicis tam conſilio q̃ manu præſtantiſsimo. Sed deus, inquit, qui uniuerſa gubernat, necem huius inultam non ſinet. Is mihi teſtis eſto quòd in Ioabũ & Abiſæũ animaduertere nõ ualeo, qui apud exercitum penè plus poſſunt quàm ego ipſe. pœnam tamen diuinitus infligendã non effugient. Et Abnerus quidem in hunc modum uitam finiuit.

Iebostho amicorũ inſidijs interfecto, uniuerſum regnum ad Dauidem deuenit. Cap. II

IEboſthus autem Sauli filius morte eius audita grauiter hoc tulit, q̃ priuatus eſſet uiro conſanguineo, qui præcipuus autor ei fuerat ut in paternũ regnum ſuccederet, mirumq; in modũ ob hanc cauſam ſe afflictauit. Nec ipſe diu ſuperſtes fuit, ſed à filijs Hieremmonis Banaotha & Thanno per inſidias eſt oppreſſus. Hi enim cum eſſent Beniamitę genere, & inter præcipuos optimates, exiſtimantes ſi Ieboſthũ interficerent magna ſe munera à Dauide accepturos, & aut amplas præfecturas aut aliud quid honorificum apud eum per hoc factum ſe conſecuturos, nacti ſolum Ieboſthũ in cubiculo meridiantem, uidentesq; nec ſatellitum quenquam adeſſe, neq; ianitricem uigilare, ſed & ipſam partim laſsitudine, partim æſtu in ſomnum ſolutam, ſubintrogreſsi ad eum, dormientem interemerunt: præciſoq; capite, & per totam noctem ac diem itinere continuato, tanquam à læſis properantes ad eum quem magno beneficio demeruiſſent, Hebronem peruenerunt: oſtenſoq; Dauidi Ieboſthi capite, cõmendabant ei ſuam operam ac be

11 2. Reg. 4

neuolentiam, quòd regni æmulũ de medio ſuſtuliſſent. Sed multũ eos ſpes ſua fefellit: neq; enim pro eorũ opinione illos excepit rex. Sceleratiſsimi, inquit, & iamiam pœnas daturi, an neſciebatis quod à me operę præmiũ Sauli interfector retulerit, qui ad me coronã eius aureã apportauerat? & ille quidẽ rogatus hoc ei præſtiterat, ne ab hoſtib. caperetur. Aut fortè aliũ me iam factũm credebatis, ut mutatis moribus delectarer uiris maleficis, & domini eędem tanquã beneficiũ oblatũ complecterer: idq; occiſo à uobis in ſuo lecto uiro iuſto, qui neminẽ unquã læſit, uos uerò maxima etiã beneuolẽtia, ſummisq; honorib. proſecutus eſt. quapropter eadem opera & illi pœnas uiolatæ fidei dabitis, & mihi iniquæ de me opinationis, quẽ putaſtis de tali Ieboſthi cæde libẽter auditurũ. Neq; enim alio modo grauius exiſtimationẽ meam lædere potuiſtis. Hæc locutus iuſsit eos exquiſitiſsimis tormẽtis excruciatos ſupplicio dedi: caputq; Ieboſthi cũ omni honore funeratum in Abeneri
2.Reg.5 monumentũ intulit. His ita finitis uniuerſi Hebręorũ proceres Hebronẽ ad Dauidem conuenerunt, cũ tribunis ac præfectis, ſeq; & ſua omnia illi dediderunt, cõmemoratis prius ueterib. officijs quæ in eum uiuẽte etiã tum Saulo contuliſſent, & quod tribunũ tunc regiũ in ſummo honore habuiſſent. et q̃ diuino ſuffragio per Samuelem prophetã rex unà cum ſuis filijs declaratus eſſet: eiq; ſoli deſtinatũ eſſet ut perdomitis Palæſtinis Hebræorũ reb. perpetuã ſalutẽ ac ſecuritatẽ afferret. At ille collaudato eorũ ſtudio, hortatusq; ut in cœptis permanerẽt, fore enim ut nunq̃ eos pœniteat, cõuiuio & omni comitate exceptos remiſit ad populũ in regiam adducendũ. Conuenerunt itaq; ex tribu Iudæ armatorũ ſex millia octingenti, ſcuta & lanceas geſtãtes, qui hactenus Sauli filiũ ſecuti fuerant, & ſine quib. hæc tribus Dauidi regnũ decreuerat. ex tribu Simeonis ſeptem millia & centũ eo amplius. ex tribu Leuitica quatuor millia ſeptingenti cum principe ſuo Iodamo, cum his erat põtifex Sadacus cum uigintiduob. cognatis principibus. ex tribu Beniamitide armati quater mille. Hæc enim tribus adhuc ſuſtinebat credens aliquẽ ex genere Sauli regnaturũ. Ex tribu Ephræmi uiginti millia & octingenti, uiri animis & uiribus præſtantes. Ex dimidia tribu Manaſsitide millia decẽ & octo. Ex tribu Iſachar ducenti futurorũ præſcij, & armatorũ uiginti millia. Ex tribu Zabulon armatorũ lectiſsimorũ quinquaginta millia. Hæc eñ tribus ſola uniuerſa ad Dauidẽ confluxit. hi omnes eadẽ armatura utebanť, qua tribus Gadi. Ex tribu Nephthalitide inſigniores & ductores mille, ſcuto & haſta armati. quos ſequebanť reliqui tribules eorũ, multitudo penè innumerabilis. Ex tribu Danitide ſelectorũ uigintiſeptẽ millia, ex tribu Aſeri quadraginta millia, ex duabus aũt tribubus trãs Iordanẽ habitantib. & reliquo tribus Manaſsitidis armatorũ ſcuto & haſta galeaq; ac gladio uigintiduo millia. Reliquæ quoq; tribus gladijs utebantur. Hæ fuerunt copiæ quæ in Hebronẽ ad Dauidem ſunt collectæ cum magno cõmeatu frumẽti & uini cæterorũq; ad uictum cõmodorũ, omnesq; cõmuni ſententia regnũ ei ratum ac firmũ eſſe uoluerunt. cumq; triduo illic feſta celebraſſent, epuliſq; operati eſſent, Da-
111 uid cum omnibus his copijs Hieroſolyma eſt profectus. Iebuſæi uero qui tum urbem incolebant, Chananæorũ & ipſi generis, clauſis ad eius aduentũ portis, & in mœnib. quotquot erãt cæci uel claudi, aut alioqui mutili in contemptum

temptum regis collocatis, dictitabant hos ad arcendũ hoſtem ſufficere, freti munitionũ firmitate. Quo ludibrio ad iram cõcitatus, oppugnationẽ aggreditur: & cum ſtrenua militũ opera uteretur, omnibus adnitentibus ut unius urbis expugnatione cæteris ſi qui ſimiliter pertinaces eſſent metus incuteretur, ui inferiorẽ urbis partẽ occupat. Reſiſtente aũt ſola arce, decreuit propoſitis honoribus ac præmijs militem ad rem alacriter gerendã excitare: promiſitq; ei qui per ſubiectam uallem in arcem euaſiſſet, totius exercitus imperiũ ſe cõmiſſurũ. & cum eò certatim omnes eniterẽtur, cupiditate ſummæ præfecturæ accenſi, Saruiæ filius Ioabus alios præuenit, & cõſcenſa arce clamore ſublato à rege promiſſum copiarũ imperium repoposcit.

Dauid ut captis Hieroſolymis Chananæos inde populariter eiecit, urbemq; Iudæis uictoribus inhabitandam tradit. Cap. III

Iectis deinde ex arce Iebuſæis, & inſtauratis Hieroſolymis, rex ea ciuitatem Dauidis appellauit, ac per omne regni ſui tẽpus domicilium inibi habuit. cæterũ tempus quo apud Hebronẽ ſolius tribus Iudæ rex fuit, ſeptem anni fuere, & menſes ſex. poſtquam autẽ Hieroſolymis regiã ſibi optauit, in dies magis ac magis res ei ex uoto ſuccedebant, deo prouidente ut ea urbs egregijs acceſsionib. q̃ celeberrima redderetur. Per idem tempus Iramus legatione in hoc miſſa in amicitiam ac ſocietatem Dauidis eſt receptus: miſitq; ei dono materiam cedrinam & architectos ac fabros qui regiam ei Hieroſolymis exædificarent. Dauid aũt ſuperiorem urbis partẽ & arcem in ea conditam in unũ corpus redegit, cingendumq; eiſdem munitionibus Ioabo demandauit. Igitur primus Dauid Iebuſæis inde eiectis, à ſe ciuitatẽ denominauit. Nam tempore Abrahami generis noſtri autoris Solyma uocabatur. nec deſunt qui affirment etiam apud Homerum Solymorũ nomine hanc urbem intelligendã. templũ enim iuxta Hebræorũ linguam nominatũ eſt hac uoce, ſecuritatẽ ſignificante. Totũ autem hoc tempus ex quo Ieſus Hebræorũ aduerſus Chananæos imperator, deuictæ regionis agros ſuis diuiſit, poſt quem Iſraelitæ nunq̃ barbaros ex Hieroſolymis eijcere ualuerunt, uſq; ad hanc Dauidis expugnationem anni fuere quingenti & quindecim. Nec prætermittẽdus eſt per ſilentiũ Orphonas uir inter Iebuſæos opulentus, cui in expugnatione Hieroſolymorũ parcitũ eſt à rege, tum propter perpetuam eius erga Hebræos beneuolentiã, tum quia priuato quodam officio demeritus eſt eum, ut paulo pòſt magis opportuno loco indicabimus. Dauid deinde alias quoq; uxores duxit, & concubinas ſibi adiunxit. filios etiã undecim ſuſcepit, quorũ nõmina, Amnas, Ellus, Sebas, Nathan, Solomon, Iebar, Eliel, Phalna, Ennaphen, Ienas, Eliphal, & præterea filiam Thamaram. Horũ nouem ex legitimis cõiugib. nati ſunt, duo uerò poſtremi è concubinis. Thamara aũt Abeſalomi germana fuit.

Dauid Palæſtinorum bello impetitus apud Hieroſolyma uictoriã illuſtrem conſequitur. Cap. IIII

Palæſtini autem cognito quòd Hebræi Dauidem regem creaſſent, collecto contra eos exercitu, & occupata cõualle quæ dicit Gigantum nõ procul Hieroſolymis ſita, caſtra ibi poſuerunt. Iudæorum uerò rex nihil inconſulto deo ſolitus agere, iuſſit põtifi- IIII

cem quid tunc quoq; de euentu belli polliceretur prædicere. à quo postq̃ læta omnia didicit, incunctãter & ipse exercitũ cõtra hostes eduxit: & cõmisso prælio, ipse à tergo eos ex improuiso adortus, partim occidit, partim in fugã cõpulit. Nemo autem suspicetur modicũ aut ignauum fuisse Palæstinorum exercitum qui tum Hebræos inuaserat, coniecturam inde faciens, q̃ nõ magno negocio sit, p̃fligatus, nulla prius memorabili re gesta: sed sciat uniuersam Syriam ac Phœnicen consociatis armis auxiliũ illis tulisse: quę causa fuit ut toties uicti, tam multis millibus desideratis, denuò bellum maioribus uiribus redintegrarent: quandoquidem post præsentem quoq; cladẽ triplicato exercitu Dauidis ditionẽ inuaserunt, & eodem quo prius loco castrametare sunt ausi. Rege uerò iterũ de euentu oraculum cõsulente, respõdit pontifex, in sylua quæ fletus cognominata nõ lõge ab hoste aberat, exercitũ continendũ, nec prius ad pugnã educendum quàm sylua nullo perflante uento suapte sponte agitaretur. quod ubi primũ obseruatũ est, & deus maturè p̃sentiæ suæ signũ dedit, nihil moratus ad paratam iam & indubitatam uictoriam est progressus. nam ne primũ quidem impetum hostilis acies sustinuit, sed mox ut ad manus uentũ est terga uertit, nec segnius Hebræus institit, fodiendoq; terga fugientiũ, & multos prosternendo, usq; Gezara quod oppi-
2.Reg.6 dum in utrorumq; confinio sitũ erat, uictos est insecutus. itum est deinde ad castra expugnanda, ubi nõ magno labore ingenti præda potiti, deos etiã eorum confractos diripuerunt. Et quia iam iterum contra hostem res feliciter gesta erat, uisum est regi de cõmuni seniorum et optimatum ac tribunorum consilio omne suæ tribus robur ex tota eorum ditione cõuocare, & itidem sacerdotes ac leuitas, atq; ita profectos unà ad oppidũ Cariathiarim, arcam dei ex eo loco Hierosolyma transportare, omnemq; diuinũ cultum cum sacrificijs & ceremonijs à maiorib. acceptis, in posterũ in hac urbe celebrari. Si enim sub Saulo sacra nõ fuissent neglecta, nunquã talem cladem populũ accepturũ fuisse. Conuentu igitur sicut decretũ fuerat habito, rex ad transferendam arcam accedit: quã sacerdotes ex ædibus Aminadabi elatam, in plaustrumq; nouum impositam, subiunctis bubus fratribus eius & liberis ducendam permiserunt. Præcedebat rex, & cum eo multitudo, sacros hymnos canentes, & omne genus patriorũ carminũ, & ad uariorũ instrumentorũ musicorũ pulsum saltitantes, accedentibus & tubis & cymbalis, atq; ita arcã Hierosolyma deducentes. postquam aũt uentum est ad locũ cui nomen Chidonis area, manifesta numinis ira Oza quidam exanimatus est: bubus em exorbitantibus plaustrũ & arca inclinata, Oza cum non esset sacerdos ausus manum sustendandi causa admoliri, in uestigio exspirauit, & loco nomen reliquit, qui inde usq; hodiernũ Ozæ percussio uocatur. Tũ Dauid territus & cogitans se fortè idẽ passurũ quod Oza, si ad se in urbẽ arcã reciperet, quandoquidẽ ille manu tantũ in eam extẽsa morte mulctatus sit, supersedit illam Hierosolyma inducere: diuertensq; paulũ in uillam hominis cuiusdam iusti nomine Obadami, genere Leuitæ, apud hunc eam deposuit. quę per tres integros menses hoc hospitio usa, rem Obadami familiarẽ auxit, eiusq; domũ multis felicitatibus cumulauit. Rex aũt cognito quòd Leuitæs ex paupere & humili repentè usq; ad inuidiam eorum qui incrementa eius uiderunt felix

extitisset

extitiſſet,nihil amplius mali ueritus arcam in urbẽ ſuam tranſtulit hac pompa,ut à ſacerdotibus deportaretur, deducereturq; à ſeptẽ choris à ſe in hoc inſtitutis & ordinatis, & rege ipſo interim cinnyram pulſante ac plaudente, ita ut Michole uxor eius,Sauli prioris regis filia,factũ hoc improbaret. quæ ubi intra urbẽ illata eſt,repoſuerunt eam in tabernaculum à Dauide in hunc uſum erectũ. In ea feſtiuitate ſumptuoſe ac ſplendide ſacrificatũ eſt, & totus populus exceptus cõuiuio,ut tam mulieribus quàm uiris ac pueris in ſingulos diſtribueretur libum panis ſubcinericij, & laganũ frixum, & fruſtum de uictima.atq; his epulis populo paſto,ipſe domũ reuertitur. Huic occurrens Michole uxor,filia Sauli,omnia precata eſt illi,quæcunq; deus propitius largiri ſolet: reprehendit tamen q̃ præter decorum tantus rex ſaltaſſet, ta ut in conſpectu ſeruorũ ſuorum & ancillarũ partes quaſdam inter ſaltandũ denudarit,at ille non pudere ſe huius facti reſpõdit,quod ſciret gratũ eſſe deo qui eum & patri ipſius mulieris & alijs omnibus prætuliſſet: cantaturumq; ſe ei ſæpius ac ſaltaturũ, nihil curantem, quàm indecorum hoc aut ipſi aut ipſius ancillis uideatur.Hęc Michole ex Dauidis coniugio nullos filios peperit,ſed ex alio marito,cui pater à priore abſtractam tradidit, quinq; liberos genuit, 2.Reg.7
ut ſuo loco dicetur.Cæterũ rex uidens res ſuas quotidianis ſucceſsib. per dei fauorem proficere,peccare ſe putauit, quòd cum ipſe habitaret in alta regia cedrinis trabibus extructa,& omni exornata artificio, arcam pateretur in tabernaculo iacere: itaq; decreuit exædificare deo templũ,quẽadmodũ Moyſes prædixerat. cõmunicatoq; ſuper ea re conſilio cum Nathane propheta, cum is autor eſſet propoſita exſequendi, polliceturq; deum opem ad hoc laturũ,auidior etiam ſtruendi templi factus eſt.Sequẽti uerò nocte deus Nathani per uiſionẽ apparuit,iubens ut Dauidi nũtiaret, gratam quidẽ ſibi eſſe eius uoluntatẽ,quod primus omniũ de ædificando templo cogitauerit:non tamen ſe permittere ut is qui multis bellis implicitus hoſtili ſanguine manus polluerat,ſacratiſsimũ fanum conſtrueret. Veruntamen poſtquam longam uitam rex ad ultimam ſenectutem prouectus felici fine clauſerit, exſtruendũ eſſe templũ à filio eius & ſucceſſore,qui uocandus eſſet Solomon. cuius nõ aliter q̃ filij curam ſe habiturum pollicebatur, regnumq; per poſteros eius continuaturum: quòd ſi quid peccauerit,pœnam non ultra morbos & terræ ſterilitatẽ proceſſuram.His ex propheta cognitis Dauid lætus, quòd iam ſciret poſteris ſuis imperium permanſurum,et familiam ſuam fore illuſtrem ac celebrem,ad arcam ſe contulit: procidensq; in faciem adorauit deũ, gratias agens pro omnibus beneficijs acceptis,quòd ſe ex humili paſtore ad tantum rerum faſtigium tantamq; gloriam euexiſſet: proq; promiſſa poſteris etiam ſuis felicitate, perpetuaq; prouidentia qua res Hebræorum augere atq; ornare non defineret: atque ita gratijs actis,hymnoq; decantato è tabernaculo digreſſus eſt.

Dauid ſubactis finitimis gentibus tributa illis imponit. Cap.V

NOn multo deinde interiecto tempore expeditionem in Palæſtinos decreuit,ablegato omni ocio & ſegnicie, ut quemadmodũ deus prędixerat,deuictis hoſtibus pacatum regnum ſucceſſoribus relinqueret.Et indicta die militib.ad conueniendũ, iuſsisq; v 2.Reg.8

omnibus ut quàm inſtructiſsimi ad bellum eſſent, ubi ſatis omnia parata exiſtimauit, profectus Hieroſolymis in Palæſtinã peruenit: hoſtibusq; magno prælio uictis, & bona agrorum parte mulctatis, hisq; agris Iudæorum terræ contributis, in Moabitas bellum traduxit. eorum copias ita cõcidit, ut tertia tantum pars ſupereſſet, quam in deditionem accepit. His quoq; annuo tributo impoſito contra Adrazarum Arachi filium mouit, Sophenorum regem: cum quo ad Euphratem congreſſus, uiginti peditũ millia, equites quinquies mille occidit. currus etiam mille cepit, ex quibus incenſis reliquis, centum ſolos ſibi reſeruauit.

Damaſceni à Dauide uincuntur. Cap. VI

INterim Adadus Damaſci & Syrorũ rex audito quòd Dauid Adrazaro bellum intuliſſet, cum eſſet eius amicus ac ſocius, cum ualido exercitu in auxilium eius properat, ſperans ſe bellũ ab eo depulſurum. cumq; & ipſe non procul Euphrate cum Dauide cõflixiſſet, prælio uictus magnam exercitus partem amiſit. Deſideratis enim ex eius acie uiginti millibus, reliqui fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. Huius Adadi etiam Nicolaus in quarto hiſtoriarum ſuarum libro, in hæc uerba meminit. Longo deinde pòſt tempore indigenarum quidam nomine Adadus, cæteris potentior, Damaſci & reliquæ Syriæ præter Phœnicen regnũ obtinuit. Hic bello inter eũ & Dauidem Iudæorum regem exorto, crebris prælijs cum eo conflictatus, in poſtremo quo apud Euphratem uictus eſt, multis editis facinoribus regẽ ſe & uirium & animi robore præſtantiſsimum declarauit. Idem de poſteris quoq; eius narrat, quòd quaſi per manus alius ab alio regnum ſimul & nomen acceperint. Illò, inquit, defuncto, poſteri eius decimam uſq; generationem regnum obtinuerunt, quiſq; à ſuo patre cum imperio nomen accipiẽs, quemadmodum apud Aegyptios Ptolemæi. ex his potentiſsimus ordine tertius inſtaurato bello abolere uolens ignominiam aui temporibus acceptam expeditione contra Iudæos facta Samariam uaſtauit. Nec à uero aberrauit hac parte. hic eſt enim ille Adadus, qui Achabo apud Iſraelitas regnante, Samariam inuaſit. de quo ſuo loco dicturi ſumus. Porrò Dauid peragrata cũ uictore exercitu Damaſco & reliqua Syria, totam ſub imperiũ redegit, diſpoſitisq; opportunis in locis præſidijs, & tributo impoſito, domũ eſt reuerſus: & ceu trophæum aureas ſatellitum Adadi pharetras reliquamq; eorũ armaturam deo Hieroſolymis conſecrauit. has poſtea Suſacus Aegyptiorum rex, uicto Roboam huius nepote, ſpoliata urbe cũ multis alijs diuitijs exportauit. Sed hæc poſtq̃ ad ea tempora uentum fuerit dicentur. Hebræorum autem rex fauore numinis utens, & fortunam belli ſequens, præcipuas Adrazari urbes aggreſſus eſt, Bettæam & Machonem: easq; ui expugnatas diripuit. in his magna uis auri & argenti reperta eſt: & præter hæc æris genus, quod auro precioſius eſt habitum: ex quo poſtea Solomon fecit magnum illud uas mare appellatũ, & pulcherrima polubra, cum templum adornaret. Amathenorum autem rex audita Adrazari clade, quodq; exercitũ amiſiſſet, timẽs ſibi decreuit in fidem & amicitiã Dauidis ultro uenire: miſitq; ad eum Adoramum filium, qui uictoriam de cõmuni inimico ei ſuo nomine gratularetur

lætetur, & in ſocietatem atq; amicitiam recipi peteret, & munera offerret, antiqui operis uaſa aurea & argẽtea & ærea. Dauid uerò inita amicitia cũ Thæno (ſic Amathenus uocabat) & acceptis muneribus, filium eius pro utriuſq; dignitate tractatum dimiſit. munera uerò illa cum alio auro ex manubijs captarum urbium redacto autori uictoriæ deo dedicauit. qui non ſolum quoties ipſe rex bellum adminiſtraret rem proſperabat: uerumetiam miſſo in Idumæam Abiſæo Ioabi ſummi copiarũ ducis fratre, illius ductu Idumæos perdomari conceſsit. Decem enim & octo ex illorum exercitu milia in acie ceciderunt: & occupata præſidijs recens capta regione, rex non ex agris tantum, ſed uiritim etiam tributa exegit. Erat autem natura iuſtus, & in reddendo iure uerum tantum & æquum reſpiciebat. exercitui uerò uniuerſo Ioabum præfecerat. à commentarijs habuit Ioſaphatum Achili filium. Deſignauit etiam ex Phineeſi familia Sadocum pontificem cum Abiatharo. amicus enim erat. Scribam uerò Siſam conſtituit. Banaiam Ioiadæ filium ſatellitio ſuo præpoſuit: omnes regis ſeniores filij inter patris ſatellites uerſabantur. His ita ordinatis uenit illi in mentem amici quondam Ionathæ, fœderisq; mutui quod inter eos interceſſerat. nam inter cæteras omnes uirtutes hanc quoq; habuit, quòd egregiè meminerat beneficiorum quæ unquam accepiſſet. Igitur ſcitatus eſt num quis ſupereſſet ex amici genere, cui gratiam referre poſſet pro iucundiſsima olim cum Ionatha acta conſuetudine. cumque adductus eſſet ad eum quidam è libertis Sauli, qui poterat ſuperſtites noſcere, percontatus eſt num poſſet aliquem indicare ex Ionathæ genere uiuum, cui pro beneficijs à ueteri amico perceptis gratiam reponere quiret: quo reſpondente ſupereſſe filium eius Memphibosthum, pedibus claudum: eo quòd nutrix audita clade in qua pater eius & auus ceciderant, dum rapto puero trepidè fugit prolapſum ex humeris læſerat: diligenter perueſtigauit, ubinam & apud quos educaretur. quo comperto miſit in Labatham oppidum ad Machirum (id altoris nomen fuit) qui eum adducerent. Memphibosthus uerò poſtquam ad regem peruenit, procidens in faciem adorauit illum. moxque iuſſus eſt bono animo eſſe, & omnia quæ cuperet de benigniſsimo rege ſibi polliceri: & auitam domum cum prædijs ad illam pertinentibus accepit: iuſſusque eſt ad eandem cum rege menſam accumbere, & nulla die conuiuio non intereſſe. Cumq; adoleſcens lætus promiſsionibus & muneribus regis gratias agens adorauiſſet, rex accito Siba, ait ſe adoleſcenti paternam domum cum omnibus auitis poſſeſsionibus donaſſe: iuſsitq; eum uillicatione agrorũ ſuſcepta, omnes reditus Hieroſolyma referre. Poſt hæc ſingulis diebus eum mẽſæ adhibuit: & Sibam cum quindecim filijs & uiginti ſeruis Memphibostho largitus eſt. His ita ordinatis, Siba adorato rege, omnia ſe facturum pollicitus, diſceſsit. Ionathæ uerò filius poſthac Hieroſolymis habitauit, conuictor regis, nec aliter quàm ſi ipſius filius eſſet tractatus, filium etiam ex ſe genitum, Michanum nominauit. Atque hoc honore Ionathæ poſteri à rege fuere affecti. 2.Reg.9

Cæterum cum per idem tempus Ammanitarum rex Naaſſes, ſocius & amicus defunctus eſſet, filiusq; in regnum paternum ſucceſsiſſet, Dauid per legatos officioſe eum conſolatus eſt, hortatus ut æquo animo patris obitum ferret, eandemq; quam pater expertus fuerat, amicitiam à ſe expecta- VI 2.Reg.10

ret. Priores uerò Ammanitarum, ſecus quàm de Dauide ſuſpicari par erat, malitioſe hanc legationem miſſam interpretati ſunt, concitaueruntq; regem, dicentes Dauidem ſpeculatores regionis & opum eius ſub officij prætextu miſiſſe. proinde cauendum ab illis, & uerbis eorum non credendum, ne fortè deceptus in aliquam immedicabilem cladem ſeſe conijciat. At rex Ammanitarum Naaſſes ab optimatibus contra rei ueritatem perſuaſus, cum iniuria legatos Dauidis reiecit. Raſis enim media ex parte eorum barbis, pręciſoq; di midio ueſtimentorum, factis non uerbis animũ ſuum declarauit. Quam rem Dauid indigniſsimè tulit, nihil diſsimulans non negleturũ ſe iniuriam cum contumelia coniunctã, ſed bello uindicaturum in Ammanitas, & pœnas uiolatæ contra ius gentium legationis à rege eorum exacturum. Quod poſteaquam perlatum eſt ad regis barbari neceſſarios, & copiarum eius præfectos, conſcij ſibi uiolati fœderis, ac debitam pœnam metuentes, & ipſi ad bellum ſe parabant. & miſsis legatis ad Syrum Meſopotamenorum regem cum mille talentis ſocietatem eius hac mercede impetrauerunt, adducto in ſuas partes & Suba. Hi reges habebant peditum uiginti milia. conduxerunt etiam regem Michæ regionis, & quartum nomine Iſtobum, qui & ipſi uigintiduo milia militum in armis habebant.

Quomodo Dauid Meſopotamios deuicit. Cap. VII

NOn terruit tamẽ Dauidem Ammanitarum apparatus & inita cum regibus ſocietas, deo fretum, & ſcientem quòd bonam cauſam haberet, iuſtisq; armis iniuriam ſibi illatam ulciſceretur. Itaq; Ioabo commiſſa belli adminiſtratione, cum lectiſsimo milite eum contra hoſtem miſit: qui mox ad primariã eius gentis urbem caſtra admouit. Hoſtibus uerò urbem egreſsis, & duas ſeorſim acies explicantibus: alteram quæ ex auxilijs conſtabat, in patẽti campo: alteram uerò quæ Ammanitarũ gentis erat, pro portis quæ Hebræos ſpectabãt: Ioabus hoc animaduerſo & ipſe ad militares artes confugit. & aſſumptis fortiſsimis militum, ipſe Syro alijsq; regibus ſe oppoſuit. reliquis Abiſæo fratri traditis, iuſsit ut contra Ammanitas aciem dirigeret: admonito prius, ut ſi uideret Syros ſibi præualere, adducto properè ſuo milite ſuccurreret. idem ſe facturũ ſi ipſum Ammanitas ægrè ſuſtinere contingeret. cum his mandatis dimiſſo fratre, hortatusq; ut generoſe & alacriter rem gereret, daretq; operam ne quam ignominiam acciperet, ipſe Syros aggreditur. qui cum aliquantiſper magna ui reſtitiſſent, multis ſuorum cadẽtibus terga uertere ſunt coacti. quo uiſo Ammanitæ territi, Abiſæũ cum ſuo milite aduentantem non expectauerũt, ſed moti ſociorum exemplo intra mœnia refugerũt. atq; ita Ioabus male mulctatis hoſtibus uictorem exercitum Hieroſolyma reduxit. Nec tamen ea clades Ammanitarum effecit, ut experti ſe impares in poſterũ quieſcerent. ſed miſsis nũcijs ad Chalamam Syrorum tranſeuphratenſium regẽ, eius auxilia mercede conduxerũt. Huius uicem in exercitu gerebat Sabecus, qui cõſtabat ex octuaginta peditũ, equitum uerò decem milibus. Tum Hebræorum rex intellecto quòd denuo tam magnas copias Ammanitæ contrà ſe parauiſſent, nolẽs amplius per legatos cum eis bellum gerere, ipſe cum uniuerſo exercitu Iordanem tranſgreſſus illis occurrit: & cõmiſſo prælio uictor euaſit, cæſis peditum quadraginta, equitum

uerò

uerò ſeptem milibus. Sabecus quoq; hoſtium imperator in eo prælio uulnus accepit à rege, ex quo poſtea curam non admittẽte mori eum contigit. Meſopotamitæ deinde cognito tam triſti pugnæ euẽtu, ſine mora legatione ad Dauidem cum muneribus miſſa, deditionẽ fecerunt. atq; ita appetente iam hyeme Hieroſolyma eſt reuerſus. Vere autem ineunte, Ioabum ad bellum Ammaniticum miſit. Is longe lateq; uaſtatis hoſtium agris, compulſos eos in Rabatham gentis metropolim obſidione cinxit: quo tempore Dauid tametſi uir iuſtus ac pius & patriarũ legum obſeruator diligens, in graue tamen peccatũ incidit. Cum enim uergẽte iam die in ſolario regię more ſolito deambularet, proſpexit in uicinis ædibus mulierem frigida lauantem, inſigni forma præcellentem, cui nomen Bethſabe: uictusq; eius pulchritudine, & à concupita ſibi temperare non ualens, accitã ad ſe cõplexus eſt. Paulo pòſt mulier grauidã ſe ſentiens, nunciat regi ut diſpiciat quomodo factũ hoc latere poſſet, alioqui publicis legibus adulterij damnatã ſupplicium daturam. Rex itaq; accerſitum ad ſe ex caſtris Ioabi armigerũ maritũ mulieris, Vriam nomine, de exercitu, & quomodo oppugnatio procedat, percontat. quo referẽte omnia cedere ex ſententia, partes ei de ſua cœna obtulit, iuſſitq; ut profectus ad uxorẽ apud illam pernoctaret. at ille non ita fecit, ſed inibi in regia & inter ſatellites regis noctẽ eam exegit. quo cognito rex, ſcitatus eſt ex eo, quamobrẽ tanto pòſt tempore domũ reuerſus, ad uxorem non iuiſſet, idq; præter communem omniũ hominum morẽ, quicunq; peregrè ad ſuos redeunt. reſpondit ille, nõ eſſe æquum ut interim dum imperator ſuus & cõmilitones in hoſtili ſolo in caſtris humi cubitãt, ipſe in uxoris amplexibus ſe oblectet. hæc locutum manere inibi ea quoq; die iuſſit, ſequẽti ad uicarium ſuum ducem dimiſſurus. uocatus deinde ad cœnã, & rege de induſtria crebriorib. propinationibus inuitante ad ebrietatẽ uſq; progreſſus, nihilominus tum quoq; pro foribus regij cubiculi pernoctauit, nullo uxoris deſiderio tactus. hanc ob rẽ indignatus rex ſcripſit Ioabo ut in Vriam pœnam meritum animaduerteret: modumq; puniẽdi indicauit, ne manifeſtum fieret ſuo iuſſu hoc factum. iuſſit enim ut quà plurimũ periculi eſſet hoſti opponeretur, moxq; à ſocijs, quo facilius opprimi poſſet, deſtitueret. his ita ſcriptis, & proprio ſigillo obſignatis, epiſtolam Vriæ cõmiſit ad Ioabum perferẽdam. qui receptis literis, & cognita regis uoluntate, quem locũ maxime ab hoſtibus infeſtari ſciebat, in eo collocaturus Vriam, adiunctis illi lectiſsimis aliquot militibus, pollicitus eſt ſe cum toto exercitu affore, ſiqua parte muri ſuffoſſa aditũ intra urbem patefeciſſent: hortatus eũ ut exiſtimationi quam tum apud regẽ, tum apud cõmilitones ſibi parauerat reſpondens, libenter potius quàm grauatim iuſſa capeſſeret. cũq; Vrias magna alacritate demandatũ munus ſuſcepiſſet, manipulo illi adiungẽdo clam imperauit, ut cum primũ occurrẽtibus hoſtibus urgeri hominẽ uiderẽt, deſerto illo in tutũ ſe reciperent. Itaq; cũ Hebræi feciſſent aſſultũ ad mœnia, ueriti Ammanitæ ne ab illa parte hoſtis murũ occuparet, fortiſsimus quiſq; recluſa repente porta magno impetu erumpũt. quod ubi uiderunt qui circa Vriam uerſabant, memores Ioabi mandatorũ, uno agmine ſeſe retrorſum receperũt. Solus Vrias quòd puderet cõtra quàm promiſerat aſsignatũ locũ nõ tueri, in ſe ruẽtes ſuſtinuit, ferroq; exceptos interemit

VII 2.Reg.11

non

non paucos, donec circũuentus cũ aliquot alijs, quos ignaros cõsilij pudor idem in officio cõtinuerat, nõ inultus occubuit. His ita gestis Ioabus regi per nuncium significat, quòd non ferẽs obsidionis moras, oppugnatione adortus mœnia, amissis aliquãmultis infecta re in castra redire sit cõpulsus. mandarat autem nuncio, si regem hoc factum ægrè ferre sentiret, ut de Vriæ quoq; morte renũciaret: id quod etiam euenit. Rex enim his cognitis male factum aiebat, quod aperta ui mœnia tẽtassent. oportuisse enim machinis ac cuniculis aditũ moliri, maxime cum Abimelechus Gedeonis filius domesticũ exemplum illis esse debuerit, qui Thebis turrim ui capere conatus, saxo ab anicula misso ictus turpiter ultã amisit, uir alioqui fortissimus, q̃ inconsultè difficillimum oppugnationis genus esset aggressus. Vtilissimũ aũt in re militari quid alijs bene aut secus cesserit cõsiderãdo, cũ simile periculũ incidit, hæc sequi, illa fugere. postquã aũt indignabundo de Vriæ quoq; morte relatum est, irasci desijt: iussitq; Ioabo renunciari, uulgare esse id incõmodum, nec à natura belli alienum, cuius hæ sint uicissitudines. debere tamẽ eum in posterum cautius rem administrare, & aggeribus ac machinis expugnatã urbem solo æquare, & habitatores eius ad unũ neci dedere. Cum his mandatis nuncius ad Ioabum properè se recepit. cęterũ Bethsabe audita mariti morte per aliquot dies eum luxit: ubi uerò à mœrore ac lacrymis destitit, sine mora eam rex coniugem sibi asciuit: ex qua mox puer masculus ei natus est. Has nuptias deus nequaq̃ æquis oculis inspexit, sed iratus Dauidi, cum prophetæ Nathani per uisum nocturnũ se obtulisset, regẽ grauiter incusauit. propheta uerò q̃ esset uir festiuus ac prudens, reputans reges quoties suis affectibus rapiunt̃, non magnum iuris respectũ habere solere, cõminatione numinis ad tẽpus dissimulata, maluit illum blanda oratione aggredi, in hunc modum sententiã eius exploraturus. Duo uiri, inquit, eandẽ urbem incolebant: alter prędiues multorumq; armentorum & gregum dominus: alter unius tantum ouiculę possessor. eam unà cum pueris suis domi quotidianis cibis alebat, nõ alio affectu q̃ si esset filia. cũ uerò hospes diuiti superuenisset, ille parcẽs suis pecoribus, nullum in amici gratiã mactare uoluit: sed abstracta per uim ouicula pauperis, iugulatam & apparatã hospiti apposuit. His uerbis rex grauiter cõmotus, scelestum hominẽ illum facinus hoc ausum pronunciauit, iustumq; esse ut quadruplum pro adempta ouicula restituatur, & ipse insuper capite plectatur. Tum Nathan incunctanter subiecit, ipsum esse qui hac pœna dignus sit, suopte iudicio nefarij sceleris damnatus. ac tum demũ illi exposuit in quantã indignationem numinis incurrisset, cuius fauore uniuersæ gentis Hebręorum rex constitutus, circumquaq; uicinarũ etiam gentiũ earumq; multarũ & magnarum dominiũ consecutus esset: nõ semel antea liberatus è Sauli manibus. nunc cum eiusdẽ benignitate aliquot legitimas uxores habeat, cõtemptõ omni humano simul atq; diuino iure, alienã eũ duxisse uxorẽ, marito ipsius interfecto & hosti prodito. Igitur affore diuinã ultionẽ, & ipsius quoq; mulieres ab uno è filijs per uim cõstuprãdas, & ipsum insidijs ab eodẽ appetẽdũ, ut p̃ clã admisso peccato, in propatulo pœnas persoluat. quin & puerũ ex ea natũ sine mora esse interiturũ. territo aũt per hanc denunciationẽ rege, uehementerq; perturbato, & cũ lacrymis fatente se peccasse in deũ: erat enim uir pius,

&

& qui hoc uno excepto in tota uita nihil admiſerat: placatus deus recepto in gratiam promiſit, & regnum & uitam ei ſeruaturum ſe eſſe. poſt pœnitẽtiam enim non amplius ſe iraſci. Atq; ita Nathan poſtquã futura regi aperuiſſet, domum reuertitur. Porrò infans ex uxore Vrię natus Dauidi, immittẽte deo graui morbo corripitur, cuius uicem mœſtiſsimus pater dolenter ferens per ſeptem dies à familiaribus induci non potuit ut ullum cibum deguſtaret: ſed atratus & ſacco amictus, humi proſtratus iacebat, & à deo ſalutẽ pueri precabat. Nimis enim eius matrẽ diligebat. Septima uerò die mortuo puero, familiares nõ audebãt hoc regi indicare, ueriti ne re cognita pertinacius etiã à cibo reliquaq; cura corporis abſtineret deſiderio defuncti infantis, cuius morbum tã impotẽter tuliſſet. qui cum turbatã familiã ſentiret, & aliquid mali cælari, facile intellexit extinctum puerũ: accitoq; uno è famulis poſtquã ueritatẽ comperit, confeſtim ſurrexit: lotus deinde ſumptaq; ueſte candida, ad dei tabernaculum properauit: poſthac iuſsis famulis ut cœnam ſibi apponerẽt præter omnem opinionẽ, admirationi fuit omnibus cognatis & domeſticis, ſtupentibus q̃ cum nihil horũ ægrotante puero feciſſet, nunc poſt eius obitum omnia ſimul faceret impetrataq; prius licẽtia, cauſam ſciſcitabantur. Tum ille: Non intelligitis, inquit, q̃ dum puer uiueret, de ſalute eius ſperãs, nihil nõ faciebam quo deum flecterẽ? nũc poſtquã is obijt, ſuperuacaneũ ſit inaniter mœrore confici. His auditis omnes ſapientiã eius laudauerunt. nec ita multò poſt Bethſabe grauida exactis legitimis naturæ menſibus filiũ ei peperit, quẽ Nathanis monitu Salomonem nominauit. Interea Ioabus Ammanitas acri obſidione premebat, præciſis aquæductibus, & cõmeatibus interceptis, ita ut fame ſimul & ſiti laboraret. ab unico enim puteo ſpes eorũ pẽdebat, ac ne hoc quidem ad ſatietatẽ utebantur, parcè aquam diſpenſantes, ne fortè in totum deficeret. Hæc Ioabus per literas regi ſignificauit, hortans ut ad excidiũ urbis ipſe ueniret, & hunc quoq; titulũ uictorijs ſuis apponeret. qui collaudato ducis officio fideq;, aſſumpto ſecũ exercitu ad deuaſtandam Rabatham proficiſcit: eamq; mox ui captam militi diripiendã permiſit. ipſe uerò ex præda nactus eſt Ammanitarũ regis auream coronã talentũ pendentẽ, & precioſo ſardonyche inſignẽ: quam poſtea capite geſtare ſolitus eſt. necnon & alia multa ac magni precij præda in ea urbe potitus eſt. uiros uerò eius excruciatos prius ad unũ interemit: neq; mitius alias Ammanitarũ urbes tractauit, pari modo expugnatas. Poſt hanc uictoriã domũ reuerſo graue quiddam accidit ex tali cauſa: Filiam habebat adhuc uirginẽ, formoſiſsimas quaſq; mulieres pulchritudine uincentẽ: Thamaram nomine, ex eadem qua Abeſalomus genitrice natã. huius amore correptus Amnon filiorum Dauidis natu maximus, cum propter uirginitatẽ ipſius & aſſeruationẽ potiri ea nõ poſſet, adeò paſsione hac conflictabat, ut non aliter q̃ ex morbo lentam tabem ac pallorẽ ſibi contraheret. id malum deprehẽdit Ionathas quidã eius cognatus & amicus, uir prudens & magni conſilij. uidens enim Amnonem à natiua corporis habitudine indies magis ac magis deficere, acceſsit illũ rogans ut cauſam ſibi indicaret. Suſpicari enim ſe amatoriã quandã eſſe hanc paſsionẽ. quo fatente ſororẽ germanã ſibi adamatã, cõſiliũ dat quomodo optatis potiri ualeat. ſua ſit enim ut ſimulata ægritudine, ſimulatq; pater uiſendi cauſa illũ acceſsiſſet, roget

VIII
a. Reg. 13

roget ut ſororē ad ſe mittat, cuius miniſterijs releuatus eo citius cōualeſcere poſsit. Paruit Amnon, & cū nihil cūctatus decubuiſſet, ſimulare morbū cœpit. Dein cū pater officioſe inuiſens percontaret de ualetudine, petijt ſororē ad ſe mitti. ea poſtq̄ iuſſu patris accita uenit, poſtulauit ut ſuis manibus colyphia frixa afferret. Sic enim libētius ſe comeſturū. quæ in cōſpectu fratris farina ſubacta, formatisq̄; colyphijs ac frixis, iuueni obtulit. at ille nō ea guſtauit, ſed famulis mādauit, ut quotquot pro foribus cubiculi obuerſarent, ſubmouerent: dicens ſe abſq; ſtrepitu quieſcere cupere. quo facto iuſsit ſororē in intimum cōclaue paratā cœnā inferre. quod cū puella feciſſet, apprehenſæ ſuadere cœpit ut ſui copiā faceret. At puella exclamat: Abſtine uim frater, abſtine, nefas eſt te rem tam turpē perpetrare. Deſine à tam flagitioſa concupiſcentia, quæ nihil præter dedecus & infamiā toti familiæ noſtræ afferre poteſt. aut ſi reſiſtere ei nō uales, à patre tibi hoc impetrandū eſt, nō per uim extorquendum. at ille amore feruēs nō paruit, ſed libidinis œſtro percitus reluctantem per uim opprimit: atq; poſt oblatū uitiū, in contrariū mox affectū uertitur, & exoſam ac faſtiditam conuicijs aggreſſus iubet ut eueſtigio ſe inde faceſſat. quæ cum hanc iniuriā priore grauiorē diceret, q̄ conſtupratā uel uſq; noctē illic manere non patiat, ſed confeſtim extrudat clara adhuc luce, ut turpitudinis ſuæ teſtibus occurrat: mandauit famulo ut eā eijceret. illa uerò ſciſſa talari tunica, qualibus tū regiæ puellæ ex more uelabant, & cinere caput ſparſa, per mediam urbem diſcedebat, uim ſibi illatam quiritando. in quam ſic affectam cum Abeſalomus frater incidiſſet, ſciſcitatus eſt quid mali haberet q̄ ita ſeſe afflictaret. cumq̄; illa de ſtupro rem totā ei denarraſſet, ſolatus eam hortabat ut æquo animo factum hoc ferret, nec ad iniuriā ſuam pertinere putaret, cum à fratre ſit uitiata. quibus uerbis placata puella uociferari ac quiritari deſijt: et deinde aliquam multo tempore in cœlibatu apud Abeſalomum fratrem perſeuerauit. His cognitis Dauid pater uehementer indoluit, ſed quia diligebat Amnonem ut filiorum natu maximū, non ſuſtinuit illi moleſtus eſſe. Porrò Abeſalomus graue odiū eius in pectore cælabat, opportunitatē uindictæ expectās. iāq; alter annus abierat, ex quo pudicitiæ ſororis eius illuſum eſt: & cū eſſet iturus in Belſephon, quod eſt oppidū tribus Ephremiticæ, ad tōdendos ſuos greges, inuitauit patrem ac fratres ad ſolenne conuiuiū. quo excuſante quòd nollet eum grauare, rogauit ut pace eius liceret filijs proficiſci. quo impetrato ſuis iniunxit, ut quamprimū animaduertiſſent Amnonē temeto grauatum, neminem ueriti ad nutum ſuum illum trucidarent.

Quomodo per inteſtinū familiæ diſsidiū Dauid à filio regno pulſus eſt. Cap. VIII

VT uerò perpetratum eſt quod mandauerat, ſtupor & trepidatio fratres occupat: & ſibi quiſq; timēs, correptis equis curſu ad patrē ferebantur. Interim quidam præueniens, omnes ab Abeſalomo cæſos nunciat. qui nō aliter q̄ par erat amiſsis ſimul tot filijs, idq; fratris ſcelere, grauidolore ictus, ne cauſam quidem rogauit: neq; expectato nuncio in re propter facinoris magnitudinem incredibili, totum ſe luctui tradens, conſciſſa ueſte humi proſtratus iacebat, deplorans nō magis quos peremptos acceperat, quàm ipſum interfectorē. Ionathas uerò Samnæ fratris eius filius hortabatur ut moderatius doleret, negans ſe de morte cæterorū credere: nec enim

cauſam

cauſam facti inuenire poſſe: de ſolo Amnone dicens diligentius perquirendum. nam de hoc probabile eſſe, q̃ memor iniurię ſororis frater in eum tale aliquid auſus ſit. interea ſonitus aduentantiũ equorũ, & quorundã eos præcurrentiũ, omnes in ſe conuertit. hi fuere filij regis, qui relicto cõuiuio profugerant. ibi pater occurrit flens flentibus, ex inſperato uidens quos paulo ante extinctos acceperat. denuoq; gemitus ac lacrymæ inſtaurantur, his fratrem, rege filiũ fœde trucidatũ deplorantibus. At Abeſalomus in Geſura ad maternũ auum fugit, eius regionis dynaſtam, ibiq; toto triennio permanſit. Cum aũt Dauidi animus eſſet Abeſalomũ ad ſe reuocare, nõ ad ſupplicium; 2.Reg.14
ſed ut eũ apud ſe haberet: iam enim ira reſederat: ultro huc propenſum Ioabus imperator ſuis artib. impulit. mulierculã enim quandã grandi natu ſubornat, quæ lugubri cultu ad regẽ accedens, aiebat inter duos ſuos filios ruri agentes rixam exortã adeò incruduiſſe, ut cum ſoli eſſent, ac nemo adeſſet q̃ dirimeret, alter ab altero ictus exſpirauerit: rogabatq; hanc gratiã, ut quoniã cognati eius qui interfectus eſt alterũ ad cædẽ expeterent, ſaluti eius cõſuleret, ne reliqua ſpe ſuæ ſenectutis orbaretur. neq; enim aliud remediũ ſupereſſe, ſi nullũ apud regẽ inueniret. nam nihil eſſe quod illos cõpeſcere queat, præter maieſtatis regiæ reuerentiã. Cumq; rex poſtulatis eius annuiſſet, hæc uerba ſubiecit: Tuæ quidẽ benignitati rex gratias ago, q̃ ſenectutẽ meam & tantũ non orbitatẽ miſeraris: ſed quo certior ſim de tua clemẽtia, tuũ ipſius filiũ prius in gratiã recipe, & indignationẽ contra eũ depone. alioqui quomodo poſſem de cõceſſa hac mihi gratia nõ dubitare, cũ ipſe adhuc ob ſimilem iniuriam filio infenſus eſſe pergas. At cuius eſt prudẽtiæ, uno cõtra uoluntatẽ amiſſo, ultro necẽ alterius addere? Tetigit mox regis animũ ſuſpitio, perſonã à Ioabo eſſe ſubornatã: & cognito ex anicula rem ita ſe habere, accerſit Ioabũ, dicens eum aſſecutũ quod cupiebat, licereq; ut Abeſalomũ reducat. Nõ enim amplius ſe in eum ſtomachari, ſed totam indignationẽ præterijſſe. At ille adorato rege, & uerbis eius libẽter acceptis, eueſtigio Geſura properauit, & aſſumptũ ſecum Abeſalomũ Hieroſolyma reduxit. Rex uero audiens filiũ aduentare, miſit qui ei denũciaret, ne ad ipſum accederet. nondum enim ita ſe affectũ, ut reuerſum uidere ſtatim ſuſtineat. Ille ita ut iuſſus eſt deuitato patris cõſpectu, intra domeſticos parietes cum ſuo famulitio ſe continebat. nec tamen aliquid eius pulchritudini deceſſit, uel propter mœrorem, uel q̃ nõ ea tractatione uteretur, qua uti regiũ iuuẽnem par erat: ſed tam forma q̃ ſtatura quoſuis in maximis delicijs agentes ſuperabat. Tanta autem fuit eius cæſaries, ut intra octauũ quemq; menſem ad ducentos ſiclos, hoc eſt ad quinq; pondo accreſceret. Ad hunc modũ priuato cultu per biennium Hieroſolymis habitauit: natiq; ſunt ei filij tres, & una filia formoſiſſima, quæ Solomonis filio Roboamo poſtea nupſit, & filiũ ei nomine Abiam peperit. Deinde miſit ad Ioabũ rogans ut ſe penitus in paternam gratiã reducat, & impetret ut ſibi liceat patrẽ inuiſere & alloqui. quod quum Ioabus facere cunctaretur, agrum eius uicinũ per quoſdam è ſuis incendio uaſtari iuſſit. Is quum re cognita ad Abeſalomũ ueniſſet, expoſtulanti quo ſuo merito damnum ab eo accepiſſet: reſpondit ſe hoc ſtratagemate illum ad ſe elicere uoluiſſe, quandoquidẽ mandata de conciliando ſibi patre negligeret. quam

ob rem, inquit, nunc te præsentem obsecro, ut placatũ mihi reddas genitorem, quando quidẽ molestior est mihi reditus in patriam quàm exiliũ fuerat, si ille in indignatiõe sit pertinax. Tum Ioabus his uerbis inductus, & uicem eius miseratus, deprecatus est regẽ pro illo, & tam accurate & feliciter eius causam egit, ut flexus ad pietatẽ confestim eum acciri iuberet. Qui cum supplex illi ad genua ueniam peccati petens procidisset, sua manu erecto obli-
IX uionem omnium anteactorum est pollicitus. Porrò Abesalomus in inte-
2.Reg. 15 gram gratiam patris receptus breui magnũ equitatum & multos currus sibi comparauit, & satellitium armatorũ quinquaginta: & per singulos dies mane regiam frequentans, eos qui ius illuc petentes causa cadebant, comiter appellabat: dictitansq; malos adesse patri consiliarios, aut etiã ipsum in ferenda sententia lapsum, popularem auram ita captabat. His artibus conciliatis sibi populi studijs, certus iam de eius fauore, quarto post recõciliationem anno orauit patrem, ut cum bona eius gratia Hebronem ad uota quæ in exilio conceperat persoluenda abire sibi liceat: permissuq; eius profectus, mox undiq; plurimos ad se acciuit, ita ut cateruatim illò confluerent. Inter cæteros affuit etiam Dauidis consiliarius Achitophel Gelmonæus, & ducenti Hierosolymitæ, non quidẽ conscij conspirationis, sed quasi ad sacrificiũ euocati: nec mora stratagemate succedente, rex ab uniuersis consalutatur. Cæterũ Dauid audita ex insperato filij tyrannide, impia hominis audacia perculsus, qui immemor condonatæ prioris noxæ, multo sceleratiora cõsilia cepisset, primũ usurpandi regni quod patri diuinitus datũ sciret, deinde ipsius genitoris tollendi, decreuit ultra Iordanem in loca tutiora se recipere: conuocatisq; amicorum intimis, & collocutus cum eis de insolentia filij, totũ negotiũ iudicio deo cõmittens, reliquit regiæ custodiam decem pellicibus, & Hierosolymis excessit, cum alia multitudine magna alacritate prosequente, tum præcipuè sexcẽtorũ cohorte, quę etiam regnante Saulo à latere fugitantis nusquã discesserat. Abiatharũ uerò & Sadocũ pontifices & quicquid Leuitici generis aderat simul abire cupiẽtes, arcamq; asportare, bonis rationib. manere persuasit, dicens sine arcæ præsidio diuina ope è periculis se seruandũ: simulq; mandauit ut de omnibus quæ inciderent per clancularios nuncios se certiorem facerent. fidelem enim operam in talibus negotijs præstiterunt filij pontificum, Sadochi Achimas & Abiathari Ionathas. Ethæo quoq; Gittæus nullis regis monitis adduci potuit ut maneret, quo magis illustris fuit eius erga regem fides ac beneuolentia. Ascendenti aũt per cliuum oliueti montis, omnibus circa eum lacrymantibus renuntiatũ est etiam Achitophelem mutatis studijs in partes Abesalomi concessisse: quo uix aliud tristius ei in hac calamitate accidit. quamobrẽ precatus est deũ, ut Abesalomi animũ ab Achitophele alienaret. uerebatur enim ne eius consilijs contra se uteretur, uiri prudentissimi & oculatiss. in dispiciendo quid facto opus esset. Quumq; in uerticem montis peruenisset, respiciebat ciuitatẽ, & cum multis lacrymis nõ aliter quàm regno eiectus deum precabatur. ibi offendit uirũ in amicitia constantem, nomine Chusim. hunc conspicatus scisso amictu & caput cineribus oppletum, & mutabilitatem rerum deplorantem, solatus est pro tempore iussum æquo animo præsentem statum ferre: ac postremo obnixè precatus

tus eſt,ut ſimulato Abeſalomi partium ſtudio,diligẽter ſecreta eius perſcrutaretur,& Achitophelis conſilijs ſemper ſe opponeret: ſic enim eum magis partibus profuturũ,quàm ſi unà maneret.atq; ita perſuaſus à Dauide, eo relicto Hieroſolyma ſe contulit: quo paulo pòſt etiam Abeſalomus peruenit. Interim Dauid paulũ progreſſus obuiã habuit Sibam Memphibosthi ſeruũ, quem ipſe ad curam prædiorũ amici filio donatorum miſerat, agentem præ ſe duos aſinos neceſſarijs ad uictũ onuſtos.Is obtulit ei ut quicquid uellet ſibi ac ſuis acciperet,ſimulq; rogatus ubinam Memphibosthũ reliquiſſet, Hieroſolymis relictũ reſpõdit.ſperare enim eum rebus turbatis,fore ut ob Sauli meritorum memoriam ipſe ſuffragijs populi rex crearetur. quamobrẽ indignatus,omnia quæ prius domino eius conceſſerat,Sibæ eſt largitus:dicẽs hunc digniorem quàm illum ut talibus poſſeſsionibus fruatur.Hac liberalitate Siba gauiſus eſt.Dauidi uero iuxta locum Bachoram ſuperuenit cognatus Sauli nomine Semeis, filius Geræ, ſaxis eum ſimul & conuitijs impetẽs: cumq; amici eum protegerent,magis etiam exaſperatus ad conuitia,ſanguinarium & multorum malorum cauſam appellabat,iubens ut impurus ac exe crabilis regione excederet:gratiasq; agebat deo, quòd per proprium filium pœnam peccatorum ab illo exigeret,& eorum quæ olim in dominum ſuum cõmiſerat. Hac tam ſæua petulantia concitatis omnibus ad indignationem, Abiſęo uero etiam interficere Semeim uolente,Dauid eos cohibuit,negans addendam ad præſentia mala noui alicuius motus occaſionem. Nihil, inqt, moror hunc rabidum canem,& deo cedo,qui eum in nos immiſit. Mirum uero ſi hæc ab iſto patimur,quando etiam filius pietatis eſt oblitus. Sed hæc miſericordi deo curæ erunt,cuius fauore tandem inimici nobis ſuccumbẽt. His dictis continuabat iter,contempto Semei parte alia montis curſim cum conuitijs aſſectante. Delatus deinde ad Iordanem, ſuos ex itinere fatigatos ibi recolligebat ac reficiebat. Interim Abeſalomo cum Achitophele conſiliario Hieroſolyma ingreſſo,cõcurſu populi ſalutantis ad eos facto,inter cæteros etiam Dauidis amicus ad eos uenit,& adorato nouo rege, precatus eſt illi perpetuum hoc imperium.Rogatus deinde ab eo,quid ita cum hactenus inter præcipuos ac fidiſsimos patris amicos eſſet habitus, nunc deſerto illo ad ſe tranſiret: cordate reſpondit, nõ eſſe dei uoluntati & populi conſenſui repugnandum. Hos,inquit,tibi ſtudentes, ego quoq; meritò ſequor. à deo enim regnum hoc accepiſti. quòd ſi in tuorum numerum recipere dignatus fueris,quam fidem & beneuolentiam patri tuo me præſtitiſſe noſti, eandem tibi præſtabo. Nemo enim præſentem ſtatum iniquè ferre debet, quando non in aliam familiam regnum translatum eſt,ſed in eadem manet,filio ſuccedente. His uerbis iuueni omnem ſuſpicionem exemit. Aduocato deinde Achitophele conſultabatur quid'nam eſſet agendum. Is ſuaſit ut cum paternis pellicibus congrederetur. Sic enim populum conſtantius in partibus perſeueraturum, ſublata reconciliationis ſpe: & prompte contra patrem militaturum. Nam hactenus non libenter eos inimicos ſe illi profiteri, ueritos ne pax inter patrem & filium coeat. Paruit iuuenis, iuſsit'que famulis, ut in regia tentorium ſibi erigerent, inſpectante populo, in quod ingreſſus cum pellicibus patris concubuit. Id'que totum iuxta Nathanis pro-

2.Reg.16

phetæ uaticiniũ euenit; quod Dauidi futurum, ut ab uno è filijs oppugnaretur prædixerat.

Abesalomus contra patrem profectus cum exercitu perit. Cap. IX

2. Reg. 17 HOc Achitophelis consilium exsecutus, iterum postulat quid de belli ratione censeat. Respondit ille, oportere sibi attribui decem millia lectorum militum. Cum his se profectum interfecturũ patrem, atq; ita partibus suis incolumitatem, & ipsi securum imperium eadem opera Dauide sublato pariturum. Hac sententia delectatus accersit Chusim Dauidis amicorũ principem: sic enim eum ille uocabat: & exposito Achitophelis consilio, quid ipsi uideretur quærebat. At ille intelligens quòd hoc modo Dauid in potestatẽ redactus facile occidi posset, contrariã sententiam attulit. Scis, inquit, rex uirtutem patris & eorũ qui illum sequuntur, quòd in multis conflictib. semper uictor euasit. Profectò ueteranus bellator artibus contra nos utetur, & intellecto nostrorum aduentu, noctu uallem aliquam cum parte militũ insidebit, aut post rupem aliquam delitescet. Deinde nostris exercitum eius inuadentibus paulatim illi pedem referẽt, expectantes occasionem dum regi propiores facti totis uiribus in pugnam redeant. interim ille ex improuiso superueniens, suis animũ addet, nostris uero metũ ac consternationẽ afferet. Expende igitur meum quoq; consilium, sanè melius, & Achitophelis opinionem missam fac. ac potius edicto per totam Hebræorũ regionem copias contra patrem colligę: quę ubi in unũ conuenerint, imperium earum tu ipse assume, né ue alterius fidei cõmittas. Facilè enim illum deuinces si in aperto campo assequaris, quòd ille paucos circa se habeat, tu uero tam multa millia uirorum, qui dari sibi occasionẽ cupiunt declarandi q̃ sint tui nominis studiosi. quòd si pater intra mœnia cuiuspiam oppidi se concluserit, machinis ac cuniculis id expugnabimus. In huius sententiam itum est, Abesalomo autore consilio Achitophelis prælatã: sed hoc ipsum deus effecit, ut Chusis consultor magis placeret. qui propere ad pontifices Sadocum & Abiatharum ueniens, suum & Achitophelis consilium eis exposuit: quodq; ipsius comprobatum sit: petijt deinde ut hæc Dauidi per nuncios significarent, adhortarenturque eum, ut sine mora Iordanem transiret: ne fortè filius mutata sententia persequatur eum, & priusquam in tutum se recipiat, comprehendat. Pontifices autem iam antè curauerant, ut extra urbem laterent filij, renuntiaturi Dauidi quid in urbe agatur. ad hos igitur fidam famulam miserunt, afferẽtem quid Abesalomo decretũ sit: mandaruntq; ut quantum possent properarent Dauidi hęc indicaturi. qui eueſtigio cum patrum mandatis, ut pios ac fidos ministros decebat, nihil sibi ad summam celeritatem reliquum facientes, ad Dauidem properabãt. Vix duo stadia promouerant, quum à quibusdam equitibus conspecti, apud Abesalomum deferuntur: qui mox ad capiendum eos misit. Senserunt hoc maturè pontificum filij, & diuertentes à uia publica in propinquum uicum agri Hierosolymitani nomine Bocchuram se dederunt, ibiq; mulierẽ quandam rogauerunt ut se absconderet. ea mox demissis per funem in puteum, os eius uelleribus contexit: rogataq; à superuenientib. persecutoribus num eos uidisset, conspectos sibi non negauit. accepto enim à se potu statim abiuisse dicebat

cebat: & ſi modo alacriter perſequantur, fore ut eos cõprehendant. Illi diu fruſtra perſequuti, retro ſunt reuerſi. Mulier uero ubi hoc animaduertit, & non eſſe amplius periculũ iuuenibus ne capiantur, per funem rurſum extractos cœptũ iter continuare iuſsit. Illi quanta potuerũt feſtinatione ad Dauidem peruenerunt, & omnes Abeſalomi cõnatus illi renuntiauerũt: qui ſuos confeſtim Iordanem tranſire edicit, quamuis nox eſſet nihil cunctari paſſus. Porrò Achitophel ubi ſuum alterius conſilio poſthabitũ uidit, cõſcenſo iumento Gelmonem patriam petijt. Ibi conuocatis omnibus domeſticis, expoſuit eis quæ Abeſalomo conſuluerat, addens quoniã non perſuaſiſſet, certo ſe breui periturum. Dauidem enim omnino ſuperiorem hoc bello fore, & amiſſum regnũ recepturũ eſſe. Præſtat igitur, inquit, magno animo, ut uirũ ingenuum decet, è uita exire, quàm Dauidi ob filio nauatam contra eũ operam, excarnificandũ ſe præbere. His dictis in penitiſsimas ædes digreſſus, ſeipſe ſuſpendit. atq; ita Achitophelem, ſuopte iudicio tali morti addictum, cognati eius laqueo demptum funerauerunt. Cæterũ Dauid ſuperato ut diximus Iordane, peruenit Caſtrũ, pulcherrimã ac munitiſsimã eius tractus urbẽ. Ibi cum ſumma beneuolentia ab omnibus eius regionis optimatibus exceptus eſt, partim præſenti hominis neceſsitate motis, partim reuerentia priſtinæ felicitatis. Fuerũt autem hi Berzellæus Galadita, & Siphar Ammanitidis dynaſtes, & Machirus Galaditidis regionis primas. Hi quicquid ad uictum pertinebat, largiter regi cum ſuis præbebant, ut nec lecti ſtrati eis deeſſent, nec panis ac uinum, quin & carnium copia ſemper aderat, & quicquid uel ad alimoniam, uel ad laſsitudinis refectionem opus eſſet. Interim Abeſalomus coacto grandi contra patrem exercitu, & traiecto Iordane amne, conſtitit non longe à Caſtro oppido Galaditidis, loco Ioabi præpoſito exercitui cognato eius Amaſa. prognatus enim erat patre Iotharſa, & matre Abigæa. hæc uero & Saruia Ioabi mater, ſorores erant Dauidis. Rex autem recenſitis qui circa ſe erant, comparatoq; numero circiter quatuor milliũ, decreuit non expectare dum Abeſalomus prior ipſum aggrediatur, ſed creatis tribunis, diuiſoq; in tres partes exercitu, unam Ioabo imperatori attribuit; alteram fratri eius Abiſæo: tertiam tradidit Ethæo, amico quidẽ & familiari, ſed è Gitta oriundo. Ipſum autem uolentem adeſſe in exercitu amici prohibuerunt, idq; prudentiſsima ratione. Si enim eo præſente uincerẽtur, nihil ſpei reliquum fore. quòd ſi una parte exercitus uicti, cum cætera ad ipſum refugiſſent, reparandarum uirium facultatem nõ defore. alioquin etiam hoſtem ſuſpicaturum, alium exercitum circa regem eſſe. Placuit hoc conſilium: itaq; perſuaſus apud Caſtrum manſit. Sed dum amicos ad pugnam dimitteret, obteſtabatur ut memores omnium acceptorũ beneficiorum ſtrenuam ac fidelem operam ſibi nauarent: & ut poſt uictoriam filio parcerẽt, ne occiſo illo, aliquid mali in ſeipſum ſtatueret. atq; ita precatus illis uictoriam, exercitum emiſit. Cæterum cum Ioabus ex aduerſo hoſtium aciem ſuam explicuiſſet in planicie ſyluam à tergo habente, Abeſalomus quoq; ſuos contrà eduxit: & congreſsi, acriterq; pugnantes multa utrinque præclara facinora edebant: his dummodo Dauid regnum recipiat, quiduis periculi magno animo con- 2. Reg. 18

temnentibus: illis cõtrà ne Abeſalomus & hoc priuetur,& patri inſuper audaciæ pœnas det,nihil nõ uel facere uel pati paratis. Iidem cum numero longe præſtarent, ignominioſum ducebant tanto paucioribus Ioabi militibus ſuccumbere. Cõtrà regij ut tot millia profligarent omni ope connixi, tandẽ ut erat dignũ ueteranis & rei militaris peritiſsimis hoſtem terga uertere cõegerunt.fugientes deinde per ſaltus & abrupta inſequendo, alios captiuabãt, alios trucidabant,ita ut multo plures in fuga caderẽt quàm in prælio. Interfecta ſunt enim ea die fermè uiginti millia. Plurimi autem in Abeſalomum ferebantur,inſignem tam pulchritudine quàm ſtatura corporis. Is ueritus ne uiuus caperetur,cõſcenſa mula regia effuſo curſu fugiebat. Cumq; per agitationem uentilaretur capillitium,aſperę arboris prominenti ramo inopinate implicitum iuuenem ſuſpendit. Iumentum enim uehementi impetu ferebatur,non aliter quàm ſeſſorem gerens.at ille ſublimis in ramo retinebatur,ne hoſtem effugeret. Quod animaduerſum quidam è militibus Dauidis indicauit Ioabo: eoq; quinquaginta ſiclos promittente ſi illum cõfoderet,reſpondit, Nec ſi duo millia daturus eſſes,facerẽ hoc domini mei filio, maxime cũ omnibus nobis audientibus parci iuueni ſit precatus. At ille iuſsit ut indicaret ubi nam pendentem uiderit,moxq; defixo in cor telo eum interemit. Armigeri uero Ioabi circumſiſtentes ab arbore eum detraxerũt, & proiectum in hiatum profundum ac obſcurum congeſtis ſaxis obruerunt,ita ut tumuli forma extaret. Deinde quum receptui cecinisſet Ioabus ſuos à perſequendo cohibuit,parcendum ciuili ſanguini ratus. Porrò Abeſalomus erexerat ſibi in ualle regis columnam marmoream cum inſcriptione,duobus ſtadijs à Hieroſolymis diſsitam,quam uoluit uocari Manum Abeſalomi,dicens quòd etiam ſi liberos eius perire contingat, in hac tamen nomen ipſius eſſet manſurum. Habuit enim tres mares,& unam filiam Thamarã, quemadmodũ iam antè diximus: quæ Dauidis nepoti Roboamo nupta,Abiam eius ſucceſſorẽ peperit: ſicut poſt loco ſuo copioſius dicetur.

Quomodo Dauid regno reſtitutus feliciter uixit. Cap. X

DEfuncto Abeſalomo populus eius domum quiſque ſuam dilapſus eſt. Achimas uero Sadoci pontificis filius adito Ioabo, rogauit ut ſibi permitteret ad Dauidem ire, nunciaturo læta omnia, quodq; diuina ope ac prouidentia uictoriam ſit conſequutus. Negauit hoc imperator,dicens non conuenire ut antehac afferre læta ſolitus,nunc de morte filij regem certiorem faceret: iuſsitq; eum ibi manere. ſed uocato Chuſi illi mandauit,ut omnia quæ ſciret ad regem perferret. Achima uero denuo rogante,ut ipſe mitteretur,uictoriam tantum nunciaturus, non etiam Abeſalomi mortem, paſſus eſt eum hoc facere.Is uiam cõpendioſam ingreſſus ſoli ſibi notam,Chuſim anteuertit.Sedente autem rege in porta,& expectante aliquem de prælio nuncium, ſpeculatorum unus conſpecto Achima currente,necdum ualens eum agnoſcere,ait ad regem, uidere ſe quempiam accurrentem. Cumq; rex bonum eſſe nuncium ominaretur: paulo poſt ſequi illum alterum quendam indicauit. Reſpondente rege, hunc quoque bonum fore nuncium,ſpeculator iam propiorẽ Achimam noſcitans,Sadoci pontificis

ficis filium ait curriculo aduentare. Tum Dauid, profecto hunc bonum & optatum nuncium afferre de prælio. Vix hæc uerba finierat, dum Achimas regem adoratum ſalutat: & ſcitante de pugna, lætam uictoriam annunciat. rogatus deinde quid filio factum ſit, ait ſe uerſis in fugam hoſtibus cõfeſtim iter arripuiſſe, audiſſe tamen clamorem militũ Abeſalomum perſequentiũ: nec præterea quicquã comperti habere, quòd iubente Ioabo properè diſcedendũ fuerit, ut uictoriam renũtiaret: iamq; & Chuſis aderat regẽ adorans, & uictoriã annuncians, qui ſimiliter de filio rogatus: Inimicis, inquit, tuis eueniat idem quod Abeſalomo. Hæc uerba in cauſa fuerunt, ut nullam ex ea uictoria uoluptatem nec rex perciperet, nec milites. Ipſe enim conſcenſa ædi tiſsima urbis parte deflebat filium, plangens pectus, & capillitium lacerans, & modis omnibus ſeſe afflictans, ac uociferans: Fili mi, utinam mihi tecum mortem oppetere contingeret. Cum enim eſſet natura ſuorũ amantiſsimus, præ cæteris hunc maiore affectione proſequebatur. Exercitũ autem & Ioabum, audito quòd rex filium ita lugeat, puduit triumphabundos in oppidũ ingredi: ſed demiſſo capite lacrymantes, non aliter quàm clade accepta ueniebant. Cæterũ cum rex operto capite gemere deſiderio filij perſeueraret, Ioabus cõſolandi cauſa ad eum ingreſſus: Quid facis, inquit, ó rex? an neſcis quòd hoc pacto tibi ipſe calumniam ſtruis, quaſi amicos pro tua ſalute periculis ſe exponentes, atq; adeò teipſum & familiam tuam oderis: ames uero tibi infeſtiſsimos, & iuſtiſsima pœna abſumptos deſiderare nõ deſinas? Nam ſi Abeſalomus uiciſſet, & regnum ſuum conſtabiliſſet, nihil ex nobis omnibus reliquũ feciſſet: ſed à te ac tuis liberis initio facto, ad unum miſerabilem in modum perdidiſſet, non deflentibus nos inimicis, ſed gaudẽtibus, & graiter punientibus eos qui noſtram uicem miſerarentur. Te uero non pudet hæc facere propter hominem inimiciſsimum, qui quum eſſet tuus filius, tam ſupere in te fuit impius? Deſine igitur ab iniuſto luctu, & da te in conſpectũ tuorum militum, & gratias illis age quòd ſua uirtute hanc uictoriam nobis pepererunt: alioqui ſi quà cœpiſti pergas, hodie regnum ac exercitum alteri tradam, efficiamq; ut iam grauius ac uerius quàm antè lugeas. Talibus uerbis Ioabus regi mœſtitiã excuſsit, eumq; ad curam reipub. adduxit. Sumpto enim habitu alio, quo gratior eſſet militi eius conſpectus, pro foribus portæ conſedit, ita ut hoc audito uniuerſus populus ad ſalutandum eum concurreret. Dum hæc ita geruntur, qui ex Abeſalomi exercitu cladi ſuperfuerunt, domum reuerſi nuncios oppidatim dimiſerunt, admonentes quantum beneficiorum à Dauide accepiſſent, & quomodo poſt multa ac magna bella in libertatem ab eo uindicati fuiſſent: & quàm iniquè hoc eiecto alteri regnum commiſiſſent. Itaque debere eos, extincto quem elegerant, Dauidem rogare, ut omiſſa ira in gratiam populum ſuum recipiat, & quemadmodum antea curam reipublicæ ſuſcipiat. De hac re crebri nuncij ueniebant ad regem: isque mox Sadoco & Abiatharo pontificibus per literas mandauit, ut principes tribus Iudæ compellent, turpe illis eſſe, alias tribus ante eos in regnum Dauidem reponere, maxime cum is tribulis ſit ac conſanguineus. pari modo Amaſam imperatorem eos alloqui iuſsit, quî fieret quòd cum eſſet ipſius

ſius ex ſorore nepos, exercitui nõ perſuaderet, ut Dauidi regnum in manus reddat. Sperandam autem illi nõ ſolum ueniam, quæ iam contigiſſet, uerum etiam uniuerſarum copiarum præfecturam, quam Abeſalomus ei conceſſerat. Pontifices uerò tum principes dictæ tribus ſunt alloquuti, tum Amaſam oſtentata regis pollicitatione in partes ipſius traduxerunt. Ac primum contribules Dauidis incunctanter per legatos eum in regnum reuocãt: quorum exemplo ſimul & Amaſæ autoritate moti cæteri Iſraelitæ & ipſi idem faciũt. atq; hæ legationes ad eum Hieroſolymis excipiendum confluebant. Sed ſingulare Iudæ tribus officium extitit, quæ uſq; Iordanem amnem illi occurrit. eódem præſto fuit Semeis filius Geræ, ſequentibus mille uiris è tribu Beniamitica: necnon Siba libertus Sauli comitatus quindecim filijs & ſeruis uiginti. Hi unà cum tribu Iudæ ponte ripas fluminis iunxerũt, ut rex cum ſuis abſq; negocio tranſire poſſet. Vt uerò ad Iordanem peruenit, ſalutatus eſt à tribu Iudæ: & Semeis in pontem progreſſus, accidensq́; ad regis pedes, rogabat ueniam commiſſorum, utq́; infenſus ſibi eſſe deſineret, neue recepta poteſtate in ſe primum animaduerteret: reputaretq́; id quoq;, quòd erroris pœnitẽtia ductus, primus ipſe reuertenti occurriſſet. In hunc modum ſupplicãti ac miſericordiam imploranti Abiſæus Ioabi frater: Satin hoc, inquit, putas ad effugiendum ſuppliciũ, quod maledico in regem diuinitus electum ore es commeritus? Tum rex ad eum uerſus: Deſinite Saruiæ filij, néue nouas turbas ac ſeditiones excitate. Sic enim uos exiſtimare uolo, hanc eſſe mihi aditialem regni diem. quamobrem iuro me omnibus omnẽ pœnam remittere, qui quocunq; modo in maieſtatem meam peccauerunt, neq; in quenquam ea de cauſa animaduerſurum eſſe. tu quoq; Semei bono animo eſto, nihil de ſupplicio ſollicitus. At ille adorato rege, cœpit eum præcedere. Poſt hæc Memphibоſthus Sauli nepos ei uenit obuiam, ſordidatus & promiſſo ac neglecto capillitio. ex quo enim rex profugerat, neq; comam totondit, neq; ueſtem purgauit, calamitatem eius non ſecus quàm propriam ferens: ad hæc à ſuo procuratore apud regem falſo delatus fuerat. Is poſt ſalutatum & adoratum regẽ interrogatus ab eo, qua de cauſa nõ ſimul exiſſet, ſocius fugæ futurus: reſpondit Sibam eſſe in culpa. Hunc iuſſum parare ad profectionem neceſſaria, uerba ſua non aliter quàm alicuius mancipij contempſiſſe. alioquin, inquit, ſi pedibus integris fuiſſem, & ad profectionem his uti potuiſſem, nunquam abs te relinqui paſſus fuiſſem. Nec cõtentus meam erga te domine pietatem impediſſe, inſuper malicioſe ac mendaciter me detulit. Sed bene noui quòd tua prudentia tales calumnias non admittat: quum ſis iuſtus, & deum ac ueritatem cui tantopere ſtudes diligas. Cum enim in grauiſsimis periculis aui mei temporibus uerſatus ſis, liceretq́; tibi de tota familia noſtra eo nomine pœnas ſumere, quę tua bonitas eſt ac modeſtia, omnes acceptas iniurias obliuioni tradidiſti, receti etiã tũ earũ memoria ſummã poteſtatẽ aſſecutus. præterea in amicorum ordinẽ allectum, & menſæ tuæ quotidianũ conuiuam adhibitum, nihilo deteriore cõditione q̃ unum quemuis è maxime neceſſarijs apud te eſſe uoluiſti. his auditis neq; Memphibоſthũ punire libuit, neq; an Siba calumniator fuerit cognoſcere. ſed præfatus cuncta ſe eius bona Sibæ largitũ,

ueniam

ueniam tamen illi & dimidiæ partis reſtitutionem promiſit. Tum Memphiboſthus:Habeat ſibi totum Siba,mihi ſatis eſt te in tuum regnum reſtitutum eſſe.Berzellæum deinde Galaditam uirum magnum ac bonum, cuius benignitate belli tempore adiutus fuerat,deducentem ſe Iordanem uſq;, rex rogauit ut ſimul Hieroſolyma proficiſceretur:pollicitus eum parentis loco ſe habiturum,nihilq; illi defore quo extremæ eius ætati refouendæ ſit opus.at ille excuſauit,rem domeſticam conuictui regio præferens: dicens ſe iam octuagenarium non poſſe regię uoluptatibus perfrui,iam de abſoluendo extremo uitæ actu & ſepultura ſollicitum:rogansq; ut ſibi cum bona regis gratia liceat ſuo more domi uiuere:quandoquidem iam per ætatem non amplius ullam è potu aut cibo uoluptatem capiat, & aures obturatas habeat ad ſonos tibiarum cæterorumq; inſtrumentorum, quibus aulici regij ſe oblectare ſolent. Quo ita inſtanter rogante: Te, inquit, dimitto: hunc uerò Achimanum filium mecum abire ſinito. Omnium enim bonorum meorum particeps erit. Tum Berzellæus relicto filio, & adorato rege, omniaq; fauſta illi precatus, domum eſt reuerſus. Dauid autem Galgala peruenit, iam dimidium totius populi circa ſe habens, & Iudæ tribum integram. Eò uenerunt ad illum primores eius regionis,ſequente magna hominũ multitudine: incuſabantq; Iudæ tribum, quòd inſcijs cæteris ad regem ſe contuliſſet, cui omnes ſimul unanimiter occurrere debuerint.Principes uerò tribus Iudæ rogabant ut æquo animo ferrẽt quòd præuenti eſſent.Exhibitum enim hoc officium propter cognationem, qua deuinctum ſibi ſeruentioribus ſtudijs proſequerentur. neq; enim ſe hac de cauſa ulla munera accepiſſe,ut meritò ægrè ferre debeant, ſerius ſe ad illum peruenisſe. Non tulerunt hoc dictum cæterarum tribuum principes: Demirantur, inquiunt,fratres, quòd regem uobis propriè cognatum uindicatis, ac ſi non omnium noſtrum cognatus ſit habendus, quem omnibus nobis ex æquo deus præeſſe uoluit:ergo cum totus populus undecim partes habeat, uos unicam, tantoq; potiores ſimus, præter æquum feciſtis, quòd nobis neſcientibus ad regem ueniſtis. In hac principum altercatione exortus eſt uir quidam malus ac ſeditioſus, Sabæus filius Bochoriæ, tribus Beniamitidis: qui ſublata uoce in medio multitudinis exclamauit:Non eſt nobis pars apud Dauidem, nec hæreditas apud Ieſſæi filium. Simulq; cornicine iuſſo canere bellicum, omnes relicto Dauide illum ſunt ſecuti,ſola Iudæ tribu circa eum manente, à qua mox in regiam Hieroſolymorum eſt deductus. Vbi concubinis cum quibus filius Abeſalomus cõgreſſus fuerat,in alias ædes traductis omnia benignè ut antè adminiſtrari iuſsit, ipſe uerò poſthac non amplius eis eſt uſus. Amaſam deinde exercitui præpoſuit, dignitate in hunc collata, quæ prius Ioabi fuerat: iuſsitq; ut collectis quantis poſſet è tribu Iudæ copijs poſt triduum ad ſe ueniret, ut eum tradito exercitu cum imperio contra Bochoriæ filium mitteret. Quo ad colligendum militem profecto, quum in ea re occupatior maturè non rediret: tertia die rex Ioabo dixit, non eſſe in rem publicam dilationem Sabæo concedi: ne fortè inſtructior factus plus damni det, plusque exhibeat negocij, quàm modo Abeſalomus exhibuiſſet.Non eſt, inquit, ulterius expectandum,ſed cum his quæ nunc ad manum ſunt copijs, & ſexcentorum cohorte,cum Abiſæo fra-

2.Reg.20

tre

tre hoſtem perſequere: & ubicunq; illum adeptus fueris, da operam ut prælio decernatur: & caue ne occupatis munitis urbibus multorum nobis certaminum & laborum materiam præbeat. Ioabus nihil cunctatus paruit, & aſſumpto fratre ac cohorte, reliquisq; qui tum Hieroſolymis aderãt militibus, contra Sabæum raptim exercitum ducit. Cumq; Gabaonem, qui uicus quadraginta ſtadijs à Hieroſolymis abeſt, perueniſſet, obuiam ei factus eſt Amaſa magnum exercitum adducens. Ibi Ioabus thorace munitus, accinctusque gladio, accedente ad complectendum Amaſa, de induſtria gladium ſibi è uagina elabi paſſus eſt: eoq; mox à terra ſublato, & altera manu barba Amaſæ ceu deoſculandi prehenſa, improuiſo ictu uentrẽ ei perfodit, hominemq; confecit: facinus ſanè impium, quòd bonum & cognatum iuuenem immerentem propter æmulationem ſummæ præfecturæ & regiæ gratiæ ſuſtulit. Hac enim de cauſa iam ante Abeneri quoque cædem perpetrauerat. Sed illud facinus propter honeſtum prætextum fraternæ ultionis dignius uenia uidebatur: in Amaſæ uerò cæde nihil tale habuit quod prætenderet. Cæſo autem imperatore pergebat ad Sabæum debellandum, uno relicto apud cadauer. hunc iuſsit proclamare ad exercitum, Amaſam iure cæſum meritas pœnas dediſſe: qui uerò partes regis fouerent, Ioabum & fratrem Abiſæum eius duces ſequi debere. Iacente uerò in uia corpore, & tota multitudine ad id confluente, & ut fieri ſolet cum admiratione circumſtante, cuſtos translatum illud in uillam quandam longe à uia remotam depoſuit, & ueſte contexit: quo facto omnes Ioabum ſunt ſecuti. Is quum per totam Iſraeliticam regionem Sabæum eſſet perſecutus, indicio cuiuſdam cognouit eum eſſe in munita quadam urbe, nomine Abelmachea. qua obſeſſa & circumuallata, iubet militẽ muros eius ſuffodere & euertere: ualde enim iraſcebatur quòd portas ei clauſiſſent. Mulier autem quædam honeſta & prudens, uidens patriam in extremo periculo, conſcenſis mœnibus Ioabum per milites ad colloquium euocat. qui poſtquam proceſsit: Deus, inquit, reges & imperatores creat, ut deletis Hebræorum hoſtibus in pace Iſraelitas contineant: tu uerò nulla in re læſus, primariam Iſraelitarũ urbem expugnatum ueniſti. Tum ille abominatus eius uerba, & meliorem ſibi mentem precatus, negauit ſe uel unum è plebe occiſum cupere, tantum abeſſe ut urbem tam egregiam exciſam uelit: & ſi ad ſupplicium dedatur Sabæus Bochoriæ filius, regi rebellis, omiſſa oppugnatione confeſtim ſe inde exercitum abducturum. His auditis mulier Ioabum rogat ut pauliſper ſuſtineat, pollicita illi caput hoſtis ſtatim è mœnibus deijciendum: moxque ad ciues reuerſa: Vultis, inquit, mali male perire cum liberis ac coniugibus propter hominem malum & ignotum, eúmque pro Dauide, cuius tanta in uos extant beneficia, regnare, & unam hanc urbem tam ualido exercitui reſiſtere? Quibus rebus perſuaſi, præciſo capite Sabæi, ad milites Ioabi hoc deijciunt: confeſtimque ſigno receptui dato dux obſidionem ſoluit: & Hieroſolyma reuerſus denuo uniuerſis copijs imperator præficitur. Banaias quoque ſatellitibus & ſexcentorum cohorti à rege præponitur. Adoramus quæſtor tributis recipiendis conſtituitur. Sabathes & Achilaus Commentarienſium fiunt principes. Suſa ſcribis præpoſitus, pontificatus quoque Sadoco & Abiatharo manſit.

Poſt

Poſt hæc fame regionẽ premente, rex ſupplex à deo petijt, ut populum miſeratus cauſam atq; remedium tanti mali oſtendere dignaretur. Reſponſum eſt per prophetas, poſtulare deum ut Gabaonitæ uindicentur, quos Saulus rex deceptos præter ius & fas interfecerat, & iuſiurandum quod illis olim Ieſus imperator & ſenatus iurauerat uiolauerat. Quamobrẽ ſi Gabaonitis pro cæſis ciuibus pœnas quas ipſi uoluerint exigere permittat rex, fore ut placatus deus populum è præſenti calamitate eximat. quod poſteaquam ex prophetarum relatione compertum eſt, accitis Gabaonitis percontatus eſt quid à ſe peterent: qui cum ſeptem è Sauli progenie depoſcerẽt ad ſupplicium, rex per quiſitos eis tradidit, Memphiboſtho tamen Ionathæ filio parcẽs. his acceptis Gabaonitæ, ut libitum eſt in eos animaduerterunt: confeſtimq; pluente deo terra poſito ſqualore ad priſtinam felicitatem redijt, populusq; copia rerum ut antè fruebatur. Aliquãto pòſt rex bello Palæſtinos adortus, & prælio cum eis congreſſus, dum uictos auidius perſequit, ultra cæteros ſolus eſt longius prouectus. hunc iam laſſulum conſpicit Acmon filius Araphi, unus è gigantum ſobole, indutus loricam circulis conſertam, & lanceam gerens trecẽtos ſiclos pendentem, accinctusq; gladio: & conuerſus è fuga haud dubiè confeciſſet regem, ni Abiſæus Ioabi frater repentè ſuperueniens eum protexiſſet iam proſtratum, & hoſtem trucidaſſet. quo regis periculo grauiter commotus eſt exercitus, & duces iureiurando eum deuinxerũt, ne in poſterum cum alijs intereſſet prælio, ne ſi propter fortitudinem & audaciam humanum aliquid ei contingeret, populus ea felicitate quam ex ipſius adminiſtratione percipiebat orbaretur. Cumq; poſt hanc pugnam Palæſtini ad Gazaram urbem conueniſſent, rex quamprimum hoc cognouit, exercitum contra eos confeſtim ire iuſsit. in hac expeditione egregiã laudem ob præclara facinora edita meruit Sobacchis Chetteus, unus è fortiſsimis Dauidis militibus. complures enim qui ſe de gigantum genere iactabant, & uiribus eximijs inſoleſcebant, orco tradidit, præcipuus autor uictoriæ quam tunc Hebræus de hoſte reportauit. Redintegrantibusq; bellum Palæſtinis, & nouo exercitu in eos miſſo à rege, optimè ſe geſsit Nephanus cognatus ipſius. ſingulari enim certamine cum fortiſsimo Palæſtinorũ cõgreſſus, occiſo illo effecit ut reliqui terga uerterent: multiq; hoſtiũ in ea pugna ſunt deſiderati. Nec ita multo pòſt rurſum caſtrametati ſunt ad quoddã oppidũ nõ procul Hebræorũ finibus: fuitq; in eo exercitu uir ſtatura cubitorũ ſex: cui ſeni digiti erant in manib. ac pedibus. Huic ex regis exercitu Ionathas Samæ filius ſolus ſe oppoſuit, ſtratoq; aduerſario maximum momentũ ad uictoriam attulit, & ipſe fortiſsimi uiri laudem retulit. nam & hic barbarus oriundum ſe à gigantibus iactabat. Hoc prelium cum gente fuit ultimum, non auſa poſtea ſe contra Iſraelitas mouere. Cæterum Dauid perfunctus iam bellis ac periculis, & in altiſsima pace degens, uario genere carminum odas & hymnos in honorem dei compoſuit, partim trimetro uerſu, partim pentametro: inſtrumentisq; muſicis comparatis docuit Leuitas ad pulſum eorũ laudes dei decantare, tam ſabbatis diebus, quàm in cæteris feſtiuitatibus. ſpecies autem inſtrumentorum hæ fuere: cinnyra decem chordis intenditur, & plectro pulſatur: nabla duodecim ſonos cõtinet, ſed digitis carpitur: cumq; his aderãt & cymbala ærea, bene magna atq; lata:

XII
2.Reg.21

2.Reg.22

quod

quod ſanè de prædictorũ inſtrumentorũ natura, ne prorſus ignorentur, di-
2.Reg.23 xiſſe ſufficit. Porrò rex fortiſsimos uiros circa ſe habuit; ſed maxime inſignes præclaris facinoribus xxxviii, quorũ quinq; tantum uirtutẽ cõmemorabo, facili ex his de reliquis cõiectura. tales enim erãt hi qui poſſent uel regiones ſubigere, uel magnas gẽtes debellare. Primus Iſſæmus filius Achemæi, q̃ nõ ſemel in aciẽ hoſtiũ irruẽs nõ prius à cæde abſtitit, q̃ nongẽtos occideret. Poſt hunc Eleazarus filius Dodeiæ, qui fuit cũ rege in Araſamo. hic in quodam prælio Iſraelitis multitudine hoſtium territis & in fugam uerſis, ſolus locum ſuum nõ deſeruit: & cõgreſſus cum hoſtibus multos interfecit, adeò ut cruore gladius eius ad dexterã adglutinaret: quo uiſo reuerſi in prælium Iſraelitæ cedentẽ iam hoſtẽ urgendo admirandã ac celebratam uictoriã retulerũt, Eleazaro ſternente, uulgo uerò militum proſtratos ſpoliante. Tertius erat Illi filius Sebas. hic quoq; cum bello Palæſtino in loco qui Maxilla dicitur, acies ex aduerſo conſtitiſſent, Hebræiq́; rurſum territi loco cederẽt, ſolus in aciei uicẽ hoſti ſe oppoſuit: & nõ paucis letho datis, reliquos impreſsionem eius non ſuſtinentes, & in fugã effuſos inſectatus eſt. Hæc fuerunt facinora quæ hi tres in prælijs ediderũt. Eo uerò tempore, quo rege Hieroſolymis agente Palæſtinorum exercitus uſq; ad urbem acceſsit, & dũ ille conſulturus deum de bello, arcẽ aſcendit, in ea ualle caſtra metatus eſt, quæ xx ſtadiorum ſpacio uſq; Bethlema pertinet: dicẽte ad amicos: ó q̃ bonam aquam habemus in patria mea, maxime in ciſterna portæ uicina: ó ſi quis eã mihi afferret, id certe mallem q̃ multũ argenti accipere: tres iſti his auditis eueſtigio excurrerũt, & cum per media hoſtium caſtra Bethlema perueniſſent, hauſta aqua per eandem uiam ad regẽ ſunt reuerſi, attonitis audacia tãta barbaris, nec auſis paucitatem eorũ contemnere. eam aquam rex bibere noluit, dicẽs periculo ſanguinis emptam, & ob hoc ſibi nõ cõuenire: ſed deo inde libauit, gratias agẽs pro uirorũ incolumitate. Poſt hos erat Ioabi frater Abiſæus, qui una die xx hoſtes interemit. Quintus Banaias, genere ſacerdos, hic prouocatus à duob. fratribus uirtute inter Moabitas illuſtribus, utrumq; confecit. Rurſum ex prouocatione cum miræ ſtaturæ Aegyptio certans, inermis cum armato, haſta ex ipſius manibus extorta hominem confodit: quo inſignior fuit uictoria, quòd adhuc uiuenti ademptis armis, prius eum ſpoliauit, mox proprijs armis occidit. Eſt & aliud eius facinus, quod iam dictis, quantum ad animoſitatem uel præferri poteſt, uel certe conferri. Quum enim ningeret, leo in quendam puteum illapſus eſt: cuius os quòd anguſtum eſſet, uidebat breui fore ut id niuibus oppleretur: atque ita deſperato exitu, & ſalute rugire occœpit. Banaias autem fortè fortuna iter faciens, accurrit ad rugitum beſtiæ: & cum deſcendiſſet in puteũ, repugnantem ictu baculi quem gerebat exanimauit. nec
xiii deteriores uirtute fuerunt reliqui triginta tres. Cæterum Dauid uolens
2.Reg.24 cognoſcere quantus millium numerus recenſeri poſſet in populo, oblitus præceptorum Moyſis, qui prædixerat quoties cenſeretur populus in ſingula eius capita pendẽdum deo ſemiſiclum, iuſsit Ioabum imperatorem ut iret ad cenſum peragendum. quo excuſante nihil opus eſſe, nihil motus coegit ſine mora ad imperata exequenda proficiſci. Ioabus autem aſſumptis ad hoc negocium principibus tribuum & ſcribis, obita tota Iſraelitarum regione, &

cognito

cognito quanta eſſet populi multitudo, poſt nouem menſes & uiginti dies Hieroſolyma reuerſus ad regem numerum ei populi reddidit, abſque tribu Beniamitica: quam nondum ad cenſum uocauerat, ſicut nec Leuiticam. Rex enim interim pœnituit, agnoſcens in deum ſe peccaſſe. Erat autem reliquorum Iſraelitarum numerus nongenta milia, duntaxat eorum qui ad militiam eſſent idonei. In Iudæ uerò tribu quadringenta milia cenſebantur. Prophetis deinde referentibus ad Dauidem quòd deum offendiſſet, ſupplex orare cœpit, ut propitius redditus facti huius daret ueniam. Qui exoratus Gadum prophetam ad eum miſit, tres optiones offerentem, ut ex his quam mallet eligeret, aut famem per ſeptennium duraturam, aut bellum per tres menſes iniquo marte cum hoſte gerendum, aut peſtilentiam per triduum inter Hebræos ſæuituram. Illo uerò hærente ac turbato propter difficilē inter hæc mala electionem, & propheta urgente ad celerem reſponſionē, ut deo renunciare poſſet: rex cogitās quòd ſi famem peteret, ſui magis quàm aliorum rationem habuiſſe uideri poſſet: quandoquidem ipſi nihil periculi eſſet multum frumēti in horreis habenti, illis non item: quòd ſi per tres menſes ab hoſte uinci elegiſſet, ſic quoq; ſibi conſuluiſſe, qui arces & fortiſsimā circa ſe cohortem haberet optauit malum regnantibus æquè ac regnatis commune, in quo omnibus par metus imminet: præfatus melius eſſe incidere in manus dei, quàm in manus hoſtium. Hæc ita ut audiuit propheta deo renunciante, peſtilentia in Hebræos ingruit, ita ut uarijs modis abſumerentur, nec facile eſſet morbum cognoſcere. Mors enim una erat, ſed plurimis & incompertis cauſis homines rapiebat. alius enim poſt alium efferebatur, & clanculum obrepens malum celeriter exitium afferebat. quidam enim repentè cum uehementi dolore, & amaro cruciatu animā exhalabant. alij paulo lentiore uexati malo ne curationē quidem ferre poterant, ſed inter officia medicorū exſpirabāt. alij ſubitò tenebris ob oculos obortis, ceu præfocati exanimabant. nōnulli interim dum aliquem domeſticorum funerant, ſepultura nondum abſoluta commoriebantur. quo factum eſt ut à matutina hora uſq; ad prandium hac peſte ſeptuaginta milia hominum ſint abſumpta. iamq; genius à deo miſſus Hieroſolyma petebat, eam quoque urbem ſimili malo afflicturus. Tum rex ſaccum indutus & humi proſtratus, ſupplex orabat deum ut peſtem ſedaret, & iam mortuis contentus de cætero quieſceret. inter has preces ſublatis oculis, cernens genium per aerem ſtricto gladio Hieroſolymā petentem, exclamat ad deum: ſe eſſe paſtorem pœna dignum, cæterum greges nihil commeruiſſe. Effunderet iram in ſe ac ſuam familiam, & innocenti populo parceret. Deus autem admiſſa ſupplicatione peſtem repulit: miſſoq; ad eum Gado prophetā, mandauit ut confeſtim aſcenderet in aream Oronnæ Iebuſæi, & exſtructo altari, inibi ſacrificaret: qui mandatum hoc non neglexit, ſed mox ad deſtinatum locum ſe contulit. Oronna uerò circa triturā frugum occupatus, ut regem unà cum omnibus filijs accedentem uidit, occurrēs adorauit eum. Erat autem genere quidem Iebuſæus, ſed inter præcipuos amicus Dauidis: quæ cauſa fuit ut capta urbe nihil illi moleſtum acciderit, quemadmodum ſuperius diximus. Hoc percontante, quamobrē herus ad ſeruum accederet, ait ſe uelle aream eius emere, ut in ea domino altare conſtrueret, & ſacra faceret. at

ille & aream & aratra & boues & holocautomata gratis largiri ſe dixit, precariq; ut deus libens ac propitius hoc ſacrificiū admittat. Rex uerò gratam ſibi eius ſimplicitatem ac magnanimitatē profeſſus, uoluit ut precium acciperet. Iniquum enim eſſe de gratuitis offerre ſacrificium. Oronna uerò dicente facturum ſe quicquid rex uellet, aream hanc de eo quinquaginta ſiclis emit: exſtructoq; ibi altari, ſacrificia & holocautomata ſuper eo perfecit, & hoſtias pacificas obtulit. quo feſto deus placatus, propitius ut antè eſt redditus. Erat aūt is locus in quem olim Abrahamus filium ut holocautoma faceret adduxerat, & cum iamiam iugulandus eſſet puer, aries repentè aſtans altari apparuerat: qui pueri uice fuerat mactatus, ut iam antè ſcripſimus. Dauid autem cum animaduertiſſet ſe exauditum, & gratum fuiſſe ſacrificiū, decreuit totum illum locum altare uniuerſi populi appellare, & deo templum ibi exædificari: quā eius uocem deus in futurum ratam eſſe uoluit. mox enim propheta ad eum miſſo, illic templum exſtruendum prædixit à filio, quem regni ſucceſſorē eſſet relicturus. Poſt hanc prophetiam iuſsit rex numerari inquilinos, & inuenta ſunt eorum centum octuaginta milia. ex his conſtituit lapidarum octuaginta milia: reliquos ad conuehendos lapides deputauit, ex quibus tria milia & quingentos operarijs præfecit. magnam quoque uim ferri ac æris ad horum operum uſum congeſsit: materiemq; cedrinam multam & prægrandem, Tyrijs & Sidonijs hanc ſuppeditantibus, à quibus huius copiam impetrauerat. dicebatq; ſuis amicis, hæc ideo ſe apparare, ut filio ſucceſſuro materiam ad ædificandum relinqueret, & nō tum demū eam comportare neceſſe habeat, adhue per ætatem rudis talium negociorum, ſed omnibus in promptu ſitis facile opus perſoluat. XIIII

Dauid ſe uiuente Solomonem filium ſuum regnum auſpicari uoluit. Cap. XI

ACcito deinde Solomoni filio mandauit, ut quamprimū regnum adeptus eſſet, templum deo conſtrueret, dicens ſe id uoluiſſe quidem, ſed oraculo prohibitum, quòd propter crebra bella cruētus haberetur: prædictumq; ſibi id ædificiū à fatis deſtinatū filiorum natu minimo, qui Solomon eſſet appellandus: quem non aliter quàm filium patri, ipſi deo curæ futurum: atq; etiam totā Hebræorum regionē hoc principe felicem fore, & inter cætera bona id quod omniū eſt potiſsimum, pacem habituram, utpote alienam non tantum ab externis bellis, uerumetiam ab inteſtinis ſeditionibus. Ergo, inquit, quādoquidem à deo deſignatus es rex, antequam natus, da operā ut alioquin etiam dignus ſis eius prouidentia, pietatem colens & iuſtitiam atq; fortitudinem, & præcepta eius legesq; per Moyſem traditas obſeruans, & ab alijs eas uiolari non permittens: & inſuper templum quod te regnāte ſtrui ſibi uoluit, cura ut ſicut debes ei reddas, nihil deterritus operis magnitudine. omnia enim ante obitum parata tibi relinquā. Scito ſanè auri quidem collecta decem milia, argenti uerò talentorū centum milia: æris item ac ferri tantum congeſsi, quantum uix numero comprehendi poſsit: & adhæc lapidum ac lignorū materiam copioſiſsimam. Habes præterea multa milia fabrorum lignariorum & cæmentariorum: & ſi quid his defuerit, tu ſupplebis. Quapropter hoc opere abſoluto carus eris deo, eumque perpetuum protectorem habebis. Poſt hæc adhortatus eſt principes populi;

ut

ut in ea ſtructura filiũ adiutarent,& ſecuri de omnibus aduerſantibus,cultui tantum diuino uacarẽt.percepturos enim pro hoc pacem & bonum ac legitimum reipublicæ ſtatum,quæ pręmia pijs ac iuſtis deus ſolet reddere.Poſtquã autem abſolutum fuerit templum,iuſsit arcam in eo reponi, cæteramq; ſacrã ſupellectilem,cuius receptaculo iam pridem templum debuerat exſtrui, niſi patres mandatum dei neglexiſſent,qui præceperat ut quamprimum hoſtilem terram occupaſſent,templum illi exædificarent. Hæ fuerunt Dauidis adhortationes,tam ad filium,quàm ad principes. Prægrauante autem iam ſenio,& corpore per ætatem frigeſcente, alſioſus factus eſt, ut ne iniectis quidem multis ſtragulis calefieret:cumq; ex communi medicorum conſilio decretum eſſet,ut lectiſsima è formoſis totius regionis uirginibus cum rege cubaret:hoc enim fore contra frigus remedium,fouente eum puella : inuẽta eſt in urbe una fœmina omnium eius ætatis pulcherrima, Abiſace nomine,quæ cum rege cubitans,nihil aliud quàm recalfaciebat eum : iam enim præ ſenio ad uenereas res elanguerat.ſed de hac uirgine paulo poſt incidet mentio. Cæterum quartus filius Dauidis iuuenis pulcher & magnus, ex uxore Aegiſtha ei natus,nomine Adonias, Abeſalomo quod ambitionem attinet ſimilis,de occupando regno cogitare cœpit,& cum amicis egit ut ſibi principatum deferrent:parauitq; ſibi currus multos & equos,& quinquaginta uiros ſtipatores:id quod pater uidens,nec obiurgauit eum,nec compeſcuit, ac ne ſcitatus quidem eſt, quid ſibi uellet talis apparatus. Adiutores autem habebat Adonias Ioabum imperatorem & põtificem Abiatharum. Soli autem conatibus eius reſiſtebant,põtifex Sadochus & propheta Nathan,& Banaias præfectus ſatellitum,& Semeis Dauidis amicus,& manus fortiſsimorum. Porrò Adonias paratis in ſuburbano epulis,ad fontẽ qui eſt in hortis regijs, & inuitatis illuc omnibus fratribus excepto Solomone, aſſumpſit ſecum & imperatorẽ Ioabum & Abiatharum & principes tribus Iudæ. Eos uerò qui pontificis & Nathanis prophetæ & Banaiæ ſatellitum præfecti partium erant ad hoc conuiuiũ nõ uocauit.Hoc Solomonis matri Bethſabæ propheta Nathan indicauit,Adoniam regnare inſciente Dauide:ſuaſitq; ut tam propriæ ſaluti,quàm filij regno conſuleret: ingreſſaq; ad Dauidem ſola diceret ei, quòd ipſe quidem iuraſſet poſt ſe regnaturum Solomonem, & interim Adonias regnum occupaſſet.Hæc loquenti cum rege ſe quoq; ſuperuenturum propheta pollicitus eſt,& uerbis eius teſtem futurum. Paruit Bethſabe,& regem adijt. Quo adorato,impetrataq; dicendi copia, omnia ſicut propheta ſubmonuerat indicauit,expoſuitq; ordine quemadmodum Adonias epulum adornauerit,& Abiatharum pontificem Ioabumq; principem exercitus uocauerit, & filios regios abſq; Solomone ac eius neceſſarijs amicis.addebat etiam totum populum ſuſpenſum expectare, quemnam eſſet ſucceſſorem declaraturus : ut cogitet rogans, quòd ſe defuncto mori neceſſe eſſet tam ipſam quàm Solomonem filium.Adhuc ea loquẽte cubicularij nunciant Nathanem ueniſſe ut regem uiſeret:ſtatimq; admiſſus percontabatur,num hodie regem declaret Adoniam,& principatũ ſuum in illum transferat.Parato enim ſplendido conuiuio,uocatos ab eo filios eius omnes excepto Solomone,& præter hos Ioa-

xv
3.Reg.1

bum imperatorem: hos omnes ſuauiter epulantes cum plauſu & alacritate fauſtis acclamationibus perpetuum imperium nouo regi ominari. Sed neq; me, inquit, uocauit, neq; Sadocum pontificē aut Banaiam ſatellitio tuo præpoſitum. quare æquū eſt ut ab omnibus ſciatur, num hæc gerantur ex tua ſententia. His auditis rex iubet acciri Bethſaben, exceſſerat enim cubiculo propheta ueniēte. qua introgreſſa: Iuro, inquit, tibi maximū deum, regnaturum tuum filium, ut iam antè iuraui, eumq; in ſolio meo ſeſſurū, idq; hac ipſa die. Ad quę uerba cum mulier adorato rege longā ei uitā eſſet precata, Sadocum accerſit pontificē, & Banaiam præfectum ſatellitū: quibus mox uenientibus iubet ut aſſumpto Nathane propheta & cohorte regia, impoſitoq; filio ipſius Solomone in mulam regiam, extra urbem illum deducerēt ad fontem qui uocatur Gion: unctumq; ſacro oleo regem declararēt. hoc autem munus Sadoco pontifici & Nathani prophetæ iniunxit: mādauitq; ut inuecto per mediam urbem præcinente tubicine proſequentium multitudo acclamaret: In æternum Solomon rex in ſolio regio ſedeat: ut notum fiat uniuerſo populo, regem eum à patre declaratum. Solomoni uerò præcepta imperādi dedit, ut iuſtè ac piè præſit tum Iudæ tribui, tum uniuerſo Hebræorum populo. Poſt hæc Banaias deum Solomoni propitium fieri precatus, cum cæteris ſine mora eum in regiam mulam imponit: & deductū extra urbem ad fontem, oleoq; unctum, rurſum in eam cum fauſtis acclamationibus introducūt, ut multos annos in hoc principatu feliciter exigat: moxq; adductum in regiam in ſolio paterno collocant. quo facto populus totus ad conuiuia feſtiuitatemq; animum aduertit, choris & tibijs ſeſe oblectans, ut præ cōcentu inſtrumentorū terra ſimul ac aer reſonaret. Vt uerò has uoces Adonias & eius cōuiuæ audiuere, uehemēter ſunt perturbati: & Ioabus imperator negauit ſibi placere uel ſonitum illum uel tubam. Cumq; nemo frueretur appoſitis, ſed omnes cogitabundi accumberent, accurrit ad eos pontificis Abiathari filius Ionathas: & cum Adonias libenter uiſum iuuenem bonum nunciū ominatus eſſet, ordine illis rem totam de Solomone & regis uoluntatē expoſuit. quo audito propripiunt ſe omnes è conuiuio, & ſuam quiſq; domum diffugiunt. Adonias autem ueritus ne rex factum eius iniquo animo ferret, ſupplex ad altare confugit, & hoc apprehenſo ſe tutabatur. quod ubi ad Solomonem eſt perlatum, quodq; rogaret fidem ſibi dari de obliuione huius iniuriæ, & ſecuritate impunitatis: clemēter ſimul ac prudēter præteriti quidē errati ueniam ei cōceſſit, ſed præmonito ut caueret in poſterum: alioqui ſi amplius aliquid nouare deprehenderetur, ipſum ſibi cauſam exitij futurum. miſit deinde qui illum ex aſylo educerent. qui cum ueniſſet, nouumq; regem adoraſſet: iuſsit eum domum ſuam abire nihil ſolicitum, ac in reliquum curare ut uir bonus ſit, quandoquidem hoc ipſi maxime expediat. Dauid autem uolens eum totius populi regem declarare, conuocat principes Hieroſolyma, unà cum ſacerdotibus ac Leuitis. quibus recenſitis inuenit eorum qui trigeſimum annum excederent XXXVIII milia: ex quibus deſignauit curatores ædificij templi ter mille ſupra uiginti milia: iudices uerò populi & ſcribas eorum ſex milia: ianitorū uerò domus dei quatuor milia: tantundemq; eorū qui hymnos deo ca-

ner ent

nerent, & instrumẽtis musicis à Dauide ut diximus in hoc præparatis uterentur. Hos diuisit in cognationes, & separatis à reliqua tribu sacerdotibus, uigintiquatuor eorũ cõgnationes inuenit: ex Eleazari familia sexdecim, ex Ithamari octo. instituitq; ut una cognatio ministraret deo per dies octo, à sabbato usq; sabbatum: atq; ita sortitio facta est omnium cognationũ in præsentia Dauidis & Sadoci ac Abiathari pontificum & omnium principum. & cuius prima sors exijt, descripta est cognatio prima, & post hãc secũda, deincepsq; usq; uigesimamquartam: quæ quidem diuisio durat usq; in hodiernũ diem. Leuiticam quoq; tribum in partes uigintiquatuor diuisit: & sortitione facta, & illis quemadmodum sacerdotibus octoni ministerij dies obuenerũt. Præcipuus autem honos Moysis posteris est habitus. Constituit enim eos custodes thesaurorum dei, & donariorum quæ reges solent dedicare. instituitq; ut uniuersa Leuitarũ tribus & sacerdotes per suas quisq; uices interdiu noctuq; circa cultum diuini numinis uersarentur, sicut olim à Moyse præscriptũ fuerat. Post hæc totas copias in duodecim partes digessit, eisq; tribunos, centuriones & præfectos asignauit: continebat quæq; pars milia uigintiquatuor: uoluitq; ut singulæ singulis mensibus stationẽ agerent circa regiam Solomonis, unà cum tribunis suis ac centurionibus: & cuiq; suum ducem præfecit, uirum iustum & spectatæ bonitatis. quin & thesauris & uicis & agris, eorumq; cultoribus, & armentis cum suis pastoribus præfectos attribuit, quos nominatim recensere necesse nõ habeo. Postquam autem omnia sicut diximus ordinauit, aduocatis in cõcionem magistratibus Hebræorum & tribuum principibus, & ducibus quos singulis exercitus sui partibus præposuerat, adhæc omnibus qui negocijs & facultatibus regijs præerant, è suggestu celsiore in hunc modum multitudinem est allocutus: Fratres & populares, notum uobis esse uolo, quòd cum uoluissem templum exstruere, multum auri eum in usum & argenti centum milia talentorum comparaui. sed deus ipse per prophetam Nathanem me uetuit, eo quòd bellis quæ pro libertate uestra gessi, dextram hostili cruore contaminauerim: & filium meum regniq; successorẽ templum sibi iussit exstruere. Nunc igitur quandoquidem scitis quòd etiam maiores nostri Iacobi filij cùm duodecim essent, Iudas tamen consensu omnium principatum obtinuit, & mihi cùm sex fratres essent, posthabitis illis deum ad me regnum detulisse, nec eorum quenquam id factum iniquè tulisse: ita ego quoq; postulo, ut Solomone imperium consecuto, cæteri mei filij nec cõtra illum nec inter se inuicem seditiones agitent, sed sciẽtes hunc diuinitus electum, libenter eius dominio sint subiecti. Cum enim æquum sit si deus ita uelit uel externos ferre dominos, quãto magis gratulari & fauere decet fratri, non secus quàm eiusdem honoris participes. Ego sanè nihil magis in uotis habeo quàm ut promissiones dei deducãtur ad effectum, & felicitas quę hanc regionem sub Solomonis regno manet, quamprimum totam eam occupet, & in perpetuũ in ea duret. Quod quidem dubio procul ita futurum est, & omnia recte eueniẽt, si tu fili mi pietatis & iustitiæ, patriarumq; legum custodem geras: alioquin si hæ nõ seruentur, nihil nisi triste est expectandũ. Hoc sermone finito inspectãtibus omnibus Solomoni templi descriptionẽ ac formã dedit, in qua fundamenta & cellæ tam inferiores quàm superiores,

earumq; numerus & quantitas ac capacitas deſignabatur: tum quo pondere quæq; uaſa tam aurea quàm argẽtea fieri deberent præfiniuit, hortatusq; eſt eum ut ſummam diligentiam ad hoc opus adhiberet: ſimulq; principes & tribum Leuiticam, ut eum adiuuarent, tum propter ætatem nondum ſat maturam, tum quia diuinitus & ad regnum eſſet electus, & ad templum ædificandum. quam quidem fabricam nequaquã fore difficilem, præparata per ſe iam antè materia, multis auri talentis, plurimis item argẽti, & trabibus fabrorũq; ac cæmentariorum multitudine, & ſmaragdis alijsq; omnis generis gemmis. Poſtremò nunc ſe in hunc uſum ex proprio fiſco erogare alia tria milia talentorum auri puriſsimi, ad exornandum adytum & currum dei cherubinos, quos oporteret ſupra arcam ſtare eamq; protegere. Poſtquam autem Dauid finem loquendi fecit, ſecuta eſt magna alacritas principum & ſacerdotum, & tribus Leuiticæ, de ſuo quoq; cõferentium, & multa liberaliter ac magnificè pollicentiũ. obtulerũt enim ſe contributuros talentorũ auri quinq; milia, & ſtateres decem mille. argẽti uerò centũ milia, ferri quoq; talentorũ multa milia. & ſi cui lapillus aliqs erat precioſus, afferebat & tradebat in theſauros reponendũ: quorũ curæ præpoſitus erat unus è Moyſis poſteris nomine Ialus. Ea res magna uoluptate affecit totũ populum, & maxime Dauid uiſa principum ac ſacerdotum reliquorumq; omniũ promptitudine, elata uoce deum laudauit, patrem ac conditorẽ huius uniuerſitatis appellitãs, fabricatoremq; rerum tam humanarum quàm diuinarum, & præſidem ac gubernatorem generis Hebræorum, eorumq; felicitatis & regni ab ipſo ſibi cõmiſsi. Poſt hæc precatus omni populo bona omnia, priuatimq; filio mentẽ bonam & iuſtã, omniq; uirtute præditam: iuſsit ut populus quoque deo laudes perſolueret. Illi uerò proſtrati humi deum adorauerũt: uerſi deinde ad Dauidem, pro omnibus ei bonis, quæ ipſo regnante perceperant, gratias egerunt. Sequenti uerò die ſacrificia ſunt inſtaurata, mille uitulis, mille arietibus, mille agnis in holocautoma oblatis: ad pacifica quoq; ſacrificia multis milibus uictimarũ mactatis: & tota ea die rex unà cum omni populo feſtiuitati operam dedit: Solomonq; denuo eſt inunctus & legitimus rex declaratus: ſimulq; Sadocus pontifex totius multitudinis deſignatus. Deducto deinde in regiam Solomone, & in ſolio paterno collocato, ex ea die in poſterum obedientes ei fuerunt.

Mors Dauidis, & quantum filio ad ſtructuram templi reliquerit. Cap. XII

XVI 3. Reg. 2

PAulo autem poſt Dauid accedẽte ad ſenium morbo, uidens iam inſtare ſibi mortem, accito Solomone ſic illum eſt affatus: Egò, fili, fato uocante ad patres meos abeo, & uiam omnibus qui nunc ſunt, quiúe pòſt erunt communem ingredior: quam remetiri nõ licebit, nec quid in hac uita geratur reuiſere. Quapropter uiuens adhuc & morti uicinus iterum atque iterum te moneo quæ & antè conſului, ut iuſtus ſis erga ſubditos, & pius erga deum qui te hoc regno cohoneſtauit: utque cuſtodias præcepta eius & leges, quas nobis per Moyſem demiſit: & caue ne uel gratia uel aſſentatione aut cupiditate aliáue affectione ad neglectum earum deflectas. Nequaquam enim dei fauorem poteris retinere, niſi ſeruatis eius legibus, alioqui ſuam prouidentiam à te auertet. Quòd ſi talem erga te eum exhibueris, qualem decet, & qualem optamus, efficies ut regnum in familia noſtra

ſtrr maneat, & nulla unquam alia domus præter noſtram in Hebræos dominationem obtineat. Memento etiam iniquitatis Ioabi, qui propter æmulatiõnem duos duces iuſtos ac bonos interemit, Abenerũ Neri filium, & Amaſam filium Iethranis. in eum tuo arbitratu animaduertes, quandoquidem hactenus pœnam euaſit, quòd meipſo eſſet potẽtior. Cõmendo tibi etiam Berzellæi Galaditæ filios, quos mea cauſa omni honore ac ſtudio proſequeris, non conferens in eos beneficium, ſed referens, pro officijs quæ pater illorũ in me exulem liberaliter congeſsit, & per quæ nos ſibi debitores effecit, præterea Geræ filium Semeim Beniamitam, qui me pulſum multis affecit conuitijs quando Caſtrum petebam, moxq; ad Iordanem occurrens fidem incolumitatis tunc à me impetrauit, nunc occaſionem rationabilem nactus punito. His mandatis filio de Repub. & amicis, & eis quos punitos uolebat, exſpirauit, exactis ſeptuaginta uitæ annis, poſtquam regnaſſet apud Hebronẽ tribui Iudæ imperitans annos ſeptẽ, & menſes ſex, Hieroſolymis uero uniuerſæ regionis rex annos triginta tres, uir optimus, & omnibus uirtutibus præditus, quas regem tot gentium incolumitati proſpicientem habere oportebat. Nam fortis erat ut nemo alius, & in certaminibus pro ſubiectorũ tutela ſuſceptis primus ſe periculis obijciebat, exemplo ſuo militem ad præclara facinora excitans, & non tanquam dominus pro imperio ad officium cogens. Idem in conſilijs prudentiſsimus, & egregiè callens quid in preſens, quid ue in futurum conduceret. adhæc ſobrius, mitis, benignus erga calamitoſos, iuſtus, humanus, quæ quidem præcipuæ ſunt regum uirtutes. nec in tanta poteſtate unquam ab æquitate deflexit, niſi quod ad Vriæ uxorem attinet. Tantas præterea diuitias hæredi reliquit, quantas nullus alius rex uel Hebræorũ uel aliarum gentium. Sepeliuit autem eum filius Solomon Hieroſolymis magnifice, præter ſolennia illa in regum funeribus, inlatis etiam in monumentum eius maximis diuitijs, quarum magnitudinem facile ſit cõiectare ex hoc quod dicemus. Nam poſt annos M C C C Hyrcanus pontifex oppugnatus ab Antiocho, cognomine Pio, Demetrij filio, uolens pecuniã ei dare, ut abducto exercitu obſidionẽ ſolueret, nec ualens aliunde ſumere, aperta cella monumenti Dauidis, & prolatis inde tribus talentorũ millibus, eorumq; parte Antiocho numerata, oppugnationis periculo ſe exemit, ſicut & alibi indicauimus. Ac rurſum poſt multos annos elapſos Herodes rex alia cella aperta magnam pecuniam ſuſtulit. ad loculos tamen qui regum cineres continẽt, neuter eorum peruenit. ſingulari enim arte ita erant ſub terram conditi, ut ab ingredientibus monumentum inueniri nequirent. Sed de his hactenus dixiſſe ſufficit.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER OCTAVVS.

Quomodo Solomon regnum adeptus inimicos expulit. Cap. I

3. Reg. 2

E Dauide igitur & eius uirtute, quantorumq; bonorum suæ gẽti autor fuerit, & quantis bellis feliciter gestis senio confectus decesserit, in proximo uolumine docuimus. Cæterũ posteaquam Solomon eius filius, ætate etiam tum iuuenis, regnum adeptus ex sententia patris & decreto diuini numinis in solio consedit, populus quidem totus, ut nouis regibus solet, faustis acclamationibus precatus est ei perpetuam rerũ felicitatem, & post regnũ bene administratũ diuturnam senectutem. Adonias uero qui etiam uiuente patre occupare conatus est regnũ, accessit ad regis matrẽ, eamq; blande salutauit. Qua quærente nunquid uenisset q̃ opera sua opus haberet, omniaq; benigne pollicente; orsus est dicere, ipsam quoq; nosse, q̃ tam ætatis prærogatiua, quàm populi consensu regnum sibi deberetur. sed quoniam deo uisum sit id transferre in filiũ eius Solomonẽ, se quoq; libẽter ferre illius dominationẽ, & contentũ esse præsenti cõditione. rogauit deinde ut apud fratrẽ pro se intercederet, eiq; persuaderet ut bona eius pace liceat sibi ducere Abisacen cum patre cubare solitam. Esse enim adhuc uirginẽ, quòd pater præ senio congredi cum ea non ualuisset. Bethsabe uero promisit operam suam in hoc negotio, & de hoc coniugio bene eum sperare uoluit, tum q̃ rex ultro fratri gratificari cuperet, tum quòd eò preces matris essent accessuræ: atq; ita plenum spe hominẽ dimisit: moxq; ipsa ad filiũ properauit, colloquutura de eo quod Adoniæ petenti promiserat. cui cum rex occurrisset, complexuq; eam excepisset, deducta in cubiculum in quo tum erat regia sella, sedit, iussitq; alteram matri à dextris poni. Quæ postquam consedit, Vnam, inquit, gratiam fili petenti mihi annue, neque tuo renutu tristiorem facias. Respondit ille, iuberet quicquid uellet, pium enim esse, matri quidlibet concedere: nec oportuisse eam sic præfari, ac si negaturum suspicaretur, sed certam impetrandi spem habere. tum illa rogat, ut uirginem Abisacen Adoniæ fratri nuptum tradat. At rex iratus dimisit matrem, dicens Adoniam maiora moliri, mirariq; se quòd non eadem opera postularet, ut regnum ei tanquam natu grandiori cederet, quando Abisacæ coniugium expetat, habens amicos potentes, Ioabum imperatorem copiarum & Abiatharum sacerdotem. Móx que accito Banaia præfecto satellitum, mandauit ei ut Adoniam fratrem interficeret. Vocato deinde Abiatharo sacerdote, Te, inquit, supplicio eximunt tum alij labores acti cum meo patre, tum illud præcipuè, quòd unà cum eo arcam transtulisti. Hęc autem pœna tibi erit Adoniæ partes sequuto, ut neque hic maneas, neque in conspectum meum uenias: sed abi in patriam tuam, & illic ruri uiue, atque ibi usq; ad mortem

tem dege, quandoquidem talia cõmiſiſti propter quæ indignus es ut honoribus fruaris. Ob hanc itaque cauſam ablatus eſt ſacerdotalis honor à domo Ithamari, ſicut deus Eli prædixerat auo Abiathari, & translatus eſt in genus Phineeſsis ad Sadocum. Cæterum eo tempore quo pontificatus in Ithamari domo fuit, poſt Elim primum ex ea familia pontificem, ex Phineeſsis gente priuatam uitam egerunt hi: filius Ioſephi pontificis Boccias, & huius Ioathamus, Ioathami uero Maræothus, & Maræothi Arophæus, Arophæi Achitobus, cuius fuit Sadocus, qui primus Dauide regnante pontifex eſt creatus. Porrò Ioabus imperator audita nece Adoniæ, ualde extimuit. eius enim amicitiam magis quàm regis coluerat, & ideo non immeritò male ſuſpicans ad altare confugit, impunitatem ſe inde quęſiturum exiſtimans, propter notam regis erga deum pietatem. Qui poſteaquam de Ioabo renuntiatum eſt, miſit Banaiam qui citaret eum ad ſuum tribunal cauſam dicturum. Ioabus autem negabat ſe fanum relicturum, ſed ibi potius quàm aliàs moriturũ. Hoc eius reſponſo per Banaiam accepto rex iuſsit ut inibi caput eius ita ut uellet abſcideretur, & hanc pœnam lueret pro duobus imperatoribus, quos cõtra omne fas ac nefas peremerat. Corpus uero ſepeliri, ut peccata eius apud poſteros manerent, ipſe uero ac pater innocentes eſſent quod ad Ioabi mortẽ attinet. Banaias uero exſequutus mandatũ, ipſe in imperium copiarũ ei ſucceſſit. Poſt hæc abrogato Abiatharo pontificatu, rex ſolum Sadocum id ſacerdotiũ obtinere uoluit. Semei deinde imperauit, domo Hieroſolymis exſtructa inibi apud ſe manere, interdicto Cedronis torrentis tranſitu: aut ſi ſecus fecerit eſſe capite mulctandum. nec contentus interminatione, iureiurando hominẽ ad id mandatum ſeruandum adegit. Semeis uero profeſſus ſibi gratiſsimum hoc regium mandatum, & iuratus facturum ſe imperata, patria relicta Hieroſolymis domicilium habuit. Triennio dein exacto, cum audiſſet duos fugitiuos ſuos apud Gittam agere, retracturus eos illuc proficiſcitur. Rex autem poſteaquam intellexit eum unà cum illis reuerſum, ęgre tulit non præſcriptum modò ſuum contemptim habitum, ſed ſacramentum etiam dei uiolatum. Accitoq; mox, Nónne tu, inquit, iuraſti te nunquam me derelicturum, neq; ex hac urbe in aliam cõmeaturum? non euades pœnam periurij, uir peſsime, ſed lues etiam illa quæ olim per petulantiam in patrẽ meum eiectum es debacchatus: ut ſcias quòd nihil lucrentur nocentes etiam ſi nõ ſtatim poſt peccatum puniãtur, ſed per omne tempus quo propter impunitatẽ ſecuri ſibi uidentur, creſcit illorum pœna quam iamdudum ſunt promeriti. atque ita Semeim iuſſu regis Banaias interfecit. Solomon autem ſublatis iam inimicis, regnoq; conſtabilito, Pharaonis Aegyptiorum regis filiam duxit uxorem: inſtauratisq; Hieroſolymorum mœnibus maioribus multo & munitioribus, in tranquilliſsima pace Rempublicam deinde adminiſtrauit, nihil impeditus iuuenili ætate, quo minus uel iuſtitiam coleret, & leges cuſtodiret, uel mandata, quæ à patre morituro acceperat, exſequeretur: ſed non ſecus ac ſi grandis natu eſſet, maturæq; iam prudentiæ, omnibus rebus diligentiſsimè proſpiciebat. 11 3. Reg. 3

De ſapientia

De ſapientia Solomonis & prudentia & diuitijs, quodq; primus Hieroſolymis templum ædificauit. Cap. II

NIſum eſt autem ei Hebronem petere, & ſuper altare æreũ à Moyſe fabricatum ſacrificare, mille uictimarum holocautomatis cæleſti numini oblatis: qui honor deo fuit acceptiſsimus. illa ipſa enim nocte cum in ſomnis ei conſpiciendum ſe prębuiſſet, iuſsit eum poſtulare quicquid donorũ pro hac pietate rependi ſibi cuperet. Solomon uero pulcherrimum quiddam ac maximum petijt, quod & deus libentiſsimè largitur, et homini eſt utiliſsimum. Non enim aurum aut argentum aut alias id genus diuitias ut homo iuuenis petijt. nam hæc ſola uulgo hominum uidentur expetenda, hæc ſola diuina munificẽtia digna. Sed da mihi, inquit, domine mentem ſanam, & intellectum bonum, ut his acceptis populum hunc uere ac iuſtè iudicare ualeam. Hac poſtulatiõe delectatus deus, pollicitus eſt ſe etiã alia quæ non petierat, additurum, diuitias & gloriam, ſed ante omnia talem intellectũ ac ſapientiam, qualem antehac nemo habuerit uel regum uel priuatorum. Adhæc conſeruaturum regnum in eius familia per multas ætates, modò iuſtus eſſe pergat, deóq; per omnia parere, & paternis ueſtigijs incedere, præcipuas eius uirtutes imitãdo. His diuinitus auditis Solomon è ſtratis ſe proripit. & adorato deo Hieroſolyma eſt reuerſus: & mactatis ante tabernaculum plurimis uictimis, epulum omnibus ſuis exhibuit. Per eoſdem dies iudicium ad eum delatum eſt arduum, cuius exitum inuenire fuit difficile. Rem autem controuerſam de qua lis erat, neceſſarium duxi indicare, ut qui hęc legent difficultatem decernendi intelligant: & ſi quando tale quippiam inciderit, ad exemplar ſolertiæ regiæ difficultatem diſquirendi ſibi comparent. Duæ mulieres quæſtus meretricij uenerũt ad eum, quarum altera quæ iniuriam pati uidebatur, ſic eſt exorſa. Ego, Rex, & mulier hęc habitamus in eodem cubiculo. Accidit autem ut ambæ eadẽ die, eademq; hora infantes maſculos pareremus. Poſt triduum iſta iuxtà cubantem ſuum infantem per ſomnum oppreſsit, & ſublato è meo gremio infante meo, mortuum illum dormienti mihi in ſinum impoſuit. Illuceſcente die mammam præbere uolens infanti, meum nõ inueni, ſed iſtius mortuũ uidi iuxta me iacentem: id quod certiſsimis indicijs deprehendi. & quia repetens meum filium nihil profeci, ad tuum auxilium domine confugi. nam quia propter ſolitudinem nemo eſt qui coarguat, pertinaciter quod meum eſt abnegat. Tum rex interrogat alteram, ecquid habeat quod accuſationi huius opponat. Illa negante ſe hoc feciſſe, & aſſeuerante ſuum eſſe ſuperſtitem infantem, alterius uero mortuum: nemine quę inueniente quid decerni poſſet, ſed omnibus ut in re obſcuriſsima cæcutientibus, ſolus Rex tale quiddam excogitauit. Iuſsis afferri infantibus, tam uiuo quàm mortuo, uocat quendam è ſatellitibus, imperatq; ut ſtricto gladio puerum utrumque ſecet in duas partes: quo utraque dimidium accipiat tam uiui quàm mortui. Hanc ſententiam totus populus tacite damnabat ut puerilem: ſed interim cum uera mater exclamaſſet, non ita faciendum, ſed potius alteri addicendum infantem: ſibi enim ſat

eſſe

eſſe ſi uiuũ uideat, etiã ſi alienus exiſtimetur: altera uero parata eſſet, ex alieno dolore crudelem uoluptatẽ caperet: animaduertens rex has poſtremas uoces non fingi, ei quæ exclamauerat infantẽ adiudicauit, quòd hæc re uera mater eſſet: alterius uerò malitiam damnauit, quòd & ſuum perdidiſſet, & amicæ infantem perdere conaretur. Viſum eſt hoc populo inſigne argumẽtum regiæ prudentię ſimul & ſapientiæ, & ex illa die non ſecus quàm diuina mente prædito obtemperabant. In tota autem ſua ditione præfectos & duces habuit hos: Toparchiæ Bethlemis, quæ ſortem Ephræmi complectebat, præerat Vres. Ea uero in qua Dora ſunt & regio maritima, parebat Aminadabo Solomonis genero. Magnus campus erat ſub Banaia filio Achili, cuius præfecturę contributa erat & ea regio quę uſq; Iordanem pertinet. Galaditicam & Gaulaniticam uſq; montem Libanum, ui besq; in eis ſexaginta magnas ac bene munitas Gabaris adminiſtrabat. Achinadabus Galilææ toti Sidonẽ uſque præerat, habens & ipſe in matrimonio Solomonis filiã nomine Baſimã. Maritimam uero quæ eſt circa Arcen Banacates obtinebat: Saphates Itaburium montem & Carmelum, totamq; inferiorem Galilęam. Subeæ Beniamitica ditio fuit cõmiſſa. Tabares regionẽ trans Iordanem ſitam ſub ſe habuit. & rurſum his omnib. unus præerat princeps. Mirandum autem in modum per id tempus auctæ ſunt res Hebræorum, & tribus Iudę, populo ad agrorũ colendorum ſtudium conuerſo. Pace enim potiti, & nullis bellicis tumultibus diſtracti, ad hæc optatiſsima libertate auidè perfruentes, in hoc potiſsimum erant intẽti, ut ſuas quiſq; facultates augeret, & maioris precij faceret. Erant præterea regi alij præfecti, qui Syrorum cæterorumq; barbarorũ Euphratem inter & Aegyptum incolentium gubernabant regiones, tributa ex eis colligendo. Hi barbari cõferebant in quotidianos regiæ menſæ ſumptus ſimilæ coros triginta, farinæ ſexaginta, ſaginatos boues decem, & paſcuales uiginti, & ſaginatos agnos centum, præter capturas uenationum, quæ conſtabant ceruis ac bubalis, præterq; aues & piſces. Tantam etiam curruũ multitudinem habebat, ut quadraginta millia præſepium numerarentur, in quibus equi iugales alebantur. & abſq; his equitatus ei fuit duodecim millium, quorum media pars Hieroſolymis circa regem uerſabatur, reliqui uerò ſparſim per uillas regias degebant. & qui regijs impenſis præerat, idem etiam equis neceſſaria ſuppeditabat, eò conuehendo ubicunq; rex habitaret. Tanta autem fuit ſapientia & prudentia quam Solomon diuinitus acceperat, ut omnes priſcos ſuperaret, atq; etiam Aegyptios, qui omniũ ſapientiſsimi habentur, longè poſt ſe relinqueret. præcellebat etiam eos qui per idem tempus in maxima opinione ſapientiæ fuerunt apud Hebræos, quorum nomina non tacebo. Fuerunt autem hi: Athanus, Aemanus, Chalceus, Dodanus, filij Hemaonis. Compoſuit etiam libros Odarum & Carminum quinque ſupra mille, & parabolarum ac ſimilitudinũ libros ter mille. cuilibet enim ſpeciei plantarum ſuam adhibuit parabolam, ab hyſopo uſq; cedrum: idem fecit de pecoribus & cæteris terreſtribus animantibus, natatilibusq; & quę per aerẽ feruntur. nullius enim horũ naturam ignorauit, aut inſcrutatam reliquit: ſed circa omnes philoſophatus eſt, & ſcientiam proprietatũ earũ ſummam præſe tulit. quin & eam rem diuinitus conſecutus eſt ad utilitatẽ & medelam hominum

3. Reg. 4

minum, quæ aduersus dæmones est efficax. Incantationes enim composuit, quibus morbi pelluntur: & coniurationũ modos scriptos reliquit, quib. cedentes dæmones ita fugantur, ut in posterũ nunq̃ reuerti audeant: atq; hoc sanationis genus nunc usq; plurimũ apud nostrates pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam Eleazarũ, in præsentia Vespasiani & filiorũ & tribunorum reliquorumq; militũ, multos arrepticios percurantem. Modus uero curationis erat hic. Admoto naribus dæmoniaci anulo, sub cuius sigillo inclusa erat radicis species à Solomone indicatæ, ad eius olfactũ per nasum extrahebatur dæmonium: & collapso mox homine, adiurabat id ne amplius rediret, Solomonis interim mentionẽ faciens, & incantationes ab illo inuentas recitans. Volẽs dein Eleazarus his qui aderant ostendere suæ artis efficaciam, nõ longe inde ponebat poculũ aut polubrũ aqua plenũ, imperabatq; dæmonio hominẽ exeunti ut his subuersis signũ daret spectantibus q̃ reliquisset hominẽ. quo facto nemini dubiũ erat quãta fuisset Solomonis scientia & sapiẽtia: quamobrẽ libuit hoc quoq; narrare, ut omnib. nota sit eximia regis huius natura: quamq; charus deo fuerit, & in omni genere uirtutũ ex-
3. Reg. 5 cellẽtissimus. Porrò Tyriorũ rex Iromus audito q̃ Solomon patri in regnũ successisset, uehemẽter est gauisus: nam Dauidis amicus fuerat, et per legatos salutato gratulatus est præsentem felicitatẽ. per quos Solomon scripsit ad eũ in hunc ferè modum. Solomon Iromo regi. Scito patrem meum cum uoluisset ædificare templũ deo, bellis assiduis impeditum. neque enim prius à subiugandis hostibus destitit, quàm omnes sibi tributarios redderet. Ego uerò gratias habeo pro pace qua nunc fruimur, & præsenti otio decreui uti ad exstruendum cœlesti numini domiciliũ. id enim à me fabricandum, iam antè patri meo deus prædixit: quamobrẽ rogo ut aliquos unà cum meis mittas in montem Libanum ad materiem cædendam: quandoquidem hanc artem Sidonij melius callent quàm nostrates. mercedis autem quanta huiusmodi operarijs persoluenda sit, te arbitrum facio. Eam epistolam Iromus libenter legit, Solomoniq; in hunc modum rescripsit. Rex Iromus regi Solomoni. Gratia deo quòd tibi paternum principatum tradidit, uiro sapienti & omni uirtutum genere prædito. Quare cum nihil mihi gratius accidere potuerit, uoluntati tuæ libẽs obsequar. Excisis enim multis & magnis trabibus cedrinis atq; cypariſsinis, per meos ad mare deducendas curabo: eosdemq; iubebo ut cõpactis ratibus ad quemcunq; uolueris tuæ regionis locũ eas appellant, unde pòst per tuos Hierosolyma deportentur. Tu uerò hanc nobis gratiam repones, ut exportandi ad nos frumenti potestatem facias, quo utpote insulares maximè indigemus. Harum literarum exemplaria hodieq;, durãt, tam in nostris quàm Tyriorũ annalibus: & si cui libuerit hæc certius cognoscere, impetrata à publicorum cõmentariorum cõseruatoribus uisendi copia, cõperiet eorũ scripta consonare cum his quæ à nobis produntur. quod ideo admonui, ut qui hæc legunt, sciant nos nihil ueris affingere, neq; uerisimilia quædã & ad delectationem accõmoda narrationi nostræ interserere, atq; deinde postulare, ut lector nihil amplius disquirẽdo fidẽ nobis habeat: quandoquidẽ in hac cõmentatione à decoro discedere absq; nefario scelere nõ licet. quapp̃ter nõ recusamus q̃n scripta nostra reijciant, nisi talia sunt ut

eorum

eorum ueritas ualidiſsimis argumentis approbari poſsit. Cæterũ Solomon rex acceptis regis Tyriorũ literis, & facilitatẽ eius & beneuolentiam collaudauit, & inſuper quibus ipſum cupere intellexit, prẽmijs eum eſt remuneratus, frumenti annuos bis mille coros mittendo, & totidem olei bados. badus aũt capit ſextarios L X X I I. parẽ quoq; uini modũ illi exhibuit. Et ab his initijs amicitia rẽgũ horũ exorta, maioribusq; incremẽtis aucta, in tantũ adoleuit, ut in perpetuũ firma durauerit. Solomon aũt à populo ſuo millia X X X operariorũ exegit, prudẽter inter eos operas partitus, quo minus labor ſentiretur. Decem enim millia iuſsit in Libano ſyluam per menſem integrũ cædere, ac deinde per duos alios domi interquieſcere, dum reliqua uiginti millia ſuũ opus abſoluunt, ita ut quarto demũ menſe labor ad primos illos decies mille rediret. His omnibus Adoramus eſt præpoſitus. Præter hos erant in opere inquilini illi quos Dauid eò deſtinauerat, conuectores ſaxorũ cæteræq; materiæ L X X M, & cæmentarij L X X X M. magiſtriq; horũ ter mille & C C. ijs mandatum fuerat ut ſaxa prægrandia exciderent in uſum fundamentorum templi, eaq; in monte prius in quadrum dedolata, ita demum in urbẽ conueherent: idq; non modò indigenis, ſed & miſsis ab Iromo opificibus erat iniunctum. Exorſusque eſt Solomon fabricam hanc anno regni ſui III quarto, ſecundo menſe, quem Macedones artemiſium uocant, Iar uero He- 3. Reg. 6
bræi, annis D X C duobus poſtquam Iſraelitæ ex Aegypto exceſſerant: mille & X X annis poſt Abrahami ex Meſopotamena regione in Chananæam migrationem: poſt diluuium uero annis M C C C X L. quòd ſi ab Adamo creato uſq; templi ædificationem temporũ ratio ſubducatur, cõperientur anni M M M C I I. Initium uero fabricandi tẽpli in annũ undecimũ regni Iromi incidit, apud Tyrũ regnantis, quæ condita eſt C C X L annis antequam templũ exſtrueretur. Iecit igitur rex in altiſsimam terræ profunditatem fundamenta templi è ſaxis ualidiſsimis, quæ contra omnem temporũ iniuriam reſiſtere poſſent, ita ut cum contigua terra coalita ſolum ac firmamentum imponendis ſubſtructionibus præberent, & propter inconcuſſam ſoliditatem facile molem ædificij cum paratu ornamentorum ſumptuoſiſsimo perferrent, nõ minorem admiratiõnẽ habitura, quàm quæ ſupernè ad amplitudinem, pulchritudinem & magnificentiam operis per artifices elaborata ſunt. exſtruxeruntq; illud uſq; lacunar ex albo lapide. Huius ædificij altitudo fuit cubitorũ ſexaginta, & totidem lõgitudo, latitudo uerò uiginti. Super hoc autem erat aliud ædificium pari menſura, ita ut tota altitudo templi centum uiginti cubitis conſtaret. uerſum autem erat ad Orientem. Et porticus in aditu eius erat uiginti cubitorum longitudinis, iuxta menſuram latitudinis templi, lata cubitos decem, ſurgens in altũ cubitis centũ uiginti. In circuitu deinde templi conſtruxit triginta cellas, quæ inter ſe conſtipatæ externe parietes templi fulciebãt. erantq; inter ſe peruiæ. & patebant ſingulæ in longũ uigintiquinq; cubitos, ac totidem in latum, & uiginti cubitis attollebãtur. Super has alia ſeries cellarum erat exſtructa, ſuper quam rurſum aliæ, omnes inter ſe numero & amplitudine pares, ita ut coniunctæ inferius ædificium æquarent altitudine. Nam ſuperius non erat circumædificatum. fuerunt autem omnia cedro contecta. Et cellæ quidem ſuum quæq; tectum habebant, non proximo

minum, quæ aduerſus dæmones eſt efficax. Incantationes enim compoſuit, quibus morbi pelluntur: & coniurationũ modos ſcriptos reliquit, quib. cedentes dæmones ita fugantur, ut in poſterũ nunq̃ reuerti audeant: atq; hoc ſanationis genus nunc uſq; plurimũ apud noſtrates pollet. Vidi enim ex populariibus meis quendam Eleazarũ, in præſentia Veſpaſiani & filiorũ & tribunorum reliquorumq; militũ, multos arrepticios percurantem. Modus uero curationis erat hic. Admoto naribus dæmoniaci anulo, ſub cuius ſigillo incluſa erat radicis ſpecies à Solomone indicatæ, ad eius olfactũ per naſum extrahebatur dæmonium: & collapſo mox homine, adiurabat id ne amplius rediret, Solomonis interim mentionẽ faciens, & incantationes ab illo inuentas recitans. Volẽs dein Eleazarus his qui aderant oſtendere ſuæ artis efficaciam, nõ longe inde ponebat poculũ aut polubrũ aqua plenũ, imperabatq; dæmonio hominẽ exeunti ut his ſubuerſis ſignũ daret ſpectantibus q̃ reliquiſſet hominẽ. quo facto nemini dubiũ erat quãta fuiſſet Solomonis ſcientia & ſapiẽtia: quamobrẽ libuit hoc quoq; narrare, ut omnib. nota ſit eximia regis huius natura: quamq; charus deo fuerit, & in omni genere uirtutũ ex-
3. Reg. 5 cellẽtiſsimus. Porrò Tyriorũ rex Iromus audito q̃ Solomon patri in regnũ ſucceſsiſſet, uehemẽter eſt gauiſus: nam Dauidis amicus fuerat, et per legatos ſalutato gratulatus eſt præſentem felicitatẽ. per quos Solomon ſcripſit ad eũ in hunc ferè modum. Solomon Iromo regi. Scito patrem meum cum uoluiſſet ædificare templũ deo, bellis aſsiduis impeditum. neque enim prius à ſubiugandis hoſtibus deſtitit, quàm omnes ſibi tributarios redderet. Ego uerò gratias habeo pro pace qua nunc fruimur, & præſenti otio decreui uti ad exſtruendum cœleſti numini domiciliũ. id enim à me fabricandum, iam antè patri meo deus prædixit: quamobrẽ rogo ut aliquos unà cum meis mittas in montem Libanum ad materiem cædendam: quandoquidem hanc artem Sidonij melius callent quàm noſtrates. mercedis autem quanta huiuſmodi operarijs perſoluenda ſit, te arbitrum facio. Eam epiſtolam Iromus libenter legit, Solomoniq; in hunc modum reſcripſit. Rex Iromus regi Solomoni. Gratia deo quòd tibi paternum principatum tradidit, uiro ſapienti & omni uirtutum genere prædito. Quare cum nihil mihi gratius accidere potuerit, uoluntati tuæ libẽs obſequar. Exciſis enim multis & magnis trabibus cedrinis atq; cypariſsinis, per meos ad mare deducendas curabo: eoſdemq; iubebo ut cõpactis ratibus ad quem cunq; uolueris tuæ regionis locũ eas appellant, unde pòſt per tuos Hieroſolyma deportentur. Tu uerò hanc nobis gratiam repones, ut exportandi ad nos frumenti poteſtatem facias, quo utpote inſulares maximè indigemus. Harum literarum exemplaria hodieq; durãt, tam in noſtris quàm Tyriorũ annalibus: & ſi cui libuerit hæc certius cognoſcere, impetrata à publicorum cõmentariorum cõſeruatoribus uiſendi copia, cõperiet eorũ ſcripta conſonare cum his quæ à nobis produntur. quod ideo admonui, ut qui hæc legunt, ſciant nos nihil ueris affingere, neq; uerisimilia quædã & ad delectationem accõmoda narrationi noſtræ interſerere, atq; deinde poſtulare, ut lector nihil amplius diſquirẽdo fidẽ nobis habeat: quandoquidẽ in hac cõmentatione à decoro diſcedere abſq; nefario ſcelere nõ licet. quapropter nõ recuſamus quin ſcripta noſtra reijciant, niſi talia ſunt ut

eorum

eorum ueritas ualidiſsimis argumentis approbari poſsit. Cæterũ Solomon rex acceptis regis Tyriorũ literis, & facilitatẽ eius & beneuolentiam collaudauit, & inſuper quibus ipſum cupere intellexit, prẽmijs eum eſt remuneratus, frumenti annuos bis mille coros mittendo, & totidem olei bados. badus aũt capit ſextarios L X X I I. parẽ quoq; uini modũ illi exhibuit. Et ab his initijs amicitia regũ horũ exorta, maioribusq; incremẽtis aucta, in tantũ adoleuit, ut in perpetuũ firma duraverit. Solomon aũt à populo ſuo millia X X X operariorũ exegit, prudẽter inter eos operas partitus, quo minus labor ſentiretur. Decem enim millia iuſsit in Libano ſyluam per menſem integrũ cædere, ac deinde per duos alios domi interquieſcere, dum reliqua uiginti millia ſuũ opus abſoluunt, ita ut quarto demũ menſe labor ad primos illos decies mille rediret. His omnibus Adoramus eſt præpoſitus. Præter hos erant in opere inquilini illi quos Dauid eò deſtinauerat, conuectores ſaxorũ cæteræq; materiæ L X X M, & cæmentarij L X X X M. magiſtriq; horũ ter mille & C C. ijs mandatum fuerat ut ſaxa prægrandia exciderent in uſum fundamentorum templi, eaq; in monte prius in quadrum dedolata, ita demum in urbẽ conueherent: idq; non modò indigenis, ſed & miſsis ab Iromo opificibus erat iniunctum. Exorſusque eſt Solomon fabricam hanc anno regni ſui III quarto, ſecundo menſe, quem Macedones artemiſium uocant, Iar uero Hebræi, annis D X C duobus poſtquam Iſraelitæ ex Aegypto exceſſerant: mille & X X annis poſt Abrahami ex Meſopotamena regione in Chananæam migrationem: poſt diluuium uero annis M C C C C X L. quòd ſi ab Adamo creato uſq; templi ædificationem temporũ ratio ſubducatur, cõperientur anni M M M C I I. Initium uero fabricandi tẽpli in annũ undecimũ regni Iromi incidit, apud Tyrũ regnantis, quæ condita eſt C C X L annis antequam templũ exſtrueretur. Iecit igitur rex in altiſsimam terræ profunditatem fundamenta templi è ſaxis ualidiſsimis, quæ contra omnem temporũ iniuriam reſiſtere poſſent, ita ut cum contigua terra coalita ſolum ac firmamentum imponendis ſubſtructionibus præberent, & propter inconcuſſam ſoliditatem facile molem ædificij cum paratu ornamentorum ſumptuoſiſsimo perferrent, nõ minorem admiratiõnẽ habitura, quàm quæ ſupernè ad amplitudinem, pulchritudinem & magnificentiam operis per artifices elaborata ſunt. exſtruxeruntq; illud uſq; lacunar ex albo lapide. Huius ædificij altitudo fuit cubitorũ ſexaginta, & totidem lõgitudo, latitudo uerò uiginti. Super hoc autem erat aliud ædificium pari menſura, ita ut tota altitudo templi centum uiginti cubitis conſtaret. uerſum autem erat ad Orientem. Et porticus in aditu eius erat uiginti cubitorum longitudinis, iuxta menſuram latitudinis templi, lata cubitos decem, ſurgens in altũ cubitis centũ uiginti. In circuitu deinde templi conſtruxit triginta cellas, quæ inter ſe conſtipatæ externe parietes templi fulciebãt. erantq; inter ſe peruiæ. & patebant ſingulæ in longũ uigintiquinq; cubitos, ac totidem in latum, & uiginti cubitis attollebãtur. Super has alia ſeries cellarum erat exſtructa, ſuper quam rurſum aliæ, omnes inter ſe numero & amplitudine pares, ita ut coniunctæ inferius ædificium æquarent altitudine. Nam ſuperius non erat circumædificatum. fuerunt autem omnia cedro contecta. Et cellæ quidem ſuum quæq; tectum habebant, non proximo

3. Reg. 6

contiguum.reliquum ex longiſsimis trabibus erat conſertum, ad utrunq; latus pertingentibus, ita ut ipſi parietes hoc pacto cõfibulati firmiores redderẽtur. His trabibus ſubnexa erant laquearia politiſsima, cęlaturis & bracteis aureis ornata. Parietes etiã cedrinis tabulis auro illitis erant incruſtati, ita ut omnia renideret auro, & intrantium oculos fulgor undiq; occurrens perſtringeret. Tota uero ſtructura ex lapidibus politiſsimis conſtabat, ita adunguem inter ſe quadrantibus, & cõmiſſuris oculos fallentibus, ut intuentibus nullum uſquam mallei aut cuiuslibet fabrilis inſtrumenti ueſtigium appareret, ſed connata potius omnia quàm arte congeſta uiderentur. Porrò aſcenſum in ſuperiorem templi partem ſic cõmentus eſt rex, ut cochleam in hũc uſum craſsitudini parietis includeret. Hæc enim pars non habebat ab oriẽte magnam ianuam ut inferior, ſed à lateribus inerant parua hoſtiola. nec parũ ad firmitatem conferebant tabulæ cedrinæ ſe inuicem cõplectentes, & craſſis catenis inter ſe conſtrictæ. Diuiſo deinde in duas partes fano, penetrale eius uiginti cubitorum nulli fecit acceſsibile, reliquum quadraginta cubitorum ſpacium in uſum ſacerdotũ conſecrauit: & in pariete adytum à reliquo corpore ſeparante fores appoſuit cedrinas, has quoque cælatas & inauratas. eas prætexuit uelis picturatiſsimis, hyacintho, purpura, cocco, byſſoq; ſplendidiſsimo ac molliſs. diſtinctis. Poſt hæc in adyto uiginti cubitos quaquauerſum patente dedicauit duos cherubinos ex auro ſolido, utrumq; quinq; cubitorum altitudine. uterq; duas alas habebat ad quinq; cubitos protẽſas: quapropter nõ longo ſeiunctos interuallo ſtatuit, ut una ala auſtralem parietem attingerent, altera ſeptentrionalẽ: reliquæ duæ ſeſe contingentes in medio ſitam arcam protegerent. Hæ cherubicæ effigies quá nam ſpecie fuerint, nemo uel conijcere poteſt uel eloqui. Pauimentum etiam templi conſtrauit laminis aureis. Ianuæ demum fores altitudini parietis pro portione conuenientes addidit, latas cubitos uiginti, & auro illitas. Atq; ut compendio dicã, nihil tam intus quàm foris omiſit, quod non inauraret. Oppanſum eſt præterea aulæum & huic ianuæ, ſimile illi quod interior ianua habuit. Cæterum
3.Reg.7 porticus nihil tale habebat. Poſt hæc Solomon accerſiuit Tyro ab Iromo artificem nomine Chiramum, filium mulieris Nephthalitidis, patre Tyrio ab Iſraelitis oriundo, operariũ inſignem in quauis materia, ſed præcipuè in auro & argento ac ære. Huius opera uſus eſt in omnibus quę artificioſe in templo fieri uoluit. Is fecit duas columnas æreas craſsitudine quatuor digitorũ, altas decem & octo cubitos, quarũ circumferentia duodecim cubitos complectebatur. his impoſita erant capitella fuſilia liliata proceritate quinq; cubitorũ: quibus circundata erant retiacula ærea quæ operiebant lilia, dependebantq; inde duæ ſeries malorũ punicorũ ducentorum numero. Has columnas poſuit in aditu ueſtibuli, alteram à dextris nominatam iachin, alterã à ſiniſtris nominatam boz. Fecit etiam uas aheneum fuſile ſemiorbis ſpecie, quod propter capacitatem appellatum eſt mare. Erat enim labrum patens per dimetientem lineam in cubitos decem, craſsitudine palmari. eius meditullium ſuſtinebatur ſpira decies replicata, cuius dimetiens linea fuit cubitalis. Id labrum circumſtabant duodecim iuuenci ad tractus quatuor uentorum obuerſi terni, quorũ poſtica ſubſidebant ut eis orbiculare illud uas incumberet

cumberet,in medio ſui depreſsius. Capiebat autem hoc mare congiorũ tria millia.Fecit præterea labrorum decem baſes æreas quadrangulas.harũ quę- que longitudine fuit cubitorũ quinq;,latitudine quatuor, altitudine trium. huius operis partes ſeorſim fabricatæ ſic compingebantur. Quatuor erant columellæ per totidem angulos diſpoſitæ quadrangulæ, quibus latera baſium utrinq; inſerebantur.erant autem hæc tripertita, & inter iuncturas cælaturis diſtincta,alibi leonis effigie,tauri alibi aut aquilæ. Columellæ quoq; eiſdem cælaturis erant ornatæ. Totum uero opus quatuor rotis ſuſpendebatur,quæ fuſiles erant,habebantq; modiolos & radios,ſeſquicubitali inter utramq; extremitatem interuallo.eratq; mirũ uidere rotarum circumferẽtias, quomodo lateribus baſium coaptatæ cantis ſuis inſiſtebant. Angulos autẽ ſuperne continebant fuſiles humeruli manuũ extenſarum. his impoſita erat ſpira,cui labrũ inſerebatur, ita ut manibus ſuſtineri uideretur:qua parte effigies leonũ & aquilarum ſic erant adaptatæ, ut connatas putares, interuenientibus inter eas palmarum arbuſculis. Atq; hæc fuit decem baſium ſtructura.Deinde ex eodem ære fecit decem labra rotunda conchę ſpecie, quorum quodq; capiebat congios quadraginta. erat enim altitudo quatuor cubitorum,& tantundem ſpatij patebat inter margines.Ea labra decem illis baſibus impoſuit,quas mechenoth ſua lingua appellabant. horum quinque ad ſiniſtrum latus templi ſeptentrionale collocauit,totidem ad dextrũ auſtrale, ita ut orientem ſpectarent: quo loco etiam mare illud dedicauit. Omnibus deinde aqua repletis, mare quidem in eum uſum aſsignauit,ut inde ſacerdotes templum ingredientes manus ac pedes abluerent,ad altare aſcenſuri: labra autem ut eorum aqua purgarentur inteſtina ac pedes animantiũ ad holocautoma deſtinatorum.Fabricauit etiam altare æreum uiginti cubitorum longitudine, totidem latitudine, altitudine decem, in quo holocautomata incenderentur.Fecit item uaſa eius ex ære omnia,lebetes & amulas, tenacula & harpagones & reliqua,auri fulgorem referentia. Menſas quoq; multas dedicauit rex,& in his unam magnam auream, in qua proponebantur ſacri panes:reliquæ non multo deteriores diuerſo modo factæ ſuſtinebant phialas & pateras,aureas uigeſies mille,argentearum quadraginta millia.Candelabrorum item fecit decem millia,iuxta præceptum Moyſis:ex quibus unum in templo dedicauit,ut interdiu luceret iuxta legem:& menſam unam impoſitos panes habentem, ſitam ad ſeptentrionale templi latus ex aduerſo candelabri.id enim ad auſtrale latus collocauerat. mediũ autem inter utrunq; locum obtinebat altare illud aureum.Hæc omnia continebat anterior illa templi pars quadraginta cubitos longa,& uelo diſparata ab adyto.illò enim arca erat inferenda. Cantharorũ autem uinariorũ octuaginta millia rex comparauit,& phialarum aurearũ millia decem, argentearum uero alterum tantum. Lancium item aurearum,ad offerendam in eis ſimilam maceratam ad altare, octuaginta millia,duplum uero argentearum. Craterarum quoq; in quibus ſimilam oleo ſubigebant,ſexaginta millia aurearum, & alterum tantũ argentearum.Menſurarum uero quales Moyſi hin uocantur,& aſſaron, aurearũ erant uiginti millia,& duplicatus numerus argentearum. Acerræ quoq; aureæ quibus odoramenta in templum inferri ſolẽt,erant numero uiginti mil-

lia: & aliæ quibus deferebatur ignis à magno altari in paruum intra templũ ſitum quinquaginta millia. Paratæ erant & ſacerdotales ueſtes in uſum pontificũ, annumeratis talaribus & epomidibus atq; logio cum ſuis gemmis in uniuerſum mille. Corona uero in qua Moyſes dei nomen inſcripſit, unica fuit, & uſq; in hodiernũ permanſit. Stolas autẽ ſacerdotales è byſſo fieri curauit, cum decies mille zonis purpureis, & tubarum quales Moyſes præſcripſit CCM. Item alias ſtolas byſsinas Leuitis hymnorum cantoribus, numero ducenta millia. Inſtrumentorum præterea muſicorum, quæ naula & cinnyræ uocantur, in uſum hymnodiarũ ex electro confecit quadringenta millia. Quę omnia Solomon ad honorẽ dei magnificè parauit, nullis parcens ſumptibus: ſed omni liberalitate uſus hæc in theſauris dei condidit. Circumdedit deinde tẽplo ſeptum quoddam trium cubitorũ altitudine, quod noſtra lingua giſon uocamus, excluſurum profanam multitudinem, & ſolos ſacerdotes admiſſurum. extra hoc ſeptum erat fanum, porticibus magnis ac latis cinctum, & portis altis patens: quarum ſingulæ ſingulos uentos ſpectabant, & foribus auratis claudebãtur. in hoc fanum cuilibet è populo, puro modo ac caſto, & præſcriptorum legis obſeruanti, acceſſus patebat. Dici autem nõ. poteſt, ac uix etiam oculis credi, quàm mirandum fuerit illud exterius fanũ. uallibus enim expletis, tam profundis, ut ad proſpectum oculi caligarent, & aggeſta ad quadringentos cubitos terra, eam uertici montis in quo templũ exſtructum eſt æquauit: atq; hoc modo factum eſt ut area fani cum ſolo templi æquaretur. hanc cinxit duplicibus porticibus, quas columnæ è natiuo ſaxo ſuſtentabant, & laquearia cedro expolita tegebant. Fores uero habebant
IIII omnes ex argento fabricatas. His tam magnis ac pulchris operibus & do-
3.Reg.8 narijs ſeptennio perfectis, non ad opulentiæ modo, ſed & celeritatis oſtentationem: quæ enim ętatem integram hominis poſcere uidebantur, tam breui ſi ad magnitudinem conferatur tempore erant abſoluta: Solomon rex per literas iuſsit magiſtratus ac ſeniores Hebręorum totum populum Hieroſolyma congregare, ad ſpectandum templum, & ad transferendam illuc arcam deo ſacratam: denuntiataq; omnibus profectione Hieroſolymitana, ſeptimo demum menſe conuenerunt, qui noſtratibus eſt thuri, Macedonib. hyperberetæus: inciditq; in idem tempus ſcenopegia, feſtum apud Hebræos ſanctiſsimum & maximum. Tollentes igitur arcam, & tabernaculum quod Moyſes conſtruxerat, & omnia uaſa ad miniſterium ſacrificiorum dei parata, tranſportauerunt in templum: acceſſeruntq; illò cum uictimis tam rex q̃ uniuerſus populus ac Leuitæ, libaminibus & multo hoſtiarũ ſanguine uiam perfundentes, & infinitam uim odoramentorum adolẽtes, ut circumquaq; totus aer ſuauitate repletus etiam longè remotis ſentiretur, conſtanti omnium opinione, aduentare deum ad inhabitandum recens exſtructum ac dedicatum ſibi locum. nam neque hymnos canentibus, neq; choreas ducentibus, laſsitudo eſt oborta, dum ad templum peruenirent. atq; in hunc modum arca eſt translata. Quum uero iam in adytũ inferri deberet, reliqua quidem multitudo abſceſsit, ſoli uero baiulantes ſacerdotes inter duos cherubinos eam depoſuerunt: quæ effigies coniunctis alarum extremitatibus (ſic enim artifex eas fecerat) arcam uelut ſub umbella aut tholo protexerunt. con-

tinebat

tinebat hæc nihil aliud quàm duas tabulas lapideas, quæ decẽ præcepta, dei ore in monte Sina prodita, inſculpta eis conſeruabant. Candelabrum autem & menſam & altare aureum ſtatuerunt in templo ante adytum, eiſdem locis in quibus in tabernaculo prius ſita fuerant: ubi quotidianas hoſtias offerebant. Cæterum altare æreum pro foribus templi eſt poſitum, ut apertis illis in conſpectu eſſet ſacrificiorum magnificẽtia. reliquum uero uaſorũ inſtrumentum omne in unum congeſtum, intra templum eſt repoſitum. Poſtquã autem omnibus quæ ad arcam attinebãt rite peractis ſacerdotes ſanctuariũ exiuerunt, repente globus nebulæ, nõ aſper, nec qualis hiberno tẽpore grauidus pluuia condenſatur, ſed diffuſus ac temperatus in templũ influxit: & primò ſacerdotũ uiſum ut uix ſe inuicẽ cernerent obſcurauit, deinde in omnibus eam cogitationem excitauit, quòd deus in templum deſcendens, præſens ac libens hoc domicilium ſibi optaret. His talia uoluentibus animo, rex qui tum forte ſedebat, aſſurrexit: uerbisq; & ſe & deo dignis cæleſte numen eſt allocutus. Tu quidem, inquit, ſempiternam domum habes domine, nec ignoramus te tibijpſi hanc uniuerſi molem condidiſſe, quæ cælo, aere, terra & mari conſtat: quam totam imples, nec tamen ab ea caperis. hoc uero templum ideo tuo nomini adornauimus, ut in hoc ſacrificijs ac precibus in cęlũ miſsis tibi propitio litaremus, certo perſuaſi quòd & heic ades & nuſquam interim abes. Cũ enim omnia uideas, audias omnia, nihil obſtabit hæc ædes quo minus ubicunque te dignum eſt habites, à nemine alienus, & omnibus proximus, præcipue his qui te deſiderant nocte dieq; præſens ac propitius. His uocibus deum precatus, uertit orationem ad populũ, docens eos de potentia dei ſimul & prouidentia. Hunc Dauidi ſuo patri futura, quæq; iam euenerint, quæq; euentura ſint prædixiſſe: hunc ipſi nondũ nato nomen impoſuiſſe, quo uocandus eſſet: quodq; paterni regni ſucceſſor templũ ei ædificaturus eſſet prænunciaſſe. ergo cum uaticinium magna ex parte euentu ſit comprobatum, debere eos deo laudes offerre cum gratiarum actione, & de promiſsionibus futuræ felicitatis nihil dubitare, quibus iam nunc fidem adſtrui conſpicerent. His affatus multitudinem rex, rurſum ad templum uertit oculos, & extenſa ad multitudinẽ dextera: Operibus quidem, inquit, impoſſibile eſt hominibus gratiam deo pro acceptis beneficijs reddere. Nullius enim rei diuinũ numen indiget, nimirũ maius quàm cui tales retributiones conueniant. ſed hoc uno quo nos cæteris animantibus præſtantiores uoluiſti, laudare nos maieſtatem tuam decet, & pro his quibus familiam meam atque Hebræorũ populum dignatus es, neceſſe eſt gratias agere. Qua enim re magis uel parum propitius placandus, uel in fauore es retinendus, quàm uoce? quam ex aere haurimus, & per hunc rurſum aſcendere nouimus. Quapropter gratias tibi ago, primum quòd patrem meũ ex obſcuro loco ad tantam gloriam euexiſti: deinde quòd mihijpſi in præſentem diem omnia quęcunq; promiſeras præſtitiſti: precorq; ut in poſterum largiaris quæ deus hominibus caris largiri poteſt, & familiam noſtrã in ſempiternũ augeas, quẽad modum patri meo & uiuo & mortuo es pollicitus, quòd apud nos regnum ſit permanſurum, & per innumeras ſucceſsiones propagandum. Hęc igitur

nobis concede, simulq; meis omnibus uirtutem qua potissimũ delectaris. Ad hæc supplex oro, ut aliquid de tuo spiritu ad hoc templum incolendum deducas, ut nobis appareat, in terris quoq; te degere. Alioquin tibi paruum est domicilium uniuersum hoc cæli conuexum, nedum hoc qualecũq; templum. Tu tamen hoc ut proprium integrum seruato à ui hostiũ, oro, & tanquam possessionis tuæ curam gerito. Et si quando populus in peccatũ prolapsus, ob hoc te affligente aut sterilitate terræ, aut pestilentia, similiue malo mulctatus fuerit, qualibus in pietatis præuaricatores soles animaduertere: ac deinde affluens ad tuum templum supplex confugerit, salutem uotis expetens: exaudi tanquam præsens, & miseratus eos è calamitatibus eripe. Nec solis Hebræis errantibus hanc opem à te precor: sed etiam si ab extremis orbis finibus aliqui uenerint, aut undecunq; profecti in hoc loco boni quippiam impetrare à te uoluerint, exoratus illis largire. Sic enim omnibus erit euidẽs, quòd & tu hanc ædẽ apud nos tibi exstrui uoluisti, & nos nec inhumani sumus, nec alienigenis iniqui, sed libenter ferimus te cõmuniter omnibus tum opitulatorem esse, tum bonarum rerum omnium largitorem. Hæc locutus & pronus humi stratus, cum aliquandiu adorauisset, surrexit, hostiasque ad altare adhibuit: quumq; id solidis uictimis repleuisset, litatũ deo manifesto argumento cognouit. Ignis enim ex aere emicans, omnibusq; inspectantib. in altare delapsus, correptas uictimas absumpsit: ad quod prodigium populus haud dubiam coniecturam fecit, in eo templo numen esse habitaturũ, & præ gaudio procidens in solum, unanimiter adorauit. Rex autem ad laudes dei uersus, multitudinem ad idem hortabatur, quandoquidem signa uidissent eius beneuolentiæ: precandum admonens, ut perpetuò talẽ se exhibeat, & mentẽ eorũ puram ab omni peccati labe custodiat in iustitia & religione, quo possint præcepta per Moysem diuinitus tradita constanter obseruare. Sic enim fore genus Hebræorum felicissimum omnium, & cæteris mortalibus longe beatius. Simulq; iubebat eos meminisse, quòd quibus artibus parauissent tanta bona, eisdem & hæc retenturi essent, & alia maiora atque cumulatiora quæsituri. Neq; enim aliter existimandum, quàm iustitiæ ac pietatis merito hæc illis contigisse. esse autẽ facilius parare quæ desint, quàm parta tueri, & cauere ne ullum detrimentum admittatur. His affatus multitudinem rex concionem dimisit, sacris primũ factis tam pro se quàm pro populo: mactauitq; uitulorum duodecim millia, agnorum centum & uiginti millia: nam tum primùm templum uictimarum cruore imbutum est, & omnes Hebræi cum liberis ac uxoribus epulo sunt excepti. Præterea scenopegiæ festum ante templum splendide ac magnifice rex per quatuordecim dies celebrauit cum uniuerso populo epulatus. Peractis autem his omnibus, & nullo pietatis officio prætermisso, dimissi sunt suam quisque domum, actis prius regi gratijs, pro bene curata republica, & pro tantis operibus absolutis, precatiq; ut eis omnipotens deus in longum tempus Solomone rege frui cõcederet. Faciebant autem iter gaudentes ac gestientes, hymnosq; sacros canen-
3.Reg.9 tes, ita ut præ gaudio nullũ uitæ tædiũ in reuertendo sentirent. Cæterùm illata in templũ arca, & spectaculo tam elegantis & ampli ædificij publicè exhibito

hibito, feſtisq́; diebus inter ſacra & epulas exactis, cum iam ſinguli ad ſuas urbes eſſent reuerſi, rex in ſomnis eſt admonitus, gratum deo fuiſſe eius ſacrificium, & uota exaudita eſſe. quodq́; ſeruaturus eſſet ſuum templum, & ſemper inhabitaturus, donec ipſius poſteri cum ſubiecto populo iuſtitiam colerent: in primisq́; ipſum ſi à paternis præceptis nuſquam diſcederet, ad ſummum felicitatis faſtigium euehendum, & genus eius per continuatas ſucceſſiones ei regioni præfuturũ, nec unquam è Iudæ tribu regem defore. Quòd ſi prodito & obliuioni tradito pietatis ſtudio, ad externarum religionum ritus ſe transferret, radicitus eum excidendũ: & neq; generis ipſius reliquias, manſuras, neq; Iſraelitas calamitatem euaſuros: ſed bellis & alijs innumeris cladibus afflictos, & è patrio ſolo extorres, peregrè apud exteras gentes oberraturos. Templum uero quod tum recens exſtructum eſſet, dei permiſsione à barbaris direptum atq; incenſum iri, urbe inſuper hoſtili manu diruta: ita ut ubiq; ſparſo earum calamitatum rumore, & multis ob earum magnitudinem ægre credentibus, finitimi demiraturi ſint, & interrogaturi, qua de cauſa Hebræi in tantam nunc indignationem incidiſſent, quum antea eius opes ad maximas diuitias, maximamq́; gloriã eſſent euecti. Quibus reliquias gentis reſponſuras, quòd propter peccata ſua & patriarum legum præuaricationem hæc omnia contigiſſent. Hæc illi per ſomnium denuntiata ſacræ literæ continent. Abſoluta autem templi fabrica, quæ ſeptennio, ut dictum eſt, durauit, regiæ ſtructuram eſt aggreſſus, quam uix tertiodecimo anno conſummauit. neq; enim tantam curam huic operi, quantam ædificando templo impendit. Sed illud quidem amplum licet, & plus quàm credi poſsit celebre, cooperanti deo intra iam dictum tempus perfectum eſt: regia uero tametſi multum magnificentiæ templi cederet, quòd neque materia eius tanto antè præparata fuiſſet, & regi non deo ſtrueretur domicilium, eo tardius ad finẽ eſt perducta. Et hæc tamen pro dignitate fortunarum regis ac gentis eſt exædificata. Operæprecium autem fuerit totum eius ordinem ac diſpoſitionẽ indicaſſe, ut ex eius deſcriptiõe totam amplitudinem lector colligere ac conſiderare poſſit. Baſilica erat magna & pulchra, multis columnis ſuffulta, quã ad cauſas forenſes agitandas, & lites decernendas condidit, capacem multitudinis quæ eò ius peteret, longam cubitos centum, latam quinquaginta, altam triginta. hanc ſexdecim columnæ quadrangulæ ſuſtinebant, tectam opere Corinthiaco, additis parilibus poſtibus cum ualuis cælatis ad ornamentũ loci ſimul & munimentum. In eius medio fuit ædes alia, quadrata, lata triginta cubitos, columnis ualidis ſuffulta: & in ea tribunal magnificum, ubi Rex iura ſolebat reddere. Huic ædificio coniuncta erat domus in uſum reginæ facta, & aliæ aulæ quò ſe negotijs peractis animi cauſa conferebant, omnes cedrinis tabulis conſtratæ: partim ſaxo quadrato decemcubitali conſtructæ, partim ita ut ſolent regiæ uel templa, incruſtatæ pretioſo marmore, quod è locis eo nomine celebribus apportatur. Et tribus quidem ordinibus aulæis Babylonicis prætexebantur: quartus uero ſculptorum admirabile artificium oſtentabat, in quo effictæ erant uariæ arborum ac plantarum ſpecies, frondibus & foliis tanta ſubtilitate expreſsis, ut agitari quodammo-

do uiderentur. Reliquum uero quod ſupererat uſq; ad lacunar, opere albario tectum, & diſcoloribus picturis erat uariegatum. Præter hæc erãt & alia cubicula ad uoluptatem facta, & porticus ad ornatũ regię lõgiſsimæ, in quibus ſplẽdidiſsima triclinia referta auro, ut quæ aurea ſupellectili ad omne regij conuiuij miniſterium erant inſtructiſsima. Difficile eſt enumerare amplitudinem ac uarietatem aularum, tam maiorum quàm mediocrium, tum quę ſub terra latebant, quę uę in aerem elegantiſsimè attollebantur. In ſumma totum ædificium è marmore candido & cedro, & auro atq; argento cõſtabat: diſpoſitis per parietes & laquearia uarijs lapillis auro incluſis, quemadmodum & in ornatu templi factũ fuerat. Quin & ex ebore factum erat prægrande ſolium cælatũ, ſpecie tribunalis, quod ſex gradibus aſcendebatur, in quorum ſingulis in extremitatibus leonũ effigies erant impoſitæ, totidẽ alijs ſuperne imminentibus. qua uero parte rex inſidebat, manuũ effigies eum excipiebant: & quà reclinabatur, dimidiatus erat iuuencus tergũ ſuũ reſpiciens: totumq; tribunal auro coagmentatũ erat. Hęc opera Solomon uiginti annis perfecit, cõferente magnã auri uim, maiorẽ argenti Iromo Tyriorũ rege, & præter hæc cedri atq; pinus materiem. Sed & ipſe maximis donis Iromũ eſt remuneratus, ſingulis annis frumentũ ei mittens & uinũ atq; oleum, quibus maxime opus habebat, ut diximus, eo quod inſulam incoleret. Præterea Galilææ oppida numero uiginti nõ procul à Tyro diſsita ei donauit: quæ cum ille perluſtrata ſatis conſideraſſet, & non ualde probaſſet, renũtiari iuſsit Solomoni, ſibi non eſſe opus eis oppidis. & ex eo terra Chabalon eſt appellata, uoce Phœnicũ lingua id quod diſplicet ſignificãte. Quæſtiões etiã ænigmaticas Tyrius rex ad Solomonẽ tranſmiſit, rogans ut eas explicaret, & dubitationem ſibi omnem eximeret. At ille callens huiuſmodi rerũ ac naturą prudentiſsimus, nihil inexplicatũ relinquebat: ſed omnia ratione peruincens, et perſcrutatus eorũ intellectũ, apertiſsimè declarabat. Meminit horũ duorum regũ & Menander, qui è Phœnicũ lingua annales Tyriorũ in græcũ ſermonem eſt interpretatus, in hunc modũ ſcribens: Defuncto Abibalo ſucceſsit in regnũ filius Iromus, qui uixit annos quinquaginta tres, & regnauit annos xxxiiii. hic aggeſsit ad inſulam agrũ qui dicitur amplus, & aureã columnam in Iouis delubro dedicauit. idem materiem multã in monte Libano excidit ad contegenda templa, & demolitus antiqua templa, Herculi & Aſtartæ noua inſtaurauit: primusq; Herculi ſtatuã erexit meſe peritio. Deinde expeditione cõtra Eyceos ſuſcepta, q debita tributa nõ perſoluerẽt, ſubactis illis uictor eſt domũ reuerſus. Huius tẽporibus erat Abdemonus adoleſcens, q problemata à Solomone Hieroſolymorũ rege iuncta diſſoluebat. Meminit & Dius ſic ſcribens. Abibalo defuncto filius eius Iromus regnũ excepit. Is orientalẽ urbis partẽ aggeribus auxit, & eo pacto pomœria protulit. templũ quoq; Iouis Olympij, quod antè ſeparatũ erat, medio ſpatio repleto aggeribus cum urbe coniunxit, & aureis donarijs ornauit. cõſcenſo deinde Libano materiẽ ad ſtructurã templorũ cęcidit. Additq; Solomonẽ Hieroſolymorũ regẽ ad hunc Iromũ ænigmata miſiſſe, ſolutionẽ eorũ poſtulantem: qd cũ ille nõ ualuiſſet, magna pecunia mulctatũ eſſe. Deinde q Abdemonẽ

quendam

quendam uirum Tyrium propoſita explicuiſſe, & ipſum alia propoſuiſſe: in quibus ſoluendis cum Solomon hæreret, maiorem etiam pecuniam eum illi remiſiſſe. Et Dius quidem ita ſcribit. Cæterum rex cum uideret mœnia Hieroſolymorum turribus & propugnaculis ad ſecuritatẽ egere, nec ea dignitati urbis ſatis reſpondere, & muros inſtauratuit, & turres magnas in eis erexit.

VI Condidit etiam urbes uel præcipuis annumerandas, Aſorum & Magedonem, & tertiã Gazara Palæſtinæ urbem, quam Pharao rex Aegypti bello aggreſſus expugnauerat, occiſiſq; ad unum habitatoribus diruerat, ac deinde filiæ ſuæ Solomoni nuptæ dono dederat. quamobrem denuo rex eam exædificauit, quòd eſſet natura munita, & ad bella rerũq; nouitates opportuna. Nec procul inde alias duas urbes condidit, quarũ altera Betachora, altera Baleth uocabatur. necnon & alias ad ſeceſſus uoluptarios aptas ob aeris temperiem fructuumq; ubertatem, & perennibus aquis irriguas. Ingreſſus deinde in deſertum quod eſt ſuper Syriam, eiusq; regionis potitus, urbem ibi maximam condidit, duorum dierum itinere à ſuperiore Syria diſtantem, ab Euphrate uerò unius. ad magnam autem Babylonem inde ſex dierum uia protendebatur. Quare autem à reliquis cultæ Syriæ partibus hæc urbs tam procul habitetur, cauſa eſt hæc, quòd mediterranea per deſertum petentibus, ibi demũ fontes ac putei reperiuntur. Hac igitur urbe exſtructa, & mœnibus ualidiſsimis cincta, Thadamoram eam appellauit, quo nomine etiam nunc à Syris uocatur. Græci Palmiram nominant. Atq; hæc fuerunt per id tempus Solomonis opera. Nunc quoniam uideo multos quærere, quî factum ſit ut omnes Aegyptiorum reges à Minæo illo qui Memphin condidit, quiq; multis annis auum noſtrum Abrahamum præceſſit, uſque ad Solomonis tempora, per mille trecentos & amplius annos Pharaones dicti ſint, à quodam rege nomine deſumpto: operæprecium exiſtimo eorum ignorantiæ mederi, & manifeſtam huius appellationis cauſam reddere. Pharao regẽ Aegyptijs ſonat. Opinor aũt ipſos à pueritia nominibus alijs diſcretos, quamprimum reges creati fuerint, poteſtatis eius nomẽ patriæ linguæ uernaculũ aſſumere. Nam & Alexandrini reges alijs prius nominibus uocati, poſt aſſumptum regnum uocati ſunt Ptolemæi à primo eius urbis rege: & Romanorũ imperatores alioquin gentilia nomina habentes, Cæſares appellantur, principatus & honoris uocabulo, poſthabito illo priore quod à parentibus hæreditarium in eos demanauit. Et hinc eſt, ni fallor, quòd Herodotus Halicarnaſeus cum CCCXXX reges poſt Minæum Memphis conditorem deinceps ſucceſsiſſe dixerit, nomina eorum non recenſuit, quia Pharaones uocati ſint omnes. Cum enim poſt hos mulier imperium arripuiſſet, nomẽ eius ponit Nicaulen: nimirum ea de cauſa, quòd ſoli mares huius appellationis eſſent capaces, & non etiam fœmina, oportuit peculiare ipſius nomen dicere. Ego uerò in noſtræ gentis commentarijs reperi, quòd poſt Solomonis ſocerum Pharaonem, nemo Aegyptiorum regum amplius hoc nomine ſit uocatus: & quòd poſt illum uenerit ad Solomonẽ iam dicta mulier, quæ tum Aegypti ſimul ac Aethiopiæ regnũ obtinebat. Sed de hac paulo pòſt dicemus: nunc uerò ideo hæc memoraui, ut oſtenderẽ noſtros libros & Aegyptiorũ in multis cõſentire. Solomõ aũt rex reliquias Chananæorũ quæ Libanũ montẽ uſq; ad urbẽ Amathen colebant,

&

& imperium eius detrectabant, ſub ditionem ſuam redactas tributa pendere coegit, & per ſingulos annos certum numerũ ſeruorum & colonorum qui per agros diſtribuerentur exegit. Hebræorum enim nemo ad ſeruiles operas adigebatur: nec erat æquum, ut cum tam multas gẽtes deus ſub eorum imperium ſubdidiſſet, ex his potius quàm deuictis eiuſmodi conditionis homines cenſerentur: ſed omnes arma & currus atque equos & rem militarem tractare malebant. Chananæis uerò quos ad ſeruitutem abduxit, ſexcentos præfectos præpoſuit, qui procuratores eſſent regij, & ſua cuique opera atq; negocia præſcriberẽt. Quin & claſſem rex in Aegyptio ſinu ędificauit, in quodam loco ad mare rubrum, qui nominatur Aſiongaber. Hæc nũc Berenice uocatur, non procul ab Elana urbe, quæ regio tum in Hebræorum ditione cenſebatur. Et in hac quoq; claſſe munificentia Iromi regis amici fuit uſui. Viros enim gubernatores & nauticæ rei peritos ei miſit quotquot uoluit, qui nauigantes cum regijs procuratoribus in regionem Indiæ, olim Sophiram, nunc Auream terram nominatam, aurum illi adferrẽt. hi collectis circiter quadrin
3. Reg. 10 gentis talentis retro ad regem ſunt reuerſi. Interim ad Aegypti Aethiopiæq; reginam, mulierem ſapientiæ ſtudioſam, & cætera quoque egregiam, Solomonis uirtutum ac ſapientiæ fama delata, cupiditas eam inceſsit coràm hominem uiſendi: ſic enim fore ut experimento, non rumoribus crederet, qui ſæpenumerò falſi eo quòd toti à fide renunciantium pendeant, paulo poſt euaneſcunt: decreuitq; ſuſcepta longinqua peregrinatione illius ſapientia perfrui, & de rebus arduis cum eo differere. Venit igitur Hieroſolyma ſplendido & opulento paratu. Adducebat enim ſecum camelos onuſtos auro & uarijs aromatibus lapillisq; precioſis. Rex uerò honorificentiſsimè exceptam, & in cæteris comiter ac liberaliter habuit, & propoſitiones illius pro ſua prudentia facile explicans, opinione citius diſſoluebat. At illa ſtupebat ad regis ſapientiam, tanto maiorem experta quàm audierat: magisq; etiam admirabatur regiam tam elegantem ac magnificam, & tam bellè diſpoſitum ædificiorum ordinem, quòd hic quoque ingenium regis contemplaretur. Sed nihil magis mirata eſt quàm aulam, cui cognomen Saltus Libani, & quotidianos conuiuiorum ſumptus tam dapſiles, apparatumque miniſterij. nam & cultu erant decentiſsimo, & perquam ſcitè omnia miniſtrabant. Nec minor fuit admiratio dum quotidiana ſacrificia uideret, quantaq; cura & religione ſacerdotes ac Leuitæ circa ea uerſarẽtur. Hæc quotidie contemplando uehementer admirabatur, id quod nec diſsimulare potuit, ſed apud regẽ ingenuè faſſa eſt, quantoperè huiuſmodi ſpectaculis afficeretur. Omnia, inquit, rex, quæ auditu percipiunt cunctantius credere ſolemus: ſed de tuis bonis, quæ uel intra te ſunt repoſita, ſapientia uidelicet ac prudentia, uel tam amplum regnum tibi ſuppeditat, non uana fama ad nos perlata eſt: ſed quum eſſet uera, non reſpondiſſe tamen eam tuæ felicitati nunc præſens uideo. Quamuis enim auribus perſuadere conabatur, non potuit tamẽ res ita pro dignitate repræſentare, ſicut nunc oculis noſtris ſubijciuntur. de me quidem fatẽdum eſt, quòd cum de fide eius hæſitaſſem, ne fortè aliquid affingeret, nunc longè maiora eis conſpexi. Macti tanta felicitate Hebræi, macti amici ac familiares tui, quibus perpetuo ſapientia tua frui datum eſt. Laudandus deus qui regionẽ hanc

&

& habitatores eius adeò dilexit, ut te regem eis præficeret. Nec contenta uerbis indicasse quanti regem faceret, etiam muneribus suam erga illum obseruantiam testari uoluit. Viginti enim auri talẽta ei donauit, & aromatum uim magnæ æstimationis, lapillorumq; precioſiſsimorũ. Aiunt etiam quòd balsami plantam, cuius hodieq; ferax est nostra regio, illius reginæ munificentiæ ferri acceptam oporteat. Nec minora fuere quæ ipsa à rege recepit, optione etiam illi permissa. nihil enim roganti negatum est: sed libentius quàm illa peteret largiens, insignem præ se tulit liberalitatem. Atq; ita Aegyptiorum regina datis simul & acceptis ampliſsimis muneribus in patrium solum reuertitur. VII Per idem tempus allatis ex Aurea sicut uocant terra gemmis & lignis pineis, ex hac materie rex fulcra templi ac regiæ fecit, eiusq; parte usus est ad instrumenta musica, cinnyras & nabla, quibus Leuitæ diuinos hymnos solent accinere. nunquam enim antehac tam elegans apportata fuerat. Sed nemo sic cogitet, quæ nunc pinea ligna uocantur, quæue ad alliciendos emptores hac appellatione mangonizãt negociatores, illis esse similia. illa em̃ aspectu ficulnam materiem referunt, nisi quòd candidiora sunt & fulgentiora: id quod admonere officij nostri duximus, ne quis per ignorantiã in his discernendis fallatur, quandoquidem res Solomonis in huius materiei mẽtionem nos induxerũt. Eadẽ classis attulit regi auri talẽta DCLXVI. nõ annumerato quod priuatim negociatores mercati sunt, nec eo quod toparchę & reges Arabiæ dono illi miserunt. Ex eo fecit ducẽta scuta fusilia singula sexcentos siclos pendentia, & trecentos clypeos, quorum singuli trecentas minas penderent: atq; hæc omnia in aula Saltus Libani uocata reposuit. Sed & pocula ex auro solido parauit, & è lapide precioso, in usum cõuiuij singulari arte fabre facta, reliquamq; omnem supellectilem regiam ex auro fieri curauit. Nullum enim tum argento in cõmercijs erat precium. Multa enim nauigia rex in mari quod uocatur Tarsicum habuit, quæ ad remotas gentes merces uarias deferre iussit, pro quibus exportatis aurum & argentum regi referebant, multumq; eboris, & mancipia Aethiopica & simias. Ea nauigatio in itu ac reditu triennium integrum absumebat. Fama etiam celeberrima per omnes circumquaque regiones de Solomonis uirtutibus ac sapientia diuagabatur: qua excitι plerique reges, quo certiores de iam dictis fierent, uisendi eius cupidine flagrabant, & exquisita munificentia studioſos eius se declarabant. Mitteban tur uasa tam aurea quàm argentea, & uestes purpureę, & omne genus aromata: equi præterea currusq; & muli subuehẽdis sarcinis, qui uel robore uel pulchritudine regi placituri uidebantur: ut ad eum equorum ac curruum numerum, quem iam antè habuerat, ex donaticijs quadringenti currus accederẽt. Habuit enim prius currus mille, equorum uiginti milia. hi quum pulcherrimi fuere, tum ad cursum exercitatiſsimi, ut collati ad cæteros omnes post se relinquerent. His decus addebant equites, flos iuuentutis, procera statura, promiſſoq; capillitio conspicui, & tunicas è sarrana purpura induti. adhæc ramentis auri capillum quotidie spargebant, ut ad solarium radiorum contactum fulgor à capitibus eorum reflecteret. Hi armati & pharetris succincti regium currum stipabant, quo sublimis inuectus, & amictus ueste candida, mane solebat urbem egredi. Aberat ab Hierosolymis duorum schœ-

norum

norum ſpacio prædiũ nomine Hettan, hortis & inductis fontibus amœnum ſimul ac opulentum. in eum locum uectari delectabatur. Diuina autem quadam diligentia ac prouidentia rebus in omnibus utebatur, & cum eſſet elegantiarum amator, ne uiarũ quidem curam prætermiſit, ſed & harum quotquot Hieroſolyma regię ſedem ducebãt, ſilice cõſtrauit, tum ut ultro citroq́; commeantibus eſſent faciles, tum ad oſtentandam hac quoq; parte principatus ſui magnificentiam. Diſtributisq́; oppidatim curribus, & in ſingula certo numero ad alendum pręfinito, circa ſe quidem paucos reſeruauit: loca uero ubi alebantur, curruum oppida appellauit. Argenti etiam tantam copiam Hieroſolymis eſſe fecit, quanta fuit ſaxorum: & cedros arbores antehac nunquam in Iudæa uiſas, in campis eius adeò multiplicauit, ut moros numero æquarent. Mandauit etiam negociatoribus Aegyptiacis ut equos uenales ad ſe adducerent, in ſingulas bigas ſexcentarum argenti drachmarum precio conſtituto: quos deinde ad Syriæ reges & tranſeuphratenſes mittere ſolebat. Cumq́; eſſet omniũ regum glorioſiſsimus & pijſsimus, & opibus ac prudentia omnes ſuperaſſet qui ante illum rem Hebræorum adminiſtrauerant, deterior factus eſt ante obitum: & à patrijs moribus deſciſcendo, indignum antè geſtis rebus uitæ exitum habuit. Nam inſaniens in mulieres, & in rebus uenereis immodicus, non contentus ſuæ regionis mulieribus, multas externæ originis duxit, Sidonias, Tyrias, Ammanitidas, Idumæas: atq; ita contemptis ſemel Moyſi inſtitutis, quæ non niſi gentis eiuſdem coniuges permittebant, illarum deos colere cœpit, amori earum hoc tribuõs. Atqui hanc ipſam rem legislator præcauere uoluerat, ne per hanc occaſionem peregrinis implicarentur ritibus, néue relicto patrij numinis cultu, ad illarũ religiones ſe tranſferrent. Sed hęc Solomon cõtempſit, uoluptate irrationabili uictus: ductisq́; uxoribus è principibus uirisq́; illuſtribus prognatis ſeptingentis numero, & concubinis trecentis, & in his Aegyptiorum regis filia, adeò conſuetudine earum eſt captus, ut ritus earum imitaretur, quo magis illis hoc argumento fidem amoris ac beneuolentiæ faceret. ætate deinde prouectior, & mente iam paulatim ſeneſcente, magis etiam patriæ religionis oblitus cultum dei ſui neglexit, & mulierum exterarum ritibus aſſueuit: quamuis iam antè quoq; à prę ſcripto legum diſceſſerat, quando æreas boum effigies baſi maris illius addiderat, ſicut ſolio ſuo leonum pòſt appoſuit. Nam neque illa fas erat facere. Cumq́; domeſticum haberet exemplum pulcherrimum parentis uirtutem, & gloriam quam propter pietatem ad poſteros reliquerat, diſcedens ab eius imitatione, idq́; bis in ſomnis monitus ſequi paterna ueſtigia, mortem inglorius oppetijt. Venit itaq; ad illum propheta miſſus à deo, dicens neque clam eſſe eius impietatem, neque diutius impunitam fore: uiuo tamen regnum nõ auferendum, quando patri eius diuinitus ſit promiſſum non alium ſucceſſorem futurum: ſed poſt hunc defunctum, filium pœnas daturum: ita tamen ut non uniuerſum regnum deficeret, ſed decem ſolæ tribus ſeruo ipſius cederent, reliquæ duæ penes nepotem Dauidis remanerent, idq́; ipſius aui reſpectu, & urbis Hieroſolymorum in qua deus templum ſibi elegiſſet. His auditis Solomon uehementer perturbatus indoluit, omni felicitate, qua hactenus ſuſpiciebatur, in contrarium uergente. Nec multum temporis poſt hanc

3. Reg. 11

prophetæ

prophetæ denunciationē eſt elapſum, dum hoſtis ei deo ſic uolente exortus eſt, cui nomē Aderus, regi infenſus ob cauſam hanc. Idumæus fuit genere, & è regio ſtēmate. Cumq; Ioabus copiarū Dauidis imperator Idumæam ſubigeret, omnibus eius gentis qui per ætatem arma ferre poſſent internecione intra ſemeſtre deletis, hic etiamnum adoleſcētulus ad Pharaonē Aegyptiorum regem euaſit. ab eo comiter exceptus, & domum & agros ex quorum reditibus uiueret, munificentia illius eſt conſecutus: & poſtquam adoleuit tam carus ei factus eſt, ut rex cōiugis ſuæ ſororem, nomine Taphinem, nuptū ei traderet: ex qua filius natus, cū regis liberis eſt educatus. Porrò accepto in Aegypto de Dauidis & Ioabi morte nuncio, adiuit rogans ut ſibi in patriam reuerti permitteret. Rege autem percontāte quid illi deeſſet, qua'ue ſua iniuria prouocatus relinquere amicum benemeritum cuperet, & ſi non ſemel id petitū, impetrare tamen tunc nequaquam ualuit. Sed cum iam res Solomonis labare inciperent, deo impietatem eius non amplius ferente, cuius nutu Pharao difficilem ſe hactenus præbuerat, Aderus impetrato à ſuo rege commeatu in Idumæam reuertitur. & cum non poſſet gentem ſuam ad defectionem à Solomone perpellere, eo quòd ualidis præſidijs impoſitis in officio contineretur, nec liceret impune res nouas ibi moliri, profectus inde in Syriam ſe contulit. Vbi cum incidiſſet in quendam Razarum, qui deſciuerat à Sophenæ rege Adrazaro, & eas terras cum latronum manu incurſionib. populabatur, ſocietatem cum homine inijt: cuius ope occupata ea parte Syriæ, rex declaratus, Iſraelitarum ditionem crebro irrumpendo, uiuo adhuc Solomone rapinis omnia miſcebat & cædibus. Et quaſi parum eſſet Hebræis unus hoſtis externus, domi exſtitit qui Solomonem infeſtaret Hieroboamus Nabatæi filius, ueteri quodam oraculo ad res nouandas excitatus. Cum enim patre orbatus adoleſcens adhuc à matre educaretur, Solomon animaduerſa generoſa eius indole, præfecit eum fabricæ murorum, quando Hieroſolyma mœnib. cingebat. Eius operis curam tanta ſolertia geſsit, ut rex comprobata hominis induſtria, præmio dignum ducens, eum Ioſephi tribui præficeret. Ad quam dum Hieroſolymis egreſſus iter faceret, obuiam ei fit propheta nomine Achia, Silunte oppido oriundus. Is ſalutatum eum de uia paulum ſeduxit in rus quoddam diuertens, in quo tum nemo alius aderat: ſciſſoq; in duodecim fruſta pallio quo ipſe amiciebatur, iuſsit Hieroboamum decē inde ſumere, præfatus deum hoc iubere. Ille, inquit, ſciſſo imperio Solomonis, eius filio propter promiſsionem Dauidi factam tribum unam cum altera ei cōtigua daturus eſt: tibi uero decem propter Solomonis peccatum, qui mulieribus & dijs earum totum ſe deuouit. Quare ſciens cauſam propter quam deus ab illo eſt alienatus, iuſtitiam colito, & legum perpetuus cuſtos ac conſeruator eſto, cum pietatis ac religionis præmium maximum tibi ſit propoſitum, nimirum ut tantus euadas, quantum ſcis Dauidem prius fuiſſe. His prophetæ uerbis erectus ad ſpes magnas Hieroboamus, cum eſſet alioqui ambitioſo & inquieto ingenio, quamprimum in ſuam prouinciam peruenit, nō immemor præſagij prophetici ſolicitare populum cœpit, ut à Solomone deficeret, ipſique principatum deferret. Cuius conatibus & inſidijs cognitis Solomō uolebat eum comprehenſum occidere. At ille ad Suſacum Aegypti regem profugus

& preſens periculum euaſit, & manendo illic uſq; Solomonis obitum regno ſe Iſraelitico incolumem ſeruauit.

Solomone defuncto populus à Roboamo eius filio deficiens, Hieroboamum decem tribuum regem fecit. Cap. III.

OLOMON autem iam admodum ſenex moritur, exactis regni annis octuaginta, uitę uero nonagintaquatuor: ſepeliturq; Hieroſolymis, omnium regum feliciſsimus & opulentiſsimus atque prudentiſsimus, excepto peccato ad quod iam ſeneſcens à mulieribus eſt pertractus, de quo & conſecutis mox Hebræorum calamitatibus ſatis
VIII dictum eſt. Cæterum defuncto Solomone, & ſuccedente in principa-
3. Reg. 12 tum eius filio Roboamo, quem è Noma Ammanitici generis muliere ſuſcepe rat, mox quidam è proceribus in Aegyptum miſerunt, qui Hieroboamum re uocarent. qui cum ad eos in urbem Sicima ueniſſet, etiam Roboamus eodem peruenit. Placuit enim conuentu Iſraelitarum illic habito, regnum de populi conſenſu accipere. Accedũt itaq; illum principes populi una cum Hieroboamo, rogantes ut aliquid de ſeruitio remitteret, & patre ſuo uellet eſſe mitior. Graui enim illius iugo ſe preſſos fuiſſe. Sic enim firmius ei fore imperium, ſi amari mallet quàm metui. Ille poſt triduum ad poſtulata reſponſurum ſe pollicitus, ſtatim in ſuſpicionem uenit, quòd ſine mora uotis eorum non annuiſſet. Decere enim eius ætatem putabant, procliuem eſſe ad benemerendũ. non nihil tamẽ ſpei ſuberat: quòd nõ ſtatim eſſent repulſam paſsi. Interim ille conuocatis paternis amicis conſultabat quale reſponſum populo dari oporteat. qui quum bene ipſi cuperent, & uulgi naturam probe callerent, ſuaſerunt ut comiter populum alloqueretur, & poſito aliquantiſper faſtu regio ad captandam multitudinis gratiam ſe accommodaret. hac enim arte captos facile illũ amaturos, quod natura ita comparatum ſit, ut ſubiecti delectentur regibus manſuetis, & de ſuo faſtigio nonnihil ſe demittentibus. Ibi deus ſine dubio mentem ademit homini, cui tam utilis in omne tempus ſententia, certe ad prę ſens ambienti regnum neceſſaria, non probabatur: ſed accitis æqualibus ſuis iuuenibus, & expoſito ſeniorũ conſilio, quid ipſis uideretur, proferre iuſsit. Illi, quia nec per ætatem poterãt, nec deus ſinebat, utiliora cernere, autores ei fiunt ſic ad populum reſpondendi: minimum digitum ipſius craſsiorem eſſe quàm patris lumbi fuerint: & ſi ab illo duriter habitos ſe putarẽt, durius etiã in poſterum tractãdos eſſe: & ſi ab illo ſcuticis cæſi fuiſſent, expectandum ut ab ipſo ſcorpionibus flagellarentur. His delectatus rex, & ratus decere maieſtatem principatus tale reſponſum, poſtquam tertia die populus ad audiendum conuenit, omnibus expectatione ſuſpenſis, & exiſtimantibus benignũ aliquid ſibi proponendum, omiſſo amicorum conſilio, ex iuuenũ ſententia reſpondit, non ſine dei uoluntate, ut Achiæ uaticinium ſuus euentus ſequeretur. Icti enim uelut ferro tam duris uerbis, nõ ſecus ac ſi à minis ad rem iam eſſet peruentum, per indignationem uno ore exclamant, nihil ſibi futurum amplius cum Dauidis progenie, haberet ipſe templum quod pater exſtruxiſſet, manifeſte defectionem præ ſe ferentes. Adeoq; pertinax ira fuit, ut Adoramum quæſtorem regium, miſſum ad excuſandum iuuenilis linguæ petulantiam, placandosq; concitati uulgi animos, ne auditum quidem lapidibus obruerint

ruerint. Quo facto Roboamus ratus, id quod erat, ſe in famulo ſaxis impetitum, ueritusq; ne conceptum ſemel odium in ipſius caput effunderetur, trepide conſcenſo curru quantũ potuit Hieroſolyma properauit. Et Iudæ quidem ac Beniamis tribus cõmunibus ſuffragijs regem eum eligũt: reliqua uero multitudo, ex illo die alienata à progenie Dauidis, Roboamo imperiũ detulit. id Roboamus ęgre ferens, conuentu duarum tribuum ſibi ſubditarum indicto, & delectu CLXXX milliũ habito, conaturus erat reliquas decem ui ad officium retrahere, niſi deus per prophetam interceſsiſſet, admonens nefas eſſe ciuile bellum mouere, præſertim cum deo uolente populus ab eo defeciſſet. Nunc prius Roboami Iſraelitarum regis geſta, ac tum demum res Roboami duarum tribuum regis dicemus, ſerie narrationis ita poſtulante.

Ergo Hieroboamus regia Sicimis cõſtructa, inibi domicilium optauit: nec eo contentus, apud Phanuelam urbem aliud ædificauit. Nec multo pòſt inſtante Scenopegia, cogitans ſecum, quòd ſi permitteret populo Hieroſolymitanã profectionem, & feſti illic celebrãdi poteſtatẽ faceret, populus captus religione tẽpli & ceremonijs, facile mutata uoluntate, ſeq; relicto ad priorẽ regem accedere poſſet, idq; non dominationi ſuæ tantum, uerumetiam uitę periculoſum foret, ſtatuit hoc modo rebus ſuis conſulere. Duas uitulas ex auro fecit, & conſtructis totidẽ delubris, altero apud Bethela, altero apud Danam, quod oppidum ſitum eſt ad minoris Iordanis fontẽ, effigies illas utrobique cõſecrauit: & conuentu indicto decem tribuum quibus ipſe præerat, pro cõcione in hunc modũ eas eſt allocutus: Viri populares, notũ uobis exiſtimo, ꝙ nullus locus deo eſt uacuus, & quòd is nullo certo loco includitur: ſed ubiq; uota exaudit, ubiq; cultores ſuos reſpicit. Quare non placet mihi, hoc tempore uos Hieroſolyma urbem infenſam longo itinere proficiſci religionis ergò. Homo illud templũ ſtatuit, quemadmodũ & ego duas aureas uitulas conſecraui, alterã in Bethelis, alterã in Dana, ut pro locorũ opportunitate ex propinquioribus oppidis ad eas confluentes, illic deũ rite adoretis. Nec deerunt ſacerdotes ac Leuitæ ex uobis per me deſignati, ne quid Leuiticam tribum & Aaronis progeniem deſideretis. Ergo quicunq; ex uobis ſacerdotium ambit, uitulũ & arietem deo mactet, quo ritu ferũt etiam primũ ſacerdotem Aaronem creatũ eſſe. His uerbis populũ decepit, autor ei factus patriæ religionis deſerendæ: quæ cauſa fuit Hebræis omnium calamitatum, ut bello ab exteris gentibus deuicti, poſtremo in captiuitatem abducerentur, ſicut ſuo loco dicetur. Porrò appetente iam ſeptimi menſis feſtiuitate, uolẽs & ipſe apud Bethela eam celebrare, ſicut à duab. tribubus Hieroſolymis celebrabatur, ante uitulam altare poſuit: moxq; aſſumpta põtificis perſona cũ ſuis ſacerdotibus ad illud aſcendit. Cumq; iam holocautomata in conſpectu totius populi pararet incendere, deo mittente ſuperuenit à Hieroſolymis propheta, nomine Iadon. Is in mediam multitudinem progreſſus, audiente rege ad altare ſermonẽ uertit. Altare, altare, hæc dicit dominus. Exorietur quidam de genere Dauidis, Ioſias nomine, is mactabit ſuper te falſos ſacerdotes illius temporis, & impoſtorũ ad impietatẽ populũ ſeducentium oſſa ſuper te incendet. Et ut nemini dubium ſit prędictionem hanc nõ eſſe uanam, prodi 3. Reg. 13

gio confirmabitur. Rumpetur altare hoc, & adipes uictimarum in eo congesti in humum effundentur. His prophetæ uerbis irritatus rex, intẽdit in eum manum, iubens hominẽ comprehendi: moxq; sideratũ brachium diriguit, ut reducere manum non posset, torpente membro haud secus quàm si esset exanime. Altare quoq; diruptum impositas uictimas effudit, ita ut uates dei prædixerat. Ibi rex uidens hominẽ ueridicũ esse ac diuinum, rogauit eum, ut deum exoraret, quò affectæ dexteræ uigorem pristinũ redderet. quod cũ ita factũ esset, lætus recepta sanitate, rogabat prophetam ut cum eo prandere dignaretur. excusauit Iadon, negans se in ea urbe panem aut uinũ sumpturum. id enim sibi contra interdictum dei non licere. uetitũ etiam ne per eandem uiam reuertatur qua uenerat. Rex autem miratus uiri continentiã, eo magis de se cœpit esse solicitus, ex his quæ uiderat & audierat, parum felicem rerũ
IX suarũ exitum augurans. Erat in ea urbe malus quidam pseudopropheta, quem Hieroboamus in honore habebat, seductus ab illo omnia ad gratiã loquente. hic tum decumbebat, quòd esset senio languidus. cumq; audisset à filijs de aduentu prophetæ à Hierosolymis, & prodigijs per eum patratis, & q̃ Hieroboamus emortuam dextrã ad illius preces sanam recepisset: ueritus ne rex de hospite melius quàm de se opinaretẽ, mandauit filijs ut eustigio asinum stratũ ad iter sibi expedirent. quibus impigre iussa exsecutis, conscenso iumento per uestigia prophetæ properabat. quem assecutus interquiescentem sub quercu patula & umbrosa, primo salutauit: deinde expostulauit cum eo quòd nõ ad se diuertisset, hospitalitate fruiturus. quo referente uetitum se à deo, ne apud quenquã in ea urbe cibum sumeret: Certe apud me, inquit, licuit sumere. nam ego quoq; propheta sum eiusdẽ cuius tu cultor numinis. & nunc ipsius iussu uenio, te ad nos adducturus, & prandio hospitali excepturus. Tum uates mentienti credens reuertitur. Adhuc aũt illis prandentibus, & familiari sermone se oblectantibus, deus apparuit Iadoni, pœnam inobedientiæ, pœnæq; modũ denũcians. Fore enim ut in itinere à leone discerpatur, nec in paternũ monumentum inferatur. Hæc autem deo uolente contigisse opinor, quo minus apud Hieroboamũ Iadonis uerba fidem inuenirent, de mendacio suspecti. Nam redeunti Hierosolymã leo factus obuiam, detractum de iumento necauit, nihil læso asino. imò & illum & prophetæ cadauer seruabat accubans, donec uiatores quidam rem uisam pseudoprophetæ renunciauerunt. Tum ille filijs in hoc missis corpus eius in urbẽ reportauit, inibiq; magnifice sepelijt, monitis filijs ut se quoq; post mortẽ in idẽ monumentũ inferrent. Vera enim esse quæcunq; ille præceciniſſet, de urbe illa & altari, & sacerdotibus ac pseudoprophetis. ad se autẽ nullam post mortem iniuriam peruenturam, propter cõmunem cum illo sepulturam confuso ossium discrimine. Post iusta funebria prophetæ reddita, & iuncta filijs mandata, cum esset uir malus & impius, Hieroboamum adit: & quid ita, inquit, istius fatui turbatus es sermonibus? Illo uero de altari & sua ipsius manu referente, ac uere hominẽ dei uatemq; optimũ uocitante, cœpit hanc eius opinionem malitiose labefactare, & probabilibus rationibus rei ueritatem offuscare. Aiebat enim præ lassitudine manũ eius obtorpuisse, dum altari infert

uictimas

uictimas, ac deinde poſt quietem priſtinũ uigorem recepiſſe. Altare quoq; recentis etiam tum ſtructuræ, quòd tot ac tantarum uictimarum molem nõ ferret, diſruptum concidiſſe. Poſtremo uatis mortẽ indicat, à leone eſſe necatũ: adeò nihil diuinũ nec in uita nec in uerbis eius fuiſſe. His dictis regi perſuaſit, & mentem eius à deo & iuſtis ac pijs operibus in totũ auerſam in extremam impietatẽ præcipitauit. In tantum enim poſthac contra omne ius ac fas debacchatus eſt, ut nihil aliud quęreret, quàm quomodo indies magis ac magis ſemetipſe nouis ſceleribus ſuperaret. Sed hoc omiſſo de Solomonis filio Roboamo iam dicendum. Is duarum tribuum regno potitus, urbes munitas & magnas condidit, quarum nomina hæc: Bethleem, Ethame, Thecos, Bethſur, Socho, Odolam, Ipa, Mareſa, Zipha, Adoram, Lachis, Azeca, Saræm, Elom, Hebron, omnes in tribu Iudę ſitę. Alias deinde ęque magnas in Beniamitica ſorte muniuit, ſingulisq; ſua præſidia & prefectos impoſuit, frumento, uino, oleo, cæterisq; cõmeatibus abunde inſtructis. Scutorum etiam & lancearum tantũ numerum fabricari curauit, quantus multis millibus ſufficeret. Ad hunc Hieroſolymis degentem è tota Iſraelitarum ditione confluxerunt ſacerdotes & Leuitæ, & quotquot è reliqua plebe erant boni ac iuſti patrias ſuas relinquebant, ut Hieroſolymis deũ colere liceret, offenſi Hieroboami tyrannide, qui eos ad ſuarum uitularũ adorationem ui adigere uolebat. quo factum eſt ut Roboami regnũ integro triennio talibus acceſſionibus creſceret. Qui cum ex priore matrimonio cognatæ cuiuſdam mulieris tres liberos ſuſcepiſſet, ſuperduxit poſtea cognatam aliam, Macham è Thamare Abeſalomi filia primogenitã, ex qua Abiæ pater factus eſt. & quãuis etiam ex alijs uxoribus liberos haberet, præ omnibus tamen amauit Macham. erant enim ei legitimæ uxores octodecim, cõcubinæ uero triginta: & ex his uigintiocto filij, filiæ uero ſexaginta. Abiam uero Machæ filiũ ſucceſſorem ſibi deſignauit, eiusq; fidei theſauros ſuos & munitiſsimas quaſq; urbes credidit. Sed ut plerunq; ſolent mortales fortuna blandiente corrumpi, Roboamo quoq; idem accidit. Videns enim ſui regni tanta incrementa, ad iniuſtas & impias actiones deflexit, factus contemptor uerę religionis, ita ut etiam populum in imitationem ſui pertraheret: quandoquidem ea eſt rerũ humanarum natura, ut cum principum ac magiſtratuũ moribus etiam ſubditi deprauentur, quorũ modeſtia ceu norma corrigi debebant, & pro uirtutibus uitia eorum ſequantur: alioquin niſi eadẽ quæ reges faciant, improbare facta illorum uidentur: ſicut ſub Roboamo cõtigit, populo leges ac pietatem egregiè contemnente, ne iuſtitiæ ſtudijs regem ſuum offenderet.

Suſacus Aegyptiorum rex captis Hieroſolymis diuitias eius urbis in Aegyptum tranſportauit. Cap. IIII

HAnc cõtumeliam deus per Suſacum Aegyptiorum regem ultus eſt, cuius res geſtas Herodotus per errorẽ Seſoſtri adſcribit. hic enim Suſacus quinto anno Roboami regni numeroſiſsimũ exercitum contra illum adduxit: in quo fuiſſe ferunt currus M C C, equitũ L X M, peditũ C C C C M: eius miles maxime ex Afris conſtabat ac Aethiopibus. Irrumpens igitur in Hebræorum regionẽ, munitiſsimas Roboami urbes ſponte deditionem facientes in fidem ſuam recepit, quib. præſidio

firmatis poſtremo Hieroſolyma eſt aggreſſus. Roboamus uerò unà cũ ſuis à Suſaci exercitu obſeſſus, uerſus ad ſupplicationes exorare deũ non potuit, ut uictoriam annueret. Samæas quoq; propheta eos terruit, dicẽs deum minari deſerturum ſe illos qui cultũ ipſius priores deſeruerant. quamobrẽ conſternati, & uidentes nullam ſalutis ſpem reliquã, omnes confiteri cœperunt, iure ſe à deo propter impietatẽ ac legum neglectum deſtitutos. Deus aũt uidẽs eos ſic affectos, & peccata ſua cõfitentes, per prophetã denũtiauit, nolle ſe eos perdere: ſubditurũ tamen Aegyptijs, ut experiantur utrum cõmodius ſit, deo ſeruire an homini. Suſacus autẽ Roboamo propter metũ dedente urbem, conditiones non ſeruauit: ſed deprædatus templũ, theſauros tum deo ſacros tum regios expilauit, exportata innumera auri atq; argenti multitudine, ac ne ſcrupulo quidem relicto. Detraxit etiã aurea ſcuta & clypeos, quos Solomon rex fecerat: ac ne pharetras quidẽ aureas reliquit, quas Dauid dedicauerat, à Sophenæ rege acceptas: atq; ita cum opima præda domũ eſt reuerſus. Meminit aũt huius expeditionis etiam Halicarnaſſenſis Herodotus, in nomine tantũ errans, & quòd peruaſis multis alijs gentibus etiam Palæſtinam Syriam ſubiugarit, hominibus non expectata ui deditionẽ facientibus. Apparet aũt ſatis q̃ noſtram gentẽ dicere uelit ab Aegyptio ſubactã. narrat enim hunc columnas reliquiſſe apud eos qui prius q̃ martem experirentur deditionẽ feciſſent, in quibus pudenda muliebria inſculpta fuerint. Roboamus autẽ is fuit rex noſter, qui urbẽ anteq̃ oppugnaretur dedidit. Idem ait Aethiopas quoq; ab Aegyptijs circumciſionẽ uiriliũ didiciſſe. Phœnicas em̃ & Syros Palæſtinos fateri ſe hanc ab Aegyptijs accepiſſe. Conſtat aũt quòd nulli alij circuncidãtur in Palæſtina Syriæ præterquã nos. Sed de his quiſq; ſuo arbitratu ſentiat. Poſt Suſaci diſceſſum Roboamus pro ſcutis & clypeis aureis parem æreorum numerum refecit, eaq́; ſcutarijs & excubitoribus ſuis aſsignauit: & ſine ulla memorabili expeditione, aut præclaro facinore, quietus regni ſui tempora elabi paſſus eſt, metu cohibente, eo quòd perpetuũ illi eſſet cum Hieroboamo diſsidium. Vixit annos LVII, ex quibus decem & ſeptem in principatu exegit, uir arrogans ac inſipiens, ut qui propter ſpretũ paternorum amicorũ conſilium tantam ditionem amiſit. Sepultus eſt Hieroſolymis in regijs conditorijs. In regnũ paternum Abias ſucceſsit octauũ iam ſupra decimũ annum, Hieroboamo apud decem tribus regnũ obtinẽte.

XI 3.Reg.14 Et quoniam huius regis exitum diximus, ſupereſt ut quis Hieroboami finis fuerit conſequenter ſubnectamus. Is nullum neq; modũ neque finem impietatis faciens, ſingulis diebus aras in excelſis lucis exſtruebat, & ſacrificos his è uulgo aſsignabat. Hanc ſuam contumeliam, dignamq́; tanta impietate pœnam, nõ multo pòſt deus in caput ipſius atq; familiæ uertit. Cumq́; filius eius Obimes illo tempore ægrotaret, iuſsit uxorem ſuam mutato cultu, ſumptoq́; priuato habitu, ad Achiam prophetam proficiſci. eſſe enim hunc uirũ in prædicendis futuris mirificũ, à quo ipſe olim regnum ſibi deberi cognouiſſet. mandauitq́; ut quaſi peregrina de filio percontaretur, eſſet'ne præſentem morbũ euaſurus. Illa habitu mutato, ita ut à marito iuſſa fuerat, in Siluntem ubi tũ Achias degebat, peruenit. Iamq́; aduentante ad illius ædes mulierẽ, cæcutienti præ ſenio deus apparuit, indicans & q̃ Hieroboami uxor ad

eum

eum ueniret,& quid ad interrogata reſpondendũ ſit. Et cum iam p foribus eſſet priuatam hoſpitem ſimulans, exclamat: Ingredere Hieroboami cõiux, quid teipſam cælas? deũ certe latere nõ potes,qui me de aduẽtu tuo præmonuit,mandauitq; quid tecũ loqui debeam. Vade igitur ad maritũ,& hæc dei uerbis ei renuncia. Quoniam te magnũ è paruo & nihili reddidi, & abſciſſo à Dauidis familia regno, tibi illud dedi: tu cõtrà immemor horũ beneficiorum fuſiles deos q̃ me colere maluiſti:ideo delebo te & tuũ genus,& cadaue ra ueſtra à canibus atq; alitibus deuorabunt. conſtituã enim regem ſuper populũ meũ,qui neminẽ è Hieroboami genere ſuperſtitẽ eſt electurus. Nec populus erit expers ultionis,ſed excidet è terra bona hac,& in tranſeuphratẽſes regiones diſperget, quia regis impietatem eſt imitatus, & deos ab illo factos adorat,relictis meis ceremonijs. Tu uero mulier ad maritũ propera, hæc illi renunciatura. Filiũ enim mortuũ reperies:nam te urbẽ ineunte, ille è uita exiturus eſt:ſepelieturq; defletus à toto populo,& publico luctu honoratus. Solus enim hic è Hieroboami familia bonus exiſtit. Hoc oraculo mulier territa ſe proripit, & toto itinere futurã filij mortẽ iam tum deplorans plagẽsq; miſera properat propter maritũ, eadem opera filio fatũ accelerans, quẽ non niſi mortuũ uiſura erat: reuerſaq; domũ illum quidem ita ut propheta prædixerat, exanimem reperit, regi uero cuncta ordine renuntiauit.

Hieroboami cõtra Abiam filium Roboami expeditio & clades,& quòd Baſanes Hieroboami generis exſtirpator, ipſe regnum occupauerit. Cap. V

AT Hieroboamus nihil his motus, magnis delectibus habitis contra Abiam filium Roboami, duarum tribuum regem qui tum patri ſucceſſerat, duxit exercitum, propter ætatem eius non ſatis adminiſtrandis rebus maturam ſperans ſe facilem uictoriam reportaturum. Ille uero audito aduentu Hieroboami haudquaquam eſt perterritus,ſed ſupra ętatẽ,& ſupra quàm hoſtis ſperauerat,impigre collecto è duabus tribubus exercitu, occurrit Hieroboamo in quodã loco qui appellatur mons Samaron,& prope illum caſtra metatus ad præliũ ſe & ſuos parabat. Habebat aũt in caſtris quadringenta millia militum:Hieroboami copiæ duplo numeroſiores fuere. Vt uero pugnãdi ſtudio acies inſtructæ ex aduerſo conſtitere, Abias occupato editiore quodam loco, manu mota ſilentium ab hoſte petijt. Quo impetrato,ſic orſus eſt dicere. Quòd Dauidi atq; eius poſteris regnũ in multas ætates duraturũ diuinitus ſit conceſſum,ne ipſi quidẽ ignoratis:quo magis miror cur deſerto meo patre, Hieroboamo eius ſeruo adhærere malueritis,& nunc ab illo cõtra nos ſtetis iuſto dei ſuffragio principatum obtinentes,impugnaturi nos & reliqua regni parte depulſuri. maiorem enim eius partem Hieroboamus iam nunc iniuſta ui occupat. Sed non diu fruetur ſua tyrannide, dabit deo pœnas perpetratorum ſcelerũ, qui finẽ imponet eius nefarijs facinoribus, quandoquidem ipſe non uult imponere, atq; etiam uos ad omnem iniquitatem incitare nõ deſinit. Hoc enim autore nulla iniuria prouocati à meo patre,tantum quia malis conſilijs ſeductus,parum comiter uos allocutus eſt, irati deſeruiſtis non tam illum q̃ deum optimum maximũ, legesq; eius omniũ quæ unq̃ fuere ſanctiſsimas. Atqui æquũ erat ueniam dediſſe non ſolũ uerbi durioris homini iuueni & concionandi

non admodũ perito,ſed etiam ſi re aliquid per ętatem peccaſſet,uel propter Solomonem patrem,& illius in hanc gentem beneficia.Par enim eſt parentum meritis poſterorum errata condonari. Vos uero nullam eorum rationem habuiſtis,ac ne nunc quidem habetis,ſed tam numeroſo exercitu cõtra nos uenitis.qua quæſo re freti? num aureis illis uitulis,& aris ac lucis celſioribus? quæ nõ religionis ſed impietatis ueſtræ argumẽta ſunt.An fortè multitudo qua potiores eſtis,ſpem uobis facit uictoriæ? At nihil pollet quantũlibet innumera uis exercitus, pro iniuſtitia contra ius arma ferentis. In ſola enim pietate ac iuſtitia ſpes uictoriæ ſita eſt,quæ profecto penes nos eſt,qui conſtanter in ſeruandis legibus & ueri numinis cultu perſeueramus: quem non manus artificis è materia fragili ſculpſerunt, neq; ſceleſtus rex cõmentus eſt ad imponendum uulgo ignobili:ſed qui conditor eſt omniũ, & principium huius uniuerſitatis ſimul & finis. Quamobrem nunc quoq; ſuadeo ut reſipiſcatis,& ſecuti meliora conſilia deſinatis contra inſtituta patria bellum gerere,per quæ ad tantam felicitatem perueniſtis.Dum in hanc ſententiam Abias uerba facit ad Iſraeliticũ populũ,interim à Hieroboamo pars copiarum occulte miſſa à tergo Abianorum conſpicitur: qui circumuentos ſe uidentes nõ mediocriter ſunt territi. Ibi Abias bono animo ſuos eſſe iubet, omnemq; fiduciam in deo ponere: illum certe nullis hominum inſidijs circumueniri. Ad hanc regis uocẽ redditus eſt militi animus:& inuocata ope numinis, ad ſacerdotum claſsica ingẽti clamore ſublato alacritatis indice in hoſtem irruunt. Nec defuit cæleſte auxilium, quod hoſtium uigorem retudit, Abianis longe præpollentibus. Tantam enim ſtragem ediderunt, quãta in nullis uel Græcorum uel Barbarorum inuenitur commentarijs. Cæſis enim quingentis millibus memorabilem apud omnes poſteros uictoriam retulerunt: & urbes eorum munitiſsimas ui captas diripuerunt,Bethelen cũ ſua ditione,itemq; Iſanam & huic coniunctam ditionem. Poſt eam cladem Hieroboami uires omnino fractæ fuere,quãdiu Abia fuit ſuperſtes. Defunctus enim eſt non multo poſt uictoriam,exacto tertio principatus ſui anno: ſepultusq; eſt Hieroſolymis in maiorum ſuorum conditorijs, relictis filijs uiginti duobus,filiab. ſexdecim. is liberorũ numerus è mulieribus XIIII ei ſuſceptus eſt.In regnum ſucceſsit filius Aſanus,matre Machæa genitus, quo regnante Iſraelitarum regio decenni pace potita eſt. Atque hæc ſunt quæ de rebus Abiæ ſunt prodita. Mortuus eſt deinde etiam Hieroboamus rex decẽ tribuum,cum regnaſſet annis uigintiduobus,ſecundo iam anno regni Aſanici exacto.Eius loco imperauit filius Nadabus,paternæ malitiæ ac impietatis æmulus,eó que in principatu biennium exegit. Quo tempore ducto exercitu ad Gabatho Palæſtinorum urbem, putabat ſe eam obſidione poſſe capere. Interim quidam è domeſticis eius amicis Baſanes Macheli filius inſidijs interceptum occidit,& arrepto regno totam eius ſtirpem excidit,euenitq; iuxta prophetæ uaticiniũ, ut qui ex Hieroboami cognatis in urbe trucidabantur à canibus laniati abſumerentur: qui uero in agris, ab alitibus. Atque in hunc modũ Hieroboami familia debitas impietatis &ſcelerum pœnas exſoluit.

Aethiopum

Aethiopum irruptio in Hieroſolymitanum agrum ſub Aſano, & exercitus eorum interitus. Cap. VI

ASanus autem Hieroſolymorum rex uir erat moribus honeſtiſsimis prædi- XII
tus, & cæleſtis numinis obſeruantiſsimus, quiq; nihil uel cogitaret uel faceret niſi pietati ac naturæ legibus conſonum. is correxit quicquid erat in ſuo regno uitioſum, ſublatis omnib. exoticis immunditijs. habuitq; in exercitu lectiſsimorum uirorum ſcutatorum ac haſtatorũ ex tribu Iudæ trecenta millia: ex tribu item Beniamitica ſcutatorum & ſagittariorũ ducenta quinquaginta millia. Eius regni anno decimo Zaræus Aethiopum rex cum maximo exercitu contra eum uenit, ducẽs peditum nongenta millia, equitũ centum millia, adiunctis trecẽtis curribus. Huic progreſſo uſque Maræſam, quæ eſt urbs ditionis Iudæ, occurrit Aſanus: & inſtructa contra eum acie non procul ab urbe in quadam ualle, cui nomen Saphatha, ut uidit ingentem Aethiopum multitudinem, exclamauit deum inuocans, oransq; ut uictoriam ſibi contra tam multa hoſtium millia dignetur annuere. Veniſſe ſe ad dimicandum cum Zaræo ſola illius ope fretum, qui paucos plurium, & imbecilles fortium uictores poſſet reddere. Hæc precanti deus uictoriæ ſignum obtulit: quo uiſo rex alacris cum hoſte conflixit, cæſisq; plurimis, reliquos terga uertentes uſque in agrum Gerarenum perſequutus eſt. Verſi deinde à cædibus ad rapinas Gerara capiunt ac diripiunt. idem & in caſtris hoſtium factum eſt: unde multum auri egeſtum eſt, prædaq; abacta camelorum, iumentorum, & greges pecorum. Tanta uictoria diuinitus parta ditati omnes reuertuntur Hieroſolyma: iamq; nõ longe aberant quum illis propheta Azarias fit obuiam. is poſteaquã agmen conſiſtere iuſsit, orſus eſt dicere, hanc uictoriã diuino fauore eis contigiſſe propter ſeruatam iuſtitiam ac pietatem, & quia ſemper dei uoluntati obtemperauiſſent. Quòd ſi ita ut cœperant pergerent, in poſterum quoque uictorias de hoſte & uitam fortunatam eiuſdem fauore illis expectandam: ſin uero à religione deſciuerint, omnia contraria illos manere: ſequuturumq; tale tempus, in quo neq; propheta uerax in populo reperiatur, neq; ſacerdos iuſtitiæ cultor. Tuncq; & urbes eorum ſubuertendas eſſe, & gentem per omnes terras diſpergendam, erronumq; more uitam acturam nullis certis ſedibus. Quapropter hortabatur ut dum tempus eſſet probitati ſtuderent, & diuinũ fauorẽ ſibijpſis non inuiderent. His auditis rex unà cum populo gauiſi ſunt, dederuntq; operam & publice & priuatim ut religio ſarta tecta maneret, dimiſsis à rege per totam regionem à quibus hoc negotium diligenter curaretur. Nunc relictis in hoc ſtatu Aſani duarum tribuum regis rebus, reuertor ad Baſanem Iſraelitarum regem, qui Nadabo Hieroboami filio cæſo regnũ eius occupauerat. Hic in Tharſe urbe electo domicilio uigintiquatuor annis regnauit, ſceleratior, magisq; impius quàm uel Roboamus uel illius filius, afflictor populi, & aduerſus deum contumax. Quapropter miſſo ad eum 3. Reg. 16
Gimone propheta prædixit ſe totum ipſius genus exciſurum, & eiſdem quibus prius Hieroboamum cladibus profligaturum: eo quòd rex à ſe cõſtitutus ingratus fuiſſet, nulla in adminiſtrando regno pietatis aut iuſtitiæ ratiõe habita

habita, quibus uirtutibus nulla uel utilior populo, uel deo gratior: ſed ſceleratiſsimi Hieroboami factus imitator, omnibus eius uitijs ſeſe contaminaſſet. Cui quum ſimilis eſſe uoluerit, merito etiam ſimilem exitum habiturum. At Baſanes poſteaquam cognouit imminẽtes pro ſcelere ſibi ac ſuo generi calamitates, non hoc curauit ut correctior in poſterũ & anteactorũ pœnitens placato numine uitaret exitiũ: ſed uelut propoſito præmio ſi ſtrenue pergeret, ac ſi per prophetam ampla ſpes propoſita, non calamitas denũtiata eſſet, ſeipſo factus nequior, indies data opera ſcelus ſcelere cumulabat. Poſtremo cũ exercitu aggreſſus eſt urbem non ignobilem Ramathonem, diſtantem quadraginta ſtadijs à Hieroſolymis: quam captã muniebat, ut eam ſedem belli faceret, unde ſui milites excurſionibus regnum Aſani uaſtarent. Veritus autem eius conatum Aſanus, & cogitãs quàm multa damna ſuæ regioni relictus apud Ramathonem exercitus infere poſſet: miſit ad regem Damaſcenorum legatos cum pecunijs, ambiens eius ſocietatem, & admonens quòd paterna inter ipſos intercederet amicitia. At ille & pecuniam libenter accepit, & ſocietatẽ cum eo inijt, relicta Baſanis amicitia: moxq; ſuos duces iubet cum exercitu in illius ditionem proficiſci, & urbes hoſtiliter infeſtare: qui ſine mora alias incenderũt, alias diripuerunt, uidelicet Achionem, Danam, & Abelmaen. His auditis Iſraelitarum rex, omiſſa munitiõe Ramathonis, ad ſuas res tuendas reuerſus eſt. Aſanus autem è cõuecta ab illo materia duo firma oppida in eo loco cõdidit, quorum alteri nomen Gaba, alteri Maſpha. Nec poſtea Baſanes bellum inſtaurare ualuit, fatali morte præuentus: ſepultusq; eſt in Arſane oppido. In regnum ſucceſsit filius Elanus. Hic poſt alterum regni annum perijt per inſidias cæſus à Zamare ſui equitatus dimidiæ partis magiſtro. Epulantem enim apud Oſam ſuum procuratorem immiſſa equitum turma facile oppreſsit, per abſentiam tam præfectorum quàm militum, qui tum omnes in obſidione Gabathonis Palæſtinorum urbis occupati fuere.

Baſanæ ſtirpe ſublata apud Iſraelitas Zamares, & poſt hunc Amarinus & Achabus filius, regnum obtinent. Cap. VII

DEinde ex magiſtro equitum factus rex, totam Baſanæ ſtirpem iuxta Gimonis uaticinium extinxit. Eodem enim modo eius familia radicitus interijt propter impietatem, quo Hieroboami progeniem internecione abſumptam diximus. Interea qui Gabathonem obſidebat exercitus, audito regis caſu, & quòd Zamares occiſi à ſe regnum inuaſiſſet, & ipſe Amarino imperatori ſuo regnum detulit: qui ſoluta Gabathonis obſidione ad Tharſen regiam properat, eá que expugnata ui potitur. Zamares uidens urbem ſine præſidio, in intimam regiam ſe recepit, ſubiectó que igne ſimul cum ea ſe quoque concremauit, regni ſui die ſeptimo. Quo facto confeſtim populus in diuerſa ſtudia ſciſſus eſt, alijs Thamanum, alijs Amarinum regnare uolentibus. Cuius factio quum tandem uiciſſet, occiſo Thamano ſolus totius populi regnum obtinet. Trigeſimo anno regni Aſani regnauit Amarinus annis duodecim, ſex Tharſæ, reliquos ſex Mareone, quæ à Græcis Samaria dicitur. Ipſe Samaræum uocauit à Samaro, de

quo

quo montem emerat, in quo urbs ſita eſt. Hic nihil à prioribus regibus differebat, niſi quod illis fuit ſceleratior. Omnes enim hoc tantum agebant, ut populum quotidianis impietatibus à deo ab alienarent. Quapropter iratus deus effecit ut alius alium tolleret, & cum toto ſuo genere exſtirparentur. Hic Samarię diem ſuũ obijt, ſuccedente Achabo filio. Hinc certe uidere licet quàm curæ ſint deo res hominum, & quomodo bonos diligat, malos contrà funditus eradicet. Iſraelitarum enim reges propter impietatem breui tempore alius ab alio cum totis familijs ſublati ſunt. Aſanus uero Hieroſolymorum duarumq; tribuum rex ob pietatem ac iuſtitiam feliciter dei fauore uiuens ad extremam peruenit ſenectam, & poſt unum & quadraginta regni annos bona morte deceſsit. cui mox Ioſaphates ſucceſsit filius, ex Abida matre natus, omnium teſtimonio proauitæ pietatis ac fortitudinis æmulus, quibus Dauidem ſanctiſsimum regem retulit, quemadmodum paulo poſt dicetur.

Cæterum Achabus Iſraelitarum rex habitauit Samariæ, ubi uigintiduo- XIII
bus annis regnum tenuit, nihil de priorum regum inſtitutis mutans, niſi ſi quid fortè deterius commentus eſt. Omnium enim impietates repræſentauit ac ſcelera, ſed Hieroboami præcipue. nam & uaccas ab eo conſecratas adorauit, & alias ſuper hanc impietates addidit. Vxorem præterea duxit filiam Ithobali, Tyriorum ac Sidoniorum regis, cui nomen Iezabela: moxque ab ea domeſticos illius deos colere didicit. Erat hæc muliercula audax & temeraria, adeoque impotentis inſaniæ, ut non uerita ſit templum Beli deo Tyriorum exędificare, & lucum omnis generis arborum plantare: cui etiam ſacerdotes & falſos uates inſtituit. Quin & ipſe rex hoc genus hominum frequens circa ſe habere delectabatur, dementia & malitia omnes ante ſe reges ſuperans. Hunc propheta quidam dei maximi è Thesbone Galaditica urbe oriun- 3. Reg. 17
dus adijt, dicens eum prænunciare, quòd nec pluuiam illis annis daturus ſit, nec rorem, donec ipſe uates non compareret. Additoque iureiurando quo magis rem confirmaret, ſeceſsit ad tractum auſtralẽ, ubi ad torrentem quendam degebat, unde potum haberet. Nam cibus ei quotidie per coruos afferebatur. qui poſtquam ob inopiam imbrium exaruit, iubente deo profectus eſt Sareptam, quod oppidum Tyrum inter & Sidonem ſitum eſt. Illic enim ſe mulierem uiduam inuenturum præmonitus fuerat, quæ alimenta ſuppeditaret. Iamque non longe à porta aberat, quum uidet mulierem operariam ligna colligentem: & ſignificante deo hanc fore eius altricem, ſalutatam prius rogauit ut aquam potabilem afferret: abeuntemque iam reuocans, & panem portare iuſsit. Iurauit illa nihil ſibi domi eſſe præter unicum farinæ pugillum & olei paululum: ueniſſeq; ſe eò ut collectis lignis ſibi ac filio panem coqueret, quem ubi comediſſent fame abſumerentur, quandoquidẽ nihil ſupereſſet aliud. Tum propheta, Vade, inquit, bono animo lætiora ſperans: & primum mihi paululum paratum affer. polliceor enim tibi nunquam in uaſe illo farinam defore, nec oleum in fidelia, donec deus det pluuiam. Paruit mulier, & quæcunque propheta petierat fecit: deincepsque & ſibi & filio & hoſpiti ſat alimentorum habuit. neutrum enim horum defecit, quandiu durauit ſiccitas. Meminit autem huius inopiæ pluuiarum etiam Menander in geſtis Ithobali Tyriorum regis ſic ſcribens. Hoc regnante etiã pluuiarum defectus

fuit

fuit ab Hyperberetæo menſe uſq; ad inſequentis anni Hyperberetæum continuus. qui cum ſupplicationes indixiſſet, ſequuta eſt magna uis tonitruum. Hic Botrym in Phœnice condidit, & Auzaten in Africa. His uerbis dubio procul ſiccitatem factam ſub Achabo, cuius tempore Ithobalus apud Tyrum regnauit, Menander in ſuos commentarios retulit. Mulier autem illa prophetæ hoſpes cum filius eius morbo præualente exſpiraſſet, eiulãs & uoces quas dolor exprimebat emittens, querebatur de aduẽtu hominis qui peccata eius detexiſſet, ideo mulctatã ſe filij morte dictitans. Ille conſolabũdus iubet eam ſibi tradere filium, breui recepturam uiuũ: acceptumq; mox in proprium cubiculum detulit: quo depoſito ſuper ſuum lectulum, exclamauit ad deum, nõ bonam hoſpitij gratiam altrici relatam extincto ipſius puero: rogabatq́ue ut remiſſo ſpiritu uitam ei reſtitueret. Itaq; deo genitricem miſerãte, & prophetæ gratificante, ne uideretur infortunium ſecum in hoſpitium intuliſſe, præter omnem expectationem recepit puer ſpiritum. At illa gratias egit uati, dicens nunc demum ſe agnoſcere diuinæ mentis interpretẽ. Paulo deinde poſt
1.Reg.18 dei iuſſu ad Achabum proficiſcitur, indicaturus ei uenturam pluuiam. Erat tum fames per totam regionem, & magna rerum ad uictum neceſſarium penuria, ut non ſolum hominibus panis deeſſet, uerum etiam equis cæterisq́ue iumentis terra negaret pabulum: tanta erat ubique ſiccitas. Rex igitur uocato diſpenſatore Obedia, cui iumentorum curam mandauerat, iuſsit ubiq; fontes & torrentes perquirere, ſicubi inueniretur herba ad ſecandum iumentis pabulum. Cumq́; multum quæſitus propheta Helias nuſquam compareret, iuſsit Obediam quoq; ſe ſequi. Partitis deinde itineribus, aliam rex, aliam diſpenſator uiam ingreditur. Erat autem uir pius, & quo tempore Iezabel regina in prophetas ſæuiebat cædibus, centum ex eis in cauernis ſubterraneis abdiderat, pane & aqua ſuſtentandos. Huic à rege digreſſo Elias occurrit, & ex percontatione agnitus à uenerabundo ſalutatur. Mox propheta mandãte ut aduentum ſuum regi nunciet: quo, inquit, meo merito me mittis ad eum qui te ubiq; gentium ad necem perquirit? Quis enim locus eſt ad quem attractu ros te non miſerit? Nunc fieri poteſt, ut dum ego regem adeo, te dei ſpiritus quo agitaris aliò rapiat: & rex te non reperto fruſtratus in caput meũ ſæuiat. Noli eſſe in meo periculo tam ſecurus, quũ ſcire poſsis quàm ſim ſtudioſus tui ſimilium, qui centum dei homines furori Hiezabelis eripui, & nũc eis in latebris alimẽta ſuggero. Propheta contrà iubet ut nihil metuens regẽ adeat, ſacramento interpoſito ſe quoq; eadem die in eius conſpectum uenturum. Quo indicio poſtquã Achabus Eliam adeſſe didicit, in occurſum eius properat: & cum indignatione, Tun ille es, inquit, Hebræorum turbator? tu ne ſterilitatis huius autor? At ille nihilo blandior, ipſum & eius familiam cum ſuis externis ſacris cauſam malorum omnium aſſeuerat, inuectis peregrinis numinibus, & pro abrogato ueri dei cultu ſuppoſitis. Mox iubet ut eat, & totum populum in Carmelum montem ad ſe conuocet, ſimulq́; ſuos & uxoris uates, quorum numerum etiam non tacuit: præterea lucorũ prophetas quadringentos plus minus. Vt uero omnes acciti à rege ad conſtitutum locum confluxerunt, Elias in medio conſiſtit, & quouſque, inquit, inter utrunque uacillabitis? Si enim deum noſtrum uerum & ſolum creditis, hunc & mãda-

ta

ta eius ſequimini. quòd ſi non huic ſed externis diuinos honores deberi exiſtimatis, illos igitur recipite. Populo uero nihil ad hæc reſpondente, Helias poſtulat, ut quo certiore argumento uel proprij uel alienorũ probetur potentia, ſolus ipſe dei ſui uates contra illorum trecentos contendat, accepto boue, & in lignorũ ſtruem impoſito; ſed nullo igne ſubdito. idem oportere & illos facere; atq; ita inuocare ſuos deos, ut ligna uelint accendere. Hoc enim pacto ueram dei naturam dignoſci poſſe. Quæ ſententia poſtq̃ placuit, iubet Elias prophetas illos electo boue priores ſacram rem facere, & ſua nominatim inclamare numina. Cumq; ſuis precibus & inuocationib. nihil proficerent, ludens Elias altius eos iubet uocẽ attollere, ſi fortè aut peregrè abſint aut dormiant. Illis uero à mane uſq; meridiem fruſtra inclamãtibus, & more patrio cultris ac lanceolis ſua corpora incidẽtibus, cum iam ſuæ uices ſacrificandi ueniſſent, amotis ſacrificis illis fanaticis iuſsit uulgũ propius obſeruare, ne fortè clàm ignem admoueret: qui poſtq̃ acceſsit, acceptis duodecim lapidibus iuxta numerũ tribuũ Iſraeliticarũ altare ex eis inſtaurauit, foditq; circum illud foſſam bene profundam. & coaptata ſuper altare ſtrue lignorũ uictimaq; deſuper impoſita, quatuor hydrias fontana aqua plenas ſup altare iuſsit effundi; ita ut foſſa quoq; repleretur aquis ſuperfluentibus. Quib. peractis, cœpit inuocare deum, precariq́ue ut erranti iam diu populo oſtendat ſuam potentiam: & ecce adhuc illo errante, ignis repente de cælo in altare la pſus inſpectãte populo tum uictimam tum aquam omnem circumfuſam abſumit, ita ut locus fieret aridus. Quo uiſo Iſraelitæ proſtrati in terram unum deum adorant, hunc maximũ & ſolum uerũ confitendo: cæteros nihil aliud eſſe quàm nomina uanis ſtultorũ hominum opinionibus conficta: móxque comprehenſos eorum prophetas interficiunt, Elia ſic iubente: qui & regem abire ad prandium iuſsit, nec eſſe amplius ſolicitum: breui enim uiſurũ pluuiam. quo abeunte Elias uerticem Carmeli conſcendit; & cũ humi deſediſſet,, caput genibus applicuit; iuſsitq; famulum aſcenſo quodam ſcopulo ad mare proſpicere, & indicare ſi cubi nubem excitari uiderit. Paruit ille nõ ſemel aſcenſo ſcopulo, ſed nihil ſe uidere retulit. Tandem ſeptimo reuerſus ait ſe uidiſſe in aere neſcio quid nigricans, humano ueſtigio non amplius. Quo audito Elias mittit eum mox ad Achabum, iubens ut rex propere in urbem redeat, prius quàm profuſus imber occupet. Qui poſtquam ad Ieſraelam urbem cœpit tendere, ſine mora offuſcato aere & inuoluto nubibus procella mixtus imber ſuperuenit: & propheta correptus numine regium currũ uſq; Ieſraelam Azari urbem currens proſequutus eſt. Iezabela uero Achabi uxor audito prodigio per Eliam patrato, quodq́; prophetas ipſius omnes interfeciſſet, miſit ad eum nuncios, minando ſe illum occiſuram, quemadmodum ipſe prophetas occiderat. Et Elias territus fugit in urbem Berſube, quæ eſt in extremis tribus Iudæ finibus, Idumeæ contermina: relictoq; ibi famulo, ipſe in deſertum abijt. Cumq; precatus eſſet mortem, quòd non eſſet cæteris melior, ut illis abſumptis ipſe uitæ cupidus eſſe debeat, ſub arbore quadam obdormijt: & excitatus à quodam, ſurgens inuenit aquam ac cibum appoſitum. & cum comediſſet collectis ex hoc cibo uiribus, ad Sinæũ uſq; montem peruenit, in quo Moyſes à deo legem accepiſſe proditur: ubi nactus am 3. Reg. 19

plum quendam ſpecum, ingreſſus habitare illic decreuit. Allapſa deinde ad aurem eius uoce incertum unde profecta, percontante quamobrem relicta urbe deſertũ coleret: ait ſe occiſis externorum deorũ uatibus perſuaſiſſe populo, quòd unicus ſit deus qui ab omnibus coli debeat: & ob id factum ad ſupplicium ſe à regina expeti. Mox eadem uoce iuſſus in craſtinum ſub diuũ prodire auditurus quid opus facto ſit: ſequenti luce è ſpelunca prodijt. Ibi & terræmotus eius aures perculit, & oculis ſe candens ignis fulgor obtulit. ſequutoq; mox ſilentiõ, diuina uoce nihil terreri præſentibus iuſſus eſt. neminem enim inimicorum fore illius compotem. mandatumque mox ut domum reuerſus declaret populi regem Ieum Nemeſſæi filium: apud Damaſcum uero Syrorum Azaelem: & pro ſe prophetam Eliſæum conſtituat, ex Abela urbe oriundum. Impios enim pœnam daturos, alios Ieu regi, alios Azaeli. His auditis Elias in regionem Hebræorum reuertitur: & quum offendiſſet Saphati filium Eliſæum arantem cum quibuſdam alijs impellentibus iuga duodecim, acceſsit & ei pallium ſuum iniecit: qui eueſtigio prophetare occœpit, relictisque bubus, ſectator Eliæ factus eſt. Rogauit tamen ut prius ſibi liceret parentibus ualedicere, quo impetrato illum ſequutus eſt, indiuiduus poſthac miniſter ac comes. Et prophetæ quidem huius res ita ſe habue
XIIII runt. Cæterum Nabuthus quidam ciuis urbis Azari, quum prædium ha
3. Reg. 21 beret regijs fundis contiguũ, ſæpe rogatus ab Achabo ut ei quantolibet precio uenderet rus finitimum, adiungendũ regio: aut ſi mallet unum aliquod è regijs pro eo ſibi eligeret: negauit ſe id facturum. gratius enim ſibi eſſe, è paternis agris fructus percipere. Rex non aliter quàm ſi ſuam poſſeſsionem amiſiſſet, quia non licebat alienam occupare, contriſtatus, nec lauare uoluit, nec cibũ ſumere. Iezabela uero ſcitante quid acciderit, ut nec balneum admittat, & cœnam æque ac prandium faſtidiat, quàm ruſticus ſit Nabathus ei denarrat. Vſum ſe apud eum comi ſermone, & infra regiam maieſtatem demiſſo, pro qua humanitate nihil niſi repulſam retuliſſe. Mulier contrà hortatur ut magno ſit animo, & mœrore miſſo ad conſuetam corporis curam redeat: ſe daturam operam, ne Nabuthus hanc contumeliam impune auferat. Móx que literas Achabi nomine ſcriptas mittit ad Iſraelitarum præcipuos, hoc argumento: Iubebantur indicto ieiunio concionem aduocare, & in ea primum locũ Nabutho propter illuſtre genus attribuere. Deinde ſubornatis tribus uiris nihil non auſuris, horum teſtimonio conuictum eum blaſphemiæ populo lapidandum obijcere, atque hoc modo de medio tollere. Id quod ita ut regina ſcripſerat factum eſt: & Nabuthus tali teſtimonio conuictus deo ac regi feciſſe conuitium, à populo eſt ſaxis obrutus. Quod ubi Iezabelæ relatum eſt, regem accedit, ſuadétque ut ſine ſuo ſumptu uinetorum Nabuthi hæreditatem capeſſat: & ille exiliens præ gaudio, ad uiſendum id prædium eueſtigio ſe confert. Deus autem iratus Eliam mittit, ut regi in eo rure occurrat, rogét que quid ita occiſo uero domino eius prædij hæreditatem iniuſte ſibi uſurpet. Quem ubi ad ſe uenientem uidit, turpe ratus obiurgari, prior faſſus erratum, ad ſatisfaciendum ipſius arbitratu ſe obtulit. Tum uates prædicit, eo loco ubi Nabuthi cadauer à canibus abſumptum eſt, fundendum & regis & reginæ ſanguinem, & totum eorum genus

delendum

delendum propter tam crudele ſcelus, quo ciuem cõtra ius per calumniam oppreſſerat. Tum demum Achabum eius facinoris pœnitentia ſubijt, & indutus ſaccum, nudisq; pedibus à cibo abſtinuit, peccatum cõfitens, & deum ita placare cupiens. Deus uero per prophetam denũciat, ſe quidem uſq; poſt eius obitum dilaturum uindictam, quandoquidem ſceleris pœniteat: minas tamen uanas non fore, ſed Achabi filium pro cõmiſsis pœnas daturum.

Adadus Damaſci & Syriæ rex bis contra Achabum ducto exercitu profligatur. Cap. VIII

DVm hæc circa Achabum gerũtur, eodem tempore Adadi filius Syrorum & Damaſci rex, cõtractis è toto regno ſuo copijs, aſcitisq; ultra Euphratẽ triginta duobus ſocijs regibus, contra Achabum duxit, qui intelligens ſe imparem eius copijs, à congreſſu quidem abſtinuit, ſed coactis ex agris in urbes munitiſsimas omnibus, ipſe manſit intra Samariam. Cincta enim erat mœnibus firmiſsimis, & alioquin uidebatur expugnatu difficilis. Syrus autem cum exercitu eò uenit, & obſeſſam urbem oppugnare cœpit. miſſoq; caduceatore ad Achabum, petijt ut ſibi liceat legatos ad eum mittere, propoſituros quid nam peteret: quo impetrato quum ueniſſent legati, ita ut illis mandatum erat, aiunt Achabi diuitias & liberos & uxores eſſe Adadi. quod ſi ipſe quoq; fateat, & permittat ei quicquid libuerit ex his ſumere, abducto exercitu regem obſidionem ſoluturũ. Achabus uero iubet legatos regi ſuo renunciare, & ipſum & ſuos omnes, facultatesq; uniuerſas in poteſtate illius fore. Poſt hanc legationem rurſum aliam Syrus miſit, poſtulans ut quandoquidem ipſius confeſsione omnia ſua eſſent, admitteret craſtina luce mittendos in hoc famulos, eisque liberum faceret regiam & amicorum ac cognatorum domos ſcrutari, & auferre quicquid in eis inuentum fuerit pulcherrimum. Reliqua quæ illis nõ placuerint, ſibi haberet. Achabus lætus ſecunda legatione Syri, aduocata concione, dicit ſe libenter pro pace & ciuium incolumitate uxores ac liberos ſuos, omnesque facultates proprias fuiſſe traditurum. Hoc enim prima legatione Syrum petijſſe. Nunc uero miſiſſe eum famulos qui omnium ædes ſcrutentur, & nihil in eis quod ſit pulcherrimum relinquant, nimirum belli anſam quærentem: ut quandoquidem ſciat propter amorem ciuium paratũ rebus ſuis non parcere, occaſionem belli ex illorum rebus arripiat. facturum ſe tamen, quicquid ipſis uiſum fuerit. Reclamauit tota concio contemnendũ eſſe cum ſuis mandatis inſolentem barbarum, & bellum alacriter gerendum. Accitis igitur legatis hoc reſponſum referendum dedit, quòd primis poſtulatis nũc quoque conſentiat ſecuritatis ciuium gratia, poſteriora non admittat. atque ita eos dimiſit. Hoc reſponſo commotus ad iram Adadus tertio legatos mittit cum minis: ferocem eum eſſe fiducia mœnium, ſe uero parem illis aggerem excitaturum, ſi uel pugillum terræ ſinguli milites conferant: uolens eum copiarum multitudine perterrefacere: Achabo uero reſpondente, inter armatos non uerbis ſed factis decernendum, legati reuerſi cœnanti tum fortè cum triginta ſocijs regibus reſponſa referunt. Ille eueſtigio mandat circumuallari urbem & aggerem erigi, & nullam oppugnandi rationẽ prætermitti

3. Reg. 20

termitti. Interim Achabus cum omni populo minimum à desperatione aberat. Sed hunc timorem ei propheta quidam superueniens exemit, dicens deum polliceri, daturum se uictoriam de tam multis hostium millibus. Rogatus deinde per quos hæc uictoria continget: per filios, inquit, principum, sed te regẽte illorum imperitiam. Accitis igitur principum filijs, qui triginta duo erant supra ducentos, cognito quòd Syrus ad epulas & luxum se dedisset, patefactis repente portis emittit iuuenes. Id postquam ei per speculatorem est significatum, mittit quosdam eis obuiam cum his mandatis, ut siue pacati ueniant, siue pugnatum, uinctos ad se pertrahant. Interim Achabus etiam reliquum militem intra mœnia paratum cum armis habuit. Filij uero principum congressi cum excubijs, multis occisis reliquos usque ad castra persequuti sunt. Quod ubi succedere Israelitarum rex animaduertit, uniuersum reliquum exercitum emittit. At illi repentino impetu in Syros delati, facile eos profligant, nihil tale expectantes. quo factum est ut in ebrios & inermes impingerent, ita ut relicta in castris armatura fugerent, & rex ipse pręceleri equo uix euaserit. Achabus uero longo spacio Syros persequutus est, cædendo quotquot assequi datum est. Direptis deinde opulentis castris, auro & argento refertis, captis etiam equis Adadi & curribus, domum in urbem reuersus est. Cæterum propheta monente ut in sequentem etiam annũ paratus sit, & exercitum in promptu habeat, reuersurum enim Syrum iterum, rex omni ope bellum apparat. Porrò Adadus seruatus è clade cum reliquijs exercitus, aduocatis amicis consultabat quomodo cum Israelitis bellũ gerere debeat. Illi suaserunt non esse posthac cum eis in montanis confligendum. Deum enim eorum in talibus locis pollere, & ideo se nunc ab eis uictos. Sed si in campestribus committatur prælium, facile se superiores fore. Præterea consuluerunt ut dimissis regibus quos secum in expeditionem duxerat, copias eorum retineret, & satrapas illis præficeret, supplementúmque in sua ditione tam equitum quàm peditum conscriberet. Placuit regi consilium, deditq; operam ut talis apparatus fieret. Mox ubi primum ueris signũ se protulit, exercitum in Hebræos duxit, & quum peruenisset prope oppidum Apheca, in magno campo castra posuit. Achabus uero cum suis copijs obuiam illi progressus, castra cum castris contulit, quamuis numero militum longe inferior. Superueniente deinde propheta, & uictoriam pollicente, ut hostis cõtra quàm opinabatur sentiret deum Israelitarum non minus potentem in campis quàm in montibus, per sex dies à neutris castris quicquam motum est. Septima uero quum hostis pro castris aciem explicuisset, Achabus quoque suos ex aduerso instruxit. Nec mora collatis signis acriter utrinq; pugnatum est, donec Syri non ferentes Hebræorum uim terga uerterent. quibus impigre uictoriam prosequentibus, cõfusum agmen trepide fugientium equitum, peditum, curruũ, à seipsis proculcatum obterebatur, nõ multis pro tanto numero in Aphecam amicam urbẽm euadentibus, qui & ipsi murorum ruina oppressi sunt circiter uiginti septem millia: in prælio uero centũ millia hostium ceciderunt. Adadus aliquot fidissimis famulis comitatus in quandam subterraneam cellam se abdidit. quibus clementiã Israelitici

litici regis prædicantibus, & ſpem uenię facientibus, ſi conſueto ſupplicum habitu ad eum mitterentur, permiſsi ſunt hoc facere. Illi induti ſaccos, & reſtibus capita redimiti, qui tũ priſcus apud Syros ſupplicandi mos fuit, Achabum adeunt, & ſalutis tantum gratiam petere Adadum ſignificant, dedititiũ eius in perpetuum futurum. Tum ille gratulari ſe ei dixit, quòd è pugna euaſiſſet, fratriſq; loco eum ſe habiturum pollicitus eſt. Famuli accepta ſacramenti fide nihil mali paſſurum, producunt è latebris hominem, & adducũt ad Achabum, qui tum ſublimis curru uehebatur. Et quum adoraſſet, Achabus porrecta dextra in currum eum ſuſtulit, exceptúmque oſculo iuſsit eſſe bono animo, & nihil ſe indignum timere. Adadus actis gratijs quàm longa ſibi uita daretur memorem ſe fore huius beneficij profeſſus eſt, redditurúm que Iſraelitici iuris urbes, quas maiores eius armis occupauerant: & facturum ei liberam poteſtatem commeandi Damaſcum, ſicut pater ipſius idem ius Samariæ habuerat. Fœdere deinde icto, & iureiurando firmato, Adadus egregie donatus in ſuum regnum remiſſus eſt. Poſt talem Syrorum contra Iſraelitas expeditionis exitum propheta quidam, nomine Micheas, acceſſit ad quendam Iſraelitam, iuſsitq; eum ut uulnus ſibi in caput infligeret, addens deum ita uelle. Qui quum parere nollet, daturum inobedientiæ pœnam prædixit, & leonis incurſu periturum. Quod quum ita euenisſet, alterum propheta adijt, idem imperans. A quo incunctanter ictus, & uerticem ſaucius, obligato capite uenit ad regem, dicens ſe commilitonem eius eſſe, & à tribuno captiuum quendam aſſeruandum accepiſſe: quo fuga elapſo periclitari ſe nunc ne interficiatur ab eo qui illum tradiderat, quandoquidem hoc interminatus ſit ſi captiuus effugeret. Reſpondente uero Achabo meritò id paſſurum, ſoluto capite agnoſcendum ſe Micheas præbuit. Hac autem arte uſus eſt, quo maiorem uim uerbis ſuis adderet. Ait enim deũ in regem animaduerſurum, quòd Adadum hominem impium & contra diuinitatem contumelioſis dictis furentem elabi permiſiſſet. Futurum enim ut ipſe ab eo cui pepercit interficiatur, & populus eius ab exercitu. Rex libertate prophetæ offenſus, iubet eum in carcerẽ conijci, & uehementer ea prędictione contriſtatus domum ſe recipit.

De Ioſaphato rege Hieroſolymorum. Cap. IX

HActenus de Achabi rebus, nunc ad Ioſaphatum Hieroſolymorum regem reuertor: qui aucto ſuo regno, & præſidijs per urbes ditionis ſuæ diſpoſitis, ne illas quidem ſine præſidio reliquit, quas Abias auus in ſorte Ephræmitica de Hieroboamo decẽ tribuum rege ceperat. Hic rex perpetuo propitium & auxiliatorem deum habuit, quòd eſſet uir iuſtus ac pius, & per ſingulos dies dabat operam ut aliquid gratum deo faceret. Quo factum eſt ut & ipſi à circumquaq; uicinis regibus multus honos haberetur, id quod miſsitandis ad eum muneribus declarauerunt, ut hinc quoque tam diuitiæ regis quàm fama non mediocre incrementum caperent. Anno autem regni ſui tertio conuocatis principibus & ſacerdotibus eius regionis, iuſsit eos obire uniuerſam ditionem, & populum oppidatim leges Moyſis, earúm que obſeruantiam atque religionis cultum docere. quod adeò libenter ciues complexi ſunt, ut certamen huius ſtu-

dij inter eos ſuſceptum uideri poſſet. Finitimæ quoq; gentes conſtanter hũc regem amabant, pacem inuiolatam cum eo ſeruantes. Palæſtini etiam ordinaria tributa perſoluebant, & Arabes annuos ſexcentos triginta agnos, paremq; hædorum numerum. Muniuit etiam magnas urbes ac ualidas, & exercitus armis bene inſtructos contra hoſtem aluit: ex tribu Iudæ ſcutatorũ trecenta millia, quibus præerat Edraus, Ioannes uero ducentis millibus. Idem dux habebat ex tribu Beniamitica ſagittariorum peditum ducẽta millia. alius præterea dux nomine Ochobatus ductabat centum octuaginta ſcutatorum millia, abſq; militibus qui per oppidorum præſidia fuere diſpoſiti. Duxit deinde filio ſuo Ioramo Achabi decem tribuũ regis filiam Gotholiam. Cumq; libuiſſet ei Samariam inuiſere, benigniſsime ab Achabo exceptus eſt, atque etiam militia quæ ſuum regem comitabatur, publice exhibito frumento, uino & carnibus, rogatusque eſt ab Achabo, ut contra Syrorum regem arma cum eo coniungeret, ad recipiendam urbem Ramatham in regione Galaditica, quam de ipſius Syri patre ceperat. Ioſaphato uero auxilium pollicito, quòd non minorem haberet exercitum, & Samariam accitis à Hieroſolymis copijs, progreſsi extra mœnia duo reges, & ſedente in ſuo quiſque ſolio, ſtipendia militibus numerabant. Ioſaphatus uero cenſebat ſi qui prophetæ eſſent accerſendos, & conſulendos de expeditione quæ contra Syrum parabatur, an & illis uideretur eo tempore ſuſcipienda. Etenim Achabo amicitia cũ Syro intercedebat triennio continuo, ex quo captum eum dimiſerat uſque in illam diem.

Achabus à Syris bello laceſsitis in prælio uictus occiditur. Cap. X

ACHabus uero accitis ſuis prophetis numero quadringentis iuſsit eos ex deo ſcitari, an daturus ſit regi bellum contra Adadum mouenti uictoriam & urbis dominium propter quam bellum inſtaurare placuit. Prophetis uero bellum ſuadentibus: uincendũ enim Syrum, & in poteſtatem uenturum, quemadmodum antea: Ioſaphato ſuboluit fucus ex eorum uerbis, & quòd falſi uates eſſent: percontatúsque eſt Achabum, num quem alium præterea prophetam habeat, ut certius etiã futura præſcire ualeant. Reſpondit ille, eſſe quidem & alium, ſed ſibi inuiſum, quòd malum euentũ prædicat, foreq; ut ipſe à Syrorum rege occiſus pereat: & ob eam cauſam in carcerem eum nunc eſſe incluſum. Eum uocari Michæam Iembleæ filium. Ioſaphato uero poſtulante eum produci, miſſus cubicularius prophetam adduxit: qui inter eundum ei indicauerat, cæteros omnes prophetas uictoriam regi prædicere. Reſpondit uates, ſibi nõ licere contra quàm deus moneat mentiri, ſed dicturum ſe quicquid ex eo de rege cognouerit. Vbi uero ad regem peruenit, adiuratus ut uera loqueretur: ait ſibi deum oſtendiſſe Iſraelitas fugientes, & inſequentibus Syris diſperſos, non aliter quàm greges ſublatis paſtoribus. Hoc quoque ſignificare deum dicebat, quòd cæteris incolumibus redeuntibus, ſolus Achabus in prælio cadere debeat. Hæc loquuto Michæa, uerſus ad Ioſaphatum Achabus: Nónne, inquit, modò tibi dixi quàm male mihi uelit iſte. Michæa uero cõſtanter aſſeuerante ſe nihil niſi iuſſu dei prædicere, illum uero ſpe uictoriæ ſolicitari à pſeudoprophetis ad bellum, in quo ipſi cadendum ſit, rex attẽtius cogitare

cœpit

cœpit. Interea Sedecias quidam unus è pſeudoprophetis in medium progre ditur, negans curandum quid Michæas garriat. nihil enim ueri eum prædi-cere. argumento eſſe prædictionem Heliæ, qui ſine dubio melius quàm iſte futura cerneret. illum enim prędixiſſe, apud Iezraelam in Nabuthi ſuburba-no lambendum à canib. regis ſanguinem, quemadmodum lampſiſſent cruo rem Nabuthi opera ipſius lapidati à populo. Perſpicuum igitur eſſe iſtũ men tiri, qui longe præſtantiori prophetæ non uereatur contrarium dicere, q̃ periturus ſit rex ab hinc die tertiâ. ſed mox fore euidentius etiam quàm ue-rax ſit aut afflatus diuino ſpiritu. Percuſſus, inquit, à me in faciem, arefaciat mihi dexteram, ſicut Iadon fecit Hieroboamo, cum comprehẽdi eum pro-phetam iuſsiſſet. Puto enim te audiuiſſe quòd hoc ita factum ſit. & cum di-cto inflixit ei alapam. cumq; ei nihil mali propter hoc accideret, ſecurus iam Achabus non amplius dubitauit copias contra Syrum ducere. uincebat em̃, opinor, fati uis, plus fidei falſis quàm ueris prophetis aſtruens, & cauſas ad fu turum euentum præſtruens. Sedecias uero aptatis ſibi ferreis cornibus, dicit Achabo, deum ſignificare uentilandã cornibus uniuerſam Syriam. Michæa contrà aſſeuerante breui fore ut Sedecias è cella in cellã fugiat latebras quæ-ritans ne luat pœnas uaniloquij, iratus rex iubet eum apud Achamonem ma giſtratum urbis haberi in cuſtodia, nec aliud quicquam præter panem & aquam ei præberi. Atque ita duo reges uerſus Ramatham cum copijs pro- xv
fecti ſunt. quo audito rex Syriæ cum exercitu eis occurrens, nõ procul à Ra- 3.Reg.22
matha caſtra poſuit. Conuentum autem erat inter reges ſocios, ut Achabus priuato habitu uerſaretur in prælio, Hieroſolymitanus uero ſumpto Acha-bi cultu ſtaret in acie, quo facilius Michææ uaticinium eluderent. ſed inue-nit eum fatum etiam ſine inſignibus. Adadus enim mandauit per tribunos militi, ut neminem alium occiderent, ſed ſolum regem Iſraelitarum. Syri ue ro primo congreſſu uidentes Ioſaphatum ſtantem ante aciem, rati eſſe Acha bum impetu facto eum circumuenerunt: ſed poſtquã è propinquo cogno-uerunt eſſe alium, omnes ſe retro receperunt. à mane autem uſque ad ueſpe-ram pugnantes & uincentes occidebant neminem, ſicut eis mandatum fue-rat, ſolum Achabũ ad necem quærendo, nec tamen inueniendo. tandẽ unus ex Adadi famulis Amanus nomine, miſſa in incertum ſagitta, regem per thò racem in pulmonem ſauciat. Achabus autẽ noluit hoc ſcire ſuũ militem, ne terga uerteret: ſed aurigam iuſsit currũ extra prælium euehere, quòd graue ac lethale uulnus acceperit. Cumq; uehementer cruciaretur, perſtitit tamen in curru uſq; ad ſolis occubitum, & tandẽ profluuio ſanguinis uiribus defi-ciens interijt. iamq; appetente nocte Syri ſe in caſtra recipiunt: & quampri-mum per caduceatorem de Achabi morte cognitum eſt, ſolutis caſtris do-mum quiſq; reuertitur. Cadauer regis Samariam relatũ, illic ſepulturę tradi-tur. & cum currus regius cruore fœdatus ad Iezaræ fontem eſſet ablutus, ue ritatem Eliæ prædictionis euentus cõprobauit. Canes enim lambebant eius ſanguinem: & meretrices poſthac ex eo fonte aquabant. Mortuus autem eſt apud Ramatham, iuxta Michææ uaticiniũ. Ergo quoniam utriuſq; prophe-tæ prædictionem euentus conſecutus eſt, ueneranda ſunt illorum oracula, eiſq; ſemper plus oportet tribuere, q̃ eorũ qui ad gratiam loquunt̃ fermo-

nibus: nec aliter existimare quàm q̃ nihil sit illis utilius, quando quidē per ea diuinitus monemur quid caueri debeat. Quin & ea reputatio hoc loco subit animum, q̃ insuperabilis sit fati necessitas, quæ etiamsi præsciatur, præcaueri tamen nō potest: sed tam diu homines sibi uana spe blandiunt, donec in illius casses incidant. nam hoc quoq; Achabo fatale fuerat, ut prænuncianti-bus cladem non crederet, & à prophetantibus ad gratiam deceptus in mortem rueret. cui in principatum Ochozias filius succedit.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER NONVS.

Ioramus Achabi filius Moabitas bello petitos superat. Cap. I

4. Reg. 2
2. Paral. 19

IOSAPHATO aūt regi post suppetias contra Adadum Achabo latas Hierosolyma reuertenti propheta Ieus occurrēs, reprehendit eum q̃ cum homine impio & scelerato arma cōiunxisset. Deū enim indigne tulisse hanc societatē: seruasse tamen eum propter suam bonitatē, licet male, quod nō debuerat, fecerit. Post eam admonitionē rex supplicationib. & sacrificijs deo conciliato, uniuersam suam ditionē perlustrauit, populū leges diuinitus per Moysem traditas, & cultū pietatis docendo: cōstitutisq; oppidatim magistratibus, hortatus est eos, ut solius iustitiæ respectu habito ius populis dicerent, nec munerib. corrupti, nec magnatū aut diuitū captantes gratiā: omnibusq; quod æquū est redderēt, scientes q̃ etiā occulta deus inspiciat. Hæc cum per singulas duarū tribuū urbes docuisset, Hierosolyma reuersus hic quoq; iudices è sacerdotū ac Leuitarū ordine, & è primatibus optauit, & hos prius monitos ut iuste & accurate iura populo redderent. Quòd si grauiores cōtrouersiæ deferrent ad eos ex alijs cognatis urbibus, de horū negotijs maiore etiam diligentia decerni uoluit: quod eam urbē maxime æquitatis seruantē esse deceat, in qua & templū simul haberetur & regia. eis summos magistratus ex amicorū numero præposuit, Amasiam sacerdotem, & ex Iudæ tribu Zabadiam. Per idem tempus Moabitæ & Ammanitæ cum Arabum auxilijs bellum inferunt, & ad Engaddam urbem Asphaltitæ lacui uicinam castra metantur, trecentis stadijs à Hierosolymis disitam, cuius ager egregia palmeta fert, & balsamum. Iosaphatus autem cum audisset hostes superato lacu in regnum suum iam irrupisse, territus concionē aduocat: & ad templum uersus deum inuocat, ut tantum uirium & roboris ei suggerat, quantum satis sit ad sumendam de hoste pœnam audaciæ. In hoc enim templum id exstructum à maioribus, ut quoties ab externo hoste immineat periculum, ibi populus coràm numen præsens inuocet, diuiná que ope adiutus inuasores suos male mulctatos arceat, uolentes quæ semel diuina munificentia contigere, per uim ad se retrahere. Sic precatus est lacry-

mans

mans, accedente eodem totius populi cum uxoribus & liberis ſupplicatiõe. Ibi Iaziel quidam propheta exortus è media concione exclamat, deum preces exaudiuiſſe, & ipſum pugnaturum ſe polliceri pro ſuæ religionis hominibus. Mox edicit ut in craſtinum ſe parent, ituri obuiam hoſtibus, & occurſuri eis Engaddam inter & Hieroſolyma, ad quendam cliuum, cui nomen Sis, uoce Hebræis ſignificante eminentiam. Ibi non fore opus ut cum hoſte confligant, ſed pugnantem tantum pro ſe deum quieti ipſi ſpectatores conſiderent. Poſt hoc oraculum rex & totus populus proſtrati in faciem gratias agendo adorabant deum, & Leuitæ organis ſuis hymnos canebant. Diluculo uero progreſſus rex in ſolitudinẽ ſubiectam oppido Thecuæ, admonuit multitudinem, credendum eſſe prædictioni propheticæ, & non ſtruendam quidem aciem, ſed in primo agmine conſtituendos ſacerdotes cum tubis, & Leuitas cum cantoribus, agendás que deo gratias, non aliter quàm liberata iam ab hoſte patria. Placuit omnibus regis conſilium, idque mox etiam exſequuti ſunt. Deus uero terrorem & conſternationem immiſit Ammanitis & eorum ſocijs, ita ut alij in alios ruentes hoſtiliter in ſe inuicẽ debaccharentur tanto furore, ut ne unus quidem ex tot millibus reliquus fieret. Ioſaphatus uero proſpiciens in uallem in qua caſtra hoſtium fuerant, cum totam uideret refertam cadaueribus, lætus tam inopinato dei auxilio, quòd ſibi citra ſudorem & ſanguinem uictoria contigiſſet, permiſit ſuo militi caſtra diripere, & ſpoliare cadauera: tantá que fuit multitudo, ut ægrè per integrum triduum omnia ſpolia legerent. Quarta uero die cõgregatus totus populus in quandam conuallem, potentiam & auxilium dei debitis concelebrauit laudibus: à quo facto poſtea locus nomen inuenit, ut in perpetuum Conuallis laudationis appellatus ſit. Inde reuerſus cum exercitu rex Hieroſolyma, per aliquot dies in ſacrificijs occupatus fuit, ac epulis. Quin & in exteras gentes tam mirificæ uictoriæ fama perlata, eam regi ſanctitatis ac pietatis opinionem conciliauit, ut res eius ſub diuini numinis tutela eſſe pro comperto crederent: manſitq; uſque extremum eius diem hæc perſuaſio. Erat autem amicus & Achabi filio, qui tum Iſraelitis præerat: cum quo inita ſocietate parandarum nauium, quæ merces in Pontũ peterent, ac emporia Thraciæ, iacturam fecit haud minimam. Nauigia enim abſumpta ſunt naufragijs, quòd nõ bene regerentur præ magnitudine. Quo factum eſt ut hac cura uacauerit in poſterum. Atque hactenus de Ioſaphato. Achabi uero filius Ochozias regnauit apud Iſraelitas, & regiam Samariam, uir peſsimus, & utriq; parenti omnino ſimilis, & Hieroboami primi Iſraelitarum ſeductoris æmulus. Eius regni anno ſecundo Moabitarum rex defecit, & tributa quæ patri eius ſolitus erat, pendere amplius detrectauit. Accidit autem ut Ochozias de ſolario domus ſuę deſcendens per gradus prolaberetur, morboq; ex hoc caſu contracto Accaronem ad Myiodis (id deo nomẽ erat) oraculum ſcitaturus de incolumitate mitteret. Hebræorũ uero deus Eliæ prophetæ mandauit, ut nuncijs ab eo miſsis occurrens percontaretur, an Iſraelitæ proprium deum non haberent, quandoquidem rex ad alienum mitteret de ſalute interrogaturos: iuberetq; eos reuerti, & regi dicere eum non reualiturum. Quod quũ Elias feciſſet

11 4. Reg. 1

feciſſet,nuncij his auditis confeſtim ad regem reuerſi ſunt. Quó demirante celeritatẽ reditus, & cauſam quærente, aiunt ſibi occurriſſe uirũ quendam, & uetuiſſe ulterius progredi: iuſsiſſeq́; renunciarent ſuo regi Iſraelitarũ dei nomine,quòd morbus in peius proficiet.Rege uero iubente ut ſibi figuram hominis illius deſignarent,dicebant hominem eſſe hiſpidum & cingulo coriaceo præcinctum.Qui cum intellexiſſet Heliam per hæc deſcriptum à nuncijs,miſit ad eum attrahẽdum centurionem cum quinquaginta militibus. Is repertum in montis uertice deſcendere iuſsit,& ad regem uenire.In hoc em̃ ſe miſſum,ut ni ſponte ſua faciat,ui coactũ eò pertrahat. Ille præfatus ſe prodigium editurum,quo uerus propheta noſceretur,& igne ad ſuas preces cælitus miſſo,ipſum unà cum militibus conflagraturum,malum hoc eis imprecatus eſt:moxq́; candens turbo delatus centurionem & eius comitatũ perdidit.quorum clade ad regem perlata,iratus alium centurionem cum totidem militibus ad Eliam mittit: qui & ipſe cum prophetæ minatus uim eſſet,ni uolens ſequeretur,& hunc ad preces eius ignis abſumpſit quemadmodum alterum.Quo cognito rex miſit tertium.Is quòd eſſet cordatus & manſuetis moribus,poſtquam peruenit ad locum ubi tum erat Elias, & amice eum ſalutauit: Non ignoras, inquit, quòd ut regis mandato paream, inuitus ad te uenio,ſicut & illi qui ante me uenerunt.Miſertus igitur mei & horum militum uolens ac libens deſcẽde,nosq́; ad regem ſequere. Tum Elias delectatus uiri ciuilitate & modeſtis moribus,deſcendit ac ſecutus eſt.Perductus deinde ad regem,afflatus numine: Hæc,inquit,dicit dominus: Quia me pro deo nõ habuiſti,quem de morbo tuo ueri nihil prædicere poſſe putaſti,& ad eum qui Accaronitis colitur de ualetudine cõſulendum mittere maluiſti, ſcito te moriturum.Nec multum exinde tempus elapſum, dum ita ut Elias prædixit decedens,quòd liberis careret,Ioramo fratri ſuccedenti locũ fecit,homini patrem cùm alijs uitijs,tum maxime impietate referenti.Omiſſo em̃ ſui dei cultu,totum ſe externis religionibus dedidit,uir alioqui non ignauus,& ad res gerendas ſatis induſtrius.Hoc regnante Elias ex hominib. exemptus eſt, nec in hodiernũ uſq; mortaliũ quiſquã ſcire potuit quis nam fuerit eius exitus. Diſcipulũ reliquit Eliſæum, ſicut iam antè diximus. De hoc Elia & Enocho qui fuit ante uniuerſale diluuium, in ſacris libris legimus quidem exemptos eſſe è conſuetudine mortalium,mortuos tamen eſſe nemini unquam fuit cognitum. Cęterum Ioramus accepto poſt fratrem regno,Moabitarum regi Miſæ bellum inferre ſtatuit, tributum nolenti reddere, quod Achabo patri antea ſoluebat,intonſarum pecudum annua ducenta millia.Ergo poſtquam domi parauit exercitum,Ioſaphatum quoq; per nuncios ſolicitauit,ut quandoquidem amicus eſſet paternus,auxilia mitteret paranti bellũ contra Moabitas,qui tum recens à ſuo regno defecerant.At ille non ſe ſolum uenturum auxilio promiſit,ſed Idumæorum etiam regem,ſibi obnoxium, in eam expeditionem pertracturum. Ioramus ubi renunciatum eſt ei de talibus auxilijs, uenit Hieroſolyma:& ſplendide ab eius loci rege exceptus, cum de cõmuni ſententia uiſum eſſet per Idumeæ deſerta,quà minimè hoſtis expectaret,iter facere, cum alijs duobus regibus Hieroſolymis profectus eſt,uidelicet cùm

111

4.Reg.3

hoſpite

hoſpite,& cum rege Idumæorũ.& circuitu facto,die ſeptima ducibus itineris aberrantibus,in tantam iumenta & milites aquarũ penuriam inciderunt, ut omnibus tantum non deſperantibus Ioramus doloris impatiens exclamaret ad deum, quá nam ſua culpa tres reges ſine prælio in Moabitarum regis manus traderet? Ioſaphatus contrà, ut uirum pium decebat, conſolabatur eum: iuſsitq; perquiri, num quis in exercitu propheta adeſſet,per quẽ quid faciendũ deus poſſet conſuli:& indicante quodam famulo,uidiſſe ſe ibi Elię diſcipulum Eliſæum Saphati filiũ, ſuaſu Ioſaphati tres reges ad illum uadũt: quumq; ad illius tabernaculum ueniſſent,quod forte extra caſtra fixerat,rogabant quid futurum eſſet de exercitu,præcipuè Ioramus.At ille iuſsit ut abſiſteret,nec moleſtus eſſe pergeret, ſed potius patris ac matris pphetas conſuleret,illos enim eſſe ueridicos: rex precibus urgebat, ut reſponſum daret, & periclitantes ſeruaret. At ille iurauit ſe ei nõ fuiſſe reſponſurum, niſi hoc faceret in gratiam Ioſaphati uiri probi & pij. Accito deinde pſalte quodam, ſic enim uates poſtularat, eo pſallente correptus diuino ſpiritu, iuſsit reges in alueo torrentis multas foſſas facere:nam abſq; uento & pluuia uiſuros alueum repletum aquis,ita ut militi & iumentis abunde potu ſuppetente, nullum amplius à ſiti periculum timeatur. Nec hoc ſolum, inquit, uobis à deo continget,ſed & copias hoſtium eius ope profligabitis,& arbores excidetis, & regionem uaſtabitis,& fontes ac riuos obturabitis.Hæc loquuto propheta, ſequenti die prius quàm ſol oriretur torrens magno impetu ferri cœpit, auctus imbribus qui in Idumæam triũ dierum itinere inde diſtantẽ demiſsi fuerant:ut & iumentis & militi largiſsima adeſſet potus copia.Rex autẽ Moabitarum ut audiuit tres reges contra ſe aduentare,à deſerto inuaſuros,excita omni ſua militia,iuſsit eos in finibus occurrere,ne clàm in ditionẽ ſuam impetum facerent.qui uidentes exoriente ſole aquam in torrente (non procul enim à terra Moabitide aberat) colore ſanguineam,quòd eo tempore maximè aqua radijs icta rutilet,falſo opinati ſunt hoſtes propter ſitim in ſemetipſos arma uertiſſe, & eorum ſanguinem per torrentem defluere: & cum hac perſuaſione regem ſuum adeuntes,rogabant ut eos ad diripienda hoſtilia caſtra ire permitteret.quo impetrato ruentes uelut ad paratam prędam,ad Hebræorum caſtra perueniunt.Sed ualde eos ſua ſpes fruſtrata eſt.Coorientib. enim in eos undiq; hoſtibus partim cæſi ſunt, partim diſpalati fugiẽdo ægre in terram ſuam euaſerunt.Reges uero agros Moabitarũ ingreſsi,dirutis oppidis totam regionem prædis abactis exhauſerunt, & rura eorum glarea torrentis operierunt,& optimas quaſq; arbores exciderunt, fontesq; aquarum obturauerunt, mœnibus ubiq; ſolo æquatis. Rex ipſe compulſus in quandã urbẽ,& obſeſſus,ueritus ne expugnata illa caperetur,erumpere cum ſeptingentis equitibus tentauit,qua parte negligentiores excubiæ uiſæ ſunt. quod ubi præter ſpem non ſucceſsit, in urbem reuerſus rem extremæ neceſsitatis & deſperationis aggreditur.ſeniorem enim filium qui regni ſucceſſor deſtinatus fuerat,productũ in mœnia,toto hoſtili exercitu inſpectante holocautoma deo ſacrificat.Reges uero hoc uiſo tantã neceſsitatẽ miſerati,& humanarum uiciſsitudinũ memores, ſoluta obſidione domũ quiſq; ſuam reuerſi ſunt.Ioſaphatus uero poſt hãc expeditionẽ pacatus quidẽ,ſed nõ diu Hieroſolymis

ſolymis ſuperuixit, exacto uitæ anno ſexageſimo, regni uigeſimoquinto: ſepultusq; eſt in ea urbe magnifice, quemadmodum Dauidis imitatorem ſepeliri decuit.

Ioramus Hieroſolymorum rex principatum adeptus fratres & paternos amicos interfecit. Cap. II

Filijs quos complures reliquit ſuperſtites, Ioramus natu maximus patris uoluntate in regnum ſucceſsit, cum Iſraelitarum rege cõmune nomen habens, uxoris ſuæ fratre, qui Achabi fuit filius, & tum recens à Moabitico bello Samariam reuerſus Eliſæum ſecum adduxerat. Eius prophetæ res memorabiles è ſacris libris huc tranſcriptas inſerere noſtræ narrationi operæprecium duximus. Obediæ uxor, qui Achabi diſpenſator fuerat, tunc uidua Eliſæum adijt, dicens nec ipſum ignorare quòd ea perſecutione qua Iezabela in prophetas ſæuiebat, maritus eius centum ex eo numero ſeruauerat: quos ut alere clàm poſſet, multũ æris alieni contraxerat. nunc illo defuncto, creditores & ipſam & liberos in ſeruitutem uelle rapere. quapropter orabat ut ob hoc mariti benefactũ eius miſertus opem aliquam præſentẽ afferret. Quo ſcitante ecquid domi haberet, nihil ſe habere ait, præter olei paululum in fidelia. tum propheta iubet illã ire, & acceptis cõmodato à uicinis uacuis uaſis compluribus, foribusq; cubiculi clauſis, in omnia oleum id indere. deum enim repleturũ omnia. Paruit mulier, & repletis ad unum omnibus, ad prophetam reuerſa, rem totam illi retulit. Ille conſuluit ut diuendito oleo, debitum creditoribus redderet. aliquantum enim de olei precio ſuperfore, quod ad liberorum alimenta ualeat. atq; in hũc modum mulier à creditorũ moleſtia liberata eſt. Idem Ioramum per nũcios admonuit, ut locum quendam caueret, in quo à Syris occidere eum uolentibus inſidiæ poſitæ fuerant. Quo factum eſt ut ille præmonitus uenatum non iret. Adadus autem fruſtratis inſidijs indignatus eſt, ratus à ſuis detectas: & uocatis domeſticis per conuitium proditores appellauit, minatus etiam mortem, eo quòd rem ſolis creditam hoſtis per eos cognouerit. Quodam autẽ reſpondente, non recte eum facere quòd proditionis amicos inſimularet, & ſuſpicaretur ab ipſis detectos qui ad hoſtem intercipiẽdum miſſi fuerant: ſed ſcire debere, quòd Heliſæus propheta nihil non indicet, prodatq; uel occultiſsima conſilia: iuſsit eos per nuncios explorare, in quá nam urbe Eliſæus habitet: renunciatumq; eſt ei apud Dothaim hominẽ degere. Ac mox illuc aliquot equitũ turmas miſit cum curribus, qui Eliſæum comprehenderẽt: qui noctu urbem circumuentam circumquaq; cuſtodiebant. Diluculo autem miniſter prophetæ re cognita, quòd hoſtes uellent eum capere, trepide accurrens hoc illi indicat. At ille famulum ponere metum, & bono animo eſſe hortatus eſt, & ipſe interim ſecurus & fidens diuino auxilio: rogauitq; deum, ut ad confirmandum famulum præſentem ſe & auxiliatorem oſtenderet. Tum deus exoratus ſpeciem magni equitatus et curruum circa Eliſæum famulo uidendam exhibuit, ita ut animatus his ſuppetijs, nec ipſe quicquam timeret amplius. Poſt hæc uates iterũ deum orauit, ut obſcuraret oculos hoſtiũ, caligine immiſſa p̃ qua agnoſcere ipſum nequeãt: & impetrato hoc quoq;, dedit ſe in mediũ illorũ, interrogãs quẽ quærerẽt. qb. reſponden-

4. Reg. 6

ſpondentibus, Eliſæum prophetam ſe quærere, pollicitus eſt hunc ſe traditu
rũ eis, ſi ad urbẽ in qua eſſet ipſum ſequerent. atq; ita, ut qui & oculis & men
te à deo cæcati fuerant, ducentem incunctanter ſecuti ſunt. quos ubi Sama-
riam perduxit, Ioramũ regem iuſsit portas claudere, & Syris ſuum militẽ cir
cumdare: precibus deinde rurſum ad deum miſsis impetrat, ut hoſtium ocu
lis caliginem illam tolleret. at illi recepta oculorũ acie, concluſos ſe animad-
uertunt in medijs hoſtibus. cumq; attoniti & inopes conſilij hærerẽt in tam
prodigioſo negotio, rege quærente ex propheta, an iaculis eos deberet con-
figere, id quidem facere uetuit. ſolos enim bello ſuperatos hoſtes occidi fas
eſſe. at hos ne læſa quidem ipſius ditione, dei uoluntate & potentia ignaros
omniũ eò loci eſſe productos. cõſuluit igitur ut hoſpitali menſa refectos in-
columes abire permitteret. Itaq; Ioramus prophetæ monitis obſequẽs, libe-
raliter ac ſplendide tractatos Syros ad regem eorũ Adadũ remiſit. Illi re- 1111
uerſi omnia quæ eis cõtigere ſuo regi renunciant: qui in tanto prodigio ma
nifeſtam dei potentiam admiratus, ſimulq; uatis diuinitatem, nihil poſthac
contra Iſraelitarũ regem clàm molitus eſt: ſed decreuit aperto marte rem ge
rere, potẽtiorem ſe ratus, & numeroſioris exercitus dominũ: comparatisq;
ingentib. copijs, uniuerſas contra eum educit. qui putans ſe imparem, ſi col-
latis ſignis res ferro gerenda ſit, intra Samariã ſe continuit, fretus urbis mu-
nitionibus. Adadus uero cogitans, ſi nõ machinis, fame tamen eam ſe in po-
teſtatem redacturũ, oppugnationẽ aggreditur. Tãta aũt Ioramus laborabat
rerũ inopia, ut propter nimiam indigentiã intra Samariã ueniret octuaginta
denarijs argẽteis caput aſini, & quinq; denarijs Hebræi columbini ſtercoris
ſextariũ uice condimenti emerent: nihilq; magis uerebatur rex, q̃ ne quis fa-
me adactus, & nõ ferens inopiã, urbem hoſtib. proderet. quamobrẽ per ſin-
gulos dies obibat ipſe mœnia & excubias, diſpiciens ne quis in urbem clàm
admitteret, & ſingulari diligentia huiuſmodi occaſiones adimens. Cũq; mu
lier quædam exclamaſſet, Miſerere dñe, putans eam aliquid cibi petere, com
motus ira male precatus eſt ei, negans ſibi eſſe uel areas uel torcularia, unde
ipſi impartiri poſſet aliquid. illa uero dicẽte nihil ſe eiuſmodi petere, nec ob
cibũ moleſtã eſſe, ſed ut litem inter ſe & aliã mulierẽ finiat: iubet quid rei ſit
exponere. Mulier ait ſe cum amica quadã uicina pactã, ut quando quidẽ nul-
lum aliud adſit cõtra famem remediũ, iugulatis infantibus (nam utriq; erat
filiolus) unũ atq; alterũ diem hoc cibo ſe alerent. Se prius ſuũ occidiſſe, quo
heſterna die cõſumpto in cõmunem alimoniã, alterã illã mulierẽ à pacto diſ-
cedere, & ſuũ abſcondidiſſe filiũ. Perculſus uehemẽti dolore Ioramus ueſtẽ
ſibi conſcidit, & exclamans hoc demũ defuiſſe ad calamitatũ ſummã, ira con
tra prophetam accẽditur, tollendũ dictitans qui in tantis malis nullũ digna-
retur à cæleſti numine impetrare ſubſidiũ: cõfeſtimq; mittit q caput illi am-
putet. Et ille quidẽ ad cædẽ eius properabat, Eliſæũ uerò regis ira non latuit:
ſed domi ſedẽs cum diſcipulis, Ioramus, inquit, homicidæ filius miſit qui ca
put mihi adimat. nunc aduentũ eius obſeruate, ut dũ erit pro foribus oppo-
natis uos, & obiectis forib. illũ remoremini. mox enim rex ipſe aderit, man-
dati iam pœnitẽs. Illi ita ut iuſsi ſunt, hominẽ uenientẽ excludunt: moxq; Io-
ramus ad ſe reuerſus, & ueritus ne cædes acceleret, quantũ potuit, ad Eliſæũ

properat,interuentu ſuo cohibiturus miſſum à ſe hominem,& uatem periclitantem ſeruaturus.quò ut uentũ eſt,incuſare eum cœpit, q̃ in tantis calamitatibus ſe cum ciuibus deſpiceret,nec ullum à deo peteret remediũ. Tum propheta promittit in craſtinũ eadem hora qua tum rex ad ſe uenerat, futuram magnam rerum ad uictum neceſſariarũ abundantiam, ita ut publicè in foro uno ſiclo ueniret ſatũ ſimilæ,& uno æque ſiclo duo ſata hordei. His dictis rex cum ſuo comitatu ſupra modũ exhilaratus eſt,propter expertam toties prædictionũ fidem tum quoq; nihil addubitans,& prẽſentem difficultatem ſpe futuri ſubleuans.amicus autem quidam regius,tertiæ copiarum eius parti præpoſitus,cui tum rex fortè familiariter incũbebat,Nõ credibilia,inquit,polliceris mi uates,& ſicut abſurdũ ſit ſperare ſimilæ ac hordei pluuiã,
4.Reg.7 ita nec quod tu dicis mihi fit ueriſimile. Tum propheta: Videbis ipſe,ne dubita,ſed uidebis modò,nõ frueris etiam.Hæc prædictio effectũ talẽ habuit. Mos erat apud Samaritas, ut lepra impurati extra mœnia degerent: & tum quoq; quatuor numero hac de cauſa extra portas habebant domicilium.Hi cum propter ſæuientẽ famem nihil ex urbe ciborũ acciperẽt, & ſiue in urbẽ reditus daretur,ſiue domi ſe continerent, fame ſibi pereundũ certò intelligerent,decreuerunt ſe hoſtibus cõmittere: ut ſiue eis parceretur, uiuerent: ſiue ſæuire hoſtis mallet,certe leuius mortis genus incurrerent.Hæc ſentẽtia poſtq̃ comprobata eſt,noctu eunt ad caſtra hoſtiũ.Ea nocte deus Syros exterruit,immiſſo in aures eorũ ſonitu quaſi curruum & armatorũ aduentantium, adeò ut creſcente magis ac magis ſuſpicioe cõſternati è totis caſtris ad regem ſuũ concurrerent,dicentes adeſſe reges à Ioramo conductos, regem Aegypti & regem inſularũ.iam enim exaudiri eorũ ſtrepitũ.Hæc nunciantibus Adadus credidit,q̃ & ipſi aures inani ſonitu pulſarent ut cæteris: & per ſummam trepidationẽ omnes ſine ordine ad fugã ſe expediunt,relictisq; intra caſtra & equis,& iumentis,& diuitijs maximis totam ſpem ſalutis in fugiendo collocant.Leproſi uerò illi Samaritæ ueniẽtes in caſtra Syrorũ in ipſo ualli aditu ingens ſilentiũ & magnã rerũ copiam deprehendũt, progreſsiq; ulterius,& ad unũ quodpiam tentoriũ delati,poſtq̃ ne unum quidem adeſſe uiderunt, refecti primum cibo ac potu,ueſte & multo auro ſe onerant, eam prædam extra uallũ elatam in quodam loco abdunt: mox alterũ tentoriũ aggreſsi faciunt ſimiliter ut prius: idq; quater fecerũt, nemine interim cõſpecto. Vnde facile coniectantes de abitu hoſtiũ,damnabant ſuam negligentiã, q̃ non hęc Ioramo & ciuibus indicaſſent mox à principio.quapꝓpter ad mœnia Samariæ properant, & inclamatis cuſtodib.diſceſſum hoſtiũ eis ſignificant.illi porrò excubitoribus regijs idem renunciant. Rex cognito negocio amicorũ & ducũ conſiliũ aduocat. ait rem ſibi ſuſpectam, ne aſtu ſimulato abitu Syri ſibi inſidias ſtruãt, deſperãtes fame urbẽ expugnari poſſe: ut ſi ad diripiẽda caſtra quaſi fuga deſerta ꝓcurrant,repẽte coorti cæſis direptorib. urbẽ etiã facile occupent.quare ſuã ſententiã eſſe,ut diligẽter eam cõtra inſidias muniant,& cauti ſint,neq; temere credita fuga hoſtiũ procurrẽdo periculo ſe obijciãt. Hoc conſiliũ quidã laudauit ut prudẽs: addiditq; ſibi uideri mittẽdos duos equites q̃ omnia Iordanẽ uſq; explorẽt:q̃ ſi fortè intercipiant̃ cautiores fore cęteros,ne & ipſi temerè ꝓgreſsi circũueniant̃:nec duorũ equi

tum

tum fore grauẽ iacturã, quos fortaſsis alioquin fames abſumeret. id regi placuit, & eueſtigio miſit q̃ omnia diſpicerẽt. illi renũciant nihil ſe per uiã reperiſſe hoſtiũ, ſed paſsim iacere arma iactata, & frumentũ reliquasq́; ſarcinas, quo expeditiores fugerẽt. his auditis rex multitudinẽ ad caſtrorũ direptionẽ emittit. nec fuit uulgaris præda, ſed auri & argẽti plurimũ, & uaria iumentorum genera, præterea tantũ inuenerũt frumẽti atq; hordei numerũ, quantũ nec in ſomnis ſperare poterant, ut mox oẽs præteritæ famis obliuio caperet. tanta em̃ fuit abundantia, ut duo ſata hordei ſiclo emerent̃, & eodẽ precio ſatum ſimilæ, iuxta Eliſæi uaticiniũ. ſatũ aũt cõtinet modiũ Italicũ & dimidiũ. ſolus aũt hac copia nõ eſt adiutus præfectus ille tertiæ partis militiæ. cõſtitutus em̃ ad portã à rege, ut cohiberet proruẽtis multitudinis impetũ, ne ſe inuicem conculcando obtererent, ipſe hoc paſſus eſt: atq; ita interijt, quemad modũ Eliſæus prædixerat, cũ prænũcianti annonæ abundantiã nollet credere. Rex aũt Syrorum Damaſcũ reuerſus incolumis, ubi cognouit diuinitus 4. Reg. 8
immiſſo terrore ſe unà cũ exercitu in fugam coniectũ, & uanũ fuiſſe quod de aduentu hoſtiũ crediderant, ratus omnino aduerſum ſe habere numẽ, per animi ægritudinẽ in morbũ etiã corporis incidit. cũq́; per idem tẽpus Eliſeus Damaſcũ inuiſeret, hoc cognito fidiſsimũ è familiarib. ſuis Azaelem honoris cauſa ei miſit obuiã, nõ ſine muneribus, ſcitaturũ quis nam futurus eſſet morbi exitus, & num euaſurus eſſet hoc periculũ. Azael aſſumptis XL camelis quicquid optimũ ager Damaſcenus fert, & quicquid in regia fuit eximiũ, in eos impoſuit: & obuiam factus Eliſæo, reuerẽter eum ſalutat, dicens ſe ab Adado rege miſſum ut offerret ei munera, & de morbo conſuleret, num quod leuamẽ ſperare debeat. ꝓpheta nũcio nihil mali renũciare iuſſo, tantũ moriturũ regẽ indicat. id famulus regius dolenter accepit. Eliſæus uero flebat, & multis manabat lacrymis, proſpiciens quanta mala paſſurus eſſet ſuus populus poſt Adadi obitũ. Azaele deinde rogante cauſam triſtitiæ, fleo, inquit, q̃ me Iſraelitarũ miſereat, tam multis à te afficient̃ cladibus. nã optimos ex eis interficies, & munitiſsimas eorũ urbes incendes, & infantes ad ſaxa allides, & diſſecabis prægnãtes mulieres. Azaele uero dicẽte, & unde mihi uires ut hæc faciã, ait ſibi diuinitus ſignificatũ, q̃ ipſe regnaturus ſit in Syria. Itaq; Azael reuerſus ad ſuũ dominũ, melius eũ habiturũ nunciat: & ſequenti die reti uuido in eum iniecto, præfocati à ſe regiã occupat, uir alioquin ſtrenuus, & gratioſus apud Syrorũ ac Damaſcenorũ multitudinẽ: quo factũ eſt ut uſq; in præſens tam Adadus q̃ Azael eius ſucceſſor diuinis apud Syros colantur honoribus, tum propter aliam beneficentiã, tum quia magnifice templis exſtructis Damaſcenorũ urbẽ ornatiorẽ reddiderint. eorũ enim effigies quotidianis pompis honorant, & antiquitatẽ iactant, neſcientes q̃ non admodũ ſint ueteres, & nondũ centũ ſupra mille anni ab eorũ ætate interceſſerint. Cæterũ Ioramus Iſraelitarũ rex audita morte Adadi, à continuis pauoribus reſpirauit, lætus tandẽ aliquando licere ſibi in pace uiuere. Alter ue- V
ro Ioramus qui Hieroſolymis imperitãs eodẽ ut dixi nomine cenſebat̃, mox 4. Reg. 8
ut principatum inijt, à cædibus fratrũ & paternorũ amicorũ poteſtatẽ auſpicatus, uidebat̃ cum Iſraeliticis regibus certamẽ ſuſcepiſſe, ne inferior haberi poſſet, quantũ ad impietatẽ attinet, nactus ad hoc magiſtram idoneam Go-

tholiam uxorem: quæ fuit Achabi filia, à qua externorũ numinum cultũ didi cit. Et quamuis deo certũ eſſet ſeruare quę Dauidi ꝓmiſerat, Ioramus tamen indies nouis ſuperſtitionib. irritare eum, & populi religionẽ deprauare non deſtitit. Accidit interim ut Idumæi ab eius imperio deficerẽt, cæſo rege ſuo qui Ioſaphato hactenus paruerat, & nouo in eius ſoliũ impoſito: quam iniuriam ulturus Ioramus cũ equitatu qui tum ad manũ erat, & curribus in Idumæam noctu irrupit: & exuſtis uicis finitimis non eſt auſus ulterius ꝓgredi. nec tamen hac expeditione quicquam profecit, niſi ꝙ plures defectiones ſecutæ ſunt, excutientibus eius iugum & illis qui Labinam regionem incolũt. Tantus aũt fuit hominis furor, ut adigeret populũ lucos in editis montibus ſitos conſcendere, & aliena numina colere. Cui ſic inſanienti & prorſus oblito inſtituti patrij, affertur ab Elia propheta epiſtola, uindictã dei minitans, quòd contempto patrum ſuorum exemplo, ad ſectandam Iſraeliticorũ regũ impietatẽ ſe contulerit: nec hoc contentus etiam Iudæ tribum & Hieroſolymorũ ciues impulerit relicta patria religione ad externos ritus deſciſcere, & effigies hominũ colere, quemadmodũ & Achabus ſibi ſubditos cõpulerat. ad hæc quòd fratres & alios uiros bonos ac iuſtos interfeciſſet. pœna etiam qualis immineret in eiſdem ſignificabatur literis, hoſtilis manus quæ in populum regis & domeſticam familiam deſæuiret, nec liberis parcens nec uxoribus. Ipſum quoq; lento uentris profluuio uexatum, inteſtinis ſimul paulatim effluentibus, ſero per hoc peccatũ agnoſcentem, miſeram efflaturũ animam. atq; hoc fuit argumentum epiſtolæ, quæ illi Eliæ nomine eſt reddita.

Exercitus Iorami deletur ab hoſtibus, & filij perimuntur, unico excepto, poſtremo ipſe miſera morte tollitur. Cap. III

NEc multo poſt exercitus Arabũ qui uerſus Aethiopiã incolũt, cum alijs Barbaris Iorami regnũ inuadit, qui & regionem omnem, & ipſam regiam diripuit, iugulatis etiã uxoribus eius ac liberis. unicus tantũ fuit ſuperſtes, ægre elapſus è manibus hoſtiũ, Ochozias nomine. poſt hanc publicã calamitatẽ & ipſe in morbũ incidit, ſicut ei iam antè prædictũ fuerat. id malũ in uentrem eius ingruit, ut manifeſto diuinæ iræ indicio miſerabiliter periret, uidens quotidie per uentrem inteſtina defluere. quin & populus inſultauit eius cadaueri, facile inde coniectans, quàm inuiſus deo fuiſſet homo nefarius, nec eũ regio funere dignatus eſt, nec paterno monumento intulit. Vixit annos quadraginta, regnauit octo. populus Hieroſolymitanus Ochoziam in paternum ſolium impoſuit.

Damaſcenorum rex Iſraelitarum regem bello impetit. Cap. IIII

VI ISraelitarum aũt rex Ioramus ſperans poſt Adadi mortem Ramathã Galaditicam urbem ſe poſſe recipere, magno prius facto apparatu exercitum ei admouet. In ea oppugnatione ſagitta ictus à quodam Syro non letaliter, in Azaram urbem ſe recepit curandi uulneris gratia, relicto in obſidione Ramathæ toto exercitu, cui Ieum Amaſias filiũ præfecerat, qui illam ui expugnatam recepit. erat aũt ei propoſitum percurato uulnere
4. Reg. 9 Syros bello aggredi. Interim Eliſæus dato uni è diſcipulis ſuis ſacro oleo, miſit eũ Ramathã, ut eo delibutũ Ieum regẽ appellaret, diceretq; ſe autoritate diuina regẽ eũ eligere, mãdatis etiã quibuſdã alijs, iuſſit eũ fugientis more iter

facere

facere,nemine abitus eius conſcio.Ille ubi ad deſtinatam urbẽ peruenit, offendit Ieum fortè ſedentẽ mediũ inter duces exercitus,ita ut Eliſæus fore prę dixerat: accedensq; ad illũ,ait ſe cum eo uelle colloqui.& cum ſurgens ſecutus ipſum eſſet in conclaue,iuuenis depromptũ oleum in caput eius effudit. Deus,inquit,te regem elegit in pernicię Achabi generis,& ut ulciſcaris prophetarũ eius ſanguinẽ,qui à Iezabela contra omne fas occiſi ſunt: ut quẽadmodũ prius Hieroboami & filij ipſius Nabadi, ac mox Baſani familiæ propter impietatem interiere funditus, ita nunc nullũ ſemen maneat reliquũ ex Achabi genere.Atq; hæc locutus è conclaui ſe proripuit, nolẽs à quoquam conſpici.Ieus aũt ſtatim in conſeſſum ducũ redijt. Percontantibus autẽ illis, qua de cauſa ueniſſet iuuenis, & inſanũ uideri dicentibus:recte,inquit,coniecturã facitis. nam inſani uerba locutus eſt. illis uero magis etiã exponi ſibi quid eſſet orantibus,regnũ populi ſibi à deo delatũ,ait illũ dixiſſe. Hæc ubi prolocutus eſt,unuſquiſq; ducũ detraxit ſibi palliũ, quibus congeſtis in ſpeciem ſolij, & ipſo ſuperimpoſito, tubis & cornibus iuſſerunt ſigna canere, Ieum nouũ regem cõſalutantes fauſtis acclamationibus. Ille decreuit cũ exercitu Iezraelam urbem petere,ubi tum,ut iam diximus, Ioramus curabat uulnus quod in Ramatenſi oppugnatione acceperat. Veneratq; eò per officiũ cognationis etiam Hieroſolymorũ rex Ochozias. q̃ eſſet ſororis eius filius, ut quomodo ſe habeat uulnus inuiſeret. Quos ut Ieus repentino acceſſu opprimeret,edixit ut è ſuis militibus nemo Ioramo indiciũ faceret:hoc em̃ eximium fore argumentum,quòd bona fide regnum ſibi detulerint.

Ioramus à Ieu magiſtro equitum cum tota ſtirpe occiditur, & cum eo Hieroſolymitanus rex Ochozias. Cap. V

Milites uero læti imperata faciunt,& omnes uias obſidẽt, ne quis ad Ioramũ illis inſcijs peruenire,& quid agatur renũciare ualeat. Ieus interim ſtipatus equitũ lectiſsimis,ad Ieſraelã ſublimis curru propere uehitur. quo iam appropinquante, ſpeculator à rege conſtitutus ut uenientes in urbẽ obſeruet,ubi uidit Ieum cum turmis aduehi,renunciauit Ioramo aduentare agmen equitũ.ille eueſtigio mittit quendam equitẽ qui occurrat & cognoſcat quis nã ueniat.ad quos ubi acceſsit eques, rogat qd agatur in exercitu.regẽ enim ſcire cupere.Ieus iubet illũ nihil de hac re eſſe ſolicitũ,& ut ſequatur ſe cũ alijs.hoc ſpeculator cum uidiſſet,renunciat Ioramo equitem illũ admixtũ agmini iter facere cũ illis. mox & alterũ à rege miſſum Ieus idẽ iubet facere.ut uero & hoc per ſpeculatorẽ Ioramus didicit,poſtremo ipſe cõſcẽſo curru cũ Ochozia Hieroſolymorũ rege,quẽ ut cognatũ inuiſendi gratia illò ueniſſe diximus,exiuit illi obuiã. nam lente & compoſito agmine Ieus incedebat.Hunc Ioramus in ſuburbano Nabuthi nactus,rogat ſatin ſaluæ ſint res in exercitu.à quo amarulento conuicio exceptus,& ueneficæ meretricis filius appellatus, facile cogitans nihil ſani eum habere in animo,flexis habenis cœpit fugere,dicens Ochoziæ,circũuentos ſe dolo ac inſidijs.Ieus uero ſagitta per cor transfixũ de curru eũ præcipitat.mox Badaco tertiæ partis exercitus præfecto imperat,ut cadauer Iorami in Nabuthi agrũ proijciat,prophetiã Eliæ in mentẽ ei reuocãs,qua patri huius Achabo prędixerat,fore ut aliquando ipſe & eius familia in eo loco pereat. id enim ſe tũ ex

ore prophetæ audiſſe, cum poſt tergum Achabi in eodem curru ſederet. id quod etiam ita ut prædictum fuerat euenit. Cæſo aũt Ioramo, Ochozias ſuæ quoq; ſaluti metuens, currũ in aliam uiam deflexit, latere ſe Ieum exiſtimans. At ille aſſecutus eum ad quendam cliuum, ſagitta ictum ſauciat. qui relicto curru equum propere conſcendit, & continuato curſu delatus eſt in Magedonem oppidum, ubi paulo pòſt ex eo uulnere mortuus, relatusq; Hieroſolyma, illic ſepultus eſt, cum regnaſſet anno uno, patre ſuo longe ſceleratior.

Ieus inter Iſraelitas regnat apud Samariam, & poſt eum uſq; quartam generationem eius progenies. Cap. VI

IEu uero ueniẽte Ieſraelã, Iezabela ornatu regio ſtans in turri, ó ſeruum egregium, inquit, qui dominum ſuum occidit. Ille ſuſpiciens rogauit eam quæ nam eſſet, iubens ad ſe deſcendere. tandem eunuchis ipſius imperat, ut eam de turri dent præcipitẽ. quæ inter cadendũ cruentatis mœnibus, ubi ſolũ attigit ab equitibus conculcata & obtrita perijt. poſt hæc Ieus ingreſſus regiam cum amicis refecit ſe ab itinere, mandauitq; Iezabelæ famulis ut eam ſepelirent in honorẽ generis, quòd nata eſſet è regibus: qui nihil reliquũ inuenerunt de cadauere, præter manus & faciem, conſumptis cæteris à canibus. his auditis Ieus admiratus eſt Eliæ mentem diuinã, qui
4.Reg.10 eam reginam in hac ipſa urbe male perituram prædixerat. Et quia ſeptuaginta liberi Achabi apud Samariam educabãtur, binas eò literas Ieus, alteras ad eorũ pædagogos, alteras ad urbis magiſtratus, miſit: in quibus hortabatur, ut quandoquidem arma, uiri, equi & currus illis non deeſſent, creato ex eo numero rege qui per ætatẽ maxime uideri poſſet idoneus, in domini interfectores uindicent. Id faciebat, ut experiretur quomodo Samaritæ erga ſe animati eſſent. Magiſtratus aũt & pædagogi lectis literis extimuerunt, & cogitantes ſe huic qui duos maximos reges oppreſſerat, eſſe impares, reſcripſerũt ipſum eſſe dominũ, ſe uero imperata eius paratos facere. Ille rurſum reſcripſit, ergo Achabi filiorũ capita præciſa ad ſe mitterent. Tum magiſtratus accerſitis adoleſcentũ altoribus imperant, ut occiſis illis præfecta capita ad Ieũ tranſmittant. illi nihil miſerti iuſſa peregerunt, & congeſta in uaſis quibuſdã plexilibus capita Ieſraelam miſerunt. Quæ cum eo perlata eſſent, renuntiatur cœnãti cum amicis regi, adeſſe Achabi filiorũ capita. ille ante portam ex utroq; uiæ latere aceruos ex eis iuſsit cõſtrui: quo facto, diluculo ad ea uiſenda progreſſus, uertit ſe ad populũ: & ſi ego, inquit, cum coniuratis dominũ meum interfeci, iſtos omnes quis interfecit? Volebatq; eis perſuaſum, quicquid Achabi generi accidiſſet, non uolente ſolum, ſed prænunciante etiam deo factum, qui hoc fore iam ante per Eliam uatem oſtenderat. Deinde occiſis quotquot etiam apud Ieſraelitas ex ea cognatione inuenirentur, uerſus Samariam iter ingreſſus eſt. Et cũ incidiſſet in cognatos Ochoziæ regis Hieroſolymorũ, rogauit quó nam tenderent. Aiunt ſe uenire ſalutatũ Ioramũ, & cum eo regem ſuum Ochoziam. neſciebant enim utrunq; ab eo necatũ. ille hos quoq; comprehenſos iubet interfici, duos & quadraginta numero. Paulo pòſt occurrit ei uir bonus & iuſtus, nomine Ionadabus, uetus amicus ipſius: qui poſt mutuam ſalutationẽ multis uerbis prædicauit eius facinora, quod ex ſententia dei fecerit omnia, dum impiam Achabi familiam exſtirpat radicitus

radicitus. Ieus uero ſuaſit ei ut cõſcenſo curru quo ipſe uehebatur, ſimul intraret Samariã. Viſurũ enim quòd nemini malo parceret, ſed falſos uates ac ſacerdotes, q̃ populo ſeducto autores fuerint relicta patria religiõe externa ſacra ſuſcipiendi, ad unũ omnes ſupplicio dederet. iucundiſsimũ ſpectaculum fore uiro bono, inſpicere malos dantes meritas pœnas anteactorũ ſcelerum. Paruit regi Ionadabus, & eodem curru cum eo Samariam peruectus eſt. At Ieus quantum cognatorũ Achabi diligenti inquiſitione facta inibi reperit, omnes ad mortẽ adegit. cumq́; cuperet neminem è falſis prophetis & ſacerdotib. profanis euadere, dolo uniuerſos circumuenit. Cõuocato enim populo ait ſe omnes Achabi religiones duplicare uelle, idq́; ut ex ſentẽtia ſacerdotum ipſius & prophetarum fiat, debere omnes eius ordinis ad ſe cõuenire. Celebrãdum enim ſolennibus uictimis diem feſtum Bali: quo nomine Achabi deus uocabatur. ab ea feſtiuitate ſi quis ſacerdotũ abfuerit, capitalẽ fore. dimiſsis deinde per omnem Iſraelitarũ ditionem qui ſacerdotes ad ſtatum diem Samariam deducerẽt, iuſsit omnibus ueſtes donari. eas cum accepiſſent, uenit in ædem ubi erant, Ionadabo etiam comitatus, & adhibuit qui ſcrutarentẽ ne quis alienus admixtus ſit: nolle ſe dicens ut ſacris eorũ alienus ac profanus ullus ſeſe ingerat. illis uero negantibus quenquã talem adeſſe, & iam ſacra ſua parãtib. aggredi, foris octuaginta uiros è fidiſsimis armat: quibus mandat ut pſeudoprophetas omnes interimant, & patrios ritus tam diu neglectos ulciſcantẽ, interminatus quicunq; aliquem eorũ elabi permiſerit, uicarium pro illo moriturũ. Illi uero omnes ad unũ necauerunt. & regia ipſa incenſa urbem externis ſacris profanatam purificauerunt. Iſte Bal Tyriorũ deus erat, quem Achabus in gratiam Ithobalis Tyriorũ ac Sidoniorũ regis ſoceri ſui coluit, templo ei Samariæ dedicato, & prophetis cum reliquo cultu aſsignatis. huius ſacris abrogatis Ieus, aureas tamen uaccas Iſraelitis adorare permiſit. Nec tamen ingrata deo fuit eius in impios animaduerſio, qui per prophetam ſuũ ſignificauit, per quatuor generationes poſteros eius apud Iſraelitas regnaturos.

Gotholia per ſummum nefas Hieroſolymis regnum occupat, qua poſt ſextum annũ cæſa pontifex Ochoziæ filium regem conſtituit. Cap. VII

DVm Ieus homines nefarios in hũc modum perſequitur, Gotholia regis Achabi filia cõperta filij morte & generis ſui pernicie, decreuit etiam è Dauidis familia neminem ſuperſtitẽ relinquere, ne quis huius ſanguinis poſthac Hieroſolymis regnum obtineat: id quod quantum in ipſa fuit perfecit. Seruatus tamen eſt unus Ochoziæ filius ad hunc fermè modum. Erat Ochoziæ germana ſoror, Ioſabetha nomine, pontifici Ioadæ nupta. hæc regiam ingreſſa, cum inter cæſorum cadauera latentem nutricis opera anniculum puerum Ioaſum deprehendiſſet, ablatum furtim domi in ſuo cubiculo abdidit, & ſolo marito conſcio ſex annis in templo clàm aluit, quàm diu Gotholia Hieroſolymorum & duarum tribuum regnum tenuit. Septimo demum anno Ioadus cum quinq; centurionibus coniurat, ut communicatis operis ademptum Gotholiæ regnum ad puerum transferant: datáque & accepta ſilentij fide ſpei pleni negocium hoc modo aggrediuntur. centuriones Ioadæ ad hoc facinus adſciti peragrata tota regiõe ſacerdotes ac

VII 4. Reg. 11

Leuitas & aliquot in ſuis tribubus potentiores Hieroſolyma nomine põtificis euocatos ſecũ adducunt. ille habere ſe utile reipub. conſilium ait, aperturumq́; eis, ſi id apud ſe continere uelint: opus enim eſſe nõ ſilentio tantum, ſed etiam auxilio. Cumq́; ſacramentũ ab eis accepiſſet, tuto ſe poſſe quicquid uellet dicere, producto puero Dauidici generis quẽ alebat: Hic eſt, inq̃t, rex ueſter, ex illa natus familia, quã ſcitis deũ prædixiſſe regnaturã in perpetuũ. Itaq; cẽſeo tertiã ueſtrũ partẽ cuſtodiã eius in tẽplo agere, tertiã item omnia tẽpli loca opportuna occupare: eam uerò quæ ſupereſt, patentẽ portam quatur in regiã ſeruare. reliqua uero multitudo in tẽplo inermis ſit, neq; quenq̃ cũ armis intrare ſinite, qui nõ ſit ſacerdos. præterea certos è ſacerdotibus ac Leuitis ſelectos mandauit ſatellitij more ſtrictis gladijs regẽ ſtipare, & ſi quis armatus in templũ irrumpere auſit, incunctanter occidere, & poſito omni metu ſeruandi tantũ regis curã gerere. illi approbato pontificis cõſilio rem ſtatim aggrediunt. Ioadus uero aperto armamẽtario, quod Dauid in templo inſtruxerat, diſtribuit centurionibus & ſacerdotib. ac Leuitis quantũ ibi haſtarũ inuenit & pharetrarũ, & ſi quod aliud armorũ genus aderat. atq; ita armatos tẽplo circũdedit cõſertis inuicẽ manibus, ut ab ingreſſu quos intereſſe nõ oportebat excluderẽt. adductoq́; in mediũ puero, corona regia caput redimitũ, & inunctũ ſacro oleo regẽ pronunciat. populus quoq; gaudẽs ſimul & plaudens fauſtis acclamationib. uitam & uictoriã nouo regi congemi nat. Tumultus hic & acclamationes præter ſpem ad aures Gotholiæ uenientes effecerunt, ut uehemẽter perturbato animo cum ſatellitio proſiliret à regia. Venientem deinde in templũ ipſam quidem ſacerdotes admittũt, ſed armatos eam ſequentes arcuerunt illi, qui ad hoc ipſum templo à pontifice circumdati fuerant. Cęterũ Gotholia poſtquã puerũ uidit in ſuggeſtu ſtantem, redimitumq́; corona regia, diſciſſa ueſte ſua, magno clamore iubet interfici inſidiatorem, & occupatorẽ tyrannidis. Ioadus contrà accitis centurionib. iubet mulierẽ arripi, ducíq́; in torrentẽ cedronis, atq; illic pœnas luere. neq; enim fas eſſe templũ ueneficæ ſupplicio pollui. mandauit etiã, ſi quis ei conetur ferre ſuppetias, & ipſum pariter interimi. Illi igiť quibus hoc demandatũ eſt, eductam extra portã mulorum regis illic interficiunt. Vt uero cõſpiratio contra Gotholiam ſucceſsit, Ioadus cõuocato populo ac militib. in templũ, omnes ſacramẽto ad fidem regis adegit, incolumitati ipſius tuẽdæ, regnoq; augendo daturos operã. eodẽ iureiurando mox regẽ aſtrinxit ad diuini numinis reuerentiã, & ad obſeruationẽ legũ quas Moyſes cœlitus acceptas ad populũ pertulit. poſt hęc ad ædem Bali ſacram concurritur, quam Gotholia cum marito Ioramo cõſtruxerat, in ueri dei contumeliam, & ad Achabi gratiam: eam populus à fundamẽtis diruit, & Mathanem qui tum ſacerdotium eius tenuit, trucidauit. Templi uero curã & cuſtodiã ſacerdotibus ac Leuitis iuxta Dauidis regis inſtitutũ Ioadus cõmiſit, iuſsitq́; ut bis ſingulis dieb. ſolenne offerrent ſacrificiũ, & ſuffitum iuxta præſcripta legis facerẽt. Deinde quoſdã è Leuitarũ numero ianitores ad cuſtodiã tẽpli cõſtituit, ne quis pollutus poſſet intrò ſubrepere. Hæc ubi ad hũc modũ diſpoſuit, cũ cẽturionib. & ducib. totoq́; populo ex tẽplo Ioaſum in regiã deduxit: cũq́; collocato in ſolio denuo alacriter acclamatũ eſſet, populus ad epulas cõuerſus feſtiuitatẽ

per

per aliquot dies egit,omnib.ſceleſtæ mulieris cædē libenter ferentibus. Erat 4.Reg.12
Ioas cum in regnum adſciretur,annorū ſeptē,matre natus Sabia, ex oppido
Berſabe oriunda.fuit aūt legum & diuini cultus obſeruantiſsimus;toto tem-
pore quo Ioadus fuit ſuperſtes:duxitq; uxores duas poſtquā ætate maturuit,
conciliante coniugiū eodem pontifice:ex quib. utriuſq; ſexus liberos ſuſce-
pit.Atq; hactenus de Ioaſo quomodo elapſus ex inſidijs Gotholiæ, tandem
regnum aſſecutus eſt.

Azaelis Damaſcenorum regis contra Iſraelitas,ac mox contra Hieroſoly-
mitas expeditiones. Cap. VIII

AZael aūt Syrorū rex bellū cum Iſraelitis & Ieo rege eorū gerens re- VIII
gionis trans Iordanē ſitæ orientales tractus uaſtauit,qui à Rubeni- 4.Reg.12
tis & Gaditis atq; Manaſsitis colebantur: necnō Galaditicam & Ba
tanæam,omnia rapinis miſcens,& incendijs,ac ne ab hominū quidem cæde
temperans quotquot in eius manus incideret. Neq; eñ Ieus arcere eum à po
pulationibus potuit,contemptor & ipſe numinis religionumq; & legū à ma
ioribus p manus acceptarū toto regni ſui tēpore,quod fuit annorū XXVII.
quo exacto mortuus apud Samariam eſt ſepultus,Ioaza filio ſucceſſore prin
cipatus relicto. Ioaſum aūt Hieroſolymorū regem inſtaurandi tēpli cupido
ſubijt: uocatoq; pontifice Ioado iuſsit eum per totam ſuam ditionē Leuitas
& ſacerdotes dimittere, q in ſingula capita ſemiſiclū argēti exigerēt in uſum
eius inſtaurationis,eò q ſub Ioramo & Gotholia, & eorū liberis tuēdi & ſar
tiendi tēpli cura penitus abiecta fuerat.Pontifex uero hoc nō fecit,ſciens ne-
minem libēter argentū erogaturū: ſed anno regni uigeſimotertio rege incu
ſante q uoluntati ſuæ nō obtemperaſſet, & iubente in futurū templi repara-
tioni proſpicere,tale quiddā ad colligendā pecuniā cōmentus eſt, quod nō
grauatim tulit populus.arcā parauit ligneā, in qua bene clauſa unū tantū fo-
ramen ſuperne reliquit.eam cū in tēplo iuxta altare depoſuiſſet, iuſsit quēq;
pecuniæ quantū liberet per foramē immittere, in tēpli inſtaurationē cōferen
dæ.id populus tulit ęquiſsimo animo,& multū auri atq; argēti certatim con
tulit.arcā uerò ſingulis dieb.pręſente rege exinaniebant ſcriba gazophylacij
& ſacerdos eius cuſtos,numerataq; pecunia & recōdita,rurſum unde ſuſtu-
lerant reponebant: & cū primū uideret collatū quantū ſat eſſet, pontifex &
rex conduxerunt fabros & cæmentarios,& trabes magnas pulcherrimæ ma
teriei cōparauerunt.inſtaurato deinde tēplo,quicquid ex collato auro & ar-
gento ſupfuit (ſuperfuit aūt nō parū)id totū in crateras,cantharos,pocula,
& alia uaſa inſumptū eſt: inſuperq; quotidianis ſacrificijs altare adolebatur,
atq; hęc tantiſper dū Ioadus uixit diligēter accurata fuerūt.illo aūt poſt annū
ætatis centeſimū & trigeſimū defuncto,& ob probitatē ac iuſtitiā inſignem,
tū q Dauidici generis ſeruator fuiſſet,in regū monumēta illato,rex Ioas à pri
ſtina religiōis cura facile deſciuit:moxq; & primates populi ad eundē modū
deprauati ſunt,ut nihil apud eos potius haberet q̄ contēptus iuris ac iuſtitię.
Deus uero indignatus ꝓpter hanc regis & cæterorū mutationē miſit ꝓphe-
tas q cōteſtarent eos & à præſenti malitia cōpeſcerent.illi uero tā inſano affe
ctu eā cōplectebant,ut neq; exēplis maiorū qui ꝓpter contemptū legū cū to
tis familijs perierāt,neq; ꝓphetarū cōminationib.moti reſipiſcerēt,& ad re-
licta

licta honeſta ſtudia reuerterẽtur. Quin & Zachariã pontificis Ioadi filiũ rex in ipſo tẽplo ſaxis iuſsit obrui, oblitus patris eius beneficiorũ, tantũ quia propheta diuinitus cõſtitutus, pro cõcione populũ & regẽ adhortatus ad iuſtitiam, graues pœnas illis minatus eſt, ſi moniti parere contemnerent. Moriẽs tñ Zacharias teſtẽ & iudicẽ deũ inuocauit, q̃ pro bono conſilio & patris ſui beneficijs, à Ioa mortis amarũ præmiũ ſibi rependeret. Nec diu debita regi pœna dilata eſt. Azael em̃ Syrorũ rex impreſsiõe in regnũ eius facta, & Gitta primũ direpta atq; euerſa, mox ipſum Hieroſolymis deſidentẽ adortus eſt. Tũ Ioas cõterritus oẽs theſauros dei priorũq; regũ exhauſit, & cũ eis detracta tẽplo donaria miſit ad Syrũ, tanti pacẽ redimẽs & ſecuritatẽ, ne oppugnatus in extremũ rerũ ſuarũ diſcrimẽ adduceret. Ille tam ingẽti pecunia corruptus, uim exercit⁹ à regia urbe abſtinuit. Ioas tñ graui morbo implicitus, amicis Zacharię pœnas dedit, q̃ ne filius põtificis maneret inultus, p̃ inſidias eũ ſuſtulerũt. Sepultusq; eſt Hieroſolymis, nec tñ propter impietatẽ dignus habitus qui regijs monumẽtis inferret, cũ uixiſſet annos quadraginta & ſeptẽ.

Amaſias rex Hieroſolymitanus exercitu contra Idumæos & Amalecitas ducto uictor euadit. Cap. IX

4.Reg.14 IN regnũ ſucceſsit ei filius Amaſias. Anno aũt Ioaſi uigeſimoprimo apud Iſraelitas & Samariã Ieo ſucceſsit filius Ioazas, in quo principatu exegit annos XVII, patri nequaq̃ ſimilis, ſed magis primis eius regni regibus impijs, qui palàm omnẽ contemptũ cæleſtis numinis præ ſe tulerunt. Huius copias rex Syriæ tãtopere attriuit, ut ex numeroſo exercitu nõ plus q̃ decẽ millia peditũ, equites quingẽti ſupereſsẽt: qua expeditiõe multas magnas urbes illi ademit, & hoſtiũ non mediocres ſtrages edidit. Hæc autẽ Iſraelitis acciderũt ſecundũ Eliſæi uaticiniũ, quo tempore Azaeli etiã prædixit, quòd necato domino Damaſci ac Syriæ regnũ eſſet occupaturus. In hac temporũ difficultate Ioazas ad preces & ſupplicationes cõfugit, orans deũ, ut ſe è manibus Azaelis liberet, nec ab eo ſubigi patiatur. Deus aũt qui nõ ſolum perpetuam innocentiã, uerumetiã reſipiſcentiam fauore cõplectitur, & cum perdere poſsit ſi uelit, caſtigare mauult, exoratus eripuit eum è belli periculis: & regio pacẽ nacta ad priſtinũ felicitatis ſtatũ breui redijt. Poſt obitũ Ioazæ Ioas filius regno Iſraelitarũ apud Samariã potitur, trigeſimoſeptimo anno regni Ioæ regnãtis in tribu Iudæ. nam & iſte eodẽ quo Hieroſolymitanus nomine uocabatur: tenuitq; regnũ annis XVI. Hic optimus uir erat, nihil paterni ingenij referens: & cũ Eliſæus iam admodũ ſenex in morbũ incidiſſet, uiſendi cauſa eũ adijt: quẽ animaduertẽs extremũ ſpiritũ ducere, flere cœpit, & lamentari, patrẽ & clypeũ appellitans: q̃ eo uiuo armis cõtra hoſtẽ opus nõ fuerit, ſed ipſius prædictionum beneficio ſemper inuicti euaſerint. Nunc illum è uita diſcedere, ſe uerò exarmatos Syris & alijs hoſtibus obijci, quamobrẽ adempto tali præſidio, ſibi quoq; optabilius unà cũ illo hanc uitã relinquere. His querimonijs motus Eliſæus, regẽ conſolatus afferri arcũ poſtulat, eumq; regẽ iubet intẽdere: deinde iniecta in eum manu iubet iaculari. & cum emiſsis tribus telis deſtitiſſet: ſi, inquit, plura miſiſſes, poteras totum Syrorum regnũ exſcindere. nunc quia tribus ſolis contentus fuiſti, totidem prælijs uinces Syros, & regionẽ quã tuo patri ademerũt recipies. His auditis

rex

rex abijt, & ꝓpheta paulo pòſt defunctus eſt, uir inclytæ iuſtitię, & citra con trouerſiam deo longe chariſsimus. multa enim & miranda diuinæ mẽtis argumenta exhibuit, quorũ memoria apud Hebræos durat clariſsima. ſepulchro etiã honoratus eſt magnifico, quale decuit hominẽ numini diuino acceptiſsimũ. Contigit aũt aliquando ut latrones occiſi à ſe uiatoris cadauer in monumentũ eius abderẽt, quod mox reuixit à contactu prophetę corporis. Atq; hæc fuerũt & uiui & defuncti uatis opera. Azaele aũt rege extincto, ad Adadũ filiũ Syriæ regnũ hæreditario iure peruenit. Huic Ioas Iſraelitarũ rex tribus prælijs uicto omnẽ eam regionẽ abſtulit, quæ urbes ac uicos de patre ipſius captos cõplexa eſt: quod & ipſum Eliſæus iam antè prædixerat. poſtq; uero etiam Ioas fato functus eſt Hieroboam eius filius excepit imperium.

Amaſiæ victoria de Iſraelitis & Ioa rege eorum reportata. Cap. X

SEcundo aũt anno Ioæ regis Iſraelitarũ, regnum accepit Amaſias Hieroſolymis & in tribu Iudæ, matre natus urbis regiæ ciue, appellata Iudan. mirum aũt in modũ iuſtitiã colebat, tametſi ætate adhuc iuuenis. Regni adminiſtrationẽ exorſus à necis paternæ uindicta, qui amicorũ inſidijs ſublatus fuerat. eosq; omnes in poteſtatẽ redactos affecit ſupplicio, parcens tamẽ ipſorũ liberis, iuxta leges à Moyſe præſcriptas: qui iniquũ cenſuit pro parentũ culpis à liberis eorũ pœnas repoſcere. Poſt hæc delectu habito in tribu Iudæ & Beniamitica, cõſcripto flore iuuentutis, utpote ętatis annorũ plus minus uiginti, centuriones his copijs ido neos attribuit. deinde miſit ad Iſraelitarũ regem qui uiginti ſcutatorũ millia cõducerent ſtipẽdio talentorũ argenti centũ annumerato. decreuerat enim cõtra Amalecitarũ & Idumæorũ atq; Gabilitarũ gẽtes exercitũ ducere. iámque propediẽ moturus erat in eos, cũ interueniẽs propheta dimittere Iſraelitas cõſuluit. eſſe em̃ hoc hominũ genus impiũ, & cladẽ certã imminere oraculo ſe monitũ, ſi talibus rex utat auxilijs. alioqui deo fauẽte uel modica manu deuinci poſſe hoſtiles exercitus. Rege aũt ægreferẽte, quia iam publicè ſtipendiũ Iſraelitis numerauerat, hortatus eſt ꝓpheta ut dei uoluntatẽ ſequeretur, quo propitio nõ defore pecuniã. illos itaq; dimiſit, præfatus ſe donare illis quicquid mercedis nomine accepiſſent, & cũ domeſticis tantũ copijs contra prædictas gẽtes ꝓfectus eſt. Quib. uno prælio uictis interfecit x millia, & totidẽ millia captiuorũ abducta in magnã petrã quæ imminet Arabiæ, eo loco ꝑ rupes præcipitata necauit: atq; ita uictor cũ opima præda domũ redijt. Interea uiginti illa Iſraelitarũ mercenariorũ millia, ignominioſam rati ſuam miſſionẽ, ac ſi ꝑ inutili dãnata eſſet eorũ opera, impetũ in eius regnũ faciũt: & ꝓgreſſi uſq; Bethſemera, regionẽ populati ſunt, abacto magno iumentorũ numero, cæſisq; trib. colonorũ millibus. Amaſias uero poſt uictoriã factus inſolẽs, autorẽ eius deũ cœpit habere cõtẽptui, & ꝓ eo uenerari aſportata de Amalecitis numina. Quãobrẽ à ꝓpheta conuentus eſt, mirari ſe dicẽte ſi hos deos crederet, q̃ cultorib. ſuis nihil opis afferre ualuerint, nec eos ab Hebræorũ ui tutos ꝑſtiterint, ſed tanq̃ ad ſe nõ pertinẽtes cędi & captiuos trahi paſsi ſint. qn & ipſos belli iure abductos inter reliquã captiuorũ turbã Hieroſolyma ꝓueniſſe. Rex his uerbis ad irã ꝓcitus iuſsit illũ hac de re eſſe quietũ, minatus ſuppliciũ ſi negotijs alienis miſcere ſe ꝓgeret. tũ ille, ſe q̃dẽ quieturũ dixit,

deum

X deum tamen ultorem huiuſmodi nouitatibus nō defore. Nec multo pòſt Amaſias felicitatem ſuam, cuius tamen autorem deum non agnoſcebat, nō capiēs, ſed faſtu inflatus, ſcripſit Ioæ regi Iſraelitarū, ut ipſius imperata faciat cum ſuo populo, ſicut antehac idē populus maioribus eius Dauidi & Solomoni paruit: ꝙ ſi nolit ultro facere officium, bello eſſe decernendū de imperij iuribus. Ad hoc Ioas in hæc uerba reſcripſit. Rex Ioas regi Amaſiæ. Olim in eodē monte Libano cupreſſus erat & carduus. hic à cupreſſo filiam petijt filio ſuo dari coniugem. Interim beſtia quædā ſuperueniens cōculcauit carduū. Hoc exemplū te moneat, ne maiora q̄ par eſt appetas, né ue propter recentem de Amalecitis uictoriam elatus, & te & regnū tuum incertæ commit tas aleæ. His lectis Amaſias magis etiam ad bellū concitatus eſt, deo, ſicut fas eſt credere, inſtigante, ut tandem meritas impietatis pœnas exſolueret. Vbi uero in conſpectū hoſtium uenit, inſtructa utrinq; acie, tantus repēte pauor ac conſternatio diuinitus milites eius inuaſit, ut priuſquā manus conſererentur iam terga uerterēt: & alijs aliò diffugientibus, deſertus à ſuis Amaſias in hoſtis poteſtatem ueniret: qui mortem illi minatus eſt, niſi efficeret, ut Hieroſolymitæ apertis portis ſe cum uictore exercitu admitterent. ea neceſsitate & uitæ amore adactus, perſuaſit ciuibus ut hoſtē reciperēt. At ille dirutis ad trecentorū cubitorum ſpaciū mœnibus, curru per id interſtitiū triumphabundus inuectus eſt, captiuū præ ſe agens Amaſiam: & hoc modo factus urbis dominus, dei theſauros abſtulit, & quicquid auri uel argenti in regia repertū eſt, totū aſportauit: ac tum demū dimiſſo rege reuerſus eſt Samariam. Hæc Hieroſolymitis contigerunt anno regni Amaſiæ decimoquarto. Appetitus tandem amicorū inſidijs fugit in urbem Lacheis: nec tamē euaſit, illuc quoq; inſecutis inſidiatoribus, à quibus interfectus eſt. Corpus Hieroſolyma relatū, & regia magnificentia funeratum eſt. Tam miſerū aūt exitum habuit propter nouatas religiones & pietatis contemptū, poſt exactū annum uitę quinquageſimū, regni uero uiceſimūnonū, Ozia filio regni ſucceſſore.

Quomodo Ozias uicinas gentes ſubegerit. Cap. XI

XI 4. Reg. 14 DEcimoquinto autem anno regni Amaſiæ, Hieroboamus Ioæ filius apud Iſraelitas regno potitus eſt, quod per annos quadraginta obtinuit in eadem qua maiores eius Samariæ regia. Hic rex cū eſſet uehementer impius, totusq; idolis deditus, nihil ſibi nō permittens, Iſraelitis etiam innumeras calamitates attulit. Ei propheta Ionas prędixit, ꝙ deuictis Syris ditionem ſuam eſſet ampliaturus, prolatis eius terminis ad ſeptentriones uſq; Amathē urbem, ad meridiē uero uſq; Aſphaltitem lacū. his enim olim terminis Chananæa terra finiebatur, iuxta Ieſu imperatoris definitionē. quo oraculo excitatus Hieroboamus, totos eos tractus ademptos Syris ad ſuum regnū addidit, nihil fallente Ionæ uaticinio. Sed quoniā pollicitus ſum me bona fide res Hebræorū pro futurū, nō diſsimulabo quid Ionæ 1 de hoc propheta in ſacris codicibus inuenerim. Iuſſus enim à deo proficiſci in regnū Nini, & illic prædicare, quòd imperiū illud periturū eſſet, nō auſus eſt hoc facere: ſed putans ſe poſſe deū effugere, conſcenſo apud Ioppen nauigio petebat Tarſum Ciliciæ: exorta aūt uehementi tempeſtate, ita ut periculū eſſet ne nauis mergerēt, gubernator & nautæ, atq; ipſe etiā nauclerus

uota

uotà pro incolumitate faciebãt: Ionas uero ſolus operto capite iacebat, nihil quemadmodũ alij faciẽs. cumq; turbantib. procellis fluctus magis ac magis creſcerent, ſuſpicati aliquẽ è uectorib. eſſe in cauſa, decreuerũt ſortito quærere quis nam ille ſit. quo facto, ſors prophetæ obtigit. percontantibus quis nam eſſet, uel qd haberet negotij, ait ſe Hebræũ eſſe, & prophetam dei maximi, conſuluitq; ut ipſum in mare iacerẽt, ſi uellẽt præſens periculũ euadere: ſe enim eſſe propter quẽ tempeſtas ſæuiat. At illi primũ quidẽ non audebant hoc facere, impiũ facinus ducẽtes, hominẽ hoſpitem, qui uitã ſuæ fidei concredidiſſet, in tam manifeſtũ exitium mittere. tandem urgẽte periculo & nauim tantumnon mergente, partim prophetæ autoritate, partim ſuopte metu cõpulſi, in mare eum proijciunt. Et tempeſtas quidem ſedata eſt, Ionam aũt fertur à ceto deuoratũ poſt triduum in Euxinum pontũ reuomitum, uiuum & toto corpore illæſum, ubi impetrata à deo erratorũ uenia, ad Nini urbem pfectus eſt. & cũ in loco unde exaudiri poterat cõſtitiſſet, prædicauit q; paulo pòſt amiſſuri eſſent imperiũ Aſiæ: & cũ hoc dicto abijt. Hęc de eo ſic retulimus, ut inuenimus in cõmentarijs. Hieroboamus aũt exactis feliciter in ſuo principatu XL annis mortuus apud Samariã ſepeliẽ, Zacharia filio ſucceſſore. Ozias itẽ ſucceſsit Amaſiæ anno regni Hieroboami decimoquarto, & apud Hieroſolyma duabus tribubus pręfuit, natus matre Achia, ciue & ipſa Hieroſolymitana. Hic erat natura bonus ac iuſtus, & magnanimus, prouidendisq; rebus ſolers & induſtrius. is ſuſcepta expeditiõe in Palęſtinos, pręlio uictor urbes eorũ ui cepit, Gittam & Iamniam, & earũ mœnia diruit. alia deinde expeditione duxit in Arabas Aegypto uicinos: & cõdita urbe ad mare rubrũ, præfidiũ in ea poſuit. poſt hæc Ammanitis ſubactis, tributoq; genti præfinito, & omnib. locis uſq; ad Aegypti terminos in poteſtatẽ ſuam redactis, in poſterũ ad curam urbis ſe cõtulit. quicquid enim mœniũ uel uetuſtate labefactum erat, uel ſuperiorũ regum incuria, totũ inſtaurauit: atq; eam etiam partẽ, quam Iſraelitarũ rex Amaſia patre huius capto diruerat, quando urbẽ uictor ingreſſus eſt. his addidit non paucas turres centũ quinquaginta cubitorũ altitudinis: & arces aliquot in locis minus frequentatis ad tutelam diſpoſuit: aquæ ductus quoq; nõ paucos exſtruxit. habuit etiam iumẽtorum aliarumq; pecudũ infinitam penè multitudinem, q; regio eſſet apta paſcuis. cumq; admodũ eſſet agriculturæ ſtudioſus, terrã uarijs arborũ cęterarumq; plantarũ generib. excoluit. habuit præterea ſelectorũ militũ trecenta ſeptuaginta millia, quibus pręerant centuriones ac tribuni uiri generoſi & inuicto robore præditi ad duo millia numero: edocuitq; exercitũ phalangis ordinẽ ſtruere in acie, & arma ſingulis diſtribuit, gladios, clypeos, & thoraces æreos, arcus etiã & fundas. præterea machinas fecit multas ad expugnãda oppida, quib. uel ſaxa uel tela emitteret, harpagones quoq; & alia inſtrumẽta his ſimilia. Dumq; in his ſtudijs & paratibus uerſatur, corruptus eſt arrogantia, & inflatus mortali potentia, immortalẽ illam ac ſempiternam cœpit nõ magni facere, nec religionis nec pietatis admodum obſeruans, ita ut ad paternã impietatem uideretur procliuior, ad quam & ille prolapſus fuerat, quòd forſitan fauorẽ & perpetuos ſucceſſus in rebus maximis moderatè ferre neſciret. Et cũ ueniſſet ſolennis feſti celebritas, ſumpto ſacerdotali habitu, ingreſ- 4.Re.14.15

ſus templũ ad aureũ altare deo ſuffitũ facturus aſtitit. Accurrit eò mox Azarias põtifex octuaginta ſacerdotũ globo ſtipatus, & regẽ compeſcuit, uocifẽrans ac negans hoc illi fas eſſe, ſed ſolis ſacerdotib. datũ ſuffire, qui ſint ex Aronis genere. iubebatq; ut exiret, & deũ talibus factis prouocare ad irã deſineret. Tum rex cõmotus mortẽ illis ni quieſcerẽt minatus eſt: & ecce tibi terra uehementer concutit, fiſſoq; ſuperne tẽplo radius ſolis os regis improbũ ferit, quod eueſtigio lepra contactũ eſt. acceſsit huic & aliud prodigium, q̃ eodẽ terræmotu ante urbem in loco qui dicitur Eroge, dimidiũ montis ad occidentẽ uergentis reuulſum, & per quatuor ſtadia uolutũ, obiectu demũ orientalis montis cõſtitit, obſtructa uia publica, et oppreſsis ruina hortis regijs. Sacerdotes uerò poſtq̃ in facie regis lepram animaduerterũt, diuinitus inflictam ei plagam indicauerunt, & ut tanq̃ pollutus & impuratus urbe cederet admonuerunt. at ille pudore calamitatis iam modeſtior, paruit, ſuperbiæ cum impietate coniunctæ tam miſerabili pœna mulctatus. & cũ aliquan diu priuatus extra urbẽ uixiſſet, filio Iothamo rempub. adminiſtrante, mœrore tandẽ cõfectus obijt anno ætatis ſexageſimo octauo, regni quinquageſimo ſecũdo, ſepultusq; eſt in ſuis hortis in monumento ſolitario. Iſraelitarũ autem rex Zacharias Hieroboami filius uix ſexto regni mẽſe exacto, ab uno è ſuis purpuratis per dolum occiditur. Seleſmus is fuit Iabeſi filius, qui occupata uacua Zachariæ cæde regia, trigeſima poſt die male partũ regnũ male perdidit. Manaemus enim dux exercitus, qui per id tẽpus apud Thapſam urbem erat, audito Zachariæ caſu, cum omnib. copijs propere uenit Samariam, & prælio uictũ Seleſmũ interfecit: dein autoritate propria ſumptis regni inſignibus, Thapſam cum exercitu uictore profectus eſt. oppidani uero obfirmatis portis noluerunt regẽ admittere. at ille ut in defectores ſæuiẽs totum circũquaq; agrũ uaſtauit, & poſtremo urbem quoq; ui cepit: & q̃ eſſet Thapſenſibus infenſus, omnes ferro cõfecit, ne teneræ quidẽ ætati parcens, & nihil ſibi ad extremã crudelitatẽ reliquũ faciens. quæ enim ne in barbaros quidẽ deuictos perpetrare fas fuerit, ea in ſui generis homines ſibi permiſit. nec mitior fuit poſtea toto decennio quo Iſraelitis p̃fuit. petitus deinde bello ab Aſſyriorũ rege Phullo, nõ auſus eſt cũ eo in certamen deſcendere, ſed pactus M. talẽtis argẽti, mature ſe ab ea uexatiõe redemit. hãc ſummã Manaemo popul⁹ cõtulit, exactis L drachmis in ſingula capita. Nec multo pòſt mortuus, Samariæ ſepultus eſt, Phaceia regni hærede relicto. is patri crudelitate perſimilis, duob. tm̃ annis regnauit. quib. exactis in cõuiuio cũ amicis trucidatus eſt, inſidijs Phaceiæ tribuni, q̃ Romeliæ fuit filius. obtinuit aut hic Phaceias principatũ annis x x. dubiũ impius magis an iniuſtus. Huius tempore Theglaphalaſſar Aſſyriorũ rex Iſraelitas aggreſſus, ſubacta Galadica regiõe, & quicqd trans Iordanẽ colitur, uicinaq; Galilæa, & Cydida, & Aſora, colonos abſtractos in ſuũ regnũ traduxit, de quo hoc loco hactenus. Porrò Iothamus Oziæ filius regnauit in tribu Iuda & Hieroſolymorũ regia, natus matre urbani generis nomine Ieraſa. Huic regi nulla uirtus defuit, erga deũ pio, iuſto erga homines, & reipub. ſtudioſo. quicquid enim inſtauratione opus habebat, diligenter ſartiendũ curauit. in tẽplo ueſtibulũ refecit & porticus. mœnium partẽ labantẽ reſtituit, & additis magnis ac firmis turribus cõmuniuit.

Ammani-

Ammanitas etiam prælio deuictos tributa pendere coegit, annua talẽta centum & tritici coros decies mille, & totidem hordei. In tantũq; regnũ auxit, ut tam domi felix eſſet, q̃ foris formidabilis. Hoc regnante propheta quidam extitit, Naumus nomine, qui de Aſſyriorũ & Nini ſubuerſiõe hęc uerba uaticinatus eſt. Ecce Niniue piſcina aquarũ fluctuans, ita & populus eius omnis turbatus & fluctuans fugiet. dicentq;, ſtate, ſtate, eripite aurũ, eripite argentũ. & nemo ualet. mallent enim uitã ſeruare q̃ facultates. occupabit em̃ eos graue diſsidiũ, & lamẽtatio, & diſſolutio membrorũ, & facies eorũ præ pauore fient luridæ. Vbi erit poſthac domiciliũ leonũ, & mater catulorum leoninorũ? Dicit tibi Niniue dñs: Delebo te, nec poſthac amplius leones exte egreſsi mũdo imperitabũt. & alia multa de Niniue in hanc ſententiã prophetauit, quæ nunc non eſt neceſſe repetere, alioquin moleſtus uideri poſſem lectorem plus æquo onerans. Euenerunt autem omnia quæ de Niniue prædicta ſunt, poſt annum c x v. Et de his quidem hactenus. XII

Raſe Damaſcenorũ rege Hieroſolymitas bello uexante, Achazes eorum rex coactus eſt Aſſyriorum regem in Damaſcenos immittere. Cap. XII

IOthamus aũt è uiuis abijt ætatis anno x l i. cũ regnaſſet annos ſexdecim: quo in regijs conditorijs depoſito, regnũ ad Achazen eius filiũ hæreditario iure peruenit. qui erga deũ impijſsimus omniũ, & patriarũ legum deſertor, ad imitationẽ Iſraeliticorũ regũ ſe cõtulit, aras Hieroſolymis erigẽs, & in eis idolis ſacrificans, quib. etiã propriũ filiũ holocautoma obtulit ritu Chananæorum, & his ſimilia multa perpetrauit. Hunc ita inſanientem duo ſimul reges, Raſes Damaſcenorum & Phaceias Iſraelitarũ, bello aggrediuntur: erant enim amici & ſocij: & compulſum Hieroſolyma multum diuq; fruſtra oppugnauerunt, quòd urbs eſſet munita egregie. Interea Syriæ rex ad mare rubrum Elam urbem occupat, & necatis eius habitatoribus Syrorũ coloniã eò deduxit. Multis item arcibus expugnatis, & magno Iudæorũ numero interfecto, cum exercitu ex manubijs ditato domum reuerſus eſt. Hieroſolymitanus aũt rex poſtquam cognouit Syros abijſſe domum, putans ſe Iſraelitarũ rege non inferiorem uiribus, eduxit contra eum copias. & cũ irato deo cõmiſiſſet præliũ, propter tot impia facinora uictus eſt. centũ em̃ & uiginti millia tũc ceciderũt de Hieroſolymitarũ exercitu. In eodẽ prælio Zacharias ſupremus dux Iſraelitarũ cũ Amia filio Achazę congreſſus, ſuperatũ occidit, & pari modo Ericam prætorianorũ præfectũ adeptus interemit, & Elcanam tribus Iudæ copiarũ ducẽ uiuum in poteſtatẽ ſuã redegit. magnũ præterea captiuorũ utriuſq; ſexus numerũ è Beniamitica tribu abegerunt, & opima præda ditati reuerſi ſunt Samariam. Obelas aũt quidam qui in ea urbe per id tempus propheta erat, occurrẽs illis ante mœnia, magna uoce hanc uictoriã nõ ipſorũ uirtute partam aſſeuerabat, ſed q̃ deus regi Achazæ iraſceretur. incuſabatq; eos q̃ non contenti præſenti felicitate, auſi ſint homines ex tribu Iudæ ac Beniamitica cõſanguineos ſuos captiuos abducere: & ſuadebat ut hos illæſos domum remitterent. quod ni faciant, deũ ab illis pœnas exacturũ. poſt hanc admonitionẽ Iſraelitæ in concionem conuenientes deliberant quid facto opus eſſet. Exſurgens autẽ quidam magnæ inter ſuos autoritatis, Barachias nomine, cũ alijs tribus, negabãt ſe paſ- XIII 4. Reg. 16

ſuros ut ciues ſui captiuos in urbẽ introducerẽt, ne fortè omnes ex æquo diuina ultio perderet. ſatis eſſe præteritorũ peccatorũ, in quæ prophetæ clamitent, etiamſi nulla noua accedat impietas. His auditis milites, permiſerunt illos, quicquid uellẽt, arbitratu ſuo agere. Tum prædicti uiri aſſumptos captiuos exemerũt uinculis, & curatis eorũ corporibus, adiutos uiatico remiſerũt domũ incolumes. nihilo minus quatuor hi deduxerũt eos uſq; Hierichuntẽ & ulterius, cumq; nõ longe abeſſent à Hieroſolymis, repetierũt Samariam.

Aſſyriorum rex ui expugnata Damaſco, & occiſo rege, populum traducit in Mediam, aliis gentibus Damaſcum in coloniam deductis. Cap. XIII

4. Re. 16. 17 Achazes autẽ rex hac clade ab Iſraelitis affectus, miſſa ad Aſſyriorũ regem Theglaphalaſſarem legatione, auxilium ab eo petijt contra Iſraelitas & Damaſcenos atq; Syros, magnã pecuniam illi pollicẽs, in præſens etiam magnifica munera mittendo. Quam legationem poſtquam audiuit, ipſe in auxiliũ Achazæ profectus eſt, & uaſtata Syria, expugnataque Damaſco, Raſem quoq; regem occidit. Damaſcenos uero in ſuperiorẽ Mediam populariter traduxit: & pro illis quaſdam Aſſyriorũ gentes in agrũ Damaſcenum repoſuit. Iſraelitarum deinde terram populatus, multos ex ea captiuos cõprehendit. Poſt Syros ad hunc modũ tractatos, rex Achazes ſublato quantũ erat auri & argenti in regijs theſauris, atq; etiam in ipſo templo & donarijs quotquot erant pulcherrima, hæc ſecũ deferens uenit Damaſcũ, & ſicut antè pactus fuerat, omnia regi Aſſyriorũ tradidit, actisq; pro beneficio gratijs reuerſus eſt Hieroſolyma. Erat autẽ hic rex tam ſtultus & incogitans, ut quamuis hoſtiliter cum Syris diſſideret, illorũ tamen deos colere nõ deſineret, ſed in eorũ ceremonijs, tanquã uictoriam inde ſibi pollicens, pietatẽ collocare pergeret. poſt cladem uero acceptã, Aſſyriorũ uenerari cœpit numina, quibus potius adoraturus, q̃uerum & à maioribus acceptũ deum, cuius indignatione ut tum uinceretur factum eſt. In tantum aũt religionis contemptum prolapſus eſt, ut ſpoliatũ prius donarijs templũ clauderet, ne illud ſolennibus ſacrificijs honorare liceret. poſt has inſanas impietates tandẽ moritur, cum uixiſſet annos triginta ſex, & ex his regnaſſet ſedecim, relicto hærede Ezecia filia. Quo tempore etiã Phaceias Iſraelitarũ regnum cum uita amiſit, cæſus per inſidias cuiuſdã ex charioribus ſibi aulicis, cui nomẽ Oſeas. qui cum regnũ ſcelere quæſitũ per annos i x obtineret, uir fuit peſsimus, nihil pietatis deo deferens. In hunc duxit exercitum Aſſyriorũ rex Salmanaſarus, & quia deũ non habebat propitiũ, deſtitutũ eius auxilio facile ſubiugauit, & præfinita tributa coegit pendere. Quarto autẽ anno regni huius Oſeæ Ezecias Hieroſolymis regnũ adeptus eſt, Achazæ ex Abia Hieroſolymitana muliere filius. is erat ingenio bono & iuſto ac pio prẽditus. nam ſtatim ab ini to principatu nullã magis neceſſariã uel utilem tam ſibi quàm ſubditis curã exiſtimauit, q̃ religiõis ac diuini cultus. quamobrẽ aduocata populi & ſacerdotum leuitarumq; concione, ſic fertur ad eos uerba feciſſe. Ne ipſi quidem ignoratis quòd ꝓpter peccata patris mei, & nõ redditos deo debitos honores, in multas & magnas calamitates incidiſtis, quia per extremã dementiam paſsi eſtis uobis ꝑſuaderi, ut eos quos ille deos putabat coleretis. Ergo quandoquidẽ ueſtro malo didiciſtis q̃ ꝓnicioſa res ſit impietas, hortor ut illa obli

uioni

uioni tradita purificetis uos à præteritis pollutiõibus unà cum ſacerdotibus & Leuitis, ac tum demũ conuenientes aperiatis templũ, & luſtratum prius expiatumq; ſacrificijs legitimis in priſtinũ honorẽ & reuerentiam reſtituatis. hoc enim pacto placatũ deum & propitiũ habebimus. His regis monitis accenſi ſacerdotes templũ aperiũt, & eiectis inde inquinamẽtis, adornatisq; ſacris uaſis, uictimas patrio ritu in altare inferunt. Rex uerò dimiſsis per totã ditionẽ ſuam nuncijs, populũ Hieroſolyma ad Azymorum celebritatẽ conuocat multo iam tẽpore intermiſſam propter impiam ſuperiorũ regum incuriam. Quin & Iſraelitas per nuncios hortatus eſt, ut relictis cõſuetis ſuperſtitionibus ad priſcam illam pietatem & ueri dei cultũ redirent. Se ẽ illis permiſſurũ ut Hieroſolyma uenientes azymorum feſtum unà cum ſuis ciuibus celebrent. Hæc autem ſe ſuadere non ut ſuũ negotiũ ageret, ſed ipſorum utilitatis gratia, quos beatos fore, ſi huic cõſilio paruerint. Iſraelitę uero audito quid legati à ſuo rege afferrent, adeo mentẽ nõ adhibuerunt, ut eos ludibrio habuerint, & prophetas quoq; eodem cohortantes, & præmonẽtes quantæ calamitates inſtarent ni mature ad pietatẽ redirent, reſpuerint: quos poſtremo cõprehenſos necauerunt. nec his facinorib. contenti ad peiora etiã ſunt prolapſi, ita ut non prius deſiſterent, quàm ob extremã impietatẽ deus ultor in poteſtatẽ hoſtium eos tradidit, ſicut ſuo loco dicetur. Multi tamen è Manaſſitica tribu & Zabulonis atq; Iſacharis prophetarũ monitis parentes ad pietatem ſunt cõuerſi, atq; hi omnes Hieroſolyma ad Ezeciam confluxerũt, ut deũ adorarent. Poſtquam aũt ea multitudo conuenit, rex aſcenſo templo unà cum principibus & populo, immolauit pro ſe tauros ſeptem, & totidem arietes, paremq; hircorũ numerum. & cum primũ manus in capita uictimarum impoſuiſſent tam rex quàm principes, ſacerdotibus mactandas reliquerunt. illi uero iugulabant, & ſolidas concremabant, Leuitarũ corona circumſtante cum inſtrumentis muſicis, & diuinos hymnos canente, quemadmodum olim Dauid eos pſallere docuerat. reliqui uero ſacerdotes accinebant buccinis. Interea populus & multitudo humi in facie proſtrati deum adorabant. poſt hæc ſacrificauit boues ſeptuaginta, arietes c, agnos c c, populo uero ad epulũ largitus eſt boues d c, & reliqui pecoris tria millia. Cũq; omnia rite ſacerdotes perfeciſſent, rex lætus epulabatur cũ populo, agentes deo gratias. Inſtante uero azymorũ feſto, paſchale ſacrum facientes, alias deinceps uictimas mactabant per continuos dies ſeptem. populo etiã præter eum numerũ quem ipſi mactauerunt, taurorũ duo millia, pecorũ ſeptem millia rex de ſuo largitus eſt. hanc liberalitatem imitati principes mille tauros eis dederunt, & pecora mille quadringenta. nec ullum feſtum tam magnifice eſt celebratum à Solomonis temporib. in eum uſq; diem, peracto feſto urbẽ egreſsi totam regionẽ luſtrauerunt, ipſa quoq; Hieroſolyma ab omni idolorũ ſpurcicie mũda reddiderũt. Quotidiana deinde ſacra iuxta legem rex de ſuo fieri mandauit, & ſacerdotibus ac Leuitis à populo decimas reddi cum primitijs fructuum, ut poſſent eſſe circa diuinũ cultũ aſsidui. Quo factũ eſt ut populus omne genus fructuũ conferret Leuitis & ſacerdotibus: rex uero horum apothecas & promptuaria condidit, unde ſingulis partes diſtribuerent cum uxoribus & liberis. atque in hunc modum priſtinus cultus reſtitutus eſt. His

ita cõſtitutis rex Palæſtinis bellum intulit, & parta uictoria omnes eorũ urbes à Gitta uſq; Gazam ſuæ ditioni adiecit. Interea rex Aſſyriorum per oratorem ei denunciat, omnem eius regionem ſe ſubiugaturũ, niſi tributa, quæ prius pater ipſius, penderet. Ezecias uero minas eius non magni fecit, fretus deo ſuaq; pietate, ac propheta Eſaia, per quem futura cognoſcebat. & hactenus de hoc rege.

Salmanaſar capto Iſraelitarum rege, & decem tribubus translatis in Mediam, Chuthæos in eorum regionem migrare iubet. Cap. XIIII

XV 4.Reg.17 SAlmanaſar autem Aſſyriorũ rex cõperto quòd Iſraelitarũ rex miſiſſet clàm legationem ad Soam Aegyptiorum regem, inuitas eum ad ſocietatem contra ipſum ineundam, iratus duxit exercitum contra Samariam, anno Oſeæ regni ſeptimo, & nõ receptus ab eo, poſt tertium obſidionis annum urbem ui cepit, anno eiuſdem regis nono, Ezeciæ uero Hieroſolymorum regis anno ſeptimo: extinctoq; funditus Iſraelitarum imperio, populũ traduxit in Mediam & Perſidem, cum quo etiam Oſeas rex uiuus captus eſt. Deinde migrare iuſſa quadam Perſica gente ex eo tractu qui ab amne Chutho denominat, ſedes ei deſignauit in agro Samariæ, cæteraq; Iſraelitarum regione. Migrauerunt igitur decem tribus Iſraelitarum ex ſuis ſedibus poſt annos DCCCCXLVII. ex quo maiores eorum Aegyptum egreſſi armis ea loca ſuæ ditionis fecerunt: poſt principatum Ieſu annis octingẽtis. poſt defectionem uero à Roboamo Dauidis nepote ad Hieroboamum, de qua ſuprà diximus annis CCXL. menſibus ſeptem, diebus ſeptem. atq; hic fuit finis Iſraelitarum, qui neq; legi ſubditi eſſe uoluerunt, neq; prophetas audire, prænunciantes adeſſe pro foribus hanc calamitatẽ, ni ab impietate deſiſterent. omniũ autem horum malorum initium fuit illa ſeditio, per quam à Roboamo defecerunt, ſeruo ipſius in locum eius rege conſtituto: qui contemptis diuinis legibus, & populo per ſuum exemplũ ad eandem iniquitatẽ pertracto, indignationem cęleſtis numinis eis conciliauit, & ipſe quoq; meritas pœnas non effugit. Porrò Aſſyriorũ rex cum armis totam Syriam & Phœnicen peragrauit, & nomen eius in Tyriorũ annalibus ſcriptum inuenitur. bellauit enim contra Tyrũ regnante ibi Elulæo, atteſtante etiam Menandro, qui in ſuis chronicis, ex Tyriorũ annalibus in græcam linguam translatis ſic ſcribit. Is deinde qui Elulæus nominabatur, regnauit annos triginta ſex. hic deficientes Gittæos cum claſſe eò profectus ſub imperium ſuũ retraxit. contra quos miſſo exercitu Aſſyriorũ rex Phœnicen totam inuaſit: facta deinde pace, cum copijs domũ reuerſus eſt. paulo poſt Sidon, Arce, Palætyrus cum multis alijs oppidis à Tyrijs ad Aſſyriorũ regem defecerunt: & cum ſoli Tyrij facere eius imperata detractarent, reuerſus eſt contra eos cũ ſexaginta nauibus, quas Phœnices inſtruxerunt, impoſitis etiã octingentis remigibus. Quibus occurrẽtes Tyrij cũ duodecim nauibus, diſiecta hoſtili claſſe, quingentos ex ea captiuos abduxerũt, quo facinore nõ mediocrẽ rei naualis gloriam ſibi cõparauerunt. Reuertens aũt rex Aſſyrius, cuſtodes ad fluuium & aquæductus diſpoſuit, qui aquari Tyrios prohiberẽt: quod cũ per cõtinuos quinque annos fieret, coacti ſunt effoſſis puteis inde ſe ſuſtentare. Hæc ſunt quæ in Tyriorum annalibus de Salmanaſare Aſſyrio ſcripta inueniunt. Cæterum

terum noui Samariæ coloni Chuthæi, sic enim tum appellabantur, q̃ à Persidis regione Chutha, & flumine Chutho essent traducti, cum quinq; gentiũ essent, totidem deos patrios secũ attulerunt, quos ritu suo colentes deũ maximum ad indignationem irritauerunt. Exorta est enim sęua pestilẽtia, à qua cum popularentur, nullam inuenientes opem oraculo admoniti sunt, ut deũ maximũ colerent: nam hoc illis præsentem salutem allaturum esse. missis igitur ad regẽ Assyrium legatis, petierunt ut sacerdotes aliquot è captiuis Israelitis ad eos remitteret. quo facto legem & dei colendi rationem ab eis edocti diligenter eum cœperunt colere: moxq; cessauit pestilentia: permanentque nunc quoq; in ea religione, Chuthæi uocati Hebræis, Græcis uero Samaritæ. qui pro prẽsenti semper conditione temporum mutabiles, quoties feliciter degere Iudæos uiderint, cognatos se eorum appellant, utpote à Ioseph oriundos, & hac ratione sanguine illis coniunctos. quando uero in reb. aduersis eos aspiciunt, nihil ad se pertinere aiunt, nec illis quicquam deberi beneuolentiæ, cum ipsi ex longe remotis gentibus ad ea loca uenerint: de quo aliàs dicetur opportunius.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVS.

Senacheribi Assyriorum regis expeditio Hierosolymitana, & Ezeciæ regis oppugnatio. Cap. I

EZECIAE duarum tribuũ regis anno quartodecimo Senacheribus Assyriorum rex cum instructissimo exercitu eũ aggressus est, omnesq; urbes ui cepit quotquot sunt in Iudæ tribu & Beniamitica. Iamq; ducturus erat Hierosolyma, cum ad illũ uenit legatio, imperata facturũ, & tributa soluturũ promittẽs. Senacheribus uero auditis legatis decreuit omisso bello postulata regis admittere, & pollicitus est, si argẽti talẽta trecenta, auri triginta accepisset, pacatum se abiturũ, iureiurando interposito quòd ab omni iniuria temperaturus esset. His persuasus Ezecias exhaustis thesauris mittit eam pecuniam, ratus hoste remoto posthac sine periculo se regnaturum. Accepit Assyrius pecuniam, sed pacta non præstitit: nam profectus ipse cum copijs contra Aegyptios & Aethiopes, Rapsacem ducẽ cum duobus alijs ad continuandũ Hierosolymitanum bellũ reliquit. collegarum nomina erant Tharata & Anacharis. ut uero admoto mœnibus exercitu castrametati sunt, per nuncium postulauerunt, ut Ezecias ad se prodiret in colloquium. ille quòd sibi metueret prodire nolens, tres intimos amicos misit, Eliacimum procuratorem, & Somnæum, & Ioachum à cõmentarijs. hi cum prodijssent, ante duces cõstiterunt, quos intuitus Rapsaces iussit regi suo referre hæc: quòd magnus rex Senacheribus scire uult, quo fretus dominũ suũ refugiat, & obedire nolens exercitũ in urbẽ non recipiat. an fortè Aegyptijs, 4. Reg. 18

ſperans ab illis poſſe exercitū regium deleri. id quidem ſi ſperet, dubio procul eum deſipere, & ſimilem eſſe homini qui fragili arundini innititur, qua non ſolū nō ſuſtinetur, ſed lapſus etiam manū transfigitur. Scire autem eum oportere, quòd non ſine dei uoluntate facta ſit hæc expeditio, qui ſicut ante de Iſraelitis uictoriam dedit, ita nunc quoq; Ezeciam cum ſuis ſubditis Aſſyriorum armis uelit ſuccūbere. Hæc Rhapſace Hebraice dicēte, cuius linguæ peritus erat, Eliacimus timens ne multitudo his auditis pauore conſternaretur, rogauit eum ut loqueretur Syriace. Ille ſatis intelligens quid alter metueret, maiore etiam uoce Hebraice reſpōdit: debere eos audire mandata regis, &, quod in rem ipſorū ſit, deditionē facere. Satis, inquit, ſcio quòd uos & ueſter rex populū uana ſpe ſeducētes, ut reſiſtat ſuadetis. quod ſi quid audetis, & putatis uos poſſe exercitū noſtrum à mœnibus repellere, promptus ſum uos duobus equorū millibus inſtruere: uos datis totidē ſeſſoribus uires ueſtras oſtēdite. ſed nō poteſtis dare quos nō habetis. Quid igitur cunctamini dedere uos ualidioribus, qui uos poſſunt uel inuitos ui capere? maxime cū ſpontanea deditio tuta ſit: contrà cum fit à coactis, periculo calamitatis non
4.Reg.19 careat. Hæc cum audiſſent ex duce tam legati q̄ populus, ad regē etiam perlata ſunt. Ille perculſus habitū regalem exuit, & ſaccum indutus humili ſpecie, ut mos eſt patrius, in faciem procidens deo ſupplicat, ut cum alia ſpes nulla adſit, opem & ſalutem afferat. Miſsis etiam ad Eſaiam prophetam amicis aliquot & ſacerdotibus, rogauit ut pro cōmuni ſalute precibus deū ſolicitet ac ſacrificijs, ut frangens nimias ſpes hoſtiū, miſereatur ſui populi. Paruit propheta, & monitus oraculo iuſsit regem atq; amicos bono eſſe animo, prædicens hoſtē ſine prælio uictū diſceſſurū cum ignominia, & poſiturū feroces animos. deum enim ei moliri perniciem. Ipſum quoq; Senacheribū non ſuccedente expeditione Aegyptiaca domū reuerſum, ferro eſſe interiturū. Fortè aūt acciderat ut eodē tempore uenirent ab eo literæ ad Ezeciam, in quib. ſtultum eum dicebat, quòd putaret ſe poſſe ſeruitutem effugere eius qui tam multas gentes perdomuerit: minabaturq; internecionē omnibus, niſi ſpōte patefactis portis exercitum intra Hieroſolyma reciperent. Has lectas cōtem pſit propter fiduciam quam in deo collocauerat, & epiſtolam cōplicatam in templo repoſuit. Iteratis deinde ſupplicationibus quib. urbis ſalus deo commendata eſt, Eſaias exoratū eſſe retulit, nec eſſe ea tempeſtate oppugnationē metuendam ab Aſſyrio. Inſtare enim feliciora tempora, quibus ſecuri poſſint agros ſuos in pace colere, & poſſeſsionum ſuarum curam habere timentes neminem. Procedente aūt tempore Aſſyriorum rex fruſtrari ſuos conatus uidens infectis rebus redijt ex cauſa tali. Multū temporis contriuit in apparanda oppugnatione Peluſij: iamq; aggerem penè mœnibus æquauerat, & uidebatur aſſultum propediem facturus, cum audiuit aduentare Tharſicem regem Aethiopū, Aegyptijs laturū ſuppetias, & per deſertū copias ducere, ut improuiſus adoriat Aſſyrios. Territus igitur hoc rumore Senacheribus propere inde cum ſuis abijt. Herodotus autē hunc contra Vulcani ſacerdotem bellū geſsiſſe dicit, nimirum quòd idem & rex eſſet & ſacerdos.

11 Oppugnans, inquit, Peluſium, hac de cauſa obſidionem ſoluit. Rex Aegyptius implorauit opem ſui numinis: quod exoratum magnum Arabi incommo-

commodum attulit. nam & in hoc errat quòd pro Assyrio scribit Arabem. Vna, inquit, nocte muriũ uis tanta extitit, ut hostium arcus & reliqua arma corroderent: quo factum est ut exarmatus rex à Pelusio suum exercitũ abduceret. Berosus autem Chaldaicarum rerum scriptor Senacheribi regis meminit: & quòd apud Assyrios regnauerit, totamq; Asiam atq; Aegyptum bello infestauerit, his uerbis narrat:

Quòd Assyriorum exercitus una nocte peste absumptus est, & quòd rex eorum domum reuersus filiorum insidijs petijt. Cap. II

SEnacheribus aũt ab Aegyptiaco bello reuertẽs offendit ibi exercitũ, quem sub Rapsacis imperio reliquerat, peste diuinitus immissa deletũ, prima nocte posteaquam urbẽ oppugnare cœperat, absumptis cum ducibus & tribunis CLXXXV millibus militum. qua clade territus, & de reliquis copijs solicitus, maximis itineribus in regnũ suũ contendit, ad regiam quæ Ninus dicitur. Vbi paulo pòst per insidias seniorũ è filijs suis, Adramelechi & Selennari, uitam amisit, occisus in ipso templo Arasci, quem præcipuo cultu dignabatur. quibus ob parricidiũ à popularibus pulsis, & in Armeniam fugientibus, Assarachoddas minor filius in regnum successit. Atq; hic fuit huius expeditionis exitus.

Ezecias ab infestatione Assyriorum liberatus cum aliquãdiu uixisset in pace, decedens Manassæ filio regnum reliquit. Cap. III

EZecias aũt præter omnem opinionẽ liberatus periculo, uota pro incolumitate deo persoluit, quandoquidem manifestũ erat huius solius ope hostem partim peste deletũ, partim metu similis exitij ab oppugnatione urbis absterritum. Dumq; totus circa dei cultũ occupatur, paulo pòst in grauem morbũ incidit, ita ut à medicis pro deplorato haberetur, nec amicis quidquam melius sperantibus. nec tam uitæ periculum angebat regem, quàm q; sine liberis decedẽte generis successio in eo deficere uidebatur, & regnũ sine legitimo hærede futurum. hoc igitur mœrore potissimũ confectus, supplex cum lacrymis deum rogauit, ut tantisper differretur uitę terminus, donec procrearet sobolem, né ue nondũ factus pater eximeretur numero uiuentiũ. Misertus aũt deus, idq; eo libentius quòd non sibi doleret regni uoluptates adimi, sed successorẽ tantũ germanũ principatus quæreret, misso ad eum propheta Esaia, iussit nuntiari quòd pòst triduum morbũ euaderet: & superuiuens annos quindecim, nõnisi relicto hęrede filio decederet. Hæc cũ propheta ita ut iussus erat ad regẽ perferret, ob magnitudinẽ morbi & inopinatũ nuncium dubitans, prodigiosum aliquod signũ ab Esaia postulat, ut certo posset credere, missum illũ ad se à deo nuncium. quæ enim supra spem & rationem esse uidentur, eorũ solet hoc pacto cõfirmari ueritas. Et rogante propheta quód nam signũ exhiberi sibi postulet, uoluit ut quando umbra in suo solario iam ad decimã lineã processerat, per totidẽ lineas reuerti eam faceret. Et cũ deus hoc dedisset, pphetæ precibus, uiso ita ut uoluit tã insigni prodigio, cõfestim recepta sanitate ad templũ ascẽdit, & adorato deo uota persoluit. Circa eadẽ fermè tẽpora imperiũ Assyriorũ per Medos dissolui cõtigit, de quo dicemus alibi. Babyloniorum autẽ rex Baladas missis ad Ezeciam legatis cũ muneribus, inuitauit eũ ad societa-

111

4. Reg. 20

tem

tem & amicitiã. Ille exceptis legatis comiter, & conuiuio regali adhibitis thesauros etiã ostẽdit, & apparatũ armorũ, & quicquid precioſum auro constabat ac gemmis: atq; ita cũ donis remisit ad Baladam. Aditus deinde ab Esaia, rogatusq́; qui nam essent qui uenerant: ait è Babylone missos à rege ueniſſe: ostẽdisseq́; se illis omnia, ut uisis diuitijs colligẽtes ex his ipsius potentiã, regi suo renũciare possent certius. tum propheta respondẽs: Scito, inquit, q̃ hæ diuitiæ paulo post transferent̃ in Babyloniam, & posteri tui uirilitate amissa eunuchi seruient regi Babylonio. Hæc enim prædicit dñs. Ezecias cõtristatus hac prędictione, ait se quidem malle gentem suam in eam calamitatẽ non incidere, sed quando aliter uisum sit deo, precari ut saltem ipse possit in pace quod reliquũ uitæ exigere. Huius quoq; Baladæ Babyloniorũ regis Berosus meminit. Cæterũ propheta hic cum esset diuinus, & usq; ad miraculũ ueridicus, certus se nihil à uero alienum dixisse, omnia sua uaticinia scripto tradita reliquit posteris, ut ex euentu certitudo eorũ posset intelligi. nec hic solus id fecit, sed alij præterea duodecim: & quicquid uel mali uel boni nobis euenit,
IIII totũ illorũ respondet oraculis. sed hos alias singillatim percẽsebimus. Ezecias porrò cum quantũ iam diximus superuixisset in pace, obijt post annum uitæ quartũ & quinquagesimum, regni uero nonum & uigesimum.

Manasses à Chaldæorum ac Babyloniorum rege captus post aliquantum temporis ab eo rursum in regnum suum restituitur. Cap. IIII

4. Reg. 21 IVius successor Manasses filius, ex matre Achiba Hierosolymitana ciue natus, omissis paternis studijs contrariũ uitæ institutũ tenuit, nullam impietatem prætermittens, sed per omnia iniquitates Israelitarũ imitans, quos deus propter peccata perdidit. ausus est etiam scelestus templũ dei profanare, atq; adeo totã urbem & reliquã ditionem quàm late patuit. Exorsus enim à dei cõtemptu, in omnes quotquot erant in Hebræis iustos grassabatur cædibus, ne à prophetis quidem cruentas manus abstinens. nam & ex horũ numero per singulas dies aliquẽ afficiebat supplicio, ut Hierosolyma inundarent̃ sanguinibus. His tam nefarijs facinoribus concitatus deus ad iracundiã, mittebat unũ post aliũ prophetam ad regem simul atq; populũ, per quos easdem illis cõminabatur calamitates, quas propter contemptũ religionis fratres ipsorũ Israelitæ aliquãto ante perpessi fuerant. At illi nolẽtes fidẽ habere illorũ sermonibus, per quos moniti si paruissent imminẽtia mala uitare poterant, re tandẽ ueritatẽ eorũ experti sunt.

V Cum enim in eisdẽ perseuerarẽt moribus, hostẽ illis deus immisit regem Chaldæorũ & Babyloniæ. is missо in Iudæam exercitu, regionẽ totam depopulatus, Manassem quoq; dolo interceptũ & abductum, perpetuo pœnæ habuit obnoxiũ. Tum demũ miser malo suo doctus admissam culpã agnouit, & ut hostẽ humanũ ac clementẽ experiretur, à deo precib. petijt. Nec deus se præbuit inexorabilẽ, sed misertus exaudijt supplicẽ: quem post aliquantum temporis spaciũ Babylonius domũ remissum in pristinũ principatum restituit. Cæterũ clemẽtia uictoris postliminio reuersus Hierosolyma, dedit operam si posset abolere priorũ peccatorũ etiam memoriam, mutatis morib. totus conuersus ad religionis studia. Nam & urbem lustrauit, & templũ conse crauit denuo: & in reliquũ totus fuit in eo ut gratitudinẽ deo posset approbare

bare,et quoad uiueret eius retinere beneuolentiã.Idẽ facere populũ quoque docuit,memor in quale incidisset infortuniũ ob perperã administratã rempub.Adornato etiã altari,ex præscripto Moysis solẽnes obtulit sup eo uictimas. Restitutis in ueterẽ statũ religionis ritibus,ad munienda Hierosolyma curã transtulit,ita ut reparatis antiquis mœnib.noua illis circũdaret, & turres excitaret altissimas, suburbanasq; arces cũ alijs necessarijs tum in primis cõmeatibus muniret.Adeoq; in melius mutatus est,ut ex quo deũ colere cœpit,toto uitæ tẽpore prędicatus sit beatissimus.Cũq; uixisset annos LXVII.in uiuis esse desijt,exactis in regno annis quinq; & quinquaginta. Sepultus est in hortis proprijs: regnũ excepit Amos filius,natus matre Emalsema, oriunda ex Iabate oppido.Hic imitatus iuuenilia sui patris opera,& à similibus nõ abstinens facinoribus,mature dedit pœnas,domi à suis oppressus familiaribus uix dũ exacto anno uitæ quarto & uigesimo,regni uero secũdo. In eius interfectores animaduertit populus, ipsum in paternũ monumentũ intulit, & regnum eius filio Iosiæ nominato tradidit,octo tum annorum puero.

De Iosia rege. Cap. V

IOsias mater fuit ex oppido Boscetha,Ieda nomine, ipse indole optima, & ad uirutẽ natus, Dauide rege exẽplari & regula totius uitæ sibi proposito.quamprimũ enim duodecimũ annũ ætatis attigit,egregiũ edidit pietatis ac iustitiæ specimẽ. Autor em̃ fuit populo,ut abiectis erroribus, & relicta de falso creditis dijs persuasiõe, cõferrẽt se ad cultũ patrij numinis. Et retractatis maiorũ suorũ institutis, quicqd peccatũ esset corrigebat,tam prudẽter adhibitis remedijs,q̃ si esset ætate maturissima. quæ uero decẽter se habere inuenit, immota seruauit, & imitatus est.Hæc aũt faciebat tũ per innatã sapientiã,tum etiã seniorũ monitis & consilijs.Sequendo enim legũ ductũ in ordinanda repub.& cultu diuini numinis aberrare nõ potuit,à quib.recedẽtes priores aliquot reges seipsos perdiderant.Itaq; obeundo tam urbem q̃ regionẽ totam,lucos externis dijs dedicatos excidebat,& aras eorũ diruebat,& donaria quę eis à maiorib.cõsecrata fuerant,per ludibriũ detrahebat: atq; ita populũ à uana opinatiõe ad uerũ dei cultũ conuertit:& consueta holocautomata cæteraq; sacrificia sup altare obtulit.Cõstituit etiã certos magistratus,& morũ cẽsores,qui priuata quoq; negotia sic disponerẽt,ut in omnib.non minorẽ iustitiæ q̃ uitæ ipsius rationem haberent.dimissis deinde per totam suam ditionẽ nuncijs iussit ut quicunq; uellẽt cõferrẽt aurũ & argentũ in reparationẽ templi, idq; suo quisq; arbitratu, ut nemo grauaret: & allatis pecunijs curam sumptuũ in templum sartum tectũ præstandũ cõmisit Amasi præfecto urbis,& Saphani scribæ,& Ioathæ cõmentariensi,& põtifici Eliaciæ.qui omissis moris & dilationibus, adhibitis architectis, & suppeditatis omnibus rebus ad reparationẽ necessarijs,incũbebant operi: atq; ita instauratũ est templũ, & ipsum regiæ pietatis argumentũ futurũ.Anno deinde regni sui XVIII iussit Eliaciam põtificem pecunia quæ instaurationi superfuit in massas cõflata crateras inde & libatoria phialasq; ad ministeria tẽpli cõficere: præterea quicquid auri argenti ue in thesauris esset,id quoq; prolatũ in eosdẽ usus cõuertere:põtifex autẽ dum promit aurũ,fortè incidit in sacros libros Moysis in tẽplo repositos:eos prolatos 4.Reg.22

latos dedit ſcribæ Saphani. qui cum eos perlegiſſet, regẽ adijt, & quæ imperaſſet omnia facta indicauit. præterea libros recẽs inuẽtos ei legit. Qua lectio ne audita rex ſcidit ſibi ueſtem, & conuocatis intimis aliquot amicis, ipſoq; ſcriba, & Eliacia põtifice, miſit eos ad prophetiſſam Oldam, uxorẽ Sallumi, uiri clari ac nobilis, ut perſuaderẽt ei deũ placare, & propitiũ genti ſuæ reddere. timendũ em̃ eſſe ne ꝓpter neglectas à maiorib. leges Moyſis graues caſus immineant, né ue eiecti patrio ſolo in externis regionib. deſtituti omnibus cõmodis miſere uitam finiant. Auditis regijs mandatis prophetiſſa iubet ei renunciari, ꝙ deus ſemel contra eos ſententiam tulerit, quæ nullis ſupplicationibus irrita fieri poſsit: ut populus eijciatur proprijs ſedibus, & omnibus præſentibus cõmodis propter nõ ſeruatas leges mulctetur: quandoquidem conceſſo ad reſipiſcendũ tanto tẽporis ſpacio, ne prophetarũ quidẽ hortatibus ad ſaniorẽ mentẽ reuocari potuerit, debitas impietatis pœnas prædicentium: & ideo decretũ id mutari nõ poſſe, ut ipſo euẽtu diſcant eſſe deũ, & in prophetarũ eius prædictionib. nihil ineſſe mendacij, quibus certã ſuam uoluntatem hominibus indicare ſolet. attamen propter bonitatẽ regis dilaturũ deũ aliquantiſper imminentem calamitatem: ſed ab eius obitu præfinita iam antè mala in populũ miſſurũ. Hoc mulieris uaticiniũ regi renunciant, qui ad
4. Reg. 23 eam miſsi fuerant. ille circum omnia oppida miſsis nuncijs, iuſsit Hieroſolyma conuenire ſacerdotes ac leuitas, & omnes omnis ætatis homines. & cum congregati eſſent omnes, primũ eis ſacros libros legit. deinde ſtans in editiori loco in medio populi, ſacramento adegit uniuerſos ad cultũ diuini numinis, & ſeruandas leges Moſaicas: quod illi magno cõſenſu facturos ſe recepe runt. moxq; ſacra faciẽtes & mactantes uictimas deũ precabanꝰ ut propitius adeſſe dignaretꝰ. Poſtremo iuſsit pontificẽ, ſi quod uas in tẽplo ſupereſſet à maioribus dicatũ idolorũ externorũ uſui, ut inde eijceretur: & cum nõ pauca eſſent collecta, omnib. incenſis cinerem eorũ diſperſit. deniq; ſacerdotes idolorũ à genere Aronis alienos interfecit. His apud Hieroſolyma peractis exiuit peregre, & quicqd per totã regionẽ in honorẽ externorũ numinũ à Hieroboamo dedicatũ inuenit, deleuit funditus: & oſſa pſeudoprophetarũ ſuper altare, qd̃ primus Hieroboamus exſtruxerat, cõbuſsit: ſicut ſuperius diximus, iam tum cũ ſuper eo Hieroboamus ſacra faceret, interueniſſe prophetam, & in p̃ſentia totius populi prenũciaſſe, ꝙ unus ex Dauidis progenie, nomine Ioſias, hoc eſſet facturus: cuius prædictionis euẽtus poſt annos trecentos ſexagintaunũ ſecutus eſt. Poſt hæc inuiſit & alios Iſraelitas, q captiuitatẽ & ſeruitutẽ Aſſyriorũ euitauerant, eisq; perſuaſit ut omiſsis impijs actionibus, & religionib. externis, deũ maximũ ritu patrio colerẽt, eiq; ſoli adhærerent. nec hoc cõtentus oppidatim ac uicatim per domos ſcrutatus eſt, ne qd ſuſpectũ intus deliteſceret. quadrigas etiã ſolis, quas ſuperiores reges in ueſtibulo tẽpli cõſecrauerant, & ſi qd aliud diuinis honorib. uulgus imperitus dignabatꝰ, de medio ſuſtulit. Cæterũ luſtrata ad hunc modũ regione uniuerſa, populũ Hieroſolyma cõuocauit ad celebrandũ feſtũ azymorũ, quod dicitur paſcha: deditq; populo ad epulũ de ſuo triginta hædorũ & agnorũ millia, & boum tria millia. principes quoq; ſacerdotũ contulerũt ſacerdotib. ad idem feſtũ agnorũ duo millia, & ſexcentos; & ſimiliter leuitis eorũ primarij

dederunt

dederunt agnorum quinq; millia, boues quingentos. cumq; tanta esset uictimarum copia, immolabantur omnes iuxtà leges Moysis, sacerdotib. ei curæ præpositis, & exemplo suo reliquo populo præeuntibus. Et quòd à Samuelis prophetæ temporibus in eam usq; diem nulla talis festiuitas celebrata fuerit, causa est quia tum omnia iuxta præscripta legum & antiquas consuetudines perágebant. Post hæc Iosias cum pace, diuitijs & gloria floruisset, uitæ VI finem habuit huiusmodi.

Nechabo rege Aegypti contrà Babylonis per Iudæam exercitum ducere uolente, Iosias uetare conatus prælio uictus occiditur. Cap. VI

NEchaos Aegypti rex magnis delectibus habitis copias ad Euphratē duxit contra Medos & Babylonios qui Assyriorum imperiū euerterant, uolens sibi Asiæ regnum quærere. Cumq; processisset usq; Menden oppidum ditionis Iosiæ, opposuit se ei, uetans per sui iuris regionē iter contra Medos facere. tum Nechaos caduceatore misso, ait se non illum petere bello, sed ad Euphratem properare. nō esse sibi imponendam necessitatem præter propositum cum obstante dimicandi. Iosias autem uerbis Aegyptij nihil mouebatur, sed perseuerabat in ea sententia, ut per suam ditionē uolenti ducere transitū pernegaret, fato opinor ad hanc arrogantiā urgente hominē, ut occasionem aduersus eum inueniret. Dum enim aciem instruēs curru ab uno cornu ad alterū uehitur, Aegyptius quidā sagitta icto bellandi studiū exemit. saucius enim & cruciatū non ferēs, iusso exercitu deflectere, Hierosolyma reuertitur: ubi ex eo uulnere est mortuus. Sepultus est magnifico funere in monumentis paternis, cum uixisset annos triginta nouem, regnasset triginta unum. Luxit eum populus multis diebus lamentis, & tristitia mortem eius prosequens. Hieremias etiam epicedium ei scripsit lugubri carmine, quod nunc quoq; exstare uidemus. hic propheta & instantem urbi captiuitatem Babyloniam, & nostri etiam seculi clades prædictas mandauit literis. Nec solus ille hæc uaticinatus est multitudini, sed & ꝓpheta Hiezeciel, qui primus duos libros hoc argumento scriptos reliquit. erant aūt hi duo sacerdotalis generis. quorum Hieremias uixit Hierosolymis, ab anno decimo tertio regni Iosiæ usq; dum templū unà cum urbe est dirutū: cuius suo loco mentionē faciemus. Porrò mortuo quēadmodū diximus Iosia, regnū suscepit filius eius Ioazus, annō ætatis uigesimotertio, regiā habēs Hierosolymis. Hic matre natus Amethala, impijs & impuris fuit moribus. Hunc Aegy- VII ptiorū rex à bello reuertens accersitū ad se in urbem Syriæ Samathā uinxit, & fratri eius seniori, eodē patre nato, Eliacimo nomine regnū tradidit, Ioacimi nomine prius illi indito. regioni uero eius centū argenti talentorū tributum imposuit, & unius talēti auri. atq; ita Ioacimo tributario facto, Ioazū secum in Aegyptū abduxit, ubi mortuus est cum regnasset mēses tres, dies decem. Mater aūt Ioacimi uocata est Zabuda, nata ex oppido Abuma. hic quoque malitioso fuit ingenio, nec erga deum pius, nec mitis erga homines.

Nabuchodonosorus inuadēs Syriā Ioacimū ad amicitiā & societatē suā pertraxit. Ca. VII

ANno aūt quarto ex quo is regnare incepit, quidā Nabuchodonosorus apud Babylonē regno potitus cum instructissimo exercitu Carchabesam ad Euphratē sitam petijt, bellū inferens Aegyptio

Nechaõ, qui tum toti Syriæ dominabatur: at ille cognito Babylonij conatu, nõ contẽpſit hoſtem, ſed cum ualidis & numeroſis copijs ad Euphratem ei ſe oppoſuit. & collatis ſignis cũ eo cõgreſſus amiſsis multis millibus coactus eſt cedere: Babylonius aũt ſuperato Euphrate, totam Syriam Peluſium uſq; ſubegit, Iudæa ſola excepta. Quarto deinde regni Nabuchodonoſori anno, Ioacimi uero octauo, Babylonij Iudæis bellũ inferunt magnis uiribus, dira
4. Reg. 24 minantes ni tributa pendant quemadmodũ reliqui Syrię habitatores. At ille timore ſuadente pacẽ mercatus pecunijs, integro triennio imperata tributa
VIII perſoluit. Inductus deinde ad uanas ſpes rumoribus expeditionis Aegyptiorũ contra Babylonios, & negato tributo, expectatione ſua fruſtratus eſt. nam Aegyptij bellum inſtaurare nõ auſi ſunt: id quod propheta Hieremias quotidianis monitis prędicere non deſtitit, fruſtra eos ſpem in Aegyptiorũ prędidio ponere. Imminere enim urbi certã ſubuerſionẽ à Babylonijs, & Ioacimo regi captiuitatẽ. Sed hæc uaticinia quòd nemo eis moueretur, nemini proderant. Etenim tam uulgus quàm proceres contemptim hęc audiebant, & irati male ominanti, prophetam apud regem accuſabant, depoſcẽtes eum ad ſupplicium. Delata demum re ad regium ſenatum, maxima pars ut impro uida calculis ſuis eum damnauit. pauci uero quidam ſapiẽtiores è regia prophetam dimiſerunt, autoresq; fuerunt etiam alijs ne in eum ſæuire pergerẽt. Adducebantq; rationẽ, non hunc ſolum mala urbi prędicere, ſed & Michęã antè talia prædixiſſe, & multos alios, quorũ nemo à ſui temporis regibus aliquid eſſet paſſus, ſed omnes ut dei uates habiti ſint in precio. atq; hoc pacto lenitis animis diuerſa ſentientium effecerunt ut reuocatis ſuffragijs propheta eximeretur ſupplicio: qui conſcriptis omnib. ſuis prophetijs, ieiunanti populo & in templum congregato, nono mẽſe quinti anni regni Ioacimi legit eum librum, continentem quid templo & urbi eiusq; populo deberet accidere. His auditis principes ei librũ adimunt, ſimulq; iubent tam ipſum quàm eius ſcribam Baruchum è medio ſecedere, ut omnes lateat ubi ſint: librum uero ad regem pertulerunt. qui præſentibus amicis iuſsit ſcribam librũ ſumere & legere. quo lecto iratus conſcidit eum, & iniectũ in ignem exuſsit: iuſsitq; Hieremiam & Baruchum ad ſe adduci daturos ſupplicium. ſed illi iam ſe iræ eius ſubduxerant.

Nabuchodonoſorus Ioacimum rurſum Aegyptiorũ rebus ſtudentem interfecit, & Ioacimũ eius filium pro eo regem conſtituit. Cap. VIII

NOn multo pòſt uenientem cum exercitu Babylonium regem excipit in urbe, territus prophetæ prædictionibus. quòd enim ab eo ſibi non timeret, neq; excluſit, nec ad bellum ſe parauit. At ille receptus non ſeruauit fidem, ſed florem iuuentutis Hieroſolymitanæ unà cum ipſo rege interfecit: quem etiam inſepultum extra mœnia iuſsit proijci: & pro eo Ioacimum filium regem urbis & regionis conſtituit. eorum uerò qui in aliqua dignitate fuerunt, in captiuitatem abduxit Babylonem tria millia, in quibus fuit etiam tum puer Hiezeciel. Hic finis fuit Ioacimi regis, qui uixit annos triginta ſex, regnauit undecim. Succeſſor autem eius Ioachimus, natus matre Hieroſolymitana nomine Noſta, regnauit menſes tres, dies decem.

Baby-

Babylonius mutata ſententia Ioachimum obſidet, deditumq; uitro captiuũ Babyloniam abducit. Cap. IX

BAbylonium autem regem ſtatim dediſſe regnum Ioachimo pœni- IX
tuit. Verebatur enim ne memor patris per iniuriam occiſi, regionẽ 4. Reg. 25
ad defectionem perpelleret. Miſſo igitur exercitu Hieroſolymis eũ obſedit. qui cum eſſet natura bonus & iuſtus, non ſuſtinuit periclitantẽ propter ſe urbem deſpicere: ſed matrem & cognatos miſsis à rege ducibus tradidit obſides, icto in hoc cum eis fœdere, quòd nec urbi mali aliquid inferrẽt, nec ciuibus. Sed tum quoq; ne per integrũ quidem annum fides ſeruata eſt, Babylonio rege uiolante eam, & mandante per literas ſuis ducibus, ut omnem iuuentutem captiuam ex urbe abducerent, & quicquid ineſſet artificum, & uinctos ad ſe adducerent. fuerũtq; hi omnes decem millia numero, & octingenti triginta duo, & in his Ioacimus cum amicis ac matre, qui à rege in cuſtodia ſunt habiti.

Sedecias Hieroſolymorum rex à Babylonio conſtituitur. Cap. X

PRo Ioachimo aũt Sedeciam eius patruũ regem conſtituit, iureiurando aſtrictum quòd nihil in ea regione eſſet nouaturus, nec iuuaturus Aegyptios. is erat annorũ uiginti & unius cum principatum acciperet, natus eadẽ matre qua frater Ioacimus, ſed iuſti ac decori negligẽs, ut qui æquales quoq; circa ſe haberet impios. quin & totus populus in eandẽ ſolutus eſt licentiam. Quamobrẽ ſæpenumero Hieremias propheta illũ adijt, obteſtans ut omiſsis impietatibus iuſtitiæ curã gereret: nẽue aut ducibus mentẽ adhiberet, q̃ eſſent mali pleriq;, aut falſis prophetis crederet, eum decipientibus, & pollicentibus non oppugnaturũ amplius urbem Babyloniũ, uincendumq; bello petitũ ab Aegyptijs. hæc enim nõ uere dici, nec euentura eſſe unquã. Sedecias uero tãtiſper dum audiebat prophetam, agnoſcebat eum uera dicere, & in rem ſuam eſſe ſi illi fidem adhibeat: ſed per amicos rurſum deprauabatur, & abducebaẽ à prophetæ conſilijs in diuerſum quocũq; uellent. Sed & apud Babylonẽ Iezeciel eodẽ tempore uaſtationẽ templi prædicebat, eamq; prædictionẽ etiam Hieroſolyma tranſmiſit. quibus uaticinijs Sedecias hac potiſsimũ de cauſa noluit credere. In cęteris enim omnibus inter ſe concinebant, q̃ & urbs ui capietur, & Sedecias ipſe captiuus abducetur. in hoc uero diſcrepare uidebaẽ Iezeciel, quòd negaret Sedeciam uiſurũ Babylonẽ, cum Hieremias aſſeueraret omnino futurum ut captiuũ eum Babylonius rex ſecũ abduceret. quare cũ hic diuerſa dicere eos uideret, ne illa quidẽ uera putabat in quibus conſentirent: etiamſi euentus omnia uera fuiſſe cõprobauit, ſicut aliàs opportunius diceẽ. Igitur cum p̃ octo annos ſocius Babyloniorũ fuiſſet, uiolato fœdere ad Aegyptios defecit, ſperans ſi cum illis uires coniungeret Babyloniũ neceſſario ſuccumbere. Quo cognito Babylonius exercitũ contra eum duxit: uaſtataq; regiõe, et occupatis arcib. ad ipſa Hieroſolyma oppugnanda acceſsit. Aegyptius aũt audito in quibus anguſtijs eſſet Sedecias ſocius, aſſumpto ualido exercitu Iudæam petijt, uolẽs obſidionẽ ſoluere. At Babylonius intermiſſa obſidione, obuiã illi p̃fectus, uno prælio uictũ tota Syria expulit. Mox uero ut obſidio ſoluta eſt, p̃ſeudoprophetæ Sedeciã deceperunt, uanũ iactantes q̃ à Babylo-

nijs regi eiusq; ſubditis inſtaret belli periculũ, quód ue transferendi eſſent è ſuis ſedibus in Babyloniam. immo etiam captiuos reddituros eſſe cum omnibus uaſis quibus rex templũ ſpoliauerat. At Hieremias adito rege omnia uera & his contraria prænunciat, dicẽs eos regem decipere, nihilq; cõmodi ſperãdũ ab Aegyptijs: ſed uictis illis Babyloniũ copias ad Hieroſolyma reducturũ, & quotquot oppugnationi ac fami ſuperfuerint, captiuos abducturũ: direptisq; omniũ facultatibus, & exhauſtis tẽpli diuitijs, in urbẽ ſimul & templum ferro ac flammis ſæuiturũ, nullo ſacri aut profani diſcrimine. Et ſeruiemus, inquit, ei poſterisq; eius per annos LXX. à qua ſeruitute Perſæ & Medi nos eripient, extincto Babyloniorũ imperio. quorũ ope dimiſſi, & huc reuerſi templũ ædificabimus denuo, & Hieroſolyma reſtituemus. Hæc dicens Hieremias pleriſq; perſuadebat: principes uero & impij uelut furioſum contemnebant. Cumq; aliquando libuiſſet ei natale ſolũ Anathoth reuiſere, qd̃ à Hieroſolymis XX ſtadijs eſt diſitũ, quidã è magiſtratib. in itinere fortè obuius cõprehenſum detinuit, calumnians q̃ ad Babylonios uellet trãsfugere. propheta cõtrà negauit eum uerũ crimen afferre, ſed ire ſe in patriã. at ille nihil eius uerbis motus, duxit eũ ad magiſtratus in iudiciũ, à quib. diu tortus et excruciatus ſeruabat ad ſuppliciũ, & aliquanto tẽpore coactus eſt uiuere in his afflictionibus. Anno aũt nono regni Sedeciæ, decima die mẽſis decimi, Babylonius rex iterũ exercitũ admouit Hieroſolymis: & cõtinuata p XVIII mẽſes obſidione, modis omnib. expugnare urbẽ conatus eſt. præter externã aũt oppugnationẽ duobus grauibus malis intus impugnabatur ciuitas, fame ſimul & peſtilentia uehementer graſſantibus. Interim Hieremias in carcere nõ quieſcebat, ſed clamabat ad multitudinẽ, apertis portis recipiendũ Babylonium: nam hoc facto ſeruandos eſſe unà cũ totis familijs, alioquin ſine remedio perituros. addebat manentibus in urbe hoſtili ferro aut fame pereundum. qui uerò ad hoſtẽ perfugerint, mortẽ euaſuros. At principes ne malis quidẽ preſsi audire uolebant, ſed irati ad regẽ omnia deferebãt, incuſabãtq; prophetã ut furentẽ, & frangentẽ ſibi animos, & obnũciandis calamitatibus omnem populi promptitudinẽ & alacritatẽ eneruantẽ. illos enim paratos pugnare pro patria, hunc uerò minari triſtia, & dicere expugnatã urbẽ omnino ſubuertendã eſſe. Rex uero ſuopte quidẽ ingenio nõ exacerbabatur: ſed ne in principũ inuidiã tali tẽpore incurreret uoluntati eorũ reſiſtens, permiſit eis ut de propheta quicquid liberet facerẽt: quo impetrato confeſtim carcerem petentes, exemptũ inde in quendã cœnoſum puteum per funẽ demiſerunt, ut ibi præfocatus moreretur. ille uerò uſq; collũ merſus ibi manebat. interim quidam è ſeruis regis charioribus, genere Aethiops, renunciat domino qd̃ prophetæ acciderit, dicẽs nõ recte principes ſtatuiſſe & amicos, q̃ uatem in cœnũ demerſerint, & grauiorem q̃ quæ in uinculis erat expectãda, mortẽ homini excogitauerint. His auditis rex pœnitentia prioris conſilij, q̃ principibus prophetã in poteſtatẽ tradiderat, iubet Aethiopem triginta ſocios è ſuo famulitio ſibi aſſumere, funeſq; capere & quicquid ad uiri inco lumitatẽ opus ſit, & quantũ poteſt propere è puteo Hieremiã extrahere. tum Aethiops aſſumptis quemadmodũ iuſſus erat ſocijs, extractũ è cœno permiſit abire liberũ. Accitus deinde clàm ad regẽ, interrogatus eſt ecquod poſſet

diuini-

diuinitus afferre ad rem præsentē remediū.ille habere se ait,sed neminē crediturū sibi,aut præceptis suis obtemperaturū. Sed omnes, inquit, amici tui quasi maleficū cupiunt me perdere.& ubi nūc sunt impostores illi qui negabant Babyloniū amplius rediturū? Quamobrē uereor apud te ueritatē prōmere,ne forte in uitam meam sæuias.Sed cum rex iureiurando cōfirmasset, nec se illum interfecturū,nec amicōs id facere passurum,fretus accepta fide, consuluit ut urbem Babylonijs dederet. ita enim se internuncio iubere deū, si modo uelit incolumis esse,& imminens periculum euadere, & cauere ne urbs solo æquetur,templumq; tradatur incendio.Ni faciat, ipsum fore omnium malorū causam tam sibi ac suæ familiæ,quàm uniuerso populo. Tum rex,se quidē cupere facere quæ uates in rem cōmunem consuleret:sed timere amicos qui iam ad Babylonios transfugerant,ne ab illis accusatus apud regem traderetur supplicio.at propheta addebat illi animū,uanum eum timorem esse dictitans.nihil enim mali passurū,si ciuitatem dederet,ac ne uxores quidē eius & liberos:mansurū etiam templū incolume. Hæc locutū Hieremiam rex dimisit: iussum nemini ciuiū communicatū inter ipsos consilium prodere,ac ne principibus quidē indicare,si cognito collocutos se esse, percontarentur cur nam esset à rege accersitus:sed prætexendum q̄ uenerit rogatum,ne posthac amplius haberet in uinculis.id quod factū est à propheta: uolebant enim scire quá nam de causa accessisset ad Sedeciam.

Captis Hierosolymis Nabuchodonosorus populū traducit in Babyloniam. Cap. XI

INterea Babylonius pergebat in oppugnandis acriter Hierosolymis,extructis aggeribus, & erectis turribus,è quib.arcebat propugnatores stantes in mœnibus. multos em̄ aggeres circūquaq; excitauerat,urbis muro altitudine pares. Nec segniter interim defendebat urbs, ciuibus nec fami nec pesti succumbentibus,sed obduratis animis omnia mala perferentibus.ac ne machinis quidem hostium territi,alias contrà machinas excogitabant,ut inter se utriq; non uiribus solum certarēt, uerumetiam artibus,dum illi his potissimū sperant se urbem posse capere, hi salutē suam in eo putant consistere,si non cessent nouis cōmentis illorum conatus ludificari.atq; id certamen durauit per menses decem & octo, donec tandē succubuere, partim inedia uicti, partim superne è turribus telorum multitudine oppressi.Capta est autē urbs undecimo anno regni Sedeciæ,quarti mensis die nona: ceperuntq; eam duces Babyloniorū, quibus Nabuchodonosorus oppugnationem cōmiserat,dum ipse apud Reblatha degeret. quod si quis requirat eorum ducū etiam nomina,sunt hæc: Nergelear, Aremantus, Emegar,Nabosaris,Echarampsaris.Vrbe autē capta circa mediam noctem, & ducibus ac reliquis hostibus in templū ingressis, Sedecias rex ubi hoc sensit,assumptis uxoribus,liberis, ducibus & amicis, fugam arripuit per fauces quasdam angustas in desertū.quod cum Babylonij cognouissent transfugārum indicio,sub aurorā aggressi sunt eos persequi,& assecuti eos nō procul à Hierichunte circūuenerunt.Amici uero & duces fugę comites uisis è propinquo hostibus,relicto Sedecia dissipati sunt quà quēq; tulit spes effugij.Ipse penè desertus cū uxorib.ac liberis & paucis amicis in hostiū potestatē deuenit,& mox ad regē perductus est. Quem postq̄ in cōspectu habuit Nabu-

chodonoſorus,impiũ & fœdifragũ uocare cœpit,promiſſionũ immemorẽ, quòd regi ſeruare illam regionẽ eſſet pollicitus.exprobrabat etiã ingratitudinem,q̃ cũ à ſe accepiſſet regnũ Ioacimo fratri debitũ,accepta poteſtate abuſus eſſet in autorẽ beneficij.Sed magnus eſt,inquit,deus qui te,ppter mores tuos peſsimos in manus meas tradidit.His uerbis cum Sedeciã increpuiſſet, eueſtigio iuſsit ipſo & alijs captiuis inſpectantib. filios eius & amicos trucidari.Deinde ipſum excęcauit,Babylonẽ ſecũ abducendũ.Atq; ita utriuſque prophetæ prædictiões,tam Hieremiæ q̃ Iezecielis, quãuis ab illo contẽptæ, euentu nõ uanæ fuiſſe cõprobatæ ſunt.q̃ captus abducetur ad Babyloniã,& corã cũ eo loquetur,& oculis ſuis faciẽ eius uidebit,Hieremias prædixit.q̃ uero cęcatus primo cum Babylonẽ perductus eſſet uidere eam nõ potuit, Iezecielis fuerat uaticiniũ.Quę quidẽ ignorantibus ſatis declarare poſſunt dei naturã,quàm uaria ſit & multimoda,omnia tempeſtiue diſponens,& futura præſignificans: ſicut humanæ inſcitiæ & incredulitatis inſigne exemplũ hic eminet,per quã nõ licuit eis futurã calamitatẽ euitare,ut ne cauerẽt quidẽ fatum ineluctabile.Atq; hic fuit Dauidici generis regũ exitus, qui unus & uiginti regnauerunt deinceps:idq; temporis ſpaciũ quingentos & quindecim annos cõtinet,& mẽſes inſuper ſex cum diebus decẽ:annumeratis uiginti annis primi regis Sauli,qui fuit tribus alterius. Cæterũ Babylonius poſt uictoriam Nabuzardanẽ ducẽ miſit Hieroſolyma cũ mandatis,ut templũ ſpoliatũ incẽderet,regia quoq; ſimiliter cremata urbẽ à fundamẽtis dirueret,populũ in Babyloniã traduceret.Qui cũ eò perueniſſet undecimo Sedeciæ regni anno,è tẽplo uaſa omnia tam aurea q̃ argẽtea ſuſtulit,& labrũ quoq; illud grande quod Solomon dedicauerat.præterea columnas illas æreas cum ſuis capitulis,& menſas aureas atq; candelabra. His ſublatis templũ incendit menſis quinti die prima,anno regni Sedecię undecimo,regni uero Nabuchodonoſori XVIII.deinde & regiã incẽdit,& urbẽ diruit. Incẽſum eſt aũt templũ annis ex quo exſtructũ fuerat elapſis CCCCLXX.menſibus ſex, & diebus decem additis.exactis à tranſmigratiõe ex Aegypto annis MLXII.menſibus ſex,diebus decẽ.A diluuio autem uſq; ad templi deuaſtationem interceſſerunt anni MDCCCCL.mẽſes ſex,dies decẽ. Ab Adamo item cõdito uſq; ad hunc tẽpli caſum tria millia annorũ elapſa ſunt,& inſuper DXIII.mẽſes ſex,dies decẽ. Tantus cenſetur annorũ numerus, quo tẽporis ſpacio quid & quando geſtũ ſit, ſuo quæq; ordine explicauimus. Dirutis Hieroſolymis & populo migrare iuſſo,dux regius captiuos fecit hos:pontificẽ Sareã,& qui poſt hunc ſecundum inter ſacerdotes locũ tenebat,Sephemam: tres prẽfectos cuſtodiæ templi,eunuchũ primariũ regis cubiculariũ,cum ſeptem alijs regijs amicis.prẽterea ſcribam regiũ,& alios principes uiros ſexaginta.quos omnes unà cum ſpolijs tẽpli perduxit ad regẽ ſuũ agentẽ tunc Reblathis,quę eſt Syrię ciuitas. Rex uerò pontificẽ & principes in ea urbe iuſsit capite plecti, reliquã captiuorũ multitudinẽ & in his Sedeciã ipſe Babylonẽ perduxit. Ioſadocũ etiam pontificẽ uinctũ ſecum duxit, Sareæ pontificis filiũ, quem modò Reblathis affectũ ſupplicio diximus.Nunc quoniã regũ genus & eorum ſucceſsionem ordine recenſuimus,conueniens duxi etiam pontificũ enumerare nomina, qui regum tempore per continuatas ſucceſsiones ſummũ adminiſtrauerũt

Anni mundi.

ſacerdo-

ſacerdotium. Ergo primus omniũ in templo recens à Solomone exſtructo pontifex fuit Sadocus, cui filius Achimas ſucceſsit. poſt Achimã Azarias, & poſt hunc Ioramus. poſt Ioramũ Iſus, & deinceps Axioramus, Phideas, Sudeas, Iulus, Iothamus, Vrias, Nerias, Odeas, Saldumus, Elcias, Sareas, Ioſadocus qui captiuus Babylonẽ pertractus eſt. hi omnes quaſi per manus traditũ ſacerdotiũ filij parentũ ſucceſſores acceperunt, cõtinuata generis ſerie. Cæterũ rex Babylonem reuerſus Sedeciam in carcere uſq; ad mortẽ eius detinuit, mortuũ tamen regia funeris pompa elatum ſepelijt. uaſa quibus Hieroſolymitanum templũ ſpoliauerat, ſuis conſecrauit numinibus. populo in Babylonia ſedes attribuit. pontificem è uinculis exemit. Nabuzardanes aũt dux qui populũ captiuũ abduxerat, trãsfugas & pauperes illic reliquit, duce illis præpoſito nomine Godolia, Aicami hominis nobilis filio, uiro æquo & bono. His imperauit, ut pro agris quos ad culturã acceperant, certũ tributũ regi penderent. Prophetæ quoq; Hieremiæ è carcere exempto ſuaſit ut iret ſecũ Babylonẽ: iuſſum enim ſe à rege, ut ei neceſſaria omnia præbeat. Quod ſi ſequi nolit, diceret ubinã habitare cuperet, ut de hoc regẽ per literas certiorem poſsit reddere. Propheta uero neq; ducẽ ſequi uoluit, neq; aliò ad habitandũ ire, cõtentus habitare in ruinis patriæ, & eius miſeras reliquias colere. At dux uolũtate eius cognita, Godoliæ quẽ ibi relinquebat cõmendauit hominẽ, mandans ne quid ei deeſſe pateretur: donatoq; uate magni precij muneribus, ipſe quoq; domũ pfectus eſt. Hieremias aũt domiciliũ elegit apud oppidũ Maſphatã, impetrata prius à Nabuzardane gratia ut ſecũ è carcere dimitteretur etiã Baruchus Neri filius, inſigni familia natus, & in patria lingua egregie doctus. Nabuzardanes itaq; his peractis Babylonẽ reuertitur. Illi autem qui obſidionis Hieroſolymitanæ tẽpore diffugerant, poſteaq̃ Babylonios receſsiſſe audiuerũt, undiq; collecti uenerũt ad Godoliã Maſphatha. Eorũ principes erant, Ioannes Careæ filius, & Iezanias & Sareas, & nõnulli alij: præterq; hos Iſmael quidã ortus regio genere, uir alioquin malus & doloſiſsimus, qui tẽpore obſidionis profugerat ad Bathalẽ regẽ Ammanitarũ, & apud eum per id tẽpus moratus fuerat. His igitur ad ſe uenientibus, Godolias ſuaſit ut ibi manerent, nihil timẽtes à Babylonijs. poſſe enim eos impune regionẽ colere. interpoſitoq; iureiurando paratũ fore ſuũ auxiliũ ſi quis molestaretur, cõſuluit ut unuſquiſq; habitaret in quo uellet oppido, dicẽs miſſurum ſe unà aliquot è ſuis, & daturũ operam ut diruta inſtaurẽtur, & habitentur denuo. illos uero debere donec tempeſtiuũ eſt curare ne frumentũ & uinum ac oleũ deſit in futuram hyemẽ quo ſuſtententur. hæc locutus permiſit quemq; arbitratu ſuo quẽ liberet locũ incolere. Quæ fama poſtq̃ ad circumuicinas Iudææ gẽtes peruenit, q̃ profugos ad ſe uenientes Godolias magna humanitate exciperet, & agros eis colẽdos aſsignaret, impoſito certo tributo quod penderetur Babylonio, undiq; concurſum eſt ad eum, & cœperũt regionẽ colere. Ioannes aũt cum alijs principib. uidẽtes regionẽ coli multum amauerũt Godoliam propter bonitatẽ eius & humanitatẽ: admonueruntq; eum q̃ Bathales Ammanitarũ rex ideo miſiſſet Iſmaelẽ, ut ipſum clàm dolo interficeret, & principatũ inter Iſraelitas occuparet, cũ ſit è genere regio: ſecurũ aũt fore ab inſidijs, ſi eis permittat Iſmaelẽ clàm occidere. Vereri enim

ſe,ne ſi ipſe inſidijs prę occupatus fuerit,reliquię Iſrąelitarũ in totũ pereant. ille uero reſpondit ſe non diſſimulaturũ tales inſidias aduerſum hominẽ affectũ à ſe beneficio.non enim eſſe ueriſimile eum qui in tanta inopiæ neceſſitate nihil mali fecerit, nunc contra omne fas erga benefactorẽ tam ingratũ eſſe,ut cui circumuento inſidijs nõ poſſet ſine ſcelere nõ ſuccurrere, eũ ſua manu interimere conetur.Attamen etiamſi uera eſſent quæ deferrẽt, emori eſſe ſatius, q̃ hominem qui ſalutẽ ſuæ fidei cõmiſiſſet,opprimere.Itaq; Ioannes cum cæteris fruſtra hoc conatus perſuadere abijt. poſt dies inde triginta uenit ad Godoliã in Maſphata Iſmael comitatus amicis decem:ubi inter hoſpitales epulas dũ ſe comiter poculis inuitant,hoſpitẽ mero grauẽ & ſomnolentũ aduertens,cum decem illis ſocijs adortus interfecit,nec difficile fuit cę teros conuiuas ſimiliter affectos confodere: quib.necatis adiuuante noctu no tempore per totum oppidum graſſati ſunt promiſcuis cædibus tam in Iudæos q̃ in Babylonios milites ſecuros & paſsim dormientes. ſequenti uero die uenerunt cum muneribus ex agris ad Godoliam circiter octuaginta:omnium inſcij quæ acciderant. quos uidẽs Iſmael intrò uocauit ad Godoliam, & introgreſſos clauſo palatio trucidauit, cadaueraq; eorũ in puteũ quendã, ne eſſent conſpicua,demerſit.Soli aũt ex eo numero ſeruati ſunt, qui rogauerunt ne ſe prius occideret,quàm ei quædã occultata in agris traderent,ſupellectilem & ueſtes atq; frumentũ. quibus promiſsis motus, aliquot ex eis pepercit.plebem uero Maſphatenſem cum mulieribus & pueris abduxit: & in his etiã Sedeciæ filias,quas Nabuzardanes apud Godoliã reliquerat. His perpetratis ad Ammanitarũ regẽ profectus eſt. Ioannes aũt cum cæteris ducibus audita Maſphatenſiũ clade,& morte Godoliæ,indigniſsime tulerunt, & aſſumptis ſuis quiſq; militibus, Iſmaelem hoſtiliter perſecuti ſunt, eumq; apud fontem Hebronenſem deprehenderunt. quibus uiſis captiui Iſmaelis læti,rati id quod erat auxiliũ ſibi uenire, omnes ad Ioannem tranſiuerunt. Iſmael aũt cum octo tantũ comitibus ad Ammanitarũ regem perfugit. Cæterum Ioannes aſſumptis quos Iſmaeli eripuerat,cum eunuchis & mulieribus atq; pueris peruenit in locũ qui Mandra dicit̃,ibiq; ea die manſerũt. Voluerunt inde proficiſci in Aegyptũ,timentes Babylonios,ne irati propter cædẽ præfecti in ea regione à ſe conſtituti,in illos ſæuirent.prius tñ conſulendum Hieremiam rati,accedentes eũ rogauerunt ut hæſitãtibus oraculũ expediret quidnam faciendũ ſit,iurati facturos ſe quicquid ille iuſſerit. cumq; ꝓpheta operã ſuam eſſet pollicitus,decima demũ die deus apparẽs iuſsit ut Ioanni & cæteris ducib.diceret: ſi manſerint in ea regiõe, auxilio futurũ,& prouiſurũ ne quid incõmodi à Babylonijs quos timebãt accipiant.Sin in Aegyptũ malent iter facere,curã eorum relicturũ, infenſumq; tali calamitate affecturum eos,quali paulo ante fratres eorũ caſtigatos eſſe uiderint.Hęc diuinitus monenti ꝓphetæ noluerũt credere, q̃ ex dei ſentẽtia iuberet eos manere: ſed putauerũt eũ falſo uerbis ſuis deũ prætexere,re aũt uera loqui in gratiã Baruchi diſcipuli,ne poſsint Babyloniorũ iram effugere. Contẽpto igitur dei cõſilio quod p̃ prophetã dederat,Ioãnes & reliqua multitudo in Aegyptũ abijt,abducto ſimul Barucho & Hieremia. Quò poſtq̃ peruentũ eſt,deus ſignificauit ꝓphetę fore ut Babylonius exercitũ ducat in Aegyptũ:iuſſitq; p̃dicere populo

pulo, quòd capietur Aegyptus, & ibi partim interficientʒ, partim captiui Babylonẽ abducentur, id quod etiã factũ eſt. quinto enim poſt excidiũ Hieroſolymitanũ anno, qui fuit regni ipſius Nabuchodonoſori uigeſimus tertius, cũ magnis copijs inuaſit Cœlen Syriã. qua ſubacta bellũ geſsit cõtra Ammanitas & Moabitas, & his quoq; perdomitis Aegyptũ hoſtiliter eſt ingreſſus: occiſoq; qui tũc regnabat, & alio rege cõſtituto, repertos ibi Iudæos rurſum captiuos Babylonẽ abduxit. Hæc fuit fortuna Hebræorũ, ut accepimus, bis ultra Euphratẽ traductorũ. nam per Aſſyrios decẽ tribus è Samaria ſunt abductæ, regnãte Oſea, deinde reliquæ duæ per Nabuchodonoſorũ Chaldęorum & Babyloniorũ regem captis Hieroſolymis. Sed Salmanaſar in uacuas Iſraelitarũ ſedes deduxit gentẽ Chuthęorũ, qui prius in intima Perſide & Media fuerant, Samaritæ deinde uocati à regione in quã demigrauerũt. rex uero Babylonius, ꝑ abductis duabus tribubus nullã gentẽ in eam regionẽ repoſuit: quo factũ eſt ut Iudæa cum Hieroſolymis ac tẽplo per LXX annos deſerta maneret. tẽpus aũt totũ quod inter decẽ tribuũ captiuitatẽ & duarũ reliquarũ tranſmigrationẽ interceſsit, anni fuere centum triginta, & mẽſes ſex, dies decem. Cæterũ Nabuchodonoſorus ſelectis nobiliſsimis Iudæorum pueris, & Sedeciæ regis cognatis, qui & flore ætatis & decore formæ fuere conſpicui, pædagogos eorũ curæ aſsignauit, exſectis quibuſdã ex eo numero, quemadmodũ ſolitus eſt facere & aliarũ gentiũ deuictarũ formoſis adoleſcẽtibus: præbebatq; eis de ſua menſa uictũ, & Chaldæorũ diſciplinis inſtituendos curabat ac literis, in quibus ſanè profecerunt plurimũ. in his erant quatuor de Sedeciæ genere, admodum pulchri & egregio præditi ingenio, quorũ nomina, Daniel, Ananias, Miſael, Azarias. his Babylonius mutauit nomina, & pro Daniele Balthaſarẽ, pro Anania Sedrachem, pro Miſaele Miſachem, pro Azaria Abdenago appellari iuſsit: eosq; ob egregiam indolem & nõ mediocrem eruditionẽ uehementer charos habuit. Cumq; uiſum fuiſſet Danieli cũ cognatis uictitare durius, & à regiæ menſæ abſtinere edulijs, atq; adeò ab animatis omnibus, acceſſerũt Aſchanẽ eunuchũ qui curæ eorũ erat præpoſitus, rogantes ut quæ mittebantʒ à rege in ſuos uſus conuerteret, ipſis legumina tm̃ & pàlmulas in alimẽta præberet, & ſi quid aliud prẽterea uellet inanime. ſe enim alijs faſtiditis talem uictũ appetere. ille uero ait ſe gratificari eis cupere, ſed uereri ne hoc rex deprehẽdat extenuatis ipſorũ corporibus, & immutata ſpecie, ꝙ neceſſe ſit ut habitudo & color rationi uictus reſpondeat: idq; magis fore conſpicuũ ex collatiõe aliorum qui alantur delicatius: atq; ita propter eos adduci ſe poſſe in capitis periculũ. Itaq; nacti Aſchanem non admodũ difficilem, perſuadẽt ut ſaltẽ per decem dies hoc eis permittat experiẽdi gratia: ꝙ ſi corpora eorum nihilo deterius inde habuerint, in eodẽ uictu perſeuerare, qui cõpertus ſit innoxius. ſin aũt detrimentũ aliquod inde acceperint, minus ſpecioſi facti q̃ alij, ad priſtinã diætã eos reduceret. ut uero apparuit non ſolũ nõ lædi eos talibus, ſed habitiores ꝑ alijs & maiores inde fieri, ut cũ eis nõ eſſent cõferendi qui cibis ueſcebantʒ regijs, ſed Daniel cum ſocijs potius delicatã uitã agere uideretʒ, ex eo tempore ſecure Aſchanes partes quæ de regia mẽſa mittebantʒ pueris, ſibi retinebat, & illis apponebat q̃ iam diximus. Illi uero utpote puros iam habentes animos & ad percipiendas

XII
Dan. 1

diſciplinas

disciplinas idoneos, atq; etiam firmiora ad laborẽ corpora, ꝙ neque illi læderentur aut grauarentur uarietate deliciarũ, neq; hæc simili de causa emollirentur, facile omnem perdidicerunt doctrinã tam Hebraicam quàm Chaldaicam: sed præcipue Daniel peritus talium artiũ, coniectandis quoq; somniorum significationibus studuit, uisiones etiam diuinas uidere solitus. Exacto autem biennio post Aegypti populationem Nabuchodonosorus cũ uidisset mirandam uisionẽ, cuius etiam euentũ deus ei in somnis indicauerat, mox ut è stratis surrexit eius oblitus est. Accersitis igitur Chaldæis, & magis ac uatibus, ait se somniũ uidisse, & quoniã oblitus sit quale fuerit, uelle ut & somnium sibi indicent, & eius significationem. Illis autẽ respõdentibus hoc supra humanas uires esse, ꝙ si exponeret uisionem somnij, pollicentibus interpretationem, minatus est mortẽ nisi somniũ etiam indicarent: & cum negarent se id posse, necari omnes imperat. Tum Daniel audito ꝙ omnes sapientes iussisset occidi, & inter hos se quoq; cum suis cognatis esse in periculo, adijt Ariochũ regij præfectũ satellitij: rogauitq; causam cur ita rex statuisset in omnes sapientes & magos atq; Chaldæos animaduertere: & cognito ꝙ cum oblitus esset somnij, iussisſetq; eos id sibi indicare, nec illi potuissent, ad iram cõmotus sit, impetrauit ut præfectus unius noctis dilationem magis à rege peteret. spem enim sibi esse, deum ea ipsa nocte exoratũ indicaturũ esse id somnium. quę Danielis postulata cum per Ariochũ regi essent renũciata, iussit cædem magornm differri, tantisper dum huius promissi fidem experiretur. puer uerò cum sõcijs digressus in suum cubiculum, per totam noctem supplex deũ precibus solicitauit, ut rem sibi aperiret, & magos cum quib. & ipsi periclitarẽtur, ab ira regis eriperet, manifestata sibi uisione qnã rex præterita nocte uisam elabi è memoria passus sit. Deus autẽ & periclitantes miseratus, & Danielis sapientia delectatus, tam somniũ quàm eius interpretationem ei notam reddidit, ut hanc per eum rex cognosceret. Ille hac reuelatiõe lætus, surgens fratribus eam indicat, iam desperantibus uitam, & tantum de morte cogitantibus: hortaturq; ut tranquillo sint animo, & de uita melius sperare nõ dubitent. Cum quibus actis deo gratijs quòd ætatem eorum esset miseratus, Ariochum adit initio diei, rogans ut se ad regẽ ducat, indicaturũ ei somniũ quod proxima ante hãc nocte uiderat. Ad quem ingressus primũ deprecatus est eam opinionẽ, quasi ipse Chaldæis & magis esset sapientior, quòd nemine illorum ualente inuenire somnium, ipse id esset indicaturus: non enim sua peritia, uel quòd intellectu alios præcellat, id fieri: sed deus, inquit, nos de uita periclitantes miseratus est: rogantiq; mihi pro mea populariumq; uita, & somniũ & eius significationẽ aperuit. neq; eñ tam me solicitũ habuit ea tristitia, ꝙ à te indigni uita essemus iudicati, q̃ metus de existimatione tuæ gloriæ, cum tot uiros bonos & honestos necari iuberes, idq; iniuria, ꝙ non esset humana sapientia cõprehensibile quod mandabas, solo deo ualẽte præstare quod cuperes. Ergo cũ hæc te cura teneret, quis nam post te potiturus esset orbis imperio, dormiẽti tibi deus uolẽs oẽs regnaturos ostendere, tale immisit somniũ: uidebaris tibi uidere statuã grandẽ stantẽ, cuius caput erat aureũ, humeri ac brachia argẽtea; uẽter & femora ærea, crura ac pedes ferrei. deinde saxũ uidisti abruptũ à mõte in statuã illã incidere, & hãc deiectã cõ-

Dan. 2

terere

terere,ut nulla eius pars maneret integra, ſed aurum, argentũ, æs & ferrum abiret in minutiorem farina puluerem: eumq; ingruente uenti ui difflatũ in terras diuerſiſsimas. Saxum uero illud tam magnum accepiſſe incremẽtum, ut quantum eſt terrarum ſua mole opprimeret. Et hoc quidem eſt quod uidiſti ſomniũ,quod in hunc modũ interpretari oportet. Aureũ illud caput te ſignificat,& alios reges ante te Babylonios: duæ uero manus & humeri duo portendunt,q; à duobus regibus ueſtrũ imperiũ delebitur. illorũ quoq; imperium alius ab occidente ueniẽs tollet è medio,amictus armis æreis. Huius quoq; uires debellabunt ab alio ferro ſimili, cui propter naturam ferri nihil poterit reſiſtere,q; ea ſit auro,argento ac ere ualidior. adiecit & de ſaxo interpretationem Daniel,ſed mihi hoc narrare non libuit, cuius propoſitum eſt præterita,non etiam futura,ſcribere. quod ſi quis ueritatis auidus nõ deſiſtit inquirere,futurorũ quoq; obſcuros euentus cupiens diſcere, det operam ut Danielis librũ perlegat,qui habetur inter ſacras literas. Porrò Nabuchodonoſorus his auditis agnoſcens ſuum ſomniũ, attonitus eſt Danielis indole, & procidens in faciem, eum non aliter quàm deum adorauit, diuinis iuuenẽ dignatus honoribus. Nec hoc contentus impoſito ei dei ſui nomine, uniuerſæ ditioni ſuæ præpoſitũ eſſe uoluit, cum eoq; ſimul eius cõſanguineos: qui ob hoc inuidioſi facti in periculũ inciderũt, offenſo rege propter cauſam talem. Rex fabrefacta aurea ſtatua, alta ſexaginta, lata ſex cubitos, in campo ma- Dan. 3
gno Babylonis eam ſtatuit: quam dedicaturus cõuocauit ex omni ſua ditiõe principes, eisq; mãdauit, ut quamprimũ tuba dari ſignũ audierint, procidentes in faciẽ adorent ſtatuam. quod qui nõ fecerit, pœnam propoſuit ut conijciatur in ardentis fornacis incendiũ. Cum igitur omnes audito tubæ ſigno adorarent eam ſtatuam, Danielis cognati negauerunt ſe hoc facturos, q; nollent patrias leges tranſgredi. moxq; delati, et in ignem coniecti diuina ſeruati ſunt prouidentia, & præter omniũ opinionẽ euaſerunt mortis periculum. Ignis enim eos nõ attigit, ſed quaſi ſentiens iniuſte in fornacẽ coniectos, pepercit,& nõ exeruit uim ſuam in iuuenes, deo inuicta flammis faciente horũ corpora: quæ quidẽ res magis etiam eos regi cõmendauit, q; probos & deo charos eſſe animaduerteret: quo factũ eſt ut ſemper in maximo apud eũ honore haberentur. Non multo deinde pòſt, rurſum aliud dormiens rex uidit Dan. 4
inſomniũ, q; priuatus regno uitam acturus eſſet inter beſtias, & poſt exactũ eo modo ſeptenniũ, denuò reſtituendus eſſet in priſtinũ imperiũ. quo uiſo rurſum conuocatis magis percontatus eſt quid ſignificet. Eius intellectũ nemo alius inuenire & regi indicare potuit, ſolus Daniel quid portẽderet coniectura aſſecutus eſt: & qualẽ hic prędixit, talis etiam euentus affuit. nam cum in ſolitudine tẽpus prædictũ exegiſſet, nemine ſeptennio toto audente inuadere dominiũ, exorato deo rurſum in regnum ſuum reſtitutus eſt. Nemo autem mihi uitio debet uertere, quòd hæc ita ut in antiquis libris inuenio, ſcriptis meis inſero. Talibus enim criminatoribus dudũ occurri in initijs huius hiſtoriæ, palàm profitẽs me tm Hebraicorũ uoluminũ in grecã linguã interpretẽ: et quę illic continent bona fide relaturũ me promiſi, nec addentẽ quicquã de meo nec auferentẽ etiã. Cæterũ Nabuchodonoſorus cũ regnaſſet annos XLIII, uitã finijt, uir induſtrius, & prioribus regib. lõge fortunatior. Me-

minit

XIII minit eius & Berosus in tertio rerum Chaldaicarum libro his uerbis. Pater autem Nabuchodonosorus audito q̃ Satrapa quem Aegyptõ & cauæ Syriæ Phœnicæq́; præfecerat, à se defeciſſet, cum nõ posſet amplius ferre labores militiæ, tradita iuniori Nabuchodonoſoro copiarũ parte, iuſsit hũc contra illum proficiſci. qui collatis ſignis cum defectore cõgreſſus, & ipſum deuicit, & regiones eius ad ſuũ imperiũ retraxit. Interea pater Nabuchodonoſorus apud Babylonẽ morbo abſumptus eſt, cum regnaſſet annos XXI. Nabuchodonoſorus uero nõ multo poſt patris morte cognita, & cõſtitutis Aegypti ac reliquarũ regionũ negotijs, demandataq́; amicis cura captiuorũ Iudæorũ, Syrorũ, Phœnicũ & Aegyptiorũ traducendorũ in Babyloniam cum exercitu & impedimentis, ipſe cum paucis per deſertũ Babylonẽ properauit. Et cum aſſumpſiſſet regni adminiſtrationem, quæ interim penes Chaldæos fuerat, & ab eorum primo ſeruata erat in eius reditũ, factus eſt totius paterni imperij dñs: ac primũ omniũ captiuos recẽs adductos per opportuna Babyloniæ loca in colonias diſtribuit: deinde ſpolijs bello partis Beli templum et alia quædam magnifice exornauit. auxit etiã & reparauit antiqua urbis ædificia, munito et fluminis alueo, ita ne hoſtes eo poſſent uti ad ciuitatis incõmodum. Tres quoq; murorũ ambitus intra urbẽ exſtruxit, & totidẽ foris circũdedit, omnes è coctilibus laterculis: cumq́; memorabilibus operib. ciuitatẽ muniſſet, & portas in templorũ modũ ornaſſet, paternæ regiæ contiguã exſtruxit aliam regiã, cuius ſubſtructiões & reliquã magnificentiã forte ſuperuacaneũ eſſet dicere: unũ ſilere nõ poſſum, quòd tam amplũ & ſuperbũ ędificium intra quindecim dies abſolutũ eſt. In hac regia moles ſaxeas fornicib. ſuſpendit, montiũ ſpeciem referẽtes, ſuperne conſitas uarijs arborũ generibus, atq; ita celebratos illos penſiles hortos abſoluit, eò quòd uxor educata in Media concupiſſet quandã patriæ ſuæ ſimilitudinẽ. Horũ hortorũ etiam Megaſthenes in quarto rerũ Indicarũ uolumine meminit, ubi oſtendere conatur quòd hic rex uirtute & rerũ geſtarũ magnitudine Herculẽ longe à tergo reliquerit. ſubiugaſſe enim eum & urbẽ Africæ primariã, & bonam partẽ Hiſpaniæ. Sed & Diocles in ſecundo rerũ Perſicarum libro eius regis mentionẽ facit, & Philoſtratus tam in Phœnicũ quàm in Indorũ hiſtorijs, quòd hic rex per tredecim annos Tyrũ oppugnauerit, regnante apud eam urbem Ithobale. Atq; hæc ſunt quæ de hoc rege apud hiſtoricos inuenio.

De ſucceſſoribus Nabuchodonoſori, & quòd Cyrus eorũ imperiũ in Perſas tranſtulit, & quomodo ſe tum res Iudæorũ apud Babylonios habuerint. Cap. XII

CAeterum poſt Nabuchodonoſori obitũ Abilamarodachus eius filius regnũ ſuſcepit, qui mox Hieroſolymorũ regem Iechoniam è uinculis dimiſit, & inter neceſſarios amicos habuit, multis muneribus donatum, & apud Babylonẽ regiæ ſuæ præfectum. Pater enim eius fidem nõ ſeruauerat Iechoniæ, qui ſe ei cum uxoribus & liberis totaq́; cognatione ſponte tradiderat, reſpectu ſolius patriæ, quam nolebat per uim expugnatam dirui, ſicut antè diximus. Abimalarodacho poſt decimumoctauum regni ſui annũ defuncto Nigliſar filius ſucceſsit, cumq́; regnaſſet annos quadraginta, uitã cum morte mutauit. continuata deinde ſucceſsione ad Laboſordachũ filium regnũ peruenit: apud quẽ cum nouem tantũ menſibus hæ-

ſiſſet

ſiſſet, poſt mortẽ eius tranſijt ad Balthaſarẽ, qui Babylonijs Naboandel nominatur. Huic bellũ intulerunt Cyrus Perſarũ rex, & Darius Medorũ, à quibus dum intra Babylonẽ oppugnatur, mirabilis quædã & prodigioſa uiſio ei cõtigit. Diſcumbebat cœnans in ampla quadã aula, magno apparatu uaſo- Dan. 5
rum argenteorũ quæ regiæ menſæ adhiberi ſolent, accumbentibus etiã concubinis & purpuratorũ præcipuis. Deinde cum ita collibuiſſet, iubet è ſuo tẽplo afferri uaſa dei, quę ſpoliatis Hieroſolymis Nabuchodonoſor in uſum ſuũ ueritus uertere, in dei ſui tẽplo repoſuerat. Ipſe uero iam mero calens auſus eſt ex eis potare, uerba interim cõtumelioſa in deũ proferens: & ecce tibi uidet manũ è pariete prominentem, & in eo ſyllabas quaſdã ſcribentem. qua uiſiõe territus cõuocauit magos & Chaldæos, & totũ hoc genus quod apud Barbaros prodigiorũ & ſomniorum interpretationẽ profitetur, poſtulans ut ſibi enarrent id quod erat ſcriptum. magis autẽ negantibus ſe eius intellectum inuenire, rex ob rei nouitatẽ mœſtus ac ſolicitus, pręconis uoce per totam ſuam ditionẽ publicauit: quicunq; mentem earum literarum interpretari poſſet, daturũ ſe ei torquẽ aureũ, & purpureæ ueſtis uſum, quali Chaldęorum reges utuntur, atq; inſuper tertiam regni ſui partẽ. Poſt hoc præconium maior etiam fit magorũ concurſus, certatim ſenſum literarũ ſcrutantibus, nihil tamen proficientibus. Videns aũt triſtem hac de cauſa regẽ eius auia, ſolari eum cœpit, dicens eſſe quendã captiuũ Iudæũ per Nabuchodonoſorum uaſtatis Hieroſolymis adductũ, uirũ ſapiẽtem, qui poſsit obſcura & ſoli deo nota perquirere. hũc Nabuchodonoſoro quæ opus erat interpretatũ, cũ id eo tẽpore poſſet alius nemo. rogabatq; ut accito illo percõtaret quid ſibi uelint hæ literæ, ut coarguata cæterorũ inſcitia, etiam ſi triſte ſit, prodigiũ id intelligat. His auditis Baltaſar accerſit Danielẽ: & præfatus ſe reſciuiſſe de eius ſapientia, deq; ſpiritu diuino quem habeat, & q̃ ſolus ſit idoneus interpretandis quæ aliorũ cognitionẽ effugiunt, rogauit ut ſibi enarret quid ſcriptura illa ſignificet, pollicens operæ præmiũ uſum ueſtis purpureæ torquemq; aureũ, & ditionis ſuæ partem tertiam, ut ſapientia eius inſignita talib. honoribus, illuſtris fiat apud omnes qui honoris cauſam ſciſcitãdo cognouerint. Daniel aũt recuſatis muneribus, q̃ his diuinitus conceſſa ſapiẽtia corrumpi nequeat, ſed indigentes gratis iuuare parata ſit, ait ſcripturã hanc uitæ finem prædicere: eo q̃ ne proaui quidem calamitate, quam ille incurrit ob contemptum numinis, doctus ſit pietatẽ colere, & nihil moliri quod ſit ſupra naturam hominis. Nabuchodonoſorũ enim ob impietatẽ damnatũ ad uictũ ferinum, poſt multas preces miſerante deo reſtitutũ ad hominũ conuerſationẽ & priſtinũ imperiũ, ac deinde per totã uitã agnouiſſe & laudaſſe dei uirtutẽ & prouidentiam. hunc uero oblitũ domeſtici exẽpli, uoces impias iactaſſe in deũ, & potaſſe è ſacris uaſis unà cum ſuis pellicibus. Ob hæc iratũ deũ per has literas denunciare qualẽ ſit habiturus uitę exitũ. Sic enim interpretanda ſingula. Mane, hoc eſt numerus, ſignificat dinumeratũ eſſe iam dierũ tuę uitæ ac regni numerũ, & perbreue tẽpus ſupereſſe. Thecel, quod eſt põdus, appenſum à deo regni tui tẽpus iam ad finẽ uergere. Phares, quod eſt fragmen, fracturũ deũ tuũ regnũ, & partes eius in Medos ac Perſas diſtribuẽdas. Hac interpretatiõe accepta rex nõ poterat nõ uehemẽter triſtari, attamẽ Danieli

ſuam munificentiã non ſubtraxit tanq̃ malorũ prænuncio, ſed dona quæ pol licitus eſt exhibuit, ſic cogitans, quod nõ bona audierit, ſui fati culpã eſſe, nõ prophetæ: imò illũ boni uiri officio functũ eſſe, qui ſic interpretatus ſit ut erat euenturũ, tametſi parũ lætus euẽtus ſequeretur. Non multũ aũt abijt tem poris, dum & ipſe & urbs in Cyri Perſarũ regis poteſtatẽ deuenit. Sub Balta ſare eñ capta eſt Babylon, anno regni eius decimoſeptimo. Hic finis fertur poſterorũ Nabuchodonoſori. Darius aũt cum extingueret Babyloniorũ im periũ, adiutus à Cyro ſuo cognato, annũ agebat ſexageſimũ ſecundũ, qui fuit Aſtyagis filius, apud Græcos alio uocatus nomine. Hic etiã Danielẽ prophe tam aſſumptũ ſecũ duxit in Mediã, eũq; in maximo honore apud ſe habuit. erat enim unus è tribus ſummis ſatrapis, qui ſub ſe habebãt alios CCCLX ſatra
XIIII pas. tot enim à Dario primũ inſtituti ſunt. Itaq; cum tam charus & hono-
Dan. 6 ratus apud regẽ eſſet, ut qui ei tanq̃ diuino libenter de quouis negocio cõſu lenti pareret, nõ effugit cæterorũ inuidiã, quemadmodũ fieri ſolet inter eos qui aliquẽ ſibi à rege præferri non patiunt æquo animo. cumq; æmuli occa ſionẽ calumniæ contra eũ quærerent, nullã unquã eis præbuit. cũ enim eſſet contẽptor pecuniarũ & omniũ munerũ, turpe ſibi ducẽs etiã pro beneficio licitam gratiã recipere, nullã accuſandi anſam inuenire poterant. nec tamen deſtiterunt quærere quomodo honore deiectũ è medio tollerent. & cũ ani maduertiſſent Danielẽ quotidie ter deo ſupplicare precibus, cõmenti ſunt occaſionẽ qua eum poſſent perdere: aditoq; Dario renũciant ei, uiſum eſſe ſatrapis eius & principibus, p triginta dies populo dari intermiſsionẽ: quib. nec ab ipſo, nec à quoquã hominũ aut deorũ quicquã precari liceat: & ſi qs cõtra hoc cõmune decretũ faxit, eum in foueam leonũ conijci. Rex uero nõ perſpiciens eorũ malitiam, q̃ Daniel hoc cõmento peteretur, ait ſibi placere hoc decretũ: pollicitusq; ſe id confirmaturũ, edictũ propoſuit in publicum quo ſatraparũ decretum promulgabat. Id cum omnes præ metu ſeruare co narentur, magnũ fuit ubiq; ſilentiũ. Daniel uero nihil hęc curabat, ſed more ſolito ſtans in conſpectu omniũ, adorabat deũ ſuũ & deprecabatur. Tum ſa trapæ nacti occaſionẽ quam dudũ captauerant, regẽ adeunt propere, Danie lemq; accuſant, q̃ contẽpto edicto ſolus ex omnibus deos precari auſus ſit, idq; non ob pietatem, ſed ob hoc ipſum quòd obſeruari ſe ſciret ab æmulis. Et cum regem ob nimiam erga Danielẽ beneuolentiã etiã mandati ſui con temptori facile ueniam daturũ crederent, hoc ipſo magis accenſi ad inuidiã, inflexibiles ad clementiã poſtulauerunt ut iuxta latam legẽ conijceret in leo num foueam. Darius aũt ſperans ope diuina eripiendũ à beſtijs, hortatus eſt eum ut præſentẽ caſum æquo ferret animo: & poſtq̃ eò coniectus eſt, cũ obſi gnaſſet lapidẽ qui ori foueæ incumbebat uice hoſtij, domũ reuerſus eſt: to tamq; eam noctẽ ſine cibo & ſomno exegit de amici ſalute ſolicitus. diluculo aũt ſurgẽs ad foueã ſe cõtulit: & inuẽto illæſo ſignaculo quo lapidẽ obſigna uerat, per apertã feneſtrã ſuperne Danielẽ inclamauit, quærens an adhuc ſal uus ſit. Ad quã uocẽ cum ille reſponderet illæſum ſe & incolumẽ, iuſsit eũ è fouea beſtiarũ extrahi. inimici uero eius uidentes ei nihil mali accidiſſe, no luerũt hoc dei prouidẽtiæ tribuere, ſed cauſam referẽtes in leonũ ſaturitatẽ, auſi ſunt etiã apud regẽ hoc aſſerere. at ille offenſus eorũ malitia, iuſsit mul-

tum

tum carnium obiici leonibus,& illis iam ſaturatis inimicos Danielis in foueã conijci,ut appareat ſi propter ſaturitatẽ eos nõ attingant, ac tum demum eui dentiſsimũ fuit uatem ope diuina eſſe ſeruatum. nam nemini ex eis pepercerunt,ſed nõ ſecus ac ſi fuiſſent famelici, & alimẽtis caruiſſent, ſine mora eos dilaniauerunt. acuit aũt ferarũ rabiem non uexatio famis quæ iam eis exempta fuerat,ſed obiectorũ malitia, deo ſic uolente,ut ne bruta quidem eam impunitam ſinerent.Cum igitur ad hunc modũ uatis inſidiatores periſſent,Darius rex per totũ ſuum imperiũ nuncios dimiſit qui Danielis deum prædicarent,hunc eſſe ſolũ uerũ & omnipotentẽ deum aſſeuerando. ipſum deinde uatem in maiore etiam q̃ antè honore habuit, primũ inter amicos locum ei tribuens.qui cum ab omnibus deo charus exiſtimaretur,& propter hanc de ſe opinionẽ eſſet illuſtriſsimus,ædificauit apud Ecbatana Mediæ turrim, opus pulcherrimũ,& ſingulari admiratione dignũ, quod in hodiernum uſq; durat,& ſpectantib.recentiſsimæ ſtructuræ uidetur,ac ſi ea ipſa die qua ſpectatur eſſet abſolutũ:tantam nouitatis ſpeciem,& tam integram pulchritudinem habet,nihil omnino à tam longo tempore læſam, præter aliorũ ædificiorum cõſuetudinem, quæ æque atq; homines uetuſtatis iniuriam ſentiũt, nec firmitatẽ ſolũ, ſed etiam decorem ſenſim deperdũt. Mos autẽ durat uſq; in præſens tempus ut in ea turri ſepeliantur Medorũ reges & Perſarũ atque Parthorũ: eiuſq; cuſtodia ſacerdoti Iudaici generis hodieq; concreditur.

Quod aũt in hoc uiro præcipua dignũ eſt admiratione, ſilentio nõ præteribimus.omnis enim eximia felicitas ut prophetæ excellentiſsimo ei cõtigit,& uiuenti tam apud reges q̃ apud populũ gratioſo, & poſt obitũ ſempiternam memoriã conſecuto.libri enim eius quos conſcriptos reliquit,etiã nũc apud nos leguntur,qui nobis certã fidem faciunt,q; deus cum eo colloquia miſcuerit.non ſolum enim futura prædixit quemadmodũ alij prophetę,uerumetiã tempus quo euentura eſſent præfinijt.& cum alij prophetæ calamitates prędicerent, ideoq; malam gratiam apud reges & multitudinẽ uulgarẽ inirent, hic bonarũ rerum uates fuit, ut propter fauſtam ominationẽ quidẽ beneuolentiam omniũ ſibi conciliaret, propter euentuũ uero certitudinẽ fidẽ ſibi apud uniuerſum mortaliũ genus compararet.Exſtat enim in eius ſcriptis unde maxime illius prophetiæ certitudo poteſt colligi. ait em̃ ſe apud Suſa primariam Perſidis urbem cum ſodalibus prodiſſe in campũ, & ibi terræmotu repentino exorto,diffugientibus metu amicis ſolũ eſſe derelictum, ſeipſum quoq; conſternatũ in faciem & manus procidiſſe.ibi acceſsiſſe quendã excitantem ſe & iubentem ut ſurgeret ac uideret quæ poſt multa ſecula euentura eſſent ſuis ciuibus.ſurgenti deinde oſtenſum eſſe arietem magnũ, enata habentem multa cornua,& in his ultimũ cæteris celſius.uerſis deinde ad occi- Dan.8
dentem oculis, uidiſſe ſe hircũ delatũ per aerem concurriſſe cum ariete, & bis cornib.ictũ proſtrauiſſe humi & cõculcaſſe pedibus.deinde uidiſſe enatum è frõte hirci cornu maximũ, quo defracto erupiſſe pro eo quatuor alia, obuerſa inuentos ſingulos.& ex his etiam aliud minus exortũ ſcripſit, quod poſtq̃ eſſet adultũ, deus qui hæc oſtendebat dixit geſturũ bellũ contra gentem ipſius,& urbẽ ui expugnaturũ,& ceremonias templi conturbaturũ, ſacrificiaq; uetiturũ per dies MCCXCVI. hæc eſt uiſio quã in campo apud Suſa

ſe uidiſſe ſcripſit: eamq; deũ ſic interpretatũ eſſe. Arietẽ ſignificare Perſarũ & Medorũ regna, cornua uero futuros in his reges, & horũ ultimũ deſignari per cornu ultimũ. hunc em̃ fore diuitijs & gloria præſtantiſsimũ. Per hircum uero indicari, fore aliquẽ è Græcorũ regibus, qui cum Perſa bis cõgreſſus eũ prælio ſuperet, totũq; eius imperiũ occupet. Per cornu uero illud magnum ex hirci fronte exſtans primũ regem ſignificari, & per aliorũ quatuor pro illo pullulationẽ, & ad quatuor terræ tractus ſingulorũ uerſionem, ſucceſſuros oſtendi, poſt primi regis mortẽ, & regni inter eos partitionem. hos neq; filios eius neq; alioqui ad cognationẽ ipſius pertinẽtes, multis annis p orbem habitatũ regnaturos: ex hisq; exoriturũ quendã regẽ, qui bellũ gerat cum gente Iudæorũ & legibus, & formã inſtitutæ iuxta has reipub. auferat: ſpoliatoq; templo uictimas in id induci per trienniũ prohibeat. quę quidem calamitas genti noſtræ ſub Antiocho Epiphane accidit, ita ut futurũ Daniel ante multos annos ſcripſerat. Eodem aũt modo ſcripſit & de Romanorũ imperio, & quantam uaſtitatẽ illaturi eſſent noſtris hominibus. Hęc omnia diuinitus ſibi demõſtrata ſcripto tradidit, & poſteris legẽda reliquit, ut uidentes euentũ non diſcrepare à prædictionibus, Danielẽ mirentur ob tam inſignem honorẽ illi à deo habitũ: ſimulq; Epicureorũ error coarguaẽ, qui prouidentiã è uita eijciunt, & deo regimen rerũ nolunt permittere, nec credunt uniuerſitatẽ à beata illa & immortali eſſentia uel cõſeruari uel gubernari, ſed ſine rectore & curatore mundũ ſuopte impetu ferri aſſeuerant. qui ſi ita ut illi autumant careret præſide, quemadmodũ naues ſine gubernatorib. uidemus procellis & fluctib. obrui, currusq; aurigis deſtitutos euerti ac confringi, ita & ipſe perderet immoderato impetu. Quamobrẽ dum Danielis uaticinia cõſidero, nõ poſſum nõ damnare iſtorũ inſcitiã, qui deo negãt curę eſſe res mortaliũ. quî enim fieri potuit ut prophetijs eius reſpõderet euẽtus, ſi temere in mundo gererent omnia? Verũ ego hæc ita ut inueni in literas retuli, p ſi quis mauult diuerſam opinionẽ ſequi, id per me quidẽ erit illi integrũ.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER VNDECIMVS.

Cyrus Perſarum rex Iudæos Babylone dimiſſos priſtinas ſedes permittit repetere, collata eis in ædificationem templi pecunia. Cap. I

1.Eſd.1
3.Eſd.2

PRIMO aũt anno regni Cyri, q fuit tranſmigratiõis noſtræ Babylonicæ ſeptuageſimus, miſeratus eſt deus captiuitatẽ & calamitatem erumnoſi illius populi: & ſicut illis p Hieremiam prophetam ante dirutam urbem prædixerat, quòd poſtquam ſeruierint Nabuchodonoſori eiusq; poſteris p annos ſeptuaginta, rurſum eos reſtituturus eſſet in patriã, & ædificato templo redituri eſſent ad felicitatem priſtinã, ita eis omnia præſtitit. Excitato enim ad id Cyri animo, effecit ut ille in hunc modum

modũ per uniuersam Asiã scriberet: Hæc dicit Cyrus rex: Quoniã me deus maximus orbis regem cõstituit, hunc illũ esse credo quem Israelitarum adorat populus. Is enim meũ nomen per suos prophetas prædixit, & quòd templum eius ædificaturus sim Hierosolymis in terra Iudæa. Hoc aũt Cyrus cognouit ex lectiõe libri qui Esaiæ prophetias continet, ducentis & decem annis ante ipsius ætatem cõscriptas. Hic enim secretũ hoc deũ sibi indicasse dixit, quòd uellet Cyrũ, quem multarũ ac magnarũ gentium regem declaraturus esset, remittere populũ suum in terram Iudæam, & templum suum ædificare denuo. Hæc Esaias prædixit centũ quadraginta annis anteq̃ templũ deuastatũ est. Quibus lectis rex admiratus uatis diuinitatẽ correptus est cupidine exsequẽdi quæ scripta legerat: cõuocatisq; clarioribus apud Babylonem Iudæis, ait se illis permittere ut proficiscant in patriã, urbemq; Hierosolyma & dei templũ ædificẽt denuo. Nam & ipsum deũ futurũ illis auxilio, & se scripturũ uicinis Iudææ ducibus ac sãtrapis, ut cõferant eis aurum & argentum ad templi fabricam, & uictimas ad sacrificia. Hoc mandato à Cyro accepto, duarum tribuũ principes, Iudæ & Beniamiticæ, simulq; leuitę & sacerdotes, propere Hierosolyma se cõferunt: multi enim maluerũt manere apud Babylonẽ, non sustinẽtes possessiones suas relinquere. Quò cũ peruenissent, omnes amici regij fuerũt eis auxilio, cõferebantq; ad templi structurã alij aurũ, argentũ alij, nõnulli pecudũ & equorũ multitudinẽ: soluẽtesq; uota quibus damnati fuerãt, offerebãt solennes uictimas, quasi urbẽ denuo cõderent, & pristinũ patrij ritus usum reciperẽt. Nam & uasa quibus olim templũ spoliauerat Nabuchodonosorus, per Cyrũ tunc è Babylone remissa fuerãt. ea Mithridati ærarij regij præfecto tradita sunt perferẽda ad Abassarẽ, asseruanda apud eũ dum templũ ædificaret: cui mandatũ est q̃ primũ id absolutũ esset, mox ea sacerdotibus & magistratib. populi redderet in templũ restituenda. quin & epistolã ad Syriæ sãtrapas in hæc uerba scripsit. Rex Cyrus Sisinæ & Sarabasanæ S. Iudæis qui regionẽ meam habitant permisi, ut quicunq; uellent in propriam patriã reuersi urbẽ denuo conderent, & templũ dei Hierosolymis ædificarẽt eodẽ quo prius loco. misi aũt eò etiã ærarij mei præfectũ Mithridatem, & Zorobabelem principẽ Iudæorũ, ut fundamẽtis iactis templum superstruant altitudine cubitorũ LX. & totidẽ latitudine, faciantq; tres ordines è lapide polito, & unũ ligneũ è materie quã fert ea regio: similiter & altare super quo sacrificent deo: quos sumptus omnes de meo uolo fieri. Vasa quoq; quæ Nabuchodonosorus rex de tẽplo prædatus est, mitto per Mithridatẽ ærarij præfectũ & Zorobabelẽ Iudæorũ principem, ut ea perferant Hierosolyma, & in templũ dei restituãt: quorũ numerus est hic: pyxteres aurei L, argentei CCCC. thericlea pocula aurea L, argentea CCCC. situlæ aureæ L, argenteæ D. libatoria aurea XXX, argentea CCC. phialæ aureæ XXX, argenteæ MMCCCC. præterea uasa alia magna mille. Cõcedo etiam eis eosdẽ reditus quos maiores eorũ soliti sunt accipere, in precium pecudum, & uini & olei drachmas ducentaquinq; millia quingentas, & in similam artabas duo millia quingentas, atq; hæc è Samariæ tributis præberi uolo. immolabuntq; sacerdotes has uictimas iuxta Moysis legem Hierosolymis, & inter sacra precabuntur deum pro sãlute regis eiús que generis, ut regnum Persarum incolume

lume maneat. Qui uero per inobedientiã hæc mandata noſtra irrita habuerint, eos in crucem agi uolo, & facultates ipſorũ fiſco noſtro attribui. Atque hoc fuit epiſtolæ argumentum. Numerus autem eorũ qui è captiuitate cõuenerant Hieroſolyma XLII millia fuere, & inſuper CCCCLXII.

Regij duces & ſatrapæ Iudæos ab ædificatione templi prohibent. Cap. II

II 1.Eſd.4 IN dum templi fundamẽta iaciunt, & in hoc ædificando toti ſunt, circùm finitimæ gẽtes, præcipue Chuthęi, quibus olim è Perſide ac Media traductis Salmanaſar Aſſyriorũ rex in Samaria Iſraelitis inde ſublatis nouas ſedes dederat, rogabãt ſatrapas & eos quibus cõmendata erat hæc ædificatio, ut Iudęos impedirẽt, quo minus urbẽ ac templũ inſtaurare ualeant. Illi uero pecunijs etiã corrupti uendiderunt Chuthæis ſuam circa demandatũ officiũ ceſſationẽ & negligentiã, Cyro neſciẽte utpote diſtracto in alia negocia, qui demũ Maſſagetico bello perijt. Cambyſe deinde in paternũ principatũ ſuccedente, ex Syria & Phœnice Ammanitarumq́; & Moabitarũ ac Samaritarũ regionibus redditur ei talis epiſtola. Domine, ſerui tui, Rathymus cõmentarienſis, & Semelius ſcriba, & magiſtratus Phœnices ac Syriæ. Cognoſcere te oportet rex, ꝙ Iudæi qui Babylonem traducti fuerant, in regionẽ noſtrã uenerunt, & ciuitatẽ ob defectionẽ merito deletam reſtituunt, forumq́; rerũ uenaliũ: reparant etiam mœnia & templũ exſtruunt. quod ſi ita pergere ſinantur, ſcito eos nec tributa perſoluturos amplius, nec imperata facturos. opponẽtes enim ſeipſos regibus imperare potius quàm ſeruire conabuntur. Quando igitur iam feruet templi ædificatio, uiſum eſt noſtri officij non diſsimulare hoc negotium, & admonere ut inſpicias maiorũ tuorũ cõmentarios, inuenturus in eis Iudęos regũ deſertores & hoſtes, urbemq́; ipſorũ ob hoc crimen deſolatã ac dirutã. quin hoc quoq; admonendus es, ꝙ ſi hæc urbs incolatur denuo, mœniumq́; ambitũ abſoluat, intercludetur tibi uia in Phœnicen & Cauam Syriam.

Cambyſes Iudæos ab ædificando templo omnino prohibet. Cap. III

CAmbyſes aũt lecta epiſtola, cum eſſet alioquin etiam natus ad malitiam, grauiter cõmotus reſcripſit hoc modo. Rex Cambyſes Rathymo cõmentarienſi, & Belſemo, & Semelio ſcribæ, & reliquis Samariæ ac Phœnices habitatoribus hæc dicit. Lectis quas miſiſtis literis, iuſsi inſpici maiorũ meorum cõmentarios ubi inuentum eſt urbẽ iſtam ſemper inimicã fuiſſe regibus, habitatoreſq́; eius ſeditioſos perpetuò ſtuduiſſe concitandis bellis et rerũ nouitatibus. quodq́; reges habuerint potentes ac uiolentos, qui continuis tributorũ exactiõibus Phœnicen & cauam Syriam uexauerint. Ego igitur iubeo non permitti Iudæos urbẽ denuo condere, ne per hanc occaſionẽ creſcat eorũ malitia, qua cõcitati hactenus rebelles fuerũt regibus. His literis perlectis Rathymus & ſcriba Semelius cũ collegis eueſtigio conſcenſis equis properarunt Hieroſolyma, ducẽtes ſecũ magnam hominũ multitudinem, prohibueruntq́; Iudæos ne urbem & templum ædificare pergerent. Itaq; dilatum eſt id opus per annos I X. uſq; in ſecundum annũ regni Darij Perſarũ regis. Cambyſes enim cum per ſexenniũ regnaſſet, ſubacta interim Aegypto, reuertens ab ea expeditione apud Da-
III maſcum eſt mortuus. Sublatis deinde magis qui poſt eius obitũ regnum

per

per integrum annum occupauerant, ſeptem illæ Perſarum familiæ Hyſtaſpis filium Darium cõmunibus ſuffragijs regem declarauerunt.

Darius Hyſtaſpis filius Iudæis templum ædificat. Cap. IIII

IS adhuc priuatus uouerat deo ſi regnũ adipiſceret, quicquid ſacrorum uaſorũ apud Babylonẽ eſſet, remiſſurũ ſe in templũ Hieroſolyma: & forte fortuna per illud tẽpus uenerat ad eum à Hieroſolymis Zorobabel, qui captiuorũ Iudęorũ dux declaratus fuerat. nam erat uetus regis amicus. quamobrẽ inter ſatellites cũ alijs duobus aſſumptus, ſperatũ honorem cõſecutus eſt. Primo aũt ſui regni anno Darius ſplendido ac magnifico apparatu excepit tam domeſticos ſuos q̃ Medorũ ac Perſarũ ſatrapas, prouinciarũq; præſides ab Indis uſq; ad Aethiopas, & p̃fectos copijs p̱ CXXVII ſatrapias. Cũq; ad ſatietatẽ epulati, diſceſſiſſent cubitũ ad ſuũ quiſq; diuerſoriũ. Darius poſt breuẽ in lecto quietẽ à ſomno relictus, nec ualẽs redormiſcere, cœpit fabulari cũ tribus ſatellitibus: & qui proponendã à ſe quæſtionẽ uerius ac prudẽtius ſoluerit, ei præmiũ fore promiſit uſum purpurę & aurei poculi. in cubatu quoq; ac uectatione uſurũ inſtrumẽto aureo, & tiara byſsina ac torque aureo: & in cõſeſſu habiturũ locũ regi ꝓximũ, annumeratũ inter gẽtiles regios. poſt hæc ꝓmiſſa quærit ex primo num uinũ maxime polleat, ex ſecũdo num reges, ex tertio num mulieres, an fortè ueritas magis q̃ hęc omnia. his ad inquirendũ ꝓpoſitis ſiluit. Mane uero accerſiuit megiſtanas & ſatrapas ac toparchas, reſidẽsq; ubi ſolebat iura reddere, iubet ſatellitũ illorũ quenq; corã toto cœtu reſpõdere ad quęſtionẽ ſibi propoſitã qd ipſi uideat̃ uerius. Tũ primus eorũ ſic exorſus eſt uini prędicare potentiã. Viri illuſtriſſimi, equidẽ uino potẽtiæ palmã tribuere haud dubito, dum eius uiriũ hinc coniecturã capio. Animaduerto em̃ q̱ quorũuis potantiũ mentẽ ſubuertit, & uel regis animũ ſic afficit, ut nõ ſecus q̃ puer aliquis parentib. orbus curatoris egeat: ſeruũ quoq; ſuæ cõditionis oblitũ ad dicẽdi libertatẽ concitat, & pauperi addit animos diuitis. mutat em̃ & regenerat animas quas ſubingreditur. nã & calamitoſorũ extinguit triſtitiã, & ære alieno atq; uſuris oppreſſos facit aliquãtiſper uideri ſibi omniũ ditiſsimos, ut obliti ſui nihil ſonẽt humile, ſed talẽta crepẽt, & alia fortunatorũ uerba magnifica. p̃terea tam ducũ q̃ regũ illis ſenſum ac metũ eximit, & omnẽ amicorũ ac familiariũ memoriã. armat em̃ homines uel aduerſus chariſsimos, eosq; facit uideri alieniſsimos. cũq; edormito temeto p̱ noctẽ ſobrij fuerint redditi, ſurgũt omnino inſcij q̃ eis p̱ ebrietatẽ patrata ſunt. quo fit ut his argumẽtis p̱ſuaſus, uinũ ducã rẽ omniũ lõge potẽtiſsimã ſimul & uiolẽtiſsimã. Poſtq̃ prim⁹ ꝓlata ſua de uino ſententia dicẽdi finẽ fecit, tũ ſecũdus cœpit extollere poteſtatẽ regiã, huius uires aſſeuerãs eſſe maximas omniũ q̃ intellectu ac potẽtia p̃dita ſunt. id conatus eſt ꝓbare his ratiõibus. Omniũ rerũ penes homines eſſe imperiũ q̱ & terras & maria ad quoſcũq; uſus ſeruire ſibi adigũt. at ipſis hominib. reges imperitare, eisq; qdlibet ꝓ ſuo mãdare arbitrio. ꝓinde q̱ in fortiſsimũ animaliũ habẽt dominiũ, eorũ uim ac uirtutẽ meritò exiſtimandã inſuperabilẽ. qd q̱ dũ ad bella et pericula ſubditos mittũt, oẽs eorũ imperata obſequẽter faciũt, ſiue dum p̱ eos obijciunt̃ hoſtibus, ſiue dũ cogunt̃ cum mœnib. ac turribus, atq; adeo cũ mõtib. ipſaq; rerũ natura bellũ gerere, ipſorũ iuſſu parati uel occidi uel occidere, dũ ne uideant̃ à regijs mãdatis uſquã digredi? parata deiñ uictoria, belli

1. Eſd. 5. 6

cõmoda uniuerſa ad regem redeunt. Iam uero qui alieni à militia dant agris colendis operam, poſt lõgos labores & ſudores cõparatis fructibus regi tributa perſoluunt: & quicquid ille iuſſerit, hoc neceſſario ſine mora perficiẽt. Interim ille expletus omnibus delicijs & uoluptatib. dormit in cubiculo, excubantibus ante fores ſatellitibus, & ceu uinctis metu nuſquã diſcedentibus. nemo enim audet dormiente illo relicto abire ad curanda propria negocia, ſed unam hanc curam putans neceſſariã, in hac una eſt aſsiduus. Et quî fieri poteſt, ut nõ is ſit omniũ potentiſsimus, cui tanta hominũ multitudo paret ꝙ omnia? His peroratis ſucceſsit tertius Zorobabel, dicturus de mulieribus & ueritate, quarũ uis quanta ſit, quamq; præpolleat cæteris rebus omnibus, ſic docere aggreſſus eſt. Confeſſum eſt & uinũ pollere plurimũ, & regẽ cui omnes obtẽperant, maior tñ eſt potentia mulierũ. nã & rex per mulierẽ in lucem hanc productus eſt, & eos qui uites colendo uinũ nobis afferũt, mulieres & educant & pariunt: & nihil eſt omnino quod nõ illis acceptũ ferendũ ſit. nam & ueſtimenta nobis texunt harũ opera, & rei domeſticæ cura his eſt concredita: nec ullo pacto poſſumus carere fœminis. ſed licet argẽto multo abũdemus & auro, precioſisq; rebus alijs, ſimul atq; mulierẽ formoſam conſpexerimus, neglectis illis omnib. inhiamus in uiſæ pulchritudinẽ, & libenter ei bonis cedimus, modò adamata forma frui liceat. Relinquimus etiam parentes ac patriam, & uel amiciſsimorũ ſæpenumero propter mulieres obliui ſcimur: ac ne cõmori quidẽ cum illis refugimus. addam & aliud argumentũ earum potentiæ non minimũ. quicquid terra mariue lõgo labore quæſitum nónne totũ hoc mulieribus cõmittimus? Ipſum etiam regem tantarum rerum dominũ uidi aliquãdo ab Apame Rapſacis Themaſini filia, concubina ſua cædi alapis, nec hoc tantũ ferre, ſed ut ſibi detractum diadema capiti illa ſuo imponeret, ridentẽ cum ridẽte, & irata illa mœrentẽ, & adulatorie ſe ad affectus illius attẽperando humiliter ſatisfacientẽ ſi quid eam offenſam animaduerteret. Interim dum ſatrapæ mirabũdi alij in aliorũ uultus inter ſe mutuo conijciunt oculos, Zorobabel ad ueritatis laudes fecit tranſitũ. Dixi, inquit, & declaraui quantũ mulieres polleãt, uerũ tamẽ nec hæ nec rex ueritati ullo modo cõferendus eſt. Nam cũ terra ſit maxima, cęlũ item immenſę altitudinis, & ſol celeritatis ineffabilis, cumq; hæc dei uolũtas gubernet ac moueat, q deus iuſtus eſt & uerax, conſequẽt ut ueritas ſit rerũ omniũ longe potentiſsima, cõtra quã iniuſtitia nihil omnino ualeat. præterea reliqua omnia quantumuis pollere uideant, mortalia ſunt, & celeres habent exitus, ueritas uero immortalis eſt atq; ſempiterna. Quin & ea quæ ab illis percipimus, nec mortalia ſunt, nec iniurię temporũ aut fortunę reciprocis uicibus obnoxia, ſed iuſta & legitima, ſecretaq; ab omni labe iniuſtitiæ. his dictis Zorobabel ſermoni finẽ impoſuit. Acclamante uero auditorio ꝙ dixiſſet optimè, & ꝙ ſola ueritas uim omnis ſenij uel mutatiõis expertẽ habeat, iuſsit eũ rex poſtulare aliqd ex his quæ paulo ante ultro fuerat pollicitus. Libẽter enim ſe conceſſurũ, ut uiro ſapienti, & qui prudentia uincat cæteros. quare poſthac, inquit, aſſeſſor meus eris, receptus inter cognatas mihi neceſsitudines. His auditis admonuit eũ uoti, quo ſe obligauerat ſi adipiſceret poteſtatẽ regiam: id aũt erat, denuo cõdere Hieroſolyma, & ibi dei templũ inſtaurare, ac deinde

ſacra

ſacra uaſa olim p Nabuchodonoſorũ inde ſublata, & Babylonẽ perlata, reſti
tuere. Hęc eſt, inquit, mea poſtulatio, quam nunc mihi permittis, ſapientẽ me
uirũ iudicans. Tum rex lætus aſſurgens excepit eũ oſculo, moxq; ſcripſit IIII
toparchis & ſatrapis, iubens eos deducere Zorobabelẽ, eosq; qui unà profe
cturi erant ad inſtituendam & abſoluendam templi fabricã. Mandauit etiam
per literas Phœnices ac Syriæ magiſtratibus ut materiem cedrinã in Libano
exciſam deportarent Hieroſolyma, & inſtaurantẽ eam urbem adiutarent: in
quib. literis hoc quoq; adſcriptũ erat, iubere & uelle regẽ liberos eſſe omnes
Iudæos quotquot ex captiuitate Hieroſolyma poſtliminio redierint. & pro-
curatores ſuos ac ſatrapas uetuit quicquã in regios uſus à Iudæis exigere: &
quantumcũq; agrorũ occupare ualeant, permiſit eos immunes à tributis co
lere. Idumæis etiã & Samaritis atq; Syriæ cauæ habitatoribus imperauit, ut
agros qui aliquando Iudęorũ iuris fuiſſent antiquis poſſeſſoribus redderẽt,
atq; inſuper L talenta in fabricã templi conferrent. ipſis autẽ iuxta patrias le-
ges ſacra facere permiſit, & quæ in hunc uſum eſſent neceſſaria, ſacrasq; ue-
ſtes in quib. pontifex & cæteri ſacerdotes rem diuinã faciunt, de ſuo præberi
uoluit, necnõ etiã organa quibus leuitæ ſacros hymnos accinũt. & cuſtodi-
bus urbis atq; tẽpli certas terræ portiones aſsignari iuſsit, ac in ſingulos an-
nos pro alimẽtis certã pecuniã. deniq; de remittẽdis ſacris uaſis, deq; Iudęo-
rum reſtitutione, confirmauit omnia quæ prius Cyrus decreuerat. Zorobа-
bel autẽ hanc gratiã à rege conſecutus, q̃ primũ egreſſus eſt regiã, ſuſpiciens
in cælũ gratias agit deo, q̃ coram rege inter concertatores uiſus ſit ſapien-
tior, confitens totũ hoc diuini eſſe beneficij: peractaq; gratiarũ actiõe, preca
tus ut & in poſterũ propitius eſſe pergeret, Babylonẽ profectus eſt, lætũ po-
pularibus ſuis nunciũ afferẽs. Quo audito primũ gratias egerũt deo pro red
dita ſibi patria: deinde ad epulas & cõpotationes uerſi, per huiuſmodi hilari
tates continuos ſeptẽ dies exegerũt, ob receptã patriam ceu natalitiam feſti-
uitatem denuo celebrantes. deinde duces Hieroſolymitanæ profectionis ex
ſua quemq; tribu elegerunt, cõparatis & iumentis quæ uxores ac liberos ue-
herent: deducentibusq; quos Darius ad hoc ipſum miſerat, genialiter uiam
emetiebantur hilares, perſonantibus omnia tibijs, & cymbalis perſtrepenti-
bus, proſequẽte per luſum ac lætitiam & reliqua Iudæorũ multitudine. nam
certus numerus è ſingulis cognationibus ſelectus proficiſcebatur: quas no-
minatim percenſere nõ libet, ne interrupta narrationis ſerie lectori tædium
afferã. hoc tantũ dicã cõpendio, fuiſſe pubertatẽ egreſſorũ quater mille mil-
lia, & ſexcẽta uiginti octo millia, dũtaxat ex tribu Iudæ & Beniamitica. Leui-
tarum enim ſequebant quatuor millia & ſeptuaginta. promiſcuæ uero mul-
titudinis puerorũ ac mulierũ numerus erat quadraginta millia DCCXLII. prę
terea Leuitici generis cantores aderant C X X V III. ianitores C X. ſacri ſerui
CCCXXII. ad hæc qui dicebãt ſe Iſraelitas, nec tamẽ poterãt aporobare genus
ſuũ, ſexcẽti quinquaginta duo. reiecti ſunt etiã ex ordine & honore ſacerdo-
tali quotquot duxerant uxores, quarũ genus nec ipſi indicare poterant, nec
in Leuiticis & ſacerdotalib. genealogijs inueniebãt. erãt aũt numero DXXV.
Sequebatur etiam ſeruitiorũ multitudo ſeptem millium CCCXXXVII. canto-
res etiam & cantatrices CCXLV. cameli CCCCXXXV. iumenta DXXV. Dux

autem

autem multitudinis quam modò recenſui, fuit Salathielis filius Zorobabel, ex tribu Iudæ & ſtirpe Dauidis natus, & cum eo Ieſus Ioſedeci pontificis filius, & Mardochæus ac Serebæus: hi duo tribulium ſuffragijs ad ducatũ electi, qui etiam contulerunt in ſumptus huius profectionis minas auri centũ, argẽti uero quinquies mille. atq; in hunc modũ ſacerdotes ac Leuitæ & pars quædam populi Iudæorũ, qui tum apud Babylonẽ erat, ad habitanda Hieroſolyma ſunt deducti. reliqua uero multitudo pauliſper diſcedentes proſecuta, domos quiſq; ſuas redijt. Septimo autẽ menſe poſtquam Babylonem exiuerant, Ieſus pontifex & Zorobabel princeps dimiſsis circum oppida nuncijs è tota regione populũ Hieroſolyma conuocauerunt, cupide ad mandatum eorum conuenientem: & ædificauerunt altare in quo prius fuerat loco, ad offerẽda deo ſacrificia iuxta leges per Moyſem traditas. Quæ dum faciũt, non æquis oculis aſpiciebantur à finitimis gentibus, quibus exoſi erant omnibus. Celebrauerunt autem etiam Scenopegiam per idem tẽpus, iuxta legiſlatoris præſcripta, & poſt hæc oblatiões & quotidiana ſacrificia, uictimasq; ſabbatorũ atq; omniũ ſanctarũ feſtiuitatũ. tum qui uota uouerant, reddebãt ea ſacrificantes à nouilunio menſis ſeptimi. Deinde templi ędificationẽ ſunt aggreſsi, expendentes multas pecunias in cæmentarios & fabros, & multum alimentorum in cibos eorũ qui conuehebant materiem. Hoc enim Sidonij facile ac libenter faciebant, trabes cedrinas de Libano deferentes, quib. mox in rates compactis, in Ioppenſem portum eas perducebant, ita ut primum à Cyro, & tum iterum à Dario iuſsi fuerant. Hæc fiebant anno à reditu Iudæorum ſecundo, menſe ſecundo, quando iactis templi fundamentis prima die Decembris cœperunt ſuperſtruere: prępoſuerũtq; operi curando Leuitarũ quotquot uigeſimũ annũ attigerant, & Ieſum cum filijs ac tribus fratribus, & Zolimielem Iudæ fratrẽ, Aminadabi filiũ, eiusq; filios: quib. ſumma cura & diligẽtia cõmiſſum negotiũ tractantibus, celerius opinione creſcebat templi ædificiũ. Id ubi factũ eſt, accedentes ſacerdotes ornatu ſuo cum tubis, & Leuitæ Aſaphiq; progenies, canebãt ſacros hymnos, in Dei laudẽ à Dauide quondã inſtitutos. Sacerdotes aũt & Leuitæ cognationumq; principes ętate prouectiores, qui & illud prius templũ uidere meminerant magnũ & opulentum, & hoc recens pro præſentium fortunarũ tenuitate deterius fieri animaduertebãt, reputantes quantũ ab illa priſca felicitate abeſſet, oborta inde mœſtitia temperare à lacrymis nõ poterant: uulgus aũt contentũ erat præſenti templo, ut quod nulla priorũ temporum cõparatione ſeipſum cruciabat, nec ullũ detrimentũ factum quibat animaduertere. contrà ſeniorũ ac ſacerdotũ multo deteriore cõditiõe res ſuas eſſe exiſtimantiũ gemitꝰ, uix concentu tubarũ obſcurari poterat. Samaritæ aũt inimici auditis tubis, & lætantium atq; dolentiũ promiſcuis uociferationibus, accurrerunt uolentes cauſam diſcere: & cognito ꝙ Iudæi è captiuitate Babylonia poſtliminio reuerſi templũ inſtaurarẽt, adeunt Zorobabelẽ ac Ieſum, principesq; cognationũ, poſtulantes ut eos admitterẽt ad templũ cõmuni ſumptu ædificandũ. Nam ſe quoq; aiebãt deũ colere, & eius gloriari nomine, religionisq; eius ſtudioſos fuiſſe iam inde ab illo tẽpore quo Salmanaſar Aſſyriorũ rex è Chuthia & Media gentẽ eã in loca illa trãſtulerat. Ad q̃ poſtulata illi de cõmuni ſentẽtia reſpon-

reſponderunt,ad ſimul ædificandũ admitti eos non poſſe, cum & prius Cyrus,& nunc Darius ipſos ædificare iuſſerint:licere tamẽ eis ibi adorare. idq; facere uetari eorũ neminem,ac ne cæterarũ quidem gentiũ quenquam,cum omnibus hominibus eò uenientibus templũ ad adorandũ pateat. His auditis Chuthæi,ſic enim nos Samaritas appellamus,indigne tulerunt:& inſtigauerunt Syriæ gentes, ut Satrapas rogarent quemadmodũ ſub Cyro primũ, ac mox ſub Cambyſe, ut templi ædificationẽ impedirent, Iudæorũq; conatus & diligentẽ circa hoc opus operã quoad liceret de induſtria remorarentur.Per idem tẽpus aſcendit Hieroſolyma Siſines Syriæ ac Phœnices præfectus, & Sarabazanes cum quibuſdã alijs, rogaueruntq; Iudæorũ principes, cuius permiſſu templũ ſic ædificarẽt,ut arx potius quàm fanũ exiſtimari poſſit:& cur tam firmis mœnibus & porticibus urbẽ cinxiſſent. Reſponderunt Zorobabel & Ieſus, ſeruos ſe eſſe dei maximi, cui templũ hoc exſtructum à quodã eius gentis rege fortunatiſsimo & in omni uirtute excellẽtiſsimo per multas ætates incolume ſteterit.Deinde ob maiorũ ſuorum impietatẽ p Nabuchodonoſorũ Babyloniorũ & Chaldæorũ regem expugnata & deleta urbe,tẽploq; ſpoliato ac incẽſo, & populo in captiuitatẽ Babylonicã abducto, Cyrũ qui Perſidis & Babyloniæ regno potitus ſit, regio diplomate mãdaſſe tẽpli inſtaurationẽ, & donaria uaſaq; per Nabuchodonoſorũ ſublata tradidiſſe Zorobabeli & Mithridati ærarij ſui præfecto, ut ea deportarẽt Hieroſolyma,rurſumq; in templũ inſtauratũ reponerent.eiuſdem enim regis mandato Abaſſarũ miſſum ad eã urbẽ, ut daret operã ut id templũ primo quoq; tẽpore abſolueret. eum acceptis regijs literis cõfeſtim ueniſſe, & fundamẽta iecisſe. atq; ex eo tempore nunq̃ inimicas gentes interturbare ædificationẽ, atq; impedire deſtitiſſe. Quare ſi illis ita uideretur,ſcriberent Dario,ut inſpectis regijs cõmentarijs manifeſtũ fiat uera ipſos omnia dicere. His auditis Siſines & alij cum eo,noluerunt ædificationẽ inhibere inconſulto Dario, ſed confeſtim ei de hac re ſcripſerunt. Iudæis autem ſolicitis & metuentibus ne regem pœniteat iuſsiſſe reparari Hieroſolyma,duo prophetæ qui tum erant in populo,Aggæus & Zacharias,bono animo eos eſſe iubebant,nec à Perſis quicquã timere: quandoquidẽ ipſi cõpertam haberent ſuper hac re dei uoluntatem:quibus credens populus aſsiduus erat in opere, nulla die id intermittens.Cumq; Samaritæ Dario ſcripſiſſent, accuſantes Iudæos quòd urbẽ muniant,templumq; arci quàm fano ſimilius exſtruant: aſſeuerantes nõ eſſe hoc in rem regis,& oſtendentes Cambyſis epiſtolã, per quam eam ædificationẽ impediuerat & uetuerat,ratus nõ eſſe rebus ſuis tutã aut utilem: poſtq̃ etiã Siſinis & collegarũ de eodem negocio literas accepit,iuſsit regios cõmentarios ſuper hac re cõſuli: & inuentus eſt apud Ecbatana caſtrũ Mediæ liber,in quo hæc ſcripta continebantur. Anno primo regni ſui Cyrus rex decreuit, ut templũ dei cum altari Hieroſolymis ædificaretur altitudine cubitorum LX, & totidem latitudine,quod haberet ordines è lapidibus politis tres,& ligneũ unũ è materie quã fert ea regio:& ſumptus in hoc ex ærario regis præberentẽ.Sed & uaſa templi quæ Nabuchodonoſorus ſuſtulerat, reddantur & reportentẽ Hieroſolyma. Vtq; cura eius negotij ſit penes Abaſſarem Syriæ ac Phœnices præfectũ eiusq; collegas, q abſtinerent quidem ipſi

ab eis

ab eis locis,ſeruos uero dei Iudæos & eorũ principes ſinerent templũ ſtruere: ipſi uero adiutarent eos in hoc opere de tributis ſuæ prouinciæ,& ad ſacrificia quoq; ſuppeditarẽt,tauros,arietes,agnos, hædos, ſimilã,oleũ,uinũ, & cætera quæ ſacerdotes poſtulauerint, qui deprecaturi ſint deũ pro ſalute regis atq; Perſarũ. Quicunq; aũt contra mandatũ hoc facere auſus fuerit,is ut cõprehenſus in crucẽ agatur,& facultates eius fiſco addicant. inibi etiam addita erat execratio, ut quicunq; eius templi ædificationẽ uetare uoluerit, deus eũ feriat,atq; hoc modo iniquitatẽ eius cohibeat. Hæc cũ Darius in Cyri cõmentarijs inueniſſet,reſcripſit Siſini & collegis eius hoc modo. Rex Darius Siſini magiſtro equitũ & Sarabazani cæterisq; magiſtratibus S. Mitto ad uos exemplar epiſtolæ Cyri, quã in ipſius cõmentarijs inueni: uoloq; ut omnia fiant,quemadmodũ in ea continent. Valete. Ergo cognita ex his literis uoluntate regis, Siſines & reliqui decreuerũt eam per omnia ſequi. itaq; ſuſcepta cura ſacræ fabricæ,adiuuabant Iudæos magiſtratusq; illorũ & principes, & magnis omniũ ſtudijs proficiebat templi ædificatio iuxta mandata Cyri & Darij,prophetantibus interim Aggæo & Zacharia:abſolutumq; eſt intra ſeptenniũ. Anno aũt regni Darij nono,uigeſimatertia die mẽſis undecimi,qui noſtris dicit Adar,Macedonibus Dyſtrus,ſacerdotes ac Leuitæ cũ reliqua Iſraelitarũ multitudine obtulerũt ſacrificia pro renouata poſt captiuitatem priſtina felicitate proq; recepto nouo tẽplo,tauros centũ, arietes ducentos,agnos CCCC, hircos XII. pro peccatis totidẽ tribuũ: conſtitueruntq; Leuitæ iuxta Moyſis leges ex ordine ſuo ianitores per ſingulas portas. ædificauerant enim Iudæi porticus quoq; quibus templũ circũquaq; includebat. Inſtante deinde azymorũ feſto,menſe primo,qui Macedonib. eſt Xanthicus nobis uero Niſan, confluxit totus populus ex oppidis in urbem: celebrauerunt q; id feſtũ caſti ac puri unà cũ coniugibus ac liberis ritu patrio, & uictimam paſchalem immolãtes decimaquarta luna epulati ſunt p continuos dies ſeptem,nullis ſumptib. parcentes,holocautoma etiam offerentes,& agentes gratias deo, q eos tandem antiquæ patriæ & eius legib. ac ritibus reſtituerit, deflexo ad benignitatem ac clementiã regis Perſici animo. atq; ita ſumma liberalitate in re diuina uſi incoluerũ Hieroſolyma,inſtituta ea reip. forma, q̃ per optimates adminiſtrat. penes põtifices em̃ fuit ſumma autoritas, donec Aſamonæorũ gens mutato rerũ ſtatu regnũ obtinuit. ante captiuitatem em̃ iam inde à Sauli & Dauidis temporib. egerũt ſub regibus p annos DXXXII. menſes ſex, dies decem. & ante hos æque monarchæ res adminiſtrauerũt appellati Iudices,qui reipub. ſtatus plus q̃ quingentis annis durauit poſt Moyſis & Ieſu imperiũ. Hoc igitur modo habebant ſe Iudæi in patriam reſtituti ſub Cyro & Dario regibus. Samaritæ aũt,infenſa gens & inuida,multis moleſtijs eos afficiebãt, freti opibus,& affectãtes cognati Perſarũ uideri, quod inde eſſent oriundi. nam quæ iuſsi erant,ex tributis in ſacrificia conferre grauabantur,magiſtris equitũ interim conniuentibus: & quacunq; in re uel per ſe uel per alios poterant noſtrã gentem lędere,nullã occaſionem prętermittebãt. Viſum eſt itaq; ſenatui populoq; Hieroſolymitano legationem ad regem Dariũ mittere,& Samaritas accuſare: cuius legationis caput fuit Zorobabel,aſſumptis alijs quatuor collegis. Cæterũ rex cognitis criminibus quæ

per

per legatos Samaritis obijciebant, dedit eis literas perferendas ad magiſtros equitum eius prouinciæ, & ad ſenatum Samaritanum, in quibus hæc continebantur. Rex Darius Tangaræ & Sambabæ magiſtris equitũ apud Samariam, & Sadracæ ac Bobeloni reliquisq; eorum conſeruis. Zorobabel, Ananias, & Mardochæus Iudæorũ legati accuſauerũt uos, q̃ moleſti fueritis templum ædificantibus, quodq; non præbeatis impẽſas in ſacrificia, quas me iubente præbere illis debueratis. Volò igitur ut lecta hac epiſtola præbeatis eis ex regio ærario in quo tributa Samariæ ſeruantur, quicquid ſacrificiorum uſus poſtulat, ut non deſinentes quotidie ſacrificare tam pro me quàm pro Perſarum gente deprecentur.

Xerxis Darij filij in Iudæorum gentem beneficia. Cap. V

DEfuncto aũt Dario ſucceſsit Xerxes filius, ſicut regni ita & pietatis paternæ hæres. nihil enim ex patris inſtitutis circa diuinũ cultum mutauit, & Iudæos ſumma beneuolẽtia proſecutus eſt. Hoc regnante põtifex erat Ioacimus Ieſu filius: apud Babylonem uero degentiũ Iudæorũ primarius ſacerdos erat Eſdras, uir iuſtus, & de quo optimus rumor fuit apud populũ. is cum eſſet legũ Moſaicarũ peritiſsimus, in regis amicitiam peruenit. & cum decreuiſſet proficiſci Hieroſolyma, ſecumq; aliquos è Babylonijs Iudæis ducere, petijt à rege cõmendatitias ad Syriæ ſatrapas literas, quas & impetrauit hoc modo ſcriptas. Rex regũ Xerxes Eſdrę ſacerdoti, & lectori legis dei, S. Decretũ eſt à me & ſeptẽ meis cõſiliarijs, ut quicunq; in regno meo de Iſraelitis & ſacerdotibus eorũ ac leuitis uoluerit tecũ Hieroſolyma petere, per meam benignitatẽ hoc ei liceat facere, & inuiſere Iudæam iuxta dei legẽ: utq; Iſraelitarũ deo dona perferatis, quæ ego & amici uouimus. præterea facio tibi poteſtatẽ auferendi omne aurũ & argentum quantumcũq; populus tuus per totam Babyloniam degens offerre uoluerit, quo emantur uictimæ ſuper altare dei ueſtri immolandæ: & fabricãdi ex auro ac argẽto uaſa quæcunq; tu & fratres tui uolueritis. Sacra quoq; uaſa quæ tibi dantur, deo tuo dedicabis: & ſi quid aliud in hũc uſum opus fuerit, pro tua prudentia fieri curabis, & de noſtro fiſco eos ſumptus facies. quin & præfectis ærarij apud Syriã & Phœnicen te cõmendaui, ſcribens eis ut quicquid Eſdras ſacerdos & lector legis dei petierit, ſine mora dent. Et ut deus propitius ſit mihi & meis liberis, uolo uſq; centũ coros tritici deo ſecũdum legẽ dari. Vobis quoq; magiſtratib. præcipio, ut à nemine ſacerdotũ, leuitarum, ſacrorũ cantorũ, ianitorũ, ſacrorũ ſeruorũ quicquã exigatis, né ue ulla onera eis imponatis. Tu uerò Eſdra iuxta cõceſſam tibi diuinitus ſapiẽtiam cõſtitue iudices, qui p̃ Syriã ac Phœnicen iura reddant populo legem tuam ſcienti: quin & neſcientes doce libere, ut quiſquis legẽ dei uel legẽ regiã uiolauerit, mulctetur pecunijs, aut etiã damnetur capite, utpote qui nõ per ignorantiam, ſed per contumaciã peccauerit. Vale. His literis acceptis Eſdras gauiſus adorauit deũ, & gratias egit, illi benignitatẽ regiam acceptã referendã, & illũ maxime dignũ cui gratiæ agant exiſtimãs. Aduocata deinde Iudæorũ cõcione qui apud Babylonẽ degebant, & perlecta epiſtola, ipſam quidẽ retinuit: exẽplar uerò eius in Mediã ad omnes ſuæ gẽtis homines tranſmiſit. qui cognita regis erga deũ pietate, & erga Eſdrã beneuolẽtia, omnes uehemẽter

V 1. Eſd. 7

ſunt lætati: multi uero ex eis aſſumptis ſuis facultatibus Babylonẽ uenerunt, cupientes reuerti Hieroſolyma. reliqua Iſraelitarũ multitudo aſſuetum iam domiciliũ noluit relinquere. quapropter duæ tantũ tribus per Aſiam & Europam ſub Romano degunt imperio: decẽ autẽ tribus nunc quoq; ultra Euphratẽ ſunt, infinita hominũ millia, quæ uix eſt numero cõprehendere. Cęterùm ad Eſdram magna multitudo cõuenit tam ſacerdotũ & leuitarũ, q̃ianitorum ſacrorũq; uel cantorũ uel miniſtrorũ. Ille uero omnes qui ex captiuitate in patriã reuerti uolebãt ad Euphratẽ cõgregauit: ubi peracto triduano ieiunio, uotisq; ꝓ incolumitate & felici itinere cõceptis (recuſauerat em̃ deductores equites, dicẽs deo ſalutẽ ſuorũ curæ futurã) iter ingreſsi die duodecima primi menſis anno regni Xerxis ſeptimo, peruenerũt Hieroſolyma eiuſdẽ anni mẽſe quinto. & cõtinuo ſacerdotib. gazophylacij cuſtodibus Eſdras ſacrã pecuniã tradidit, argenti talẽta ſexcẽta quinquaginta. uaſa argẽtea talentorũ centũ, uaſa aurea talentorũ uiginti, uaſa ærea auro meliora pondo talentorũ XII. Hęc enim erant dona regis eiusq; amicorũ, & Iſraelitarũ Babylone manentiũ. quo facto obtulit deo ſecundũ legem holocautoma, tauros XII. pro cõmuni ſalute populi, arietes & agnos LXXII. hircos ꝓ peccatis XII. procuratorib. etiã regijs, & præfectis Phœnices ac Syriæ ſcriptas à rege reddidit epiſtolas: qui cum eis nõ parere nõ poſſent, omni honore gentẽ noſtrã proſecuti ſunt, & in omnibus neceſsitatib. eis fuerũt auxilio. Et conſiliũ quidem huius migrationis ab Eſdra profectũ eſt, ſucceſſum aũt felicẽ deus addidit, ut equidẽ reor, uiri huius uirtutẽ ac pietatẽ reſpiciens. Aliquanto deinde poſt cõperit quorundã indicio, ꝙ quidã è uulgo ſacerdotũ & Leuitarũ parũ ſeruauerint inſtituta & leges patrias, & ductis alienigenis uxoribus ordinem ſacerdotalẽ confuderint: rogatusq; ab eis ut ferret auxilium legibus, ne deus propter paucos iratus omnes denuo cõmuni clade feriat, ſcidit ueſtẽ prę triſtitia, uellens capillos & barbã, & humi ſe proſternens, eo ꝙ primores populi deprehẽſi eſſent in tali crimine: & cogitãs nõ eſſe audituros, ſi iuberet eos uxores cũ liberis eijcere, nolebat ſe à terra attollere. Itaq; cõcurrerunt ad eũ quotquot erãt bonę mẽtis, & unà flebãt addẽtes ſe ſocios eius triſtitię. Eſdras aũt ſublatis ad cælũ manibus: Me quidẽ, inquit, pudet ad cælũ oculos attollere, dum cogito ꝙ populus ne maiorũ quidẽ ſuorũ cladibus admonitus à peccando abſtinet: tu tñ clemẽtiſsime deus noſtri miſertus ſeminariũ aliquod & reliquias ſuperſtites cõſerua, quas Hieroſolyma in antiquã patriã reducere dignatus es: & da ueniã præſentis errati, mortẽ quidẽ cõmeritis, uerũ tamen in tua bonitate ſperãtibus. Dum ita pius ſacerdos lacrymaẽ cum eo cœtu qui ad eũ conuenerat mixtus ex uiris & mulierib. atq; pueris, acceſsit eò quidam primarius Hieroſolymita nomine Achonius, cõfitens ſe peccaſſe q alienigenas uxores duxerint: ſuaſitq; ei ut omnes adiuuaret, ut uxores cũ nata ex illis prole abijcerẽt: & ſi qs legi parere nollet in eũ animaduerteret. q ſecutus uiri conſiliũ, exegit ſuper hac re iuſiurandũ à principib. Leuitarũ & ſacerdotũ & tribuũ Iſraeliticarũ. quo facto exiuit templũ & cõtulit ſe in domiciliũ Ioãnis & Eliaſibi, ibiq; totã eam diẽ ieiunus præ mœrore exegit. Propoſito deinde edicto ut oẽs è captiuitate reuerſi intra biduũ aut triduũ Hieroſolyma cõuenirẽt, & quiſquis per contemptũ nõ adfuerit intra præſcriptũ tempus, ut excommu-

cõmunicetur, bonaq; eius ſacro ęrario addicantur, intra triduũ conuenerũt utriuſq; tribus homines, uigeſima die noni mẽſis, quẽ Hebręi thebethũ, Macedones Appellęũ nominant. cũq; conſediſſent in ſuperiore parte tẽpli, præſentibus etiã ſenioribus, & frigus propter anni tempus eſſet moleſtũ, ſurgẽs Eſdras accuſauit eos qui contra leges duxiſſent uxores alienigenas. nũc ſi uelint rem deo gratam & ſibimetipſis utilẽ facere, ablegandas eſſe uxores eiuſmodi. acclamatũ eſt facturos id omnes æquo animo, ſed eſſe earũ non paruũ numerũ, et tempus eſſe hibernũ, nec poſſe rem eam intra unã aut alterã diem perfici. itaq; opus eſſe ut negociũ hoc differatur aliquantiſper, & tum demũ principes aliquot q̃ ſint alieni ab hac culpa, cũ ſelectis undecũq; ſenioribus inquiſitionẽ faciant eorũ qui contra legis præſcriptũ uxores duxerint. conſenſerunt omnes in eam ſententiã, & prima die menſis decimi cœpta inquiſitione, quæ durauit uſq; primã diem mẽſis ſequentis, inuenerũt multos tã ex Ieſu pontificis cognatione q̃ ex cęteris ſacerdotibus ac Leuitis & alijs Iſraelitis, qui & uxores et natos ex eis liberos ſine mora abiecerũt, pluris facientes legum obſeruantiã, quàm naturales affectus quantũuis uiolentos: moxq; ad placandum deũ arietes immolauerunt. quorũ nomina recenſere non eſt neceſſe. atq; ita Eſdras hoc erratum circa cõnubia correxit, & malã in hoc conſuetudinẽ emendauit, ut in poſterũ hęc reformatio ſtabilis ac firma permaneat. Septimo aũt menſe dum ſcenopegiæ feſtum celebratur, & fermè totus populus conuenit, accedentes ad patentẽ templi partẽ quæ orientalem portam ſpectat, rogauerunt Eſdrã ut eis legẽ Moyſis legeret: quod & fecit, ſtans in medio multitudinis, à mane uſq; meridiẽ. ex qua lectione nõ ſolum in præſens & futurũ diſcebant quid eſſet iuſtum, ſed etiam præteritorum memoriam retractantes lachrymabãtur, ſic cogitantes, quòd nullas calamitates fuiſſent perpeſsi, ſi præſcripta legis diligẽter obſeruaſſent. Eſdras aũt uidens eos ad hunc modum affectos, iuſsit ut domũ abirent: eſſe enim feſtũ, nec licere ea die flere. quin potius hortabat ut ad epulas uerſi, ita ut feſto die decet, hilariter agerent: & hac anteactorũ pœnitentia in futurum ſe munirent, ne in ſimiles caſus incurrerent. at illi ſequentes eius monita cœperunt re uera feſtũ agere, quod cũ per octo dies feciſſent, digreſsi ſunt in proprias patrias, magnam gratiam Eſdræ habentes ob reformatam rempublicam: quo factũ eſt ut poſt cõparatam ſibi apud populum egregiã gloriam ſenex uita defunctus apud Hieroſolyma ſit magnifice ſepultus. Quo tempore cũ etiam Ioacimus põtifex eſſet mortuus, filius eius Eliaſimus in ſacerdotiũ ei ſucceſsit. Cęterũ quidã ex captiuis Iudęis, pincerna regis Xerxis, Neemias nomine, deambulans ante primariam Perſarum urbẽ Suſa, cũ hoſpites quoſdam poſt lõgum iter exactum in urbẽ aduentãtes Hebraice inter ſe cõfabulari animaduertiſſet, accedens ad eos rogabat undenã uenirẽt. et audito quòd è Iudęa, rurſum ſcitatus eſt quõ ſe haberet ille populus & caput eorũ Hieroſolyma. Quibus male ſe habere dicẽtibus, quòd eius mœnia diruta eſſent, & circũuicinę gentes multa mala Iudæis inferrẽt, die nocteq; agros excurſionib⁹ ac rapinis populantes, & multos ex ea regione atq; adeò ex urbe ipſa captiuos abducẽtes, ita ut paſsim per uias reperiãtur cadauera: fleuit Neemias motus populariũ ſuorum miſerijs: & ſublatis oculis ad cęlũ, Quouſq;, inquit, patieris domine

1. Eſd. 10

2. Eſd. 1

gentem noſtrã tantis malis opprimi,ut ſimus præda omniũ? cũctante uero illo apud portam & ob hæc lamentante,accedens quidã nunciauit ei,regem iam accubitũ ire.ille confeſtim ita ut erat nõ abluta facie ad miniſterij ſui fun
2.Eſd.2 ctionem properat.Rex uero poſt cœnã iam hilarior, uidens Neemiam ſubtriſtem,rogabat quid eſſet in cauſa.tum ille deũ prius precatus ut ſuadæ gratiam prius uerbis ſuis adderet: Quî poſſum,inquit,rex aliũ uultũ ſumere,aut mœrorẽ è corde ponere,quando audio patriæ meæ Hieroſolymorũ,in qua exſtant ſepulchra maiorum meorũ ac monumenta,& portas incenſas eſſe & diſiecta mœnia? Sed oro hanc unam gratiam mihi concede, permitte mihi ut profectus illò muros eius exſtruam, & quod deeſt ad fabricã templi ſuppleam. At rex petitiõi eius annuit, ſimulq; literas ad ſatrapas cõmendatitias, ut & honorẽ ei haberent,& præberent quicquid cuperet.quare deſine,inqt triſtari,& poſthac libens nobis miniſtra. Ibi Neemias adorato deo,actisque regi p tam ampla pollicitatione gratijs,abſterſo à uultu omni mœrore,frontem exporrexit p lætitia.Sequẽti uero die accitus,accepit literas regias, quas Sadæo Syriæ,Phœnices,ac Samariæ præfecto redderet:in quibus mandabatur de honore Neemiæ habendo, & de præbendis ei quibus ad ædificandũ opus ſit:cũ igitur Babylonẽ ueniſſet,& multos à popularibus ultro ſe adiungentes comites aſſumpſiſſet, tandẽ peruenit Hieroſolyma,anno regni Xerxis uigeſimoquinto:& oſtendens prius ſuis literas Sadæo magiſtro equitum collegisq; eius reddidit. conuocato deinde Hieroſolyma uniuerſo populo, ſtans in medio tẽpli ſic eos eſt allocutus. Viri Iudæi ſcitis p Deus opt.max. memor maiorũ noſtrorũ Abrahami Iſaaci & Iacobi eorumq; pietatis,qua illos quondã,eadẽ nos quoq; prouidẽtia dignatur: & ecce illius fauore nunc apud regẽ obtinui, ut mihi permitteret mœnia reſtituere, & quod ſupereſt ad abſoluendũ templum perficere. Quamobrẽ nunc ita faciendũ cenſeo,ut quoniã non ignoratis q̃ infenſas habeamus gentes uicinas,& quòd cognita ueſtra in ædificando diligẽtia,nihil nõ molientur quo ueſtros conatus quantum in ſe erit impediant,primũ forti animo ſitis, & omnẽ fiduciam collocetis in deo qui facile reſiſtet illorũ importunis inimicitijs: deinde nec die nec noctu operis ſtructurã intermittatis,ſed omni cura id opus cõtinuetis,quandoquidẽ nunc maxime tempeſtiuũ eſt hoc facere. Hæc locutus cõtinuo iuſſit magiſtratus dimetiri mœnia,& operas partiri in populũ, attributo certo modo in ſingulos uicos & oppida: pollicitusq; ſe quoq; cũ domeſticis uelle adiutare impigre,concionem dimiſit.Iudæi uero eius autoritate permoti ad opus ſe expediebãt:quę appellatio tum primũ illis & regioni eſt indita,quando à Babylonia ſunt reuerſi, quia Iudæ tribus iam olim ea loca occupauerat.
2.Eſd.4.6 Eius rei fama ubi ad Ammanitas ac Moabitas Samaritasq; & Syrię Cauæ incolas perlata eſt,iniquiſsime tulerunt, nec unquã ceſſauerunt inſidiari & conatus ipſorũ impedire:interceptisq; multis Iudæis,tentauerunt ipſum Neemiam p conductitios ſicarios tollere.crebros etiã terrores eis incutiebãt,rumores ſpargẽtes quaſi magni diuerſarũ gentiũ exercitus eos eſſent inuaſuri, ita ut parũ abfuerit quin hoc metu ab incepto opere deſiſterẽt. Neemiã uero nihil horũ ab inſtituto deterrere potuit,ſed ſtipatus aliquot ſatellitibus intrepidus pergebat,p nimio ſtudio nullũ laborẽ ſentiens.eam aũt ſalutis proprię

curam

curam non ideo habuit,quòd mortẽ timeret, ſed quia certo ſciebat ſe extincto ciues ſuos nõ reparaturos mœnia.iuſsitq; in poſterũ ędificatores accinctos opus facere. & cæmentarius quidẽ non ſine gladio erat, ſimiliterq; qui materiam ei ſuggerebat: ſcuta uero nõ longe inde in promptu eſſe uoluit, & tubicines interuallo quingentorũ paſſuum,ut ſi cubi ſe hoſtes aperuiſſent,ſigna canerẽt,ut populus arreptis armis reſiſteret,nẽ ue inermis ab hoſte poſſet opprimi.ipſe uero noctu circumquaq; urbẽ obibat,nunq; defeſſus aut opere aut duritia uictus & excubijs,nec cibo nec ſomno utens niſi quantũ poſtularet neceſsitas:atq; ad hunc modũ perdurauit duob.annis & tribus menſibus.tantum enim tẽporis elapſum eſt donec abſoluerent mœnia,uigeſimo octauo regni Xerxis anno,menſe nono.Permunita deinde urbe Neemias & populus deo ſacrificauerunt,& octo dies in epulis tranſegerunt.quæ res ubi Syriæ gentibus eſt audita,graues indignatiões in eis cõmouit.Neemias autẽ uidens nõ ſatis magnã in urbe populi frequentiã, perſuaſit circũquaq; uicinis ſacerdotib.& Leuitis ut migrarent in urbẽ inibi habitaturi, exſtructis eis de ſuo domicilijs:& agricolarũ plebẽ decimas in urbẽ cõferre iuſsit, ut eſſet unde ſacerdotes ac Leuitæ uiuerẽt,nec auocarentur à diuino cultu ac cæremonijs:quod quidẽ illi perlibẽter fecerunt: & hoc pacto factũ eſt ut urbs magis frequentaretur in poſterũ.Poſt hæc & alia multa honeſta & laude digna opera Neemias iam ſenex defunctus eſt,uir ad uirtutem & iuſtitiam natus,& in populares ſuos beneficentiſsimus, relicto ſempiterno ſui momento in Hieroſolymitanis mœnibus.atq; hæc ſunt quæ Xerxe regnante geſta ſunt.

Quomodo Artaxerxe regnante parum abfuit quin tota Iudæorum gens Amani dolo exstingueretur. Cap. VI

IO mortuo regnũ ad filiũ eius Cyrũ,quem Græci Artaxerxen nominant,peruenit,quo apud Perſas regnante in maximũ periculũ genus Iudæorũ adductũ eſt,ne cum uxorib.ac liberis deleret,ob cauſam quã paulo pòſt referemus: prius em quædã de ipſo rege dicenda ſunt,quî factũ ſit ut uxorẽ duceret Iudæam fœminã ex regio genere natam, quam etiam noſtræ gentis ſeruatricẽ fuiſſe ferũt. Artaxerxes em poſt ſuſceptũ imperiũ, & cõſtitutos ab India uſq; Aethiopiam CXXVII ſatrapas, anno regni tertio amicos & duces gentiũ Suſis accepit epulo ſumptuoſiſsimo ut decebat regẽ opulentũ magnificos centũ octuaginta dierũ apparatus oſtentantẽ: cui plurimæ gentes,& earũ legati,per cõtinuos ſeptẽ dies interfuerunt.id erat inſtructũ in hunc modũ.Tabernaculũ fixit ſuſſultũ aureis & argenteis columellis,prætextũ telis linteis & purpureis,multorũ millium capax.in eo miniſtrabatur aureis & gemmeis poculis, ad delectationẽ ſimul & miraculũ factis.Mandauit etiã miniſtris,ne quẽ more Perſarũ ad bibendũ cogerent,ſed arbitratu ſuo quenq; appoſitis frui ſinerẽt. dimiſsis etiam per totam ditionẽ nũcijs edixit ut feriati ab operibus feſtũ pro incolumitate regni diebus aliquot agerẽt.Regina quoq; Vaſte pari modo mulierũ in regia celebrauit conuiuiũ:quam rex oſtẽdere cõuiuis cupiẽs ad ſe accerſiuit,pulchritudine omnes mulieres ſuperantem.illa uero uolẽs Perſarũ leges ſeruare, quæ uxores uetant ab alijs præter domeſticos cõſpici,nõ iuit ad regẽ:& cũ nõ ſemel ad eam eunuchos ea de cauſa miſiſſet, nihilominus in negãdo fuit perui VI Eſth.1

cax.qua obſtinatione mulieris offenſus rex, dimiſſo cõuiuio ſeptemuiros illos,penes quos apud Perſas legũ eſt interpretatio,cõuocat: & apud eos uxorem contumacię ream peragit,quòd toties uocata ab ipſo in conuiuium,ne ſemel quidẽ paruiſſet:iubetq;,quid ſit iuris,proferre ſentẽtiam.Quorũ unus Muchæus cum pro ſentẽtia diceret, nõ ipſi ſoli factam iniuriã, uerumetiam Perſis omnibus,quibus periculũ inſtet ne deſpecti ab uxoribus inhoneſtam uitam degant in poſterũ:quando nulla poſthac maritorũ futura ſit reuerentia,dum cæteræ exemplũ à reginæ ſuperbia ſumũt, nihil ueritæ cõtra omnipotentem regẽ contumaciter agere: ſuaderetq; tam contumacẽ erga ipſum multari grauiſsimè,idq; decretũ per omnes gẽtes promulgari:uiſum eſt repudiari Vaſten & honorem transferri in aliam mulierẽ. Rex uerò qui uehementer eam amabat,nec diſiungi ab ea ferebat,nec tamẽ retinere propter le-
Eſth.2 gem poterat,mœrens q; uoluntati ſuæ non liceret ſatisfacere. Qua in anxietate uidentes eum amici,conſulunt ut inutilem mulieris amorẽ ex animo eijciat,& facta per totum orbem formoſarũ uirginum perquiſitione, quã alijs prætulerit optet ſibi coniugem.noua enim inducta prioris aboleri poſſe deſideriũ,& eius recenti conſuetudine amorem paulatim diſtractum in totum poſſe euaneſcere.Probauit rex conſiliũ, moxq; mandauit certis hominib.ut forma celebres uirgines ex toto regno ſelectas ad eum adducerẽt.id mandatum illis diligenter exſequẽtibus inuẽta eſt Babylone Eſther puella utroq; parente orbata,quæ apud patruũ Mardochæum educabat,is erat tribus Beniamiticæ,unus ex Iudæorũ primatibus.hæc puella præ cæteris omnib.excellebat pulchritudine,& gratijs uultus in ſe oculos conuertebat. itaq; uni eunuchorum cõmendata,tractata eſt apud eũ delicatiſsime, odoramẽtis atq; unguentis precioſiſsimis quib.principes fœminę corpus curare ſolẽt,quotidie delibuta.atq; hac tractatione per ſex menſes uſæ ſunt quadringentę numero uirgines.quando uero ſatis iam curatas exiſtimabat,& regis lecto tẽpeſtiuas, unam ſingulis diebus mittebat ad eum qui poſt cõplexus eam ad eundem eunuchũ remittebat. Perducta uero Eſthere delectatus eius conſuetudine, & amore correptus,legitimã coniugem eam ſibi adiunxit,nuptiasq; celebrauit anno regni ſui ſeptimo,menſe XII,qui Ader dicitur:dimiſitq; quos angaros uocant,per omnes gentes nuptiale feſtũ eis indicens.Ipſe uero Perſas & Medos,& primates aliarum gentiũ accepit conuiuio nuptiali per menſem integrum:& ingreſſæ regiam uxori diadema impoſuit:atq; ita cũ ea cõuixit,nunquam interrogata quó nam eſſet nata genere. patruus uero eius & ipſe Babylone Suſa migrauit,ibiq; degens obuerſabat quotidie circa regiam, ſciſcitãs de puella quomodo ſe habeat. diligebat enim eam haud ſecus quàm propriã filiam. Rex aũt legem tulit,ut nemo è domeſticis, inuocatus eum accederet, tantiſper dum ſederet in regio ſolio: adhibitis in hoc etiã lictoribus cũ ſecuribus,ut ſi quis cõtrà faceret,plecteretur capite. rex interim uirgam tenebat auream,quã quoties aliquẽ ex inuocatis uenientibus ſeruare uellet, porrigebat ad eum: isq; uirgæ cõtactu eximebatur periculo. Et de his quidem hactenus dixiſſe ſufficit. Aliquanto deinde poſt cum Bagathous & Theodeſtes eunuchi conſpiraſſent contra regẽ,Barnabazus alterius ſeruus genere Iudęus, deprehẽſas inſidias patruo reginę indicat.at Mardochęus per ipſam regi inſidiatores

ſidiatores prodidit.rex uero territus,ueritatem per quæſtiones inuenit: & illis in crucem ſuffixis, Mardochæo tunc quidem pro ſalute ſua quam ei debebat præmij nihil perſoluit, tantū nomē eius in cōmentarios ſuos referri iuſſit & annotari,ipſum uero uerſari in regia,receptū inter amicos regis neceſſarios. In eam regiam quoties Aman filius Amadathis genere Amalecita ad Eſth.3
regem ueniebat,adorabant eū omnes tam Perſæ q̄ exteri,idq; ipſius Artaxerxis iuſſu. Mardochæo uero propter patriam inſtitutionē non adorante hominem,ille cum hoc obſeruaſſet,percontatus eſt cuias eſſet. & audito eſſe Iudæum,iratus exclamauit,rem indignam, cum ingenui Perſæ adorarēt eum, ſeruū iſtum dedignari idem facere:uolensq; pœnas de Mardochęo ſumere, parū putauit ipſum ad ſuppliciū depoſcere,niſi gentē eius uniuerſam perderet,q̄ eſſet natura Iudæis infeſtus:quandoquidē Amalecitarū gens,ex qua ipſe erat,à Iudæis uictoribus extincta fuerat.Igit̄ adito rege orſus eſt accuſationem,eſſe gentē quandam malā,ſparſam per uniuerſum ipſius regnū,inſociabilem,abhorrentē à cæteris hominibus, diuerſis ceremonijs & legibus utentem,infenſam & moribus & ſtudijs reliquorū populorū, & totius mortaliū generis.Hanc gentē,inquit,ſi uis ſubditis tuis gratū facere, exſtirpabis funditus,nemine uel captiuo uel ſeruo ſuperſtite relicto. & ne q̄d inde tuis tributis decedat,de meis bonis promitto tibi XL talentorū argenti millia, libenter tanta pecunia cariturus, modo regnū tuum repurgetur ab iſta hominū colluuie.Hæc Amano poſcente, rex & argentū illud ei ſe remittere dixit, & homines eos cōcedere,ut de illis ipſe arbitratu ſuo ſtatueret.Aman aūt uoto potitus,cōfeſtim edictū nomine regis p̄ omnes nationes euulgat in hanc ſententiam. Rex magnus Artaxerxes CXXXII ſatrapis qui Indiam inter & Aethiopiam prouincijs pręſunt,hæc ſcribit. Conſecutus imperiū tot gentium,& orbis q̄ late uolui dominio potitus, cum nihil ſuperbū aut ſæuū in ſubditos admitterē, ſed manſueto ac miti moderarer eos regimine, & pacē in primis ac iuris tutelam procurarem,cogitaui quomodo hæc bona poſſent eis manere perpetua. Admonitus igit̄ ab amico propter prudentiā & iuſtitiā mihi ſemp̄ præ cæteris honorato, & ob egregiā fidem ſecundū poſt me locū obtinente Amane, eſſe permixtā hominū generi gentē inimicā, & ſuis quibuſdā legib. utentē à cæteris diuerſis,inobedientē regibus, & deprauatā moribus ac ritibus, nec monarchiā nec negocia noſtra probantē, uolo ac edico, ut hos ab Amane mihi parētis loco habito indicatos cū uxorib.& liberis perdatis, nemini eorū parcētes,neq; miſeratiōi plus q̄ noſtro edicto tribuētes: idq; fieri iubeo decimatertia die duodecimi mēſis præſentis anni:ut una die deletis in totū noſtris hoſtibus,impoſterū pace ac ſecuritate frui nos liceat. Hoc edicto oppidatim p̄ totam regionē ſparſo,oēs ad Iudęorū internecionē in diem præſcriptū ſeſe expediebāt,idēq; ſtudiū erat & Suſis in urbe regia. Rex interim & Aman cōuiuijs uacabāt & cōpotationibus,pturbata ciuitate & futuri expectatiōe ſuſpēſa.At Mardochæus re cognita,ſciſsis ueſtibus,opertus ſacco & ſparſus cinere ferebat̄ per urbē iniquū facinus clamitās, maximā gentē internecioni eſſe addictā: & uociferando talia uſq; regiū palatiū delatus, ibi demū cōſtitit.nō em̄ fas erat illū tali habitu in regiā ingredi.nec alius erat Iudęorū habit⁹ aut affectio in cæteris urbib.quacūq; regiæ literę p̄latæ fuerāt, Eſth.4

omnibus ob denuntiatam ſibi cladē lugentibus & lamentantibus. Vt uero reginæ nunciatū eſt, Mardochæū in tam miſerabili habitu ſtare pro foribus palatij, perturbata hoc rumore miſit qui ei ueſtimenta mutarēt. Qui cum id recuſaret facere, ꝙ nondum ceſſaſſet cauſa propter quam eum habitū ſumpſerat, uocatū ad ſe eunuchum Achratheū, qui tum fortè aderat, miſit ad eū, ſcitatū quid mali accidiſſet homini, ut talem cultū ſumeret, ac ne ipſa quidē rogāte uellet deponere. ibi Mardochæus omnē cauſam eunucho exponit ordine, & ꝙ edictū regiū per uniuerſam ditionē eſſet diuulgatū, & quantā uim pecunię pollicitus ſit Aman, ut internecionē eius gentis à rege redimeret. ad hæc exēplar edicti Suſis propoſiti ad reginā perferendū ei tradidit, adiectis mandatis, ut ſupplex regē adiret ſuper hoc negocio, nec grauaretur pro incolumitate ſuæ gētis ad tēpus infra dignitatē ſeſe demittere, & deprecari eius periculū. Amanē enim, cuius ſecūda ſit poſt regē dignitas, incitare eū crebris cōtra Iudæos accuſationibus. Hoc cognito regina rurſum Mardochæo nunciat, nec uocatam ſe à rege, & capitale eſſe inuocatū ad eum irrumpere, niſi ipſe incolumitatē donare uolēs uirgā aureā protenderet. his enim ſolis impune eſſe, quib. hoc forte cōtingeret. Quibus ille auditis rurſum ꝑ eundē eunuchum orat eadē, dicēs nō oportere eam reſpectū habere ſalutis propriæ, ſed potius uniuerſi generis. ſi em̄ hoc nunc facere negligat, deū quidē omnino laturū ſuis auxiliū, ipſam uero cū ſua familia daturā pœnas eis quos tūc contemneret. Tum Eſther nō mutato nūcio iubet patruū Suſis concionē Iudęorum aduocare, & ꝑ reginæ ſalute triduanū ieiuniū indicere: ſe quoq; idē facturā pollicita cū ancillis domeſticis, ac tū demū uel cōtra legē aditurā regē, & mortē etiā libēter perlaturā ſi ita uſus ueniat. Paruit ille reginæ & indicto ſuis publico ieiunio, ipſe quoq; ſupplex deū precatus eſt, ne populū ſuū deleri permitteret, ſed quemadmodū antea ſæpe ſaluti eorū proſpexiſſet, & indulſiſſet peccatorū ueniā, tum quoq; eos à denūciato liberaret periculo. nō em̄ ſua culpa ſe ueniſſe in diſcrimen infamis ſupplicij, ſed ideo ſęuire Amanē ira percitū, ꝙ ſoli deo debitū adoratiōis honorē à ſe nō tulerit, & propter diuinarū legū reuerentiā integre ſeruatā, uniuerſo generi moliri pernicię. Similes erāt preces totius populi, rogātis deū ut eorū ſaluti proſpiciat, & totū genus Iſraeliticū imminēti cladi eximat, quā uidebant̄ ſibi habere pręoculis. Regina quoq; ſupplicabat more patrio humi in facię proſtrata, & amicta ueſtitu lugubri, ꝑ triduū abdicato cibo & potu & omnib. delicijs: rogabatq; ut miſeratus daret ei apud regē quali maxime opus eſſet facundiā, & maiorē q̄ unq̄ antea formæ gratiā, ut modo utroq; ꝑmotus rex ad clementiā, & in ipſam fiat indulgētior, & popularibus ſuis in extremo periculo cōſtitutis patrocinantē æquis oculis aſpiciat. Vtq; in rege odiū inimicorū ingeneret, omniūq; imminentiū in eorū pernicię, ni ipſe auertat infortuniū. His precib. ſolicitata ꝑ triduū diuina miſeratiōe, denuo mutat habitū: & ſumpto cultu q̄ reginā deceat, cū duab. pediſequis, quarū altera ſuſtinebat innixā leniter, altera à tergo ſinuoſam & fluentē in terrā ueſtē ſummis attollebat digitis, ad regē uenit, rubore genas ſuffuſa, & maieſtate mixtam uenuſtatem præferens, nec omnino à metu libera. Quem ubi cōſpexit ſublimē in ſolio, inſignemq; cultu diſtincto auro & gēmis ac unionibus, horror quidā eam repēte ſubijt: & Eſth. 5

forte

forte toruius eam ac ſubirato uultu inſpexerat:moxq; attonita fluentib.membris in ſuſtinentem ad latus totam ſe reiecit. Rex autem non dubiũ quin uoluntate dei mutatus extimuit, & ſolicitus ne quid grauius coniugi accideret, è ſolio ſe proripuit:blandeq; in ulnas exceptam refouebat ſuaui alloquio, iubens bono animo eſſe, ſecuram quòd inuocata uenerit.legem enim illam latam eſſe in ſubditos.ipſi uero, ut regni ſociæ, licere omnia. Hæc locutus ſceptrum in manũ eius inſeruit, & ceruicem eius uirga permulcẽs aurea, à legis metu omnino fecit liberam.Illa hoc pacto refocillata: Dñe, inquit, eloqui nõ poſſum, quid mihi repẽte acciderit.ut enim te cõſpexi tanta maieſtate uerendum, continuo refugiens interius defecit me animus.& cum hęc uerba ægre languida & exili uoce protuliſſet, magis etiam ſolicitus ſolari eam cępit prolixius, paratũ ſe quiduis gratificari pollicẽs, uel ſi dimidiũ regni ſibi depoſceret.Eſther autẽ hoc tantum rogauit, ut ad cœnam ſibi paratam conuiua cum Amane amico ueniret. Quod cũ annuiſſet, amboq; ueniſſent, inter pocula uxorem iubet dicere quidnam peteret.nihil enim nõ impetraturam, etiamſi regni partem cuperet:illa in craſtinũ differre ſe petitionem dixit, ſi modò liberet ei redire cum Amane ad conuiuiũ.id uero libẽter annuẽte rege, Aman admodum lætus abijt, ꝙ ſolus tali honore dignatus ſit, ut cum rege uocaretur à regina ad conuiuiũ, quod nemini alteri contigerat, & cum obiter in palatio uideret Mardochæum excanduit, quòd nullus ab eo ſibi honor exhiberetur:reuerſusq; domũ aduocata uxore Zaraza, & amicorũ cohorte, apud eos denarrauit honorem, in quo eſſet tam apud regem quàm apud reginam. nam cum ea die ſolus cum rege apud eam cœnaſſet, in craſtinũ quoq; ſe uocatum eſſe.unum ſibi eſſe permoleſtum, quòd Mardochęum Iudæũ uideret in palatio.cumq; Zaraza diceret, oportere eum trabem quinquaginta cubitorũ parare, & mane petita à rege poteſtate Mardochæũ in eam crucem tollere: cõprobata ea ſententia iuſsit familiares curare ut eiuſmodi trabs erigeretur in ſuo palatio, parata ad Mardochæi ſuppliciũ: id quod etiã mox factũ eſt. Deus autem irriſit Amanis ſpem improbam, cui ſciebat euenturũ longe aliud.Nam ea ipſa nocte ſomnũ regi ademit:qui nolens uigiliæ tempus perdere:ſed malens in aliquod regni negocium id impendere, iuſsit ſcribã allatis cõmentarijs res tam à ſe quàm à maioribus geſtas legere.quo legente, intellexit quendam ob rem egregie geſtam donatũ amplis poſſeſsiõibus in regione cuius nomẽ erat aſcriptũ: alium ob fidem munera accepiſſe precij maximi. tandem uentũ eſt ad eum locũ, qui continebat Bagathoi & Theodeſtis eunuchorum coniurationem, Mardochæi detectam indicio. quo lecto cum ſcriba ad aliud deinceps tranſiret, inhibuit eũ rex, percõtatus an non ſit adſcriptum redditum ei aliquod præmiũ. illo uero negante quicquam tale ſcriptum, iuſsit eum deſinere, & quota noctis hora eſſet ſcitatus eſt ab eo cuius hoc erat officiũ: & audito ꝙ eſſet iam diluculũ, mandauit ut uiſerẽt quiſnam amicorũ adeſſet pro palatij foribus, ſibiq; renunciarẽt. forte aũt Aman aderat, qui ſolito citius uenerat, rogaturus Mardochæi ſuppliciũ. famulis uero renunciantib. Amanẽ eſſe ꝙ foribus, iuſsit eũ intro uocari. cui ingreſſo, cum ſciã, inqt, amicũ te mihi prę cũctis beneuolũ, rogo da mihi cõſiliũ, quõ poſſim ꝙ mea magnificẽtia honorare quendã mihi admodũ carũ hominẽ. tũ Aman cogitans Eſth.6

gitans quancunq; ſententiam protuliſſet, in rem ſuam fore, quòd ipſe prę ce teris regi carus eſſet: indicauit ei quod putabat optimũ his uerbis. Si uis hominẽ, quem tibi ais dilectũ, cumulare inſigni gloria, fac ut equo uehatur ueſtitus ſicut tu, & aureo torque ornatus: & unus aliquis ex intimis tuis amicis præconis ſpecie præcedat, clamans per totã urbem ꝙ ſic honorabit quem rex honorare uoluerit. Id conſuluit Aman putans hunc honorẽ non alij deberi q̃ ſibi. Rex uero lætus: Ergo, inquit, uade, & ſumpto equo, ueſte ac torque, Mardochæum Iudæum quære, & ſic ornatũ equo inſidentem ipſe prę cede, agẽs præconẽ interim. nam tu amicus es intimus, & conſiliũ quod dediſti exſequeris optime. debetur enim honor hic meæ uitæ cõſeruatori. His præter omnẽ ſpem auditis uix fuit cõpos animi, & cum nõ haberet qd aliud faceret, exiuit cum equo, purpura & torque aureo: inuentumq; ante aulam Mardochæũ ſacco amictũ, iuſsit eo depoſito induere purpurã. Qui ueritatẽ rei neſciẽs, ſed illudi ſibi putans: Sceleſtiſsime, inquit, adeó ne calamitati noſtræ inſultas? Perſuaſus tandẽ ꝙ rex hoc ei præmiũ pro accepta ſalute redderet, proq; detectis eunuchorũ inſidijs, induit purpurã qua rex ipſe uti eſt ſolitus: & ornatus torque, cõſcenſoq; equo urbẽ obequitabat, præcedente Amane & clamante: ſic honorabit quẽ rex honorare uoluerit. Perluſtrata deinde urbe, Mardochæus ad regẽ ingreditur. Aman uero præ pudore domũ ſe contulit, & cum fletu uxori ac amicis quæ contigerant narrauit. Reſpõderunt illi, ademptam iam ei omnẽ occaſionẽ uindicandi in Mardochęũ, quan doquidem illi manifeſte deus ſit propitius. Hæc illis adhuc colloquentibus, uenerũt Eſtheris eunuchi, Amanẽ ſine mora ad cœnã uocaturi: quorũ unus Sabuchadas uiſa cruce defixa in ipſius ædibus, quæ parata erat Mardochæo, ſcitatusq; è quodã famulo in quem uſum parata ſit: ut cognouit ꝙ reginæ pa
Eſth. 7 truo, quẽ Aman uolebat à rege ad ſuppliciũ depoſcere, tunc quidẽ ſiluit. Cæterũ poſtquã rex cum Amane ſuauiter epulis acceptus, iuſsit reginã indicare quidnam eum ſibi largiri cuperet, acceptura quicquid petierit: cœpit deplorare periculũ ſui populi, dicens ſe ad interitũ cum tota ſua gente deditam, & ideo nunc ea de re uerba facere. Neq; enim ſe negocia eius interpellaturam fuiſſe, ſi in amaram ſeruitutem uendi eos iuſsiſſet, quòd mediocrem hanc calamitatem duceret: nunc uero orare, ut ſe ab imminenti clade eripiat. Quærente autem rege, quiſnam hoc moliretur, iam aperte accuſando in Amanem inuecta eſt, dicens hunc, quòd peſsime erga eos affectus eſſet, autorem talis conſilij. Tum rex turbatus recepit ſe in hortos è conuiuio: & Aman paratum ſibi iam intelligens infortuniũ, cœpit apud reginam erratũ ſuum agnoſcere, & precari ueniam: ſimulq; in lectũ eius procubuit. Interim ſuperueniẽs rex, & hoc uiſo magis etiam cõmotus: Sceleſtiſsime, inquit, etiã uim uxori meæ inferre uis? Amane autem ad hanc uocem exterrito, & ne hiſcere quidem ualente, ibi uero Sabuchades eunuchus accedens accuſabat Amanem, quòd in ædibus eius inueniſſet crucẽ Mardochæo paratam. id enim ſibi compertum ex ipſius famulo, cum ad inuitandum eum ueniſſet. eſſeq; eam crucem altam quinquaginta cubitos. Quo audito rex decreuit non alio ipſum afficere ſupplicio, quàm quod in Mardochæum excogitauerat: iuſsitq; ut confeſtim in eam crucem ſublatus necaretur. Subit hic mihi admirari diuinam potẽtiam,

iuſti-

iuſtitiamq́; ac ſapientiam uel ex hoc facto colligere, qui nõ ſolum Amanem merito ſupplicio tradidit, uerumetiã pœnam in alterũ excogitatam, in caput inuentoris illo inſcio cõuertit. Atq; ita Aman immodice amicitia regis uſus perijt, & facultates eius reginæ donatæ ſunt. Mardochæus aũt à rege accitus, qui iam cognatũ eſſe cõiugis ex ipſa didicerat, anulũ accepit ab eo qui prius Amani fuerat cõcreditus. regina uero poſſeſsiones Amanis ei largita eſt. rogauit deinde regẽ ut Iudæis præſentẽ de uita metũ adimeret, docens eum de Amanis Amadathis filij literis, ſparſis q̃ late pateret imperium. neq; enim ſe poſſe uiuere, niſi & patria ſalua, & ſuis popularibus. rex aũt pollicitus eſt nihil ipſa inuita ſe mandaturũ, neq; uoluntati eius ulla in re cõtrà iturum. Permiſit etiã ut ipſius nomine quicquid uellet de Iudæis ſcriberet, & regio ſigillo obſignatas literas per omnes prouincias dimitteret. cõfirmatas em̃ regio ſignaculo, autoritatẽ habituras apud omnes qui eas legerint, & contradictu rum eis neminẽ. Accitis igitur ſcribis regijs, iuſsit eos pro Iudæis ſcribere ad magiſtratus omniũ gentiũ, quæ ſitæ ſunt Indiam inter & Aethiopiã ſub centum XXVII ſatrapis. quarũ literarum exemplũ hoc fuit. Rex magnus Artaxerxes magiſtratib. noſtris fidelibus S. Multi elati magnitudine honoris & beneficiorũ quæ ex nimia conferentiũ bonitate percipiunt, nõ ſolum erga inferiores exercent ſuperbiam, uerumetiam contra ipſos autores beneficij nõ uerentur inſoleſcere, quantũ in ſe eſt tollentes omnem omnino gratitudinẽ quæ uſquam eſt inter homines: & corrupti inopinata felicitate, abutũtur ea contra illos per quos eam adepti ſunt, nec deum quidem timentes, cuius numen putant ſe poſſe fallere. Ex his quidam propter amicitiam prępoſiti cum poteſtate adminiſtrandis publicis negotijs, priuatis indulgent odijs: & decipientes eos quos penes ſummũ eſt imperiũ, falſis criminib. ac calumnijs efficiunt ut indignentur innoxijs, atq; ita miſeros adducunt in ſalutis periculũ: id quod non è priſcis exemplis aut fama auditis uobis poteſt eſſe perſpicuũ, ſed ex facinore quod ſub noſtris admiſſum eſt oculis: ut poſthac non oporteat mentẽ adhibere qualibuſcunq; criminibus uel potius calumnijs, ſed de cognitis cauſis iudicare: & ſi quidem peccatũ ſit ſeuere animaduertere: ſin contrà, abſoluere: & rebus, non uerbis credere. Namq; Aman filius Amadathis, genere Amalecita, & externi non Perſici ſanguinis, hoſpitij iure primũ receptus, deinde per noſtrã bonitatẽ in tanto honore habitus, ut patris appellatione eum dignaremur, & adorari iuberemus, atq; ſecundũ poſt nos locũ obtinere, felicitatẽ ſuam ferre non potuit, neq; ſobria mente magnitudinem honoris metiri: ſed regno meo ſtruxit inſidias, & eo cui uitã & imperiũ debeo, benefactore ac ſeruatore Mardochæo priuare me uoluit, ſimulq́; uitæ ac regni ſocia Eſthere, malis artib. petitis ad interitũ. Sic em̃ orbato mihi hominib. amiciſsimis, imperiũ poſtremo uoluit adimere. Ego uero qm̃ à ſceleſto homine deſtinatos neci Iudæos nõ malos eſſe compertũ habeo, ſed optimis inſtitutis uiuere, ac deũ colere eũ q̃ & maiorib. meis & mihi largit⁹ eſt & ſeruat hoc imperiũ, nõ ſolũ abſoluo eos à pœna q̃ priorib. continet̃ literis, ꝑ Amanẽ ad uos trãſmiſsis, quib. mentẽ adhibere nõ debetis: uerũ etiã uolo ut eos omni honore ꝓſequamini. nã eũ q̃ his pernicię molit⁹ eſt, cũ tota familia ꝑ portis Suſorũ in cruces ſuffixi, omnipotẽte deo iuſtiſsimas pœnas à ſceleſto exigente

Eſth. 8

exigente. Iubeoq; ut tranſcriptis in plurima exempla & per totam noſtrã dition uulgatis his literis, Iudæos ſinatis ſuis legibus in pace uiuere: eisq; ſitis auxilio, ut poſsint pœnas ſumere de illis qui eorũ aduerſis tẽporib. iniurias eis facere auſi ſunt: idq; decimatertia die mẽſis duodecimi q eſt Adar: quandoquidẽ deus eam diem pro interneciua ſalutarẽ eis eſſe uoluit: quæ quidem felix ſit ijs qui nobis bene cupiunt, & monumentũ ultionis de inſidiarũ machinatoribus. Notum eſſe uolo omnibus & urbibus & gentibus, quòd quæcunque aliquid ex his quæ nunc mandamus per inobedientiam facere negle xerit, ferro & igni uaſtabitur. atq; hæ literæ proponantur per uniuerſam noſtram ditionem, & accingant ſe utiq; in præſcriptam diem, ut ſe de inimicis ſuis uindicent. Cũ his literis continuo ueredarij per omnes uias dimiſsi ſunt. Mardochęum uero cultu regio coronaq; aurea & torque ornatum è palatio prodeuntem ut uidere Iudæi, felicitatem eam ſibi quoq; cõmunem interpretati ſunt. Ingens præterea gaudium, quaſi noua ſalutis luce oborta, dum per ſingulas urbes proponuntur regiæ literæ, Iudæos omnes quotquot uel oppida uel agros habitarent occupauit: ita ut multi aliarum gentium, metu eorum circumcidentes uerenda, ſecuritatem ſibi hoc pacto quærerẽt. nam ad decimamtertiam diem menſis duodecimi, qui Hebręis Adar, Macedonibus Dyſtrus dicitur, perlatæ regiæ literæ animabant Iudæos, ut qua die ipſis imminebat exitiũ, ea in inimicos impune fæuirent. quo factũ eſt ut procuratores, magiſtratus, ſatrapæ, tyranni, reges in precio Iudæos haberẽt, omnibus modeſtiam indente metu ex Mardochæo. poſt diuulgatas enim ubiq; regias literas, etiam apud Suſa interfecerunt Iudæi ex inimicis ſuis circiter D homines: & cum rex coniugi indicaret cæſorum intra mœnia numerũ: nam incompertũ eſſe quantus ſit in alijs ciuitatibus: rogaretq; ecquid amplius uellet, potituram enim cupitis: rogauit illa ut permitteret Iudęis ſequenti quoq; die in reliquias inimicorũ ad eundem modũ deſæuire, & decẽ Amani filios in crucẽ agere: & id quoq; Iudęis conceſſum eſt, rege nolente Eſtheri in ulla re contradicere. At illi rurſum cateruatim decimaquarta Dyſtri diſcurrẽtes, occiderunt fermè trecentos ex aduerſarijs, ne minimũ quidem attingẽdo ex eorum facultatibus: per alia uero oppida eodem Iudæorũ incurſu perierunt LXXV millia eorum qui pro inimicis ſunt habiti: quę cædes decimatertia die patrata eſt, ſequentẽ uero feſtis attribuerunt epulis. apud Suſa quoque quartamdecimam ſequentis menſis per feſtos cœtus celebrauerunt: unde hodie quoq; per totũ orbem Iudæis hi dies feſti ſunt, & partes de cõuiuijs ſibi mittunt inuicem. Scripſitq; Mardochęus omnibus ſub Artaxerxis dominio degentibus Iudæis, ut uniuerſi hos dies feſtos agerent, & poſteritati quoq; traderent, ut ſempiternũ id feſtum ad perpetuã rei memoriam maneat. Aequũ nanq; eſſe, ut cum per eos dies dolis Amanis in ſalutis diſcrimẽ adducti ſint, tam ſuæ liberationis, quàm de inimicis uindictæ memoriã celebrent, & pro tanto beneficio deo agant gratias. Quamobrẽ ea feſta per eos dies obſeruãt, Phruræa uocantes, quaſi cõſeruatoria. Cæterũ Mardochæus illuſtri loco apud regem fuit, uir præpotens, regi adminiſtratiõis, reginæ uero etiam uitæ ſocius: quorũ opera Iudæorum res floruerunt ſuprà q̃ uel ſperare poterant. Atq; hæc ferè ſunt quæ ſub hoc rege genti noſtræ euenere memorabilia.

Bagoſes

Bagoſes, penes quem Artaxerxis iunioris exercitus fuit imperium, multis iniurijs Iudæos affecit. Cap. VII

POſt Eliaſibi autem põtificis obitũ, ſacerdotiũ eius Iudas filius iu VII
re ſuſcepit hæreditario: & huic quoq; defuncto ſucceſsit Ioãnes filius, qui in cauſa fuit, ut Bagoſes Artaxerxis copiarũ imperator templũ pollueret. idem dux etiã tributa Iudęis impoſuit, ut prius quàm quotidianas hoſtias offerrent, in ſingulos annos ex publico quinquaginta drachmas penderẽt: idq; ita ob hanc cauſam accidit. Erat Ioanni frater Ieſus. huic q̃ amicus eſſet Bagoſes, pontificatũ ſe daturũ eſt pollicitus. hac fiducia Ieſus cum liberius cum fratre in templo altercaretur, re uſq; rixã progreſſa, tantam bilem mouit fratri ut ab eo per iram interficeretur. quæ quidẽ impietas fuit lõge maxima, præſertim in homine ſacerdote: & quod grauius eſt, nullũ tale impietatis exemplum exſtat uel apud Græcos uel apud Barbaros. Deus certe hanc iniuriam non diſsimulauit, ſed & populus hac de cauſa libertatem amiſit, & templũ pollutũ eſt à Perſis. Nam Bagoſes dux cognito q̃ pontifex proprium fratrem in templo interemiſſet, ſuperueniens Iudæis iratus clamitabat, Auſi eſtis ſceleſti in templo ueſtro cædem perpetrare? & cum conatus templũ ingredi arceretur: Quid, inquit, an me putatis impurio rem q̃ cadauer quod iacet in templo? & his dictis ingreſſus eſt: atq; hac occaſione per ſeptenniũ eius cædis pœnas à Iudæis exegit. Mortuo deinde Ioanne, pontificatum accepit filius eius Iaddus. huic quoq; frater fuit Manaſſes nomine: cui Sanaballetes miſſus in Samariam à Dario rege ultimo ſatrapa, Chuthæus genere, unde & Samaritis origo eſt, ſciens inſignem eſſe urbem Hieroſolyma, regesq́; eius multa negotia tã Aſſyrijs quàm Syris exhibuiſſe, libenter nuptum dedit filiam Nicaſo, ratus connubium hoc ceu uadem futuræ cum Iudæorum gente amicitiæ.

Quanta Alexander Macedonũ rex in Iudæos beneficia contulerit. Cap. VIII

PEr idem tempus Philippus Macedonũ rex apud Aegæas oppidum à Pauſania Ceraſtę filio ex Oreſtarum gente inſidijs interceptus perijt. Eius filius Alexander paternum regnum adeptus traiecto Helleſponto congreſſus ad Granicum flumen cum Darij ducibus uicit egregie: ſubacta deinde Lydia & Ionia, ductoq́; per Cariam exercitu inuaſit in Pamphyliam ſicut alibi dictum eſt. Hieroſolymorum autem ſeniores ęgreferentes Iaddi pontificis fratrem & quodammodo collegam duxiſſe externi generis fœminam tumultuabantur, rati gradum factum ad antiquandas patrias leges de connubijs, atq; ita fore ut paulatim miſceantur profanis gẽtibus. nam & prioris captiuitatis & malorũ quæ ſecuta ſunt cauſam fuiſſe, q̃ quidã contra legem peccantes duxiſſent uxores non ſui generis. poſtulabant igitur ut Manaſſes aut dimitteret uxorem, aut nõ amplius ad altare accederet. Et cum pontifex quoq; ab altari eum arceret, profectus Manaſſes ad Sanaballetẽ ſocerum, ſe quidem amare dixit filiam eius Nicaſo, nolle tamẽ propter eam priuari ſacerdotio, qui honor & gẽtilitius ſit ipſi, & apud Iudæos ſemper in maxima exiſtimatione fuerit. Ad hæc cum Sanaballetes reſpondiſſet, ſe illi non ſacerdotium tantum ſeruaturum, ſed & pontificatum paraturum, & totius ſuæ prouinciæ principem eum facturum, modo filiam ſuam uxorẽ retineat:

ædificaturumq; templũ Hieroſolymitano ſimile in mõte Garizin, qui immi
net Samariæ reliquis mõtibus celſior: idq; polliceret ex cõſenſu regis Darij
ſe facturũ: elatus tali ſpe Manaſſes manſit apud ſocerũ, putans ſe pontificatũ
dante rege conſecuturũ. Iam enim Sanaballetes erat ſenior. Cumq; multi ſa-
cerdotes & Iſraelitæ intricati eſſent eiuſmodi coniugijs, non leuiter turba-
batur Hieroſolymorũ reſpublica. omnes enim hi defecerunt ad Manaſſem,
Sanaballete prębente eis & pecuniã & agros ad colendũ & domicilia, ac mo
VIII dis omnibus adiutante ambitionẽ generi. Quo tempore Darius audito q̃
Alexander traieciſſet Helleſpontũ, & prælio uictis ad Granicũ ſuis ſatrapis
ulterius procederet, contractis tam pedeſtribus q̃ equeſtribus copijs decre-
uit Macedonibus occurrere, priuſquã totam Aſiam ſibi ſubijceret. Itaq; ul-
tra Euphratẽ traducto exercitu, & ſuperato Tauro monte Ciliciæ, ſtatuit in
ea prouincia hoſtem excipere prælio. Sanaballetes aũt lætus deſcenſu Darij,
aiebat ſe mox præſtiturũ Manaſsi pollicita, quàm primũ rex reuerteret poſt
uictoriam. perſuaſum enim erat nõ ipſi tantũ, ſed & omnib. Aſiaticis, ne pri-
mum quidẽ congreſſum expectaturos Macedonas, tanto inferiores nume-
ro: ſed longe alius fuit euentus q̃ ipſorũ opinio. Rex enim collatis cum Mace-
donib. ſignis uictus eſt, & magna exercitus parte amiſſa, matre etiã & uxore
cum liberis in hoſtiũ poteſtatẽ redactis, fugit in Perſidẽ. Alexander uero in
Syriam ueniens cepit Damaſcũ, & occupata Sidone Tyrũ quoq; oppugna-
bat: ſcriptisq; ad Iudæorũ pontificẽ literis petebat auxiliũ, & ut forũ rerum
uenaliũ præberet exercitui: & ut quæ prius Dario cõferre ſit ſolitus, nũc det
Macedonibus, prælata eorũ amicitia. fore enim ut illũ non pœniteat. cumq;
pontifex nuncijs reſpondiſſet, ſacramento ſe obligatũ Dario, ne arma cõtra
eum ſumeret, idq; ratũ fore quàm diu ille uixerit: iratus Alexander Tyri qui-
dem oppugnationẽ non omiſit, qua breui potiturus uidebat: minatus eſt ta-
men hac capta mox ſe ducturũ contra pontificẽ, ut omnes diſcant, cui iuſiu-
randum ſeruari oporteat. quare non parcens labori tandẽ Tyrum expugna-
uit, & conſtitutis in ea rebus Gazam profectus, in ea Babemeſem Perſici
præſidij præfectũ obſedit. Interea Sanaballetes ratus iam adeſſe tẽpus, à Da-
rio defecit: & aſſumptis octo millibus de ſua prouincia, in Alexandri caſtra
ſe cõtulit. cumq; offendiſſet eũ Tyri oppugnationẽ aggredientẽ, & ſuã, pun
ciam eius fidei cõmiſit, & hunc pro Dario dominũ libenter agnouit. à quo
obuijs manibus exceptus, libere iam quid uellet elocutus, ait ſe generũ habe
re Manaſſem, Iaddi Iudæorũ pontificis fratrẽ: eum ſequi multos illius gentis
homines, & uelle in ſua prouincia templũ exſtruere. idq; fore in rem ipſius
regis, ſi diuidatur Iudæorũ potentia: ne fortè de cõmuni ſententia rebellan-
tes multũ negocij regibus faceſſant, quemadmodũ ſoliti ſunt Aſſyrijs impe-
rãtibus. quod ubi impetratũ eſt, omni ope adnitẽs templũ ædificauit, & Ma-
naſſem eius ſacerdotẽ conſtituit, ampliſsimum hunc honorem filiæ ſuæ po-
ſteris relicturũ ſe exiſtimans. Septem autẽ menſibus in Tyri oppugnatione,
& Gazæ duobus abſumptis, Sanaballetes fato functus eſt: Alexander uero
expugnata Gaza Hieroſolyma propere petijt. Iaddus uero pontifex poſtquã
hoc audiuit, ſolicitus hærebat inops conſilij, nec inueniẽs quomodo regem
deberet excipere, iratũ eo quòd antea neglexiſſet imperata eius facere. Ergo

indictis

indictis populo ſupplicatiõibus, & immolatis deo uictimis, ad opẽ eius confugit, illi publicam ſalutem cõmendans. Proxima deinde poſt ſacrificiũ nocte, in ſomnis ei deus apparuit, iubẽs ut bono eſſet animo, & coronata urbe portas aperiret: utq; populus in albis ueſtibus prodiret obuiam, ipſe uero cũ reliquis ſacerdotibus ſolenni cultu ſui ordinis, ſecuri de dei prouidẽtia. Experrectus autem è ſomno lætus ciuibus hoc oraculũ indicat, & paratis omnibus ut in ſomnis præmonitus fuerat, regis aduentũ præſtolabatur: & cum renunciatũ eſſet eũ iam non procul ab urbe adeſſe, progreſſus eſt cũ ſacerdotibus & urbana multitudine pompa quadã noua et uenerabili uſq; ad locum qui dicitur Sapha, quæ uox ſpeculã ſignificat: quod ibi & urbs & templũ in proſpectu ſit. Et cum Phœnices ac Chaldæi ſperarẽt ſibi licere quicquid iratus rex poſſet permittere, direptionẽ urbis, & pontificis exquiſitũ ſuppliciũ, planè contrariũ euenit. Alexander enim ut uidit è longinquo candidatũ populũ, & ſacerdotes ante agmẽ in amictu byſsino, pontificẽq; in ſtola hyacinthina auro diſtincta, tiaram in capite geſtantẽ cum præfixa aurea lamina inſculpta dei nomine: ſolus ad eum accedẽs nomen illud adorauit, & ſalutauit pontificem. Iudæis autem omnibus uno ore Alexandrũ conſalutantibus, & in orbem cingentibus, Syriæ reges & reliqui obſtupuerunt, uix credẽtes regem mentis cõpotem: ſolus Parmenio propius accedẽs rogauit familiariter, quid ita cum ipſe adoraretẽ ab omnibus, nũc adoraret Iudæorũ pontificem. At ille non hunc ſe adoraſſe reſpondit, ſed deo cuius pontifex eſſet, honorẽ eum exhibuiſſe. hunc enim, inquit, uidi & antea hoc ipſo habitu, cum adhuc eſſem in Dio Macedonię, qui me deliberantẽ quomodo Aſiam poſſem ſubigere, hortatus eſt forti eſſe animo, & ſine mora exercitũ traijcere. nã ſuo ductu potiturũ me Perſarũ imperio. Quapropter quia nunc primũ talem habitum uidi, agnoſcens hũc & uiſionis memor quæ me ad hanc expeditionẽ impulit, puto me non ſine numine in Dariũ exercitum ducere, & breui fore uictoriæ cõpotem: & ſublato Perſarũ imperio, ceſſura mihi omnia ex ſentẽtia. Hęc locutus ad Parmenionẽ & comiter cõplexus pontificẽ, deducentibus ſacerdotibus in urbem peruenit. & aſcendens in templum immolauit deo ex ſacerdotis præſcripto, ac pontifici quoq; ſuum honorẽ exhibuit. Oſtenſoq; ſibi Danielis libro, in quo Græcum quẽdam Perſas debellaturum ſignificat, hũc ipſum ſe eſſe interpretatus, lætus dimiſit multitudinẽ. Sequenti uerò die uocatis eis iuſsit ut quicquid uellent peterẽt. Pontifice aũt petente ut patrijs legibus uiuere ſibi liceat, utq; ſeptimo quoq; anno cõcederetur eis tributorum immunitas, conceſsit omnia. Rogantibus deinde ut eos quoq; Iudæos, qui Babyloniam ac Mediam colerent, ſineret uti inſtitutis proprijs, hic etiã poſtulatis eorum ſatisfacturum ſe eſt pollicitus. Et cũ feciſſet eis poteſtatẽ, ſi qui uellent ſaluis ſuis ritibus ſequi eius militiã, multi in eam expeditionẽ dederũt nomina. Atq; his apud Hieroſolyma actis, mouit inde in alias propinquas urbes exercitum. cumq; ab omnibus amice exciperetur, Samaritę quorum tunc caput erat Sicima ſita ad montẽ Garizin, & habitata à deſertoribus gentis Iudaicæ, uidentes quòd Alexander Iudæos tractaret tã magnifice, decreuerunt ſe quoq; Iudæos profiteri. Sunt enim Samaritæ hoc ingenio, ut & ante diximus, in rebus Iudęorum afflictis, negant ſe cognatos, ueritatem tũc

dicendo.cum uero affulgere eis fortunam uiderint, confeſtim in ſocietatem irruũt,attinere ad ſe affirmãdo, & à Ioſepho eiusq; filijs Manaſſe & Ephræmo ſeriem generis ſui deducendo. Igitur ſplendido paratu & magnam alacritatem præ ſe ferentes regi occurrunt penè in Hieroſolymitano agro:collaudatisq; ab Alexandro omnibus, Sicimitæ eum adeunt,aſſumptis ſecũ militibus quos Sanaballetes miſerat: rogãtes ut inuiſat ipſorum urbem,& illud quoq; templum præſentia ſua honoret. ille pollicitus eſt hoc in reditu ſe facturum.cumq; poſtularent ut ſeptimi anni tributum ſibi remitteretur, nam ne ſe quidem in eo ſeminare: quæſiuit qui nam eſſent qui hoc rogarent. illis uero dicentibus,Hebræos quidem ſe eſſe,ſed Sicimitas uocari à Sidonijs:iterum quæſiuit an Iudæi eſſent.Negantibus illis,equidẽ,inquit,Iudæis id concelsi. Reuerſus tamen & re diligẽtius cognita,faciam quod æquũ uidebitur. atq; hoc pacto Sicimitas dimiſit. Sanaballetis autẽ milites iuſsit ut ſe in Aegyptum ſequantur:ibi enim ſe agros eis diuiſurum: id quod paulo pòſt fecit in Thebaide,iuſsis ei regioni eſſe præſidio.Poſt obitum autem Alexandri,imperium quidem eius inter ſucceſſores eſt diuiſum:templum uero in Garizin mõte ſitum manſit incolume: & ſi quis apud Hieroſolymitas aut illiciti cibi ſumpti,aut uiolati ſabbati,aut ſimilis criminis reus ageret,ad Sicimitas confugiebat, calumniam ſe paſſum dictitans. Eodem uero tempore etiam Iaddus pontifex obierat, Onia filio ſucceſſore: atque in eo ſtatu res Hieroſolymitanæ tunc fuere.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER DVODECIMVS.

Ptolemæus Lagi dolo occupatis Hieroſolymis cum reliqua Iudæa,multos inde in Aegyptum traduxit. Cap. I

ALEXANDER Macedonũ rex in ſuam poteſtatem redacto Perſarum imperio, & cõſtitutis ut iam dictum eſt Iudæorũ rebus,uitam finijt. Imperio uero in multos ſucceſſores diſtracto, Antigonus Aſiam occupat, Seleucus Babylonem cum uicinis gentibus, Lyſimachus Helleſpontum, Macedoniam Caſander, Ptolemæus Lagi Aegyptum. Qui dum ſeditionib.agitantur,& de imperio cõtendunt,durante longo bello,& urbes multæ afflictæ ſunt, & habitatores earum plurimi per diuerſa præliorum certamina deſiderati ſunt:id quod tota Syria tũ paſſa eſt ſub Ptolemæo Lagi,quem præter meritum Soterem appellabant. Is & Hieroſolyma occupauit,dolo tamẽ circumuenta. Ingreſſus enim urbem ſabbato uelut ſacrorũ gratia,Iudæis nec arcentibus q̃ nihil hoſtile ſuſpicarentur, & alioquin eum diem in ocio & quiete agentibus, ſine difficultate potitus dominio, acerbè eam & inclementer tractauit. Atteſtatur nobis Agatharchides Cnidius, qui

ſucceſſo

ſucceſſorũ Alexandri res geſtas conſcripſit, ſuperſtitionẽ nobis exprobrãs, ꝙ propter eam libertatem amiſerimus. Sic enim ſcribit. Eſt gens quæ Iudęorum dicitur, urbem incolens magnam & bene munitam, nomine Hieroſolyma. hanc paſsi ſunt in Ptolemæi poteſtatẽ peruenire: & dum propter ſuperſtitionem grauantur arma ſumere, grauem dominũ receperunt. Et Agatharchides quidẽ de noſtris hominibus hęc prodidit. Cæterũ Ptolemęus multos captiuos ex montano Iudææ tractu & Hieroſolymorũ uicinia, Samariaq́; & Garizin monte in Aegyptũ traductos iuſsit ſedes ibi figere: & cum Hieroſolymitas pertinaciſsimẽ iuriſiurandi fidem ſeruare compertũ haberet ex reſponſo quod Alexãdri legatis poſt Darij cladem dederant, multa ex eis præſidia diſpoſuit per arces: & cum eis apud Alexandriam ius ciuitatis pari cũ Macedonibus cõditione dediſſet, ſacramẽto omnes deuinxit, ſeruaturos fidem poſteris eius qui tam multa ipſis crediderat. Non pauci præterea reliquorũ Iudæorũ ſponte in Aegyptũ migrauerunt, partim ubertate terræ allecti, partim Ptolemæi erga ſuam gentem liberalitate. Seditiones tamen continuę fuerunt inter eorũ poſteros & Samaritas inſtituta patria peruicaciter retinentes: pugnabantq́; inter ſe iugiter, dum Hieroſolymitani ſuũ templũ ſacroſanctum eſſe affirmant, & uictimas à Iudæis nõ alio mittendas: Samaritæ contrà in montem Garizin eas mitti debere contendunt.

Ptolemæus Philadelphus Iudæorũ legem in Græcam linguam uertit, & multis eius gentis captiuis dimiſsis, donaria multa deo in templo eius dedicat. Cap. II

POſt hunc Philadelphus aſſumpto Aegypti regno, quod per annos undequadraginta tenuit, & legem transferri in græcam linguam curauit, & Hieroſolymitas in Aegypto ſeruientes liberos dimiſit, numero centum uiginti millia: idq́; ex huiuſmodi cauſa. Demetrius Phalereus regiarum bibliothecarum præfectus dabat operam ut ſi fieri poſſet omnes totius orbis libros colligeret; coemens quotquot ubicunq; audiſſet cognitu dignos, aut cupiditati regis gratos, cuius præcipuum erat in congerendis codicibus ſtudium. hic rogatus aliquando à rege q̃ multa millia iam cõparaſſet, ait ſe iam habere circiter ducenta milia, ſed breui habiturum quingenta millia: præterea compertũ ſibi certis indicijs multos eſſe apud Iudæos, qui leges eorũ ſcriptas contineant, dignos cognitu & bibliotheca regia: eſſeq́; ſcriptos ipſorũ lingua & literis, & exhibituros negotiũ his qui uelint eos in græcum ſermonem uertere. Videri quidem quandam cum Syrorum lingua & charactere ſimilitudinem, habere tamẽ multa peculiaria. Nihil igitur uetare, quin & illa ex Hebræo tradũcta, cum nõ deſint ſumptus, in bibliothecam ſuam referat. Tum rex collaudato Demetrij circa conquirendos libros ſtudio, ſcribit Iudæorum pontifici, ut curet hoc negocium ex ſententia ſua confici. Interea quidam Ariſtæus ex intimis regis amicis, & ob modeſtiam admodum carus, cum iamdudum animum haberet rogare eum ut Iudæos in ſuo regno libertati reſtitueret: ratus adeſſe iam optimam occaſionem ſupplicandi, primum cum præfectis ſatellitibus Soſibio Tarentino & Andrea conſilium hoc communicat, multum obteſtatus ut preces ſuas apud regem quantum poſſunt adiutent: & poſtquam intellexit ipſis quoque

rem cordi esse, adito rege sic eum allocutus est. Quia non decet nos rex uerũ dissimulare, sed ingenue proloqui: cum hoc agamus ut Iudæorum leges nõ transcribantur tantũ, uerumetiam uertantur, quó nam honesto prætextu id facere possumus, dum tam multi huius hominum generis in regno tuo seruiunt? Quos certe non alienũ fuerit à tua bonitate ac magnificentia, liberare à præsenti miseria: quandoquidem is qui tuum gubernat imperiũ, earum legum autor noscitur, quantum mihi sanè de ea re inquirenti peruestigari potuit. Conditorem enim huius uniuersitatis eundem quem illi nos quoq; colimus, Iouem nominantes, nimirum q̃ iuuet uitam omniũ. Quapropter uel deum reueritus, quem illi eximio præ cæteris mortalibus cultu uenerantur, redde eis patriã, ut in natali solo liceat eis uitam exigere. Nec est quod suspiceris rex, me uel genere uel tribu eis propinquum has preces offerre in illorum gratiam atq; cõmodum: sed quum omnium hominũ idem deus sit opifex, & sciam illi placere beneficentiam, ideo tibi nunc supplico. Ibi rex liberi ac hilari uultu illum aspiciens, & quot tandem putas millia, quibus opus sit hoc beneficio? Tum Andreas, qui & ipse aderat, dixit esse circiter centũ uiginti millia. Ad hæc rex, Paruá ne igitur tibi Aristææ uidetur hæc quã poscis liberalitas? Sosibio uero & cæteris præsentibus, dignum esse ipsius magnificentia dicẽtibus, pro accepto regno hanc deo reponere gratiam: lætus hoc eorum consensu iussit, ut quando militi stipendium numerauerint, p̃ singulis captiuis qui apud eos sint drachmas centum uiginti annumerẽt. atq; hoc suum decretum publico edicto propositurum se est pollicitus, quo tam Aristęi petitio quàm dei uoluntas fiat confirmatior. In eo comprehendebantur non hi solum quos pater aut eius exercitus abduxerat, sed illi quoq; qui uel antè uel pòst in seruitutem abstracti fuerant. & cum eam uindictam libertatis dicerent plusquam quadringenta talenta poscere, ne hæc quidẽ impendere grauatus est. Eius edicti exemplar, quo illustrior fiat regis magnanimitas, libet hoc loco adscribere. Quicunq; ex militia patris nostri Syriã ac Phœnicen incursauerunt, & subacta Iudæa mancipia inde in regionem nostram eiusq; urbes abducta diuendiderunt, atq; etiam quicũq; uel antè uel pòst diuenditi sunt, hos omnes liberos uolo fieri: proq; singulis mancipijs centum uiginti drachmas recipere, milites quidem unà cum cætero stipendio, reliquos uero à mensarijs regijs. Censeo enim hos præter patris mei uoluntatẽ, & præter omnem æquitatem in captiuitatem abductos militum licentia, qui uastata Iudæa sui cõmodi causa in Aegyptum abstraxerunt hanc multitudinem. Quapropter iustitiæ respectu & cõmiseratione eorum qui à potentioribus per uim opprimuntur, iubeo Iudæos omnes qui seruitutem seruiunt dimitti liberos, iam dicta summa heris eorum pro libertate reddita, & absq; dolo malo huic nostro mandato satisfieri. Volo autem hoc edictum proponi per triduum ex quo allatum fuerit, & interim heros profiteri huiusmodi mancipiorum numerum: id enim & mihijpsi profuturũ existimo. Eum uerò qui parere noluerit, cuiuis deferre liceat, mulctandum facultatibus quæ fisco nostro debent cedere. Hoc edictum cum primum oblatum esset regi, nec tamen diserte cautum esset illis quoq; qui uel antè uel pòst capti fuerant,

libera-

liberaliter & illis indultum eſt eadem regis beneficentia: iuſsitq; ut ex collectis iam tributis diſtribueretur pecunia in militem, & in menſarios regios. Quo facto, intra ſeptem dies peractum eſt quicquid rex iuſſerat, impenſis in redemptionem quadringentis ſexaginta talentis: quia domini exigebant & pro infantibus illas centum uiginti drachmas, quaſi regis edictum etiam hos complecteretur, ubi adſcriptū erat, p ſingulis mancipiorum capitibus eam ſummam numerandam. Hæc ubi ex ſententia regis magnifice ſunt peracta, iuſsit Demetrium euulgare decretum de trāſſcribendis Iudæorū codicibus. nihil enim temere fiebat à regibus, ſed omnia diligenter præmeditata: quapropter & ſuggeſtionis exemplar & epiſtolarum in cōmentarios relatū eſt, & multitudo miſſorum donariorum, & quod à quoq; factum eſt, ut primo aſpectu pateat ex ipſis operibus tàm autorum quàm artificū præſtantia. Suggeſtionis ſanè exemplar fuit tale. Regi magno Demetrius. Quia mādaſti rex ut quod deeſt tuæ bibliothecæ ſuppleamus, & libros qui hactenus noſtram inquiſitionem effugerūt perquiramus, nihil mihi ad ſummam circa hoc negocium diligentiam reliquū faciens, ſcire te uelim inter eos quos adhuc deſideramus eſſe Iudæorū legis codices. Hebraicis enim characteribus & uernacula ipſorum lingua ſcripti cum ſint, intelligi à nobis non poſſunt. ſunt etiam negligentius quàm par eſt habiti, eò quòd nondum eis regia prouidentia contigit. neceſſe eſt autem ut & hos habeas diligenter accuratos. Sapientiorem enim & ſinceriorem legislationem continent, utpote diuinitus proditam. Et hæc eſt cauſa, ut Hecatæus Abderita refert, cur nullus uel poeta uel hiſtoricus mentionem eius legis faciat, aut uirorum qui iuxta eius præſcriptum res ſuas adminiſtrauerunt: quòd ſacroſancta ſit, & profano ore tractari non debeat. Itaq; ſi idem tibi uidebitur rex, ſcribes Iudæorum pontifici, ut mittat ſenos ex ſingulis tribubus ſeniores, legum earū peritiſsimos, ex quorum interpretatione apertum ac conſonum ſenſum eorum librorū accipientes, dignum aliquid tuo deſiderio colligamus. Ad hanc igitur ſuggeſtionem iuſsit rex ſuos ut ad Eleazarum Iudæorum pontificem de hac re ſcriberent, ſimulq; per eaſdem literas certiorem facerent de Iudæis per Aegyptum priſtinæ libertati redditis. prēterea ad faciendos crateres & phialas ac libatoria, miſit auri talenta quinquaginta, & gemmarum copioſam multitudinē: iuſſitq; cuſtodes arcarum in quibus gemmæ ſeruabantur, liberam artificibus electionem permittere. mandauit etiā pecuniæ pro ſacrificijs & reliquis templi uſibus centum talenta erogari. Dicam autem & opera & eorum ornatū, ubi primū expoſuero exemplar epiſtolæ ſcriptæ ad Eleazarum pontificem, qui hoc ſacerdotij faſtigium hoc modo conſecutus eſt. Onia pōtifice defuncto filius ei Simon ſucceſsit, Iuſtus cognominatus, quòd & deum pie coleret, & eius ſumma potiretur beneuolentia. Quo mortuo, ſuperſtite unico filio paruulo, frater eius Eleazarus, de quo nunc eſt mentio, pontificatū aſſumpſit: cui Ptolemæus hoc modo ſcripſit. Rex Ptolemæus Eleazaro pontifici ſalutem. Multis Iudæis in regno meo degentibus, quos Perſæ dum rerum potirentur captiuos eò pertraxerant, pater meus eos in precio habuit, aliorum opera in militia uſus amplis ſtipendijs conductorum, alijs etiam

caſtellorum cuſtodia per Aegyptũ aſsignata, ut eſſent terrori indigenis. Ego uero poſtquam principatum adeptus ſum, cum in cæteros benignitate ſum uſus, tum maxime in tuos ciues: quorum ſupra centum millia in libertatem uindicaui, reſtitutis de meo precijs eorum poſſeſſoribus. ex his per ætatem idoneos allegi in militiam: nonnullos quorum fides id mereri uidebatur, inter aulicos meos accenſui, ratus nullum gratius me deo poſſe offerre donarium, pro ea prouidentia qua me dignatus eſt rebus præficere. Ergo ut & his & reliquis per totum orbem Iudæis gratum faciam, uiſum eſt mihi legem ueſtram in græcam linguam uertere, & ita uerſam in bibliothecam meam reponere. Bene igitur facies, ſi idoneorum delectu per tribus habito, ex unaquaque ſex uiros bonos iam ſeniores ad nos miſeris, qui per ætatem legum periti, poſsint præſtare bonos interpretes. Spero enim ſi hoc ex ſentẽtia ſucceſſerit, maximam gloriam nos inde acquiſituros. Mitto autem qui tecũ de hac re agant, Andream præfectum ſatellitum, & Ariſtæum, mihi chariſsimos: p quos etiam primitias donariorum templi & uictimarum miſimus, talẽta argenti centum. Reſcribes autem quicquid uolueris, facturus nobis rem gratiſsimam. Hac epiſtola accepta, Eleazarus reſcripſit q̃ potuit honorificentiſſimè. Pontifex Eleazarus regi Ptolemæo S. Si uales cũ regina Aſinoe communibusq; liberis, noſtræ quoq; res ſe habent optime: Acceptis tuis literis gauiſi ſumus plurimum ob egregiam tuam uoluntatem: aduocataq; cõcione eas legimus, teſtes pietatis qua colis deum maximũ. oſtendimus etiã phialas quas miſiſti aureas uiginti, argenteas triginta, & crateras quinq;, & menſam dedicandã, centũq; illa talẽta quæ in uictimas & alios templi uſus attulerunt Andreas & Ariſtæus amici tui chariſsimi, uiri boni ac docti, tuaq; amicitia digniſsimi. quare ſcito nos tibi gratificaturos etiã ſi quid prẽter ingeniũ noſtrũ facere oporteat. prouocati em̃ beneficijs in ciues noſtros collatis nõ debemus ſegnes eſſe ad referendã gratiã. Quamobrẽ continuo pro te ſoroq; tua & liberis & amicis hoſtias obtulimus, & populus uota fecit, p felici rerũ tuarũ ſucceſſu, & pro pacato regni tui ſtatu: utq; hæc legis uerſio tam felix tibi ſit q̃ cupis maxime. Delegimus etiam ſenos per tribus presbyteros, quos ad te cũ lege miſimus. tuæ aũt pietatis erit ac iuſtitiæ, ut tranſcripta lege ad nos eam tuto remittas unà cum eius deportatoribus. Bene uale. Hęc ſunt quæ reſcripſit pontifex. ſuperuacaneũ autẽ uiſum eſt apponere LXX ſeniorũ nomina qui cum lege ab Eleazaro miſsi ſunt, licet adſcripta fuerint in epiſtola. donariorũ tñ quæ rex deo miſit ornatũ & magnificentiã ſilẽtio præterire nõ poſſum, ut omnib. nota fiat eius regis erga deũ pietas ac liberalitas. abũde enim ſumptus ſuppeditans, & præſentia ſua exſtimulans artifices, opera eorum aſsidue uiſendo, nullam eis ſegnitiæ aut negligentiæ relinquebat occaſionem: quæ nunc recenſebo ſingula, non q̃ hiſtoriæ contextus hoc admodum poſtulet, ſed q̃ digna ſit quæ prædicetur regis liberalitas: primumque menſam conabor deſcribere. Cupiens enim longe maiorem facere mandauit explorari eius quæ tum Hieroſolymis erat magnitudinem, quanta eſſet, & an maior poſſet fieri: & comperta eius menſura, quodq; maior etiam eſſe poſſet: ait ſe eius uel quincuplam magnitudinem redditurum, ni uereretur,

ne

ne per hoc ad quotidiana miniſteria minus poſthac eſſet utilis. Cupere enim ſe ea donaria non ſolum ad oſtentationem, ſed ad uſum etiam eſſe accõmoda: itaq; uolens declarare ſe non auri penuria uel parſimonia parem priori facere: quod non erat integrũ addere magnitudini, id cõpenſauit uarietate ornatus & operis pulchritudine. cum enim eſſet ingenioſus in contẽplandis rerũ naturis, & in excogitandis nouis & inuſitatis operibus, ꝓ ſua ſapientia præſcribebat artificibus, exigens ne quid à præſcriptis formulis diſcederent. ac primũ conſtituto menſæ modo in longitudinem cubitorum duorum & ſemis, in latitudinem unius, altitudine ſeſquicubitali, totum opus ex auro facientes, loricam ei palmum latam circũdederunt: cuius cymæ uerſatiles ſculpturam habebant reſticulatã indiſtincta imitatione per tria latera. cum enim eſſent triangulæ, per ſingulos angulos eædem erant figurationes, ut cõuerſæ non alia ſed eadem ſpecie oculis occurrerẽt. loricæ uero pars interior ad menſam uergens egregias ſculpturas habebat: ſed exterior eius facies longe pulchriores, uidelicet ꝙ hæ totæ eſſent cõſpicuæ. quin & cymæ illæ facile & cito uertebant, & quemuis è tribus angulis pari menſura oculis ſubijciebãt. reſticulis aũt illis ſculptilib. inſertæ erant gemmæ precioſæ paribus interuallis diſtantes, fibulis aureis per foramina cõprehenſæ. exterior autem loricæ facies gemmis pulchris ouali ſpecie diſtinguebatur, intercurrente denſa ſculptura uirgarum quæ per circuitũ menſæ uoluebantur. huic ſubiecta erat corona per circuitũ, omne genus fructuũ repræſentans, dependentibus racemis, & ſpicis emergentibus, & malis punicis interſertis: quæ omnia conſtabant è lapillis etiam colorem natiuum fructuũ referentibus, & auro circum totam mẽſam reuinctis. Sub hac corona rurſum alia ſeries ouorũ priori ſimilis cum uirgatis peræque ſculpturis uiſebatur: ut ex utraq; parte ſpectaretur eadẽ operũ uarietas ac elegantia, etiam in lorica & cymarũ ordine: ac ne inuerſis quidẽ mẽſæ lateribus ulla ſentiretur diuerſitas, ſed idem artificium uſq; imos pedes pertẽderet. ſubdita enim lamina aurea quatuor digitos lata per tranſuerſam menſæ latitudinem, in eam pedes eius inſeruerũt, quos fibulis ac clauſuris aſtrinxerunt menſæ iuxta loricã, ut his inſiſtens quaqua uerteretur, eandem ſpeciẽ oſtenderet. In menſa aũt ſculptus erat Mæander, magni precij gemmis per mediũ tanquã ſtellis uariegatus, carbunculo & ſmaragdo ſuauiſsime radiãtibus, alijsq; generibus quæ ubiq; grata ſunt propter preciũ. Præter Mæandrũ uero reſticulati quidam nexus circumquaq; diſcurrebant, rombo circa mediũ ſimiles, in quo cryſtallus & ſuccinũ per interſtitia paria coniunctim cum magna gratia ſpectabantur. pedum aũt capitella liliorum ſimilitudinẽ referebant, folijs ſub menſa ſe reflectentibus, cum germen alioquin rectũ uideretur. baſis aũt facta erat è carbunculo palmum lata crepidinis ſpecie, quà uero pedes innitebant, octo digitorũ latitudine: erãtq; ſculpti ſinguli pedes opere ſubtiliſsimo, hederis & palmitibus unà cũ racemis ꝙ eos diſcurrẽtibus, indiſcreta uerorũ ſimilitudine. tanta em̃ erat artis ſubtilitas, ut perflante uento agitata, naturæ nõ artis opus uiderent. conſtabatq; totũ opus trimembri cõpoſitione, ſed tanto artificio, ut cõmiſſurę nec oculis nec cogitatiõe deprehẽdi poſſent. craſsitudo aũt mẽſę erat ſemicubitalis. tãta fuit in hoc dono regis magnificẽtia, opulẽtia materię, artis pulchritudo

do ac uarietas ad naturę imitationem expreſſa: quandoquidem hoc erat eius ſtudium, ut ſi non magnitudine hæc priorem illam menſam ſuperaret, certe nouitate cõmenti & ornamentorũ ſplendore magis eſſet conſpicienda. Crateræ autem aureæ fuerunt duæ, ſquamatæ, à baſi uſq; præcinctura, ſpiras habentes uarijs gemmis diſtinctas: deinde Mæandrũ cubitali altitudine ex omnigenis gemmis compoſitum: & ſuper eum uirgatam ſculpturam, & deinceps uſq; labrũ plexile quiddã reti ſimile, crebra romborũ ſpecie interueniente. addebant gratiã, inſertæ gemmeæ ſcutulæ, quatuor digitorũ amplitudine. Labrũ uero crateris in orbem ornatũ erat lilijs & floribus, atq; implexis inter ſe palmitibus uuas ferentibus. & ornatus quidẽ utriuſq; erat hic, amplitudo uero quæ amphoram caperet. argenteæ uerò quæuis ſpecula ſplendore uincebant, certius etiam reddentes inſpectantiũ effigies. His addidit rex triginta phialas, in quibus quicquid ſpacij gemmis erat uacuũ, frondib. ederæ & pampinis ſculptilibus adumbrabatur. atq; hæc omnia non ſolũ artificum ingenijs ornabãtur uſq; ad miraculũ, ſed quadam etiam regis circa hæc ambitione diligẽtius accurabantur: qui non ſatis putans quòd ſine parſimonia ſumptus præberet, relictis etiã ſerijs negotijs ſæpe adibat officinas & inuiſebat artificũ opera, id quod magis etiam accendebat eorum diligentiam. uidentes enim q̃ cordi ſit ei hoc negocium, maiore attentione uerſabantur in opere. atq; hæc ſunt donaria ab hoc rege ad Hieroſolymitanum templum tranſmiſſa. Quibus conſecratis pontifex Eleazarus, & honorificè tractatis q̃ attulerant, nõ ſine muneribus ad regem eos remiſit. Hi poſtq̃ Alexandriam ſunt reuerſi, rex cognito eorũ ſimul & ſeptuaginta ſeniorum aduentu, cõfeſtim legatos Andream & Ariſtæũ acciuit: ab eisq; & epiſtolam pontificis recepit, & multa præterea ſciſcitando didicit. Et cum uehementer cuperet congredi cum ſeptuaginta ſenioríb. qui Hieroſolymis ad interpretandã legem uenerant, quicunq; priuatorũ negociorum cauſa expetebãt eius colloquiũ, præter morem ſuum dimitti iuſsit. hos enim quinto quoque die ſolebat admittere, ſicut legatos ſemel in menſe. tũ uero illis dimiſsis ab Eleazaro miſſos expectabat. ut uero ſenes illi uenerunt cum muneribus à põtifice miſsis, & cum membranis quæ legẽ aureis literis inſcriptam continebant, primum de libris eos rogauit. ut uero ex inuolucris depromptos obtulerũt, multum diuq; miratus membranæ ſubtilitatẽ, & cõmiſſuras quæ ita latebant, ut uiſu diſcerni nõ poſſent, gratias ſe illis habere dixit qui uenerint, & maiores etiã ei qui miſerit, ſed longe maximas deo cuius leges attulerint. cumq; ſeniores eorumq; comites uno ore omnia fauſta regi acclamaſſent, præ nimia lætitia lacrymas non continuit, quæ quidem mœroris inſignia etiam magnũ gaudium cõſequi natura uoluit. iuſsitq; libros accipere quorũ hoc erat officiũ, tum demũ uiros ſalutauit, præfatus æquũ fuiſſe ut prius de ea re propter quã acciti fuerant percontatus deinde illos quoq; compellaret. diem quidem aduentus eorum tam gratum ſibi confeſſus eſt, ut quoad uiueret, per ſingulos annos redeũtem eius memoriam colere ſe uelle promitteret. forte ènim eadem erat qua Antigonũ nauali prælio uicerat. uoluitq; ut cõuiuę ſibi eſſent, & diuerſoria mandauit eis aſsignari ſub ipſa arce pulcherrima. Nicanor autẽ qui excipiendis hoſpitibus præerat, Dorotheum eos curare ſolitũ iuſsit parare

rare cuiq; ad uictū pertinentia. Sic enim rex diſpoſuerat, ut ex eis ciuitatibus quæ in ratione uictus aliquid peculiare habent uenientibus, more ipſorum omnia pararent, ut tractati more cōſueto ſuauius uiuerēt, & nulla in hoc nouitate offenderent. quod honoris his quoq; exhibitū eſt, Dorotheo hac cura cōmiſſa, q̄ is callebat morem quo ſolerēt uiuere. quamobrem omnia per ſe adminiſtrauit quę ad illos accipiendos facerent. Ac primū duos accubitus ſtrauit, rege ita iubēte, qui uolebat dimidiā eorū partem ad dextrā ſuam diſcumbere, reliquā uero poſt ipſum ordine, nihil omittens ad honorem eorū pertinēs. poſtquā autē diſcubitū eſt, iuſsit Dorotheū illis miniſtrare, ſicut ſolet hoſpitibus ad ſe à Iudæa uenientibus. quapropter præconibus & ſacrificulis, alijsq; id genus quorū eſt à ſuis precatiunculis auſpicari conuiuiū, locus hic non fuit: ſed unū ex conuiuarum numero ſacerdotem Eliſæum nomine precatione menſam cōſecrare ipſe rex iuſsit: qui ſtans in medio precatus eſt omnia fauſta regi ſimul atq; ſubditis: applauſumq; & acclamatū eſt ab omnibus libenti ac hilari animo. quo facto fruebant appoſitis. cumq; rex ſiluiſſet quantū ſatis uiſum eſt, cœpit philoſophari, proponens ſingulis quęſtionem aliquā de natura ſubtili diſquiſitione dignā. illis uero diſerte ad quidlibet reſpondentibus, delectatus eorū conſuetudine per duodecim dies inſtaurauit conuiuiū. Si quis aūt cupit cognoſcere quæſtiones agitatas in eo cōuiuio, legat Ariſtæi librū quem hoc argumento cōſcripſit. Quos ſermones cum non ſolū rex admiratus eſſet, ſed Menedemus etiā philoſophus fateretur omnia gubernare prouidentiā, eoq; facilius tueri hanc ſententiā, finis eſt huic quęſtioni impoſitus. Rex uero iam tum ſe uberē ex eorum aduentu fructū percepiſſe faſſus eſt, per quos didiciſſet quomodo regnū adminiſtrare oporteat: iuſsitq; datis prius in ſingulos ternis talentis, deduci eos in diuerſoriū. Quarto deinde die Demetrius aſſumptis eis tranſiuit aggerē illum ſeptem ſtadiorum, & pontem qui inſulā continenti adiungit: & progreſſus ad ſeptentrionale littus, aſsignauit eis ibi domū remotam à ſtrepitu, & cōtemplationi rerum idoneā: rogauitq; ut quando quidē ad opus iam ita inſtructi ſint ut nihil deſiderent amplius, ordiantur interpretationē feliciter. illi uero non parcentes labori quàm poterant accuratiſsimè interpretabantur, uſque horam nonam aſsidentes operi: reliquum deinde temporis curando corpori dabant, præter aliam copiam etiam de regi paratis cibis partes afferente Dorotheo, ita ut mandatum ei fuerat. mane autem regiam ingreſsi, ſalutato rege in eundem locum ad inſtitutū negocium ſe referebant: quod marinis aquis ablutis manibus prius mundati aggrediebantur. Verſione autem legis intra ſeptuaginta duos dies abſoluta, Demetrius aduocatis omnibus Iudæis in locū ubi uerſa fuerat, præſentibus etiam interpretibus, perlegit codicem. cōcio uero & ſeniorum interpretationē approbauit, & Demetrium ipſum collaudauit, cuius ſuggeſtionis occaſione maxima bona percepiſſent: rogaueruntq; ut etiam optimatibus eorum copia legendi fieret. Deinde & ſacerdos & ſeniores interpretū & magiſtratus populi poſtulauerūt, quandoquidem feliciter abſoluta eſſet hæc interpretatio, ut rata permaneat, nihilq; ex ea mutari liceat. quæ ſententia cum omnib. placuiſſet, iuſſerunt ut prius ſi quis aliqd deprehenderet uel ſupereſſe legi uel deeſſe, diligētius inſpectum & indicatum

corri-

corrigeret, quando conſultum eſſet ut res ſemel approbata rata eſſet in perpetuum. Quamobrē rex multū gauiſus eſt, uidens hanc quoq; ſuam uoluntatem in publicū ceſsiſſe cōmodum: ſed maiorē etiam percepit uoluptatē dum ſibi lex legeretur, nō ſine admiratione legislatoris ſapiētiæ: cœpitq; de ea re conferre cum Demetrio, rogans quî factū ſit ut tam admirandarū legū nec hiſtoricus ullus nec poeta mentionē fecerit. Tum Demetrius reſpōdit, neminem auſum eam attingere, quam cōſtaret diuinā eſſe & omni ueneratiōe digniſsimam: & punitos eſſe quoſdā à cœleſti numine, qui illam temerè attrectare nō ſint ueriti. Theopompū enim uolentē inde quædam ſuis ſcriptis inſerere, mente motū fuiſſe diebus xxx. & per interualla inſaniæ precibus deum placaſſe, facile cōijcientem quæ morbi cauſa fuerit. atq; etiā in ſomnis admonitum hæc ideo pati, ꝙ fuiſſet circa res diuinas curioſior, easq; uoluiſſet proferre profanis hominibus. quare cum à cœpto deſtitiſſet, ſanam mentem ei fuiſſe redditam. Theodectæ etiā poetæ, cum in quadā tragœdia uellet aliquid è ſacris libris admiſcere, oculos glaucomate ſuffuſos caligaſſe: & cum erratū agnouiſſet, exorato deo redditā aciem. acceptos deinde à Demetrio libros rex cū adoraſſet, aſſeruari iuſsit diligenter, ut incorrupti manerent: rogauitq; interpretes ut crebro è Iudęa uenientes ipſum inuiſerent. id enim eis non minus cōmodum fore q̄ honorificum. Nunc enim æquū eſſe ut remittantur: ſed ſi ultro ad eum uenerint, cōſecuturos quicquid uel ipſorū ſapientia dignū ſit, uel regia munificētia. Tum quoq; remiſsi ſunt donati ternis ueſtibus optimis, & binis auri talētis, ſingulisq; unius talēti calicibus, & toris diſcubitorijs. præterea pontifici per eoſdē miſit decē lectos cum argenteis pedibus cum cōpetenti apparatu, & calicem talentorū triginta: ad hæc decem ueſtes purpureas, & coronam inſignē, & telas byſsinas centū, præterea phialas & trullas & libatoria, & crateras duas deo dicandas. rogauitq; eum per literas, ut ſi quis ex his uiris uellet ad ipſum uenire, permitteret, quandoquidē plurimi faceret cum doctis conſuetudinem, & diuitias libenter in eiuſmodi inſumeret. Atq; hæc ſunt in Iudæorum honorem à Philadelpho exhibita.

Honor à regibus Aſiæ Iudæorum genti habitus, & quòd in ciuitatibus à ſe conditis ius ciuium ei conceſſerint. Cap. III

III SEd & ab Aſiæ regibus honorati ſunt, propter nauatam in militia bonam ac fidelem operam. Nam Seleucus cognomēto Nicanor in cōditis à ſe per Aſiam & inferiorē Syriam urbibus, in ipſa denique metropoli Antiochia, ius ciuitatis eis dedit, uoluitq; pari ibi cum Macedonibus ac Græcis conditione degere, quo iure nunc quoq; uiuunt inter eos homines. Argumento eſt quia Iudæis externo oleo nolentibus uti, certa pecunia pro eo à Gymnaſiarchis penditur: quē morē cum Antiochenſis populus ꝓximo bello abrogare uellet, nō permiſit Mutianus qui tum Syriæ prouinciæ præerat. Deinde imperante Veſpaſiano, & Tito eius filio, Alexādrini & Antiochēſes rogātes adimi Iudæis ius ciuiū, impetrare id nō potuerūt, manifeſto Romanorū ęquitatis & magnanimitatis indicio, ſed ꝓcipue ipſorū principū: qui cum eo bello multos labores pertuliſſent, & infenſi eſſent pertinaciter rebellātibus, nihil tñ de iure ipſorū diminutū uoluerūt: idq; nec irę ꝓprię, nec duob. maximis populis cōtra eos licere paſsi ſunt:

maiorem

maiorem rationē habentes ueterum gentis meritorū quàm pręſentis offenſionis, aut gratiæ quam hoc facto apud hos populos inire poterant: dicētes eos qui contra rem Romanam arma tulerant iam ſatis ſuppliciorū exſoluiſſe, eos uero qui nihil peccaſſent non eſſe æquū ſpoliari ſuis priuilegijs & iuribus. Marcum quoq; Agrippam ſimiliter affectū erga Iudæos fuiſſe proditur. Ionibus enim contra hos ſeditioſe cōmotis, & rogantibus Agrippam, ut ciuitatis quam eis dederat Antiochus Seleuci nepos, quem Græci deum cognominant, ſoli eſſent participes: & poſtulantibus ut ſiquidē eiuſdem generis haberi uelint Iudæi, eoſdē quoq; deos colerent: cum res ad iudicum cognitionē deueniſſet uicerunt cauſam Iudęi: obtinueruntq; ut ſibi liceret ſuis moribus uiuere, patrocinio Nicolai Damaſceni adiuti. Agrippa ēm pronunciauit, nihil ſibi licere innouare circa hoc negociū. quę ſi quis uolet exactius cognoſcere, legat hiſtoriarū Nicolai libros tertiū & quartum ſupra centeſimum uigeſimū. Sed Agrippæ ſententiā mirari nō debemus: neq; enim tum gens noſtra cum Romanis bellū geſſerat: Veſpaſiani uero & Titi magnanimitatē merito quis miretur, q̄ poſt tanta belli certamina nihil immoderate in nos ſtatuerūt. Nunc unde digreſſus ſum reuertar. Antiocho Magno in Aſia regnante in cōtinua uexatione tam Iudæa fuit q̄ Cœle Syria: q̄ eo bellum gerente cū Philopatore Ptolemæo, huiusq; filio q̄ Epiphanes cognominatus eſt, ſiue uinceret, ſiue uinceretur, male mulctarent, non aliter q̄ nauis fluctibus utrinq; oppugnata, inter proſperam & aduerſam Antiochi fortunam iactatæ. Tandē uictor Antiochus Iudæam ſuæ ditioni adiecit. Defuncto uero Philopatore, filius eius magnū exercitū duce Scopa miſit in Cœleſyriā: qui & multas eius urbes & noſtrā gentē ui in poteſtatē eius retraxit. Aliquanto aūt pòſt Antiochus ad fontes Iordanis cum Scopa prælio cōgreſſus fit ſuperior: cumq; recepiſſet occupatas à Scopa urbes Cœleſyriæ ſimul & Samarię Iudæi quoq; ultro deditionē fecerūt: receptūq; intra mœnia eius exercitum & elephantos liberaliter aluerunt: & oppugnantibus præſidiū in arce à Scopa relictū impigre auxiliū tulerunt. Quamobrē Antiochus æquū ducēs aliquam Iudæis p̄ ſtudio ſuarū partiū referre gratiā, ſcripſit ad amicos ſuos & duces literas, teſtes beneficiorū quæ in ipſum cōtulerant, in quib. etiā ſignificabat quomodo remunerari eos decreuerit. earū exēplar ſubijciā, citato prius Polybij Megalopolitæ teſtimonio, ex libro hiſtoriarū eius XVI. Scopas, inquit, copiarū Ptolemæi dux ad mediterranea uerſo impetu per hyemē Iudæorū gentē ſubegit. ac paulo poſt in eodē lib. narrat quomodo uicto Scopa Antiochus Batanæā, Samariā, Gadara, & Abila recepit: moxq; Iudæi qui Hieroſolyma & celebre eius loci templū incolūt, ad eū defecerūt: de quo cū multa eſſent dicenda, ait ſe id in aliud tēpus differre. & hæc quidē Polybius. nos aūt narrationē continuabimus, inſerta hic prius Antiochi epiſtola. Rex Antiochus Ptolemæo S. Quoniā Iudæi mox ut regionē eorū ſumus ingreſſi ſtudiū erga nos ſuū declarauerunt, & in urbē ſuam uenientes ſplendide exceperūt ſenatu obuiam p̄greſſo, exercituiq; noſtro & elephantis copioſe uictū præbuerūt, & cū eo ſimul præſidiū Aegyptiorū in arce expugnauerūt: uiſum eſt nobis gratiā aliquā eis reponere, & urbē eorū refouere uarijs calamitatibus affectam, & in priſtinam frequentiam reſtituere, reuocatis in eam

qui nũc diſperſi ſunt habitatoribus. ac primũ decreuimus pietatis ergò præberi eis in precium pecudũ mactandarũ,uini,olei,thuris,argenteorũ uiginti millia, & ad ſimilam ſecundum prouincialẽ legem tritici medimnos mille quadringentos ſexaginta, & ſalis medimnos trecentos ſeptuagintaquinq;. uoloq; ut hæc eis præbeantur ita ut mandaui: & quod deeſt tẽplo abſoluatur,ſiue porticus ſiue q̃d aliud ædificare opus fuerit.lignorum autem materies comportetur tam ex ipſa Iudæa q̃ ex alijs gentibus & ex Libano, immunis à uectigalibus:quæ immunitas & alijs rebus conceditur ad apparatũ atq; ornatum templi pertinẽtibus. Permittitur etiam eis ut omnes uiuant iuxta leges patrias:& remittitur ſenatoribus,ſacerdotibus,ſcribis tẽpli atq; cantoribus tributum quod penditur pro capite,& aurũ coronarium, & ſi quod eſt tributum aliud.Et ut eo citius urbs frequentetur habitatoribus, cõcedo omnibus qui nunc eam habitant,quí ue ante hyperberetæũ menſem eò ſe habitatum contulerint,immunitatem omnium tributorũ uſq; in triennium: remittimusq; eis in poſterũ tertiam partem tributorũ,in præteritorũ damnorum cõpenſationem. Et quotquot ex urbe abrepti ſeruiũt, & ipſos & natos eorũ uolumus eſſe liberos, ac bona quoq; eis reſtitui iubemus. Vale. Nec contentus hanc epiſtolam ſcripſiſſe,edictum etiam in honorẽ templi per totum ſuum regnũ propoſuit tale: Nemini alienigenæ liceat intra ſepta templi ingredi contra uoluntatem Iudæorũ,ſed ſolis hoc facere fas ſit,q̃ iuxta præſcriptũ legis patriæ purificati prius fuerint. Nemo etiam in urbem carnes equinas aut mulinas inferat,nec aſini ſiue feri ſiue domeſtici, nec pãtheræ aut uulpis aut leporis,aut cuiuſuis omnino ex his animalibus quæ Iudæis uetitũ eſt attingere.ac neq; pelles eorũ inferre liceat, aut aliq̃d ex his in urbe alere: ſed tantũ ſolitas more maiorũ mactare uictimas, quibus deus litari ſibi uult. qui uero aliquid contra edictum hoc fecerit,trium milliũ drachmarũ argẽti mulctam luat ſacerdotibus.Idem rex amplum pietatis ac fidei nobis præbuit teſtimoniũ, quo tempore quoſdam per Phrygiam ac Lydiam nouis rebus ſtudere cõperit. Zeuxidem enim amicum præcipuũ, in ſuperioribus ſatrapijs ductantem exercitum,iuſsit quoſdam è noſtratibus apud Babylonẽ degentibus in Phrygiam mittere,ſcribens in hunc modũ. Rex Antiochus Zeuxidi patri ſalutẽ. Si uales bene eſt ego quoq; ualeo. Quia quoſdam in Phrygia & Lydia res nouas moliri audio, uidetur hoc negotiũ curã meam depoſcere. Quapropter conſultis de hac re amicis,placuit mihi,ex his Iudæis qui Babyloniam ac Meſopotamiam incolũt duo millia familiarium cum tota ſupellectili eò traducere,& locis opportunis p̃ præſidia diſponere.Perſuaſum enim habeo illos fore noſtrarum rerũ cuſtodes beneuolos:tum quia cæleſte numen pie colunt, tum quia fides eorũ & promptũ obſequiũ etiã maiorum noſtrorum cõprobatur teſtimonijs. Volo igitur ut eos, licet difficile uideatur,traducas,pollicitus libertatem uiuendi proprijs legibus.perductis deinde ad iam dicta loca,tum ad ædificandas domos aſsignabis areas,tum agros ad colendum aruis & uinetis idoneos: immunitatemq; dabis in decennium, ne quid pẽdere cogantur ex annuis terræ prouentibus.& donec ipſorũ agri fruges protulerint,demenſum frumentũ accipiãt in ſeruorũ alimoniam: ac reliquis quoq; tribuatur quantũ ſatis eſt, ut benigne à nobis habiti alacrio-

res

res ſint in noſtris negotijs. Cura aũt ne quis moleſtus ſit ei populo. Vale. Atq; hactenus de Antiochi magni erga Iudæos beneuolẽtia dixiſſe ſufficiat. Poſt hæc amicitia Ptolemæo cõiunctus eſt & fœdere, data in matrimonium Cleopatra filia, & conceſſa dotis nomine Cœleſyria, unà cum Phœnice, Iudæaq; & Samaria: diuiſisq; inter utrunq; regem uectigalibus, optimates ſuæ quiſq; patriæ exactionem eorũ redimebant, & collecta quæ imperata eſſet pecunia, conferebant eam in regiũ ærarium. Per ea tempora Samaritę rebus ſecundis elati ſæpe Iudæos infeſtabant agros uaſtando, & abducendo in captiuitatem homines, maxime ſub Onia pontifice. Poſt obitũ enim Eleazari Manaſſes eius patruus pontificatum aſſumpſit, quo defuncto Onias ſucceſſit in ſacerdotium Simonis Iuſti filius, quem Simonem Eleazari fratrẽ fuiſſe diximus. Is Onias puſillanimis erat, & auarus: quæ cauſa fuit ut tributum, IIII quod pro populo maiores eius de ſuo ſolebant regi pendere, talenta argenti uiginti non ſoluendo, ad iram cõmouerit Ptolemæum Euergetem patrẽ Philopatoris. Qui miſſo Hieroſolyma legato incuſabat Oniam quòd tributum non redderet: minabaturq; ni faceret regionem eius militibus ſuis ſe diuiſurum, & nouas colonias eò deducturũ. quod audiẽtes Iudæi perterriti ſunt, licet Onias perfricta fronte hæc cõtemneret, nihil curans præter pecuniam.

Ioſephus Tobiæ filius imminentem Iudæis calamitatem depellit, amicus Ptolemæo regi factus. Cap. IIII

IOſephus autem quidam ætate iuuenis, ſed honeſtate, prudentia, iuſtitia inter Hieroſolymitas celebris, Tobia patre natus è ſorore Oniæ pontificis, cum indicio matris cognouiſſet de aduentu legati, fortè enim in Phichola natali uico aberat, ueniens in urbem inuectus eſt in Oniam, qui non curaret ſecuritatem publicam, ſed modo pecunijs parcat, conijceret in periculum populum, à quo & reipub. adminiſtrationẽ & pontificalem honorem acceperat. Quòd ſi tanto amore pecuniæ teneret, ut propter eam ſuſtineat & patriam & ciues in diſcrimen adduci, iret ſaltem ad regem, & precibus obtineret ab eo uel totam, uel partẽ aliquam eius pecuniæ. Onia uero dicente neq; principatum ſe morari, & põtificatum etiam modo liceat libenter ſe depoſiturum: neq; iturum ad regem, quum nihil curet hoc negocium: rogauit Ioſephus num ipſi permitteret legationem publicã ſuſcipere. Quo annuente aſcendit in templum, & aduocata cõcione, hortatus eſt eos ne terreantur Oniæ ſui auunculi negligentia, ſed miſſa mœſtitia meliorem ſecuritatis ſpem concipiant. Seipſum enim iturum legatũ ad regem, & cauſam eorum bona fide acturum, perſuaſurumq; ei quòd iraſcatur immerito. Quibus auditis plebs gratias egit iuueni. Ipſe uero egreſſus ex templo legatum regium excepit hoſpitio, & donatũ pretioſis muneribus, lauteque per aliquot dies acceptum, præmiſit ad regem, dicens ſe quoq; mox ſecuturum. Iam enim magis etiam quàm antè accenſus erat ad eam profectionem, quia legatus hortatus fuerat ut in Aegyptum ueniret, operámque ſuam obtulerat: effecturum enim ſe ut quicquid opus haberet, à rege impetraret facile. Vehementer enim captus eſt liberalibus honeſtiſsimi iuuenis moribus. Cæterum reuerſus in Aegyptum, denarrauit regi Oniæ ingratitudinem, multum interim prædicata Ioſephi bonitate: quem breui uenturũ aiebat, & patrocina-

trocinaturum populo, cuius curam propter pontificis ſegnitiem ſuſceperit. Tantis deniq; iuuenem aſsidue ornabat laudibus, ut & rex & regina Cleopatra erga abſentem adhuc affecti eſſent optime: at Ioſephus miſsis in Samariã qui ab amicis pecuniã mutuo ſumerẽt, ſatis iam inſtructus ad profectionem iumentis, ueſtibus & poculis, impenſis in hæc uiginti drachmarũ millibus, peruenit Alexandriã. Forte fortuna ita accidit, ut illo ipſo tempore ad regem uenirent omnes Syriæ ac Phœnices urbiũ principes ad emenda uectigalia, quæ ſingulis annis rex uendebat oppidanorum potentioribus. hi uidẽtes Ioſephum in itinere, deridebant eius tenuitatem & inopiam. qui cũ apud Alexandriam audiſſet, Memphi Ptolemæum eſſe, profectus eſt illi obuiã. Sedente autem rege in curru unà cum regina & Athenione amico (is erat qui legatus Hieroſolymis hoſpitio Ioſephi uſus fuerat) conſpicatus eũ Athenio mox regi notũ reddidit, dicens hunc eſſe illum iuuenem, cuius bonitatẽ ac liberalitatem Hieroſolymis reuerſus tantopere prædicauerat. Tum Ptolemæus & prior eum ſalutauit, & currũ iuſsit conſcendere. quo facto Oniam accuſare cœpit. At Ioſephus: Danda eſt, inquit, ſenectuti uenia. Scis enim q; ſenes & pueri eundem habent animũ. Nos autem iuuenes officio noſtro non deerimus, ut nihil de nobis merito poſsis conqueri. Ex hoc primo colloquio rex deguſtata iuuenis ciuilitate, adeò cœpit eum amare ut iuberet eũ diuerſari in regia, & quotidie ſuæ mẽſæ adhiberet. quod cum primates Syrorum uiderent apud Alexandriam, indigne ferebant. Cumq; dies auctionis uenifſet qua addicenda erant uectigalia, licitabantur ea nobiles ſuæ quiſq; patriæ: & cum octo millia talentorum colligerentur è uectigalibus Cœleſyriæ, Phœnicesq; & Iudææ ac Samariæ, accedẽs Ioſephus culpabat illos licitatores, tanquam de cõpoſito tam paruum regi preciũ promitterent. Se enim paratum duplum numerare, relictis regi damnatorũ confiſcationibus, quæ prius publicanis ſolebant accedere. Rege uero libenter hæc audiente, & ut amplificatori redituũ ſuorũ addicturũ ſe promittente, rogante tamen ecquos fideiuſſores haberet, feſtiue reſpondit, daturũ ſe homines probos & honeſtos, quibus nõ grauaretur credere. Quos ut proferret poſtulatus: Te, inquit, rex dabo, tuamque coniugem, ut alter alteri pro me fideiubeat. Tum rex arridens permiſit eum abſq; fideiuſsione habere uectigalia. id quod ualde moleſtum fuit his qui poſthabiti fuerant, nõ ſine pudore in patriam reuertentibus. Ioſephus aũt acceptis à rege duobus militũ millibus, quos ideo petierat ut poſſet contumaces in urbibus ui cogere, & mutuatus Alexandriæ ab amicis regijs quingẽta talenta, profectus eſt in Syriam. Et cum ueniſſet Aſcalonẽ, tributumq; à ciuibus exigeret, & non ſolũ nihil acciperet, ſed conuitijs etiam appeteretur: cõprehenſos circiter uiginti eorũ primates affecit ſupplicio: & redactis ex eorũ facultatibus mille talentis, regi eam pecuniam tranſmiſit, indicans quidnam egerit. Ptolemæus autem miratus eius prudentiam, & approbato quod egerat, permiſit ei quicquid uellet facere. Hoc audito Syri, exemplo recenti caſtigatæ in Aſcalonitis inobedientiæ territi, patentibus portis Ioſephum excipientes tributa ſoluebant. Cumq; etiam Scythopolitæ per contumaciam detrectarent imperata more ſolito tributa depẽdere, horũ quoq; necatis primatibus, facultates damnatorũ ad regem miſit: comparatisq; multis

tis pecunijs & multa lucratus ex redemptione uectigaliũ, his opibus ad constabiliendam præsentem potentiam usus est, prudẽter existimans optimum esse iam partam felicitatem tueri ex ipsius reditibus. multa nanq; munera regi atq; reginæ in manũ mittebat, multa etiam horum amicis & omnibus in aula potentibus, beneuolentiam eorũ hoc pacto sibi concilians. Vsus est autem ea prosperitate per annos XXII, ex una uxore procreatis septẽ filijs, susceptо etiam uno ex fratris Solymij filia, nomine Hyrcano: quam hac occasione duxit coniugẽ. Cum aliquando ueniſſet Alexandriã cum fratre, ducente secum filiam nubilẽ, ut eam ibi alicui nobili Iudæo nuptum traderet: cœnans cum rege, ingressam in conuiuium formosam saltatriculam adamauit, soliq; fratri hoc indicauit, rogãs ut quandoquidẽ lege uetaretur habere rem cum fœmina alienigena, subseruiret ei ut clam ea potiri posset. Frater uero libenter operam suam pollicitus, ornatã filiam suam noctu ad eum adduxit, & in lectum eius collocauit: atq; ita parum sobrius, per errorẽ cum fratris filia congressus est: & cum hoc sæpius feciſſet, magis etiam in amorem accensus, conquestus est apud fratrem q̃ periculũ esset ne non posset excutere amorẽ saltatriculæ, quam fortè rex nollet ei cedere. Tum Solymius ait nõ esse opus ut hac de re sit anxius, licere enim ei frui amata muliere, atq; etiam uxorẽ eam ducere: fassus quòd maluerit filiæ fieri iniuriam, quàm fratrem tale dedecus in se admittere. Iosephus collaudata tam fraterna beneuolentia, uxorẽ duxit eius filiam: ex eaq; genuit quem diximus Hyrcanum filiũ. Is cum annos natus tredecim adulescens adhuc generosam & prudentem præ se ferret indolem, fratrum in se cõcitauit odia, quòd eos in omnib. uideretur antecellere. Iosephus enim uolens cognoscere quisnam ex his ad uirtutem esset idoneus maxime, unumquemq; misit ad eos qui tum professione disciplinarum erãt celebres: illi uero propter segnitiem & laborum impatientiã indocti domũ reuersi sunt. Deinde minimũ natu Hyrcanũ cum trecentis iugis boum misit itinere septem dierum in solitudinem, ut illic sementẽ faceret: sed prius subtractis clàm loris quibus arator boues ad iugum solet astringere. Quò postq̃ peruentũ est, cum non haberet lora, contempto bubulcorum consilio, suadentium aliquem ad patrem mittere qui adferret: nolensq; interim expectando eorum reditũ tempus perdere, cõmentus est quiddã ueterano duce magis dignũ quàm id ætatis homine. Mactatis enim decem iugis carnes quidẽ in operarios distribuit: sectis autem tergoribus, & loris inde factis, iuga hoc modo bubus aptauit: & hoc modo arata terra quam pater proscindi iusserat, sementeq; facta, domum redijt. Pater autem reuersum exosculatus ob prudentiam & acumen ingenij, & quòd excogitata auderet aggredi, ut solũ germanum filiũ, magis etiam posthac amauit, indigne ferentibus reliquis fratribus. Interea uenit quidam nuncians quòd regi Ptolemæo natus sit filius: uersiq; omnes Syriæ magnates cum subditis ad lætitiam, natalem pueri celebrabant, ac deinde Alexandriam gratulatũ sunt profecti magno apparatu, Iosepho ob ætatem iam grauantẽ domi manere coacto. pertentauit tamen filiorum animos, num quis ex his uellet eam profectionẽ suscipere: & recusantibus cæteris, q̃ se negarent scire mores aulicos, quomodo uersandũ sit cum regibus, suadentibusq; ut Hyrcanũ fratrẽ mitteret: libenter hoc audito, sta-

tim eum aduocat: rogatq; ecquid liberet, aut idoneũ ſe putaret, qui ad regẽ ſalutatum accederet. qui cum promptè eam profectionem ſuſciperet, & modica pecunia ſibi opus fore diceret: uelle enim ſe frugaliter uiuere, ut decem drachmarũ millia ſufficiant, admodũ lætatus eſt filij prudẽtia. Deinde puer cum aliquandiu ſiluiſſet, ſuaſit patri ne domo quicquam munerũ regi mitteret: ſed ut ad procuratorem ſuum Alexandrinũ ſcriberet, ut pecuniam ipſi præberet ad emendum regi id quod inueniret pulcherrimum & pretioſiſsimum. Ille uero ratus decem fortaſſe talenta impenſurum in munera, & com probato filij cõſilio, ſcripſit procuratori Arioni, qui omnem ipſius pecuniã tractabat Alexandriæ, talentorum circiter tria millia. Ioſephus enim pecunias in Syria collectas ſolebat eò mittere, & quoties præſtitutũ tempus ueniret tributa regi adnumerandi, Arionem hoc iubebat facere. Ad hunc igit̃ acceptis à patre literis, Alexandriã proficiſcit̃: moxq; fratres ad omnes regios amicos ſcripſerunt, ut eum aliquo modo perderent. Vt uero exacto itinere Arioni epiſtolam reddidit, rogatus quót nam talẽta uellet accipere: putabat enim decem petiturũ aut nõ multo amplius: ut reſpõdit mille ſibi opus eſſe, iratus procurator obiurgauit eum acriter, q̃ uellet ea per luxũ perdere: monebatq; ut ſequeretur exemplũ patris, qui eam pecuniã laboribus & temperantia parauerat. Se enim non plus quàm decem præbiturum, & ea non in alium uſum quàm ut mercaretur regi munera. Ibi puer iratus Arionẽ conie cit in uincula. Procuratoris autem uxore reginæ hoc renunciante, & rogãte ut puerum compeſceret: gratioſus enim apud Cleopatram Arion fuerat: ex regina hoc rex didicit. ac mox per quendam miſſum ad Hyrcanum mirari ſe nunciat, cur ad ſe à patre miſſus, non modò in conſpectum non uenerit, ſed procuratorem etiam patris ſui uinxerit. iubebatq; ut ueniret, ac cauſam eius facti diceret. Ille contrà regi nunciari iubet, legẽ eſſe Iudæis ne quis guſtaret de ſacrificio, priuſquàm adito templo mactaſſet uictimas: eaq; ratione nec ipſum hactenus regem ſalutaſſe, expectantem dona quæ offerret regi de parente ſuo bene merito. Seruum autẽ iure ſe puniſſe, qui mandata eius contemneret. Nihil enim differre inter maiorem & minorem dominũ. Niſi em tales dent pœnas meritas, exſpectandum mox ipſi regi ut cõtemnatur à ſubditis. His auditis rex riſit, miratus tam magnum in puero animum. Arion autem poſtquam hoc cognouit, nihil ſperans à rege præſidij, datis adoleſcenti mille talentis liberauit ſe à uinculis. Elapſis deinde tribus diebus, ſalutaturus reges acceſsit: à quibus libenti animo exceptus, & menſæ cõmuni eſt adhibitus, in parentis ſui gratiam. móxque clàm aditis negotiatoribus, emit ab eis centum pueros formoſiſsimos, & literarum peritiſsimos, talento ſingulos, & totidem puellas eodem precio. tum uocatus ad conuiuium regium cum principibus, infimo loco iuſſus eſt accumbere, propter ætatem poſthabitus ab his quorum hoc erat officium. reliquis autem conuiuis oſſa partium abſumpta carne ante Hyrcanum congerentibus, Tryphon quidam quo plurimũ in conuiuijs rex delectabatur propter ſcõmata & facetias hominis, rogatus à conuiuis ad regem ſe uertit: & Viden, inquit, domine, quantum oſſium ante Hyrcanum iaceat. Hinc igitur collige quòd & pater eius totam Syriam ita ſpoliat, quemadmodũ hic oſſa nudauit carnibus. Rege uero ad hoc

dictum

dictum arridente, & rogante Hyrcanum, unde illa oſsium congeries: Nihil mirum, inquit, domine. canum enim eſt oſſa unà cum carnibus abſumere, ſicut iſti faciunt: uultu cõmonſtrans reliquos, ante quos nihil erat oſsium. Homines autẽ comeſis carnibus ſolent abijcere oſſa, quod & ego homo cũ ſim, nunc facio. Ibi rex miratus urbanitatẽ, iuſsit omnes cõuiuas huic dicto plaudere. Sequenti uero die aditis regis amicis & aulicis potẽtioribus, ipſos quidem ſalutauit: ex famulis autem eorum expiſcatus eſt, quidnam oblaturi eſſent regi in feſto natalitio. Illis referentibus hunc daturũ talenta duodecim, alium rurſum aliud pro ſuis quemq; opibus: ſimulauit ſe dolere, q̃ non haberet unde tantundem largiri ualeat, nec ultra talenta quinq; numero. idq; mox famuli renunciauere dominis. Illis autem gaudẽtibus, quaſi offenſurus eſſet regem Ioſephus propter exilitatem muneris, ubi dies ſtatutus aduenit, alij quidem & hi munificentiſsimi obtulerunt talenta nõ plus quàm uiginti. Hyrcanus autem emptos à ſe centum pueros, totidemq; puellas adduxit, iuſſos ſingulos talentum offerre, hos quidem regi, has uero Cleopatrę. Omnibus uero admirantibus tam profuſam & inſperatam munificentiam, atq; ipſis etiam regibus, amicos quoq; regis & miniſtros multorum talentorũ donis honorauit, ne quid ſibi ab illis naſceret periculi. ad hos enim fratres ſcripſerant, ut quocũq; modo Hyrcanum tollerent. Rex autem delectatus iuuenis munificentia, iuſsit eum donũ quodcunq; uellet petere. At ille nihil aliud petijt, quàm ut ſe rex patri ac fratribus cõmendaret per literas. Itaq; honorificentiſsime tractatum, & donatum regie, ſcriptis quoq; ad patrem, & fratres, & omnes ſuos duces atq; procuratores cõmendaticijs literis, dimiſit liberaliter. Fratres autem cum cognouiſſent tantũ honoris ei habitum à regibus, & honoratiorem multo reuerti quàm fuerit antea, decreuerunt obuiã proficiſci, & de medio illum tollere, ne patre quidẽ inſcio. Iratus enim ob profuſam in munera tam immenſam pecuniã, non erat de ſalute eius ſolicitus. eam tamen iram metu regis diſsimulare coactus eſt. Sed fratribus adortis eum in itinere, fortiter congreſſus, & alios non paucos ex eorum comitatu occidit, & duos quoque fratres inter cæteros: reliqui uero fuga euaſerunt ad patrem Hieroſolyma. Veniens autem ad urbem cum exciperetur à nemine, territus ſeceſsit trans Iordanem fluuium, & illic uitam egit tributa colligens à barbaris: quo tempore in Aſia regnum obtinebat Seleucus cognomine Soter, magni Antiochi filius. Obijt deinde Hyrcani pater Ioſephus, uir bonus & magnanimus, qui Iudæis pauperibus tum & inopibus ſplendidioris uitæ occaſionem præbuit, per duos & uiginti annos præpoſitus exigendis Syriæ ac Phœnices & Samariæ uectigalibus: & eodem ferè tempore patruus quoque eius Onias, relicto ſucceſſore honoris Simone filio. Deinde uita perfuncto Onias filius ſucceſsit, ad quem Lacedæmoniorũ rex Arius legationẽ miſit cum literis, quarum hoc exemplar exſtat. V

Amicitia & ſocietas Lacedæmoniorũ cum Onia Iudæorum pontifice. Cap. V

REx Lacedæmoniorum Arius Oniæ ſalutem. Incidimus in quandam ſcripturam antiquam, in qua inuenimus cognationem interceſsiſſe inter noſtras origines, & noſtrum quoque genus non eſſe alienum à poſteris Abrahæ. Aequum igitur eſt, ut quum

fratres noſtri ſitis, petatis à nobis quæcunq; libuerit. Idem nos quoq; faciemus, & res ueſtras tanq̃ noſtras exiſtimabimus, noſtras item uobiſcum communes habituri. Demoteles eſt qui has uobis reddit literas, in pagina quadrangula ſcriptas, & obſignatas aquilæ ſigillo, draconẽ tenentis unguibus. Et epiſtola quidẽ hæc continebat. Ioſepho autem mortuo, populus ſeditionibus agitatus eſt propter eius filios, dum maiores fratres Hyrcano bellum inferunt natu minimo. pleriq; enim fauebant ſenioribus, & in his Simõ pontifex propter cognationẽ. Hyrcanus aũt Hieroſolyma quidẽ noluit repetere, ſed ultra Iordanem habitans aſsiduũ bellum gerebat cum Arabibus, multos eorum interficiens, alios in captiuitatem abſtrahẽs. Aedificauit etiam caſtrũ munitiſsimũ, è marmore candido exſtructis uſq; tectum eius parietibus, habentibus inſculptas diuerſorũ animalium effigies enormi magnitudine: idq; ædificium foſſa profunda, & aquis plena circumdedit, & oppoſiti montis prominentem petram perforans, ſpeluncas in ea fecit multorum ſtadiorum longitudine. aulas etiam in eo caſtro fecit aptas conuiuijs, diætasq; alias & cubicula: ſalientium etiam aquarum eò tantam induxit copiam, ut loco uoluptatem ſimul & ornamentum adderent. Speluncarum uero ora nõ amplius aperuit q̃ ut unum caperent: idq; de induſtria factum eſt ſecuritatis ac tutelæ gratia, ſi quando fortè oppugnaretur à fratribus. Aedificauit etiam atria magnæ amplitudinis, eaq; hortis ſpatioſis ornauit, & locum hoc pacto inſtructum & abſolutum uocauit Tyrum, qui eſt in finibus Arabiæ & Iudææ trãs Iordanem ſitæ, nõ procul regione Eſſebonitide. præfuitq; illi tractui per ſeptennium, toto tempore quo Seleucus regnauit in Syria: poſt cuius obitum Antiochus eius frater in regnũ ſucceſsit, qui cognominatus eſt Epiphanes. Moritur etiam Ptolemæus & ipſe eodem cognomento Epiphanes dictus, ſu perſtitibus duobus filijs impuberibus: quorum grandiori Philometor cognomen inditum, minori uero Phyſcon. Hyrcanus autem uidens prępotentem Antiochum, & ueritus ne in poteſtatem eius redactus pœnas daret eorum quæ contra Arabas auſus fuerat, ipſe ſibi manus intulit: poſſeſsionẽ uero eius uniuerſam occupauit Antiochus.

Iudæi ſeditionibus agitati Antiochi opem inuocant. Cap. VI

VI 1. Mac. 1

IS defuncto per idem tempus Onia pontifice, fratri eius Ieſu id ſacerdotium contulit, cui filius ſuperſtes etiam tum eſſet paruulus, de quo ſuo loco dicetur. Hic Ieſus priuatus eſt eo ſacerdotio per regis indignationem, moxq; in Oniam fratrum minimum pontificatus translatus eſt. Simoni enim hi tres fuerunt filij, ad quos omnes pontificatus peruenit, ut indicauimus. Cæterùm Ieſus Iaſonem ſe uocari maluit, ſicut alter frater cui Onia Menelaus dictus eſt. Concitata autem per fratrem contra nouum pontificem Menelaum ſeditione, & populo in partes ſciſſo, Tobiæ filij ſteterunt à Menelai partibus: maior autem populi pars factionem Iaſonis ſequebatur. quorum uim non ſuſtinentes Menelaus & Tobiæ filij ſeceſſerunt ad Antiochum, dicentes ſe uelle relictis patrijs inſtitutis ac legibus, religionẽ regis & Græcanicos ritus aſſumere: rogaueruntq; eum ut ſibi permitteret gymnaſiũ Hieroſolymis exſtruere. quo impetrato, adduxerunt ſibi præputia, ut nudi quoq; non eſſent Græcis diſsimiles: & contẽptis omnibus patrijs ritib. imitabantur

tabantur mores exterarum gentium. Antiochus autem domi usus fortuna prospera, expeditionem Aegyptiam tentare statuit captus eius regionis cupidine, & contempta Ptolemæi filiorum ætate, rebus administrandis nõdum idonea. Profectus igitur cũ magno exercitu Pelusium, astu circumuẽto Philometore Aegyptũ occupat, & redacta prius in potestatem Memphi, locisq; circumuicinis, ad Alexandriã duxit, & urbẽ & regẽ subiugaturus. Sed omnes eius conatus unica Romanorũ denũciatione repressi sunt, ita ut iam occupata relinqueret, sicut & aliàs diximus. Nũc prolixius narrabimus de hoc rege quomodo Iudæam ac templũ occupauerit, quod in prioribus cõmentarijs breuiter tantum perstrinximus, ut necesse sit idem altius repetere.

Quemadmodum Antiochus ducto Hierosolyma exercitu, occupatoq; eius urbis dominio, templum etiam spoliauerit. Cap. VII

REuersus ab Aegypto quam metu Romanorũ reliquerat rex Antiochus ad Hierosolymitarum urbem mouit exercitum: & ingressus eam centesimo quadragesimo tertio anno ex quo primum ad Seleuci familiam Syriæ regnum deuenerat, sine ullo negotio dominus eius factus est, admissus apertis portis per suæ factiõis homines. quam dominationem crudeliter exercuit, necatis permultis qui diuersarum erant partium: direptisq; pecunijs & asportatis Antiochiam. Ea clades accidit anno secundo post urbem captam, regni eius familiæ centesimo quadragesimoquinto, uigesimaquinta eius mensis qui Chasleus nostris dicitur, Macedonibus Apellæus, Olympiade centesima quinquagesima tertia, quando ne his quidem est parcitum, qui quasi pacate uenienti portas aperuerant, quo maiore licentia grassatũ est in tẽpli diuitias: quæ cum essent maximi precij, uisæ sunt satis amplum uiolati fœderis præmiũ. Spoliato igitur tẽplo, & ablatis uasis sacri ministerij, & inter cætera candelabris aureis, altari aureo, mensaq; propositionis quam uocant, ac ne aulæis quidẽ relictis quæ è cocco ac byssо cõstabãt, euacuatis etiam thesauris reconditis, ita ut nihil omnino relinqueret, cõiecit Iudæos in luctum maximũ. nam & quotidiana sacra iuxta legis præscriptum uetuit eos facere: direptaq; tota urbe, habitatores partim necauit, partim captiuos unà cum liberis & uxoribus abduxit, usq; ad decẽ millium numerum. Incendit etiam ædificiorum eius quicquid erat pulcherrimũ, & demolitus mœnia, in inferiore urbe arcem condidit. erat enim editiore loco sita, ipsi templo imminẽs. quapropter bene prius firmatæ mœnibus ac turribus Macedonicũ præsidiũ imposuit. admixti tñ erant ex impijs Iudæis sceleſtissimi, à quibus plurimũ uexata fuit ciuitas. In tẽplo quoq; ara posita porcos mactauit, sacrificiũ à Iudæorũ religiõe alieniſsimũ: & cogebat omnes abrogato ueri dei cultu, ipsius uenerari numina: & oppidatim exstructis tẽplis atq; altaribus, porcinas in eis quotidie iugulare uictimas. Cõminatus est etiã gra- VI
uem pœnam, si quis liberos circumcideret, cõstitutis qui mandata exigerẽt, atq; etiã ui ad ea seruanda detrectantes cogerent. Et maxima quidẽ Iudæorũ pars uel sponte uel metu supplicij parebat edictis regijs. qui uero probatiores erant, & generosæ indolis, maiorẽ rationem habuerunt moris patrij, quàm pœnæ intentatæ sibi per aduersarios. quamobrẽ quotidie necabantur excruciati tormentis crudeliſsimis. Flagris em̃ cæsi & lacerati corpora, uiui adhuc

& spiran-

& ſpirantes ſuffigebantur crucibus. Vxores aũt eorum & circumciſos liberos ſtrangulabant iuxta mandatũ regium,& ſuſpendebant à crucifixorũ parentum ceruicibus. abolebatur etiã ubicunq; repertũ eſſet ſacrũ uolumẽ ali quod,& ipſi apud quos inuentũ eſſet mali male peribant. Samaritæ autẽ uidentes in tali calamitate conſtitutos Iudæos,non amplius profitebant ſe cognatos eorũ,neq; Garizitanũ templum eſſe dei maximi,nihil abſonũ facientes à ſuo ingenio, de quo antè diximus: ſed dicentes ſe Medorum & Perſarum colonos,ut re uera ſunt,miſerunt legationem ad Antiochum,cum epiſtola ſcripta in hunc modum: Regi Antiocho deo illuſtri ſuggeſtio à Sidonijs in Sicimis habitantibus.Maiores noſtri cõpulſi crebris ſuæ regionis peſtilentijs,& inducti ueteri quadam ſuperſtitione,morẽ fecerunt obſeruandi eam feſtiuitatem quæ apud Iudęos uocatur ſabbatum:& exſtructo in Garizino monte templo innominati numinis,immolauerunt in eo ſolennes uictimas. Nunc aũt ex quo tibi uiſum eſt in Iudæos ut eorũ malitia dignũ eſt animaduertere, qui exſequuntur mandata regia, exiſtimantes nos hæc propter eorum cognationem facere,uolũt nos in cõmunem cum illis cauſam inuoluere,cum ſimus ab origine Sidonij,quemadmodũ extat relatũ in noſtris annalibus.Rogamus igitur te ſeruatorẽ ac beneficũ,ut mandes Apollonio noſtro præſidi,& Nicanori procuratori regio, ne quid poſthac nobis moleſti ſint quaſi hęrentibus in eodẽ cum Iudæis crimine,à quib.tam diuerſi ſumus moribus q̃ origine: utq; templũ quod hactenus nullius dei titulum habuit, poſthac uocetur Iouis Græcanici.hoc enim pacto erimus à moleſtijs liberi: & ſecurius intendentes priuatis negotijs, maiora tibi poterimus tributa ſoluere. Poſt hanc Samaritarũ ſupplicationem rex & ipſam & talem epiſtolam remiſit. Rex Antiochus Nicanori. Sidonij qui ſunt apud Sicima miſerũt ad nos ſuggeſtionem quam his literis adiunximus. Quoniam igitur nobis & amicorum conſilio ſatis approbauerunt qui in hoc miſsi ſunt, ꝙ alieni ſint à Iudæorũ criminibus, & placet illis iuxta Græcorũ inſtituta uiuere, abſoluimus eos quantũ ad hanc cauſam & eorũ templum attinet, quod poſthac appelletur Iouis Græcanici. Eadẽ autem & Apollonio magiſtratui ſcripſimus, anno quadrageſimoſexto,menſis Hecatombæonis undecima.

Antiocho uetante Iudæos uti patrijs legibus,ſolus Aſſamonæi filius Matthias regem contempſit,profligatis etiam eius ducibus. Cap. VIII

1.Mac.2 EOdem tempore habitabat in Modim uico Iudææ quidã Matthias nomine,filius Ioannis,qui fuit Simeonis ex Aſſamonæo geniti,ſacerdos ex uice Ioaribi, Hieroſolymita genere: erantq; ei filij quinque,Ioannes qui & Gaddis cognominabatur, Simon qui & Matthes, Iudas qui & Maccabæus,Eleazarus qui & Auran,Ionathas qui & Aphus uocabatur.Is Matthias ſæpenumero queſtus eſt apud filios de tam afflicto rerũ ſtatu,direptione urbis,deprædatione templi,cæterisq; calamitatibus: aiebatq; præſtare mori eos pro patrijs legibus quàm ſic inglorie uiuere. Cumq; ueniſſent in eum uicum in hoc à rege conſtituti, ut Iudæos ad mandata eius cogerent: & poſtularent ut Matthias cæteris autoritate potior, ad exemplum aliorum primus profana ſacra faceret,oſtentantes à rege præmia: negauit ſe hoc facturum, etiam ſi omnes gentes Antiochi imperata facerent: ac ne liberis

beris quidem ipſius perſuaderi ut patriam religionẽ deſerant. Vt uero ſilente eo Iudæus quidam in medium progreſſus cœpit immolare iuxta mandatum regium, non amplius ferens indignitatem rei, irruit in eum cum ſuis filijs armatus gladijs: nec ſolum eum trucidauit, ſed etiam Apellem regiũ ducẽ cum ſuis militibus, qui uolebant plebem eam cogere: dirutaq; ara exclamauit: Si cui eſt cordi religionis incolumitas, me ſequatur. Et cum dicto comitantibus filijs in deſertum ſe contulit, relictis in uico facultatibus. Id imitata plebs reliqua, & ipſi cum familijs in idem deſertum profugerunt, ibiq́ue uictitabant in ſpecubus. Quo audito duces regij, præſidio Hieroſolymitanæ arcis aſſumpto, Iudæos in deſertũ perſecuti ſunt. quos aſſecuti, primũ uerbis perſuadere cõnati ſunt ut ab incepto deſiſterent, & admittentes rectius consilium, non imponerent ſibi neceſsitatem ſæuiendi hoſtiliter: & cum nihil proficerent apud obſtinatos, aggreſsi ſunt eos die ſabbati, & ita ut erãt in ſpeluncis exuſſerunt, nõ repugnantes, ac ne aditus quidem ſpeluncarum obturantes. Etenim propter religionem diei repugnare nolebant, ac ne in aduerſitatibus quidem uiolare honorẽ ſabbati, quando lex iubet feriari ab omni opere. Itaq; perierunt cum uxoribus & liberis ſuffocati in ſpeluncis circiter mille. multi etiã elapſi adiunxerunt ſe Matthiæ, eumq́; principẽ ſibi elegerũt. At ille docuit eos, pugnandum etiam ſabbatis, aut ſi ita pergant ipſos ſibi futuros exitio, hoſtibus eam occaſionem obſeruãtibus, & non niſi ſabbato illos aggredientibus. atq; ita fore ut uel ſine certamine omnes facile oppriman tur. Hæc locutus perſuaſit eis: & in hodiernum uſq; mos hic permanet, ut ſi ita neceſsitas poſtulet, pugnent etiã ſabbatis. Collecta igitur circa ſe non contemnenda manu, & altaria diruit, & prolapſos in impietatem quotquot adipiſci potuit trucidauit. confluebant enim ad eũ quos ante metus per circũui cinas gentes ſparſerat. pueros etiam iuſsit circũcidere qui hactenus uetiti fuerant, expulſis qui ad hoc ut uetarent conſtituti erant ab Antiocho. Exacto autem anno poſt principatum morbo correptus conuocatis ad ſe liberis: Equidem, inquit, filij, iam fatalem uiam ingredior, interim commendo uobis meum propoſitũ, & rogo ne per ignauiam ceſſetis id exſequi: ſed potius memores paternæ uoluntatis ſeruate ritus patrios, & rempub. tantum non collapſam reſtituite: neq; illis accedite qui aut ſponte aut ui eam prodiderũt hoſtibus. Præſtate uos mihi germanos filios, contemptaq́; omni ui ac neceſsitate, parati ſitis pro legum tutela uel mortem oppetere, ſi ita res poſtulet, cogitantes q̃ deus uos tales non deſpiciet, ſed delectatus ueſtra uirtute in priſtinam patrijs moribus uiuẽdi libertatem reſtituet. corpora quidem habemus mortalia, & fatali neceſsitati obnoxia, ſed præclare geſtorum memoria uice immortalitatis eſſe poterit, cuius amatores uos aſpirare uolo ad gloriã, adeò ut non grauemini uel immori egregijs facinoribus. Prima autẽ cura ſit concordiæ, & quibus quiſq; præcellit artibus, his utatur reliquis cõcedentibus: Simonémque fratrem eximia prudentia uirum parentis loco habete obtemperantes eius conſilijs: Maccabæum autem propter fortitudinem exercitui præficite. Hic enim ulciſcetur ſuæ gentis iniurias repulſis hoſtibus. Ad hoc autem negotium adhibete quotquot uſquã ſunt iuſti ac pij, & hoc pacto uires ueſtras augebitis. VIII

Matthiæ

Matthiæ defuncto Iudas filius succedit. Cap. IX

1.Mac.3 HAec locutus filijs, precatusq; deum adesse illorũ conatibus, & populo pristinum uiuendi morem restituere, non multo pòst moritur, & in Modim sepelitur: & post exhibitũ ei publici luctus honorẽ, Iudas filius cognomine Maccabæus administrationi rerũ præficit, anno CXLVI: qui adiutus impigre à fratribus, eiecto hoste, & impijs tribulibus necatis, totam eam terram lustrauit à præteritis piaculis.

Apollonius Antiochi dux in Iudæa prælio uictus occiditur. Cap. X

IX HIs auditis Apollonius præfectus Samariæ raptim cõtra Iudam duxit exercitũ. Nec in Iuda mora fuit, sed obuiam ei factus prælio uictum cum alijs multis interficit, gladio etiã eius potitus uelut opimo spolio. plurimis etiam hostium uulneratis, & castris eorũ direptis, ditatus præda redijt. Seron aũt Cœlesyriæ præfectus cognito quòd Iudas multis undiq; ad eum confluentibus magnas circa se copias habeat, & ad cõfligendum cum hoste idoneas, decreuit contra eum ducere, sui putans officij animaduertere in rebelles, & contumaces erga mandata regia. Cõtractis igitur quibus præerat militibus, adiũctis etiam Iudæorum perfugis, & impijs, progressus usq; Bethora uicum Iudææ, castra eo loco metatus est. Iudas autẽ occurrens ei pugnandi animo, ubi uidit milites suos parũ alacres partim ppter hostium multitudinem, partim quia ipsi ieiunauerant: hortando addebat illis animos, affirmans non in numero militis sitam uictoriam, sed in pietate erga deum & fiducia: idq; compertum plurimis maiorũ suorum exemplis, qui iusta arma pro legibus suis & liberis ferentes multa sæpe hostium millia profligauerint. Inuictum enim robur esse innocentiæ. His dictis persuasit ut non detrectarent prælium: & collatis cum Serone signis, fudit ac fugauit Syrorum exercitum. Prostrato enim duce omnes in fuga spem salutis posuerunt: quos persequutus usq; ad campum occidit ex eis octingentos: reliqui euaserunt in regionem maritimam.

Lysiæ & Gorgiæ contra Iudæos expeditiones & clades. Cap. XI

AVditis his rex Antiochus uehementer iratus omnes undiq; copias contraxit, conducto etiam mercenario ex Græcia milite, parans primo uere in Iudæam irrumpere. Cumq; numerato stipendio uideret thesauros suos exhaustos deficere: nam neq; tributa omnia reddebant propter crebras rebellatiões gentium, & ipse uir magnanimus ac munificus nõ erat contentus ea quæ tum aderat pecunia: decreuit adita prius Persidé regionis eius tributa exigere. Cõmissa igitur rerum administratione Lysiæ, amico probatæ fidei, & prouincijs Asiæ quæ Aegyptum inter & Euphratem sitæ sunt curę eius creditis, relicta ei copiarum quoq; & elephantorum parte, iussit ut Antiochum filium diligenter educaret usq; in suum reditũ: eidemq; mandauit, ut subacta Iudæa, & habitatoribus eius sub hasta diuenditis, deleret Hierosolyma, ac totam gentẽ extingueret. His mandatis profectus est in Persidem CXLVII anno, & traiecto Euphrate ascendit
X ad superiores Satrapias. Lysias aũt delectis ad hoc negocium eximijs ducibus ex amicis regijs, Ptolemæo Dorymenis filio, & Gorgia & Nicanore, attributisq; eis peditum quadraginta millibus, equitum septem millibus, in

Iudæam

Iudæam misit eum exercitum. qui usq; Emauntem urbem progressi, in eam pestribus eius castra metati sunt: ubi conuenerunt ad eos auxilia Syrorũ, & ex alijs uicinis regionibus, nec nõ magnus perfugarũ Iudæorum numerus. aderant etiam in eis castris negotiatores non pauci empturi mancipia, & instructi cõpedibus, paratis in hoc ut uincirent captiuos numerata pro eis pecunia. Iudas aũt animaduersa hostium multitudine, hortatus est suos milites ut forti essent animo, & in deo collocarent omnẽ fiduciã, decretis supplicationibus, quibus more patrio in magnis periculis induti saccos solent orare ueniã, ut deus ad misserationẽ flexus uires contra hostẽ eis adderet. Distributis deinde more antiquo gentis in tribunos ac centuriones ordinibus, & ablegatis nouis maritis, qui ue agros recens sibi comparauerãt, ne distracti talibus cupiditatibus pugnarent segnius, uerbis etiã aggressus est hortari suos ad rem gerendã strenue. Nullũ socij tempus nobis dabitur ad uirtutẽ & periculorum contemptũ opportunius: nunc enim fortiter certantibus paratum est libertatis præmiũ, quam suapte natura desiderabilẽ hoc magis nos optare decet, quod absq; hac ne religionẽ quidem tueri poterimus. Sic igitur existimate, in hac pugna situ esse, utrum pristinam felicitatem recipiatis, hoc est uitam iuxta patrias leges recte institutã: an per summam ignominiam etiam reliquiæ nostri generis intereãt, nisi fortes uiros præstiteritis: & cum hac cogitatione inite præliũ. Cum igitur tam ignauos q̃ fortes mors certa maneat, gloria uero sempiterna propugnatores pietatis, legũ, libertatis, patriæ, eos animos concipite, qui uobis in crastina pugna possint esse usui, uel ad uictoriam, uel certe gloriã. His suos Iudas hortatus dum cogitat de futuro prelio, certo indice cõperit Gorgiam missum cum mille equitibus, peditũ quinque millibus, ut ductu perfugarũ noctu se inopinũ inuaderet: decreuitq; & ipse eadẽ nocte in hostiũ castra impetũ facere, maxime quòd abfutura esset bona pars illorũ exercitus. itaq; confestim sumpta cœna, relictisq; in castris multis ignibus, tota nocte iter fecit ad Emaunti ppinqua castra hostiũ. Interim Gorgias nemine in castris Iudæorũ inuento, ratus eos metu cessisse & occultari alicubi in montibus, statuit ubinam essent quærere. Iudas aũt sub diluculum peruenit ad castra hostiũ, ducens tria uirorũ millia non satis instructa armis propter inopiam: uidensq; hostem armatũ egregie, & castra ex arte disposita, hortatus primũ suos ut nõ dubitarent uel nudis si ita opus sit, corporibus in pugnã ruere: quandoquidẽ deus delectetur tali fortitudine, eamq; suo prę fidio cõtra armatos fulciat: iubet signa canere. Ex improuiso deinde adortus nihil minus expectantes ita terruit, ut cæsis quotquot ausi sunt resistere, cæteros persequeretur usq; Gadara, & usq; campos Idumææ, & Azoti & Iamniæ. Ceciderunt aũt ex eis circiter tria millia. Victor Iudas suos à præda cohibuit, Gorgiam adhuc supersse dictitans: quo profligato per ociũ deinde posse eos ditari ex spolijs. Adhuc autem eo loquente, ostenderunt se Gorgiani è quodam loco edito: unde prospiciẽtes suorũ cladem, & castra capta ac fumantia, animaduertentesq; Iudam se exspectantẽ instructa acie, nõ ausi manus cõserere, trepide se retro in tutũ receperunt. Iudas uero sine certamine uictor, tum demũ permisit suos ad prædam discurrere: ditatusq; cũ suis reperto plurimo auro & argento, hyacinthoq; & purpura incolumem redu

1. Mac. 4

exercitum,laudans deum autorẽ eius uictoriæ, quæ haud exiguũ momentũ ad futurã libertatem eis attulit. Lyſias autẽ ſequenti anno ad abolendã ignominiam nouum exercitũ parauit: contractiſq; lectiſsimorũ militũ ſexaginta millibus,& adiũctis quinq; millibus equitũ, Iudæam ingreſſus mõtana eius aſcendit,& ad Bethſura uicũ caſtra poſuit. Huic Iudas occurrit cum decẽ mil libus: & cum uideret hoſtẽ longe præſtare numero, uotis ꝓ uictoria factis deo fretus primã aciem aggreditur tanto impetu ut ex eis quinq; millia ſterneret: quo facto reliquis tantũ terrorem incuſsit, ut Lyſias animaduertẽs eis certò ſtatutũ aut mori aut in libertatẽ ſe aſſerere, ueritus magis deſperationẽ eorũ quàm uires, copias Antiochiam reduceret: ubi mercenarios conducẽs & maiores uires colligens, parabat ſe ut ad primam opportunitatẽ bello Iudæos repeteret. Toties igitur profligatis Antiochi ducibus, Iudas perſuaſit ſuis, ut quandoquidẽ tam mulctas uictorias deus cõceſſerat, aſcenderẽt Hieroſolyma, & luſtrato templo mactarẽt ſolennes uictimas: ubi cũ inueniſſet templũ deſertũ,& portas eius incenſas,& in atrijs uirgulta enata propter ſolitudinẽ, lamentari cum ſuis cœpit ob tantã deformitatẽ. deſtinata deinde copiarũ parte ad arcis oppugnationẽ, ipſe interim repurgare templũ aggreſſus eſt: quod poſtq̃ accurate factũ eſt, intulit in illud uaſa noua, candelabrũ, menſam,& altare incenſorũ ex auro fabrefacta omnia. addidit & uela foribus op pandi ſolita, ac poſtremo fores quoq; appoſuit. Diruto etiam holocauſtorũ altari quod profanatũ fuerat, nouũ ex collaticijs ſaxis impolitis conſtruxit. Vigeſima aũt & quinta mẽſis chaslei, quẽ apellæũ Macedones nominant, accenderunt lumina in candelabris,& ſuffitũ fecerunt in altari, & panes ſupra menſam ꝓpoſuerunt: & in nouo altari holocautomata immolauerunt: idq; accidit eadẽ die qua ante trienniũ ſacra eorũ profanata fuerãt. integro enim triennio deſertũ fuit templũ poſt factam ab Antiocho profanationẽ. ea enim incidit in annũ CXLV, & diem Apellæi mẽſis XXV, in Olympiadem CLIII: renouatũ eſt aũt eadẽ die CXCLIII anno, Olympiade CLIIII. prædixerat autẽ eam deſolationem propheta Daniel ante annos CCCCVIII, diſertè dicẽs à Macedonibus profanandũ. Celebrauit aũt Iudas recepti tẽpli feſtiuitatẽ per dies octo ſacrificans, in quibus nullũ honeſtæ uoluptatis genus omiſſum eſt, ſed populo quidẽ ſumptuoſum ac ſplendidũ epulũ eſt exhibitũ, in dei uero laudem hymnis & canticis perſonabant omnia. Tanta uero lætitia ob reductos ritus patrios & priſcã religionẽ occupauit gentis eius animos, maxime ꝙ ea felicitas ex inſperato obtigerat, ut lex lata ſit ad poſteros, quę iuberet quotannis hoc feſtũ reparati cũ ceremonijs tẽpli ꝙ octo dies celebrari: & ex eo tempore mos hic apud noſtros obtinuit: uocamuſq; hanc feſtiuitatẽ luminũ, opinor ideo ꝙ ex inſperato nobis illuxerit tãta felicitas. Circundatis deinde urbi mœnibus,& exſtructis in eis firmis turrib. cuſtodias ad arcendũ hoſtẽ impoſuit: munijtq; Bethſurã oppidũ, ut eo tanq̃ arce uti poſſet cõtra conatus hoſtiũ. Quibus operib. perfectis, uicinæ gentes moleſte ferẽtes Iudæorũ uires
XI 1.Mac.5 reſuſcitari, ꝓ inſidias adoriẽdo multos oppreſſerũt: cum quib. Iudas aſsidue bellũ gerẽs conabat eorũ incurſationes cõpeſcere: quo tẽpore etiẽ Acrabatenã inuadẽs multos Idumæos Eſau poſteros interfecit & deprædatus eſt: & principis eorũ Batanis filiorũ caſtella, unde Iudæos infeſtabãt, ui capta cẽſis

propugna-

Iudæam misit eum exercitum: qui usq; Emauntem urbem progressi, in eam pestribus eius castra metati sunt: ubi conuenerunt ad eos auxilia Syrorũ, & ex alijs uicinis regionibus, nec nõ magnus perfugarũ Iudæorum numerus. aderant etiam in eis castris negotiatores non pauci empturi mancipia, & instructi cõpedibus, paratis in hoc ut uincirent captiuos numerata pro eis pecunia. Iudas aũt animaduersa hostium multitudine, hortatus est suos milites ut forti essent animo, & in deo collocarent omnẽ fiduciã, decretis supplicationibus, quibus more patrio in magnis periculis induti saccos solent orare ueniã, ut deus ad miserationẽ flexus uires contra hostẽ eis adderet. Distributis deinde more antiquo gentis in tribunos ac centuriones ordinibus, & ablegatis nouis maritis, qui ue agros recens sibi comparauerãt, ne distracti talibus cupiditatibus pugnarent segnius, uerbis etiã aggressus est hortari suos ad rem gerendã strenue. Nullũ socij tempus nobis dabitur ad uirtutẽ & periculorum contemptũ opportunius: nunc enim fortiter certantibus paratum est libertatis præmiũ, quam suapte natura desiderabilẽ hoc magis nos optare decet, quod absq; hac ne religionẽ quidem tueri poterimus. Sic igitur existimate, in hac pugna situ esse, utrum pristinam felicitatem recipiatis, hoc est uitam iuxta patrias leges recte institutã: an per summam ignominiam etiam reliquiæ nostri generis intereãt, nisi fortes uiros præstiteritis: & cum hac cogitatione inite præliũ. Cum igitur tam ignauos q̃ fortes mors certa maneat, gloria uero sempiterna propugnatores pietatis, legũ, libertatis, patriæ, eos animos concipite, qui uobis in crastina pugna possint esse usui, uel ad uictoriam, uel certe gloriã. His suos Iudas hortatus dum cogitat de futuro prælio, certo indice cõperit Gorgiam missum cum mille equitibus, peditũ quinque millibus, ut ductu perfugarũ noctu se inopinũ inuaderet: decreuitq; & ipse eadẽ nocte in hostiũ castra impetũ facere, maxime quòd abfutura esset bona pars illorũ exercitus. itaq; confestim sumpta cœna, relictisq; in castris multis ignibus, tota nocte iter fecit ad Emaunti ppinqua castra hostiũ. Interim Gorgias nemine in castris Iudæorũ inuento, ratus eos metu cessisse & occultari alicubi in montibus, statuit ubinam essent quærere. Iudas aũt sub diluculum peruenit ad castra hostiũ, ducens tria uirorũ millia non satis instructa armis propter inopiam: uidensq; hostem armatũ egregie, & castra ex arte disposita, hortatus primũ suos ut nõ dubitarent uel nudis si ita opus sit, corporibus in pugnã ruere: quandoquidẽ deus delectetur tali fortitudine, eamq; suo præsidio cõtra armatos fulciat: iubet signa canere. Ex improuiso deinde adortus nihil minus expectantes ita terruit, ut cæsis quotquot ausi sunt resistere, cæteros persequeretur usq; Gadara, & usq; campos Idumææ, & Azoti & Iamniæ. Ceciderunt aũt ex eis circiter tria millia. Victor Iudas suos à præda cohibuit, Gorgiam adhuc superesse dictitans: quo profligato per ociũ deinde posse eos ditari ex spolijs. Adhuc autem eo loquente, ostenderunt se Gorgiani è quodam loco edito: unde prospiciẽtes suorũ cladem, & castra capta ac fumantia, animaduertentesq; Iudam se exspectantẽ instructa acie, nõ ausi manus cõserere, trepide se retro in tutũ receperunt. Iudas uero sine certamine uictor, tum demũ permisit suos ad prædam discurrere: ditatusq; cũ suis reperto plurimo auro & argento, hyacinthoq; & purpura in colume redu

1. Mac. 4

exercitum,laudans deum autorẽ eius uictoriæ, quæ haud exiguũ momentũ ad futurã libertatem eis attulit.Lyſias autẽ ſequenti anno ad abolendã ignominiam nouum exercitũ parauit: contractisq; lectiſsimorũ militũ ſexaginta millibus,& adiũctis quinq; millibus equitũ, Iudæam ingreſſus mõtana eius aſcendit,& ad Bethſura uicũ caſtra poſuit.Huic Iudas occurrit cum decẽ mil libus: & cum uideret hoſtẽ longe præſtare numero, uotis ꝑ uictoria factis deo fretus primã aciem aggreditur tanto impetu ut ex eis quinq; millia ſterneret:quo facto reliquis tantũ terrorem incuſsit,ut Lyſias animaduertẽs eis certò ſtatutũ aut mori aut in libertatẽ ſe aſſerere, ueritus magis deſperationẽ eorũ quàm uires,copias Antiochiam reduceret: ubi mercenarios conducẽs & maiores uires colligens, parabat ſe ut ad primam opportunitatẽ bello Iudæos repeteret. Toties igitur profligatis Antiochi ducibus, Iudas perſuaſit ſuis,ut quandoquidẽ tam mulctas uictorias deus cõceſſerat,aſcenderẽt Hieroſolyma, & luſtrato templo mactarẽt ſolennes uictimas: ubi cũ inueniſſet templũ deſertũ,& portas eius incenſas,& in atrijs uirgulta enata propter ſolitudinẽ,lamentari cum ſuis cœpit ob tantã deformitatẽ.deſtinata deinde copiarũ parte ad arcis oppugnationẽ, ipſe interim repurgare templũ aggreſſus eſt: quod poſtq̃ accurate factũ eſt,intulit in illud uaſa noua,candelabrũ,menſam,& altare incenſorũ ex auro fabrefacta omnia.addidit & uela foribus oppandi ſolita,ac poſtremo fores quoq; appoſuit. Diruto etiam holocauſtorũ altari quod profanatũ fuerat, nouũ ex collaticijs ſaxis impolitis conſtruxit. Vigeſima aũt & quinta mẽſis chaslei,quẽ apellæũ Macedones nominant,accenderunt lumina in candelabris,& ſuffitũ fecerunt in altari, & panes ſupra menſam ꝑpoſuerunt: & in nouo altari holocautomata immolauerunt:idq; accidit eadẽ die qua ante trienniũ ſacra eorũ profanata fuerãt. integro enim triennio deſertũ fuit templũ poſt factam ab Antiocho profanationẽ.ea enim incidit in annũ C XLV,& diem Apellæi mẽſis XXV,in Olympiadem CLIII: renouatũ eſt aũt eadẽ die CXCLIII anno, Olympiade CLIIII. prædixerat autẽ eam deſolationem propheta Daniel ante annos CCCCVIII, diſertè dicẽs à Macedonibus profanandũ.Celebrauit aũt Iudas recepti tẽpli feſtiuitatẽ per dies octo ſacrificans,in quibus nullũ honeſtæ uoluptatis genus omiſſum eſt,ſed populo quidẽ ſumptuoſum ac ſplendidũ epulũ eſt exhibitũ, in dei uero laudem hymnis & canticis perſonabant omnia. Tanta uero lætitia ob reductos ritus patrios & priſcã religionẽ occupauit gentis eius animos, maxime ꝙ ea felicitas ex inſperato obtigerat,ut lex lata ſit ad poſteros,quę iuberet quotannis hoc feſtũ reparati cũ ceremonijs tẽpli ꝙ octo dies celebrari:& ex eo tempore mos hic apud noſtros obtinuit:uocamuſq; hanc feſtiuitatẽ luminũ,opinor ideo ꝙ ex inſperato nobis illuxerit tãta felicitas.Circundatis deinde urbi mœnibus,& exſtructis in eis firmis turrib.cuſtodias ad arcendũ hoſtẽ impoſuit:muniuitq; Bethſurã oppidũ, ut eo tanq̃ arce uti poſſet cõtra conatus ho
XI ſtiũ. Quibus operib.perfectis,uicinæ gentes moleſte ferẽtes Iudæorũ uires
1.Mac.5 reſuſcitari,ꝑ inſidias adoriẽdo multos oppreſſerũt: cum quib.Iudas aſsidue bellũ gerẽs conabaẽ eorũ incurſationes cõpeſcere: quo tẽpore etiẽ Acrabatenã inuadẽs multos Idumæos Eſau poſteros interfecit & deprædatus eſt: & principis eorũ Batanis filiorũ caſtella,unde Iudæos infeſtabãt,ui capta cęſis

propugna-

propugnatoribus incendit. Quib. perdomitis in Ammanitas arma trāſtulit, quorū numeroſam manū Timotheus ductabat, & his quoq; deuictis, Iazorū eorū urbē expugnauit: abductisq; in captiuitatē uxorib. eorū ac liberis, di reptam prius incendit, atq; ita domū uictor reuerſus eſt. Sed q̄ primū ui- XII
cinæ gentes ſenſere eius abitū, contractis copijs in Galaditica regione finitimos Iudæos adorti ſunt. at illi refugiētes in caſtrū Dathema, ſignificabant Iudæ p̄ nuncios & literas, q̄ oppugnandi eſſent à Timotheo, rogātes ut ſe huic periculo eriperet: & interim dū legit has literas ſupuenerūt Galilęorū nūcij, quērētes ſe infeſtari à Ptolemaide, Tyro, Sidone, & alijs finitimis populis.

Quomodo diuiſis copijs, Simon Tyrios & Ptolemaidēſes, Iudas Ammanitas ſuperat. Cap. XII

IVdas igitur proſpiciens utrorumq; neceſsitatibus, Simonē fratrem cum tribus ſelectorū millibus mittit auxilio Iudęis habitantibus Galilæam: ipſe aſſumpto Ionatha altero fratre cū octo militū millibus, in Galaditicam proficiſcitur: quod ſupererat uiriū Iudææ præſidio reliquit ſub Ioſepho Zachariæ filio, & Azaria ducibus, quib. mandauit ut abſtinerēt à pugna tantiſper dū ipſe ad eos reuerteret. Simon igitur poſtq̄ in Galilæam uenit cōgreſſus cū hoſte coegit eum terga uertere: & fugientē perſequutus uſq; portas Ptolemaidis, occidit circiter tria millia: quib. ſpoliatis, receptos captiuos cū tota ſupellectile in Iudæā tranſtulit. Interea Iudas cū fratre Ionatha triū dierū iter emēſi, accepti ſunt à Nabathæis pacifice: quorū indicio cō pererūt, q̄ multi ex ipſorū fratrib. in extremo eſſent periculo, obſeſsi ab hoſte in caſtellis & oppidis Galaditicis: monitiq; ut propere illis ſuccurrerēt, p̄ deſertū illuc feſtinauerūt. In eō itinere Baraſam oppidū oppugnare adorti, ui ceperūt: cæſisq; ad unū puberibus tecta igni ſubiecto concremauerunt. Cumq; interim nox appeteret, nihilominus Iudas iter cōtinuauit uſq; caſtellum in quo Iudæos obſideri acceperat. quò cū mane peruenisſet, offendit hoſtem iam ſcalas & machinas admouere mœnibus: iuſſoq; tubicine canere, & cohortatus ſuos ut bonā ac fidelē operā præſtarēt periclitantib. fratribus, diuiſis trifariā copijs oppugnatores à tergo aggreditur. Timothei uerò milites cognito Maccabęū adeſſe, cuius uirtutē & felicitatē iam ante ſuo periculo dicerant, ſine mora cœperunt fugere: ex quibus ad octo millia cecidere, Iudæis acriter inſequētibus. Inde ad Mallen barbarorū urbē flexo itinere, eaq; expugnata mares omnes neci tradidit, ædificia incēdio ſunt cōſumpta. Eodē impetu & Chaſpoma & Boſora cum alijs Galaditicæ regionis oppidis euerſa ſunt. Aliquanto pòſt Timotheus cōtractis numeroſis copijs, & inter cętera auxiliares cōducta manu Arabū trans torrentem caſtra poſuit cōtra oppidum Raſam. ibi hortatus eſt ſuos milites ut ſtrenue pugnarēt arcerentq; Iudæos à torrentis tranſitu. in hoc enim ſitam uictoriā, Iudæis futuris ſuperioribus ſi trāſire potuerint. Iudas aūt audito q̄ Timotheus paratus eſſet ad prę lium, propere cōtra eū duxit exercitū: traiectoq; torrēte adortus hoſtes, partim reſiſtentes proſtrauit, partim in fugā cōpulit, armis etiā paſsim abiectis. horū nōnulli celeritate pedum ſalutē conſecuti ſunt, quidam uero in fanum quod Carnain dicūt refugientes, tutos ſe ibi fore ſperauerūt. At Iudas & oppidum id occupauit, & incenſo templo hoſtiū alios flammis alios ferro perdidit. His rebus feliciter geſtis, & cōtractis è tota regione Galaditica Iudæis,

unà cum uxoribus & liberis ac facultatib. in Iudęã eos traducebat. In eo itinere cũ ueniſſet ad Ephronẽ oppidũ, per quod neceſſario tranſeundũ erat, niſi retrorſum reuerti mallet, miſit ad oppidanos rogans ut patefacerẽt ſibi tranſitũ. nam obſtructis portis uiam interruperant. quod cum ab Ephronitis impetrare nõ poſſet, cohortatus ſuos, corona oppugnauit mœnia: & diẽ ac noctẽ ibi remoratus ui cepit oppidũ: occiſisq; omnib. maribus per inceſſi cineres traduxit exercitũ. tantus aũt erat occiſorũ numerus ut in tranſeundo calcanda eſſent cadauera. Traiecto deinde Iordane in magnũ campum ueniunt, quà ſita eſt Bethſana, Græcis dicta Scythopolis. inde in Iudæam reditum eſt hilariter, canente hymnos & uictoriale carmen multitudine: uotiuasq; hoſtias mactarunt pro incolumitate exercitus: quandoquidẽ poſt tot cõflictus ne unus quidẽ è Iudæis deſideratus eſt. Interea Ioſephus Zachariæ filius & Azarias duces, qui profecto Simone in Galilæã cõtra Ptolemaidenſes, Iuda uerò & Ionatha fratre in Galaditicã, præſidio Iudææ relicti fuerãt: uolẽtes & ipſi aliquo memorabili facinore parare ſibi gloriã, ad Iamniam uenerũt. Vbi armis excepti à Gorgia eius loci præſide, amiſerunt ad duo millia militũ: nec prius deſtiterunt fugere q̃ in Iudææ finibus. hæc aũt clades meritò illis accidit, ob cõtemptũ Iudæ mandatũ, qui interdixerat ne ſe abſente manus cũ hoſte conſererent: nam hoc quoq; Iudæ prouidentiam cõmendat, q̃ intellexit nõ impune fore ſi à mandatis diſceſſerint. Iudas autẽ & fratres eius continuabant bellũ contra Idumæos, urgẽtes eos undiq;: expugnataq; Chebrone munitiones eius diruerunt, & turres cremauerũt ſuppoſitis ignibus: peruaſtatisq; agris hoſtiũ, euerterunt etiam Mariſſam oppidum. inde Azotum delati eodem impetu, expugnata ea quoq; ac direpta, omnes ditati præda reuerſi ſunt in Iudæam uictores & incolumes.

Antiochi Epiphanis apud Perſas interitus. Cap. XIII

XIIII 2. Mac. 6

IEodem tempore Antiochus rex ſuperiores ſui regni prouincias obeundo, audiuit eſſe in Perſide urbẽ prædiuitẽ Elymaida nomine, & in ea templũ Dianæ opulentũ, refertũ omne genus donarijs: ſcuta etiã ac thoraces ibi aſſeruari, quondã relictos ab Alexandro Philippi filio, rege Macedonũ. Motus igitur hac fama, admoto exercitu expugnare conatus eſt. His uero qui inerant nec aduentu eius nec oppugnatione territis, ſed fortiter reſiſtentibus, ſpe ſua fruſtratus eſt. nõ contenti eũ repuliſſe illũ à mœnibus, recedentẽ etiam perſecuti ſunt, ita ut plurimis deſideratis fugientis more Babylonẽ ſe reciperet. Quam cladẽ cum ægre ferret, nouus inſuper acceſsit nuncius de profligatis quos ad Iudaicũ bellũ reliquerat ducibus, deq; Iudæorũ in dies creſcente potentia. Accedẽte igitur alia ſuper aliã cura, impar ſolicitudini morbũ ſibi cõtraxit: quo magis ac magis inualeſcẽte, intelligẽs adeſſe fatale tẽpus, amicos cõuocat: eisq; & uim morbi & cauſam indicat: nimirũ q̃ pœnas ob afflictã Iudęorũ gentẽ lueret, atq; ob ſpoliatũ ſacrilegio templũ, & contemptũ cæleſtis numinis. atq; his dictis exhalauit animam. Quamobrẽ demiror Polybium Megalopolitanum, qui uir alioqui probus, ait hunc Antiochũ periſſe, q̃ conatus ſit Dianæ templi theſauros ac donaria diripere. uoluiſſe eũ tantũ, ac nõ etiã perfeciſſe ſacrilegiũ, non uidet̃ res digna ſupplicio. q̃ ſi hæc cauſa Polybio digna uidet̃, cur Antiochus

tiochus deberet capite pœnas pſoluere, multo ueriſimilius eſt ob exhauſtũ ſacrilegijs Hieroſolymitanũ templum acceleratũ eſſe eius interitũ. Si quis tñ magis probat Polybij ſententiam, cum eo nunc non libet contendere.

Antiochus Eupator profligato Iudæorũ exercitu Iudam in templo obſidet. Cap. XIIII

Aeterũ Antiochus prius q̃ extremũ ſuum diem obiret, accitũ ad ſe unum ex purpuratis ſuis amicis Philippum gubernatorem regni conſtituit: traditoq́; ei diademate regiaq́; ſtola & anulo, iuſſit hæc Antiocho filio ſuo perlata reddere, multum obteſtans ut educationis curam haberet, & regnum ei ſeruaret uſq; dum per ætatem ipſe adminiſtrationi fieret idoneus. Defunctus eſt autem Antiochus anno centeſimo quadrageſimo nono. Lyſias autem poſtea quàm populo indicauit regis obitum, filium eius Antiochum ſub ſua tutela tum poſitum regem conſtituit, impoſito illi Eupatoris cognomine. Interea qui Hieroſolymitanæ arcis præſidium tenebant Macedones cum Iudæorum perfugis, multa Iudæis inferebant incõmoda. Excurrentes enim in eos qui ſacrorum cauſa templũ adibant, conficiebant eos non magno negotio, quòd arx ipſi templo eſſet ſupra uerticem. Quamobrẽ Iudas neceſſe habuit, oppugnare id præſidiũ, aduocatis ad id totius populi uiribus. Annus aũt is agebatur centeſimus quinquageſimus, ex quo primum ad Seleucum imperium earum regionum peruenerat. Fabricatis igitur machinis, & exſtructis aggeribus, totus incumbebat huic operi. multi tamen perfugarum noctu elapſi, adiunctis ſibi ſimilibus impijs, uenerunt ad Antiochum, poſtulantes ne ſe in extremum periculum à ſuis tribulibus redactos deſpiceret: maxime cum patris ipſius autoritatem ſecuti in eam neceſsitatem adducti ſint, dum malunt patrios ritũs quàm regia mandata contemnere. Nunc uerò periculum eſſe ne Iudas arcem cum præſidio ui capiat, niſi ipſe mature ſuis opem afferat. His auditis Antiochus puer iratus eſt, accerſitisq́; amicis & ducibus, iuſsit eos mercenarium parare militem, & per totam ſuam ditionẽ delectus habere: ita ut breui confectus ſit exercitus peditum circiter centum millium, equitum uerò uiginti millia, atq; inſuper duo & triginta elephanti. Cum his copijs egreſſus eſt Antiochiã cõmiſſa Lyſiæ adminiſtratione uniuerſi exercitus: & progreſſus uſque Idumæam, inde aſcendit ad oppidum Bethſura, bene munitũ & expugnatu non facile. Bethſuranis autem fortiter reſiſtentibus, & admotas machinas per excurſiones igne concremantibus, multum tẽporis contritum eſt in hoc obſidio. Iudas autem cognito regis aduentu, omiſſa oppugnatiõe regi cum copijs obuiam profectus caſtra poſuit circa fauces quaſdam dictas Bethzacharia, diſsitas ab hoſte ſeptuaginta ſtadijs. At rex relictis Bethſuris, exercitũ duxit ad eas fauces ubi Iudas caſtra metauerat: & quàm primũ dies illuxit, aciẽ ceu pugnaturus iuſsit ire compoſitam. Cumq́; non poſſet elephantos explicare per aciei latitudinem propter locorum anguſtias, iuſsit ut unus poſt aliũ incederent, attributis qui ſtiparent ſingulos mille peditibus, & equitib. quingentis. Beluis autem impoſita erant celſa propugnacula inſtructa ſagittarijs. reliquum autem exercitum ab utroq; latere iuſsit montes aſcendere, præpoſitis ex amicorum cohorte ducibus. atq; ita ſublato militari clamore hoſtem aggredit, micans aureis & æreis clypeis, ita ut fulgore eorũ coruſcarent omnia

XIIII

nia. clamore aũt reboabat quicquid erat in circuitu montiũ. nec tamẽ Iudas tali aſpectu eſt territus, ſed excepto fortiter impetu hoſtiũ, circiter D C ex eis occidit, qui primi ad manus uenerant. Cæterũ Eleazarus eius frater, quẽ Auranem uocabant, conſpicatus excellentẽ elephantũ ornatũ faleris regijs, & ratus in eo regẽ inuehi, uaſto animo in eũ fecit impetũ. & occiſis multis prius q̃ ad eum penetraret, cæteris uerò metu cedentibus, ſuccedẽs ſub eius uentrẽ, confodit beluam, & ipſe ſimul pondere eius illabentis oppreſſus eſt: atq; ita non ñ inultus interijt generoſe inter aceruos hoſtiliũ cadauerũ. Iudas autẽ animaduertẽs hoſtem tanto ſuperiorẽ numero, Hieroſolyma ſe recepit, uolens arcem iterũ oppugnatiõe aggredi. Antiochus uerò parte exercitus miſſa ad oppugnanda Bethſura, cũ reliquo uenit Hieroſolyma. Bethſuritæ territi apparatu regio, maxime cum cõmeatus eos deficeret, deditionẽ fecerũt, pacti prius ut hoſtis à ſe iniuriã omnẽ abſtineat: quod quidẽ à rege nõ niſi ſalute tenus ſeruatũ eſt: alioqui nudis eiectis oppidanis, ſuorũ prę ſidiũ ibi conſtituit. Sed apud Hieroſolyma per multũ tempus cum tenuit templi obſidio, quod fortiter à Iudæis defenſum eſt. nullam enim eis rex intentauit machinã, quã non illi cõtrarijs machinatiõibus eluderẽt. tantũ laborabatur uictus penuria, q̃ fruges ueteres abſumpſerant, & annus inciderat ſeptimus, per quẽ fructus non colligunt, quòd eũ ceſſare ab agricultura lex noſtra iubeat, nec permittat tum uel arare terram, uel ſerere. quo factũ eſt ut multi ſe clàm ſubducerent propter inopiam, ut penes paucos templi tutela remanſerit. Cæterùm rex & Lyſias imperator cognito q̃ Philippus uſurpato ſibi regno aduentaret è Perſide, decreuerunt ſoluta obſidione illi occurrere, celantes tamen quantũ fieri poterat id conſiliũ, tam militẽ quàm duces reliquos. Quapropter diſsimulato aduentu Philippi, iuſsit rex Lyſiam ut alloqueretur duces & milites, dicens oppugnationẽ eam nõ eſſe modici tẽporis, quòd locus eſſet munitiſsimus, & cõmeatus eos iam deficerent, & auocarẽt multa regni negotia q̃ opus eſſet regẽ cõponere. Itaq; præſtare fœdus & amicitiã cũ hac gẽte facere, & ſinere eos uti patrijs legibus, quib. priuari ſe nõ ſuſtinẽtes rebellauerant, atq; ita redituros eſſe in ſuam quemq; patriã. Quæ ſententia per Lyſiam apud exercitũ expoſita, cõmuni omnium ſuffragio cõprobata eſt.

Antiochus omiſſa oppugnatione cum Iuda fœdus facit & amicitiam. Cap. XV

IVm rex miſſo caduceatore pacem Iudæ ac cæteris obſeſsis denunciat, libertatemq́; uiuendi proprijs legibus. Illi uero libenter hæc audientes, accepta in hoc fide & iureiurãdo interpoſito, exierunt è templo. At Antiochus cum ingreſſus uidiſſet locũ egregie munitũ, uiolato ſacramento iuſsit ſuum exercitum, ut ſolo æquaret murum quo templum ſeptum fuerat: & hoc facto reuerſus eſt Antiochiam, ducens ſecum Oniam pontificem, qui Menelaus dicebatur alio nomine. Lyſias enim regi cõſuluit ut eum interficeret: ſi uellet Iudæos quieſcere, & ipſe liber eſſe ab eorum moleſtationibus. hunc enim eſſe malorũ omniũ autorẽ & principium, qui perſuaſiſſet eius patri, ut Iudæos ab inſtitutis patrijs deficere cogeret. Rex igitur Menelaum miſſum in Beroeam Syriæ necauit, poſt exactum in pontificatu decennium, hominem malum & impium, qui ut ſibi principatum adſtrueret, totam gentem à religione deficere compulit. ei ſucceſsit

ceſsit in pontificatum Alcimus, Iacimus alio dictus nomine. Cæterũ Antiochus cum offendiſſet Philippum iam occupaſſe tyrannidem, bello uictũ, & in poteſtatem ſuam redactũ affecit ſupplicio. Filius aũt pontificis Onias, quẽ diximus orbatũ patre adhuc puerum, uidens q̃ rex interfecto ipſius patruo ſacerdotium Alcimo dediſſet nihil pertinenti ad cognationem pontificum, Lyſia ſuadente ut transferret eum honorẽ in aliam familiam, fugit ad Aegypti regem Ptolemæum: apud quem & uxorẽ eius Cleopatram in precio habitus impetrauit ab eis locum in præfectura Heliopolitana, in quo templum Hieroſolymitano ſimile exſtrueret, de quo aliàs dicemus tempeſtiuius.

Bacchides Demetrij dux cum exercitu contra Iudæos miſſus, infecto negotio ad ſuum regem reuertitur. Cap. XVI

EOdem tempore Demetrius Seleuci filius à Roma profugus Tri- XV
polim occupat in Syria: aſſumptoq́; diademate, & cõtractis quot 1. Mac. 7
quot potuit militibus mercenarijs regnum inuadit: cumq́; certatim ad eum populi deficerent excipientes eum obuijs manibus, etiam Antiochum regem & Lyſiam comprehenſos uiuos ad eum perduxerunt: qui mox iuſſu Demetrij necati ſunt, poſt exactum regni Antiochi annum alterum, ſicut & in alijs cõmentarijs diximus. Ad nouum regem cõfluxerunt multi Iudæorum ob impietatem profugi, & cum eis Alcimus pontifex: accuſabantq́; totam gentem, præcipue Iudam cum fratribus, q̃ poſt interfectos omnes amicos & fautores regis, ſe quoq; eieciſſent è patria, metu coactos ſolum uertere: poſtulabantq́; ut ex amicis quempiam eò mitteret, q̃ cognoſceret quanta per Iudam patrata fuerint. at ille iratus mittit eò Bacchidem amicum regis Antiochi Epiphanis, uirum ſtrenuum, cui tum Meſopotamiæ præfectura credita fuerat: & cõmendato illi Alcimo, traditoq́; exercitu, iubet ut Iudam & eum ſequentes internecione deleat. Ille profectus Antiochia cum his copijs, poſtquam peruenit in Iudæam, miſit ad Iudam & fratres, inuitans eos ad pacem & amicitiam. Volebat enim dolo eum circumuenire. Sed ille noluit ei ſe credere, q̃ uideret adeſſe exercitum, quem putabat adductũ belli potius quàm pacis gratia. Quidam tamẽ è populo credẽtes his quæ Bacchides per præconem denunciauerat, & nihil ſibi timentes ab Alcimo propter cõmunem patriam, ad eos ſe contulerunt. & accepto ab utroq; iureiurando, nihil mali paſſuros nec ſe nec eiuſdem factionis homines, eorũ fidei ſe cõmiſerunt. Bacchides autem non ſeruata fide ſexaginta interfectis ex eo numero, cæteros cautiores iam factos deterruit, quo minus ad eum accederent. itaq; amoto exercitu à Hieroſolymis poſtquam peruenit ad uicum Bethzethó, comprehendit multos perfugas, & quoſdam è populo, & occiſis omnibus iuſsit eius regionis homines parere Alcimo, ad cuius præſidium relicta ſub eo parte exercitus, Antiochiã ad regẽ Demetriũ reuerſus eſt. Alcimus aũt uolens principatũ ſibi conſtabilire, & intelligens ad hanc rem opus eſſe populariũ beneuolẽtia, comiter ac blande appellabat omnes, & loquendo ſingulis ad gratiã, breui numeroſam manum adiunxit ad priorem quam antè habuerat. horũ pleriq; erant impij & profugi, quorum opera & miniſterijs utendo regionem obibat, occidẽs eos qui erant Iudæ partium, quotquot in ſuam poteſtatẽ redigere poterat. at Iudas animaduertẽs tantopere cre-

uisse illius potentiam, & multos probos ac pios homines extinctos eius uiolentia, ipse quoq; obibat regionē, interficiens quotquot in manus eius ueni rent è studiosis Alcimi. Qui uidens se uiribus imparem, quo posset diutius resistere, decreuit cōfugere ad auxiliū & opes regis Demetrij. Profectus igitur Antiochiam solicitabat cōtra Iudam illius animum, accusans q̄ plurim as ab eo passus esset iniurias, plures etiam passurus, nisi mature misso illuc exercitu uir audax & facinorosus pœnas debitas lueret.

Nicanor post Bacchidem dux contra Iudam missus unà cum uniuerso exercitu internecione periit. Cap. XVII

XVI 1.Mac.7 DEmetrius uerò ne suis quidē rebus tutum existimans, si ita Iudæ uires augeri sineret, Nicanorem mittit, amicorū charissimum simul & fidissimū: qui etiam Roma fugienti comes fuerat: attributoq; quantū satis cōtra Iudam putabat exercitu, iussit nemini parcendo cum ea gente bellum gerere. Is profectus Hierosolyma, & primū dissimulans hostē, decreuit specie pacificatoris dolo Iudam intercipere. aiebat enim nihil esse causæ cur belli subire deberent aleam. paratū se illi cauere iureiurando sanctissimo, si quid fortè periculi metuat. In hoc enim tantum se uenisse cum amicorū comitatu, ut mentē sui regis ei notā faceret, q̄ propensus sit in fauorē Iudaici generis. hac legatione persuasi fratres, nihil amplius hostile suspicati, data uicissim & accepta fide exceperunt eum hospitaliter cū toto exercitu. Cumq; post primam salutationē colloqueretur cum Iuda famiiariter, signum quoddam suis dedit ut eum cōprehenderent. Ille mature intellectis insidijs propere ad suos refugit: & detecto iam dolo ad apertā uim uterq; se uertit. Cōmisso deinde prælio prope uicum Capharsalamam, inferior inde discedens Iudas in Hierosolymitanam arcem cōpulsus est. Reuertenti deinde præter templū Nicanori sacerdotes facti sunt obuiam, ostentantes uictimas, quas se dicebāt oblaturos deo pro salute regis Demetrij. at Macedo ne à cōuicijs quidē in deū temperās, minatus est nisi populus Iudā sibi traderet, breui se reuersurū, & in templū ipsum sæuiturū, ita ut ad solū usq; id diruat. atq; cum his minis reliquit Hierosolyma. at sacerdotes tali denunciatione mœsti cum lacrymis deo supplicauerunt, ut sacratā sibi ædē unà cū suis cultoribus tutaretur ab hostiū iniuria. Nicanor uerò egressus Hierosolyma castris locū optauit apud uicū Bethoron, ubi se cum eo cōiunxit alia manus recens tum è Syria ueniens. Iudas quoq; castra posuit ad aliū uicū nomine Adaso, triginta modò stadijs distantē ab hostibus, habēs circa se non plus mille militū. hos cohortatus ne terreantur hostiū multitudine, né ue cogitēt cum q̄ multis decernerēt, sed quales ipsi, & q̄ qualibus præmijs cōtenderēt, iussit forti animo hostē aggredi & pugnā capessere. itaq; edito acri certamine, multi ceciderūt ex hostibus, & inter cæteros Nicanor & ducis & militis strenui perfunctus officio, quo iacēte ne cętera quidē acies subsistit amplius, sed amisso duce uerterūt terga, arma iactantes quo expeditius fugerēt. Iudas uero impigre cū suis p̄sequens sæuiebat cædibus: & tuba significabat uicinis oppidis & uicis uictoriā: moxq; undiq; armati prosiliētes p̄fligatis incōdite ruentib. occurrebant infestis gladijs, ita ut ne unus quidē incolumis euaserit ex nouē millibus: tot enim in uniuersum fuerant. Ea uictoria cōtigit decima

tertia

tertia die menſis adar,ut noſtri nominant,qui Macedonib.Dyſtrus dicitur: eaq; die feſtiuitatē noſtri per ſingulos annos renouant ob rei proſpere geſtę memoriā. Poſt eam uictoriā aliquantiſper quieuit Iudæorū gens à cōtinuis conflictationibus,pacis ocio perfruens,donec iterū in eadē reuoluta eſt diſcrimina.Alcimo aūt pontifici uolenti demoliri ueterē adyti parietē, ſanctorum uatū ædificiū,morbus diuinitus inflictus eſt, per quē repente uoce priuatus in terrā procidit,& cruciatus nō paucis diebus miſere perijt, poſt exactum in ſacerdotio quadrienniū: quo defuncto pontificatū populus cōmunibus ſuffragijs Iudæ tradidit. Qui quoniā multa audierat de Romana po XVII
tentia,ꝙ deuictis Gallis & Hiſpanis ac Carthaginēſibus Gręciā quoq; ſubegerint,& reges Perſeū,Philippū,magnumq; Antiochū perdomuerint,decreuit conciliare ſibi eorū amicitiā. Miſsis igitur in hoc Romā duobus ex amicorū numero,Eupolemo Ioānis & Iaſone Eleazari filio,rogauit ut in ſocietatem reciperetur & amicitiā,& ut Demetrio ſcriberent,ne poſthac Iudæos bello laceſſeret.Hanc legationē ſenatus admiſit, & auditis eorū poſtulatis amicitiam annuit.moxq; ſenatuſconſultū de ea re factū inſcriptū æreis tabulis relatū eſt in Capitoliū: cuius exemplar in Iudæam miſſum eſt.erat autē ſenatuſconſultū de ſocietate & amicitia Iudæorū huiuſmodi. Ne cui Romanæ ditionis cum Iudęis bellū gerere liceat,neq; prębere hoſtibus eorū triticum aut naues aut pecuniam.utq; ſi quis Iudæos inuadat Romani ſuccurrant pro uiribus:& uiciſsim ſi quis Romanos bello impetat,Iudæi cōtra eum ſint auxilio. Quòd ſi Iudæi uelint in hoc fœdere addi aliquid aut detrahi, id oportere fieri de cōmuni populi Rom.ſententia: idq; ita demū ratum fore. Scriptum eſt hoc ſenatuſconſultū per Eupolemū Ioannis filiū, & Iaſonem Eleazari,ſub pontifice Iuda,& duce Simone fratre ipſius. Atq; hoc fuit primum inter Romanos & Iudæos fœdus ſocietatis ac amicitiæ. 1.Mac.8

Bacchidis denuo miſsi in Iudæam uictoria. Cap. XVIII

DEmetrius autē accepto nuncio cladis Nicanoris & exercitus,rurſum Bacchidem in Iudæam miſit cum alijs copijs: qui ex Antiochia profectus in Iudæam, ad Arbela oppidū Galilææ caſtra poſuit: & expugnatis illic ſpeluncis ad quas magnus hominū numerus cōfugerat,properabat inde Hieroſolyma. & cognito ꝙ Iudas in Berzetho uico ſuum contineret militem,raptim contra eum duxit peditū uiginti, equitū uerò duo millia,cū Iudas non plus haberet q̄ mille milites.ex his quidam territi multitudine Bacchidis militum deſertis caſtris diffugerunt,ita ut octingenti tantū reliqui fuerint.Iudas aūt quamuis imminente iam hoſte deſtitueretur milite,tamen quia non erat unde delectū in ſupplementum faceret,maxime in tali temporis anguſtia, decreuit cum octingentis illis Bacchidem aggredi,& cohortatus ut generoſe ſubirent pericula, iuſsit eos prodire in aciem.quibus conſulentibus ut tunc ſe in tutū reciperet,cum ſit tanto inferior & numero & uiribus,ac mox maioribus copijs hoſtem inuaderet: Abſit,inquit,ut me terga obuertentē hoſtibus ſol aſpiciat. nam etiā ſi mori nūc oporteat,nunquā tot res hactenus egregie geſtas,tantamq; uirtute partā gloriam ignominioſa fuga maculaturus ſum. Atq; ita ſuorū reliquias cohortatus perſuaſit ut intrepide exſpectarent conflictum hoſtium. XVIII 1.Mac.9

Quomodo

Quomodo Iudas prælio uictus occubuit. Cap. XIX

NTerea Bacchides ꝓductis extra caſtra copijs inſtruebat aciẽ, equitum alas hinc & inde in utroq; cornu collocans, in frõte leuem armaturam & ſagittarios, & poſt hos robur phalangis Macedonicæ: ipſe in dextro cornu locum ſibi optauit. Sic inſtructa acie poſtquam uenit in conſpectum hoſtium, iuſsit ſigna canere, & militem cum clamore eos inuadere. Idem & Iudas fecit, collatisq́ ſignis certatum eſt utrinq; acriter: donec uergente iam ſole Iudas animaduertens Bacchidem cum robore militũ pugnam in dextro cornu ciere, cum audaciſsima manu iuuenum in eum irruit. Perruptaq́; phalange penetrauit in mediam aciem: & impulſis in fugam aduerſarijs perſecutus eſt eos uſq; montem qui Aza dicitur. id cõſpicati qui ſiniſtrum cornu tenebant, à tergo adorti Iudam circumueniunt. qui uidens nullũ ſupereſſe effugiũ urgentibus circumquaq; hoſtibus, in ueſtigio cũ ſuis conſtitit: & cæſis hoſtiũ plurimis laſsitudine magis q̃ uulneribus confectus cecidit nõ inultus, ad priora præclara facinora extremo hoc mortis decore addito. quo proſtrato nõ habentes amplius quem ſequerẽtur milites orbati tanto imperatore, tum demũ in fugam effuſi ſunt. Simon aũt & Ionathas fratres inducijs factis recepto Iudæ cadauere, delatum in Modim uicũ magnifico funere intulerunt monumento patrio, & publico luctu per aliquã multos dies honorauerunt eius memoriam. Hic finis fuit Iudæ uiri generoſiſsimi & bellicoſiſsimi, qui memor mandatorum Matthiæ patris, nullũ unquã ꝓ libertate populariũ defugit aut laborẽ aut periculũ. quapropter merito uirtutis ſempiternã poſt ſe reliquit gloriã, liberata è Macedonũ ſeruitute patria, & per triennium ante obitum adminiſtrato pontificali ſacerdotio.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER XIII.

Ionathas defuncto fratri ſuo Iudæ in principatu ſuccedit. Cap. I

1. Mac. 9

VEMADMODVM libertatem à Macedonibus oppreſſam populus Iudæorum denuo receperit, & quo pacto dux & propugnator eorũ Iudas poſt multa exhauſta certamina poſtremo prælio fuerit occiſus, in p̃cedenti libro ſatis declarauimus. Poſt eius obitum quotquot Iudæorũ à pietate deſciuerant, reſumptis animis infeſtabant reliquos populares: ita ut accedente etiam fame, quæ tum fortè regionem eam totam occupauerat, multi non ferẽtes geminatum infortunium, hinc à penuria, inde ab aduerſarijs ingruens, coacti ſint adiungere ſe factioni Macedonicæ. Bacchides autem conuocatis ad ſe Iudæorũ deſertoribus, qui religioni patriæ profanos ritus prætulerant, his adminiſtrationem regionis cõmiſit: qui comprehenſis Iudæ amicis & fautoribus, Bacchidæ eos tradiderunt. & is tortos primum cruciatosq́; ad libitum, poſtremo omnes ad unũ enecabat. In hac tanta calamitate conſtituti Iudæi, quantam poſt captiuitatẽ Babylonicam nunquã experti

experti fuerant: quotquot erant reliqui ex Iudæ ſocijs, ueriti gẽtis interitum adiuerũt Ionathã eius fratrẽ, rogabãtq; ut germani æmulus fieret, qui ad extremũ halitũ libertatẽ propugnans præclaris conatib. ſit immortuus: nec ſineret totã gentẽ ſine præſide uenire in extremũ ſalutis periculũ. Tum Ionathas paratũ ſe uel ad mortẽ obtulit ꝓ tutela populi, & uiſus dignus qui Iudæ fratri ſuo ſuccederet, cõmunibus Iudæorũ ſuffragijs adminiſtrandæ militiæ præfectus eſt. Quo cõperto Bacchides ueritus ne Ionathas quoq; multũ negotiorũ exhibeat regi & Macedonibus, quemadmodũ antè Iudas fecerat, decreuit eũ dolo tollere: ſed hoc eius propoſitũ nec ipſum nec Simonẽ fratrẽ latuit. quamobrẽ mature moniti aſſumpta ſociorũ manu in deſertũ urbi uicinũ celeriter refugerũt: & cũ ueniſſent ad aquã quę dicitur lacus Aſphar, ibi morabantur. Porrò Bacchides ſentiẽs eos timere & in deſertis illis latitare, duxit contra eos omnes ſuas copias, & poſitis ultra Iordanẽ caſtris confluentẽ illuc militẽ recipiebat. Ionathas aũt cognito illius aduentu, miſit fratrẽ ſuum Ioannẽ Gaddim ad Nabathæos Arabas, ut apud eos impedimẽta deponeret, donec armis cũ Bacchide decerneret. erant enim amici. ſed in itinere inuaſerunt eũ Medabenſes Amaræi filij. direptisq; impedimentis & quicquid ſecũ deferebat, cõprehenſum interfecerunt cũ omnib. ſocijs: cuius facinoris paulo pòſt pœnas dederũt eius fratribus, ſicut ſuo loco dicẽt. Bacchides aũt cognito ꝙ Ionathas caſtra haberet in Iordanis paluſtribus, ſabbato illũ aggreſſus eſt ratus nõ repugnaturũ ꝓpter religionẽ diei. at ille cohortatus ſocios, & oſtẽſo periculo ꝙ niſi uiri eſſent, nõ poſſent euadere, clauſi à tergo amne, à fronte hoſtibus: uotisq; deo factis ꝓ uictoria, impigre hoſtẽ aggreditur: & proſtratis nõ paucis, uidens ipſum Bacchidẽ in ſe ruere, ferire eum conatus eſt. ſed cum ille caute ictum declinaſſet, Ionathas cum ſocijs deſilientes cõmiſerunt ſe flumini, & in oppoſitã ripam enatarũt, hoſtibus nõ auſis traijcere, ſed ad Hieroſolymitanã arcem reuertentibus, deſideratis ex eorum numero fermè duobus millibus. poſt eũ conflictũ Macedo cõmuniuit aliquot oppida, Hierichuntẽ, Emmauntẽ, Bethoron, Bethellã, Thamnatham, Pharathonem, Tochoã, Gazara, additis mœnibus & turribus, ut impoſitis in eas præſidijs, res Iudæorũ inde infeſtaret excurſionibus: ſed nihil æque ut Hieroſolymitanã arcem munijt, in qua acceptos à Iudęorũ primatibus filios obſides incluſit, ut ibi cuſtodirentur. Eodem tempore nuntiatũ eſt Ionathæ & Simoni fratribus, ꝙ Amaræi filij celebraturi eſſent nuptias, & adducturi ſponſam ab oppido Gabatha, filiam illuſtris cuiuſdã inter Arabas: eamq; puellã traducendam cum pompa ſumptuoſa & ſplẽdida. Fratres aũt exiſtimantes opportuniſsimũ ad uindictam tempus ſibi oblatũ, & facile ulturos ſe iniuriam fratri illatam, uerſus Medabam properauerunt, & inſidijs in monte collocatis expectabant eorũ tranſitũ. Vt uero in conſpectũ uenit ſponſus cum uirgine & amicorũ comitatu, ut fieri ſolet in nuptijs, coorti ex inſidijs omnes ad unũ interfecerunt, & cum ornamentis cæteraq; prẹda reuerſi ſunt uoti cõpotes, & egregie ulti germani interitũ de Amaræi filijs. ceciderunt enim hi nõ ſoli, ſed cum uxoribus, liberis & amicis, uſq; ad quadringentorũ numerum. Atq; ita Simon cum Ionatha in paluſtria Iordanis reuerſi, illic commorabantur. Bacchides autem per totam Iudæam præſidijs diſpoſitis. ad regem ſuum reuerſus

uersus est: quo tẽpore p integrũ bienniũ status rerũ Iudaicarũ fuit pacatior. Transfugæ aũt & uulgus impiorũ hominũ uidentes Ionathã & eius factionem secure uersari in Iudæa propter tranquillitatẽ temporũ, per nuncios solicitauerunt Demetriũ, ut Bacchide misso Ionathã in potestatẽ suam redigeret. fore em̃ hoc perfacile, & unica nocte posse omnes eius milites insperato incursu opprimi. qui ubi iussu regis in Iudæã peruenit, ad omnes eius regionis amicos suos & auxiliares scripsit, darẽt operã ut cõprehẽderẽt Ionathas. Cumq; omniũ insidijs appeteretur, nec tñ quicquã proficerent: cautus enim erat ut qui dolũ præsenserat: iratus Macedo transfugis, putansq; & se & regẽ ab eis haberi ludibrio, interfecit ex eis L præcipuos. Ionathas aũt cum fratre & suorũ manu metu secessit in uicũ Bethalagam, qui in deserto situs est: eũq; muniuit mœnibus & turribus, ut tutũ haberet receptaculũ. quo audito Bacchides cum totis suis copijs, adiunctisq; Iudæorũ suæ factionis auxilijs contra eum profectus est: & aggressus oppugnare munitiones, per aliquot dies in eo conatu perstitit. at ille nihil territus restitit acriter: relictoq; ad oppidi tutelã Simone fratre clàm egressus, & collectis in uicina regione suæ factiõis hominibus, noctu in Bacchidis castra irruit, & multis trucidatis effecit ut frater aduentũ suum cognosceret. quàm primum enim tumultũ sensit in castris hostiũ, eruptione facta incendit eorũ machinas, cæde etiã nõ mediocri edita. Bacchides uero uidens se à fronte ac tergo inuasum ab hostibus, re inopinata consternatus ob insperatũ obsidionis exitũ, uix fuit cõpos animi. totam autem indignationẽ effudit in transfugas ut impostores, quorũ opera missus à rege fuerat, unũ cogitans quomodo ex dignitate sua & regis obsidioni fine imposito, exercitũ sine ignominia posset reducere.

Ionathas fessum bello Bacchidẽ cõpellit inito cum Iudæis fœdere exercitũ abducere. Cap. II

1.Mac.9 QVa eius uoluntate cognita Ionathas, misit ad eũ nuncios, petẽs societatẽ & amicitiã inter se & eum fieri, captiuis utrinq; redditis. Id Bacchides ratus sibi honorificũ, & oblatã occasionẽ qua posset non inglorius obsidionẽ soluere, amicitiã cum Ionatha inijt, iureiurando interposito, neutrũ arma moturũ in alterum: redditisq; & receptis captiuis, Antiochiam ad suũ regem reuersus est: nec unquã posthac Iudæam cum exercitu repetijt. Ionathas uero hanc securitatẽ nactus, & degens apud Machmam oppidũ, administrationi rerũ & iuri populis reddẽdo operam impendit, & seuere animaduertẽs in religionis patriæ desertores, repurgabat suam gentem ab huiusmodi contagionibus.

Alexander filius Antiochi Epiphanis regem Demetriũ bello aggreditur. Cap. III

11 ANno autem sexagesimo supra centesimum Alexander Antiochi Epiphanis filius ueniens in Syriam Ptolemaidẽ occupauit, proditione militum qui eam tenebant præsidio, moresq; Demetrij oderant, ut parum comis & superbi admodum. Inclusus enim in regium quoddam castellum munitũ quatuor turribus, non procul situm ab Antiochia, neminem admittebat: & omissa reipub. cura degebat in ocio per segnitiem, unde grauiora etiam odia contra eum exorta sunt, sicut alibi à nobis dictum est. Audito igitur quòd Alexãder occupasset Ptolemaidem, cum omnibus copijs contra eum profectus est.

Demetrius

Demetrius missa legatione ad Ionathan multis muneribus eum ad amicitiam suam pertrahit. Cap. IIII

MIsit etiam legatos ad Ionatham, inuitans eum ad societatem & amicitiam, præuenire Alexandrũ cupiens, ne forte ille prior impetraret illius auxilium, idq; eo facilius, q̃ odia inter se & Ionathã interceſſerant: cui mandabat ut haberet delectũ militũ, & arma pararet, reciperetq; Iudæorũ obsides, quos Bacchides in Hierosolymitanã arcem incluserat. Talis conditio cum offerret à Demetrio, Ionathas uenit Hierosolyma, & legit regias literas audiente tam populo q̃ arcis præsidio. quibus lectis impij & trãsfugæ qui in arce erant, uehementer sunt territi, q̃ rex Ionathæ & exercitũ colligere permitteret, & obsides recipere: quos suis quemq; parentib. restituit. Atq; ita Ionathas Hierosolymis habitabat, suo arbitratu multa in ea urbe reparans. nam & mœnia eius iussit saxo quadrato exstrui, quo firmiora essent cõtra assultus hostiũ. Quod ubi senserunt qui dispersi erant p̃ præsidia, omnes relictis illis receperunt se Antiochiam, exceptis solis qui Bethsura tenebant & arcẽ Hierosolymis. nam horũ maxima pars constabat ex Iudæis religionis desertoribus, & ideo præ metu nõ sustinuerunt præsidia relinquere. 1.Mac.10

Alexander maioribus quàm Demetrius pollicitationibus & delato pontificatu Ionatham in partes suas traducit. Cap. V

ALexander aũt cognito quid Demetrius Ionathæ promiserit, nec ignorans uiri fortitudinẽ, & quomodo se gesserit cõtra Macedonas, tum qualiter uexatus sit à Demetrio eiusq; duce Bacchide, apud amicos dictitabat, non posse se eo tempore cõmodiorem socium inuenire q̃ Ionatham: qui & uirtute sit eximia, & peculiares odij cauſas cõtra Demetriũ habeat, quod datis uicissim & acceptis cladibus exacerbatũ fuerat. Itaq; si idẽ ipsis uideat, adesse occasionẽ inuitãdi hominẽ ad amicitiam. cumq; id purpuratis quoq; suis probari animaduerteret, scripsit talẽ epistolam. Rex Alexander Ionathæ fratri S. Quia iamdudũ audiuimus de fide tua simul & fortitudine, mittimus ad te qui de societate agant, & amicitia: & nostro suffragio hodie te pontificem Iudæorũ constituimus, & in amicorum nostrorũ numerũ ascribimus. mitto etiã tibi munera, stolam purpuream & coronam auream, & rogo ut sic honoratus à nobis, nõ cedas nobis mutua beneuolentia. His literis acceptis Ionathas pontificiam stolã induit, in ipso scenopegiæ festo, post quadrienniũ exactũ à Iudæ fratris obitu, cum uacasset interim sacerdotiũ: moxq; cõtraxit exercitũ, & fabricauit magnũ armorum numerum. Demetrius uero hoc cognito multũ doluit, damnans suã cunctationem, q̃ non prẽueniens æmulũ eblanditus sit Ionathẽ fœdera, sed elabi sibi hanc occasionem, & ab Alexandro arripi passus sit. Scripsit tamen etiam ipse pontifici & populo in hanc sententiam. Rex Demetrius Ionathæ & Iudæorum genti salutem. Quoniam seruastis nostra fœdera, & solicitantibus uos inimicis nostris nõ accessistis, equidẽ laudo uestram fidẽ, hortorq; ut constantes sitis in ea, dignam percepturi à nobis gratiam. Remittam enim uobis maximam tributorũ partem: & iam nunc remitto quæ pẽdebatis tam mihi quàm his qui me præcesserunt regibus: insuperq; salis precium & aurũ coronarium. & tertiam seminis dimidiamq; partem fructus arborei solitam III

mihi cedere,ab hodierno in posterũ uobis remitto:simulq; quod in singula capita pendebat ab his qui Iudæam incolunt,& tres attributas ei toparchias, Samariã,Galilæam & Peræam,uobis concedo in perpetuũ.Et Hierosolymi tanam urbẽ sacram esse uolo,& ius asyli habere,immunẽq; esse cum suis finibus à tributis atq; decimis. Arcem etiã eius permitto pontifici uestro Ionathæ,ut quos ipse fidos & amicos probauerit, in præsidio eius cõstituat. Eos quoq; Iudæos qui iure belli capti seruitutẽ in nostra ditione seruiunt,in pristinam libertatẽ restituo,ac ne iumẽta quidẽ ad angarias adigi permitto.Sabbatis item & festis solennibus,& tribus diebus ea præcedentibus immunitatem concedo.Eodẽ modo Iudęos qui in mea ditiõe habitant,liberos & sine molestia degere uolo: & quicunq; ex eis mecũ militare uoluerint permitto, duntaxat usq; triginta milliũ numerũ: idq; ea cõditione stipendiorũ, qua cæteros meos milites.Habebo etiã eos in præsidijs & in meo satellitio,& principes eorũ in aulicorũ meorũ numero.Permitto etiã ut patrijs utant legibus & ipsi & tres attributæ eis præfecturæ: utq; põtifici curæ sit,ne quis Iudæus aliud templũ præter Hierosolymitanũ religionis ergô adeat. Præterea dõ in singulos annos ex meis rationibus in sumptus sacrificiorũ quindecim millia siclorũ argenti,& quod pecuniæ superfuerit uestrũ esse iubeo. & decem illa drachmarũ millia,quæ de templo accipiebant reges,sacerdotib. atque ministris templi remitto,ad quos ea pertinere compertũ mihi est. Quicũq; etiam confugerint in templũ Hierosolymitanũ,fanumq; contiguũ, siue ob debitã regi pecuniã,siue alia de causa, immunes sint ab omni uexatione, tam ipsi q̃ eorũ facultates.Permittõ etiã ut reparetur templũ,& operũ sumptus de meis pecunijs fieri iubeo: sicut & mœnia & turres altas æque de meo uolo ædificari.tum si quæ sunt loca per Iudæam apta ad struendas arces,imponendaq; præsidia,& hæc meo sumptu muniant. Atq; hæ fuerũt literæ ac pollicitationes Demetrij.Alexander aũt rex magnis copijs contractis tam è mercenario milite,q̃ eo qui in Syria defecerat à Demetrio,omnes in hostem duxit,collatisq; signis siniſtrũ cornu Demetrij oppositã sibi aciẽ terga coegit uertere: hærentesq; diu fugientiũ uestigijs etiam castra eorũ diripuerunt. at dextrum cornu in quo rex ipse pugnabat,cõpulsum est loco cedere: & reliquis effusis fugientibus,Demetrius fortiter decertans alios hostiũ occidit, alios nõ sustinentes ipsius impetũ persequens,abreptus est in cœnũ quoddam profundũ & transitu difficile: ubi prolapso equo,omni effugio destitutus,ab accurrentibus oppressus est.Circumdatũ enim corona confixerunt iaculis. at ille etiã pedes generose repugnabat, donec crebris uulneribus cõfectus succubuit. Hic fuit finis Demetrij post exactum regni annum undecimum,sicut in alijs cõmentarijs iam antè demonstrauimus.

De templo Dei ab Onia ædificato. Cap. VI

1111 ONias aũt pontificis Oniæ filius qui profugus Alexandriæ degebat apud Ptolemæum Philometorem ut iam antè diximus, uidẽs Iudæam uastatam à Macedonibus eorumq; regibus, & sibi æternam memoriam parare uolens, decreuit à rege Ptolemæo & regina Cleopatra per literas petere, ut sibi liceat in Aegypto instar illius Hierosolymitani templi ædificare,& in eo Leuitas & sacerdotes ex suo genere constituere

ſtituere. Hoc autẽ conſiliũ cepit fretus maxime prophetæ Eſaiæ uaticinio, qui ante D C amplius annos prænunciarat fore omnino ut templũ aliquando deo maximo ædificaretur in Aegypto, idq; hominis Iudæi opera. Hoc igitur oraculo excitatus ſcribit Ptolemæo & Cleopatræ talem epiſtolam. Dũ in bello ſtrenuam uobis operã nauans cum deo uarias regiones obirẽ, animad uerti apud Cœleſyriam & Phœnicen & Leontopolim quæ eſt in præfectura Heliopolitana, alijsq; in locis Iudæos pręter decorũ habere tẽpla, & ideo male inter eos cõuenire: quod & Aegyptijs uſu uenit, ꝓpter multitudinem templorum & diuerſitatẽ religionũ. Et quia locũ idoneum inueni apud caſtrum quod agreſtis Bubaſtis dicitur, plenũ uaria materia ſacriſq; animalibus, rogo ut mihi permittatis templũ quod illic eſt nulli ſacratũ numini, iamque collapſum repurgare, & aliud loco eius deo maximo exſtruere ad Hieroſolymitani illius ſimilitudinẽ, pari etiam modo & menſura, pro ſalute tua & reginæ atq; liberorũ ueſtrorum: ut Iudæi qui Aegyptũ incolunt illuc conuenientes, quo magis alunt mutuam concordiã, eo accõmodatiores fiant tuis uſibus. Nam & Eſaias uates prędixit, ꝙ erit domino deo ſacrariũ in Aegypto, & alia multa de eo loco ceçinit. His Oniæ literis acceptis rex & ſoror eius ac cõiux Cleopatra declarauerunt ſuam pietatẽ per epiſtolam quam ei reſcripſerunt. Nam peccatũ hoc & præuaricationẽ legis à ſe in Oniæ caput reiecerunt, Sic enim reſcriptũ habet. Rex Ptolemæus & regina Cleopatra Oniæ gaudium. Legimus tuas literas in quibus poſtulas ut tibi permittamus illud apud Leontopolim præfecturæ Heliopolitanæ collapſum templũ repurgare, quod uocatur agreſtis Bubaſtis: quod ſanè miramur, ſi poterit acceptũ eſſe deo templum ſtatutũ in impuro loco & pleno animalibus. Sed quoniã ais prophetã Eſaiam iam olim hoc prædixiſſe, permittimus tibi hoc quatenus poteſt ſalua legis obſeruatione fieri, ne uideamur per hoc peccare in dominũ. Onias igitur impetrato loco exſtruxit ibi templũ & altare deo ad Hieroſolymitani ſimilitudinẽ, ſed minus & nõ pereq; opulentũ. Menſurã uero eius & uaſa nũc nõ libet repetere, cõmemorata iam ante in ſeptimo belli & captiuitatis Iudaicæ uolumine. Nec defuerũt Oniæ ſimiles ipſius leuitę ac ſacerdotes, qui illic diuinũ cultũ frequentarent & inſtaurarent ceremonias. Sed de hoc templo hactenus. Apud Alexandriã uero inter Iudęos & Samaritas qui ſub Alexandro magno Garizitani templi religionẽ induxerunt, ſeditio eſt exorta de ſacris ipſorũ, ita ut res ad regis cognitionẽ peruenirẽt: dum Iudæi contendunt iuxta Moyſi præſcripta Hieroſolymitanũ templũ eſſe legitimũ, Samaritæ uerò Garizitanũ: prouocatũq; eſt ad regem & amicorũ eius conſeſſum, ut ab his cauſa audiretur, & utrius partis cauſidici ſuccumberẽt, morte mulctarentur. patrocinabatur Samaritis Sabbæus cũ Theodoſio, Hieroſolymitanis Iudæis Andronicus Meſſalami filius. iurauerunt q; per deum & regem, quòd ex lege probatiões allaturi eſſent, & rogauerunt regẽ ut necaret eum qui iuſiurandũ non ſeruaſſe deprehenderetur. Itaq; rex multis amicis in conſilium adhibitis, cõſedit cauſam aditurus. Iudæi uerò qui Alexandriã habitabãt ualde erant ſoliciti pro tuentibus iura Hieroſolymitani tẽpli, ægre ferẽtes autoritatem antiquiſsimi & nobiliſsimi in orbe tẽpli uocari in diſcrimen. Sed cũ Sabbæus & Theodoſius cõceſsiſſent Andronico ut prior diceret, orſus ex

lege approbare eius ſanctitatẽ & religionem, oſtendẽsq; per continuas pontificum ſucceſsiones ſacerdotij uſque in ſua tẽpora propagationẽ, & ab omnibus Aſię regibus maieſtatẽ eius loci honoratam donarijs: Garizitani uerò, acſi omnino nullũ eſſet, nunq; ab his habitam rationem: his & talibus rationibus perſuaſit regi ut decerneret Hieroſolymitanũ eſſe ex ſentẽtia Moyſis conditũ, Sabbã uerò & Theodoſiũ addiceret ſupplicio. Atq; hæc ſunt quæ Alexandrinis Iudæis acciderunt Ptolemæi Philometoris tempore.

Quòd Alexander poſt mortẽ Demetrij Ionatham in ſummo honore habuit. Cap. VII

V 1. Mac. 11 Acſo aũt in pugna Demetrio ſicut ſuperius dictũ eſt, Alexander aſſumpto Syriæ principatu ſcribit Ptolemæo Philometori, filiã eius nuptũ ſibi dari depoſcens, æquum eſſe dicens ut ſe affinitate dignetur poſt receptũ fauente deo paternũ imperium, & Demetrium bello deuictum. Ptolemæus uerò libenter eius poſtulatis admiſsis, reſcripſit & gratulari ſe ei de recepto regno paterno, & filiam collocaturũ in matrimonium: iuſsitq; ut ſibi Ptolemaidem occurreret, adducturo illò filiã, & ibi celebraturo eius nuptias. ſubſecutus deinde literas, ad conſtitutũ locũ peruenit cum Cleopatra filia, & reperto ibi Alexandro eam cõiunxit, addita in dotem auri & argenti ſumma quanta tam potentem regem decuit. Ad has nuptias uocatus eſt per literas ab Alexandro & Ionathas pontifex, & cum uenisſet ad reges, amplisq; muneribus utrunq; donaſſet, ab utroq; in magno honore habitus eſt. nam Alexander mutare eum ueſtem coegit, & purpuratum aſsidere ſibi pro tribunali: mandauitq; ſuis ducibus ut in medium urbis eo producto, præconis uoce edicerẽt, nemini licere accuſationem cõtra hominem inſtituere, aut ulla in re exhibere ei negotium. quo facto cum manifeſtum eſſet quanti rex eum faceret, aduerſarij qui ad accuſandũ parati uenerant, ſubduxerunt ſe, ueriti ne ipſis potius mali aliquid accideret. Tanta autẽ beneuolẽtia rex hic Ionatham proſecutus eſt, ut ei primum locum in amicorum ſuorum numero aſsignauerit.

Demetrius Demetrij filius deuicto Alexandro & occupato regno in fœdus & amicitiam Ionatham recipit. Cap. VIII

ANno autẽ centeſimo ſexageſimoquinto Demetrius Demetrij filius, acceptis multis mercenarijs militibus à Laſthene Cretenſi, ſoluens ab ea inſula traiecit in Ciliciam: cuius rei nuncio Alexander uehemẽter eſt territus: moxq; è Phœnice properauit Antiochiam, ut res eius ante Demetrij aduentũ in tuto conſtitueret, interim Cœleſyrię Apollonio Dauo duce prępoſito. Is profectus cum exercitu Iamniam, miſit ad Ionatham pontificem nuncium, rem indignam dicẽs eum ſolũ pro ſuo arbitrio uiuere non ſubiectum regis imperio: & ſibijpſi eſſe opprobriũ, ꝙ eum ſub imperium non redigat. Ne igitur, inquit, in montibus deſidẽs putes te poſſe aliquid: ſed ſi confidis tuis uiribus, in campum deſcende, ut ferro decernamus uter noſtrum ſit uirtute præſtantior. Ne ſis tñ inſcius, quòd è ſingulis urbibus fortiſsimi mecũ militant, aſſueti ſemper tuos maiores uincere. quamobrẽ prouoco te in eum locum, ubi armis non ſaxis pugnandum eſt, & in quo nullũ præſto eſt uictis refugium. His uerbis irritatus Ionathas, delectis decem millibus militũ, unà cum Simone fratre profectus eſt Hieroſolymis

ſolymis: & cum peruenisset Ioppen, extra urbem castra metatus est, excluſus à Ioppenſibus, qui intus habebant Apollonij præſidium. Ionatha aũt oppugnationem instituente, ueriti oppidani ne per uim caperentur, portas ei aperiunt. Apollonius uerò postq̃ accepit Ioppen occupatam à Ionatha, assumptis tribus equitum, octo peditum millibus Azotum se cõtulit: & inde profectus lento gradu iter faciebat. Cumq; ueniſſet Ioppen, paulum retrocedẽs traxit Ionatham in planiciẽ fretus equitatu, & in eo uictorię ſpem collocans. Ionathas uerò progreſſus inſequebatur Azotum uerſus Apolloniũ: quũ ubi hoſtẽ conſpexit deueniſſe in plana, reuerſus est ut prælio cõmitteret. cumq; mille equites in inſidijs poſiti fuiſſent in quodam torrente, ut ſe Iudęis à tergo obijcerent, Ionathas qui hoc mature ſenſit nõ est territus: ſed inſtructa in laterculi formã acie, hortatus est ſuos ut utrinq; pugnarent in hoſtem, à tergo & à fronte adorienti reſiſtendo. cumq; prælium protraheretur uſq; ueſperam, data parte exercitus Simoni fratri, iuſsit hunc cum hoſtiũ phalange confligere. ipſe uerò ſuis mandauit ut obiectis ſcutis exciperent tela immiſſa ab equitibus. qui cum hoc feciſſent, exhauſti ſunt telis equites, nec tñ quenquam læſerunt. nõ enim penetrabant ad corpora, ſed obiecta ſcutorũ ceu teſtudine, denſitate eorũ facile repellebantur, & cadebãt irrita. Vbi uerò iaculando à mane uſq; poſt meridiem laſſatũ hoſtem animaduertit Simon, phalangem aggreditur, & uſus egregia ſuorum opera hoſtem coegit fugere. quo uiſo equites, ne ipſi quidem locũ ſuũ tenuerunt: ſed feſsi diutina iaculatiõe, & uidentes nihil amplius ſpei ſitum in peditibus, nullo ordine confuſi fugiebant, diſsipati per totam planiciem. Ionathas aũt uictos Azotum uſq; perſequens, multis cæſis reliquos deſperata ſalute in templũ Dagonis quod est in ea urbe cõpulit. qua capta eodem impetu, & ipſam & circumuicinos uicos incendit. ac ne Dagonis quidem religione deterritus, & fanũ ipſius & quotquot eò confugerant concremauit. fuitq; numerus tam eorũ qui exuſti ſunt, quàm qui ceciderunt in prælio, octo millia hominũ. Deuicto igitur hoc exercitu, ab Azotó profectus ad Aſcalonem admouit copias. & cum extra urbem castra poſuiſſet, prodierunt ad eum Aſcalonitæ cum hoſpitalibus muneribus. quibus acceptis, & collaudata eorũ uolũtate, reuerſus est illinc Hieroſolyma, multam ſecum ducens prædam, quam abegit deuictis hoſtibus. Cæterũ Alexander audito quòd uictus eſſet dux eius Apollonius, ſimulabat ſe lætũ, quandoquidem ille præter animi ſui ſententiam aggreſſus eſſet Ionatham, amicum & ſocium: & miſit ei uirtutis ergô fibulam auream, quod geſtamen ſolis cognatis regis concedebatur, & Accaronis toparchiam ei poſſidendam in perpetuũ addixit. Per idem tempus Ptolemæus Philometor cum nauálibus & terreſtribus copijs uenit in Syriam, Alexandro genero laturus auxiliũ, alacriter excipientibus ipſius iuſſu ciuitatibus uſq; Azotũ, ubi obtundebatur querimonijs deplorantiũ Dagonis templi incendiũ: accuſabantq; populariter Ionathã autorẽ eius iniuriæ, qui & agros eorum uaſtaſſet ferro ac flammis, & plurimos ciuiũ dediſſet exitio, Ptolemæo penè diſsimulãter audiẽte eorũ querimonias. Ionathas uerò apud Ioppen ei occurrit, exceptus & muneribus & omni honoris genere. deinde cũ uſq; Eleutherũ fluuium regẽ deduxiſſet, reuerſus est Hieroſolyma. poſtq̃ aũt Ptolemaidẽ perue VII

nit, minimum abfuit quin oppreſſus ſit Ptolemæus, Alexandri inſidijs per Ammonium eius amicum appetitus. quibus detectis ſcripſit Alexandro, deposcens Ammonium ad ſupplicium, quòd meritum aiebat, propter ſtructas ſibi inſidias. qui cum non dederetur, intellexit ipſum Alexandrum earũ fuiſſe autorem, & cœpit eum magno odio proſequi. Antiochenos autem iam antea propter eum Ammoniũ infenſos habebat, à quo plurimis affecti fuerant incommodis. Non tamen effugit pœnam Ammonius, turpiter ut mulier cæſus, dum amictu fœmineo quærit latebras, quemadmodum in alio diximus commentario. Ptolemæus autem affinitatis Alexandri pœnitens, & lati aduerſus Demetrium auxilij, abſtracta à marito filia confeſtim ad Demetrium mittit legatos de ſocietate & amicitia, his cõditionibus, ut data ipſi in matrimonium filia, in paternũ regnum eum reſtitueret. At ille & amicitiam eius & oblatam coniugem perlibenter amplexus eſt. unus etiam reliquus erat labor Ptolemæo, ut Antiochenſib. perſuaderet Demetriũ recipere, alienatis ab eo propter iniurias à patre eius acceptas. perfecit tamen hoc quoq; nam propter Ammonium habentes exoſum & Alexandrum, facile impulſi ſunt ut eum ex urbe eijcerẽt. Atq; ita elapſus ex Antiochia uenit in Ciliciam: Ptolemæus uerò urbem ingreſſus, & à ciuibus rex conſalutatus eſt & ab exercitu, coactus duo ſibi imponere diademata, alterum Aſiæ, Aegypti uerò alterum. Sed cum eſſet natura iuſtus, & nimiæ potentiæ minime cupidus, ad hæc prudens, & qui nollet Romanis inuidioſus fieri, aduocata Antiochenſium concione, perſuaſit eis ut Demetrium reciperent, pollicitus eum maiorem rationem habiturum recentis eorum beneficij, quam odiorum quæ illis cum patre eius interceſſerant. Se quoq; affirmauit monſtratorem ei fore uitæ recte inſtituendæ & adminiſtrandæ reipub. nec paſſurum quicquã tentare quod non deceat. nam quod ad dominationẽ attineat, cõtentum ſe eſſe Aegypti imperio. atq; ita perducti ſunt in eam ſententiã Antiocheni, ut Demetrium reciperent. Cæterũ cum Alexander ducens ualidum exercitũ è Cilicia inuaſiſſet Syriam & Antiochenum agrum uaſtaret rapinis atq; incendijs, occurrit ei Ptolemæus unà cum genero ſuo Demetrio: iam enim confectæ erant nuptiæ: & uictus Alexander cõpulſus eſt fugere in Arabiam. Fortè accidit in eo prælio, ut equus Ptolemæi conſternatus barritu elephanti eũ excuteret, proſtratumq; aggreſsi hoſtes uulneribus in caput inflictis in periculum extremũ adducerent, ni ereptus eſſet interuentu ſatellitũ. attamen per integrum quatriduum ſopitis ſenſibus, nec loqui potuit, nec loquẽtes intelligere. Alexandri uerò caput Zabelus Arabũ dynaſta reciſum miſit ad Ptolemæum, qui die quinta demũ reſpirans à uulneribus, & ad ſe reuerſus iucundiſsimo ſibi rumore ſimul & ſpectaculo capitis ac mortis Alexandri pauit animũ & oculos. nec ita multo pòſt exſatiatus gaudio percepto ex inimici interitu, & ipſe uitam finijt. Alexãder aũt cognominatus Veles, per quinquennium regnum obtinuit, ſicut aliàs indicauimus. Demetrius autem cognomine Nicanor, regno potitus cũ eſſet prauo ingenio male mulctabat Ptolemæi milites, oblitus & auxilij & affinitatis quæ per Cleopatræ nuptias recens interceſſerat. Illi uerò perоſi hominis ingratitudinẽ receperunt ſe Alexandriã, elephantis tamen in eius poteſtate relictis. Interim Ionathas põtifex coactis è

tota

tota Iudæa copijs, aggreſſus eſt oppugnare arcẽ Hieroſolymis & Macedonicum præſidium, cum deſertoribus religionis qui eò cõfugerant. Hi primũ contemnebant conatus Ionathę, ꝙ ſatis fiderent loci munitionibus: tandem nocte aliquot ſceleſti elapſi peruenerunt ad Demetrium, arcis oppugnationem nunciantes. Qui iratus mouit exercitum ex Antiochia contra Ionathã: cumq; peruenisſet uſq; Ptolemaidem, acciuit eum ad ſe per literas. Ille nõ intermiſſa oppugnatione, cum ſenioribus populi & ſacerdotibus aurum, argentum, ueſtem, aliaq; xenia deferens uenit ad Demetriũ, & hac munificentia mitigauit regis animum: tractatusq; honorifice, confirmatus eſt in pontificatu, quemadmodũ à ſuperioribus regibus. Accuſatoribus aũt eius trãſfugis fidem non habuit; uerumetiam rogatus ut pro Iudęa uniuerſa tribuſq; attributis ei toparchijs, Samaria, Ioppe, & Galilæa, ccc tantum talenta penderentur, conceſsit per diploma tale. Rex Demetrius Ionathæ fratri & Iudæorum genti gaudium. Exemplũ epiſtolæ quam ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro, miſimus ad uos ut ſciretis: Rex Demetrius Laſtheni patri gaudium. Genti Iudæorũ amicis noſtris & iura amicitiæ ſeruantibus, decreui beneuolentiæ gratiam referre. quapropter tres præfecturas, Apherimam, Lyddam, Ramatham cum ſuis finibus, Samaritis ademptas ad Iudæam attribuo: & remitto quicquid ſolebant ante me reges accipere à ſacrificantibus Hieroſolymis, aliaq; tributa pro fructu terræ atq; arborum: præterea ſalinarũ uectigal & aurum coronarium: neq; quicquam horum exigetur in poſterum. Cura igitur ut huius ſcripti exẽplar mittatur ad Ionatham, & dedicetur in illuſtri aliquo loco templi ſanctiſsimi. Hactenus diploma. Porrò Demetrius uidens ditionẽ ſuam pacatam, & nihil timendũ periculi, dimiſit exercitum, & ſtipendia militum minuit, ſolis exteris mercedem ſoluens, quos ſecũ è Creta alijsq; inſulis collectos adduxerat. quamobrẽ odiũ ſibi cõcitauit apud proprium militem, cui ipſe nihil numerabat, ſolito ab alijs ante eum regibus etiã pacis tempore ſtipendiũ accipere, ut hoc pacto alacriores fierent ad ſubeunda quoties opus eſſet pericula.

Tryphon Apamenus poſt deiectum Demetrium Antiocho Alexandri filio regnũ aſſerit, recepto in amicitiam Ionatha. Cap. IX

EAm alienationem militum à Demetrio animaduertẽs quidam ex Alexandri ducib. genere Apamenus, Diodotus cognomine Tryphon, uenit ad Malchũ Arabem, qui educabat Alexandri filiũ Antiochum: & cum indicaſſet ei q̃ infenſi eſſent Demetrio milites, ſuaſit ut ſibi Antiochum traderet. effecturũ enim ſe, ut is receptus potiretur paterno imperio. At ille primũ difficilem ſe præbebat, ꝙ non ſatis ei fideret: tandẽ Tryphon euicit aſsiduis precibus. Interea Ionathas pontifex uolẽs tollere Hieroſolymitanæ arcis præſidium, & impios transfugas, reliquoſq; qui arces tenebant in ea regione, legatione cum munerib. miſſa ad Demetrium, rogabat eum ut præſidia de Iudææ caſtellis eijceret. Qui non hac tantum in re, ſed maiora etiam gratificaturũ ſe ei pollicitus eſt, quàm primum leuatus eſſet præſenti bello, ꝑ cuius negocia nõ liceret nũc id facere. poſtulabat etiã ut ꝑ iure amicitiæ mitteret auxilia, quandoquidẽ ſui milites ad hoſtẽ deficerent VIII 1. Mac. 11

rent: moxq; tria millia delectorũ militũ Ionathas ad regem misit. Cæterùm Antiochẽses exosum habentes Demetrium, tam propter ipsius quàm propter paternas iniurias, cupiebant eum per occasionẽ aggredi: uidẽtesq; auxilium ei uenisse à Ionatha, & considerantes breui augendas eius uires nisi mature præuenirent, correptis armis circumsteterunt regiam uelut expugnaturi, & intercepto exitu conabantur illum in potestatẽ suam redigere. Qui uidẽs populũ armatum hostiliter se impetere, assumpto mercenario milite & Iudæis auxiliaribus, conflixit cum Antiochensibus, & superatus numero cõpulsus est cedere. Tum Iudæi receperunt se in tectũ regiæ, & è superiore loco missilibus feriebant populũ: quod cum tutò facerent propter loci eminentiam, facile repulerũt eum à propinquis ædibus: & mox iecto in eas igne, incendium totam urbem peruagatũ est, propter densitatem ædificiorũ, quæ tota ferè constabant è materia lignea. Antiochenses uerò non ualentes ædib. flagrantibus succurrere, in fugam se uerterunt. Tũ Iudæi de uno tecto in aliud transilientes, miris modis eos infectabantur. Rex autẽ animaduertens Antiochenos occupatos in eripiendis liberis & uxoribus, & ideo intermisisse prælium, per diuersos angiportus eos aggressus, multis occisis reliquos coegit abiectis armis deditionẽ facere: & cõcessa audaciæ uenia, seditionẽ compescuit, donatosq; Iudæos præda quã ex direptionib. parauerant, & collaudatos quasi autores eius uictoriæ, remisit ad Ionathã non sine præclaro uirtutis eorũ testimonio. postea tamen ingratus apparuit, & non seruauit pollicita, bellum etiam minatus, nisi redderet tributa omnia quæ Iudæorũ gens solita est prioribus regibus pendere. Fecissetq; etiã ni impeditus esset à Tryphone, coactus apparatũ contra Ionatham factum in illum potius uertere.

reuersus enim ex Arabia in Syriam cum Antiocho etiam tum adolescẽte, diadema eius capiti imposuit: & deficientibus ad se omnibus militibus qui fraudati stipendijs fuerant, aperto bello Demetriũ adortus est: & uno prælio factus superior, tum elephantos, tum Antiochenam urbem illi ademit, cõpulso in Ciliciam cedere. Tum Antiochus adolescens missis literis & legatis ad Ionatham, socium & amicum eum nominat, & pontificatũ ei cõfirmat, concessis & quatuor præfecturis, quæ Iudæorum regioni attributæ fuerant. Ad hæc aurea uasa & pocula uestemq; purpuream & ius utendi misit ei, nec nõ fibulam auream, cooptato inter amicos primarios. Simonem etiam eius fratrem militibus quantum eorum esset Tyrum inter & Aegyptum præposuit. Ionathas uerò lætus tot collatis in se per Antiochum beneficijs atq; honoribus, & ipse suos legatos ad eum simul & Tryphonem misit, amicum se & socium professus, gesturúmque unà bellum contra communem hostem Demetrium, multa de eius ingratitudine questus, quòd pro beneficio iniuriam sibi reposuisset. cum igitur permissum esset ei ab Antiocho, collectis etiam è Syria & Phœnice militibus bellum contra Demetrij duces gerere, confestim profectus est ad uicinas urbes & oppida: à quibus honorificè exceptus, nullis tamen adiutus est militibus. & cum Ascalonem uenisset: hic quoq; ab oppidanis cum muneribus ei occursum est: quos & ipsos hortatus est, quemadmodum alias urbes Cœlesyriæ ut à Demetrio deficerent ad Antiochum, & pro acceptis iniurijs pœnas ab eo repeterent. esse enim multas causas, cur

ad

ad hoc consentire debeant. quibus persuasis ut pollicerẽt auxilia, ad Gazęos peruenit, ut hos quoq; conciliaret Antiocho. hos præter spem inuenit portas sibi clausisse, nolẽtes deserto Demetrio parti aduersæ se cõiungere. quare Ionathas irritatus est ut & agros uastaret, & urbem conaretur ui capere: relictaq; ad eius obsidionẽ parte exercitus, cum reliqua manu in uicos sæuiebat incendijs. Tum Gazæi uidentes præsentẽ calamitatẽ ab hoste, nec ullum interim auxiliũ à Demetrio, & spem quoq; incertam propter locorũ distantiam, satius existimauerunt illo omisso necessitati suæ consulere: & missis ad Ionatham nuncijs recepti sunt in societatem atq; amicitiam. Aliquando em̃ homines nõ nisi suo malo docti intelligunt quid sit utile, cum deberent sapere ante acceptũ incõmodum, & ultro potius quàm coacti imperata facere: Ionathas uerò acceptis obsidibus, & missis Hierosolyma, digressus inde, totam regionẽ usq; Damascũ obibat. cumq; Demetrij ualidus exercitus accessisset ad urbẽ Cedasam, quę propinqua est Tyriorũ agro & regiõi Galilææ, uellentq; Ionatham abstrahere à Syria laturũ opem Galilæis suæ ditionis hominibus, occurrit eò propere Simone fratre ad Iudææ pręsidiũ relicto. Is collectis quotquot poterat eius regionis militibus, Bethsurã oppugnabat, locũ totius Iudææ munitissimũ, & insessum à Demetrianæ factionis hominibus, ut iam antè diximus. qui cum aggeribus simul ac machinis uehementer infestarentur, ueriti ne occupato per uim loco ad unum necarentur, per nunciũ rogabant Simonem, ut sibi liceret relicta ipsi Bethsura, incolumibus decedere & proficisci ad Demetriũ: ille uerò data eis in hoc ut postulabant fide, pro Macedonico suũ ibi collocauit præsidium. Interim Ionathas in Galilæa motis à stagno Genneſara castris quæ primũ posuerat, in campũ Asor progressus est, nescius hostem esse in eo. Demetriani uero qui ante unum diem aduentũ eius præsenserant, collocatis prius in monte insidijs, ipsi in campo ei se opposuerunt. Quos conspicatus Ionathas paratos ad prælium, & ipse suos pro tempore ad certamen instruit. Sed cum à tergo se insidiatores Iudæis ostendissent, ueriti ne intercepti in medio contrucidarẽtur, in fugam se dederunt, ita ut penè omnes Ionatham desererẽt in periculo. Soli duces Matthias Apsalomi & Iudas Chapsæi cum quinquaginta uirorũ fortiũ manu permanserunt: qui à desperatione sumpta audacia tanto impetu aduersam hostium frontem impulerunt, ut territi ceu furentibus cederẽt. Tum uerò illi qui Ionatham destituerant, uidentes fluctuantem & inclinatam hostium aciem, reuersi in prælium iam in apertam fugam uersos persequebantur, donec ad Cedasa uentũ est, ubi intra castra compulsi sunt. Ionathas autem egregia uictoria potitus, recepit se Hierosolyma. Et cum omnia sibi ex sentẽtia dei fauore uideret cedere, misit Romam legatos de renouanda amicitia, quibus dedit mandata, ut in reuertendo obiter inuiserent Lacedæmonios, eosq; cognationis admonerent atq; fœderis. qui postquam Romam uenerunt, expositis ad senatum postulatis Ionathæ pontificis, quòd cuperet renouari fœdera, & impetratis quæ uolebant omnibus, acceptisq; literis cõmendatitijs ad reges Europæ & Asiæ, quo tutius possent iter facere, in reditu peruenerunt etiam ad Lacedæmonios, & obtulerunt eis literas à Ionatha pontifice, quarũ exemplum erat hoc. Ionathas pontifex gentis Iudæorum, & senatus ac populus

Iudæo-

Iudæorum, Ephoris Lacedæmoniorũ ſenatuiq; & populo fratribus ſuis Salutem. Si ualetis, & res ueſtræ tam publice q̃ priuatim proſpere cedunt, gaudemus: ualemus enim nos quoq;. Superioribus tẽporibus perlata ad Oniam pontificem noſtrũ, ab Ario rege ueſtro miſſa per Demotelẽ epiſtola, de cognatione noſtra, cuius exẽplar ſubiũximus, & literas eas cupide accepimus, & Demoteli atq; Ario omnem exhibuimus beneuolentiã, quamuis iam ante hoc nõ ignoraremus, nimirũ docti è ſacris noſtris ſcripturis. Quòd uerò nõ prius uos cognatos agnouerimus; ideo factũ eſt, ne uideremur uobis captandæ amicitiæ occaſionẽ præripere. Interim eò tẽpore ex quo renouata eſt noſtra neceſſitudo, in ſacris ſolennitatibus rem diuinam facientes, etiã pro ueſtra ſalute ac uictoria uota nuncupauimus. Et cum multis circumquaque bellis uexaremur propter uicinorũ immoderatas cupidines, tamen nec uos nec alios amicos ſolicitandos duximus. Nũc uerò peracto bello, miſimus ad Romanos Numeniũ Antimachi & Antipatrũ Iaſonis, uiros ſenatores & honoratos: quibus etiã ad uos dedimus literas, ut renouent mutuam noſtram amicitiam. Bene igit̃ facietis, ſi uos quoq; nobis ſcripſeritis, & ſignificaueritis, ſi qua in re uobis opera noſtra poſsit eſſe uſui, ad omnia obſequia promptos nos habituri. Itaq; Lacedæmonij & legatos comiter acceperunt, & decretum publicũ de amicitia atq; ſocietate eis tradiderunt. Hoc tẽpore tres Iudæorũ ſectæ erant, quæ de rebus humanis inter ſe diſſentiebant: una Phariſæorũ dicta; altera Saducæorũ, tertia Eſſenorũ. Horũ Phariſæi, quædã, at nõ omnia fatò tribuunt, quædam uerò in ſua poteſtate eſſe aiunt, ut uel fiant uel nõ fiant. Eſſeni uerò omnia in fati poteſtate eſſe affirmant, nec quicq̃ hominibus præter fati decretũ accidere. At Saducæi fatum omnino negant, & è rebus tollunt, dicẽtes nihil fataliter euenire hominibus: & omnia in noſtra ipſorũ poteſtate eſſe, ut tam felicitatis nobis ipſi autores ſimus, q̃ infortunij, ſi deteriora cõſilia ſecuti fuerimus. Sed de his diligentius tractauimus in ſecundo de Iudaico bello uolumine. Porrò Demetrij duces uolentes acceptæ cladis abolere ignominiam, maioribus copijs reparatis duxerunt cõtra Ionatham. qui cõperto eorũ aduentu propere in Amathenſem agrũ occurrit: nolebat enim eos ſine impedimẽto Iudæam inuadere. cumq; ad quinquaginta ſtadia prope hoſtẽ caſtra poſuiſſet, miſit qui res hoſtiũ & munitiones perſpecularentur. qui cum exploraſſent omnia, & quoſdã captiuos noctu adduxiſſent; indicantes q̃ ex improuiſo hoſtis uellet eos aggredi, mature omnia cõmunijt, diſpoſitis etiã extra caſtra excubijs, & in armis retinens per totã noctem exercitũ, iuſſum parato eſſe animo, etiam ſi noctu pugnare opus ſit, ne quid eos hoſtiũ conatus fallerẽt. Demetrij uerò duces ut ſenſere Ionatham præmonitũ hærebãt inopes cõſilij, hoc ipſo turbati, q̃ uiderẽt ſibi nihil ſucceſſurũ abſq; inſidijs, nec apertò marte pares ſe Ionathæ futuros ducerẽt. Decreuerũt igitur abire, & relictis multis p̃ tota caſtra ignibus, quo magis hoſtẽ fallerẽt, noctu diſceſſerũt. At Ionathas mane caſtra adortus, poſtq̃ deprehendit inania, cœpit fugiẽtes perſequi, ſed fruſtra. Iam em̃ trãſgreſsi fluuiũ Eleutherũ in tuta loca ſe receperant. Flexo igitur in Arabiam itinere, & Nabatæis uaſtatis, abactaq; præda & captiuis abductis, Damaſcum ueniẽs, illic omnia uendidit. Per idem tẽpus & frater eius Simon obeundo totã Iudæã & Palæ-

ſtinam

ſtinam uſq; Aſcalonẽ, opportuna loca firmabat præſidijs, atq; ita cõmunita regione armis & ædificijs, Ioppen contendit: eiq; occupatæ ualidũ impoſuit præſidium, q̃ intellexerat Ioppenſes uelle Demetrio dedere ſuũ oppidum. His igitur ad hunc modũ diſpoſitis Ionathas & Simon reuerſi ſunt Hieroſolyma. Ibi pontifex aduocata in templũ concione populi, ſuaſit ut reficerẽt urbis mœnia, & murũ quo templũ ſeptum fuerat rurſum reficerent, turribuſq; altis additis munitiorẽ redderent. utq; alium murũ excitarent inter arcem & urbem, atq; hoc pacto excluderent eos qui arcẽ cuſtodiebant, & ad cõmeatuum penuriã eos adducerẽt. præterea ut arces hinc inde per regionẽ diſpoſitas, additis nouis munitionibus firmiores etiam ac tutiores facerent. Qua ſententia cõprobata ſuffragijs populi, ipſe aſſumpta ſibi muniendæ urbis cura, Simoni ut idem in cæteris Iudææ locis curaret, dedit negotium. Cæterum Demetrius traiecto flumine peruenit in Meſopotamiam, uolens hanc & Babylonẽ ſimul occupare, ut potitus ſuperioribus ſatrapijs, ſedẽ belli ibi conſti tueret. uocabatur enim per crebras legationes ab eorum locorũ Græcis atq; Macedonibus, pollicentibus deditionẽ ſi ueniret, atq; etiã contra Parthorũ regem Arſacem auxilia. Qua ſpe accenſus properauit ad illos, cogitans ſi res aduerſus Parthos ceſsiſſent proſpere, facile ſe inde exturbaturum Tryphonem è regno Syriæ. ut uerò magna alacritate exceptus eſt ab eius regionis hominibus, collecto ualido exercitu bellũ Arſaci intulit, & ſuperatus prelio amiſſoq; exercitu, ipſe uiuus in poteſtatẽ hoſtiũ uenit, ſicut aliàs narrauimus.

Demetrio à Parthis capto Tryphon fœdus uiolat, & Ionatha dolo capto atq; interfecto Simoni eius fratri bellum infert. Cap. X

TRyphon aũt cognita calamitate Demetrij, nõ amplius fidus erat Antiocho, ſed cogitabat quó nam pacto eo ſublato regnũ poſſet ipſe inuadere & occupare: nec aliud magis uidebatur obſtare eius cupiditati, quàm Ionathas amicus Antiocho. Itaq; decreuit illum prius è medio tollere, atq; ita demũ adoleſcentẽ aggredi. quamobrem ad Bethſan profectus, quæ Græcis nõminat Scythopolis, inuenit ibi Ionatham cum quadraginta millibus lectiſsimorũ militũ, paratum obſiſtere ſi quis uim inferre conaretur. Videns igitur hominẽ non imparatũ ad certamen, munerib. & comitate conatus eſt ei imponere, iuſsis ſuis ducibus ut imperata Ionathę facerent, quo magis fidẽ beneuolentiæ fictę aſtrueret, & omnem illi ſuſpicionẽ eximeret, atq; ita incautũ opprimeret facilius. poſtremo ſuaſit ut dimitteret exercitũ, ceſſante bello, & pacatis rebus omnibus. rogabat tamen ut retenta circa ſe modica manu, comitaretur eum Ptolemaidem, & acciperet in tutelam ſuam ciuitatẽ eam arcesq; finitimas, dicens ſe in hoc uenisſe, ut has ei traderet. Ionathas uerò nihil mali ſuſpicatus, credenſq; uere & beneuolo animo Tryphonẽ hæc cõſulere, dimiſit exercitũ, exceptis tribus millibus. ex his duo in Galilæa reliqt, mille uerò ſecũ duxit, Tryphonẽ proſecutus Ptolemaidem. Oppidanis uerò urbem cõfeſtim ita ut præmoniti fuerant claudẽtibus, uiuus captus eſt, militibus eius ad unũ cõtrucidatis. moxq; miſſa eſt in Galilæam pars exercitus, ut & illa duo millia hec opina per dolũ opprimeret. Sed quia rumor de Ionatha capto aduentum eorum præuenerat, arreptis armis mature inde euaſerunt. Nam Tryphonis milites non auſi

IX
1. Mac. 12. 13

experi-

experiri uim, q̃ intelligerent paratos pro tuenda uita extremũ adire periculum, infecta re unde uenerant retro reuersi sunt.

Quòd Simoni Iudæorũ gens & pontificatũ simul & copiarũ imperiũ detulit. Cap. XI

1.Mac.13 Ierosolymis aũt postquam auditum est de Ionathæ captiuitate, & comitatus eius interitu, ingẽs dolor cepit omnes & tanti uiri desiderium, quòd non sine causa timerent, ne destituti eius prudentia simul & fortitudine, infestarẽtur à finitimis: qui in eam diem metu Ionathæ cohibiti, tum uidebantur uelut dato signo coorituri, & adducturi Iudæorum gentem in extremũ salutis periculum. nec eos fefellit sua exspectatio. quàm primũ enim auditũ est necatum esse Ionathã, undiq; excitatum est in eos bellum, tanquam non habentes amplius cuius ductu militare possent, & rem gnauiter gerere. quin & ipse Tryphon collecto exercitu, in animo habebat Iudæam inuadere. Simon aũt uidẽs Hierosolymitanos metu nouorũ motuũ attonitos, & uolẽs eis cõtra Tryphonis conatus addere animum, conuocato in templũ populo, sic exorsus est ad eos uerba facere. Non ignoratis uiri tribules, quàm gnauiter ac intrepide ego & pater ac fratres, p libertate mortis periculis nos exposuerimus: quibus domesticis exemplis excitatus, cum non nouũ sit in nostra familia legibus patrijs & religioni propugnandæ uitam impendere, nullo terrore adigi potero, ut uitam glorię præferam. Quapropter cum nõ defit uobis dux paratus pro uobis quiduis quantumuis magnũ uel pati uel facere, sequimini alacriter quocũq; duxero. neq; enim ego melior sum meis fratrib. ut uitæ parcere debeam: neq; ita degener ut quod illis semper uisum est longe pulcherrimũ, scilicet pro religione atq; legibus uitam profundere, ipse per ignauiam subterfugiam: quin potius certum est germanũ me illorũ fratrem egregijs approbare facinoribus. Cõfido enim in deo q̃ pœnas ab hostibus exigere dabitur, uosq; unà cum uxoribus & liberis ab eorũ iniurijs eripere, & insuper templi sanctimoniam tutã præstare ab illorũ impia uiolentia. Video em̃ profanas gentes nõ ob aliud in uos cooriri, nisi q̃ existimant destitutos ducis prouidentia. His Simonis uerbis accensa multitudo recepit animos & fiduciam, & posita formidine ausa est meliores spes concipere: ita ut uno ore totus populus acclamauerit, placere Simonem imperiũ accipere, & in locũ fortissimorũ fratrũ Iudæ ac Ionathæ succedere, nunquã enim se detrectaturos iussa illius. Itaq; collectis mox omnibus quotquot ex suis ad militiam essent idonei, aggressus est urbem mœnibus cingere, cõmunireq; celsis & ualidis turribus. quo opere perfecto, misit Ioppen unũ ex amicis Ionatham Absalomi filiũ, iussum habitatores eius populariter inde eijcere, ueritus ne urbẽ Tryphoni traderent. ipse interim mansit Hierosolymis ad urbis custodiã. Tryphon aũt Ptolemaide profectus cum magno exercitu, uenit in Iudæam ducens secum uinctũ Ionathan. ei Simon occurrit cum suis copijs iuxta oppidũ Addida, situm in monte cui Iudæorũ campi subiecti sunt: Tryphon uero cognito q̃ Simon Iudæorum princeps sit constitutus, misit ad eum nuncios, & hunc dolo circũuenire cupiẽs: mandabatq; ut si uellet dimitti fratrẽ Ionathan, centũ argenti talenta persolueret, & cum eis duos Ionathæ filios mitteret ad se obsides futuros, quòd ille dimissus non alienaturus sit Iudęam à regis imperio. nunc enim eum tantisper

seruа-

ſeruari in uinculis, dum debitã regi pecuniam redderet. At Simonẽ technæ eius non latuerunt: ſed intelligens quòd & pecuniam perditurus eſſet, nec fratrem liberaturus, quin & filios eius inſuper hoſti dediturus, tamen timẽs criminationem ſuorũ, ne negatis pecunijs & filijs uideretur fuiſſe fratri cauſa interitus, aduocato in concionẽ exercitu poſtulata Tryphonis ad eos retulit, admonitis prius quòd ſubeſſent inſidiæ. præſtabilius tamen eſſe & pecunias & filios mittere, quàm contemptis Tryphonis conditionibus ſuſpicionem incurrere, quaſi fratrem ſeruare noluerit: atq; ita placuit & Ionathę pueros mitti & pecuniam. quibus acceptis Tryphon nõ ſeruauit fidem, nec dimiſit Ionatham, ſed cum exercitu peragrabat regionem, uolens per Idumæam aſcendere Hieroſolyma, peruenitq́; uſq; Dora Idumææ oppidũ. At Simon eum perpetuo conſectabatur, caſtra caſtris illius opponens. interim qui in arce erant urgentibus Tryphonem ut propere ſibi commeatus mitteret, iuſsit paratum eſſe equitatum, quaſi eadem nocte uẽturus Hieroſolyma. ſed quia per eam noctẽ multa nix delapſa uiam opertam difficilem maximè equis reddiderat, irritum factum eſt eius propoſitum, & motis inde caſtris, in Cœleſyriam redijt propere: obiterq́; in Galaditica regione interfecto & ſepulto Ionatha, ipſe Antiochiam ſe contulit. Simon aũt à Baſca oppido fratris oſſa in Modim & paternum ſepulchrum tranſtulit, publico luctu honorati: ubi ampliſsimũ monumentũ exſtruxit patri ſimul & fratribus ſuis è marmore polito & candido. excitato enim in late conſpicuam celſitudinẽ, porticus circumdedit & columnas ſingulas è ſingulis lapidibus, opus admiratiõe digniſsimũ. ad hæc pyramides ſeptem parentibus & fratribus cuiq; unã erexit, mira tam magnitudine q̃ pulchritudine, quæ durant uſq; ad noſtra tempora. tanta fuit Simonis cura, ut Ionathas cæteriq́; domeſtici quàm magnificentiſsimo ſepulchro eſſent conditi: qui defunctus eſt, exacto pontificatus ſimul & imperij anno quarto. Cuius ſucceſſor Simon conſtitutus ſuffragio populi, primo ſui principatus anno ſuis immunitatẽ tributorũ peperit, quæ hactenus Macedonibus erant ſoliti pendere: idq́; accidit poſt annum centeſimũ ſeptuageſimũ ex quo Seleucus Nicanor Syriæ regno potitus eſt. Tanto aũt in honore apud populum fuit Simon, ut tam in priuatis inſtrumentis q̃ in ſcripturis publicis adijcerent, actum eſſe anno primo Simonis Iudæorũ ethnarchæ optime de gente ſua meriti. nam huius principatu res eorum magnis acceſsionibus auctæ ſunt, & multas de finitimis hoſtibus retulere uictorias. Deuaſtauit enim Gazarã & Ioppen & Iamniam, expugnataq́; Hieroſolymorum arce ſolo eam æquauit, ne poſthac eſſe poſſet hoſtibus receptaculum, né ue inde urbi aliquod inferretur incõmodum. quo facto uiſum eſt ei operæ præmiũ, ſi mons quoq; in quo ſita fuerat cõplanaretur, ut ſolum templum emineret: effecitq́; id cõmemoratis pro concione malis quæ à præſidiarijs in eam diem Iudæi paſsi fuerant, quæq́; etiam in poſterum ferre cogerentur, ſi externus aliquis princeps ei loco imponeret præſidiũ. adeoq́; permotus eſt eius exhortatione populus, ut non intermiſſo per triennium neq; die neq; noctu opere, tandem ad planiciem eum locum indefeſſo labore per uices ſibi ſuccedẽtes redegerint, atq; ita nihil reliquerint quod obſtaret quo minus templum omnibus in urbe locis eſſet longe celſius.

Simon Tryphonem in Dora compulſum oppugnat, inito cum Antiocho cui Pius cognomen erat, fœdere. Cap. XII

X 1.Mac.15 ON multo aũt poſt quàm Demetrius captus eſt, Alexandri filius cognomine Deus à Tryphone eſt necatus, anno quarto poſtq̃ eius telam ſuſceperat: ſparſoq́; rumore, q̃ inter exercendũ ſe eſſet extinctus, per intimos amicos ſolicitauit milites magnis pollicitationibus, ut ſibi regnũ deferrent, captũ à Parthis Demetriũ dictitans, Antiochũ uero fratrẽ ſi potiretur imperio, ultorem fore defectiõis qua fratrẽ eius deſeruerint. illi adducti in ſpem maximã, quaſi ditandi hoc principe, imperiũ ei cõtinuo deferunt. Tum uerò adeptus iam concupitam poteſtatẽ, non amplius diſſimulare prauũ ingeniũ ualuit, quod priuatus tegere conatus eſt, quo magis animos hominũ ſibi cõciliaret. quàm primũ enim rex declaratus eſt, abſq; perſona Tryphonẽ agere cœpit, id quod aduerſariorũ partib. nõ mediocriter profuit. Milites enim pertæſi eius mores defecerunt ad Cleopatram uxorem Demetrij, quæ tum in Seleuciã cum liberis ſe incluſerat. Et cũ Demetrij frater Antiochus cognomine Soter oberraret, nec ab ulla urbe reciperet metu Tryphonis, miſit ad eum Cleopatra, coniugiũ ſuum & regnũ ei offerens. fecit aũt hoc partim amicorũ ſuaſu, partim q̃ timeret ne quidam Seleucenſes
XI urbem Tryphoni traderent. quò poſtq̃ uenit Antiochus affluẽte ad eum quotidie multitudine, & creſcentibus uiribus, bellũ Tryphoni intulit: quem prælio uictũ eiecit è ſuperiore Syria, & uſq; Phœnicen perſequẽs, cõpulſum in Doram caſtrũ munitiſsimũ obſidione cinxit. Miſit etiam legatos ad Simonem Iudæorũ pontificẽ, qui de amicitia & ſocietate agerent. qui & poſtulata eius libẽter admiſit, & mox miſſo cõmeatu ac pecunijs ad oppugnantes Doram milites, Antiochũ ita demeruit, ut inter intimos amicos ab eo reciperet. at Tryphon elapſus è Dora cum perfugiſſet Apamiam, urbe ui capta interfectus eſt, triennio poſtquam regno potitus fuerat.

Bello inter Antiochum & Simonem orto Cendebæus dux regius è Iudæa profligatur. Cap. XIII

XII AEterũ Antiochus ob innatã auaritiã beneficiorũ immemor, traditis amico Cendebæo copijs, miſit eum ut uaſtata Iudæa Simonẽ in poteſtatẽ redigeret. qui audita eius iniquitate, quamuis iam ſenior, tñ indignitate rei permotus, iuueniliter hoſti cũ exercitu ſit obuiam: præmiſsisq́; cum fortiſsimo quoq; filijs, ipſe cũ reliquis copijs ſubſequebat diuerſo itinere: poſitisq́; cõpluribus locis inter anguſtias inſidijs, nuſquã nõ rem geſsit ex ſentẽtia: & in omnib. congreſsibus factus ſuperior, reliquũ uitæ in pace exegit, cum & ipſe renouaſſet cum Romanis amicitiam.

Quòd Simon à genero ſuo Ptolemæo in conuiuio per dolũ occiſus eſt. Cap. XIIII

XIII 1.Mac.16 IS q̃ octo annos Iudæis præfuit, poſtremo in cõuiuio cæſus, inſidijs generi ſui Ptolemæi: qui uxore etiã eius & duobus filijs cõprehẽſis ac cõiectis in uincula, miſit quoſdã ut tertiũ quoq; Ioannem, cui & Hyrcano fuit nomẽ, interficerent. adoleſcens aũt hoc præſentiens mature in urbem refugit, fretus fauore multitudinis conciliato per paterna beneficia, ſimulq́; odio quo Ptolemæũ proſequebatur populus. Is enim uolẽtem eum ingredi per portam aliam fortiter repulit, eo q̃ iam Hyrcanum receperat.

Quomodo

Quómodo fruſtratis Ptolemæi conatibus Hyrcanus principatu potitus eſt. Cap. XV

ILle igitur recepit ſe in quandam arcẽ ſupra Hierichunta ſitam, quę Dagon dicitur. Hyrcanus uerò accepto paterno pontificatu, & ſacris operatus, cum litatũ eſſet eduxit contra Ptolemæũ exercitũ: & oppugnãdo locum cætera quidem erat ſuperior, uincebatur aũt ſola pietate erga matrẽ & erga germanos miſericordia. hos enim Ptolemęus productos in mœnia flagris cædebat in loco omnibus conſpicuo, minitans ſe præcipitaturum eos niſi frater ab oppugnando deſiſteret. at ille putans quantum de oppugnatione remitteret, tantum ſe gratificari ſuis cariſsimis, ſtatim in primo conatu elangueſcebat. Mater tamen ad eum manus tendens ſupplicabat ne molliretur affectibus, ſed potius indignitate rei motus daret operã ut redactum in poteſtatẽ inimicũ afficeret pœna, & ulciſceretur homines ſibi natura coniunctiſsimos. gratum enim ſibi fore inter tormẽta emori, modo nefarius homo ſcelerũ ſuorum ſuppliciũ lueret. Hyrcanus uero talibus uerbis accendebatur ad aſſultũ maiore impetu faciendũ, ſed quàm primũ uerberari & lacerari matrẽ uidebat, refrigeſcebat ſtatim oppugnationis feruor, & uincebatur filius maternis affectibus. cumq; hoc pacto traheretur diutius obſidio, ſuperuenit annus ille quo ſolenne eſt Iudæis ceſſare ab operibus, recurrente anno ſeptimo. atq; ita liberatus à bello Ptolemæus occiſis Hyrcani matre ac fratribus, fugit ad Zenonem cognomine Cotylam, qui tum apud Philadelphenſes inuaſerat tyrannidem. XIIII 1. Mac. 16

Hiſtoriarũ Biblicarũ finis.

Quòd Antiochus cognomento Pius ducto contra Hyrcanũ exercitu, placatus ccc talentis fœdus cum eo iniit. Cap. XVI

ANtiochus autẽ memor incõmodorum quæ à Simone acceperat, Iudæam aggreſſus eſt, ex quo regnare cęperat anno quarto, principatus uerò Hyrcani primo, ſexageſimaſecũda ſupra centeſimã Olympiade: uaſtatisq; agris Hyrcanũ in urbem ipſam compulit. eam ſeptenis caſtris cum cinxiſſet, primũ nihil proficiebat, propter firmitatẽ mœniũ & uirtutẽ propugnantiũ, accedẽte etiam aquarũ penuria. cui tandem ſub occaſum pleiadis delati imbres fuerũt remedio. poſtremo ad ſeptẽtrionalẽ muri partẽ, quà planior erat aditus, excitatis centũ turribus quæ ſurgebant uſq; tertiã cõtignationẽ, impoſitisq; in eas cohortibus, quotidie tẽtabat mœnia: dupliciq; foſſã lõga ſimul & lata cinctis Iudæis præcluſit omnẽ exitum. illi cõtrà crebro excurſantes, ſi fortè negligentius cuſtodiri caſtra offenderent, afficiebãt hoſtẽ clade aliqua: q; ſi paratos ad reſiſtendũ inuenirẽt, recipiebant ſe in tutiora facile. Hyrcanus aũt poſtq; cognouit ſibi obeſſe ſuorũ multitudinẽ, q; inutiliter abſumerent ad uictũ neceſſaria, ſecretã infirmiorẽ turbã eiecit extra mœnia, ſolis retentis q; ob uigorẽ ętatis ad pugnã erant idonei. Antiochus aũt excluſos uetabat progredi, ita ut miſerabiliter oberrantes mœnibus conficerent inedia. ſed cum ſuperueniſſet feſtũ ſcenopegiæ, miſeratione ſuorũ rurſus in urbẽ recepti ſunt. Rex etiam rogatus ut gratia feſti inducias ſeptẽ dierũ concederet, religione motus impetrari eas paſſus eſt: nec hoc contentus uictimas miſit magnifice, tauros auratis cornibus, & pocula tam aurea q; argẽtea referta omne genus aromatibus: et exercitui prębuit epulum, lõge diuerſus ab Antiocho Epiphane, q; capta urbe porcos ſuper altari XV

mactauerat,& iure carniũ illarum templũ aſperſerat, uiolatis Iudæorũ legibus ſimul et ceremonijs:unde acerbiſsima exorta ſunt eius gentis cõtra eum odia.at hic Antiochus ꝓpter religionẽ Pius cognominatus eſt ab omnibus. Hyrcanus uerò cognita eius æquitate & pietate delectatus, legatos ad eũ miſit,rogãtes ut liceat ſibi patrijs uiuere legibus. tum rex repulſis qui ſuadebãt internecione delendã gentem inſociabilẽ & diſcretã inſtituto à reliquis omnibus,& approbata Iudęorũ pietate,imperauit ut obſeſsi arma ſibi traderẽt, & uectigalia Ioppes cæterarumq; extra Iudæam urbiũ concederent,& inſuper præſidiũ reciperẽt,promittens pacẽ eis ſe daturũ his conditionibus. Aſſenſerunt illi ad omnia excepto præſidio,ꝙ uitarent exterorũ conſuetudinẽ: quod ne reciperẽt maluerũt regi dare obſides & D taléta inſuper:quorũ CCC mox repræſentata ſunt, & inter obſides fuit etiã ipſius Hyrcani frater : deiectaq; mox lorica quæ impoſita erat mœnibus, ſoluta eſt obſidio. Cæterùm Hyrcanus aperto monumento Dauidis, qui olim regũ omniũ fuerat ditiſsimus,tria millia talentorũ inde protulit: quib. pecunijs fretus primus omniũ cœpit externũ militem alere: & inito cum rege fœdere,exceptũ in urbẽ cum exercitu tractauit liberaliſsime:quin & profectũ in expeditionẽ Parthicã ſecutus eſt unà cũ auxilijs. Teſtis eſt nobis Nicolaus Damaſcenus ſic ſcribens: Antiochus erecto tropheo ad Lycũ fluuiũ,ubi Indatem Parthorũ ducẽ profligauerat,hæſit ibi per biduũ ad preces Hyrcani Iudæi,ꝙ in id tempus fortè quædã Iudæorũ feſtiuitas incurrerat, per quam nõ licebat eis iter facere. Et uerũ eſt quod ille ſcripſit: nam pentecoſte inſtabat poſt ſabbatũ,quo tẽpore noſtris iter facere nefas habetur. Deinde cũ Arſace Partho Antiochus ſigna cõtulit.quo prælio uictus,& uitã ſimul amiſit & exercitũ. Syrorũ aũt regnũ frater eius recepit Demetrius,dimiſſus ab Arſace quo tẽpore Parthorum regionem inuaſerat Antiochus,ſicut iam antè in alijs cõmentarijs diximus.

Hyrcani expeditio in Syriam. Cap. XVII

XVI Aeterum Hyrcanus audita morte Antiochi, confeſtim ad urbes Syriæ duxit exercitũ, ratus id quod erat, inuenturũ ſe eas uacuas propugnatoribus. Medabã igiť nõ ſine labore ſexto demũ mẽſe ui cepit:deinde Samegam cum uicinis oppidis,& inſuper Sicima atq; Garizim cum gente Chuthæorũ quæ accolebat templũ inſtar Hieroſolymitani exſtructũ permiſſu Alexãdri à Sanaballete duce in gratiã generi ipſius Manaſsis, qui fuerat frater Iaddi põtificis,ut antè dictũ eſt.incidit aũt huius tẽpli deſolatio poſt annũ CC. Hyrcanus uerò etiam Idumææ urbes cepit, Adora & Mariſſam,ſubiugatisq; omnib. Idumæis edixit ut circunciderẽt, niſi mallent è proprijs pelli ſedibus.at illi amore patriæ admiſerũt & circũci ſionẽ & reliquã iuxta Iudaicos ritus uiuẽdi formulã: atq; ex eo primũ tẽpore inter Iudæos cẽſeri cœpti ſunt. Cæterũ Hyrcanus põtifex renouaturus cum Romanis amicitiã,miſit legatos ad ſenatũ:ubi recitatis eius literis amicitia impetrata eſt his cõditionibus. Fanius M.F.Pr.indixit ſenatum in campũ VIII. Id.Februarias,præſente L.Manlio L.F.Mentina, & C.Sempronio C.F.Falerna,ꝓpter eas res quas legati retulerũt,Simon Doſithei,Apollonius Alexandri,Diodorus Iaſonis,uiri honeſti ac probi,miſsi à populo Iudæorũ:qui etiã egerunt de amicitia & ſocietate,quæ eis intercedit cum pop. Rom. & de negotijs

gotijs publicis,ut Ioppe & portus,Gazaraq; & fontes atq; urbes reliquę per Antiochũ ablatæ præter ſenatus decretũ,reſtituant hæc omnia.né ue militibus regijs liceat per regionẽ ipſorũ aut ſubditorũ iter facere. & ut eo bello p Antiochũ attentata præter decretum ſenatus fiant irrita: utq; legati à ſenatu miſsi,curent reddi quicquid Antiochus abſtulerat,& preciũ agrorũ eſtimẽt qui eo bello uaſtati ſunt. & ut literæ cõmendatitiæ legatis dentur ad reges & liberos populos,quo tutius poſsint reuerti in patriã.Quibus de rebus uiſum eſt ſenatui renouare ſocietatẽ & amicitiã cũ uiris bonis,& miſsis à bono atq; amico populo. De literis aũt ſcribẽdis reſponſum eſt curæ futurũ ſenatui, q̃ primũ ab alijs negotijs uacauerit, & daturũ operã ne ulla poſthac eis inferat iniuria,mandatũq; eſt prætori Fanio,ut ex publica pecunia legatis numeraret uiaticũ, quo cõmodius ſe referre poſſent in patriã. atq; ita publico ſumptu legatos prætor domũ remiſit,cum cõmendaticijs ad eos per quorũ loca erant tranſituri. Et Hyrcani quidẽ pontificis rerũ ſtatus hic fuit. Demetrius aũt rex cupiens bellũ Hyrcano inferre,opportunitatem nõ habuit,inuiſus ex æquo tam Syris quàm militibus, ꝓpter mores improbos, ita ut miſerint ad Ptoleмæũ Phyſconẽ, rogãtes ut aliquẽ ex Seleuci genere eis daret, quẽ poſſent regẽ ſibi cõſtituere.cumq; is miſiſſet Alexandrũ Zebinã, cõmiſſo prælio Demetrius uincit, & refugiẽs è pugna ad Cleopatrã uxorẽ in Ptolemaidẽ excluſus eſt ab ea: delatusq; inde Tyrũ ab inimicis capitur,& diu miſere uexatus tandẽ interficit. Alexander aũt regnũ adeptus fœdus ferijt cum Hyr XVII cano pontifice, deinde petitus bello ab Antiocho Grypo Demetrij filio, in prælio cæſus occubuit.At Antiochus regnũ Syriæ cõſecutus nõ auſus eſt expeditionẽ contra Iudæos ſuſcipere,audito ꝓ frater ipſius germanus, eodem nomine dictus Antiochus,copias cõtra ſe apud Cyzicũ colligeret.Quapropter nihil in Iudæos mouens,decreuit parare ſe cõtra fratris aduentũ,cognominati Cyziceni,eo ꝓ in illa urbe educatus ſit. patre aũt genitus erat Antiocho Sotere,qui à Parthis occiſus eſt. acciderat em̃ ut Cleopatra duobus fratribus alteri poſt alterũ nuberet,ſicut aliàs diximus. Porrò Antiochus Cyzicenus ubi peruenit in Syriã,multis annis cũ fratre conflictatus eſt,Hyrcano interim ꝓ totũ illud tẽpus agẽte in pace cõtinua.mox em̃ poſt Antiochi cędẽ defecerat à Macedonibus: iamq; nec ut ſubditus, nec ut amicus ullã illis ferebat opẽ amplius: ſed maximis ſucceſsibus res eius auctę ſunt Alexãdri Zebinæ tẽpore,& maioribus etiã regnantib.his duobus fratribus.bellũ enim quo ſe atterebant mutuò, occaſionẽ Hyrcano præbuit, ut ſecure frueret Iudææ prouentibus,& ingentẽ pecuniarũ uim inde cõgereret. Et Cyziceno uaſtãte fratris regionẽ,nõ diſsimulauit & ipſe quid moliretur:uidẽsq; Antiocho nihil eſſe ab Aegypto p̃ſidij, ſed tam ipſum quàm eius fratrẽ multas clades accipere ex cõtinuis inter ſe certaminibus,utrũq; facile deſpexit.

Quòd Antiochus Cyzicenus Samaritis auxiliũ ferens uictus aufugit. Cap. XVIII

QVapropter duxit exercitũ ad Samariam urbem munitiſsimam,quę ꝓ nunc Sebaſte uocet ab Herode condita, cum erit opportunũ dicemus.hanc adortus oppugnabat nullis parcens laboribus, infenſus ei propter iniurias illatas Mariſſenis,colonis Iudęorũ & ſocijs,ſed Syrię regi ſubditis. Cum itaq; urbẽ foſſa & duplici muro cinxiſſet p LXXX ſtadia,

obſidioni præfecit filios Antigonũ & Ariſtobulũ: quibus urgentib. & fame premente eò neceſsitatis adducti ſunt Samaritę, ut coacti ueſci cibis inſuetis homini, poſtremo Antiochi Cyziceni opẽ implorauerint. q cũ ueniſſet properè, uictus eſt ab Ariſtobuli militibus: & inſequentibus eũ fratrib. uſq; Scythopolim, ægre euaſit. at illi reuerſi cõtra Samaritas rurſum eos cõpellũt intra mœnia, & cogũt iterũ ab eodẽ Antiocho auxiliũ petere. Is accitis à Ptolemæo Lathuro circiter ſex armatorũ millibus, quos ille inuita matre & tm nõ imperio p eam deturbatus miſerat, primũ uagabat p ditionẽ Hyrcani latrocinabundus cũ Aegyptijs nõ audens quidẽ aperto marte decernere q eſſet impar uiribus, exiſtimans tn ſe uaſtãdis agris effecturũ ut Hyrcanus obſidionẽ Samarię ſolueret. Sed poſtq̃ multos è ſuis amiſit exceptos hoſtiũ inſidijs, p fectus eſt inde Tripolim, Callimandro & Epicrati ducib. demandato bello Iudaico. ex his Callimander audacius q̃ prudẽtius cum hoſte cõgreſſus, profligatis ſuis & ipſe inter alios cecidit. Epicrates aũt pecunia corruptus, Scythopolim & alia quædã oppida manifeſte Iudæis prodidit: nec quicq̃ Samaritis obſeſsis p fuit. atq; ita Hyrcanus integro anno in oppugnatione exacto, nõ cõtentus urbẽ capere, etiã ſolo eam æquauit, inductis illò torrẽtibus: quorũ eluuie ita cũcta fœdata ſunt, ut ne ueſtigiũ quidẽ ſupeſſet eius oppidi. Incredibile aũt quiddã narrat de Hyrcano põtifice, dignatũ eum eſſe diuino colloquio. Fert em q illa ipſa die qua eius filij cõſeruerunt cum Cyziceno pręliũ, põtifex ipſe ſolus in tẽplo odoramẽta adolẽs uocẽ audierit, nunciantẽ filiorũ recentẽ de Antiocho uictoriã: idq; mox p greſſus renũciauit multitudini, & paulò pòſt certius cõprobatũ eſt eius oraculũ. Et Hyrcáni quidẽ res geſtę ſic ſe habuerũt. Accidit aũt hoc tẽpore ut nõ Hieroſolymis ſolũ, ſed & apud Alexandriã reliquãq; Aegyptũ & Cyprũ fortuna aſpiraret Iudęorũ ſucceſsibus. Cleopatra enim regina à filio Ptolemæo Lathuro diſsidẽs, copijs ſuis duces p poſuit Chelciã & Ananiã filios Onię q tẽplũ in Heliopolitana p fectura ędificauerat Hieroſolymitano ſimile, ut aliàs diximus. ex horũ ſentẽtia regina gerebat omnia, ſicut et Strabo Cappadox teſtat his uerbis: pleriq; em q prius nobiſcũ uenerũt in Cyprũ, qui ue pòſt à Cleopatra illò miſsi ſunt, cõfeſtim deficiebãt ad Ptolemęũ. ſoli uerò ex Oniæ factiõe Iudæi conſtanter manſerũt in officio, eo q ciues eorũ Chelcias & Ananias apud reginã eſſent in p cio. Hæc Strabo. Hyrcano aũt apud Iudæos felicitas inuidiã peperit. ſed pręcipue Phariſæorũ ſecta male ei uolebat, de qua ſuprà mentionẽ fecimus. tanta aũt eorũ autoritas eſt apud populũ, ut etiã ſi regi obloquant aut põtifici, fidẽ tn eis uulgus habeat. Horũ diſcipulus & Hyrcanus fuerat, in primis charus huic hominum generi. quos cũ aliqn uocaſſet ad conuiuiũ, & accepiſſet comiter, poſtq̃ animaduertit eos exhilaratos, ſic illos affatus eſt: Scire eos ſuã uoluntatẽ, q nihil magis cuperet q̃ iuſtus eſſe & omnia iuxta dei placita facere, quẽadmodũ & ipſi doceãt. attamẽ ſi qd in ipſo deſiderarẽt, & aliqua in re à iuſtitiæ prę ſcriptis aberrantẽ deprehenderẽt, officij illorũ eſſe ut admonitiõe corrigãt. cũ uero omnes eius uirtutẽ cõprobarent, uehemẽter gauiſus eſt eorũ teſtimonio. tandẽ unus è cõuiuis Eleazarus, uir malus & ſeditioſus: Quando quidẽ, inqt, ais te cupere audire ueritatẽ, ſi uis eſſe iuſtus abdica te pontificatu, & cõtẽtus eſto principatu populi. Illo uerò cauſã rogãte cur ita hoc poſtularet:

Quia

Quia, inquit, audiuimus à natu grandioribus, matrẽ tuam captiuã fuiſſe, regnante Antiocho Epiphane. Falſus aũt erat is rumor, & ideo grauiter his uerbis Hyrcanus offenſus eſt, nec minus Phariſæi cæteri. Tum Ionathas quidã è Saducæorũ ſecta, quæ eſt Phariſæis cõtraria, prẽcipuus Hyrcani amicus, dicebat de cõmuni Phariſæorũ ſentẽtia conuitiatũ Eleazarũ: ꝙ ſi dubiũ uideatur, manifeſtũ fore interrogatis illis qua pœna hominẽ dignũ cenſeãt. Quod poſtq̃ Hyrcanus rogauit, dicẽs ex ꝓnunciata ab illis ſentẽtia ſe cogniturũ, an ex eorũ cõſenſu factũ ſit ſibi conuitiũ, & illi ſatis putarũt ſi uinculis caſtigaretur & uerberibus, ꝙ iniquũ uideret capite hominẽ plecti ob maledicentiã, & alioq̃ hoc genus clemẽs ſit in animaduerſionibus: uehemẽter exacerbatus eſt, quaſi iam compertũ haberet eos eſſe autores opꝓbratæ ſibi generis infamiæ. Nec deſtitit Ionathas furẽti calcar addere, intantũ ut deſertis Phariſæis ad Saducæos deficeret, & abrogatis illorũ cõſtitutionib. earũ obſeruatores pœnis afficeret: atq; hinc factũ eſt ut & ipſe & eius filij parum gratioſi apud uulgũ fuerint: quẽadmodũ aliàs oportunius dicet. Nũc em̃ indicandũ eſt, ꝙ multas cõſtitutionũ à maiorib. ꝑ manus acceptas Phariſæi tradiderint populo, q̃ nõ ſunt ſcriptæ inter leges Moſaicas: & ideo Saducæi his autoritatẽ abrogãt, dicẽtes oportere eas tm̃ ſeruari, q̃ ſcripto cõtinent. atq; hinc magna inter utroſq; exorta eſt cõtrouerſia, dũ ditiores ſtãt à Saducæorũ partibus, Phariſęi cæterę multitudinis nitunt fauoribus. Sed de his duab. ſectis & Eſſenorũ tertia ſatis docuimus in II de Iud. bello uolumine. Hyrcanus aũt ſeditione ſedata, & poſt hanc exacta uita feliciter, elapſiſq; uno & XXX annis eius imperij moritur, relictis quinq; filijs ſuperſtitibus, tribus maximis à deo habitus dignus honoribus, principatu gẽtis Iudæorũ, & põtificatu & ꝓphetia. fruebatur em̃ diuinis colloquijs. unde tantã nactus eſt futurorũ ꝓſcientiã, ut prędixerit duos maiores natu è ſuis liberis, nõ diu fore paterni principat⁹ cõpotes: quorũ exitiũ operæꝑciũ eſt cognoſcere, q̃ magis patris eluceat diuinatio.

Ariſtobulus primus diadema ſibi impoſuit. Cap. XIX

DEfuncto em̃ eorũ patre, Ariſtobulus natu maximus uolens principatum in regni formã uertere, diadema ſibi primus impoſuit, poſt CCCCLXXXI. annos & mẽſes tres ex quo de captiuitate Babylonica liberatus populus ad priſtinas ſedes poſtliminio reuerſus eſt. cumq; fratrem ſuum ſecundũ Antigonũ amaret, in ſocietatẽ dominationis eum aſſumpſit, cæteros uerò in uinculis habuit. matrẽ etiam coniecit in carcerem principatus æmulam (nam illam Hyrcanus dominam rerũ reliquerat) atq; eò crudelitatis proceſsit, ut fame necaret in uinculis. poſt matrẽ uerò interfecit fratrẽ quoq; quẽ præ alijs diligere uidebat, & in regni ſocietatẽ admiſerat, alienatus ab eo per calumnias. quas primo quidem reiecit, partim ꝙ eum diligeret, partim ꝙ per inuidiam confictas putaret. Sed cum aliquando Antigonus magnifice reuerteretur è bello, quo tempore populus ſolenne ſcenopegię feſtũ celebrat, accidit ut Ariſtobulus ægrotans decumberet, frater uerò interfuturus ſacris ſplẽdidiſsime ornatus in templũ aſcenderet cũ armatorũ comitatu, potiſsimũ pro ſalute regis uota facturus. Tum hi quibus ſtudiũ erat excitare inter fratres diſcordiã, nacti occaſionẽ è reb. ꝓſpere geſtis Antigoni & pompa quã adornauerat, uenerunt ad regẽ & omnia exaggerauerunt, dicẽtes hęc.

XVIII

iam eſſe ſupra priuati hominis conditionẽ, & affectati regni manifeſta indicia: aiebãtq; uenturũ breui cum ualida armatorũ manu ad occidendũ regẽ, ꝙ ſtultũ exiſtimet cum regno ſolũ potiri liceat, cõmunicato honore contentum eſſe. Ariſtobulus aũt quamuis non omnino his crederet, tñ proſpiciens quomodo poſſet & ſuſpicionẽ uitare, & ſecuritati ſuæ cõſulere, collocauit ſatellites in loco quodã obſcuro & ſubterraneo (decumbebat aũt in turri quæ pòſt mutato nomine Antonia dicta eſt) mandauitq; ut ſiquidẽ ſine armis frater ueniret, nemo eum attingeret: ꝙ ſi armatus aduẽtaret, ut trucidaret. premiſit tñ ad eum qui rogaret ut inermis ueniat. At regina & reliqui inſidiatores, perſuaſerunt nuncio ut cõtraria diceret, audiſſe fratrem ꝙ armaturã eximiam ſibi cõparaſſet, cupereq; ita armatũ contemplari. Antigonus uerò nihil mali ſuſpicans, & fretus fratris beneuolẽtia, ita ut erat cum tota armatura uenit ad Ariſtobulũ, contemplandũ ſe præbiturus. cumq; peruenifſet ad turrim Stratonis, quà ualde obſcurus erat tranſitus, à ſatellitib. interfectus eſt. Huius aũt caſus facile oſtẽdit quantũ poſſint liuor & calumnia, & q̃ ſint efficaces ad ſubuertendã etiã naturalẽ beneuolentiã. Sed illud maxime admiratu dignũ eſt, quod Iudas quidã, cuius prædictiones nunq̃ fefellerunt, uaticinatus eſt. Is cum uideret Antigonũ accedentẽ ad templũ, apud diſcipulos qui eum ob hanc ſcientiã affectabant exclamauit, pœnitere ſe iam uitæ, quando quidẽ eius uanitatẽ coarguet incolumis Antigonus, quẽ ea die apud Stratonis turrim moriturũ prædixerat: quoniã locus ille abeſſet D c ſtadijs, & diei pars maior exacta eſſet: atq; ita periculũ eſſe ne mentiatur ſuũ oraculũ. Ad hunc modũ ſolicito nunciat Antigonũ cæſum ad cellam ſubterraneã turris, quæ & ipſa Stratonis uocabat, ſicut & illa maritima quæ pòſt Cæſarea nomi nata eſt: quæ ambiguitas uatẽ perturbauerat. Ariſtobulũ aũt continuo cepit fraternæ necis pœnitẽtia: quæ res morbũ eius aggrauauit, dum factũ ſuũ continenter deteſtaret, ita ut poſtremo creſcentib. doloribus ſanguinẽ uomeret. eum quidã è miniſtris efferens, diuina opinor ita uolente prouidẽtia, prolapſus in eo ipſo loco effudit, qui Antigoni cædis cruẽta habebat ueſtigia. quo facto ingens eorũ qui uiderant clamor exoritur, quaſi data opera puer illic effudiſſet ſanguinẽ, ita ut clamoris cauſam ſciſcitaretur Ariſtobulus. omnibus aũt dicere tergiuerſantibus, tanto magis contendebat cognoſcere, ꝙ natura ita comparatũ ſit, ut ſuſpecta nobis ſint quæ diſſimulant ſilentio. tandẽ ubi minis ac terrorib. expreſsit ut faterentur ueritatem, conſcientia grauiter ictus animũ plurimas effudit lacrymas: & gemitũ eximo pectore ducẽs, Ergo non latet deũ, inquit, meum impium ac ſceleratũ facinus, quando tam cito repoſcor pœnas cognati ſanguinis. ó corpus impudẽs quouſq; retinebis animam, quam materni ſimul ac fraterni manes flagitant? cur nõ ſemel eam reddis, ne ſic per partes opus ſit libare meũ ſanguinem, atq; ita parẽtare oppreſsis per nefas & parricidiũ. uix ea fatus erat cum exhalauit animã, uno tm anno in regno exacto, cognominatus Philellen, id eſt Grẽcorũ amator, poſt auctã multis beneficijs patriã, illato bello Iturææ, magnaq; eius parte attributa ad Iudẽæ limites: cuius habitatores cõminatiõe exilij coegit circunciſionẽ cæteroſq; Iudaicos ritus admittere. Alioq; natura æquus erat & modeſtus, ut atteſtat Strabo ex autoritate Timagenis ſic dicẽs: Hic uir ẽquus fuit et Iudẽis

multis

multis in rebus cõmodus. nam & ditionem eorũ auxit, & partem Ituræorũ eis attribuit, deuinctam circumciſionis fœdere.

Alexandri Iudæorum regis res geſtæ. Cap. XX

POſt Ariſtobuli obitum Salome eius uxor, quam Græci Alexandram nominant, ſolutis eius fratribus, quos ipſe ut diximus uinxerat: Iannæũ qui & Alexander eſt regẽ conſtituit, ætate cæteros præcedentẽ atq; modeſtia: cui accidit ut mox natus exoſus patri factus ſit, nec unq̃ dum ille uiueret in eius conſpectũ admiſſus. eius odij cauſam ferunt hanc. Cum aliquãdo in ſomnis ei deus apparuiſſet, rogauit de ſuccеſſore, ſolicitus de Ariſtobulo & Antigono quos præ cæteris diligebat fratribus. Sed cum deus huius effigiẽ deſignaſſet, contriſtatus ꝙ is in omnes fortunas eſſet ſucceſſurus in Galilæa educari eum uoluit. Sed oraculi fidẽ euentus approbauit. Potitus em̃ hic regno poſt defunctũ Ariſtobulũ, alterum fratrum inſidiantẽ ſibi interfecit, alterũ contentũ priuata & otioſa uita in honore habuit. Cõſtitutis deinde rebus imperij prout ſibi uiſum eſt cõducere, ad Ptolemaidẽ duxit exercitum: & cum proſpere pugnaſſet uictos intra mœnia cõpulit, eosq; obſeſſos oppugnare adortus eſt. Solæ enim è maritimis Ptolemais & Gaza expugnandæ ſupererant, & præter has Zoilus, qui tyrannidẽ apud Stratonis turrim & Dora occupauerat. Sed cũ Antiochus Philometor & frater eius Antiochus Cyzicenus mutuis cladibus ſuas uires attererent, nihil præſidij ab eis exſpectandũ erat Ptolemaidẽſibus, uerũ Zoilus tyrannus cũ ijs quos alebat militib. eorũ quoq; dominationi propter diſcordiã regum inhians, nõnihil opis attulit. Nam reges negligere uidebant̃ illorũ periculũ, athletis ſimiles, quos cum defeſſi ſint certamine, pudet tñ aduerſario manus dare, ſed ꝑ interualla ſe ad inſtaurandũ certamẽ refouẽt. Supererat una ſpes ab Aegypti regibus, & Ptolemæo Lathuro, q̃ à matre Cleopatra è regno eiectus Cyprũ obtinebat. ad hunc igit̃ miſsis legatis, orabant ut auxilio ueniens ex Alexandri manibus periclitantes eriperet. qui cũ ei ſpem feciſſent ꝙ delatus in Syriã habiturus eſſet Gazæos & Ptolemaidẽſes in ſuis partibus, ſimúlque Zoilũ & Sidonios multosq; alios adiutaturos, elatus promiſsis nauigationẽ parabat. Interim Demænetus qui plurimũ apud ſuos ciues authoritate pollebat, perſuaſit Ptolemaidenſib. ut mutarẽt ſententiã, conducibilius dicẽs incertã cum Iudæis belli aleam ſubire, q̃ in certiſsimã ſeruitutẽ accito dño ſe dedere, & inſuper non præſens ſolũ bellũ ſuſtinere, ſed maius etiã ab Aegypto imminens. Cleopatrã enim nõ permiſſurã Ptolemæũ uires ſibi parare è uicinia, ſed cõtra eos uenturã cum ualido exercitu. dare em̃ reginã operã, ut illũ etiam è Cypro eijciat. futurũ autẽ ut ſi Ptolemæũ ſua ſpes fruſtretur, ipſe in Cyprũ retrorſum fugiat, miſeri uerò ciues in extremo deſerant̃ periculo. Igit̃ Ptolemæus cognita in itinere Ptolemaidẽſiũ mutatiõe, nihilominus curſum cõtinuauit, & cũ appuliſſet ad Sycaminũ, eo loci copias expoſuit, q̃ cõſtabãt cõnumeratis peditibus & equitibus circiter xxx millibus. His adductis ad Ptolemaidẽ, & caſtris ibi poſitis, cũ neq; legatos eius admittere, neq; uerba audire uellẽt, in magnã cõiectus eſt ſolicitudinẽ. Poſtq̃ uerò Zoilus ad eũ & Gazæi uenerũt, petẽtes auxiliũ cõtra Iudæos & Alexandrũ agros ipſorũ uaſtantẽ, obſidio q̃dẽ urbis metu Ptolemæi ſoluta eſt. Cæterũ reducto domũ exercitu

XIX

citu Alexander cœpit aſtu agere, clàm Cleopatrã contra Ptolemæũ uocans, apertè uerò amicũ eius & ſociũ ſe ſimulans: quin & cccc argenti talenta daturum ſe pollicitus eſt, ſi ille uiciſsim in gratiam ipſius Zoilum tyrannũ tolleret, & agros eius Iudæis attribueret. Tunc igit Ptolemæus libenter Alexandri amicitiam admittens, Zoilũ capit: deinde uerò comperto q; ille clàm ad matrẽ ipſius Cleopatrã nuncios mitteret, diſſoluto cum eo fœdere, ꝓfectus eſt oppugnatũ Ptolemaidẽ, quæ portas ei clauſerat. Vbi relictis ad cõtinuandam oppugnationẽ ducibus cum parte exercitus, ipſe cum reliquis copijs ad uaſtandam ac domandam Iudæam ſe cõtulit. At Alexander poſtq; intellexit eius propoſitũ, & ipſe ex ſua ditione collegit circiter L millia, uel ut quidam ſcriptores malunt LXXX millia, & cum his hoſti iuit obuiã. Ptolemæus uerò ex improuiſo adortus ſabbato Aſochim Galilææ oppidũ ui cepit, & circiter decem captiuorũ millia præter aliam multam prædam abduxit.

Ptolemæi Lathuri de Alexandro uictoria. Cap. XXI

DEinde aggreſſus & Sephorim non longe inde diſtantem, multis deſideratis abijt cõflicturus cum Alexandro: cui occurrit ad Iordanem fluuium, iuxta Aſophon, qui non multũ diſitus eſt à flumine: & caſtra ex aduerſo hoſtiũ metatus eſt. habebat aũt Alexander in prima acie pugnare ſolitos octies mille. quos hecatontamachos appellabat, geſtantes æratos clypeos. ſed & Ptolemæi prima acies æque æratis ſcutis utebatur. Et cætera quidẽ inferiores ſibi uiſi cunctantiores erant ad prælium: confirmabat aũt eos non parum Philoſtephanus aciei ſtruendæ artifex, iubẽs tranſire fluuiũ ſupra quẽ caſtra habebant. nec Alexandro tranſitũ eorũ impedire placuit, rato faciliorẽ ſibi fore uictoriam, ſi hoſtis à tergo haberet fluuiũ, & è pugna nõ poſſet refugere. & primũ quidẽ æquo marte certabatur, multis utrinq; cadentibus. deinde cum iam Alexandri milites ſuperiores fieri inciperent, Philoſtephanus cum parte ſuorũ mature cedentibus opem attulit. cumq; inclinato Iudæorũ cornu nullus ferret ſuppetias, deſtituti ope proximorũ fecerunt fugæ initiũ, cæterosq; exemplo ſuo traxerunt. contrà Ptolemæi milites acriter inſtando Iudæos fugientes cædebant, & tandem profligatos eouſq; inſecuti ſunt interficiendo donec laſſatis manib. ferrum quoq; hebeſceret. Ferũt XXX millia cecidiſſe in eo prælio: Timagenes aũt L millia in ſuis ſcriptis retulit: cæteros partim captos, partim fuga ſeruatos incolumes. Ptolemæus uerò cum poſt uictoriam lõge lateq; excurriſſet, ſero tandem in quoſdã Iudæorũ uicos ſe recepit: quos ubi uidit refertos pueris & mulieribus, mandauit militi ut promiſcue iugulatos & in fruſta conciſos, in lebetes feruentes membratim conijcerent, ut qui effugerant è prælio hoſtem crederent humanis ueſci uiſceribus, & eo maior terror incuteretur reliquis: & huius crudelitatis tam Strabo quàm Nicolaus meminit. Iidẽ etiã Ptolemaidẽ ui expugnauerũt, ſicut aliàs indicauimus. Porrò Cleopatra uidẽs augeri filij potentiã, ſubiecta Gazęorũ urbe, & Iudęorũ regiõe impune peruaſtata, nõ permittẽdũ duxit ut ille magis creſceret, maxime cũ circa Aegypti portas obuerſaret, & immineret eius imperio. quapꝓpter cõtinuo tam naualeſ quàm terreſtres exciuit copias, quarũ ſupremũ regimen penes Chelciã & Ananiã Iudæos eſſe uoluit: bonã etiã diuitiarũ ſuarũ partẽ cũ nepotib. & teſta-

teſtamento apud Coum inſulam depoſuit. Iuſſoq; Alexandro filio cũ magna claſſe in Phœnicen appellere,& deficientib.ad ſe eius regionis incolis,peruenit Ptolemaidem: unde excluſa oppugnationẽ eius urbis inſtituit. Tum Ptolemæus relicta Syria properauit in Aegyptũ,ſperans ex improuiſo occupaturum ſe præſidijs uacuam,ſed opinione ſua fruſtratus eſt. Per idem tempus alterum è Cleopatræ ducibus Chelciam mori contigit,dum circa Cœleſyriam Ptolemæũ perſequitur. At Cleopatra auditis filij conatibus, & q̃ ei tentanti Aegyptũ non ex ſententia ſucceſſerat, miſſa eò parte exercitus omnino eum ex ea regione expulit.atq; ita rurſum ex Aegypto eiectus, apud Gazam exegit eam hyemem.Interim Cleopatra Ptolemaidem,ſimul cũ præſidiarijs expugnat.Quò cum ueniſſet Alexander cum muneribus,& ita exceptus tractaretur,ut dignũ erat hominẽ afflictum à Ptolemæo, nec aliud habentem refugium: cumq; quidam amicorũ reginæ ſuaderent, ut illã quoq; regionẽ occuparet, nec ſineret tantam bonorũ Iudæorum multitudinẽ unius uiri parere nutibus: Ananias contrariũ conſuluit,iniquũ facinus dictitans ſi hominẽ in ſocietatẽ receptũ ſuis facultatib.exueret,præſertim ſuũ cognatũ.Sic enim fore ut illata huic iniuria,omnes ubiq; gentiũ Iudæos à ſe alienaret.His rationibus Ananię regina inducta,abſtinuit ab Alexandro iniuriam,& fœdus cum eo renouauit apud Cœleſyriæ urbẽ Scythopolim. Tum uerò liberatus metu periculi quod à Ptolemæo hactenus impendere uiſum eſt, expeditionem ſuſcepit in Cœleſyriam,ubi Gadara pòſt decem mẽſium obſidionẽ cepit: & paulo pòſt potitus eſt Amathunte,quod eſt caſtrũ omniũ quæ ad Iordanem ſita ſunt munitiſsimũ,ubi Theodorus Zenonis filius res ſuas chariſsimas depoſuerat.qui ex inopinato Iudæos aggreſſus,interfectis ex eis decẽ millibus, impedimenta Alexandri diripuit.Nec tamẽ hac clade rex abſterritus eſt quo minus in maritimo tractu Raphiam bello aggrederet, & Anthedonem, cui poſtea Herodes rex mutauit nomẽ in Agrippiadem, quam & ipſam armis in poteſtatem ſuam redegit. & cum animaduertiſſet Ptolemæum Gaza relicta in Cyprũ receſsiſſe,& matrem eius Cleopatram in Aegyptum, infenſus Gazæis q̃ acciuiſſent illum cõtra ſe in auxilium, & urbem eorum oppugnauit, & agrum depopulatus eſt. interim Apollodotus eorum dux noctu cum duobus millibus conductitiorũ militũ,& decem millib. quæ ex oppidanis armauerat erupit in caſtra Iudæorũ: & quàm diu nocturna erat pugna ſuperiores erant Gazæi,hoſtibus aduentũ Ptolemæi ſuſpicantibus.ſed quàm primũ dies illuxit,& rei ueritas apparuit,Iudæi ſe conglomerarunt,& impetu facto in oppidanos circiter mille ex eis interfecerũt. Attamen ne ſic quidẽ quãuis grauante inopia uoluerunt cedere,parati quiduis potius perferre q̃ ab hoſte ſubigi: & addebat illis animũ Aretas rex Arabũ, auxilij ſpem oſtentans. Sed priuſquã ille ueniret,Apollodoto peremptò ciuitas capta eſt. Nam Lyſimachus ipſius frater inuidens ei q̃ tam gratioſus eſſet apud populum,occiſo eo collegit manum militũ,atq; ita urbem Alexandro tradidit. qui primo pacatus introgreſſus eſt,deinde immiſit in oppidanos militem permiſſa ſęuiendi licentia,ac paſsim Gazæi trucidabantur.nec tamen illi moriebantẽ inulti,ſed repugnantes inuaſoribus non pauciores Iudæos interimebant.alij uero deſolatas prius ædes incendebant,ne hoſtis præda potiri poſſet. quidam etiam

ſuiſmet

ſuiſmet manibus uxores ac liberos contrucidabant, ne in captiuitatẽ abſtraherentur. Senatores aũt numero d. in Apollinis cõfugerant: forte enim ſenatus habebatur cum hoſtis intromiſſus eſt. Alexander uerò etiam his iugulatis, & diruta inſuper urbe reuerſus eſt Hieroſolyma, anno pòſt quàm caſtra ad Gazam admouerat. Eodẽ tempore etiam Antiochus Grypus occiſus eſt Heracleonis inſidijs, anno ætatis ſuæ quinto & quadrageſimo, regni uerò nono ſupra uigeſimũ. cui ſuccedens Seleucus filius bellũ geſsit cum Antiocho patruo, cui Cyziceno fuit cognomen, quem deinde in prẹlio captũ neci tradidit. Nec ita multo pòſt Cyziceni filius Antiochus cognomẽto Euſebes peruenit Aradũ, & impoſito ſibi diademate Seleuco bellũ intulit, quem uno prælio uictũ è tota Syria expulit. at ille fuga delatus in Ciliciam, poſtq̃ à Mopſeatis receptus eſt cœpit ab eis tributa exigere: qui non ferentes exactionẽ, unà cum regia & ipſum & amicos concremauerũt. Regnante uerò apud Syros Antiocho Cyziceni filio, Antiochus Seleuci frater bello eum aggredit, & uictus uitã ſimul amiſit atq; exercitũ: poſt quem frater eius Philippus aſſumpto diademate regnauit in parte Syriæ. Interim Ptolemæus Lathurus quartũ eius fratrem Eucærũ cognomine accitũ à Gnido, regem apud Damaſcum cõſtituit. His duobus fratrib. ſtrenue reſiſtens Antiochus, breui extinctus eſt. uocatus enim in auxiliũ Laodices Galadenorũ reginæ cum Parthis bellũ gerentis, fortiter in prælio dimicans occubuit: quo facto Syriæ regnũ remanſit penes duos fratres, Philippũ atq; Demetriũ, ſicut aliàs narratũ eſt. Porrò in Alexandrũ domi ſeditio coorta eſt, cum per ſcenopegiæ celebritatem in parantẽ ſacrificare cõiecta ſunt citrea: nam hoc feſto noſtris morem eſſe palmeos & citreos thyrſos geſtare indicauimus. quin & conuitijs impetitus eſt populariter, exprobrãtibus captiuitatẽ, & indignũ qui ſacris operetur iactantibus. quibus iniurijs exacerbatus occidit eorũ circiter ſex millia: & exſtructo circa fanũ & altare ſepto ligneo pertinente uſq; ea loca ad quæ ſolis ſacerdotibus patet aditus, hoc pacto arcebat à ſe uim multitudinis. Sed & mercenarios milites alebat Piſidas & Cilicas. nam Syris infenſus, nõ utebatur eorũ opera. Deuictis deinde Arabibus, tributa Moabitis & Galaditis imperauit, & Amathuntem diruit, nõ audente Theodoro manus cõſerere. Congreſſus etiam cum Arabũ rege Obeda, & pertractus in inſidias, cum camelorũ multitudine protruſus eſſet in fauces aſperas & acceſſu difficiles iuxta Gadara uicũ Galaditidis, ægrè euaſit ipſe incolumis: delatusq; fuga Hieroſolyma, ſuper acceptam cladem per ſex annos à ſua gente bello uexatus, non minus quàm l millia Iudæorũ occidit. & cum eos hortaretur ad reconciliationem, adhuc magis accẽdit eorũ odia: dum roganti quid ſe uellent facere,
xx ore uno reſponſum eſt, ut ſeipſum interficiat: moxq; miſerũt ad Demetriũ Eucærum, qui ab illo auxilia peterent.

Demetrius Eucærus Alexandrum prælio ſuperat. Cap. XXII

ILle ueniens cum exercitu, cõiunxit ſe cum eis qui ſe acciuerant, & circa Sicima caſtra poſuit. Alexãder uerò cum mercenariorũ ſex millibus & ducentis inſuper, Iudæorũq; ſuæ factionis uiginti millibus illi occurrit. habebat autem ille equitũ tria millia, peditũ uero quadraginta. Itaq; multa utrinq; tentata ſunt, dũ hic mercenarios utpote

utpote Græcos ad defectionem ſolicitat: ille uero ſtantes cum Demetrio Iudæos. Sed quia neuter his artibus quicquam proficiebat, poſtq̃ uiſum eſt armis decernere, uictoria fuit penes Demetriũ: in quo prælio miles Alexãdri cõductitius ad unũ cæſus eſt, nauata prius forti ac fideli opera. Sed & ex Demetrianis multi deſiderati ſunt. Cęterũ poſtq̃ Alexander ad mõtes perfugit, miſerati eius fortunã confluxerunt ad eum circiter ſex millia, quorum metu Demetrius retrò abijt. Poſt hæc Iudæi proprijs uiribus bellũ geſſerũt aduerſus Alexandrũ, ſed ſemper uicti multos amittebant è ſuorũ numero. tandem potẽtiſsimos eorũ compulſos in Bethoma oppugnauit, & capto oppido redactos in poteſtatẽ abduxit Hieroſolyma, ubi facinus cõmiſit lõge immaniſſimũ. epulans enim cum pallacis excelſiore loco unde ꝓſpectus patebat, ad DCCC iuſsit ſuffigi crucibus: in conſpectu adhũc uiuentium iugulauit uxores eorũ & liberos, pœnas exigens pro acceptis iniurijs, quæ tamen inhumaniores fuerunt, licet ſæpe ab inimicis afflictus in extremũ uitæ & regni periculũ adductus fuerit, dum non contenti proprijs eum impugnare uiribus, externa etiam auxilia conciunt: & poſtremo in eam neceſsitatẽ eum compellunt, ut quæ loca in Moabitica & Galaditica regione ſubegerat reſtitueret Arabibus, ne & ipſi arma ſua aduerſus eum cum inimicis cõiungerent: præter alia quæ in eius contumeliã geſta ſunt innumera. Iniqua tamen fuit talis animad uerſio, ita ut propter hanc crudelitatẽ Thracidæ cognomẽ apud Iudæos inuenerit. Cæterũ aduerſariorũ exercitus ad octo milliũ numerũ noctu in tutum euaſerunt: & toto tẽpore quo uixit Alexander, egerunt in exilio: atq; ita demũ liberatus à tumultibus ſecure adminiſtrauit regnũ in poſterũ. Demetrius autem relicta Iudæa profectus Berœam, Philippũ fratrem ſuum oppugnauit in ea, habens ſecũ decem millia peditũ, & mille equites. Straton uerò Berœæ tyrannus & Philippi ſocius Zizum principem Arabũ exciuit & Mithridatem Sinarem præfectũ Parthorũ, qui poſtquam uenerũt cum magno exercitu Demetrij caſtra oppugnauerunt, & tam ſiti q̃ miſſilium telorũ multitudine deditionẽ cum ſuis facere coegerunt: abductaq; ex ea regione præda maxima, Demetriũ captiuũ ad Mithridatem Parthorũ regem miſerunt. Antiochẽſes uero quotquot in caſtris inuẽti ſunt, gratis dimiſſos redire Antiochiam paſsi ſunt. Parthus uerò rex Demetriũ apud ſe in omni honore habuit, donec ibi morbo abſumptus eſt. at Philippus poſt hanc pugnam ſtatim profectus Antiochiam: totius Syriæ regno potitus eſt.

Antiochi Dionyſi in Iudæam expeditio. Cap. XXIII

DEinde Antiochus cognomine Dionyſus, frater ipſius, Damaſcũ principatũ ambiens peruenit, & ibi rerum potitus rex factus eſt. qui cum exercitũ duxiſſet cõtra Arabas, Philippus eius frater hoc audito Damaſcũ aduolat: & cum opera Mileſii arcis præfecti urbe Damaſcenorum potitus eſſet, per ingratitudinem nõ remunerauit eum, ꝙ uellet uideri terrore urbẽ, non proditione cepiſſe. quapropter ſuſpectus ei redditus, rurſum Damaſcum amiſit. progreſſum enim in circũ animi gratia Mileſius excluſit, & urbem ſeruauit Antiocho. at ille auditis de Philippo rumoribus cõfeſtim redijt ex Arabia: moxq; duxit in Iudæam exercitũ octo millium peditũ, & equitum octingentorũ. Cuius inuaſionẽ Alexander me- XXI

tuens, fossam profundã duxit à Caparsabe quæ nunc Antipatris dicitur, usq; ad Ioppense mare, quà solũ patebat accessus: excitatoq; muro & p interualla castellis ligneis per CL stadia, præstolabat Antiochũ. at ille omnib. his incensis traduxit hac exercitũ in Arabiã. & cũ Arabs primũ cessisset, deinde cũ x equitum millibus apparuisset, occurrens ei Antiochus præliatus est acriter. iamq; de uictoria certus occisus est, dum alterũ suorũ cornu laborãs uult in integrũ restituere. post eius casum exercitus refugit in uicũ Cana, ubi maxima eius pars fame absumpta est. Post hunc Cœlesyrię regnũ Aretas adipiscitur, uocatus ad imperiũ à Damascenis propter odiũ quo persequebant Ptolemæum Mennæũ. Is quoq; in Iudæã profectus cũ exercitu, deuicto Alexandro apud Adida, certis conditionib. reduxit suos unde uenerat. Alexãder uero ad Dion oppidũ admoto milite, eoq; ui capto, ad Essam inde duxit, ubi erant Zenonis res preciosissimæ: & primũ triplici muro eũ locũ circũdedit, dein expugnato oppido ad Gaulanã duxit & Seleuciã: & subactis his quoq;, redegit in suam potestatẽ uallem quæ Antiochi dicitur, & castellũ Gamala. Obiectisq; multis criminibus Demetrio locorũ eorũ dño, principatu suo illum exuit, & tertio demũ huius expeditionis anno domũ reduxit exercitũ, magna alacritate Iudæis eum ob res prospere gestas excipientibus. Per hæc tẽpora iam & Syrorũ & Idumæorũ & Phœnicum urbes tenebant Iudæi, ad mare Stratonis turrim, Apolloniã, Ioppen, Iamniam, Azotũ, Gazã, Anthedona, Raphiam, Rhinocurã. in mediterraneis per Idumæam regionẽ Adora & Marissam, totamq; Samariã & montes Carmelũ ac Itabyriũ. ad hæc Scythopolim, Gadara, Gaulanitidẽ, Seleuciã, Gabala: & Moabiticas urbes, Esebonem, Medabam, Lembam, Oronas, Telithonẽ, Zaram, Aulonem ciliciũ, Pellam. hanc ultimam diruerunt, q̃ incolæ recusarẽt Iudaicos ritus recipere: possidebant & alia Syriæ nõ obscura oppida, quæ imperio suo nouiter adiecerant. Post hæc Alexãder ex temulẽtia morbo cõtracto, & triennio integro quartana laborans, nec tñ abstinens à castrensib. officijs, tandẽ exhaustis uiribus fato cõcessit in Gerasenorũ finibus, obsidẽs Ragaba castellũ quod ultra Iordanem situ est. Quem uidens regina iam morti uicinũ, & nullã salutis spem præ se ferentẽ, flens & seipsam plangens, suam simul & liberorũ desolationẽ lamentabat. Cui me, inquit, & hos filios relinquis, alieno indigentes auxilio? præcipue cũ nõ ignores q̃ infensus sit tibi totus populus. Tum ille cõsuluit ei ut suis monitis pareat, si uelit secure cum filijs regnũ obtinere. primum ut apud milites celet suam mortẽ, tantisper dum castellum illud capiat. deinde postq̃ uictrix magnifice Hierosolyma reuersa fuerit, Pharisæis nõnihil licẽtiæ permittat. hos em̃ pro habito sibi honore laudaturos eam, & commendaturos apud populũ. posse em̃ plurimũ apud Iudæos, siue exosum aliquẽ cupiãt lædere, siue amicũ iuuare. Valde em̃ his fidẽ habere uulgus, etiãsi per inuidiã de quopiã male loquant̃. nec se ob aliam causam incurrisse totius gẽtis odiũ, q̃ quia hoc genus offenderit. Ergo, inqt, ubi Hierosolyma perueneris, accersitis eorũ primoribus, ostende illis meũ corpus, & uerbis q̃ proximè ueritatẽ simulatis p̃mitte ut eo utant̃ arbitratu suo, siue insepulto & proiecto cadaueri uelint illudere, ꝓpter antiquas iniurias, siue alio quolibet modo in id sęuire, et pollicere nihil te nisi ex illorũ sentẽtia gesturã in administrãdo

imperio

imperiò. his uerbis ſi apud eos uſa fueris, & mihi magnificentior quàm à te ſepultura continget, contentis illis permiſſa poteſtate, & tu ſecure dominaberis. poſt hæc monita uxori data moritur, anno regni ſui XXVII, uitæ uerò undequinquageſimo.

Alexandro mortuo uxor Alexandra in regnum ſuccedit. Cap. XXIIII

ALexandra uero capto caſtello iuxta mariti monita Phariſæos allocuta eſt, & omnia illorũ arbitrij faciẽs, quæ ad cadauer uel ad regnũ pertinerẽt, ex infenſis beneuolos eos ſibi reddidit. tum illi progreſſi ad plebẽ concionabant̃, res geſtas Alexandri celebrantes, & regẽ iuſtũ ſe amiſiſſe cõquerentes, populũ ad eum luctũ ac mœſtitiã prouocauerũt, ut nullum antehac regẽ funerauerint ſumptuoſius. Cæterũ Alexãder duos quidem reliquit filios, Hyrcanũ & Ariſtobulũ, regni tñ adminiſtrationẽ Alexandræ teſtamẽto reliquit. è filijs aũt Hyrcanus erat reb. adminiſtrãdis parũ idoneus, & amator otij: minor uero natu Ariſtobulus audax & induſtrius. ſed mulier gratioſa erat apud populũ, eo q̃ ſemper uiſa ſit ægre tuliſſe ea quę maritus præter officiũ faceret. illius cõſilio pontificatus Hyrcano obuenit, non tam ætatis prærogatiua, q̃ propter innatã ſegnitiem: alioqui ex Phariſæorũ ſentẽtia permiſſu reginæ gerebant̃ omnia: quibus etiã plebs parere iuſſa eſt: & ſi q̃d cõſtitutionũ Hyrcanus ſocer abrogauerat, quas Phariſæi iuxta maiorum traditiones induxerant, id totũ ſancitũ eſt denuo. Nomẽ igit̃ regni erat penes reginã, penes Phariſæos uero adminiſtratio. nam hi & exulibus reditum, & uinctis ſolutionẽ procurabãt. quædã tamen etiã per ſe pudebat mulier, & magnũ mercede conductorũ militũ alebat numerũ, uireſq; ſuas ita augebat, ut terrori eſſet circumuicinis tyrannis, & obſides ab eis acciperet. Et quod ad reliqua attinet, quieta erat eius ditio, ſoli Phariſæi turbas excitabãt, incitantes reginã ut necaret illos q̃ Alexãdro autores fuerũt ſumẽdi de DCCC ſimul uiris ſupplicij: moxq̃; unũ ex his iugulant Diogenẽ, deinde alium poſt aliũ, donec potẽtiores cõuenientes in regiã, & cum his Ariſtobulus præ ſe ferens nõ placere ſibi quæ fierẽt, & ſi occaſio daret nõ permiſſurus tantã licentiam matri, cõmemorabant ei quantis rebus geſtis & quantis exhauſtis periculis fidẽ ſuam dño approbauerint, quodq̃; hac de cauſa magnis præmijs eos dignatus ſit: rogabantq̃; eam ne omnino in cõtrariũ ſpes ſuas uerteret. nunc enim q̃ periculũ ab hoſtib. euaſiſſent, domi ab inimicis mactari more pecudum, nemine opẽ ferẽte. aiebantq̃;, ſiquidẽ cõtenti ſint iam occiſis aduerſarij, propter innatũ affectũ quo dominos proſequant̃, patiẽter ſe laturos hanc calamitatẽ. q̃ ſi illi ſæuire pergerẽt, petebãt ſibi dari diſcedẽdi ueniã. neq; em̃ niſi ipſius reginæ permiſſu quæſituros ſibi incolumitatẽ, alioqui laturos ut ibidẽ in ipſa interficiant̃ regia. Sed turpe eſſe tum ſibi tũ reginæ, ſi illa diſſimulante à mariti inimicis uexent̃. nihil em̃ libentius auditurũ Aretam Arabẽ & reliquos tyrannos, q̃ ſi ipſa ſe priuaret talibus uiris, quorũ illis olim uel nomen auditũ terrori fuerit. q̃ ſi ne hoc quidẽ uelit cõcedere, & malit indulgere Phariſæorũ cupiditatibus, ſaltẽ per caſtella ſe diſtribueret. ſe em̃ quandoquidẽ fortuna ita perſequat̃ Alexandri familiares, cõtentos eſſe in humili ſtatu uitæ reliquũ exigere. Hæc & alia multa cũ dicerent, & ad miſerationẽ tam cæſorũ q̃ periclitantiũ manes Alexandri inuocarẽt, omnib. circumſtantibus

XXII

cõmotæ ſunt lacrymę: ſed maxime Ariſtobulus mentẽ ſuam declarabat, multis uerbis matrẽ corripiens. Verũ illi ſibi ipſis cauſa fuerũt horũ malorũ, qui fœminæ ambitione imperandi ꝓter æquũ cõmiſerunt regni habenas, quaſi uerò deeſſent poſteri. Tum illa inops melioris cõſilij, cuſtodiã caſtellorũ eis credidit, exceptis Hyrcania, Alexandrio & Machærunte, in quib. res ſibi chariſsimas recondiderat. Nec multo pòſt Ariſtobulũ filium cum exercitu miſit uerſus Damaſcũ, contra Ptolemæũ Mennæum, qui grauis erat urbi uicinus. Sed ille nulla re memorabili geſta domũ redijt. Per idem tempus nunciatum eſt Tigranem Armeniorũ regẽ cum D militũ millibus inuaſiſſe Syriã, & breui in Iudæam eſſe uenturũ. ea fama nõ immerito reginam & totam gentẽ terruit: miſeruntq; ad eum legatos cũ magni precij muneribus, obſidentẽ tunc Ptolemaidem. Regina enim Selene, alias Cleopatra dicta, imperabat in Syria, & incolis eius autor erat ut Tigranem excluderent. Ibi inuentũ regem legati rogauerunt, ut bene ſibi de regina ſua deq; tota Iudæorũ gente polliceretur. Ille uerò collaudatos q̃ è longinquo ueniſſent ad exhibendum ſibi officiũ, iuſsit omnia bona ſperare. Capta uerò Ptolemaide nunciat Tigrani, Lucullũ dum perſequitur Mithridatem, illum quidem non aſſecutũ, qui iam in Iberiam euaſerat, ſed Armeniam ingreſſum uaſtare eam regionem: quo cognito ille ſtatim domũ reuerſus eſt. Poſt hæc cum regina in morbum difficilem incidiſſet, & uiſum eſt Ariſtobulo iam adeſſe tẽpus aggrediendi negotium, noctu egreſſus uno comitante famulo contulit ſe ad ea caſtella, quib. paterni amici erant præpoſiti. Iam dudũ em̃ moleſte ferẽs quę mater gerebat, tum uerò longe magis timebat, ne illa mortua totũ ſuum genus ueniret in poteſtatẽ Phariſæorum: & uidebat quàm ineptus eſſet adminiſtratiõi frater, ad quem ſpectabat ſucceſsio. Conſcia uerò fuit eius conatus ſola uxor quam domi reliquit cum liberis. ac primũ uenit Agaba, ubi Galæſtes erat unus è potentibus, à quo perlibenter exceptus eſt. Sequenti uerò luce regina ſenſit Ariſtobuli abſentiam: nec tamẽ ſtatim ſuſpicata eſt illum ad res nouandas eſſe profectum. Verũ poſteaquam uenerunt nũcij alij ſuper alios, quòd iam hoc iam illud caſtellũ occupaſſet: nam uno incipiẽte ſtatim reliqua omnia in eius poteſtatem ſe dediderunt: tum demũ in magna cõſternatione fuit & ipſa regina & uniuerſa gens. ſciebant enim non multũ abeſſe Ariſtobulum, quin ſibi uſurparet gentis imperium: & uehementer timebant ne pœnas exigeret ab illis qui in ipſius familiares debacchati fuerãt. placuit igitur ut uxor eius cum liberis cuſtodiretur in caſtello quod templo erat appoſitum. ad Ariſtobulũ autem magnus fiebat confluxus, ut iam nec ſtrepitus deeſſet, nec ornatus regius. nam intra quindecim fermè dies occupauit caſtella uigintiduo. in quibus habens receptaculũ, colligebat exercitũ à monte Libano & Trachonitide & à tyrannis. homines em̃ ſemper pluribus ſe agglomerantes libẽter obtemperabant, ſperantes etiã nõnihil utilitatis ſe percepturos ex eo quem ipſi ex inſperato res nouas molientẽ euexiſſent ad dignitatis regiæ faſtigium. Iudæorũ autẽ ſeniores & Hyrcanus reginã conuenerunt, & rogabant ut præſentibus rebus aliquod expediret conſiliũ. Ariſtobulũ enim iam penè totam dominationẽ ad ſe traxiſſe, occupatis tot locorũ opportunitatibus. ſe autem nõ decere, etiamſi maxime ipſa ægrotet, ea ſuperſtite conſultare abſq; illius

conſcien-

conſcientia.periculum autem iam eſſe penè pro foribus.at illa iubebat eos facere quicquid putarent reipub.conducere.habere eos magnam facultatẽ,uires gentis,milites,& in ærario multam pecuniam. ſibi enim iam non admodum curæ eſſe rerum adminiſtrationẽ, nimirum deficiente corpuſculo. his dictis nõ multo poſt extremũ halitũ reddidit,exacto anno regni I x,uitę tertio ſupra ſeptuageſimũ,mulier ſupra ſexum ſuum egregia, ut quæ mirum in modum honorum & imperandi cupida operibus declarauit ſuam induſtriã, quaſi exprobrans uiris inſcitiam, qui parum feliciter adminiſtrant reſpublicas.ſemper enim præſentibus magis quàm futuris intenta, & omnia poſthabendo moderatę gubernationi,neque ab honeſtate neq; à iuſtitia deduci uoluit. Familia tamen eius in tale incurrit infortunium,ut potentiam quam ſibi multis ſudoribus & periculis parauerat,propter huius non muliebres cupiditates paulo poſt amiſerit: quia & cum inimicis familiæ ſuæ ſenſiſſe uidetur,& rempublicam orbaſſe preſidibus:quin & poſt obitum eius ex reliquijs malæ ipſius adminiſtrationis multæ turbelæ originem duxerunt in domo regia.attamen quàm diu rebus præfuit,gentem in pace cõtinuit. atq; hic fuit rerum Alexandræ reginæ exitus.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XIIII.

Poſt contentionem de regno inter fratres conuentum eſt ut Ariſtobulus regnaret, Hyrcanus priuatam uitam degeret. Cap. I

DE Alexandræ reginæ rebus & obitu in præcedenti uolumine diximus, nunc quæ deinceps conſecuta ſunt, dicturi ſumus,nihil magis ſtudẽtes quàm ne quid uel per ignorantiam uel per obliuionẽ prætermittamus. Nam qui hiſtoriam & rerũ propter antiquitatem obſcurarum expoſitionem ſcribere ſe profitẽtur, debẽt quidem non negligere orationis cultũ, & elegantem compoſitionẽ, tum quicquid lectioni gratiã cõciliat, & adimit tædium: ſed præcipua cura impendẽda eſt ueritatis ſtudio, ne ſuã fidem ſequentes fallant & inducant in errorẽ aliquem.Cum igitur pontificatum accepiſſet Hyrcanus anno tertio ſeptimæ & ſeptuageſimę ſupra centeſimam Olympiadis, Q.Hortenſio, Q. Metello Cretico Coſs. ſtatim bellum ei Ariſtobulus intulit:& cõmiſſo ad Hierichuntem prælio,multi ex eius militibus ad fratrẽ transfugerunt.quo facto Hyrcanus in arcem cõfugit, in quam cuſtodiendi filij & uxor Ariſtobuli à matre eius depoſiti fuerant, ut antè diximus. reliqui etiam eius factionis homines cum uictoris metu intra ſeptum ſani ſe recepiſſent,breui deditionẽ fecerũt. Cęptũ eſt deinde agi inter fratres de pacis conditionibus,in quib.obtinuit Ariſtobulus ut regnaret,& fratrem ſineret in otio frui quæ illi obuenerãt facultatibus, & priuatam uitam agere.

Hoc fœdus ictum eſt in ipſo templo, & data acceptaq; fide iunctisq; dexteris ſancitum: & poſt mutuos cõplexus in cõſpectu populi factos digreſsi ſunt, alter in regiam, alter priuatus in ædes Ariſtobuli.

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam ſibi & ſuis liberis parauerit, & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum. Cap. II

II AMicus aũt quidã Hyrcani Idumæus nomine Antipater, uir pecuniosus, natura factiosus & induſtrius, infenſus erat Ariſtobulo, eo q̃ ipſe ſtuderet Hyrcani partibus: quamuis Nicolaus Damaſcenus huius genus deducat à primatibus Iudæorũ qui in Iudæã uenerunt è Babylonia. Sed hoc dicit in gratiã Herodis eius filij, quẽ fortuna ad Iudæorũ regnũ euexit, ſicut ſuo loco dicetur. Hic igitur Antipater primũ uocabatur Antipas, eodẽ quo pater ipſius nomine: quem ab Alexãdro rege & eius uxore conſtitutũ ducẽ totius Idumææ ferunt amicitias Arabũ & Gazæorum & Aſcalonitarũ coluiſſe, multisq; eos ſibi conciliaſſe muneribus. Itaq; minor Antipater ſuſpectam habens Ariſtobuli potentiã, & timens eum propter mutuam ſimultatẽ, clancularijs obtrectationibus effecit ut contra illum potentiores Iudęorũ conſpirarent, iniquum eſſe dictitans ſinere Ariſtobulum incubare uſurpato per iniuriam imperio, ex quo eieciſſet fratrẽ natu maiorem, eumq; ætatis prerogatiua ſpoliaſſet. eiſdem uerbis etiam Hyrcanũ obtundebat aſsidue, addens ne uitam quidẽ illi eſſe in tuto, niſi matura fuga ſaluti ſuæ proſpiceret. amicos enim Ariſtobuli nunquã non cõſultare, quomodo eo ſublato de medio, dominationẽ alteri conſtabiliant. His ſermonibus Hyrcanus nolebat credere, q̃ eſſet natura bonus, & calumnias nõ libenter admitteret: quæ quidẽ animi lenitas & quietis amor parauit ei opinionẽ ignauiæ. at Ariſtobulus planè contrario fuit ingenio, induſtrius ſimul & magnanimus. Cum igitur Antipater uideret Hyrcanũ nihil moueri ſuis monitis, non deſtitit tamen quotidie nouas de fratre criminationes fingere, quaſi inſidiaretur uitæ illius. tandem urgẽdo ægre obtinuit, ut aſſentiret fugere ad Aretam regem Arabũ, ſuum quoq; pollicitus auxiliũ: idq; eo facilius impetrauit, q̃ Iudææ confinis ſit Arabia. præmittitur itaq; Antipater ad regẽ, acceptorus ab eo fidem, q̃ inimicis non dediturus eſſet ſuum ſupplicem: quod ubi ille interpoſita fide promiſit, Antipater ad Hyrcanũ reuerſus eſt Hieroſolyma: & nõ multo poſt aſſumpto eo noctu urbẽ egreſſus, magnis itinerib.
III peruenit in urbẽ quæ Petra dicitur, apud quam erat Aretæ regia: & quòd eſſet regi amiciſsimus, rogabat eum ut Hyrcanũ in Iudęam reſtitueret, & inſtando quotidie dandoq; munera tandẽ perſuaſit. Hyrcanus quoq; pollicitus eſt ſi ope eius reductus regnũ reciperet, redditurũ ſe ei regionẽ cũ duodecim oppidis, quæ pater ipſius Alexander de Arabibus ceperant. erat autem hæc: Mebaba, Naballo, Liuias, Tharabaſa, Agalla, Athone, Zoara, Oronæ, Mariſſa, Rydda, Luſa, Oryba.

Ariſtobulus prælio victus compellitur Hieroſolyma. Cap. III

IAlibus promiſsis permotus Aretas expeditionem ſuſcepit contra Ariſtobulũ, ducens quinquaginta millia pedeſtris ſimul & equeſtris exercitus: moxq; uicit prælio. poſt eam uictoriã multis ad Hyrcanum transfugientibus, deſolatus Ariſtobulus confugit Hiero-

Hieroſolyma. Arabs autẽ adducto ſecum toto exercitu, oppugnabat eum in templo adiuuante Hyrcanum etiam populo, ſolis ſacerdotibus non deſerentibus Ariſtobulũ. ſed Aretas admotis tam Iudæorum q̃ Arabum exercitibus acriter oppugnationi inſtabat. Dum hæc ita gerunt inſtante azymorũ feſto quod Paſcha uocamus, optimates Iudæorũ relicta ſua regione fugerũt in Aegyptum. Quidam aũt Onias uir iuſtus & deo charus, qui aliquãdo ſiccitatis tẽpore impetrauerat pijs precibus pluuiam, tunc in latebras ſe abdidit, ciuile bellũ præſentiens. hunc in caſtra adductum Iudæi rogabant, ut quemadmodum olim ſterilitati attulerat remediũ, ita tũc deuoueret diris Ariſtobulum & quotquot eius factionem ſequebant. id cum diu recuſans cogeretur à turba, ſtans in medio eorũ ſic precatus eſt. Deus uniuerſi huius mũdi rex, quoniam & hi qui mecũ ſtant tuus ſunt populus, & qui oppugnant tui ſacerdotes ſunt, precor ut neq; hos contra illos, neq; illos contra hos, orantes exaudias. Poſt hæc uota circumſteterũt eum quidam ex Iudæis uiri perditi, & obruerunt lapidibus. quam crudelitatem deus ultus eſt cõtinuo, cædisq; Oniæ pœnas exegit in hunc modũ. Dum Ariſtobulus oppugnatur cum ſacerdotibus, ſupuenit Paſcha, in quo feſto nobis mos eſt multis deũ honorare ſacrificijs. quibus quia carebant obſeſsi, rogauerunt ſuos tribules ut accepta quantam poſtularent pecunia uictimarũ copiã ſibi facerent. illis uerò pactis mille drachmas in ſingula capita, & repræſentari ſibi iubentibus, Ariſtobulus & ſacerdotes libenter id fecerunt, & per funem è muro demiſerunt precium. at illi accepta pecunia non reddiderunt uictimas: ſed eò progreſsi ſunt impietatis, ut non ſeruata fide hominibus, deũ etiam fraudarẽt debitis honoribus. ſacerdotes autem quibus per pactorũ ſpeciem illuſum fuit, orauerunt deũ ut pœnas de tribulibus ſuis ſumeret: nec dilata eſt uindicta: ſed procella uehemens immiſſa fecit per totam eam regionẽ magnam uaſtationẽ fructuum, ita ut tritici modius ueniret drachmis quindecim.

Hyrcani & Ariſtobuli legationes à Scauro petentes auxilium. Cap. IIII

INterea Pompeius Scaurum miſit in Syriam, ipſe in Armenia diſten IIII
tus bello quod adhuc gerebat contra Tigranem. ille uerò ubi Damaſcum uenit, recens captam à Metello & Lollio, properauit in Iudæam cõtinuato itinere. huic legati facti ſunt obuiam, tam ab Hyrcano q̃ ab Ariſtobulo, utriq; petentes ſocietatem & auxiliũ. & cum Ariſtobulus polliceretur cccc talenta, nec pauciora Hyrcanus, Scaurus Ariſtobuli promiſſa prætulit. is enim liberalis erat, & abundans pecunijs, & rogabat officiũ præſtari facilius. alter uerò pauper erat ac tenax, & cum maiora q̃ frater impetrare cuperet, tamen nõ ſatis bona fide polliceri uidebatur. Nam difficilius erat expugnare urbem adeò munitã & ualidam, quàm profugos repellere & Nabathæorum turbam, præſertim non ualde ad id bellum gerendũ animatam. Ob has igitur cauſas accepta ab hoc pecunia obſidionem ſoluit, denũcians Aretæ ut recederet, ni pareat declarandus hoſtis Ro. populi. Et Scaurus quidem Damaſcũ reuerſus eſt: Ariſtobulus uero cum magno exercitu contra Aretam & Hyrcanũ profectus eſt: & congreſſus cum eis apud locum quem Papyronem nominant, prælio uicit cæſis circiter ſeptem millibus hoſtiũ, inter quos etiam Cæphalio frater Antipatri cecidit.

Quomodo Aristobulus & Hyrcanus apud Pompeiũ de regno disceptauerunt. Cap. V

NOn multo autẽ post cum Pompeius Damascum uenisset, & obiret Cœlesyriam: præsto fuerunt ei legati ex uniuersa Syria & Aegypto atq; Iudæa. misit enim ad eum insigne donum Aristobulus, uitem auream D talentorũ. meminit autem huius muneris etiam Strabo Cappadox his uerbis: Venit & ex Aegypto legatio, cum corona facta ex aureorum quatuor millibus: & ex Iudæa siue uitis, siue hortus, quod opus τρυφολὴ, id est delectamentum uocabatur. hoc donum uidimus etiam nos Romæ dedicatum in Iouis Capitolini templo, cum inscriptione Alexandri regis Iudæorum: extimaturq; quingentis talentis. fertur autem missum à dynasta Iudæorum Aristobulo. Paulo post iterum uenerunt ad eum legati, Antipater pro Hyrcano, Nicodemus pro Aristobulo, qui etiam accusabat eos qui acceperant pecuniam, primum Gabinius, deinde Scaurus, ille CCC, hic quadrin-
V genta talenta, hos quoq; inimicos ei faciens. qui cum iussisset eis ad se disceptatorem uenire, ineunte uere copijs ex hybernis reuocatis in Damascenum agrum profectus est: obiterq; arcem in Apamia diruit, quam Antiochus Cyzicenus munierat: & Ptolemæi Mennęi ditionem considerauit, uiri noxij non minus quàm fuerat Dionysius Tripolitanus, qui securi percussus est, affinitate etiam ei coniunctus. mille tamen talentis iste redemit se à supplicio, quę Pompeius erogauit in stipendia militum. excidit etiam castellum Lysiada, cuius tyrannus erat Silas Iudæus: transiens deinde per Heliopolim & Chalcidem, superatoq; medio monte in Cœlesyriam ueniens, à Pella Damascum se contulit. ibi & Iudæos audiuit, & eorum principes, qui inter se dissidebant Hyrcanus & Aristobulus, sicut gens ipsa ab utroq;. Aiebant enim se nolle esse sub regibus, quòd patrium institutũ habeant, ut sui dei pareant sacerdotibus. hos autem duos esse quidem è sacerdotum genere, sed uelle principatum gentis in aliam formam traducere, ut eam in seruitutem subigant. Hyrcanus autem querebatur, quòd cum maior natu esset, priuaretur prærogatiua ab Aristobulo: & minimam portionem regionis sibi relictam, cætera à fratre usurpata per uim omnia. hũc etiam & terra incursare finitimos, & in mari habere piratarum receptacula. nec enim impulsurum fuisse gentem ad defectionem, nisi turbarũ concitator esset, atq; natus ed uiolentiam. Attestabanturque illi hæc dicenti plus quàm mille ex Iudæorum optimatibus, quos Antipater ad hoc induxerat. Alter contrà excidisse eum è principatu aiebat propter ignauiã, quòd natura ad nihil esset minus idoneus quàm ad obeunda negotia, & ideo uenisse eum in publicum contemptum apud suæ gentis homines. Se uero necessario principatum assumpsisse, metuentem ne is migraret in aliam familiam. appellatione uero uti, qua & pater ipsius Alexãder usus sit. & in testimonium citabat quosdam iuuenes fastuosos, exosos omnibus propter purpureas uestes, capillitij curam, & phaleras ornamentaq; cætera: qui hoc cultu tanq; ad pompam & nõ ad iudicium uenerant. Pompeius uero his cognitis, & improbata Aristobuli uiolẽtia dimisit eos placide: promittens se uenturũ in eorũ ditionem, quàm primũ inspexisset res Nabatæorum. interim iussit eos quietos esse, comiter habens Aristobulũ, ne is alienaVI tus intercluderet ei transitus. nec tñ ullam apud eum iniuit gratiã. non ex-

specta-

ſpectatis enim Pompeij promiſsis profectus eſt ad oppidum Delium, & inde in Iudæam ſe contulit.

Quo ſtratagemate caſtella occupauerit. Cap. VI

QVare offenſus Pompeius, aſſumpto exercitu quem in Nabathæos parauerat, & excitis à Damaſco cæteraq; Syria copijs auxiliaribus, alijsq; Romanis legionibus quæ ductum eius ſequebantur, contra Ariſtobulũ mouit. Vt uero præterita Pella & Scythopoli peruenit Coreas, ubi Iudææ mediterranea uerſus eſt initiũ, inuenit elegantem arcem in montis uertice ſitam Alexandrium. eò quia refugiſſe Ariſtobulũ intellexerat, accerſiuit illum ad ſe per nuncios. ille uerò multis ſuadentibus ut caueret bellum à Romanis, deſcendit: & cum de iure principatus cum fratre diſceptaſſet, permiſſu Pompeij rurſum in arcem ſe recepit. idq; iterum & tertio fecit, ſimul ſpe regni Pompeio obſecundans, & omnia eius imperata ſe facturum ſimulans, ſimul redeundo in arcem ſe muniens, & apparatus bellicos faciẽs, metu ne ad Hyrcanum transferretur dominium. Iubente aũt Pompeio ut traderet ſibi caſtella, & præfectis de ea re propria manu ſcriberet, non traditu-
ris alioquin: paruit quidem, ſed ægre ferens ſeceſſit Hieroſolyma quaſi ad VII
certum bellũ ſe præparaturus. nec multo pòſt Pompeio ducenti contra eum exercitum in itinere uenit nuncius è Põto, Mithridatem à filio ſuo Pharnace occiſum eſſe ſignificans.

Hieroſolymitani portas Romanis claudunt. Cap. VII

TVm cũ prima caſtra habuiſſet apud Hierichuntẽ, ubi palmeta ſunt præſtãtiſsima, & opobalſamũ prouenit inter unguẽta præcipuũ, inciſis acuto ſcrupo fruticib. ſucci in modũ ſcatens, mane ſequẽti mouit inde uerſus Hieroſolyma. Tũ uero Ariſtobulus ante actorum pœnitens obuiam ei uenit: & oblatis pecunijs etiam intra Hieroſolyma eum admittens, rogabat ut omiſſo bello quicquid uellet pacate ageret. Pompeius uerò data petenti uenia, mittit Gabiniũ cum militibus in urbem ad accipiendã pecuniam: qui tamen re infecta redijt, excluſus & uacuis manibus, militibus Ariſtobuli pactũ irritum facientibus. Ea res uehementer Pom- VIII
peio mouit ſtomachũ, & additis Ariſtobulo cuſtodibus ipſe ad urbẽ properat, cætera quidem probe munitam, tantũ è ſeptentrionali latere iniurijs expoſitam. Circuit enim ea parte uallis lata & profunda templũ ambiens, quod muro ualido è ſaxo ſtructo cingitur.

Pompeius templum cum inferiore urbis parte ui expugnat. Cap. VIII

INtus aũt erat diſsidiũ, urbanis quid opus eſſet facto nõ conſentientibus. nam quidam cenſebant urbem Pompeio dedendam: Ariſtobuli uerò factio excludi eum iubebat & bellum parari, eo quòd illum haberet in uinculis. hi prœuenientes alteros templũ occupant, & prœciſo ponte qui in urbẽ ferebat, ad bellũ ſe expediunt. at illi intromiſſo exercitu tradiderunt Põpeio urbẽ & regiã. ille Piſoni legato ſuo miſſo eò cum parte exercitus & urbis & regiæ cõmiſit cuſtodiã: ipſe uicinas tẽplo domos aliaq; propinqua ædificia muniebat. & primũ conditiones pacis eis obtulit: quas cũ nõ admitterent, omnia quæ circũ erant oppugnationi parauit, Hyrcano alacriter ſuppeditante quicquid uſus poſceret. Põpeius uerò à ſeptentrionali tẽpli

latere

latere, quod maxime erat oppugnationi obnoxium, admouit milites. erant aũt hac quoq; parte turres altæ, & fossa manu facta, præter profundam uallẽ quæ templũ cingebat. nam etiam uersus urbẽ abrupta erant omnia, sublato ponte, qua parte Pompeius erat cum suo cõtubernio. erigebantq; quotidie magno labore aggerẽ Romani, cædẽtes circũquaq; arbores. quod opus ubi perfectũ est, ægre cõpleta fossa ꝓpter immensam altitudinẽ, admotis machinis à Tyro aduectis quatiebat templũ saxis missilibus. sed nisi patrius nobis mos esset per otiũ septimũ quemq; diem exigere, nõ potuissent absoluere aggerem uetantib. aduersarijs. prohibere enim uim inferẽtes lex permittit, sed opus facientẽ hostẽ impedire nos nõ sinit. quod ubi animaduerterunt Romani, sabbatis neq; eminus incessebant telis Iudæos, neq; manus cũ eis cõserebant: tantũ erigebant aggerẽ & turres, machinasq; admouebant, ut eis postridie aduersus nos uti possent. Facile est aũt uel hinc discere, quanta pietate deũ colamus, & q̃ obseruantes legũ simus, quando quidẽ oppugnationis terror nihil obfuit, quo minus solennia peragerent̃ sacrificia, bis per singulos dies mane & circa nonam horã super altari immolantibus nostris sacerdotibus, ac ne in extremo quidẽ discrimine sacra intermittẽtibus. etenim capto templo tertio demũ mense, die ieiunij, CLXXIX Olympiade, C. Antonio, M. Tullio Cicerone Cos. hostis quidẽ irrumpens iugulabat omnes obuios: illi uerò nihilominus sacris operabant̃, neq; metu mortis, neq; iam cæsorũ multitudine absterriti, passuri quicqd liberet uictori potius q̃ deserturi altaria, aut aliqd omissuri præscriptũ patrijs legibus. ꝙ autẽ hæc nõ fabula sit in pietatis laudem conficta, sed rei ueritas, attestant̃ omnes qui res à Pompeio gestas cõscripserunt, & in his Strabo ac Nicolaus, Romanæq; conditor historiæ T. Liuius. Nam cõcussa turri maxima crebris arietis ictibus, collapsaq; & secũ ruinam trahente muri proximi, certatim infuderunt se hostiũ agmina. sed primus euasit per ruinas Cornelius Faustus Syllæ filius, sequẽte cohorte militum. mox alia parte Furius centurio cum suis manipularibus: & inter utrumq; Fabius & ipse centurio cum manu suorũ ualida. Omnia aũt erant plena cædibus, & Iudæorũ alij à Romanis confossi cadebant, alij mutuis uulneribus. nonnulli per abrupta semetipsos iactabant, aut subiectis in ædes ignibus concremabant̃, non sustinentes spectare quæ patrabant̃ ab hostibus. ceciderunt è Iudæis duodecim millia, Romanorũ perpauci desiderati sunt. Captus est Absalomus, patruus simul & socer Aristobuli. Læsa etiã est non mediocriter tẽpli religio, humanis antehac nec uestigijs penetrati, nec oculis. Introgressus est em̃ in illud Pompeius, & unà cum eo nõ pauci alij, & inspexerunt quæ nefas est uidere nisi solis sacerdotibus. cumq; intus essent ex auro mensa & candelabrũ & pocula, & odoramentorũ magna copia, prẽterea in thesauris sacræ pecuniæ circiter talentorũ duo millia, nihil horũ prę pietate attigit, sed hic quoq; sui similis fuit, & nihil cõmisit indignũ cæteris uirtutibus. Sequẽti uerò die iussis purgare templũ ædituis, & instauratis legitimis sacrificijs põtificatũ Hyrcano reddidit, tũ ꝓpter alia ipsius officia, tũ quia tota regiõe habitantib. Iudæis autor fuit ne arma ꝓ Aristobulo sumerẽt. deinde belli cõcitatores securi ꝑcussit: Faustoq; & alijs q primi murũ cõscenderũt, digna præmia ꝓsoluit. Et Hierosolyma quidẽ po. Ro. fecit stipẽdiaria, ur-

bes

bes uerò quas eorũ ciues ſibi ſubiugauerant in Cœleſyria, adẽptas illis iuſsit proprio parere præſidi: & totam gentẽ prius elatam rebus proſperis, contraxit intra ueteres terminos. Gadara deinde paulo ante diruta inſtaurauit in gratiã liberti ſui Gadarẽſis Demetrij. reliquas uerò, Hippon, Scythopolim, Pellam, Dion, Samariã, Mariſſam, Azotũ, Iamniam, Arethuſam ſuis reſtituit habitatoribus: easq; in mediterraneis, præter uarijs bellis dirutas. Maritimas uerò, Gazã, Ioppen, Dora, Stratonis turrim, quæ ab Herode magnifice condita, & portubus atq; tẽplis exornata, Cæſarea mutato nomine appellata eſt: has omnes Pompeius liberas eſſe iuſſas prouinciæ contribuit. Quorũ omniũ malorũ cauſa fuere Hieroſolymitanis Hyrcanus & Ariſtobulus inter ſe diſsidentes inuicẽ. nam tum primũ libertatẽ amiſimus, ſubiecti Romanorũ imperio: & regionẽ de Syris bello captã reddere ipſis coacti ſumus: & inſup plus q̃ decem millia talentorũ breui tẽpore à nobis Romani exegerunt: & regnũ quo prius pontificale genus honeſtabat, ad plebeios tranſlatũ eſt homines. Sed de his ſuo loco dicemus. Cæterũ Pompeius Cœleſyria uſq; ad Euphratẽ amnem & Aegypti terminos Scauro tradita cum duabus Romanis legionibus, ipſe in Ciliciam abijt Romã properans: abduxitq; ſecũ Ariſtobulũ uinctum cum duabus filiabus & totidẽ filijs.

Scaurus bello aggreſſus Aretam, fœdus Antipatri ſuaſu cum eo ferijt. Cap. IX

SCauro aũt ad Arabiæ Petram profecto cum exercitu, & quia difficilis ad eam aditus eſſet, circumuicinos agros populante, militibusq; fame laborantibus, Antipater iuſſu Hyrcani frumentũ ex Iudæa & alia neceſſaria eis præbebat: miſſusq; ad Aretam legatus à Scauro, eo q̃ hoſpes eſſet, perſuaſit etiam illi pecunia numerata uaſtationẽ agrorũ redimere ſponſor factus pro trecentis talentis. atq; his conditionibus hoc bellũ finitũ eſt, non minus è Scauri quàm ex Aretæ ſententia. IX

Alexander à Gabinio uictus, in quodam caſtello oppugnatur. Cap. X

ALiquanto aũt poſt Alexandro Ariſtobuli filio Iudæam incurſionibus uexante, imperator Gabinius è Roma uenit in Syriam. is & alia multa memoratu digna geſsit, & contra Alexandrũ expeditionem ſuſcepit, Hyrcano iam non ualente ei reſiſtere, & de muris Hieroſolymorũ reficiendis cogitante, quos Pompeius deiecerat. ſed ab hoc conatu q̃ Romanos cohibitus eſt. At Alexander peruagando regionẽ multos Iudæos armauit: collectisq; propere decem armatorũ millibus, & mille quingentis equitibus, munitionib. firmauit Alexandriũ caſtellũ iuxta Coreas ſitũ, & Machæruntem in finibus Arabũ. contra eũ uenit Gabinius, præmiſſo M. Antonio cum alijs ducibus. atq; ita Romani cõiuncti cũ Iudæis in officio manẽtibus, quorũ duces erãt Pitholaus & Malichus, aſſumptis etiã Antipatri auxilijs, occurrerunt Alexãdro, ſequente cũ reliquo exercitu Gabinio. tũ ille recepit ſe propius Hieroſolyma, ubi cõſerto prælio Romani occiderũt hoſtiũ circiter tria millia: nec pauciores capti ſunt. tum Gabinius ueniens ad Alexandrium inuitabat concluſos ad pacẽ, ueniã præteritorũ pollicendo. & cum multi hoſtium extra caſtellũ ſtationẽ haberẽt, Romani eos adorti ſunt, ubi multis cæſis egregiã operã nauauit M. Antonius. Itaq; Gabinius relicta ad oppugnationẽ parte exercitus, ipſe reliquã Iudæã q̃luſtrabat: & quotquot inueniebat X

urbes

urbes dirutas, ædificari iubebat. atq; hoc pacto instaurátæ sunt, Samaria, Azotus, Scythopolis, Anthedon, Raphia, Dora, Mariſſa, Gaza, & aliæ nõ paucæ: idq; mandante Gabinio, quarũ posthac habitatio tuta permansit, cum
XI antè longo tempore desertę fuissent. His ita per regionẽ disposítis, reuertitur ad Alexandriũ: & cum intenderetur oppugnatio, per legatos ueniã petijt Alexander, offerẽs castella Hyrcaniam & Machæruntẽ, & postremo Alexandriũ: quæ Gabinius diruit. Cumq; Alexandri mater ad eum ueniſſet, quę Romanis fauebat, marito eius & reliquis liberis Romę asseruatis, impetrauit ab eo quicquid petijt. moxq; disposítis eius rebus, deduxit Hyrcanũ Hierosolyma, curaturũ templũ & suum sacerdotium. deinde cõstitutis quinq; iuridicis cõuentibus, in totidem æquales partes totam prouinciam distribuit: ita ut alij iura peterẽt Hierosolyma, alij Gadara, Amathuntem alij: quarti uerò Hierichuntem, quinti Saphoram, quod est Galilææ oppidũ, sicq; liberati dominis sub optimatũ gubernatione degebant.

Aristobulus Romæ uinculis elapsus, rursum in Iudæa captus à Gabinio Romam remittitur. Cap. XI

XII Aeterùm cum Aristobulus Roma profugus reuersus esset in Iudæã, & conaretur Alexandrium recens dirutum denuo munire, Gabinius misit eò milites ducib. Sisenna, Antonio, & Seruilio, qui eum locum occupari non sinerent, & darent operã ut ipsum comprehenderent. nam multi Iudæorũ ad eum propter nominis celebritatẽ confluebant, nouarũ rerum auidi: siquidem & Pitholaus Hierosolymorum præfectus cum mille armatis ad eum transfugit. alioqui in eo confluxu multi fuere non satis armis instructi. Aristobulus uero uolẽs occupare Machærunte, tales dimisit ut inutiles ad moliendũ aliquid, assumptisq; tantum armatorum octo millibus, illuc contendit. quos assecuti Romani uicerũt egregiè. quamuis enim repugnantes aliquantisper impressione facta coegerũt terga uertere, occisis eorũ circiter quinq; millibus. reliqui uerò dissipati, ut quisque potuit salutẽ sibi quæsiuerũt. Aristobulus tñ plus mille secũ trahens perfugit Machæruntẽ: muniebatq; id castrũ, & quãuis rebus afflictis bene sperare nõ destitit. Sed nõ ultra biduũ sustinere potuit oppugnationẽ, & multis acceptis uulnerib. captiuus cum Antigono filio, qui ei fugæ comes fuerat, ad Gabiniũ, adductus est. atq; ita reflãte fortuna rursum remissus Romã in uinculis est habitus, postq̃ regno & põtificatu potitus est annis tribus cum dimidio, uir in ea dignitate magnificus & magnanimus. Liberos tñ eius dimisit senatus, cũ ex Gabinij literis cognouisset, promissum hoc eorũ matri, dum castella traderet: qui mox in Iudæam reuersi sunt. Porrò Gabinio paranti expeditionẽ in Parthos, & iam Euphratẽ traijcienti, mutata sententia uisum est Ptolemæũ in Aegyptũ reducere, sicut aliàs indicatũ est. In hac quoq; expeditiõe ab Antipatro adiutus est frumento, armis, & pecunijs: & illius cõsilio Iudæi q Pelusiũ accolunt, ceu custodes Aegypti aditus, in societatẽ pertracti sunt. Cæterũ reuersus ex Aegypto deprehẽdit Syriã laborare dissidijs & tumultibus. Aristobuli em̃ filius Alexander, denuo inuaso p uim principatu multos Iudęorũ ad defectionẽ impulit. collectoq; magno exercitu regionẽ obeũdo, interficiebat Romanos quotquot adipisci potuit, reliquos in mõtẽ Garizim compul-

compulſos obſedit. Gabinius uerò hoc in ſtatu Syriã offendẽs, Antipatrum propter notam uiri prudẽtiam præmittit ad tumultuatores, ſi forte poſſet ad ſanioré mentem reductis perſuadere ut meliora ſequantur cõſilia: quod ille ſedulo fecit, & multos reduxit ad officiũ. Alexandro uerò potiri non potuit. is enim habens ſecum xxx Iudæorum millia, auſus eſt occurrere Gabinio, & collatis ſignis decernere ad montem Itabyriũ: quo prælio deſiderata ſunt ex acie Iudaica x millia. Tum uictor cõſtitutis Hieroſolymitanis rebus ex Antipatri ſententia, contra Nabatæos profectus, hos quoq; profligat uno prælio. nobiles etiam Parthos Mithridatem & Orſanem ad ſe profugos remiſit, ſparſo rumore ꝙ aufugiſſent in patriam: tantisq; rebus geſtis Romam reuertens Craſſo prouinciam tradidit. De his autem Pompeij & Gabinij contra Iudæos expeditionibus ſcribit Nicolaus Damaſcenus & Strabo Cappadox, nihil ab altero diſcrepans.

Craſsi contra Parthos ducentis per Iudæam iter, & ſacrilegium. Cap. XII

CRaſſus aũt expeditionem contra Parthos parans in Iudæã perue XIII
nit, & pecuniam ſacram quã Pompeius nõ attigerat, duo millia talentorũ abſtulit, totoq; reliquo auro, cuius ſumma accedebat ad octo talentorũ millia templum ſpoliauit. Tulit etiam trabẽ ex auro ſolidam, trecentas minas pendentem. Mina aũt apud nos conſtat duabus libris cum dimidia. Hanc trabẽ ei tradidit ſacerdos ſacri theſauri cuſtos Eleazarus, non præ malitia: nam erat uir bonus & iuſtus: ſed cum concreditam haberet aulæorũ templi cuſtodiam, ex hac trabe pendentium, quorum admirãda pulchritudo erat & apparatus precioſiſsimus: uideretq; Craſſum totum eſſe in colligendo auro, timens omnibus templi ornamentis, trabem hanc redemptionẽ pro omnibus ei dedit: cum prius eum iureiurando obſtrinxiſſet, nihil aliud loco moturum, contentum eo quod ipſe traderet, æſtimatum plurimis aureorũ millibus. Hæc trabs inſerta erat trabi cauæ ligneæ, quod cęteris omnibus ignotũ ſolus ſciebat Eleazarus. Craſſus tamen & hanc pro reliquo templi auro accepit, & mox uiolato iureiurando totũ quantum intus erat egeſsit. Nec eſt mirandũ tantas diuitias in noſtro templo fuiſſe, cuius deum cum omnes ubiq; terrarũ Iudæi uenerentur ac colant, tam ex Europa quàm ex Aſia longo tempore huc eas contulerant. Nec ad iactationem conficta eſt prædicta ſumma, nec caret teſtibus: ſed cum alij multi, tum Strabo Cappadox atteſtatur nobis his uerbis: Mithridates aũt miſit in Coum inſulam qui afferrent ſibi inde pecuniam quam Cleopatra regina ibi depoſuerat, & Iudæorũ octingenta talenta. Nobis autem nulla eſt publica pecunia, præter hanc deo ſacram: & ſatis apparet, quòd hanc Iudæi ex Aſia in Coum deportauerant metu belli Mithridatici. Non eſt enim ueriſimile, eos qui Iudæam habitabant, habentes urbem adeò munitam & templum, pecunias in Coum miſiſſe. Sed nec Alexandrinos Iudæos hoc feciſſe eſt credibile, quib. nihil erat à Mithridate periculi. Idem Strabo alibi teſtatur Syllam quo tempore in Græciam traiecit geſturus bellum cõtra Mithridatem & Lucullum, miſiſſe Cyrenem agitatam ſeditionibus gentis noſtræ, quæ orbem terrarum repleuerit. ſic enim ſcribit. quatuor erant genera in Cyrenenſium urbe, ciues, agricolæ, inquilini, & quarti Iudæi. hoc iam in omnes urbes ſubrepſit,

nec eſt facile inuenire locũ in orbe habitabili, quem recepta ſemel non obtineat. nam & Aegyptus & Cyrene, utpote eiſdẽ ſolitæ parere dominis, aliæq; multæ regiones horũ ritus admiſerunt: aluntq; congregationes Iudæorum maximas, tẽpore coalitas, & utentes inſtitutis domeſticis. Per Aegyptũ ſanè etiã coloniæ ſunt eius gẽtis, abſq; eo q̃ Alexandrinæ urbis magna pars eis aſſignata eſt. habet etiã propriũ magiſtratũ qui ſuæ gentis res adminiſtret, & controuerſias ex iure dirimat, & cõtractus atq; pacta rata habeat, nõ aliter q̃ fit in abſoluta republica. Inualuit itaq; hæc gens in Aegypto, eo q̃ antiquitus originẽ inde habeat, & facile migretur eò propter uicinitatẽ. In Cyrenaicam uerò regionẽ inde tranſijt ut conterminã, quẽadmodũ etiã Iudæa eſt, uel potius partẽ olim regni Aegyptij. Hæc Strabo. Cæterũ Craſſus rebus arbitratu ſuo cõpoſitis, Parthorũ ditionẽ inuaſit: ubi cum omnib. cõpijs perijt: ſicut aliàs narratũ eſt. Caſsius aũt in Syriã refugiẽs occupata ea reſiſtebat Parthis, propter recentẽ uictoriã excurſantibus: & cum ueniſſet Tyrũ, inuiſit etiã Iudæam. Vbi Tarichæas primo impetu cepit, & fermè xxx millia captiuorum abduxit. Pitholaũ quoq; qui Ariſtobuli partes fouebat interfecit hortãte Antipatro, qui plurimũ apud eũ poterat, & maximã inter Idumæos autoritatem habuit. apud quos duxit uxorẽ illuſtri inter Arabas loco natã, Cypron nomine, ex qua quatuor ei nati ſunt filij, Phaſaelus, & Herodes q̃ poſtea regnauit, & Ioſephus atq; Pheroras, & filia Salome. Hic Antipater etiã alios dynaſtas hoſpitio ſibi coniunxit & amicitia, ſed maxime Arabem, apud quem & liberos depoſuit, dum bellum cõtra Ariſtobulũ gereret. At Caſsius reparatis copijs ad Euphratem ſe contulit, ibiq; Parthis ſe oppoſuit, quemadmodũ & ab alijs ſcriptoribus eſt memoriæ proditum.

Pompeij fuga in Epirum, & Scipionis aduentus in Syriam. Cap. XIII

XIIII ALiquanto aũt pòſt Cæſar occupata Roma, & Põpeio unà cum ſenatu ultra mare Ioniũ fugato, ſolutũ uinculis Ariſtobulũ decreuit in Syriã mittere, additis ei duabus legionibus, quò facilius ordinaret prouinciã. ſed is breui fruſtratus eſt ſua ſpe, quã ex accepta à Cæſare poteſtate conceperat, à Põpeianis ueneno ſublatus, & à Cæſarianis funeratus. Corpus aũt eius diu melle curatũ iacuit, donec Antonius id in Iudæã remiſſum mandauit reponi in regũ conditorijs. Scipio uero iuſſu Põpeij ſecuri percuſsit

XV Alexandrũ Ariſtobuli filiũ, eo q̃ aliquãdo contra Romanos rebellauerat. & hic quidẽ apud Antiochiã affectus eſt ſupplicio. fratres uerò eius ad ſe recepit Ptolemæus Mennæus dynaſta Chalcidis quæ ſita eſt in monte Libano. nam miſſo Philippione filio Aſcalonẽ ad uxorẽ Ariſtobuli, iuſsit eam cum eo mittere ad ſe Antigonũ filiũ & filias, quarũ alterius Alexãdræ amore captus Philippio duxit eam coniugẽ. deinde uero occiſo prius eo Ptolemęus ipſe duxit Alexandram, & germanorũ eius curam habere non deſtitit.

Cæſaris in Aegyptũ expeditio, & quàm fideli Iudæorũ opera adiutus ſit. Cap. XIIII

XVI POſt Pompeij aũt obitum & uictoriam Cæſaris, bellũ ei gerẽti in Aegypto multis in rebus uſui fuit Antipater Iudæorum gubernator, idq; mãdato Hyrcani. Mithridate enim Pergameno adducente auxilia, nec ualẽte tranſire per Peluſium, & circa Aſcalonẽ hærente, Antipater ei ſe adiũxit cum armatis Iudæorũ tribus millibus, egitq;

cum

cum Arabum primatibus ut & ipſi uenirent auxilio: eiusq; potiſsimũ opera è tota Syria auxilia contracta ſunt. nam certatim opem tulerunt Cæſari Iamblichus dynaſta & Ptolemæus eius filius, & Tholomęus Sohemi filius Libanum montẽ incolens, & urbes penè uniuerſæ. Mithridates uerò motis è Syria caſtris peruenit Peluſium, & non receptus ab eius loci hominibus urbem oppugnauit. Vbi præcipuam operam nauauit Antipater, primusq; deiecta quadam muri parte aditum cæteris irrumpentibus in urbem aperuit. & Peluſium quidem ſic captum eſt. Antipatrum autem & Mithridatem properantes ad Cæſarem tranſitu arcebant Iudæi Aegyptij, qui regionem quæ Oniæ dicitur incolunt. Hos Antipater ut tribules in partes ſuas traduxit, maxime cum oſtendiſſet Hyrcani pontificis literas, in quibus rogabantur, ut amicos ſe præberent Cæſari, eumq; cõmeatibus iuuarent & rebus exercitui neceſſarijs. Qui moti autoritate Antipatri ac pontificis libenter paruerũt. quod ubi audiuerunt qui Memphim accolunt, & ipſi Mithridatẽ accerſiuerunt, & ille eò profectus hos quoq; adiunxit ſuis partibus.

Antipatri res geſtæ & cum Cæſare amicitia. Cap. XV

POſtquam aũt uentũ eſt ad Delta quod uocant, conflixit cum hoſte circa locum qui Caſtra Iudęorum dicitur. Curabat autem dextrum cornu Mithridates, ſiniſtrum Antipater. In ea pugna Mithridatis cornu inclinatum eſt, uidebaturq; cladem accepturum, niſi mature præter fluminis ripam accurrens cum ſuis Antipater, qui iam aduerſarios profligauerat, exemptis ſocijs periculo, Aegyptios iam uincentes coegiſſet terga uertere: qui adeò fugiẽtibus inſtitit, ut caſtra quoq; hoſtium caperet: aduocato etiam in prædæ partem Mithridate, quem inſectando hoſtem longe à tergo reliquerat. Is ex ſuis octingentos deſiderauit, Antipater non plus quinquaginta. Mithridates uero de his Cæſarem per literas certiorem reddidit, ingenue faſſus Antipatrum & ſalutis ſibi cauſam fuiſſe & uictoriæ: ita ut Cæſar & tunc eũ collaudauerit, & poſtea toto eo bello in rebus periculoſiſsimis eius ſorti opera uſus ſit: in quibus certaminibus etiam uulnera accepit. Quamob rem finito tandem bello claſſe deuectus in Syriam Cæſar magnos honores contulit, tum in Hyrcanũ quem cõfirmauit in pontificatu, tum in Antipatrũ quẽ ciuitate Romana & immunitate donauit. Nonnulli uero aiunt Hyrcanum ipſum huic expeditioni interfuiſſe, & in Aegyptũ ueniſſe. Atteſtat mihi Strabo Cappadox, ex autoritate Aſinij ſic ſcribẽs: Poſtq̃ Mithridates in Aegyptum inuaſit, & cum eo Hyrcanus Iudæorum pontifex. Idem Strabo alibi ex autoritate Hypſicratis ſic ſcribens: Mithridatem primò ſolum ueniſſe, accitum deinde ab eo Aſcalonem gubernatorem Iudææ Antipatrum tria millia militum ei adiunxiſſe, & eiuſdem hortatu cæteros dynaſtas ſocia arma contuliſſe. in hisq; Hyrcanum pontificem. Hæc Strabo. Eodem tempore etiam Antigonus Ariſtobuli filius ad Cæſarem ueniens, queſtus eſt de patris infortunio, quòd ppter ipſum ueneno extinctus eſſet Ariſtobulus, & frater ſuus à Scipione ſecuri percuſſus. rogabatq; ut ſui miſereretur, paterno principatu eiecti. Præterea Hyrcanum accuſabat & Antipatrum, quòd per uim principatũ gentis gererent, nec abſtinerent ab ipſius iniurijs. Antipater uero cauſam ſuam egit diluens obiecta crimina: Antigonumq; ſeditionis & nouarũ

rerũ ſtudioſum eſſe coarguit. cõmemorabat etiam quantũ proximo bello laboraſſet pro Cæſare, ipſum uerborũ ſuorum teſtem adducẽs. Ariſtobulum aũt merito Romam uinctum pertractũ, perpetuũ hoſtem & inimicum pop. Romani. Fratrẽ uero huius conuictũ latrocinij debitas pœnas Scipioni dediſſe, & non per iniuriam oppreſſum. Tum Cæſar oratiõe Antipatri motus, Hyrcanũ pontificem declarauit, Antipatro dynaſtiam quamcunq; ipſe optaret obtulit, & procuratorem inſuper Iudææ declarauit.

Cæſaris literæ & ſenatuſconſulta de Iudæorum amicitia. Cap. XVI

XVII HYrcano uerò etiã patriæ mœnia reſtituere permiſit, roganti hanc gratiam. iacebant enim uſq; ad id tẽpus, ex quo à Pompeio fuerãt diruta. deditq; hac de re in urbem literas ad conſules, ut decretum hoc ſcriberetur in Capitolio: cuius ſenatuſconſulti exemplũ ſic habet: L. Valerius L. F. Pr. retulit ad ſenatum idibus Decembribus in æde Concordiæ. præſente L. Coponio L. F. & C. Papirio Quirino, de his quæ Alexander Iaſonis, Numenius Antiochi, Alexander Dorothei, legati Iudæorũ, uiri optimi & ſocij noſtri petierunt, renouantes ueterem erga populũ Rom. beneuolentiam: qui phialam & clypeum ex auro argumentum ſocietatis attulerunt, æſtimationis aureorum L millium. & literas petierunt ad liberas ciuitates ac reges, ut per regiones eorũ atq; portus ſecure poſſint iter facere. Placuit igitur ſenatui eos in amicitiam & ſocietatem recipere, & omnia quæ petierunt concedere, & allatum clypeum accipere. Hæc acta ſunt Hyrcani pontificatus & principatus anno nono, menſe panemo. Quin & ab Athenienſibus honor habitus eſt Hyrcano, quæſitus beneficijs: miſeruntq; ad eum decretum ſcriptũ in hanc ſententiam. Sub iudice & ſacerdote Dionyſio Aſclepiadis, panemi menſis luna uigeſima, oblatũ eſt ducibus decretũ Athenienſium, Agathocle principe: de quo Eucles Menandri Alimuſius ſcriba retulit Munychionis undecima, concilio iudicũ facto in theatro: ſuffragia collegit Dorotheus ſummus ſacerdos, & aſſeſſores ex populo. Dionyſius Dionyſij dixit: Quoniã Hyrcanus Alexandri põtifex Iudæorũ ac ethnarcha perpetua tam publice q̃ priuatim ciues noſtros beneuolentia proſequitur, nullam bene merendi occaſionem prætermittẽs: & quotquot Athenienſium uel propter legationes, uel propter priuata negotia illuc deueniunt, acceptos comiter, deducendos etiam curat in reditu, idq; multorũ conſtat teſtimonijs: uiſum eſt nunc Theodoſio Theodori referente, & populũ de huius uiri uirtute cõmonefaciente, quàm propẽſus ſit ad benemerendũ de noſtris ciuibus, honorare hunc uirũ uirtutis ergô corona aurea iuxta legem, ponere ei effigiem auream in templo Demi & Charitũ: & præconis uoce promulgari eam coronã in theatro Liberalibus dum nouæ tragœdiæ aguntur, & Panathenæis & Eleuſinijs, & in gymnicis certaminibus. Curæq; eſſe noſtris ducibus, ut dum ille in amicitia noſtra perſeuerat, ut quicqd in honorẽ eius & gratiam pro fauore & meritis excogitauerimus, exſequantur ſedulo: quo perſpicua ſit omnib. populi noſtri erga bonos uiros gratitudo ac beneuolentia, & huiuſmodi honorib. plures ad benemerendũ de nobis inuitentur. Eligi etiam legatos idoneos ex omni Athenienſiũ numero qui ad illum decretũ hoc perferant, hortenturq; ut acceptis his honorib. certet nobiſcũ beneficijs. & hactenus

nus de collatis à populo Rom. & Athenienſi in Hyrcanum honoribus.

Porrò Cæſar ordinatis rebus Syriæ cum claſſe profectus eſt. Antipater autem deducto Cęſare in Syriam reuerſus ante omnia diſiecta per Pompeiũ mœnia reſtituit,& obeundo prouinciam nouarum rerum cupidos compeſcuit,tum minis agens tum conſilijs. Fore enim, ut ſi Hyrcano contenti ſint principe,feliciter degant fruendo ſuis quiſq; poſſeſsionibus. Sin nouas ſibi ſpes polliceantur, & lucra ex rebus turbatis captent, ſe quidem pro præſide habituros dominum, Hyrcanum uero pro rege tyrannum, tum Romanos atq; Cæſarem acerbos hoſtes, p principibus. Hos enim nequaquam laturos mutari aliquid ex his quæ ipſi cõſtituerint.atq; his monitis ille regionem totam compoſuit. XVIII

Antipater ex filijs ſuis Herodi Galilææ,Phaſaelo Hieroſolymorum regimen cõmittit,& quòd Sex.Cæſar Herodem magnũ ac illuſtrem reddidit. Cap.XVII

CAeterùm cum Hyrcanum ſtupidũ ac ſegnem animaduerteret, Phaſaelum è liberis ſuis natu maximum Hieroſolymis & circumuicinę regioni ducem conſtituit,Herodi ſecundo Galilęam curandã commiſit,etiam tum admodum adoleſcenti,nec excedenti annum quintumdecimum.quod tamen illi nihil obfuit, ſed quia fuit generoſo ingenio præditus, confeſtim occaſionem inuenit quomodo poſſet uirtutem ſuam oſtendere. Comprehẽſum enim Ezeciam primarium latronem, & cæterorum ducem, Syriæ fines incurſare ac prædari ſolitum, affecit ſupplicio cum multis latrocinij ſocijs.quod eius factum magnam ei apud Syros conciliauit gratiam, nihil magis cupientes quàm repurgari taudem regionem à prædonibus. Decantabant igitur eum hoc nomine per uicos & oppida, ut autorem pacis & fruendi ſecure poſſeſsionibus.Quin & Sex.Cæſari per hoc factum innotuit, cognato magni Cæſaris & tum adminiſtranti Syriam.quapropter etiam Phaſaelus excitatus eſt ad æmulationem fraternæ gloriæ, nolẽs uirtutis laude haberi inferior: nihilq; magis ſtuduit quàm gratioſus eſſe apud Hieroſolymitanum populum, omnia negotia publica per ſe obeundo, & in eis cum magna gratia uerſando,nec abutendo poteſtate ad cuiuſquam iniuriam. quo factum eſt ut Antipater haud ſecus quàm ſi rex eſſet à tota gente coleretur, & in tali haberetur honore,qualis non dedeceret dominum. nec tamen rebus tam ſecundis more cæterorũ hominũ deprauatus eſt, quo minus Hyrcano fidẽ ſeruaret atq; amicitiam. Cæterũ optimates Iudæorũ uidentes eum cum filijs tantopere creſcere,tam fauore gentis,quàm Hyrcani pecunijs & percipiendis ex Iudæa reditibus,maligne erga eum affecti erant.iam enim amicitiã cõtraxerat cum Romanis imperatoribus,& perſuaſo Hyrcano ut pecuniam eis mitteret,ipſe huius muneris ſibi uſurpauit gratiam. Miſit enim tanquam de proprio,& non quaſi ab Hyrcano acceptam.Hæc Hyrcanus audiẽs adeò nihil curabat,ut gaudere etiam facto uideretur.Sed maxime terrebat Iudęorum primates uiolentum ac audax Herodis ingeniũ & tyrannidis cupidum, adeuntesq; Hyrcanum aperte iam incuſabãt Antipatrum. Quouſq; tandem diſsimulabis quæ geruntur quotidie? an non uides Antipatrũ cum filijs ſuccinctos principatus opibus,tibi uerò pręter inane regni nomẽ nihil fieri reliquũ? Sed caue iſta neſcias,né ue te ſecurũ putes, incolumitatis tuæ atq; re-

gni iuxtà negligẽs. neq; enim procuratores tuos amplius agũt: noli falli hac opinione: sed iam ex professo dominationẽ exercent. nam Herodes Ezeciã cum pleriſq; alijs interfecit, contemptis noſtris legibus, quæ hominẽ quantumuis ſceleſtũ non ſinunt affici ſupplicio, niſi prius damnatum ex ſententia iudicũ. iſte uerò hoc auſus eſt, prius q̃ à te poteſtatẽ hanc acciperet. Tandem Hyrcanus his auditis motus eſt. accenderũt aũt eius iram matres etiam eorũ quos Herodes necauerat. nam hæ per ſingulos dies in tẽplo non deſinebant precibus ſuis tum regem tum populũ obtundere, rogantes ut Herodes corã conſeſſu iudicũ facti ſui rationẽ cogeretur reddere. Permotus igitur his hominem ad iudiciũ & dicendam cauſam euocat. at ille præſtò fuit, præmonitus tamẽ à patre, ut nõ priuati more, ſed cum comitatu ad ſe tuendũ idoneo ueniret. Ergo ordinatis Galilææ rebus, quemadmodũ exiſtimabat ſibi cõducere, mediocrẽ ſed tñ ſufficientẽ ſibi manũ adiunxit in itinere, ne uel Hyrcanum terreret ſi plures adduceret, uel ipſe ſine tutela ſubiret iudicij periculũ. Quin & Sex. Cæſar præſes Syriæ ſcripſit ad Hyrcanũ ut eum abſolueret, minis ſi cõtrà feciſſet additis. Quod quidẽ facile ab illo impetratum eſt, ne qua triſtiore iudicũ ſententia feriretur, quandoquidẽ amabat eum non ſecus atq; filium. Cumq; cõſtitiſſet ante iudiciũ unà cum ſuis, omnes ſunt attoniti, nec quiſquam eorũ qui abſentem accuſauerant, auſus eſt hiſcere: ſed hærebant inopes conſilij. Tum unus quiſpiã Sameas nomine, uir iuſtus, & ob hoc inuictus terroribus, aſſurgens ſic exorſus eſt: Equidem iudices, tuque rex, nec ipſe unq̃ uidi quenq̃ qui ad cauſam apud nos dicendã uocatus ad hũc modũ cõparuerit, nec uos puto poſſe proferre huiuſmodi quempiã: ſed quiſquis hactenus apud hunc cõſeſſum iudicandũ ſe præbuit, humilis uenit & habitu timentis periculũ ac captantis miſericordiã, atratus & promiſſo capillitio. at bonus iſte Herodes cędis reus, & tam graui obnoxius crimini, adſtat hic purpuratus & crine belle cõpoſito, cum armatis ſtipatoribus: ut ſi capitalẽ iuxta leges ſentẽtiam in eum tulerimus, nobis mactatis ipſe euadat illata ui legibus. Verùm iſti non ſuccenſeo q̃ maiorem incolumitatis ſuæ quàm legum rationem habeat, ſed uobis magis & regi qui hanc ei conceſsiſtis licentiã. Scitote tamen potentẽ eſſe deum, & q̃ iſte quem nunc in Hyrcani gratiã legibus eripitis, & uos aliquãdo & regẽ ipſum puniet. Nec uanus fuit uates. nam Herodes regnũ adeptus omnes illos iudices & regem quoq; ſuſtulit, excepto uno Samea. hũc em̃ in honore habuit, ꝓpter iuſtitiã, & quia pòſt obſeſſa urbe ab Herode ac Soſio, admittẽdi Herodẽ autor fuit populo, negans propter peccata eos poſſe dominationẽ illius effugere: ſicut ſuo loco dicetur. Porrò Hyrcanus animaduertẽs iudices propenſiores ad damnandũ Herodẽ, rem in ſequentẽ diem diſtulit, & clàm eum admonuit, ut fuga ſibi cõſuleret. non enim eſſe remediũ aliud. atq; ita ille ſeceſsit Damaſcũ, quaſi regem fugiens: cumq; cõueniſſet Sex. Cæſarẽ, & res ſuas in tuto collocaſſet, palàm præ ſe tulit q̃ nõ eſſet cõpariturus ſi denuo citaret ad iudices. Illi uerò indignabant, & conabantur Hyrcanũ docere, q̃ in ipſius pernicie hęc omnia tenderẽt: q̃ nõ ignorabat quidẽ eos uera monere, ſed nihil expedire poterat p̃ ignauiã & amentiam. Cæterũ cũ Sex. Cæſar accepta pecunia Herodẽ præfeciſſet Cœleſyriæ, uehemẽter timuit ne ille cõtra ſe duceret. nec eũ ſua fefellit opinio. Iratus em̃

quòd

quòd iuſſus ſit cauſam dicere, ueniebat cũ exercitu: ſed patris ac fratris occur ſu & precib. cohibitus eſt quo minus inuaderet Hieroſolyma, placantiũ eum & rogantiũ, ut terruiſſe cõtentus, re ipſa lęderet neminẽ, néue ulterius aduer ſus autorẽ ſuæ dignitatis ꝓcederet. Debere etiã eum nõ tam meminiſſe ꝙ ci tatus ſit, q̃ quòd abſolutus etiã, & gratiã habere ꝙ nihil triſte paſſus abierit in columis. Cogitandũ quoq; q̃ periculoſa ſit belli alea, & ꝙ deus arbitratu ſuo his uel illis annuat uictoriã: atq; eo minus tũ eam eſſe ſperandã, quando nõ ſolũ cõtra regẽ ſuum & altorẽ bellũ moueat, uerũ etiã benemeritũ, ipſe nulla affectus iniuria. nam ſi qd illi nũc obijciat, nõ ipſius eſſe culpã, ſed cõſultorũ nõ bonorũ, q ei opinionẽ crudelitatis cõcilient. Paruit his monitis Herodes, ratus ſufficere ſibi ad futuras ſpes ꝙ potentiã gẽti declarauerit. atq; eo tum in ſtatu res fuerũt Iudaicæ. Cæterũ Cęſar Romã reuerſus expeditionẽ parabat XIX in Africã contra Scipionẽ & Catonẽ. tum Hyrcanus ꝑ legatos eũ rogauit, ut cõfirmaret cœptã ſocietatẽ & amicitiã. Nũc uidet mihi operæpreciũ percen ſere omnes honores gẽti noſtræ à Romanis imperatorib. habitos, & inita cũ eis fœdera, ut uniuerſis notũ ſit, ꝙ tam ab Europæ q̃ ab Aſiæ regib. obſerua ti fuerimus ꝓpter fidẽ ac fortitudinẽ. Quoniã aũt multi nos odio habẽtes nõ credũt de nobis Perſicarũ uel Macedonicarũ rerũ ſcriptoribus, ꝙ ea monu mẽta nõ ita peruulgata ſint, apud noſtrates ſeruata & alios quoſdã barbaros, certe Romanorũ decretis cõtradicere non poterunt. nam hæc & publice de dicata ſunt in urbibus; atq; etiã in Capitolio, et columnis inſculpta ſunt ęreis. Quin & Iul. Cæſar apud Alexandriã atteſtatus eſt Iudæis inſcriptione colum næ æreæ, quòd Alexãdrinę ciuitatis ius habeant. quare his argumẽtis uſurus ſum. apponã etiã ſenatuſcõſulta & decreta Iulij Cæſaris, quæ ad Hyrcanũ & noſtrã gentẽ attinent. C. Iulius Cæſar imp. & pont. max. dictator iterũ, Sido niorũ magiſtratibus, ſenatui & pop. ſalutẽ. Si ualetis bene eſt, ego quidem & exercitus ualemus. Mitto uobis exemplũ tabulæ, quæ ad Hyrcanũ Alexãdri filiũ, Iudæorũ ethnarcham ac pontificẽ attinet, ut in publicis ueſtris monu mentis reponat̃, inſcriptũ græcis & latinis literis in ærea tabula. Eſt aũt hoc. Iulius Cæſar imp. iterũ & pont. max. dẽ cõſilij ſentẽtia decreui. Quoniã Hyr canus Alexãdri filius Iudæus & nunc & præteritis tẽporibus tam pace q̃ bel lo bonã ac fidelẽ operã in noſtris negotijs præſtitit, ſicut ei multi imperato res atteſtati ſunt, & in ꝓximo Alexandrino bello in auxiliũ uenit cum MD mi litibus, & ad Mithridatẽ à me miſſus uirtute ceſsit nemini: has ob cauſas Hyr canũ filiũ Alexandri & eius liberos ethnarchas Iudæorũ eſſe iubeo, & pon tificatum Iudæorũ perpetuo retinere more patrio, eſſeq; ipſum & filios eius noſtros ſocios, et in amicorũ noſtrorũ recipi numerũ. Iura quoq; omnia põ tificialia habere ipſum & filios decerno. & ſi qua controuerſia exorta fuerit de Iudaica diſciplina, iudiciũ penes ipſum eſſe. ad hæc nec hyberna militi de bere, nec pecunias ab eo exigi. C. Cæſaris cõſulis, placita, cõceſſa, decreta, ſic habẽt: ut filij principatũ gentis Iudæorũ, et donata ſibi loca poſsideãt: ut põti fex ipſe ac ethnarcha Iudęorũ iniuriã paſsis adſit: utq; ad Hyrcanũ Alexãdri filiũ Iudæorũ pontificẽ mittant̃ legati acturi dẽ ſocietate & amicitia. dedica riq; æreã tabulã hæc continentẽ in Capitolio, & apud Tyrũ, Sidonẽ, Aſca lonẽ, in tẽplis, inſcriptã Romanis atq; Græcis literis: utq; hoc decretũ apud

omnes omnium urbium quæſtores ac magiſtratus publicetur, quo pro amicis habeantur, & legatis eorum hoſpitia præbeantur, & decreta hæc ad omnia loca mittantur. C. Cæſar, imperator, dictator, conſul, honoris, uirtutis & benignitatis cauſa, conceſsit in cõmodum S.P.Q.Romani, Hyrcanum Alexandri filium eiusq; filios pontifices ac ſacerdotes eſſe Hieroſolymorum tiusq; gentis, iure quo & maiores eorũ hoc ſacerdotium geſſerunt. C. Cæſar quintũ Cos. decreuit habere & munire Hieroſolymorũ urbẽ, & gubernare eam Hyrcanũ filium Alexandri põtificem Iudæorum ac ethnarcham ſecundum ſuam uoluntatem, & ut Iudæis ſecundo locationis anno de reditib. eorum ſubducant, immunesque ſint ab angarijs & uectigalibus. C. Cæſar imp. iterum, ſtatuit ut ſingulis annis tributa pendant Hieroſolymitani pro ſua ciuitate, Ioppe excepta, abſq; anno ſeptimo quem Sabbaticũ nominant, quoniam in eo neq; fructus arborum colligũt neq; ſeminant: utq; in Sidone ſecundo quoq; anno tributũ reddant quartam partem ſatorũ: & ad hæc Hyrcano eiusq; filijs decimas perſoluant, ſicut hactenus eorũ maioribus. Vtq; nullus uel præſes uel dux uel legatus in finibus Iudæorum auxilia colligat: né ue militibus liceat pecunias ab his exigere, uel hybernorum uel quocunque alio nomine: ſed ſint immunes ab omnibus moleſtationibus. Quæcũq; etiã poſtea parauerunt uel emerunt, his omnibus fruantur. Ioppen præterea quã ab initio habuerunt Iudæi dum in populi Rom. amicitiam reciperentur, placere ipſorum eſſe quemadmodum antea. Tributa quoq; eius oppidi habere Hyrcanũ Alexandri filium cum ſuis filijs, tam ab eius agri aratoribus, quàm uectigalium portus nomine, & eorum quæ Sidonẽ exportantur, annua modiorum XXMDCLXXV. excepto anno ſeptimo quem uocant Sabbaticum, in quo neq; arant, neq; de arboribus fructus colligunt. Vicos item quos in Magno campo Hyrcanus & ſui maiores ante eũ poſſederunt, placet ſenatui eundem Hyrcanum & Iudæos etiam nunc habere, iure quo & antea habuerũt. Manere etiam iura quæ ab initio inter Iudæos & eorum pontifices fuerant, & quæcunq; beneficia à S.P.Q.R. conceſſa. Præterea eodem iure licere illis uti & in Lydda. Loca etiam, agros, habitationes, quas pro amicitia reges Syriæ ac Phœnices per donationem populi Rom. poſſederant, placere ſenatui ut Hyrcanus Iudæorũ ethnarcha habeat. eſſeq; ius Hyrcano eiuſq; filijs & legatis ab eo miſsis ludos & gladiatores ſpectandi inter ſenatores ſedentibus. Vtq; quotieſcunq; poſtulauerint à dictatore aut magiſtro equitum in ſenatum introducantur, & reſponſum eis omnibus intra decem dies reddatur, ſi quid à ſenatu decretum fuerit. C. Cæſar imp. IIII. Coſ. V. perpetuus dictator, huiuſmodi uerba fecit de iure Hyrcani Alexandri filij pontificis Iudæorum ac ethnarchæ. Quandoquidem mei anteceſſores imperatores teſtimonium reddiderunt Hyrcano Iudæorũ pontifici Iudæisq; tam in prouincijs quàm apud S.P.Q.R. & hoc nomine S.P.Q.R. ei gratias egit, æquũ eſt nos quoq; horũ meminiſſe, & dare operam ut Hyrcano ac Iudæorum genti filijsq; Hyrcani à S.P.Q.R. pro ſuo erga nos fauore gratiæ referant. C. Iul. Cos. Parianorum magiſtratibus S.P.Q. Sal. Acceſſerunt me in Delo Iudæi & quidã de colonijs Iudæorũ, præſentib. etiã ueſtris legatis, & indicauerũt mihi decretũ, q̃ uetatis eos uti patrijs ſacrificijs & ritib. mihi uero non placet talia decreta ad

uerſus

uerſus amicos noſtros & ſocios fieri,uetariq́; eos uiuere ſuis moribus,& cõ ferre pecunias in epulas ac ſacrificia, quandoquidem nec Romæ hæc facere uetantur.Nam C. Cæſar Cos. in edicto quo interdixit in urbe ſodalitia, hos ſolos neq; pecunias conferre,neq; conuiuia parare uetuit.Ego quoque cum alia ſodalitia interdixerim,hos ſolos ſino iuxta patrios mores ac leges cõuenire. Quapropter æquum eſt etiam uos ſi quod decretũ feciſtis contra amicos noſtros & ſocios,id abrogare propter eorum uirtutem, & erga nos beneuolentiam.Poſt mortem autem Cæſaris M. Antonius, P. Dolobella Coſs. aduocato ſenatu & introductis Hyrcani legatis,retulerunt de eorum poſtulatis,& amicitiam cum eis renouauerunt,& quicquid petierunt ſenatuſconſulto eis decretum eſt.Dolobella etiam acceptis ab Hyrcano literis ſcripſit p uniuerſam Aſiam,& primæ eius prouinciæ ciuitati Epheſiorũ,in hunc modum. Dolobella imperator Epheſiorum magiſtratibus S.P.Q. Sal. Alexander filius Theodori,legatus Hyrcani pontificis ac ethnarchæ Iudæorum mihi retulit de ciuibus ſuis quòd militare non poſsint, eo quòd neq; arma geſtare neq; iter facere eis fas ſit diebus ſabbatis,neq; uictum more patrio poſſent ſibi quærere. Quamobrem ego quoq; quemadmodum alij ante me imperatores immunes eos uolo à militia,permittoq́; ut patrijs utãtur moribus, conuenientes ſacrorum cauſa ſicut leges eorum poſtulant,& conferentes in offerẽda templo ſacrificia. uoloq́; ut hæc ipſa ſcribatis per urbes prouinciæ ſingulas.Atq; ita Dolobella Hyrcano per literas rogãti gratificatus eſt.L.autem Lentulus Cos.pro ſententia dixit:Iudæos ciues Romanos templa Iudaica habentes & facientes, Epheſi pro tribunali religionis ergô eſſe immunes à militia pronunciaui duodecimo calendas Octobreis.Multa itaq; exſtant & alia huiuſmodi ſenatuſconſulta & imperatorum decreta ad Hyrcanũ & gentem noſtram aliasq́; urbes,& reſcripta de iure noſtro ad prouinciarum præſides, de quibus propter hæc quæ hoc loco inſeruimus credere facile eſt his qui noſtra ſcripta candide lecturi ſunt. Quando enim tam manifeſta argumenta exhibuimus noſtræ cum populo Romano amicitiæ, oſtenſis æreis columnis & tabulis in Capitolio nunc uſque durantibus, duraturisq́; in poſterum,omnia hic apponere ſuperuacaneum ac moleſtum duximus,exiſtimantes neminem fore tam difficilem, ut de re tot decretis comprobata dubitet, ac non potius ex his etiam de cæteris coniecturam faciat nos uera dicere. Satis ergo iam declarata ſit quæ per ea tempora nobis cum populo Romano interceſsit amicitia & ſocietas. Incidit autem eiſdem temporibus tumultus in Syria ex cauſa huiuſmodi.Cecilius Baſſus unus è Pompeianis per inſidias interfecto Sexto Cæſare ipſe occupauit prouinciam cum legionibus.Quo facto magnum bellum exortum eſt circa Apamiam, Cæſarianis ducibus contra eum uenientibus cum equeſtribus ac pedeſtribus copijs: ad quos & Antipater miſit auxilia cum filijs, memor beneficiorum acceptorum à Cæſare, ideoque repetendas pœnas ab eius interfectore iuſtum exiſtimans. Id bellum dum trahitur,Marcus uenit Sexti ſucceſſor, & interim Cæſar ab his qui cum Caſsio & Bruto coniurauerant in ſenatu occiditur, exactis in principatu ſuo tribus annis cum dimidio, ſicut & ab alijs ſcriptoribus memoriæ proditum eſt.

Caſsius

Caſsius afflictis Iudæis inſuper octingenta talenta ab eis exigit. Cap. XVIII

xx BEllo deinde ciuili poſt cædem Cæſaris exorto, cõſularibus alijs aliò diſcurrentibus ad parandos exercitus, Caſsius in Syriam uenit, occupaturus eum qui circa Apamiam erat exercitũ: ſolutaq; obſidione tam Marcum q̃ Baſſum in ſuas partes pertraxit: obeundoq; ciuitates cõparabat arma & milites, tributa etiam exigendo grauia. ſed maxime Iudæam afflixit, plus quàm ſeptingentis argenti talentis imperatis. Tum Antipater res ubiq; turbatas uidens partem eius pecuniæ duobus filijs exigendã cõmittit, partẽ Malicho ſibi parũ amico, partem quibuſdam alijs: & primus Herodes ex Galilæa quantũ imperatũ erat afferens, maximã apud Caſsium gratiam inijt. prudens enim illi uidebatur conſiliũ, iam tum Romanorum alieno ſumptu captare beneuolentiam. Sub alijs autem procuratoribus ipſę ciuitates uenũ dabantur unà cum ſuis habitatoribus: quarũ quatuor erant præcipuæ, Gophna, Emaus, Lydda, Thamna. nam earum plebes Caſsius haſtæ ſubiecit. adeò aũt exacerbatus erat, ut etiam Malichũ interfecturus fuerit, niſi Hyrcanus per Antipatrũ centum talentis de ſuo miſsis, furorem eius leniſſet. At ille poſt Caſsij diſceſſum maxime inſidiatus eſt Antipatro, p huius mortẽ Hyrcani dominationi ſecuritatẽ ſe paraturũ exiſtimans. nec tamen latuerunt Antipatrũ eius conſilia. nam cum hoc ſenſiſſet, ultra Iordanẽ profectus copias colligebat tum ex indigenis, tum ex Arabibus. Verũ Malichus uir callidus inficiabat inſidias, deierans apud Antipatrũ & filios, q̃ Phaſaelo Hieroſolymorũ præſidiũ tenente, Herode uero habente armorũ cuſtodiam, ne in mentẽ quidẽ ſibi unquã tale aliq̃d uenerit. & uidens nõ ſuccedere quod ꝓpoſuerat, recõciliatus eſt Antipatro, Marco Syriæ præſidẽte. qui poſtq̃ intellexit res nouas in Iudæa molitũ Malichũ, minimũ abfuit, quin eũ interficeret, quem tamen Antipatri precibus donauit incolumem.

Malichus per inſidias Antipatrum ueneno tollit. Cap. XIX

SEd Antipater imprudẽs ſeruauit Malichũ ut ſe perderet. nam Caſsius & Marcus coacto exercitu Herodem totius Cœleſyriæ ducem fecerunt, attributis ei naualibus, equeſtribus, & pedeſtribus copijs, regnũ etiam polliciti poſt finitum bellum quod tum gerebant contra Antonium & iuniorẽ Cæſarem. Malichus uero tum maxime timens Antipatrum, decreuit è medio tollere. corruptoq; pincerna Hyrcani, apud quem ambo epulabantur, ueneno necauit hominẽ, & aſſumpta armatorũ manu ſuſcepit ciuitatis gubernacula. Cæterũ poſtquã Herodi ac Phaſaelo innotuerunt ſtructæ in parentẽ inſidiæ, indignantibus illis Malichus ſtrenue pernegauit omnia. atq; hic fuit finis Antipatri, uiri iuſti ac pij, & patriæ amãtiſsimi. Ex filijs aũt alter Herodes confeſtim uolebat patris mortẽ ulciſci, & cum exercitu aggredi Malichũ: ſed Phaſaelo grandiori magis placuit dolo circumuenire hominem, ne uideretur ciuile bellũ incipere. itaq; accepta Malichi ſatisfactione ſimulauit ſe credere, non eſſe illũ paternæ necis conſciũ: ſeq; uertit ad excolendum monumentũ quod patri ſtruxerat. Interim Herodes ueniens Samariam, eamq; nimis afflictam offendens, refouere eam cœpit, & iura reddẽdo controuerſias ciuium dirimere. non multo autem pòſt inſtante Hieroſolymis feſto, & ipſe uenit in urbem cum militibus: quem Malichus metuẽs Hyr

cano

cano ſuaſit ne eũ intrare permitteret:id quod Hyrcanus fecit,prætexens nefas eſſe ſanctis populi ceremonijs profanã turbã ſuperinducere. at Herodes contempta obnunciatione noctu urbẽ ingreſſus eſt, & Malichũ uehemẽter perterruit. at ille ſolitarũ artiũ non immemor palàm lacrymabundus cõque rebatur de Antipatri tanquã amici interitu, clàm uerò parabat ſibi ſatellitiũ. quare uiſum eſt Herodis amicis ſimulationẽ hanc non coarguere, ſed ad uicandam ſuſpicionẽ uiciſsim comiter tractare Malichum.

Herodes iuſſu Caſsij Malichum dolo interficit. Cap. XX

ATtamẽ Caſsio de patris obitu ſignificauit ꝑ literas:et ille q̃ nõ ignorabat mores Malichi,reſcripſit ut ulciſceret parẽtis iniuriam: clàm etiã mandauit Tribunis apud Tyrũ agẽtibus, ut adeſſent Herodis iuſtis conatibus.Cumq; capta à Caſsio Laodicia, ſimul ad eũ iter faceret afferẽtes coronas & pecuniã,Herodes expectabat daturũ eſſe illic pœnas Malichũ:at ille circa Tyrũ Phœnices ſuſpiciõe concepta, maiora moliri cogitauit:& qa filius eius obſes in ea urbe ſeruabat̃,decreuit eam ingredi, & furtim illũ in Iudęã abducere:& occupato cõtra Antoniũ Caſsio,gẽte ad defectionẽ concitata,ſibijpſi principatũ eius acquirere.Sed cõſilijs eius fortuna aſpirare noluit, & Herodes homo callidus intellecto eius ꝓpoſito, præmiſſo famulo quaſi ad parandã cœnã,qa comites omnes inuitauerat,re autẽ uera ad tribunos,iuſsit eos Malicho cũ pugionib.occurrere.illi uero egreſsi, & nacti eum prope urbem in littore,confoderunt hominẽ. quo facto Hyrcanus adeò eſt attonitus ut obmutuerit. tandẽ ægre ad ſe reuerſus percontabatur Herodẽ qd hoc rei eſſet,et qs interfeciſſet Malichũ.& audito factũ eſſe iuſſu Caſsij,laudauit facinus.malũ enim uirũ fuiſſe,et inſidiatorẽ patriæ. atq; ita Malichus ꝓ oppreſſo Antipatro pœnã perſoluit debitã.Porrò Caſsio ꝓfecto è Syria,apud Iudæã tumultus exorit̃.Felix enim relictus cum militib.Hieroſolymis,in Phaſaelũ fecit impetũ,& populus arma corripuit.Herodes uero ad Fabiũ profectus eſt Damaſci præſidẽ,& uolens fratri ſuccurrere, morbo præpeditus eſt: donec Phaſaelus per ſe ſuperato Felice, in turrim primũ cõpulſum, incolumitatẽ deinde pactũ abire paſſus eſt. quamobrẽ mox cum Hyrcano expoſtulauit grauiter, ꝙ poſt accepta à ſe multa beneficia, inimicis ſuis fauorẽ impẽderet.nã frater Malichi tunc nõ pauca caſtella occupauerat, et inter cętera Maſadã lõge munitiſsimũ. Vt igit̃ cõualuit Herodes cõtra hũc profectus,receptis omnibus caſtellis pactum incolumitatem dimiſit.

Antigonum Ariſtobuli filium auxilio Tyriorũ tyranni paternum regnum repetentem Herodes profligatum è Iudæa pellit. Cap. XXI

ARiſtobuli aũt filium Antigonũ,qui cõciliato ſibi pecunijs Fabio exercitũ cõparauerat,Ptolemæus Mennæus adoptat propter affinitatẽ.hunc etiã Marion adiuuabat,apud Tyrios ope Caſsij tyrannidẽ adeptus,per Syriã quoq; tyrannidẽ exercẽs,diſpoſitis in ea præſidijs,atq; etiã in Galilæa cõtermina occupatis tribus arcibus.Sed has omnes Herodes illò profectus recepit, & præſidiarios Tyrios clemẽter dimiſit,donatis ex his nõnullis propter beneuolentiã qua ciuitatem eorũ proſequebatur.His peractis occurrit Antigono,eumq; prælio ſuperat,& uix extremos Iudææ fines ingreſſum inde profligat. Quamobrem reuertentem Hiero-

Hieroſolyma coronis tam Hyrcanus honorauit q̃ populus. Iam enim gener per ſponſionem aſcitus erat in Hyrcani familiam, quo libentius eius tutelam ſuſcepit, ducturus Alexandri Ariſtobulo geniti filiam, Hyrcani uero ex filia neptem, ex qua poſtea pater factus eſt filiorum trium, & duarum filiarum. Duxerat autẽ etiam antè uxorẽ è ſuis popularibus Dorẽ nomine, ex qua ſuſcepit Antipatrum filiorum natu maximum.

Herodes in Bithynia occurrens Antonio pecunijs eum ſibi conciliat, quo factum eſt ut ille accuſatores eius non admiſerit. Cap. XXII

CAeterũ Caſsio apud Philippos ab Antonio & Cæſare deuicto, Cæſar inde in Gallias, Antonius in Aſiam proficiſcitur. qui ubi peruenit in Bithyniam, omniũ gentium legationes habuit obuiam. Aderant & Iudæorum primates, Phaſaelum & Herodem accuſaturi: quaſi in ſpeciem ſolum regnaret Hyrcanus, re autem uera tota poteſtas eſſet penes hos fratres. Herodem uero Antonius in magno honore habuit, qui ad obiecta diluenda uenerat, quo factum eſt ut ne ad colloquium quidem aduerſarios eius admiſerit. id enim data pecunia Herodes impetrauerat. Progreſſo autẽ Epheſum præſtò fuit legatio miſſa Hyrcani pontificis & gentis noſtræ publi cõ nomine, afferens coronã auream, & rogans ut quos Iudæos Caſsius prẽter ius belli captiuos abduxerat, ſcriptis p̃ prouincias literis in libertatẽ uindi caret: & agros per Caſsium ademptos genti reſtitueret. Quorũ poſtulata Antonius æqua exiſtimans, cõfeſtim ſcripſit Hyrcano & Iudæis, ſimulq; ad Tyrios miſit decretũ hanc ſententiam continens. M. Antonius imp. Hyrcano pontifici ac ethnarchæ Iudæorũ ſalutem. Si ualetis bene eſt, ego & exercitus ualemus. Lyſimachus Pauſaniæ, Ioſephus Mennæi, Alexander Theodori, legati apud Epheſum me conuenientes, eandem quam prius Romæ legationem mihi expoſuerunt, & noua hac tuo ac gentis nomine diligenter perfuncti ſunt, declarantes quanta nos proſequaris beneuolẽtia. quare cognitã nõ tam ex uerbis q̃ ex operibus ueſtram amicitiã, & mores cõpoſitos ac pios, nõ cõplecti non poſſum. Ergo quoniam totam Aſiam aduerſarij noſtri ac pop. Rom. incurſauerunt, nec ſacratis locis nec ciuitatib. parcentes, neq; iuſiurandum præſtitũ ſeruantes: non tam priuatum noſtrum negotiũ agentes, quàm ſuſcepta defenſione reipub. in diuini ſimul ac humani iuris uiolatores uindicauimus. Eorum enim facinus ſol ipſe auerſatus uidetur, & inuitis oculis ſpectaſſe perpetratũ ſcelus in Cæſarem. Sed poſtquam impios eorum conatus excepit Macedonia, renouantes in eis locis priſcam gigantum audaciam, & agitatam furoribus maleficentiam quam circa Philippos exercuerunt, occupatis opportunis locis & uſq; ad mare montiũ uallo permunitis, ut per unicam ceu portam pateret aditus, dijs ipſis eorum iniuſta molimina damnantibus uicimus. & Brutus cõpulſus intra mœnia Philippenſium, obſeſſuſque à nobis, addidit ſe Caſsio ſocium exitij. qui poſtquam meritas pœnas dederũt, pace nos in poſterũ fruituros ſperamus, & Aſiam conquieturam à bellorum tumultibus. Iam em̃ noſtra opera uniuerſum Aſiæ corpus uelut è graui morbo colligere ſe incipit. Cum igitur etiam de te cum tua gente augẽdo ornandoq; cogitem, curæ mihi erit quicquid in rem ueſtram fuerit. edictum etiam oppidatim propoſui, ut quotquot uel liberi uel ſerui ſub haſta à C. Caſsio

Caſsianis ue

Caſsianis úe uenundati ſunt, libere dimittantur. Voloq; ut quæ mea & Dolobellę benignitate uobis conceſſa ſunt, ea perpetuo rata ſint. Tyrios quoq; iubeo ut iniuriam à uobis abſtineant, & quicquid de Iudæorum finib. occupant, id totum reſtituant. Coronam autem quam miſiſti accepimus. M. Antonius imp. Tyriorũ magiſtratibus S.P.Q.Sal. Renũciatũ eſt mihi Epheſi ab Hyrcani pontificis ac ethnarchæ legatis, agros ipſorum ditionis uos occupaſſe, idq; factũ quo tempore noſtri aduerſarij tenuerunt eam prouinciam. Quoniam igitur pro imperio bello ſuſcepto, iuſtitiæ pietatiq; proſpicientes uindicauimus in ingratos ac perfidos, uolo etiam uobis pacem eſſe cum noſtris ſocijs: & quicquid ab aduerſarijs noſtris accepiſtis, habere uos non permittimus, ſed iubemus uos prioribus dominis reddere. nemo em̃ eorũ neq; prouinciam à ſenatu accepit, neq; exercitũ, ſed quæ per uim corripuerunt, largiti ſunt miniſtris ſuæ uiolentiæ. quando igit̃ illi meritas pœnas dederũt, æquũ cenſemus ut ſocij noſtri ea quæ antè habuerunt, nemine uetante, retineant: uosq; ſi quos Hyrcani Iudæorũ ethnarchæ agros, poſtquam C. Caſſius bellum illicitũ in noſtra prouincia mouit, occupaſtis, eos reddatis: né ue ullã uim interponatis quo minus ad priſtinos dominos redeant. quòd ſi aliquid iuris in eos prętenditis, q̃ primum ad ea loca uenero integrum uobis erit ius ueſtrum repetere, id quod etiam ſocijs noſtris peræque integrum ſeruabimus. M. Antonius imp. Tyriorũ magiſtratibus S.P.Q.Sal. Edictũ meũ ad uos miſi, quod uolo curetis referri in publicas tabulas literis græcis & latinis: & in loco aliquo conſpicuo proponi, ut legi poſsit ab omnibus. M. Antonius imp. ac triumuir dixit: Quoniam C. Caſsius hoc perturbato rerũ ſtatu alienam prouinciam & militem præſidiarium inuaſit, & ſociorũ noſtrorum facultates diripuit, & uaſtauit Iudæorum gentem amicam pop. Rom. inſolentia eius armis noſtris perdomita, iudicijs atq; edictis quæ ille perpetrauit corrigimus, ut ablata reſtituãtur noſtris ſocijs: & ſiue corpora Iudæorum ſiue bona diuendita ſint, illa in libertatem, hæc ad priſtinos reuertantur dominos. Qui uero cõtra edictum hoc noſtrum fecerit, pœnas daturus eſt: & qui inobedientię conuicti fuerint, in eos pro rei dignitate animaduertere curabimus. Eodem ferè exemplo Sidonijs, Antiochenſibus & Aradijs ſcripſit: uiſumq; eſt hoc loco etiam hæc inſerere, argumento futura quãta prouidentia nos dignatus ſit Romanus populus.

Antonius in Syriam prouinciam ueniens Herodem cum Phaſaelo tetrarchas conſtituit. Cap. XXIII

POſt hæc autẽ in Syriam aduentante Antonio, Cleopatra in Cilicia facta illi obuiam, amoribus ſuis eum implicuit: quo tempore rurſum centum è Iudæorum gente potentiſsimi uenerunt ad eũ ut accuſarent Herodem unà cum ſuis, electo ad hoc eloquentiſſimo quoq; è ſuo numero. Iuuenum autem cauſam defendendam Meſſala ſuſcepit, aſsiſtẽte ſibi etiam Hyrcano, qui iam ſocer factus fuerat. Antonius uero audita utraque parte apud Daphnen, ſciſcitatus eſt ex Hyrcano, utra pars melius adminiſtraret rempublicam. Qui cum reſpondiſſet Herodem in hoc præſtantiorẽ eſſe, Antonius qui iam antè familiariter diligebat iuuenes propter paternum hoſpitiũ, quo tempore cum Gabinio agens patris eorũ con- XXI

traxerat amicitiam, hos ambos tetrarchas conſtituit, & Iudæorum eis cõmittit gubernacula. Literas quoq; in hoc ſcripſit, & ex eorũ aduerſarijs XV cõiecit in uincula, occiſurus etiam niſi interceſsiſſet Herodis deprecatio: quamuis ne ſic quidem ceſſauerunt à legatione reuerſi. Sed rurſum mille uenerũt Tyrum, Antoniũ ibi præſtolaturi, qui magna pecunia iam corruptus à fratribus, imperauit eius loci magiſtratui, ut in Iudæorũ legatos nouatores rerum animaduerteret, & Herodi adiutor eſſet ad principatum parandum. Herodes uero ante urbem diuerſantes in littore accedens, hortatus eſt eos ut ſe ſubducerent: nam & Hyrcanus cum eis aderat: admonens quantũ inſtaret periculũ ſi contendere pergerent: quod illi cõtempſerunt. moxq; erumpentes in eos Iudæi cum indigenis, partim trucidauerunt eos, partim ſauciauerunt: reliqui uerò domũ refugientes poſthac quieuerunt. Populo uerò clamoribus agente cõtra Herodem, cõmotus ad iram Antonius iuſsit quos uinxerat interfici. Altero deinde anno Syriam occupauerũt Pacorus regis filius & Barzapharnes Parthorũ ſatrapa: quo tẽpore Ptolemæus Mennæi defunctus eſt. cuius in principatu ſucceſſor filius Lyſanias amicus factus eſt Antigono Ariſtobuli filio, conciliante ſatrapa qui multum apud eum poterat.

Parthi Antigonum Ariſtobuli filium in regnum reducunt. Cap. XXIIII

XXII ANtigonus deinde mille talenta & quingentas mulieres daturum ſe Parthis eſt pollicitus, ſi ab Hyrcano in illum regnũ transferrent, & Herodem unà cum ſuis interficerent. quæ tamẽ non dedit, ſed Parthi nihilominus aſſerturi regnum Antigono, duxerunt uerſus Iudęam exercitum, Pacorus per maritima, ſatrapa per mediterranea. Pacorũ excluſerunt Tyrij, ſed Sidonij ac Ptolemaidenſes intromiſerunt. Ille alam equitum in Iudæam ſpeculatum præmiſit, iuſſam etiam adiutare Antigonum. eos ducebat pincerna regius, & ipſe Pacorus nomine. Adiungentibus autem ſe Antigono Iudæis Carmelum montem incolentibus, & paratis cum eo in hoſticũ inuadere, ille ſpem concepit poſſe ſe horum opera partem quandam regionis in poteſtatem redigere, quæ Drymœ uocabatur: & quibuſdã eis occurrentibus peruaſerunt uſq; Hieroſolyma. Vbi adiungentibus ſe alijs iam multum aucti numero, aggreſsi ſunt oppugnare regiam. moxq; ferentibus opem his qui fratrum partes ſequebantur, & pugna in foro conſerta, repulerunt hoſtem iuuenes: eoq; in templum cõpulſo, miſerunt armatos quoſdam in propinquas ædes ut eis eſſent præſidio. in quos coortus populus, deſtitutos auxilio cum ipſis concremauit ædibus. quam iniuriam paulo poſt Herodes ultus eſt, aduerſarios adortus prælio, & multis interfectis ex illorum numero. Cumq; quotidianæ uelitationes inter eos fierent, hoſtes exſpectabant conuenturas è tota regione turbas ad pentecoſten, quam uocant, feſtiuitatem. Quæ dies poſtquam illuxit, multa hominum millia circa templum congregata ſunt, tam armatorum quàm inermium: qui & templum & urbem occupauerunt, excepta regia. hanc enim Herodes ſeruabat cum paucis militibus. eius murum Phaſaelus cuſtodiebat: Herodes uerò cum ſuorum cohortibus erupit in hoſtem agentem in ſuburbio: & egregia pugna edita coegit multa millia terga uertere, fugientia partim in urbem, partim in templum, partim etiam intra uallum quoddam in propinquo poſitum. in ea pugna & Phaſaelus

ſaelus adiuuit nõnihil. Pacorus autem Parthorum dux cum paucis equitibus rogante Antigono in urbem ingreſſus eſt, prętextu quidem quaſi ſeditionis compeſcendæ gratia, ſed reuera principatũ illi aſtruere cupiens: quin poſtq̃ à Phaſaelo occurrente exceptus eſt hoſpitio, ſuaſit ei ut legatus iret ad Barzapharnem, inſidias hoc pacto inſtruens. ille nihil ſuſpicatus paruit, non probante hoc factũ Herode propter Barbarorum perfidiam, hortanteq́; ut potius Pacorum & alios ad ſe uenientes opprimeret. Itaq; profecti ſunt in eam legationẽ Hyrcanus atq; Phaſaelus: & Pacorus relictis apud Herodẽ ducentis equitibus, ac decem liberis quos uocant, legatos deduxit. Vt uero in Galilæam uentũ eſt, armati eis occurrunt q illis oppidis præerant: & Barzapharnes primum alacriter eos excipit donatq́; muneribus: deinde ſtruere inſidias incipit. Phaſaelus uerò cum ſuo comitatu deductus eſt in propinquum iuxta mare diuerſoriũ. Vbi audito q Antigonus mille talenta & quingentas mulieres Parthis eſſet pollicitus, ſuſpectos iam habuerunt barbaros. quidã etiam nunciauit, noctu illis parari inſidias, & clàm adhiberi cuſtodiam. Et certè cepiſſent eos, niſi expectaſſent donec relicti Hieroſolymis Parthi Herodem caperent, ne his ſublatis ille præſentiens effugeret. id quod uerũ eſſe mox apparuit, conſpectis cuſtodibus. quare non defuerunt qui hortarentur Phaſaelũ, ut nihil amplius exſpectans cõſcenſo equo ſe inde proriperet, pręcipue Ofilius, qui id ſecretũ cognouerat è Saramalla Syrorum tũc ditiſsimo, & naues ad fugam offerebat. nam non longe mare aberat. at ille Hyrcanũ & fratrem Herodem nolebat in periculo relinquere: ſed accedens Barzapharnem negabat eum recte facere, qui agitaret eiuſmodi cõſilia. Si enim pecunijs opus habeat, plures accepturum à ſe q̃ ab Antigono: & alioquin turpe eſſe legatos ſuam fidẽ ſecutos inſontes interficere. At barbarus hæc audiẽs deierabat nõ eſſe uera, & inanibus eum turbari ſuſpicionibus: moxq́; ad Pacorũ abijt.

Parthi Hyrcanum & Phaſaelum captiuos abducunt. Cap. XXV

QVo profecto ſtatim Parthorum quidam iniecerunt uincula Hyrcano & Phaſaelo, multum deteſtanti eorum periurium. ad Herodem autem miſſus eunuchus mandatum habebat, ut productum extra muros comprehenderet. Phaſaelus uerò miſerat nuncios, qui indicarẽt Parthorum perfidiam: quos quoniam hoſtes interceperãt, Herodes re cognita Pacorum adijt & Parthorum potentiſsimos, quaſi aliorum dominos. qui cũ ſcirẽt omnia, doloſe diſsimulabant: aiebantq́; oportere eum cum ipſis progreſſum extra regiam occurrere literarum latoribus: nondum enim eos eſſe comprehenſos ab aduerſarijs, ſed aduentare ſignificaturos quàm benè Phaſaelo ſucceſſerit. id Herodes non credidit, ut qui ex alijs de fratre capto audierat. quam eius ſuſpicionem augebat Hyrcani filia, cuius filia ipſi deſpõſa erat: huius monitis, licet alijs contemnentibus libenter parebat, utpote mulieris cordatiſsimæ. Interim dum Parthi quid faciendum ſit cõſultant, quòd non placeret aperte tantum uirum aggredi, & rem in ſequentem diem differunt, Herodes animaduerſa eorum trepidatione, & magis etiam permotus nuncio de intercepto à Parthis fratre, utcunq; negarent alij, appetente ueſpera decreuit ad fugam uti hac opportunitate temporis, neq; diutius inter hoſtes cunctari in rebus tam dubijs. Aſſumpto igitur armatorum quos circa ſe

habebat ſubſidio, & impoſitis in iumẽta mulieribus, matre & ſorore, & ſpõ ſa ſua Alexandri filia nepte Ariſtobuli, matreq; ſpõſæ Hyrcani filia, & fratre natu minimo, famulitioq; ac reliqua turba comitũ, pperabat uerſus Idumæã inſcijs hoſtibus: ex quib. nemo erat tam ferreus, qui nõ tali rerũ facie cõmotus fuiſſet ad miſericordiã, fœminis infantulos ſuos trahentibus, & cũ lacrymis ac eiulatu relinquentib. patriã, & uinctos amicos, nec de ſe meliora ſperantibus. Verũ Herodes obdurato cõtra ſæuientẽ fortunam pectore, & ipſe præſenti erat animo, & comites inter eundũ ſingillatim accedens hortabatur ne mœrori ſuccũberent. hunc enim fugæ officere, in qua ſola ſalutis ſpes ſit repoſita. quib. uerbis accenſi conabant calamitati reſiſtere. interim minimum abfuit quin ipſe ſibi manus inferret, euerſo uehiculo & matre adducta in mortis periculũ: adeò & caſus hic eum terruit, & metus ne inter has moras ſuperueniret hoſtis inſequens. iamq; gladiũ ſtrinxerat uolẽs ſe percutere, cùm interuentu proximorũ eſt phibitus, obteſtantiũ ne ſuos inimicorũ iniurijs relinqueret. neq; eñ eſſe uiri fortis, ſe uno in libertatẽ aſſerto amicos contemnere. partim igit ui, partim pudore coactus deſiſtere ab incepto facinore, refota matre, & pro tẽpore adhibitis remedijs, pergebat inſtitutũ curſum petens caſtellũ Maſſadam q̃ maximis cõpendijs. in quo itinere nõ ſemel impugnatus à Parthis perſecutoribus, ſemper victor diſceſsit. Imò ne Iudæi quidẽ eo fugiẽte quieuerũt, ſed ſexageſimo ab urbe ſtadio illũ aggreſsi in pugnam pertraxerũt. quibus victis & pfligatis, quaſi nõ ex neceſsitate, ſed multo ante præparatus cõſtixiſſet, in eo loco ubi Iudæos uicit, poſtq̃ regno potitus eſt regiam condidit cum primis memorabilẽ, adiũcto etiã oppido, quod Herodiũ uocari uoluit. Poſtea uerò q̃ ad Reſſam uicũ Idumææ peruenit, occurrit ei frater Ioſephus: ubi conſultatum eſt inter eos quid facto opus eſſet, cum tantam turbam ſecũ traherent, etiam abſq; milite conductitio: Maſſada uerò, ad quod caſtellũ decretũ erat confugere, tantam multitudinem nõ caperet. Maiorẽ igitur partẽ dimiſit, numero ſupra nouẽ millia, iuſsis alijs aliàs per Idumæam ſalutem ſibi quærere, additoq; uiatico: expeditioribus autem quibuſque, & ſuis intimis neceſsitudinibus aſſumptis in caſtellum ingreſſus eſt: depoſitisq; ibi cum ſuo comitatu mulieribus, quorũ omnium numerus ad octingentos pertingebat, quòd ibi & frumentum & aqua & reliqua omnia neceſſaria ſuppeterent, ipſe properauit ad Petram Arabiæ. Cæterùm ubi dies illuxit, reliqua quidem omnia Hieroſolymitanorũ bona direpta ſunt per Parthos unà cum ipſa regia, ſola Hyrcani pecunia, circiter trecenta talẽta, intacta remãſit. Herodis etiam facultatũ magna pars euaſit, præſertim quas ille mature prouidens in Idumæam deportandas curauerat. Nec cõtenti Parthi urbis direptione, egreſsi agrum quoque late populati ſunt, & Mariſam urbẽ opulentam euerterunt. atq; ita Antigonus in Iudæam à rege Parthorum reductus, Hyrcanum & Phaſaelum uinctos accepit. Vehementer autem triſtatus eſt, quòd mulieres effugiſſent, quas Parthis tradere conſtituerat, & unà cum pecunia daturum ſe promiſerat. Veritus deinde, ne populi fauore Hyrcanus in regnum reſtitueretur, qui à Parthis aſſeruabatur, amputauit ei auriculas, hoc agens, ne ille propter hoc uitium ad recipiendum pontificatum eſſet idoneus, quando lex hunc honorem non concedit, niſi ei qui integro

tegro ſit corpore. Sed maxime miranda eſt Phaſaeli generoſitas, qui ubi neci ſe deſtinatũ cognouit, non tam mortem indigne ferens, quàm miſerabile ac turpe ducẽs inimici arbitratu cadere, cum manus ſibi inferre nõ poſſet propter uincula, alliſo ad ſaxũ capite uitam abrupit, quod illi tum in tali neceſſitate conſtituto, uiſum eſt honeſtiſsimũ, adempta inimico poteſtate ſæuiendi in ſe pro libidine. Fertur autẽ ꝙ ſauciato uehementer capite, Antigonus ſubmiſsis medicis, pro remedio uenenũ in uulnus indiderit. ante tamen q̃ exhalaret animam, audito ex quadam muliercula ꝙ Herodes frater hoſtem euaſiſſet, ualde tranquillo animo mortẽ tulit, ultorẽ ſuæ necis poſt ſe relinquẽs, qui poſſet ab inimicis pœnas exigere. At Herodes non fractus malorũ ſe circumſtantium magnitudine, expediebat conſiliũ ad moliendas res arduas. ad Arabum enim regem Malchum, multis ſuis beneficijs iam antè obligatum proficiſcitur, cùm maximè opus haberet mutuam operam poſtulaturus, & accepturus pecuniam uel munere uel fœnore ab homine ſibi obnoxio. non dum enim certior factus de fratris interitu, dabat operã ut eum quàm primũ ab hoſte redimeret, uel trecenta talenta paratus expẽdere. qua de cauſa etiam Phaſaeli filiũ ſeptennem ſecum ducebat, oppigneraturus eum apud Arabes. Sed cum occurriſſent ei miſsi à Malcho qui denunciarent ut finibus eius regni excederet, ſic Parthis iubentibus (prætexebat autẽ hoc ſuaſu optimatum ſuorum ne debitam pecuniam redderet, utq́; ille fraudaretur rebus quas Antipater penes eos depoſuerat) reſpondit ſe nõ ueniſſe ut moleſtus eſſet cuiq̃, ſed ut colloqueretur cum rege de rebus neceſſarijs. deinde cum conſultius uideretur diſcedere, ualde moleſte abijt Aegyptum uerſus iter ingreſſus. & tunc quidem in quoddam templũ diuertit, ubi multos ex comitatu reliquerat. Sequẽti uerò die cum ueniſſet Rhinocura, ibi cognouit de fratris obitu. Malchus aũt pœnitentia motus, & curſim inſecutus Herodem, nihil profecit. iam enim ille procul aberat uerſus Peluſium properans. quò poſtq̃ peruenit, nõn recipientibus eum nautis qui nauigaturi erant Alexandriam, magiſtratus eius loci conuenit. à quibus ob priſtinæ fortunæ reuerentiam honorifice in eam urbem deductus, à Cleopatra detinebatur. quæ tamẽ efficere nõ potuit ne Romã properaret, licet hiberno tẽpore, & parũ tranquillis, ut nunciabatur, rebus Italiæ. Soluens igitur inde uerſus Pamphyliam, & cum graui tempeſtate conflictatus, ægre in Rhodum euaſit, iactura etiam ſarcinarũ facta. Vbi duo ex amicorũ cohorte ei præſtò fuerunt, Sappinas & Ptolemæus. Et cum inueniſſet eam ciuitatẽ grauiter afflictam bello quod contra Caſsium geſtũ eſt, ne præſenti quidẽ inopia cohiberi potuit, quo minus uel ſupra uires eam refoueret: inſtructaq́; triremi & cum amicis cõſcenſa, in Italiã Brundiſium appulit. Inde Romam profectus, ante omnes Antonio denarrauit ea quæ ſibi in Iudæa contigerant: & ꝙ frater Phaſaelus à Parthis captus occiſus ſit, & Hyrcanus apud eoſdẽ captiuus detineatur. quodq́; Antigonũ regem cõſtituiſſent, pollicitũ eis mille talẽta, & quingentas mulieres, quas ex ipſius familia ſeligere deſtinauerat. & ꝙ eas noctu abſportaſſet non ſine labore, & ægre manus hoſtiũ euaſiſſet. & poſt hæc omnia familiam in extremo periculo relictã oppugnari, ipſo per medias tẽpeſtates contemptis omnib. difficultatibus properante ad unicũ ſubſidiũ quod in illo haberet repoſitum.

XXIII ANtonium uerò mutatæ Herodis fortunæ cõmiſeratio ſubijt, reputantem ꝙ etiam ab illo faſtigio deuoluantur homines, nõ mediocriter mouente eum cùm paterni hoſpitij memoria, tum pecunia quam Herodes pollicebatur, ſi eius ope rex fieret, quemadmodũ ante poteſtatẽ tetrarchæ cõſecutus fuerat. ſed præcipue huc impellebat odiũ Antigoni, quem ꝙ pro turbulento haberet ac Romanis infeſtiſsimo, ad iuuandũ Herodẽ erat propenſior. Cęſar quoq; partim propter Antipatri militiam in Aegypto cũ patre ipſius toleratã, & hoſpitij ius ac reliquam beneuolentiam, partim ut Antonio gratificaretur, quem ualde ſtudioſum Herodis ſciebat, ad dignitatem ipſius tuendam & conatus promouẽdos erat paratiſsimus, conuocatoq; ſenatu Meſſãla ac deinde Atratinus, cõmendarunt productum Herodem, tam patris q̃ ipſius beneficia & ſtudium Romani nominis cõmemorantes: ſimulq; accuſauerunt & hoſtem declarauerunt Antigonũ, non ſolũ ob uetera crimina, uerumetiã ꝙ contemptis Romanis à Parthis accepiſſet imperiũ. quibus rebus cum ſenatus eſſet offenſus, tum Antonius eũ docuit ꝙ etiam ad Parthicum bellum plurimũ conduceret regnare Herodẽ: idq; mox omniũ ſuffragijs approbatum eſt. Quo inſignius fuit Antonij erga illum ſtudiũ, non ſolum quia præter ipſius ſpem regnũ ei parauit: nunquam enim putabat Romanos hoc ſibi conceſſuros, ſolitos hunc honorem regio ſeruare generi: & ideo coniugis ſuæ fratri id petiturus erat Alexandro, nepoti ex patre Ariſtobuli, ex matre Hyrcani: ſed etiam quia intra ſeptem dies inſperata felicitate ornatum dimiſit ex Italia. Hunc adoleſcentem poſtea Herodes interfecit, ut ſuo loco indicabimus. Cæterũ dimiſſo ſenatu, Antonius & Cæſar medium habentes Herodem exiuerunt, conſulibus cæterisq; magiſtratibus deducentibus, aſcenderuntq; in Capitolium ſacra ibi facturi, & ſenatuſconſulta depoſituri: & nouus rex primo regni ſui die cõuiuio acceptus eſt ab Antonio. atq; hoc pacto ille regium faſtigiũ adeptus eſt CLXXXIIII Olympiade, C. Domitio Caluino iterũ, C. Aſinio Pollione Coſs. Toto autem eius abſentiæ tempore Antigonus familiã eius oppugnabat in Maſada, abundantem quidem cętero cõmeatu, ſed laborantem aquarum inopia, ita ut hac de cauſa Ioſephus frater cum ducẽtis familiaribus ad Arabas inde fugere decreuerit. Audierat enim Malchũ iam pœnitere, ꝙ parum officioſus in Herodem fuiſſet. id conſilium mutauit imbre noctu de cælo demiſſo. ciſternis enim aqua repletis, non amplius fuga opus habuit: ſed haud ſecus quàm diuina ope hac difficultate leuati magno animo excurrebant, & conferentes manus cũ Antigonianis, modò aperte modò clàm multos trucidabant. Interea Ventidius Romanorum dux, miſſus ut Parthos è Syria pelleret, poſt illorum abſceſſum in Iudæam uenit, eo prætextu, quaſi Ioſepho laturus auxilium: ſed re uera hoc conſilio, ut pecuniam extorqueret ab Antigono. Poſitis igit caſtris prope Hieroſolyma, ſatis magnam pecuniæ uim exegit ab eo. Quo facto ipſe quidem cum maiore copiarum parte receſsit: ne tamen fraus deprehenderetur, Silonem cum quadam militũ parte ibi reliquit: quem & ipſum placandum habuit Antigonus ne quid interim moleſtus eſſet dum Parthi ut ipſe ſperabat ſuccurrerent.

Herodis

Herodis ex Italia nauigatio & pugna aduersus Antigonum. Cap. XXVIII

INterim Herodes ex Italia reuersus Ptolemaidē, collectis nō mediocrib. copijs tū ex cōductitio, tū ex suæ gētis milite, properabat p Galilæā cōtra Antigonū, adiutus à Silone ac Vētidio, ad quos Gellius ab Antonio missus fuerat cū mandatis ut Herodē in suum regnū deducerēt; quāuis Ventidius tū fortè distinebat cōponēdis ciuitatū tumultibus, quos irruptio Parthorū excitauerat. Silo uerò in Iudæa erat, sed pecunia corruptus ab Antigono. Attamē Herodis ulterius ꝓcedētis copiæ augebant indies, & tota Galilæa paucis exceptis stabat ab eius partibus. ducēti aūt ei uersus Masadam, ꝙ necesse esset seruare cognationē in eo castello obsessam, impedimēto fuit Ioppe: quā occupatā ab hoste opus erat primū capere, ne quā hostilē munitionē à tergo relinqueret petiturus Hierosolyma. qua occasiōe arrepta Silo mouit exercitū: quē cum Iudæi persequerent, Herodes cū modica manu eis occurrit, & Iudæis ꝓfligatis Silonē ægre repugnantē seruauit. Capta deinde Ioppe properauit Masadā ad liberandos obsidione domesticos. Ex indigenis aūt alij ꝓpter paternā amicitiā illi se adiungebāt, alij ꝓpter ipsius gloriam, nōnulli ꝙ amborū deuincti essent beneficijs. sed maxima pars ob spes quas de cōfirmato iam rege cōceperant. Augebat aūt ualde exercitus, cui Antigonus in trāsitu locis opportunis struebat insidias, & tñ nihil aut parū hostē lædebat his artibus. nam Herodes receptis è Masada domesticis, & capto Ressa castello, petebat Hierosolyma, sequētib. Silonis militibus, et multis Hierosolymitanis eius potētia ꝑterritis. Cūq; ad occidentalē urbis tractū castra posuissēt, q hac parte dispositi erāt custodes sagittis eū impetebāt & missilib. deinde ꝗbusdā cateruatim excurrentib. & statiōes hostiū infestātibus, Herodes caduceatorē clarigare iussit circa mœnia, se bono publico ueniisse & ad salutē urbis, ne apertorū quidē inimicorū retaliaturū iniurias, sed etiā inimicissimorū in se peccata obliuiōi traditurū. ad hęc Antigonus ita respōdebat, uerso sermone ad Silonē ac Rom. milites, iniquū eos facere q Herodi regnū astruāt, homini priuato & Idumęo, hoc est semijudæo, cū id more gētis debeat successiōi generis. nam si offensi ꝙ ipse à Parthis regnū accepisset, ideo uelint hoc auferre, nō deesse multos ex eo gñe q legitimè possint id accipere, nihil de pop. Ro. malemeriti, & sacerdotes insup, quos iniquū sit priuari debitis honoribus. ad hūc modū ambob. inter se cōtendētibus, & usq; cōuitia prorūpentibus, Antigonus ꝓmisit suis ut arcerēt hostes à mœnibus: q cū strenue iacularent è turribus, facile eos fugauerūt. Tū uerò Silonē largitiōe corruptū esse patuit. subornatis em aliquot militib. è suis familiaribus, q clamoribus largiores cōmeatus & pecuniā in alimēta flagitarent, abduciq; se in hiberna ad cōmodiora loca postularēt, uastis circa urbē omnib. ꝙ Antigoniani amoliti essent uitę necessaria: turbari cepit exercitus & parare abitū. cōtra Herodes rogabat Silonis tam duces q̄ milites ne se desererēt, missum tū à Cæsare & Antonio, tū à senatu reliquo. sibi curæ futurū ne quid exercit⁹ desideret, atq; etiā ut abunde adsint quæcūq; requirerēt. post quas preces cōtinuo dimissis suis ꝑ agros, nullā Siloni discedēdi ansam reliquā fecit. maior em q̄ quisquā speraret rerū necessariarū allata est copia: familiaribus etiā suis apud Samariam agētibus imperauit, ut frumentū, uinum, oleū, pecora, & reliqua

XXIIII

neceſſaria Hierichuntem comportarent, ut & in poſterũ inde ſuggeri poſſent militibus. Ea res non fefellit Antigonum, ſed cõtinuo dimiſit per agros qui per inſidias frumẽtatores interciperẽt. qui ſicut iuſsi ſunt cõparata circa Hierichuntem armatorũ multitudine, inſeſsisq; montibus, intenti obſeruabant eos q cõmeatus cõueherẽt. Nec Herodes interim ſegnis erat: ſed aſſumptis x cohortibus, quarũ v è Romanis totidẽ è Iudæis cõſtabant, adiunctisq; mixti generis cõductitijs & equitatu modico, Hierichuntẽ petijt: offendẽsq; urbẽ relictã ab habitatoribus, & d ex his ad montiũ uertices confugiſſe cũ familijs, hos quidẽ captos dimiſit. Romani uero inuadẽtes urbẽ diripuerũt, repertis intra ædes omne genus rebus precioſiſsimis. Rex igitur relicto in ea præſidio reuerſus eſt, & Rom. exercitũ hibernatũ in recẽs deditas regiones dimiſit, Idumæã, Galilæã & Samariã. Antigonus quoq; ꝑ largitiõe obtinuit à Silone ut partẽ Rom. exercitus intro Lyddã acciperet, captans Antonij gratiam. atq; ita Romani degebãt in magna rerũ copia, ab armis tantiſper uacantes. Herodi uerò otiari nõ libuit, ſed miſſo in Idumæã Ioſepho fratre cum M peditibus & cccc equitibus, ipſe in Samariã profectus, & depoſita ibi matre cognatisq; alijs q̃s è Maſada eduxerat, in Galilæã duxit, expugnaturus quędã loca ab Antigono inſeſſa præſidijs. cumq; Sephorim cælo ningente pueniſſet, Antigonianis inde refugientib. magnã nactus eſt rerũ neceſſariarum copiam. Inde in latrones quoſdã ſpeluncarũ receſſus habitãtes equitũ alam immiſit, cum peditũ trib. cohortibus, ut eos cõhiberet à maleficijs. aberant aũt nõ longe à uico qui Arbela dicit. Quadrageſimo deinde die uenit cum toto exercitu, & magna audacia hoſte occurrẽte, in ſiniſtro aciei cornu laborari cœptũ eſt, donec ipſe armatorum manu ſtipatus ſuccurrit, & hoſtes iam uincẽtes coegit terga uertere, ſuos uero fugiẽtes gradũ ſiſtere. nec hoc cõtentus ꝑfligatos & palantes uſq; Iordanẽ perſecutus eſt. atq; ita uniuerſam Galilæã in partes ſuas traduxit, præter eos q̃ erant in ſpeluncarũ receptaculis. numeratisq; uiritim cl drachmis, & ꝑ portiõe centurionibus, ſuos in hiberna dimiſit. Interea Silo ad eũ uenit cũ ſuis ducibus q̃ apud Antigonũ in hibernis fuerant, illo nolẽte eos poſt unũ menſem exactũ amplius alere. nam & ad circumuicinos miſerat q̃ iuberẽt eos ſublatis omnib. rebus ad uictũ neceſſarijs in mõtes refugere, ut Romani p̃ inopia fame perirẽt. at Herodes Pherorę fratrũ minimo cõmeatuũ curam cõmiſit, iuſſo inſtaurare Alexandriũ. Ille uero breui & militib. magnã neceſſariarũ rerũ abundantiã p̃buit, & caſtellũ illud prius deſertũ denuo cõdidit. Eodẽ tempore Antonius morabat Athenis. In Syria uerò Ventidius Silonẽ accerſens contra Parthos, iuſsit primũ Herodi
xxv nauare operã, deinde ad propriũ bellũ exire prouinciales auxiliarios. At ille Silone ad eum miſſo, ipſe cõtra latrones in ſpeluncis degẽtes duxit militẽ. Erant aũt hæ ſpeluncæ ſitæ in præruptis mõtibus, anguſtis tramitib. acceſsibiles, & acutis cinctæ rupibus. in harũ cauernis illi cum totis habitabant familijs. Rex aũt arcas in hunc uſum cõpactas de uertice montis per machinas demittebat catenis ferreis: eo ꝙ neq; inferne propter aſperitatẽ montis aſcendere daret, nec ſuperne cõtra eos derepere. hæ arcæ cõpletæ erant militibus haſtas falcatas geſtantibus, ad attrahendos repugnantes & deturbandos per præceps. hæc tamẽ arcarũ demiſsio periculoſa erat propter immenſam altitudinem

tudinem: & in ſpeluncis nõ deerant uictui neceſſaria, ut uerò demiſſæ ſunt arcæ ad earũ oſtia, & nemo p̃ metu audebat progredi, quidã ſcutatus accinctus gladio, manu utraq; apprehẽſa catena qua arca ſuſtinebaẽ, demiſit ſe intra fauces moræ impatiens, illis exire cunctantibus: & ad quandã cauernam accedens, primũ iaculis multos intus cõfecit: deinde reſiſtere conatos falcata haſta attractos dabat in præceps, deinde penitius reconditos inuadens iugulauit multos, ac tum demũ in arcam ſe recepit. cæteros uerò eiulatum audiẽtes pauor corripuit, & ſalutis deſperatio. eos tamẽ conatus impediuit nox interueniens, multiq; rege per præconẽ pollicente ueniam deditionem fecerunt. Sequenti uerò luce eodem uſi ſunt oppugnationis genere, magis etiã ex arcis exeundo & pugnando in foribus, & ſubiecto igne antra incendẽdo. inerat enim intus multa materies. Senex aũt quidam deprehenſus intus cum uxore ac ſeptem filijs, rogatus ab eis ut ſe fugere hoſtẽ permitteret, ſtans ante hoſtium, primũ quemq; exeuntem iugulabat, donec ad unum omnes confecit, & uxorẽ ultimam. deinde præcipitatis cadaueribus, poſtremo ſeipſum ſuperiecit, mortẽ ſeruituti præferens. primo tamen in obſcuritatẽ Herodis multa eiecit conuitia, licet rex è ſpecula quadam dextram porrigeret, & polliceretur ueniam. Speluncæ igitur omnes hoc modo expugnatæ ſunt. Rex autẽ Ptolemæo præpoſito ei regioni, in Samariam profectus eſt cum ſexcentis equitibus, & tribus millibus peditũ, ut armis cum Antigono rem decerneret. Sed Ptolemæo ſua præfectura non bene ceſsit: nam inuaſus ab his qui & antè Galilæam turbauerant, interfectus eſt. quo facto receperunt ſe in paludes & loca inacceſsibilia, totum eum tractũ rapinis infeſtantes & excurſionibus. Herodes aũt reuerſus pœnas ab eis exegit latrocinij: & ex defectoribus alios mox interfecit, alios refugientes in loca munita expugnatos ſupplicio tradidit, & arces ipſas diruit: atq; ita ſublatis rerum nouarum autoribus, ciuitates centum talentis mulctauit. Interea cæſo in pugna Pacoro, & Parthis profligatis Ventidius Herodi in auxiliũ mittit Machæram cum duabus legionibus & mille equitibus, iubente hoc Antonio. Ille uocatus ab Antigono, & pecunijs corruptus, inuito Herode ad eum ſe contulit, tanquam inſpecturus eius negotia. At Antigonus ſuſpectum habens eius aduentum non admiſit hominem, ſed per funditores glandibus impetitum arcuit, ſatis declarans ſuũ animum. ille tum demũ Herodẽ bene monuiſſe, & ſe nõ obtemperantẽ erraſſe intelligens, in Emauntẽ urbẽ ſe recepit: & in eo itinere quotquot Iudæorum ad manus ei uenerunt, interfecit nullo amici aut hoſtis diſcrimine, iratus ob ea quæ ſibi acciderant. quo facto rex exacerbatus petebat Samariam. nam decreuerat ea de cauſa adire Antoniũ, alijs ſibi opus dictitans, quàm his qui ſe magis quàm hoſtẽ læderent. alioqui ſufficere uel ſeipſum ad opprimendum Antigonũ. Machæra uerò conſecutus eum rogabat ut maneret: aut ſi certum eſſet pergere, ſaltem Ioſephũ fratrem ſibi attribueret, gerenti bellum contrà Antigonũ. Itaq; recõciliatus Machæræ multũ roganti, relicto ibi Ioſepho cũ exercitu, præcepit ei ne rem totã in diſcrimen adduceret, né ue cum Machæra contenderet. Ipſe uerò properauit ad Antonium oppugnantẽ Samoſatam ſitam ad Euphratem fluuium, ducens auxiliares tam pedites quàm equites. poſtquam autẽ peruenit Antiochiã, repertis ibi multis collectis qui cupientes

tes adire Antoniũ non audebant ſe cõmittere itineri propter obſidentes uias barbaros & ſæuientes cædibus, bono animo eſſe iuſsis ducẽ ſe præbuit. ſtatione aũt altera procul à Samoſata inſidiabat barbarorum turma cõmeantibus ad Antoniũ: ubi quà exitus erat in campeſtria occultauerant ſe nõ pauci equites, non moturi ſe loco, donec uiatorũ agmen perueniret in planiciem. Cumq; iam primi pertranſiuiſſent, Herodes qui præſidio erat extremo agmini, inuaditur à fermè quingentis equitibus. qui cũ primos ſibi occurrẽtes in fugam uertiſſent, rex cum ſuis ſtipatoribus magno impetu in eos illatus hoſtem repulit, & excitatis ſuorũ animis pugnam redintegrauit, reuertentibus qui paulo antè fugerant, ita ut ubiq; cæderentur barbari. Rex aũt ſæuire ferro non deſtitit, nec niſi receptis iumentis quæ nõ pauca gerebant ſarcinas, ſi mulq; mancipijs, cœptũ iter proſecutus eſt. Et cum plures alij in propinquo campis ſaltu inſidiantes in illos coorirentur, hos quoq; cum ualida ſuorum manu aggreſſus in fugã cõpulit: multisq; ex eorũ numero cæſis ſecurum ſequentib. ſe iter præſtitit. illi uerò ſeruatorẽ eum & protectorem ſuũ appellabant. Poſtq; aũt prope Samoſata uentũ eſt, exercitũ inſtructũ & ornatũ ei honoris cauſa miſit obuiam Antonius, propter adducta auxilia, & quia pfligatos ab eo barbaros audierat: multũq; gauiſus eius aduẽtu, & cognitis quę obiter geſſerat, collaudata uiri uirtute, cõplexus eſt eũ & ſalutauit comiter, in ſummoq; honore habuit ut regẽ recens à ſe declaratum. Antiocho aũt paulo poſt id caſtrũ dedente, & hoc pacto finito bello, Soſio prouinciã Antonius cũ exercitu tradidit: cõmendatoq; ei Herodis negotio, in Aegyptũ ipſe profectus eſt. Tum Soſius duas legiones cum rege præmiſit in Iudæam, ipſe cũ reliquo exercitu ſequebaẽ. Interim abſente fratre Ioſephus in Iudęa perierat hoc modo. Immemor mandatorũ fratris quæ illi Antoniũ aditurus dederat, aſſumptis & à Machæra quinq; cohortibus uerſus Hierichuntẽ pfectus ad demetẽdas eius agri fruges, in mõtibus caſtris locũ cepit: & quia Rom. cohortes cõſtabant è tyronibus non admodũ rei militaris peritis, & plerique è Syria delecti eſſent, circumuentus ab hoſte inter locorũ difficultates, amiſſo exercitu & ipſe fortiter pugnans occubuit. ſex eñ cohortes deſideratæ ſunt. Antigonus uero potitus cadaueribus, Ioſepho præcidit caput, & talẽtis à Phaſorora fratre redimendũ. quo facto Galilæi à ſuis præfectis deficientes, factionem Herodis in lacũ demerſam necauerunt: & apud Iudæam multa nouata ſunt. Machæra aũt Gittham caſtellum muniebat. Regi uerò apud Daphnen Antiochiæ ſuburbiũ fratris caſus renũciatus eſt, iam antè tale aliquid exſpectanti propter quędã inſomnia, quibus nõ obſcurè de fratris morte pręmonitus fuerat. Accelerato igitur itinere poſtquam ad Libanum montẽ peruenit, aſſumptis octingentis eius loci hominibus, ducens etiam unam Romanã legionem, Ptolemaidem petijt: unde noctu profectus cum exercitu, per Galilæam progrediebatur. cui occurrentes hoſtes, prælio uicti cõpulſi ſunt in caſtellũ unde exiuerant pridie. quod primo mane oppugnare adortus, ui repentinę tẽpeſtatis coactus eſt infecta re inde exercitũ in proximos uicos abducere. Superueniente aũt ab Antonio legione altera, qui caſtellũ tenebant territi noctu id deſeruerunt. Rex quoq; properauit Hierichuntem, uolẽs ulciſci fratris interitum. quò poſtquam uenit, honoratiſsimum quemq; adhi-

buit

buit ad conuiuium: peractaq; cœna dimiſsis cõuiuis recepit ſe in cubiculũ. Hic uidere licuit res regis à deo non negligi. Triclinĩũ enim illud in quo cœnatum fuerat, iam uacuum ſine cuiuſquam noxa cõcidit: quo factũ eſt ut omnes Herodem deo charũ crederent, ut qui miraculoſe ſeruatus uideretur è tanto periculo. Sequenti uerò die cum hoſtiũ ſex millia ad pugnam deſcendiſſent à montiũ uerticibus, Romanos terruerunt: eorumq; uelites procurſando iaculis & ſaxis feriebãt regios, adeò ut ipſi quoq; regi quidam uulnus in latus inflixerit. Porrò Antigonus miſit Samariam ducem quendam nomine Pappum, uolens uideri ita abundare copijs, ut foris quoq; poſſet bellum gerere. Sed ille Machæræ ſe oppoſuit. Herodes uerò occupatis quinq; oppidis, præſidiariorum circiter M M in eis interfecit, & incenſis oppidis contra Pappum reuerſus eſt, qui caſtra habebat ad uicũ Iſanas nomine: & confluentibus ad ſe multis à Hierichunte ac Iudæa, ubi animaduertit hoſtem præ audacia uenire ad pugnam, collatis cum eo ſignis uicit egregie, & accenſus ulciſcendi fratris cupidine, ſæuiendo inſtabat in uicum fugientibus. Repletis autem ædibus milite, & quibuſdam in tecta confugientibus, his ſuperatis & tectis dirutis uidit omnia referta & cõſtipata militibus. hos igit ſaxis ſuperne impetentes aceruatim conficiebant: nec fuit toto hoc bello ſpectaculũ miſerabilius, quàm uidere innumera cadauera cumulata intra parietes. & hoc facinus maxime fregit hoſtiũ audaciam, ita ut nõ amplius ſperarent aliquid lętius. Videre enim erat eos agminatim diffugere, & niſi repente ualida tempeſtas interueniſſet, regij uictores petijſſent confeſtim Hieroſolyma, & bello finem impoſuiſſent. Iam enim Antigonus de fuga diſpiciebat, cogitans urbẽ deſerere. At rex iam ueſpere iuſsis parare cœnam militibus, ipſe pugna laſſatus in quoddam cubiculum lauatũ abijt: ubi maximũ diſcrimen adijt, quod tamen euaſit dei prouidentia. Cum enim eſſet nudus, & unius tantum pueri miniſterio lauaret, intus in eiſdem ædibus latebant quidam hoſtium armati, quos metus eò compulerat. dumq; ille ſe abluit, primus prodiens ſtricto gladio p fores ſe proripit, deinde alter & tertius, armati ſimiliter, adeò attoniti, ut illæſo rege contenti eſſent ſibijpſis fuga ſalutem quærere. Sequenti uerò die præciſo Pappi inter reliquos occiſi capite, miſit illud Pheroræ in ultionẽ fratris: nam is eum ſua manu interfecerat. Poſt hæc ubi tempeſtas deſæuijt, moto inde exercitu uenit Hieroſolyma, & caſtra prope urbem metatus eſt, anno tertio poſtq̃ Romæ declaratus rex fuerat: quibus mox propius admotis quà maxime oppugnationi obnoxia putabat mœnia, ante templum fixit tentoria, uolens ſic ea quemadmodum olim Pompeius aggredi. & tribus aggeribus ei loco circumdatis, turres erexit adiutus operarũ multitudine: & cęſa circumquaq; materie, præpoſitisq; huic operi uiris idoneis, durante etiam tum obſidione Samariam ad nuptias profectus eſt, ducturus filiam Alexandri, neptem Ariſtobuli, quam ei deſponſam fuiſſe iam diximus.

Antigonus à Soſio & Herode opprimitur. Cap. XXVIII

PEractis uerò nuptijs uenit per Phœnicẽ Soſius, præmiſisq; per mediterranea copijs, mox & ipſe affuit habens ſecũ multos tam pedites q̃ equites. uenit etiã rex à Samaria, ad ueterẽ exercitũ non mediocrẽ acceſsionẽ adducens. erant enim circiter XXX millia. XXVI

omnes

omnes autem confluebant ad Hieroſolymorũ mœnia, & aſsidebant ſeptentrionali urbis lateri, ad undecim legiones peditũ, & ſex equitum millia, præter auxiliares Syrorum copias. Præerant autem duo cum imperio, Soſius ab Antonio miſſus in auxiliũ, & Herodes pro ſeipſo bellum gerens, ut deiecto Antigono hoſte pop. Rom. ipſe pro eo ex ſenatuſcõſulto regnum acciperet. Intus autẽ certatim reſiſtebant Iudæi ex tota ea regione collecti & concluſi intra mœnia, templũ domini iactantes, & fauſta populo ominantes, non deſerturum deum ſuos in periculo: direptisq; extra urbẽ tam hominũ q̃ equorum alimentis, per clancularia etiam latrocinia difficultatẽ annonæ augebãt obſeſſoribus. Cui rei Herodes ita proſpexit, ut contra latrocinantes opportuna loca præoccuparet inſidijs, & cõmeatus additis præſidijs etiam è ſonginquo conueheret, ut breui neceſſaria uictui abundarẽt in exercitu. adhęc operarum frequẽtia facile abſoluti ſunt tres illi aggeres. æſtas enim erat, & opus feruebat, nulla interturbatũ aeris intemperie. machinis etiam murum quatiebant, & nihil intentatum relinquebant. at obſeſsi intrepide repugnabant, conatus eorum eludentes uarijs artibus. excurrẽtes em̃ crebrò, modo incepta, modò iam perfecta opera incendebant: & cõſerentes pugnã cum Romanis nihilo erant inferiores audacia, peritia tantũ rei militaris cedebant. tum proiiecto machinis muro intus recentem exſtruebãt, & cuniculis obuios agebant alios cuniculos, ut nõnunquam ſub terra manus cõſererent. utentesq; deſperatiõe pro fortitudine ad extremũ perdurabant, idq; obſeſsi à tam numeroſo exercitu, ipſi fame ſimul laborantes & inopia. nam in ſabbaticum annum inciderat oppugnatio. Tandem euaſerunt in mœnia primũ lectiſsimi uiginti milites, deinde Soſij centurio. captus eſt enim primus murus die XL, ſecundus uerò quintadecima: & quædam porticus circa templum exuſtæ ſunt, quas Herodes Antigonum incendiſſe calumniabatur, uolens in eum cõcitare inuidiam populi. Capta uerò exteriore templi parte & ima urbe, Iudæi ad interiora templi & ſuperiorem urbem refugerũt: timentesq; ne à Romanis impedirentur mactare deo quotidianas uictimas, per legatos petierũt ut has tantum ſinerentur introducere. Rex uerò annuit, ſperans remiſſa tandem obſtinatiõe ceſſuros. Vt uerò ſpem ſuam fruſtratam uidit, pertinaciter pro Antigoni regno cõtendentibus, totis uiribus adortus urbem expugnauit: moxq; omnia repleta ſunt cædibus, Romanis lõga oppugnatione exacerbatis, Herodianis Iudęis conantibus aduerſam factionẽ exſtirpare funditus: eratq; cõtinua cædes per angiportus & domos, ne religione quidem templi tuente ſupplices. nõ ætati ulli parcebatur, non ſexui, ne imbelli quidem: & quamuis obſtante rege & precibus intercedente, nemo tamen temperabat à manibus, ſed ueluti furore perciti ſæuiebant nullo ętatis diſcrimine. Antigonus quoq; neq; ueteris neq; recentis ſuæ fortunæ ratiõe ſatis habita deſcendit è turri, Soſioq; ad genua procidit. & ille nihil miſeratus mutatam eius fortunam, inſultauit homini Antigonam appellans. nõ tamen incuſtoditũ reliquit tanq̃ fœminam, ſed uincto cuſtodes addidit. Cæterũ Herodes deuictis hoſtibus, nõ minus negotij habuit in compeſcendis alienigenarum auxilijs. ruebat enim multitudo conductitiorum ad uiſendum non fanum ſolũ, ſed intimum etiam adytum. Rex uerò alios precibus, alios minis, nonnullos &

armis

armis reprimebat,moleſtiorem clade uictoriam exiſtimãs, ſi quid eorũ quæ uideri fas nõ eſt,ueniret in conſpectũ profanę multitudinis.Prohibebat etiã rapinas per urbem fieri,identidẽ Soſium rogitans, ſolitudinis'ne ſe regẽ Romani facturi eſſent,exhauſta urbe rapinis ſimul ac cędibus:exiguumq́; dicẽs ſibi uideri tantæ ciuium cædis precium, etiam ſi totius orbis dominiũ contingeret.Illo uerò referente pro expugnatione urbis direptionẽ merito permitti militi,promiſit ſe de ſuo mercedẽ numeraturũ ſingulis. atq; ita redempta ciuitate ab ulteriore uexatione,promiſſa perſoluit.Liberaliter enim militibus,& pro portione ducibus,Soſio uerò etiam regiè dedit munera,ita ut omnes bene nummati diſcederent. Ea clades Hieroſolymorũ incidit in conſulatum M.Agrippæ & Canidij Galli,CLXXXV Olympiade,menſe tertio, ferijs quibus ſolenne fit ieiunium,tanquam recurrente in idem tẽporis monumentum illata Iudæis à Pompeio calamitate.Nam & ab illo eadẽ die urbs capta fuerat ante annos uigintiſeptem. Soſius aũt cõſecrata deo corona aurea profectus eſt Hieroſolymis,Antigonũ uinctum ducens ad Antoniũ. Herodes aũt ueritus ne aſſeruatus Antigonus,& Romam perductus ab Antonio, apud ſenatũ iure ſecũ contenderet,docens ſe regio natũ ſanguine,Herodem uerò plebeium, & q̃ ſi ipſe propter offenſum Rom. pop. indignus eſſet qui regnet,certè filijs eius inſontibus regnũ debeat: hæc inquã timens multis pecunijs induxit Antoniũ ut Antigonum tolleret. quo facto tum demũ Herodes metu liberatus eſt. atq; ita Aſſamonæi principatus deſijt poſt annũ centeſimũ uigeſimumſextũ: quæ domus illuſtris fuit,& celebrata propter continuatum in ea gente honorẽ ſacerdotij,facinoraq́; maiorum egregia quibus propugnauerunt Iudæorum rempublicam. Verũ hęc familia inteſtinis ſeditionibus agitata amiſit imperiũ. Adminiſtratio aũt rerum peruenit ad Herodem Antipatri filiũ, plebeio natum genere,& ſubiecto regibus. Atq; hunc Aſſamonæorum exitum à maioribus traditum accepimus.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XV.

Expugnatis à Soſio & Herode Hieroſolymis,Antigonus ab Antonio ſecuri percutitur,Herodes uero præcipuum quemq; ex amicorũ eius cohorte interimit. Cap. I

IEROSOLYMORVM expugnationem Soſij ductu atq; Herodis,& captiuitatẽ Antigoni,ſuperiore uolumine diximus:nunc quæ deinceps conſecuta ſunt dicemus.Poſtq̃ tota Iudæa potitus eſt Herodes, quantũ urbanæ plebis etiam nondum regnum adepto fauerat,eos uiciſsim promouebat: aduerſæ autẽ factionis homines quotidianis abſumebat ſupplicijs.in præcipuo honore apud eum erat Pollio Phariſæus, & Sameas huius diſcipulus.dum enim obſiderentur Hieroſolyma, hi cõſulebant

ciuibus ut Herodem in urbem reciperēt, eamq; ob rem gratiam illis habuit. Pollio uerò hic olim capitis reo Herode Hyrcano cæterisq; iudicib. prædixit opprobrans, ꝙ absolutus eorū sentētijs ab omnib. illis pœnas exiget, quā prædictionē procedēte tempore deus euentu cōprobauit. Tunc uerò captis Hierosolymis, omnem regiam supellectilē in unū congesit: à diuitib. quoq; ablata & collecta magna ui auri ac argenti, totū id Antonio eiusq; amicis donauit. Interfecit etiam XLV primates ex factione Antigoni, appositis ad portas custodibus qui etiā cadauera scrutabantē ne quis eorū efferretur pro mortuo. Et quicquid auri aut argēti inueniebat, id totū ad regem referebat. nec ullus finis malorū aderat. nam bona eorū auaritia domini egētis absumebat: & agri inculti manebant propter tēpus anni sabbatici, quo nobis non est fas serere. Cæterū Antonius accepto Antigono uolebat eum uinctū seruare ad triumphum: sed ubi audiuit gentē ad res nouas spectare, & odio Herodis fauere Antigono, magis placuit apud Antiochiā eum securi percutere. uix em Iudæi cōtineri poterant in officio. Testis est Strabo sic scribens. Antonius Antigonum Iudæum perductum Antiochiam securi subiecit: Romanorūq; primus affecit regem hoc supplicio, ratus non aliter posse adduci Iudæos ut Herodem pro illo regem constitutum admitterent. nam ne tormentis quidē adigi poterant ut appellatione regis eum dignarentur: tanta apud eos fuit prioris regis existimatio. quare uisum est ignominiosa morte obscurare eius memoriam, & lenire publicum Herodis odium. Hæc Strabo. Hyrcanus autem pontifex captiuus apud Parthos cognito ꝙ Herodes regnum assecutus sit, reuersus est ad eum, in hunc modū dimissus. Barzapharnes & Pacorus Parthorum duces, Hyrcanū qui primo pontifex deinde rex fuit, & fratrē Herodis Phasaelum, captiuos abduxerant: quorum Phasaelus non ferens captiuitatis dedecus, & turpi uitæ honestam mortem præferens, seipse interfecit, sicut suprà diximus.

II

Quomodo Hyrcanus à Parthis dimissus ad Herodem reuersus est. Cap. II

HYrcanum autem ad se perductū Phraates Parthorū rex propter claritatem generis comiter habuit: & uinculis solutum permisit Babylone degere, ubi magna erat Iudæorū frequentia. hi non aliter q̄ pontifici ac regi Hyrcano honorē habebant, nec hi solū, sed quantū Iudæorum ultra Euphratem habitat: ita ut non admodum præsentis fortunæ pœniteret hominem. Sed postquam resciuit Herodem ad regiam dignitatem euectū, ad nouas se spes transtulit, natura suorum amans, & gratiam ab eis exspectans, ꝙ aliquando de capite periclitantē seruasset in iudicio. Cœpit igitur de profectione cōsultare cum Iudæis, officij causa inuisere illū solitis: qui tamen ut maneret ei suadebant, cōmemorantes obsequia sua & honores quos exhiberent non aliter quàm uel regi uel pontifici: imò ne in patria quidem talem dignitatē eum obtinere posse, propter corpus mutilatum ab Antigono. nec reges solere meminisse accepti in priuata uita beneficij, quandoquidem mores cum fortuna sint mutabiles. nec tamē his monitis Hyrcano potuerūt eximere patrię desideriū. Herodes quoq; ei scripsit, rogaret Phraatem & eius regni Iudæos, ne sibi inuiderēt cōmunem cum genero futuram potestatē. nunc enim adesse tempus referendæ suo quondam

&

& altori & ſeruatori gratiæ. Simulq; etiam ad ipſum Phraatem legatũ miſit Saramallam cum multis muneribus, eblanditurũ ne obſtaret cupienti referre gratiam homini de ſe optime merito. Nec tñ re uera hoc agebat: ſed quia ipſe grauis eſſet princeps, cauens mutationis occaſiones, quærebat Hyrcanũ in poteſtatem ſuam redigere, aut etiam omnino tollere: id quod poſtea fecit. Tunc autẽ dimiſſum à Partho, & ab illis Iudæis honorifice adiutum uiatico, cum excepiſſet, in ſummo honore habuit: primumq; in conuentibus locum ei tribuendo, & in conuiuijs ſemper honoratiorem cedendo, patremq; appellitando, lactabat hominem quo minus ſuſpicaretur inſidias. quin & alijs artibus procurabat quicquid putaret ſibi ad ſtabiliendum principatum conducibile, unde tamen domeſticæ ſeditionis enata eſt occaſio. Cauẽs enim ne quis illuſtrium crearetur põtifex, accito Babylone nõ obſcuri generis ſacerdote Ananelo, huic ſummũ ſacerdotium dedit. Mox igitur Alexandra nõ tulit hanc contumeliam, Hyrcani filia, uxor Alexandri Ariſtobuli regis filij, ex quo liberos habebat, alterum formoſiſsimũ, nomine Ariſtobulum, alterã Mariamnen Herodis coniugem, inſigni pulchritudine fœminam. Hæc iniquiſsime ferebat contemptum filium, & eo ſuperſtite aliunde uocatus pontificatum uſurparet. Scribit igitur Cleopatræ per quendam fidicinem, ut pontificatum filio ſuo petat ab Antonio. Sed Antonio rem negligente, amicus eius Gellius ob quædam negotia in Iudęam profectus, ut uidit Ariſtobulum delectatus eſt eius forma, admiratus ſtaturam adoleſcẽtis ſimul & pulchritudinem, nec minus Mariamnem regiam coniugem, felicemq; prole Alexandram prædicans: cum qua colloquutus perſuaſit ut depictas amborum effigies ad Antonium mitteret. fore enim ut his conſpectis ille nihil non à ſe impetrari patiatur. his uerbis excitata mulier eas effigies ad eum tranſmiſit. Gellius quoq; rem exaggerabat, affirmans eos ſibi uiſos non mortali, ſed planè diuino natos genere, uolens Antoniũ in amores pellicere. qui indecorũ ſibi ratus puellam Herodi nuptam accerſere, atque etiam Cleopatræ ſuſpiciones uitans, ſcripſit ut aliquo honeſto prætextu filium ad ſe mitteret, addens niſi moleſtum uideatur. Quæ poſtquam relata ſunt Herodi, non putauit tutum Ariſtobulum in ipſo flore ætatis, uidelicet decimumſextum agentem annũ, adhæc genere nobiliſsimũ mittere ad Antonium, primum Romanorum nemini cedentem, deinde procliuem ad libidines, & huiuſmodi uoluptates undecunq; uenantem impune propter potentiã. Reſcripſit igitur, ſi uel pedem è regno ſuo moueat adoleſcens, fore ut cuncta compleantur bellicis tumultibus, Iudæis nouationem rerũ ſub alio rege ſperãtibus. hoc pacto cum ſatis feciſſet Antonio, decreuit non omnino adoleſcentẽ & Alexandram ſpernere, uxore etiam Mariamne aſsiduis precibus obtũdente, ut fratri debitũ pontificatum redderet, dicenteq; ipſi quoq; id fore cõmodum, adempta per honorem adoleſcenti peregrinandi facultate. Aduocato igitur amicorum concilio, multis uerbis in Alexandram inuectus eſt: eam & clàm regno ſuo inſidiatam, & per Cleopatram id agere ut ope Antonij à ſe regimen transferatur in puerum. idq; tanto iniuſtius eam moliri, quòd & filiam ſuam interim honore parto priuare conetur, & regnũ perturbatione reipublicæ alijs parare, quod ipſe quæſiſſet multis ſudoribus ac periculis. ſe tamen præteritorum li-

benter obliuiſci, nec deſinere pietatē erga eam cæterasq; neceſsitudines co-
lere: & nunc eius filio pontificatū reddere, cui Ananelus hactenus propter
ætatē immaturā prælatus ſit. Hæc poſtquā elocutus eſt uerbis meditatis quo
magis fucū faceret mulieribus & amicorū conſiſtorio, Alexādra uix ſui com
pos, tum præ gaudio, tum q̄ ſe ſuſpectam intelligeret, cœpit cum lacrymis p̄
ſe uerba facere, faſſa ſe pro ſacerdotio nihil non tentaſſe indignitatis & con-
temptus impatientia: regnum aūt negans ſe uel ambiſſe unquā, uel etiam ſi
ultro offerretur, admiſſuram fuiſſe. Satis honoris ſibi uideri, q̄ filiā cum ip-
ſo regnare uideat, ſatisq; ita conſultū ſecuritati totius familię. Victam igitur
beneficiorū magnitudine accipere ſe honorem filij, futuramq; poſthac regi
obſequentiſsimam: ueniamq; præteritorū petere, ſi quid fiducia generis &
neceſsitudinis propter indignitatem rei egiſſet immodeſtius. Poſt hoc collo
quium ad recōciliationis fidem datis uiciſsim dexteris diſceſſerunt, omni ut
tum uidebatur ſuſpicione ſublata.

Herodes Ariſtobulum cōiugis ſuæ Mariammes fratrem pontificem declaratum non multo pōſt necandum curauit. Cap. III

III VM rex cōfeſtim pontificatum abrogat Ananelo, uiro peregri-
ni generis, utpote nato ex Iudæis olim ultra Euphratem traductis
per Aſſyrios, ut antè diximus. Multa enim millia huius gentis Ba-
byloniam incolūt, unde & hic erat, à pōtificibus alioquin oriun-
dus, & Herodi iamdudū notus familiariter. Eum adeptus regnū cum autori-
tate ſua pontificem feciſſet, ipſe poſtea depoſuit quo familiam ſuam compo-
neret perturbatam, p̄pter neglectas leges patrias. alioquin honor hic ſemel
aſſumptus ſolet eſſe perpetuus. primus Antiochus Epiphanes eam legē uio-
lauit, pro Ieſu ſubrogato in hoc ſacerdotiū fratre ipſius Onia. Secundò Ari-
ſtobulus ab Hyrcano fratre eum honorem in ſe tranſtulit. Tertius Herodes
Ariſtobulum adoleſcentē uiuo adhuc pontifici ſucceſſorē dedit. atq; ita tum
uiſus eſt diſcordiæ domeſticæ attuliſſe remediū. nec tamen ut decebat poſt
reconciliationem uacauit ſuſpicionibus, ueritus Alexandram ne in poſterū
quidem quieturam, ſi daretur rerum nouandarum occaſio. Iuſsit igitur eam
continere ſe intra regiam, & nihil pro poteſtate agere. adhæc obſeruabatur
aſsidue, ita ut nihil regem lateret, ne eorū quidem quæ ad quotidianam ui-
uendi rationē attinent: quæ omnia exaſperabant eam, & incitabant ad odiū.
plena enim muliebri ſuperbia ſuſpectā ſe obſeruari indigniſsimè ferebat, ma
lens quiduis potius pati, q̄ amiſſa licētia, honoris ſpecie in ſeruitute & timo-
re uitam degere. miſit ad Cleopatram literas, præſentē rerum ſuarum ſtatum
deplorans, & rogans ut opem aliquam ſibi afferat. Illa iuſsit eam unà cum fi-
lio clàm in Aegyptū ad ſe confugere. quod conſiliū placuit, moxq; tale quid-
dam cōminiſcitur. Paratis duabus ſandapalis in has ſe & filium incluſit, iuſ-
ſis famulis cōſcijs, ut noctu has efferrent. erat aūt mare petendum, ubi para-
tum ſtabat nauigium quod eos in Aegyptum deueheret. hęc apud Sabbionē
amicum mulieris Aeſopus ipſius ſeruus effutiuit, putans eum non inſcium
eius conſilij. quo cognito Sabbion, qui hactenus inimicus Herodis erat, ſuſ-
pectus quaſi ſocius inſidiarum quibus Antipater ueneno ſublatus eſt, arri-
puit occaſionē conciliandæ ſibi per hoc indicium regię beneuolentiæ: & ad

eum

eum insidias Alexandræ detulit. at ille passus eam tentare negotiũ, in ipsa fuga deprehensam retraxit. Veniam tamen erroris dedit, nõ ausus ei mali quic quam facere. Verebatur enim nõ cessaturam Cleopatram, odij tali ansa prębita. quare simulata magnanimitate, uolebat per clementiã uideri indulgentior. statuit tamen modis omnib. adolescentem tollere. sed interponẽda erat mora, quo magis laterent insidiæ. Iamque instabat Scenopegia, festum apud nos cumprimis celebre, cuius solennitatis dies decreuerat cũ reliquo populo per hilaritatẽ exigere. attamen hinc quoq; data est occasio per inuidiam, quo magis acceleraret quod semel statuerat. Postq̃ enim adolescens annum tum egressus decimumseptimũ, sacris iuxta legẽ operaturus ad altare ascendit ornatu pontificali, ceremoniasq; decenter tractabat ipse eximia forma & statura q̃ pro ætate procerior, tota facie generis dignitatem præferens, conuertit in se multitudinis oculos simul & studia, reputantis secũ etiam aui Ari stobuli memoria digna facinora. Victi igitur affectu paulatim se aperiebant, confusi nimio gaudio, nec continentes faustas uoces ac cõprecationes, licentius q̃ sub tali rege decebat proferentes debitam familiæ beneficiorum tum memoriam tum gratiam. Hæc omnia perpulerũt Herodem ut quod de adolescente decreuerat perficeret. Itaq; peracta festiuitate dum apud Alexandrã accipitur conuiuio, comitate pertracto in opportunum locum adolescente, ostendebat se paratum in eius gratiam iuueniliter colludere. cumq; loci eius natura esset æstuosior, citò defessi relicto lusu, magnis piscinis quæ ibi circa aulam erant, imminentes frigus captabant meridiano tempore. ac primũ spectabant natantes quosdam è socijs & famulis. deinde postq̃ prouocante Herode adolescens quoq; eis se miscuit, amicorũ quibus hoc datũ erat negotiũ, deprimentes eum natantem, & quasi per lusum ac ac petulantiam mergentes non prius destiterunt q̃ omnino aqua præfocatus sit. Hic fuit Aristobuli exitus anno ætatis decimo octauo, pontificatus primo, qui mox ad Ananelũ redijt. hic casus ubi mulieribus renunciatus est, uersa repente rerũ facie lamentatio exoritur supra cadauer iuuenis & luctus inconsolabilis: totamq; urbẽ rumore sparso mœror occupat, nulla non domo calamitatẽ deflente tanquã propriam. sed præcipuus fuit dolor Alexandræ, quam & si dolus nõ fefellit, perpeti tamen metu maioris mali necesse habuit: & sæpe ad inferendam sibi manum pronior, impetũ tamen hunc animi represit, si fortè supereſſe posset extincto per summũ nefas filio, & retẽta diutius uita nullam significationem dare q̃ data opera necatũ sensisset, donec aliquando se offerret ultionis facultas. quapropter dissimulanter hoc tulit, nullam suspicionẽ præ se ferẽs. At Herodes modis omnibus curabat fidem facere, se inscio casum hunc contigisse, non luctum solũ fingens, sed & lacrymas & mœstitiam ueræ simillimam. ac fortasse ueræ etiam miserationis nonnihil sentiebat ad conspectum extincti in ipso flore ætatis ac pulchritudinis, tametsi mortẽ eius plurimum ad securitatẽ suam existimaret cõducere: sed potissimũ hoc agebat ut alienus uideret ab hoc crimine. Cæterũ quod ad magnificentissimũ funeris apparatum attinet, nihil sibi ad summã liberalitatem fecit reliquũ, tam in exornando cõditorio, q̃ in congerendis eò aromatibus & alijs rebus preciosissimis, quo maius miseris mulieribus hoc pacto afferret solatium.

Cleopatra Iudæorum & Arabum regnis inhians, partem eorum ab Antonio impetrare conatur. Cap. IIII

ALexandra tamẽ nullo modo emolliri potuit, ſed indies magis ac magis exacerbante mœſtitia, per luctũ accendebat ad uindictæ deſiderium. Per literas igitur inſidias Herodis Cleopatræ indicat, ſimulq; filij ſui miſerabilem interitũ. Illa uerò iamdudum adiuuandi eam cupida, & tum etiam miſerata mulieris infortuniũ, non ſecus q̃ proprium curauit hoc negotium: nec unquam deſtitit incitare Antonium ad ulciſcendam necem iuuenis: indignũ facinus dictitans, Herodem ope eius alieni iuris regno potitum, in legitimam regum ſtirpem tam inſolẽter debacchari. His permotus Antonius poſtquam Laodiceam peruenit, accerſiuit ad ſe Herodem, dicturum cauſam de obiecto necis Ariſtobuli crimine. factum enim improbabat, ſi quidem ipſe Herodes autor eius fuiſſet. At ille nec cauſæ ſuę ſatis fidens, & Cleopatræ odia metuens, indeſinenter Antonium contra ſe irritantis, decreuit quidem parere: neq; enim aliter facere poterat, ſed cõmiſſa regni cura Ioſepho patruo, clàm ei mandauit, ut ſi Antonius in ſe grauius aliquid ſtatuiſſet, confeſtim Mariammen interficeret. ſic enim ſe affectum erga uxorem, ut etiam ſi poſt ipſius mortem aliquem potiri cõtingat illius pulchritudine, ad ſuam id iniuriam pertinere exiſtimet. aiebatq; totum hoc negotium exhiberi ſibi propter eius fœminæ formam, in quam ille iam pridem fama cognitã accenſus ſit. atq; his mandatis, non admodum lęta ſperans de rerum ſuarum exitu, proficiſcitur ad Antoniũ. Porrò Ioſephus creditum ſibi regimen adminiſtrans, & ſæpiſsime Mariammen conueniens, partim propter negotia, partim honoris cauſa, dum crebra mentio fit cõiugalis amoris quo eam Herodes proſequeretur: irridentibus hanc eius aſſeuerationẽ mulieribus, præſertim Alexandra, ille nimio ſtudio approbandi eis affectum regis eò proue ctus eſt, ut mandatum illud proderet, ratus id certiſsimum amoris argumentum, quòd neq; ſine ea uiuere ſuſtineret, neq; uel morte ipſa ab ea diſiungi. quæ Ioſephi uerba mulieres non tam ut indubitatum Herodis amoris ſignũ interpretatæ ſunt, quàm exhorruerunt illius tyrannicum animũ, ſi uel mortuus ſæuiret in earum capita. Interea per ciuitatem rumor ab inimicis regis ſparſus eſt, excruciatum eum ab Antonio neci traditum: qui cum reliquam regiam turbauit, tum mulieres maxime. Alexandra uero etiam Ioſephũ hortata eſt, ut aſſumens eas ad ſigna legionis Romanæ confugeret, quæ tum ad regni cuſtodiam circa urbem tendebat ſub tribuno Iulio. ſic enim primum ſi quid turbarum in aulam incideret, ipſas in tuto fore propter Romanorũ beneuolentiam. Deinde ſperandum eſſe conſequuturam quiduis Mariammen ſi in Antonij conſpectum uenerit, atq; etiam regnum recepturam & quicqd debetur regio generi. Tenente adhuc ea conſultatione literæ ab Herode ſuperuenerunt rumori contrariæ. quamprimum enim uenit ad Antoniũ, muneribus eũ placauit quæ in hoc Hieroſolymis attulerat: & crebris colloquijs indignationem uiri lenijt, ut minus poſthac põderis apud eum haberet Cleopatræ inſtigatio. negabat enim Antonius oportere regem facti ſui rationem reddere, alioqui ne regem quidẽ futurum. ſed dato illi ſemel honore, etiam liberam poteſtatẽ permittendam eſſe. idq; ipſum etiã Cleopatræ aiebat conducibile

ducibile, ſi non multū ſe miſceret alienis imperijs. Hæc ſignificabant Herodis literæ, reliquumq; honorē quo ſe dignaret Antonius, ad conſeſſum adhibēs & ad quotidiana cōuiuia, idq; nō ceſſante à criminationib. Cleopatra: quæ capta eius regionis cupidine, quo regnū id ſibi uſurparet, omnibus modis quærebat illū perdere. Sed quia iuſtum ſe præberet Antonius, nihil poſthac expectandū grauius, ueniturumq; breui conſtabilito tam regno q̄ amicitia. nec relictā Cleopatræ cupiditati ullā ſpem, quando Antonius pro eius poſtulatis Cœleſyriā ei cōceſſiſſet, hac cōditione, ne poſthac Iudæam peteret, & ut moleſta eſſe deſineret. His literis redditis uoluntas confugiendi ad Romanos euanuit. nō tamē latuit id conſiliū, ſed q̄ primū deducto aliquātiſper Antonio cōtra Parthos eunte Herodes in Iudæam reuerſus eſt, ſtatim ſoror Salome & eius mater indicauerunt quid Alexandra cū ſuis uoluerit. nec hoc cōtenta Salome etiā maritū ſuum Ioſephū criminata eſt, Mariammes cōſuetudinē obijciens. hoc aūt fecit propter ſimultatē ueterē, q̄ regina elati animi fœmina inter muliebres contentiones exprobraret ei obſcuritatem generis. Porrò Herodes qui ſemper ardenter amauit Mariammen coniugem, ſtatim perturbatus eſt, non ferēs zelotypiæ ſtimulos. ægre tñ ſe continēs, ne à recta ratione tranſuerſum raperetur inſanis affectibus, ſeorſim Mariammen percūctatus eſt, ecquid haberet cū Ioſepho cōmercij. illa uero pernegante factū cū deierationibus, & quicq̄d inſons fœmina poſſet in defenſionē adducēte, rex paulatim aſſentiēdo placari ſe ſinebat uictus amore uxorio, ita ut poſtremo ueniā peteret, q̄ temerè fidē habuiſſet rumoribus: agebatq; ei gratias q̄ ſeruata pudicitia, ſuū uiciſsim amorē cōmemorās. tandē ut mos eſt amantiū prorumpentibus lacrymis ruunt in cōplexus mutuos. cum tñ nondū uxori amoris ſui fidē faceret, tantoq; magis conaretur id efficere: tum illa, Nō eſt, inquit, amantis mandare ſi quid ipſi humanitus accidat, uxorē innoxiā addi fati comitē. Hoc uerbo rex uelut ictus prę dolore cōfeſtim eam è cōplexu dimiſit: uociferaturq; capillos ſibi lacerans, tenere ſe manifeſto deprehenſam conſtupratā à Ioſepho coniugē. nunq̄ em̄ proditurū fuiſſe data ſibi priuatim ac ſecreto mandata, niſi obſtricta mutuū fide q̄ ſtupri conſuetudinē. atq; ita parū abfuit quin eam interficeret. Sed amore uictus, licet ægre, cohibuit ſe tamen. Veruntamen Ioſephū ne in conſpectū quidē admiſſum iuſsit interimi, & Alexandram ut malorū omnium cauſam, uinctā coniecit in cuſtodiam.

Interea turbabant̄ res Syrię, Cleopatra non deſinēte in omnes incitare An IIII
tonium: quem hortabatur ut auferens cuiq; ſuam dynaſtiam, ipſi contribueret: multumq; apud eum poterat irretitū ſuis amoribus. cumq; natura eſſet alieni appetens, nihil ſibi putabat illicitum. primo fratrem cui debebatur regni ſucceſsio, ueneno ſuſtulit, agentem annum xv. deinde Arſinoen ſororem ſuam Epheſi in tēplo Dianæ ſupplicē, interfecit per Antoniū. Pecuniarum etiā ubicūq; ſpes affulgeret, neq; tēplum, neq; ſepulcrū, neq; aſylum ullū unquā uiolare dubitauit, modò ad illam redirēt ſpolia quæſita uel ſacrilegio: miſcebatq; ſacra q̄ pfana, fas nefas, ut augeret lucris uel iniquiſsimis. ad ſummam nihil ſatis erat mulieri ſumptuoſæ & uoluptatib. deditæ, cuius cupiditates uix totius orbis expleri poſſent opibus. quamobrē & Antoniū cōtinuo ſolicitabat, ut alijs ablata ipſi largiret: & ingreſſa cum illo Syriā, ſtatim co-

gitauit quomodo eam poſſeſsionem ſuam faceret. Nam Lyſaniam Ptolemęi filiũ interfecit, cauſata eum ſtudere rebus Parthicis. flagitabat etiam ab Antonio Iudæam ſimul & Arabiam ſibi dari, ademptas ſuis regibus. Verùm ille erat quidẽ adeò deditus ei mulieri, ut non illecebris ſolum, ſed etiam ueneficijs eius captus uideretur: puduit tamẽ eum tam inſignis iniuſtitiæ, ne uideretur ad procacis fœminæ nutũ libenter peccare etiam in rebus maximis. ne igitur uel negando eam cõtriſtaret, uel imperata illius omnia faciens uideret mortalium omnium nequiſsimus, partes de utriuſq; regione ablatas ei largitus eſt: ad hæc urbes quotquot ſunt intra fluuium Eleutherum uſq; Aegyptum, præter Tyrum & Sidonem, quas iam inde à maiorũ ętate ſciebat liberas, quamuis has quoq; illa multis precibus impetrare conata fuerat.

Cleopatræ reginæ in Iudæam aduentus. Cap. V

HAec aſſecuta Cleopatra, & Antoniũ in Armeniam cum exercitu profectũ uſq; Euphratẽ proſecuta, reuertitur: obiterq; adita Apamia & Damaſco, etiã Iudæã ei libuit inuiſere: ubi excepta ab Herode, conceſſam ſibi Arabiæ partẽ & Hierichuntini agri reditus ei locauit. Is & balſamũ fert, quod unguentorũ lõge precioſiſsimũ ibi tantũ prouenit, & eximiarũ palmularũ uim maximã. p hęc negotia cõtracta maiore cum rege familiaritate concubitũ eius appetijt, mulier natura intẽperans, & dedita libidini, ac fortè etiã amore tacta nõnihil: quãuis ueriſimile ſit p ſtuprum quæſitã occaſionẽ ſtruendis inſidijs. Sed illa amorẽ prætexebat. Herodes aũt iam antè ei parũ amicus, q̃ noſſet infeſtã ex ęquo omnibus: tum uero etiã abhorrens tam proſtratã impudentiã, & reiecturus ſi petulantius pergeret, renuit. deinde cum amicis conſultauit, num habens eam in ſua poteſtate deberet occidere. ſic em̃ multis moleſtijs leuare poſſe eos quib. uel hactenus infenſa fuerit, uel in poſterũ futura ſit. q̃n & ipſi Antonio id fore utile, quam doquidẽ nec illi fida futura ſit, ſi in quã tẽporũ difficultatẽ delapſus opera eius opus habeat. Huc procliuiorẽ cohibuerũt amici, indignũ cẽſentes, homi nem in magnis uerſantẽ negotijs in manifeſtũ ſe periculũ conijcere, & obſecrantes ne qd ageret temerè. nõ enim hoc laturũ Antoniũ, quantũuis ei hoc approbẽt utile. quin hoc ipſo augendũ eius deſideriũ, q̃ p uim atq; inſidias amiſiſſe eam uidebit. nec ſupereſſe uel mediocrẽ excuſationẽ, q̃n mulier ſit omnium eius ætatis lõge honoratiſsima, & ſi qd utilitatis ex eius nece poſsit exiſtere, cõiunctũ ſit cũ Antonij iniuria. unde facile apparere q̃ magna & immedicabilia mala exoritura ſint in regno & familia regis ipſius, cum nihil uetet recuſata illius illicita poſtulatione, res pro præſenti ſtatu recte diſponere. his deterrẽtes, & periculũ probabilibus rationib. oſtendẽtes, cohibuerũt eũ à tanto facinore. Ille placata munerib. regina, uerſus Aegyptũ eam deduxit. Cæterũ Antonius ſubiugata Armenia Artabazẽ Tigranis filiũ cum filijs ſuis ſatrapis uinctũ in Aegyptũ miſit, munus Cleopatrę, & quicqd precioſum de eo regno ceperat. Regno aũt Armenię potitus eſt Artaxias filiorũ illius natu maximus, q̃ in eo tumultu effugerat: cui pòſt Archelaus & Nero Cæſar per uim à ſe pulſo iuniorẽ ipſius fratrẽ ſucceſſorẽ dederunt. Quod aũt attinet ad tributa regionũ quas regina ab Antonio dono acceperat, Herodes ea iuſte reddebat, parum tutũ putans præbere Cleopatræ occaſionẽ maleuolentiæ.

Arabs

Arabs uerò poſtq̃ eorũ exactio ad Herodẽ ſpectare cœpit, aliquandiu ſol- v
uebat ei dũcẽtà talẽta annua: deinde malignior factus & ad dandum ſegnior uix partes quaſdam reddebat, ac ne eas quidem integras.

Herodes bellũ Aretæ infert, quo tẽpore Antonius à Cæſare Actiaco prælio uictus eſt. Cap. VI

QVam eius iniquitatẽ & iuris contemptũ non ferẽs Herodes illaturus erat bellũ, ni remoratus eſſet Romanorũ contentionibus. cum enim expectaret̃ pugna Actiaca, quæ in CLXXXVII Olympiadẽ incidit, Cæſar de imperij ſumma decertaturus erat cum Antonio. Herodes uerò multorũ iam annorũ poſſeſſor regionis pacatæ & refertæ paſcuis ac pecoribus, nouis quoq; abundans reditibus & opibus, delectus habendo magno apparatu expediebat auxiliũ Antonio. Sed ille hanc operam ei remiſit, negãs ſibi opus eſſe. uerũ quia tam ex ipſo q̃ ex Cleopatra audierat de Arabis perfidia, iuſſit in illũ bellũ uertere. nam & regina hoc in rem ſuam fore exiſtimabat, ſi alter ab altero mutuis attererent̃ cladibus. Igitur Antonij iuſſu reuerſus Herodes domi continuit exercitũ, cum quo mox inuaſit Arabiam equitatu ſimul & pedeſtribus copijs inſtructiſsimus, Dioſpolim petens quò occurſuri erant Arabes. nõ enim eos latuit hæc expeditio. Poſt acerrimũ igitur conflictũ penes Iudæos fuit uictoria. Poſt hæc rurſum magnus Arabũ exercitus cõfluxit ad Cana, qui locus eſt in Cœleſyria: quod præſentiẽs Herodes duxit cõtra eos maximã exercitus ſui partẽ. cumq; uellet munitis uallo caſtris per occaſionẽ deinde prælio cõmittere, imperanti hæc reclamabat multitudo, mitteret moras & cõfeſtim in Arabas duceret. Faciebat aũt eis animos, tũ q̃ pulchrè inſtructam aciem habere ſe crederent, tum recens memoria prioris pugnæ in qua egregiè uicerant. cum igitur ardor eorũ uix cohiberi poſſe uideret̃, decreuit rex uti alacritate militũ, & profeſſus ſe nõ ceſſurũ illis uirtute, armatus ante agmen ibat in hoſtẽ, ſubſequẽte inſtructa acie. quæ res attonitos reddidit Arabas. pauliſper em̃ repugnare conati, ut uiderunt nõ poſſe ferri eorũ audaciã, maiore ex parte in fugã uerſi ſunt. actũq; de eis fuiſſet, ni Athenio Herodẽ inuaſiſſet, eiusq; exercitũ. Hic Cleopatræ dux erat in ea regione: & quia Herodẽ oderat, nõ imparatus pugnæ euentũ exſpectabat, quieturus ſi Arabes uincerẽt. Vbi uerò uinci eos animaduertit, cũ collectitia manu indigenarũ feſſos iam, & uictoriam ſuam putantes ex improuiſo adortus magnã ſtragẽ ædebat. Nam Iudæi uirib. in profeſſos hoſtes abſumptis, tum uerò etiã ob uictoriã diſſolutiores, facile hoſti cedebãt, multaq; uulnera accipiebant in locis aſperis & inæqualibus, quorũ peritiores erãt aduerſarij. His igitur uehemẽter laborantibus Arabes reſumptis animis reuerſi in prælium trucidabant iam fugiẽtes. nec una erat exitij facies, pauciq; in caſtra euaſerũt. Rex uerò uidẽs eos uiribus impares, citato equo profectus eſt ad euocandos qui illis ſuccurrerent. nec tñ licet feſtinus, affuit in tẽpore, ſed Iudæorũ caſtra capta ſunt. Arabibus aũt non mediocris felicitas ex inſperato cõtigit, dum & uictoria potiunt̃, à qua plurimũ aberãt, & hoſtiũ ualidũ exercitũ opprimũt. Ex illo tẽpore Herodes latrocinijs cœpit agere & excurſionib. in Arabiã, caſtra ponẽdo in montibus: & cauebat quidẽ totũ exercitũ prælio cõmittere, ſed interim nõ mediocriter proficiebat ſuos labori aſſuefaciẽs, & continuis exercitijs præparans ad abolendam tandem ignominiam.

De

De terræmotu qui Iudæam concuſsit. Cap. VII

QVo tempore dum maxime apud Actiũ Antonius cõflictatur cum Cæſare, ſeptimo regni Herodis anno, Iudæa terra quali nunquam ante motu concuſſa, magnam per totam eam regionem iacturam fecit pecudũ: quin & hominum oppreſſa ſunt ruinis ædium circiter decem millia. militaris tamen multitudo nihil detrimẽti accepit, utpote ſub diuo agitans. Hæc clades in maius etiam aucta rumoribus, quos nuncij gentilium, ödiorum non ignari dabant auribus Arabum, immane quantum extulit hoſtium animos, quaſi ſubuerſis Iudæorum urbibus, & extinctis hominibus, nulli iam ſupereſſent aduerſarij. legatos itaq; gẽtis, qui rebus afflictis pacem petituri uenerant, cõprehenſos necauerunt, moxq; magna alacritate properauerunt ad hoſtilem exercitũ. at illi non auſi aduentũ eorum præſtolari, utpote deiecti animis ob calamitatẽ, rempub. negligere, nec multũ à deſperatione abeſſe uidebant. quos ita affectos rex excitabat, duces eorũ appellãdo, & quantũ in ſe erat conando animũ illis addere. cumq; generoſiores quoſdam in meliorem ſpem reſtituiſſet, tum demũ auſus eſt etiam exercitum allo qui, quem prius uiderat in recẽtibus cladibus nullam orationem admittere. eos igitur his uerbis conſolatus ſimul & cohortatus eſt.

Herodis concio ad exercitum. Cap. VIII

NOn ignoramus, uiri fortiſsimi, multa hoc tẽpore noſtros conatus remorata infortunia, quib. quantumuis audaces perterreri nil mirum fuerit. Sed quoniã bellũ eſt pro foribus, & quæ hactenus acciderunt talia ſunt ut ueſtra uirtute poſsint corrigi, cohortandi mihi eſtis, & monẽdi quo pacto retinere poſsitis priſtinũ robur animi, ac primũ de bello uerba faciã, declaraboq; nos id iuſtiſsimis de cauſis gerere, coactos inimicorum iniurijs: id quod uel præcipuè debet acuere ueſtrã fortitudinẽ; deinde oſtendã, nec hæc quæ nos contriſtant, eſſe tam grauia q̃ uidẽt, & magnam nobis ſupereſſe ſpem uictoriæ. ac primũ de eo diſſerã quod prius propoſui, uosq; ipſos teſtes eorũ quæ dicturus ſum faciã. Noſtis em̃ ipſi Arabũ iniuſtitiam, & q̃ ſint erga alios quoq; omnes perfidi, nimirũ genus hominũ impiũ ac barbarũ: ſed nos præcipuè infeſtauerunt, ob auaritiã & inuidiã perpetuis iniurijs nos laceſſentes. Et tamẽ ne alia beneficia noſtra in eam gentẽ collata cõmemorem, quis eos imminẽte Cleopatra de libertate periclitantes eripuit niſi nos? Mea em̃ cum Antonio cõiunctio, & illius erga me beneuolentia in cauſa fuit ne qd iſti grauius paterent, dum ille cauet cõmittere q̃d et nobis ſuſpectũ eſſe poſſet: deinde poſtq̃ precib. illa euicit ut de utraq; regiõe portiones quædã ei deciderent, in his quoq; diſpẽſandis nõ ceſſauit mea induſtria: et datis de meo magnis munerib. ſecuritatẽ ambob. acquiſiui meo unius ſumptu, dum c c talẽta expẽdo, & p alijs ducẽtis fideiubeo, pro reditibus eius ipſius terræ quã iſti olim noſtrã occupant. atqui æquũ erat nos Iudæos & à tributis immunes eſſe, nec cuiq̃ ullã agrorũ partẽ decidere. certè in Arabũ gratiam, q̃ nobis ſalutẽ ſuam debẽt, indignũ erat quicquã expendere. Sed multo iniquius eſt, eos q̃ negare nõ poſſunt ſuã liberalitatẽ noſtrũ eſſe beneficiũ, et eam ob rẽ gratias nobis egerũt, fraudare nos debitis, p̃ſertim amiços et pacis tẽpore: quandoquidẽ fides etiam hoſti ſeruanda, multo magis inter amicos

locum

locum habeat neceſſe eſt.at non inter tales quales iſti ſunt, qui nihil honeſtũ putant niſi cum lucro coniunctũ,& iniuriã impunitã eſſe debere, quæ lucri gratia cõmittitur.Dubiúm ne igitur eſt,noſtri officij eſſe iniuſtos iuſto bello perſequi,quod deus ipſe fieri uult,iubetq; nos ſemper ulciſci uim & iniuriã, maxime in bello nõ ſolum iuſto,uerũ etiam neceſſario. quod em confeſsiõe omniũ tam Græcorũ quàm Barbarorũ eſt crudeliſsimũ, hoc cæſis noſtris legatis perpetrauerũt. Nam & Græci caduceatores ſacros ac inuiolabiles eſſe uolũt, & noſtri honeſtiſsima ſanctiſsimaq; legis præcepta per angelos, hoc eſt nũcios à deo acceperũt. hoc em nomẽ & deũ in hominũ notitiã adducere,& hoſtes hoſtib.cõciliare poteſt.Quid igit magis nefariũ, q̃ legatos de iure agẽtes interficere? aut quæ illis poſt hoc facinus exſpectanda uel in bello ꝓſperitas,uel in reliqua uita felicitas? ego ſanè nõ uideo.Dixerit fortè aliqs: ius quidẽ & fas penes nos eſt, ſed penes illos uires & maiores copiæ. uerũm iſthæc oratio indigna eſt noſtris hominibus.cum quibus em iuſtitia eſt, cũ illis etiã deus.ubi aũt deus eſt, ibi nec multitudo nec fortitudo deeſſe poteſt. Sed age etiã per ſe uires noſtras expẽdamus.Prima pugna uicimus, in ſecũda primo cõgreſſu eos profligauimus nõ ferẽtes noſtrã impreſsionẽ. uictores deinde nos Athenio nõ indicto bello ex inſidijs aggreſſus eſt.uerũ hæc fortitudo eorũ dicẽda eſt, an inſidiæ potius & ſecũda iniquitas? Cur igit nobis minus ſit animi,quib.oportebat eſſe plus ſpei? aut cur nobis timẽdi ſint,qui quoties abſq; dolo certandũ eſt ſemꝑ ſuccũbunt,quãdo uerò uincere uidentur ꝑ iniuſtitiã hoc faciũt? Quid ꝙ etiã ſi fortes qs eos exiſtimet,hoc ipſo magis ad uirtutẽ excitari debet? non eſt em generoſi laus infirmiſsimũ quemq; aggredi,ſed poſſe etiã fortes deuincere.Quòd ſi quẽ domeſticæ clades terrẽt & terræmotus ꝓximus, primũ cogitet hoc ipſum eſſe quod Arabas decipit, putantes grauiorẽ q̃ re uera fuit:deinde nõ decere ut illis audacię,nobis timiditatis,eadẽ cauſa ſit.Illi em nũc audẽt nõ ꝙ alicuius boni ſibi ſint cõſcij, ſed quia nos afflictos credũt calamitatibus.ubi aũt nos uiderint occurrere, collabet eorũ fiducia,& nobis hoc ipſo creſcẽt animi,ꝙ iam cũ nõ ita ferocientibus pugnabimus.nam neq; admodũ afflicti ſumus, neq;, ut quidã putant, irato deo nobis hoc accidit,ſed caſus hi ſunt fortuiti. Quòd ſi dei uoluntate hoc factũ eſt,mirũ ni eiuſdẽ uoluntate ceſſauit calamitas, & hac caſtigatione contentus eſt.Quòd uerò præſens bellũ ei probetur ut iuſtum, ipſe euidenter declarauit.Nonnullis enim per totam regionẽ terræmotu oppreſsis,ueſtrum qui arma geſtatis nemini quicquam mali contigit, ſed omnes eſtis incolumes,manifeſto diuinę uolũtatis indicio,ꝙ ſi populariter militaſſetis unà cum liberis & uxoribus,neminẽ ueſtrũ deſideraretis.Hæc cogitãtes,& quod maius eſt,habere uos deũ protectorẽ omni tẽpore, perſequimini iuſto bello gentẽ impiã,nec amicitiæ iura,nec fœderũ fidẽ ſeruantẽ, in occidẽdis legatis fortẽ,cũ uirtute gerẽda res eſt,ſemper fugacẽ.His uerbis Iudæorũ animi non mediocriter accẽſi ſunt ad prœliũ.Herodes aũt ſacris de more peractis, ꝓpere duxit eos ultra Iordanem cõtra Arabas:metatusq; caſtra nõ procul hoſtibus, decreuit caſtellum intra utroſq; ſitũ occupare: cõmodum ſibi id ratus, ſiue pugnandũ eſſet, ſiue caſtra in tutiorem locum transferẽda. cumq; idem eſſet Arabum quoq; conſiliũ,circa eum locũ certamen contractũ eſt.ac primum

mum telis uelitati eminus, deinde manus conſerunt, utrinq; nõnullis cadentibus, donec Arabes uicti diſceſſerunt. Ea pugna Iudæis tantũ momentũ ad bene ſperandum fuit, ut quia hoſtes certamen detrectabant, auſi ſint uallum eorũ diuellere ipſa caſtra expugnaturi. atq; ita coacti proceſſerunt non ſatis bene ſtructa acie, ne tantillũ quidem alacritatis aut ſpei ad pugnam afferentes: conſeruerunt tamẽ manus uel quia plures numero, uel quia neceſſe erat laceſſenti hoſti reſiſtere. poſt diutinũ igitur conflictum non paucis utrinq; cæſis, tandem Arabes in fugam uerſi ſunt. Tanta aũt ſtrages impulſis ſemel edebatur, ut non ſolum hoſtiũ gladijs conficerentur, ſed præ impetu fugientis inconditæ multitudinis alij proculcarentur, alij ſuis ipſorũ telis ſe inuerent. itaq; quinq; millia deſiderata ſunt. cætera turba refugit quidem intra caſtra, ſed nulla certa ſalutis ſpe; non tam cõmeatus quàm aquę penuria. Porrò Iudæi quia non potuerunt unà cum fugientibus irrumpere, obſidione eos cinxerunt, & auxilijs aditus, & fugam obſeſsis intercludendo. In hac rerum difficultate Arabes legatos ad Herodẽ miſerunt, primũ pacem petentes, deinde quia ſitis urgebat, præſenti neceſsitati remediũ. At ille non legatos, nõ pecuniam pro captiuis, nihil deniq; æquum admittebat, enixe cupiens facinorum in ſuos patratorũ pœnas ab eis exigere. Itaq; coacti ſiti inter alia mala prægrauante, progreſsi præbuerunt ſe uinciendos, & in captiuitatẽ abigendos, ita ut intra quintam diem capti ſint ad quatuor milia. Sexta uero omnes reliqui decreuerunt prodire, & hoſtem aggredi, uel certam cladem malentes, quàm paulatim ignominioſe opprimi. Quæ ſententia poſtq̃ placuit, eruperunt è caſtris, ſed parum idonei ad prælium, fractis tam uiribus q̃ animis, propter extremum infortunium mortem in lucro reputantes. Quare primo conflictu circiter ſeptem millia ceciderunt: domitaq; per hanc cladem gentis ferocia, in Herodis, quem ſuo malo bellatorem egregiũ experti ſunt, clien telam ſe dederunt.

Herodes ad Cæſarem profecturus neceſſario Hyrcanũ interficit. Cap. IX

VII QVa felicitate ille multũ elatus domum reuertitur, aucta ob rem bene geſtam exiſtimatione. Sed dum maxime res ſuas conſtabiliſſe uidetur, ſummum diſcrimen adijt, Antonio apud Actium deuicto armis Cæſaris. Tum enim actum de ſe putauit, nõ ipſe ſolus, ſed & amici eius omnes & inimici. nemo enim credebat impune ei fore tantam Antonij amicitiam. quo factum eſt ut amici quidem nihil diſsimularent deſperationem, inimici uerò condolere ſe fingentes, clàm gauderẽt, pollicentes ſibi in futurum meliorem ſtatum reipublicæ. Ibi Herodes uidens prẽter Hyrcanũ nemi nem ſupereſſe regij generis, ſtatuit eum è medio tollere: ſiue euaſurus eſſet periculũ, tutius ratus neminẽ extare digniorem imperio: ſiue opprimendus eſſet à Cæſare, ſucceſsionẽ illi inuidẽs. Hæc ſecũ uolutanti, ab ipſius Hyrcani familia præbita eſt occaſio. qui q̃ eſſet miti ingenio toto uitę ſuæ tẽpore nullis ſe admiſcuit negotijs, omnia fortunæ permittẽs, & quãcunq; illa conditionem attuliſſet, ea bene cõtentus. Verũ Alexãdra ambitioſa fœmina, & mutationis ſpẽ modeſte ferre neſciẽs, ſolicitauit patrẽ ne ulterius ferret Herodẽ afflictorẽ ſuę familiæ, ſed potius ſibi quoq; caueret, ſeq; ſperatæ fortunę ſeruaret. cõſuluit deinde ut Malcho Arabiã ditiõe tenẽti ſcriberet, peteretq; ab eo

tutelam

tutelam & hoſpitium. Si enim contingat Herodē male mulctari ab offenſo Cæſare, dubio procul ad ipſum rediturum imperium, propter nobilitatē generis, & fauorē populi. Talia ſuadentem Hyrcanus primo repulit, deinde uictus importunitate mulieris, interdiu noctuq; eandem cantilenā de futurorum ſpe, deq; Herodis inſidijs occinentis, ad Arabē literas dat amico cuidam Doſitheo: in quib. ſcriptū erat, ut equites mitteret, qui eum ad Aſphaltitem lacum deducerent. Diſtat à Hieroſolymitanis finibus per trecenta ſtadia. Hę literæ ideo Doſitheo potiſsimū creditæ ſunt, quòd & Hyrcani cliens erat & filiæ: & exoſum ei Herodem non una de cauſa uidebatur ueriſimile. nam Iòſephi ab eo necati cognatus erat, & aliquanto ante fratres eius apud Tyrum inter alios ab Antonio interfecti fuerant. nihilo tamen magis ob hæc Hyrcano fides ſeruata eſt. Pluris enim ille faciens præſentis regis gratiam, oſtendit ei epiſtolam. qui actis primum gratijs, unum etiam ab eo poſtulauit miniſterium: ut cōplicata epiſtola, & obſignata Malcho eam redderet, & reſpōſum ab illo reciperet. multū enim ſua referre, ſi etiā illius mentē intelligat. Quod ubi Doſitheus ſedulo exſecutus eſt, Arabs reſcripſit paratum ſe & ipſum & familiam recipere, atq; etiam omnes illius factionis Iudæos: miſſurumq; inſtructam manum quæ eos tutò deducere ualeat, & uoluntati eius obſecuturum per omnia. Poſtq; aūt etiā hanc epiſtolam Herodes accepit, accito Hyrcano, rogauit eū, ecquid haberet cum Malcho fœderis. quo inficiante, prolatis in cōſiſtorio literis, occidi eū imperauit. Atq; hæc ita in ipſius Herodis cōmentarijs ſcripta habentur: nam ab alijs tradunt aliter, uidelicet non ob hoc crimen, ſed quaſi regi inſidiatū, necatum eſſe. Scribūt enim ſic. In quodam conuiuio diſsimulata ſuſpicione quæſiuiſſe ex Hyrcano, num quas literas à Malcho accepiſſet. reſpondiſſe illū, accepiſſe quidem, ſed nihil præter officioſam ſalutationē continentes. Alterū amplius interrogaſſe, num quod etiā munus accepiſſet. cumq; reſpondiſſet, nihil præter quatuor iumēta quibus uectaretur: regē traxiſſe hoc in crimen corruptelæ ac proditiōis, moxq; hominē duci iuſsiſſe. Inſontem autem periſſe argumentum afferunt mitiſsimum ipſius ingenium, ut qui ne iuuenis quidē unquā ullam temeritatis aut audaciæ ſignificationē dederit, ac ne tum quidem cum ipſe principatu potiretur: ſed tum quoq; pleraq; omnia ex Antipatri adminiſtrauerit ſententia. Tunc uerò iam octuageſimū annū exceſſerat, ſciebatq; opes Herodis in tuto eſſe: Euphrate etiam traiecto, relictisq; qui trans eum amnem in ſummo honore habuerant, in patriam poſtliminio redijt, ut ſub illius poteſtate uiueret, quo minus ueriſimile eſt eū molitū facinus à ſua natura alieniſsimū, cōfictáque uidēt hæc ab Herode omnia. Hic finis fuit Hyrcani poſt uariā fortunā qua tota uita circumactus eſt. nam uiuente etiā tum matre Alexandra pontifex Iudæorū creatus, per nouē annos eum honorē obtinuit: cui defunctæ cū in regnū ſucceſsiſſet, elapſis tribus menſibus ab Ariſtobulo fratre pulſus eſt, ac deinde Pompeij ope reſtitutus. receptisq; omnibus honorib. quadraginta annos in eis exegit. deinde iterū ab Antigono pulſus, & mutilato corpore, captiuus apud Parthos uixit. unde aliquanto pòſt domū reuerſus, quamuis multa ſibi de Herode polliceretur, nihil tamen eorum cōſecutus eſt poſt tantam fortunæ uarietatem: & quòd omniū eſt maxime miſerabile, ut modò

diximus,in extrema ſenectute indigno fine abſumptus eſt.Fuit enim æqui amantiſsimus & perpetua modeſtia, imperiūq; maxima ex parte per alios adminiſtrabat,amore otij,& imperitiæ ſibi cōſcius.Antipater certe atq; Herodes huius bonitate ad tantas opes prouecti ſunt: pro quib.meritis cōtra ius ac fas occiſus eſt. Cæterū Herodes Hyrcano ſublato ad Cæſarē properans,& nihil boni de ſe ſperans propter amicitiā Antonij, ſuſpectā habebat Alexandram, ne uſa hac temporis opportunitate ad defectionē concitaret populū, & inteſtinis ſeditionibus regnū perturbaret.quare mandata regni cura Pheroꝛę ſuo fratri,& matrem Cypron,& ſororem,& totam deniq; cognationē in Maſada depoſuit: iuſsitq; fratrē, ſi quid ſibi accidiſſet durius,habenas regni retinere. Mariammen uero uxorē,quia propter ſimultatem cum matre eius & ſorore degere non poterat, in Alexandrio cum Alexandra matre collocauit,cōmiſſa quæſtori ſuo Ioſepho & Sohemo Iturꝛeo caſtelli cuſtodia,uiris & antè ſemper fidiſsimis, & tunc honoris cauſa his mulieribus regijs adhibitis.Verū his quoq; mandatum dederat, ut ſi quid quod nollet accidiſſe ſibi cognoſcerent,cōfeſtim ambas interficerent, regnumq; pro uiribus liberis eius ac Pheroræ fratri conſeruarent.

Quomodo Herodes etiam regnum à Cæſare obtinuit. Cap. X

HIs mandatis properauit Rhodum ut illic Cæſari occurreret. Quò poſtquam appulit,poſito tantū diademate, de cætero paratu regio nihil mutauit:admiſſusq; ad colloquium, tum maxime oſtendit animi ſui magnitudinē,neq; ad ſupplicationes (ut in tali fortuna mos eſt)uerſus,neq; preces adhibens quaſi rogando ueniā,ſed facti ſui rationem reddens intrepide. Fatebatur enim apud Cæſarem & amicitiā ſibi interceſsiſſe maximā cum Antonio, & totis uiribus ſe conatū ut penes illum eſſet rerū imperiū: nō armis quidē coniunctis ꝙ tum diſtineretur bello Arabico,ſed miſſo ad illū frumento ſimul atque pecunijs.nec tamen ſe hac parte ſibijpſi ſatisfeciſſe. profeſſum em̄ amicū pro bene de ſe merito non opes ſolum, ſed caput etiā & ſalutē debere obiectare periculis. Id quia non licuerit, certe hanc laudē ſuam eſſe, ꝙ ne poſt Actiacā quidem cladē illū deſeruerit, neq; fortuna iam apertè mutata ad nouas ſpes ſe tranſtulerit. quo tempore ſi non auxilio,at cōſilio à ſe adiutū hominem, cōmonſtrando quo uno modo ſeruari poſſet,nec omnino in ordinē redigi, uidelicet ſi Cleopatrā interficeret.hoc enim mature perpetrato,licebat illi in eius opes ſuccedere, atq; ita faciliores à te pacis cōditiones impetrare. ille uerò per incogitantiā conſilium meū aſpernatus eſt: atq; hoc pacto tibi magis q̄ ſibi conſuluit. Nunc igitur ſi odio Antonij meū quoq; ſtudiū damnas,non negauerim ea quæ feci,neque uereor ingenue fateri quanto illū amore proſecutus ſim. ꝙ ſi amoto perſonarū reſpectu hoc tantū in diſquiſitionē uocas,qualis ſim amicus, & q̄ memor beneficiorū,licet tibi quoq; hoc experiri. mutato enim nomine nihilo minus manebit amicitia,& laudē ſuam merebitur. His uerbis cum magnā
VIII generoſitatē præ ſe ferret,non mediocriter allexit Cæſarem, uirū liberalem ac magnificū: ut occaſione dicēdæ cauſę paulatim inſinuaret ſe in illius amicitiam. Quare diademate reſtituto hortatus eum ut nō minus ſuam q̄ quondam Antonij amicitiā coleret, in ſummo honore habuit, addēs ſcripſiſſe Capidium

pidium, quantũ apud monarchas fauore Herodis adiutus ſit. Ergo ubi præter ſpem acceptum ſe uidit Cæſari, & ope eius denuo confirmatũ in regno, ſenatuſconſulto quoq; per illũ impetrato, deduxit eum in Aegyptũ, donatũ plurimis muneribus, quibus etiã amicos eius ſibi conciliauit, & animi declarauit magnitudinẽ. Conatus eſt etiam Alexandro Antonij amico impetrare ueniã, quod tamen nõ potuit, quia Cæſar animaduerſurũ ſe in illum iurauerat. Reuerſus deinde in Iudæam auctus honore ac poteſtate, omnes q cõtrà exſpectauerant attonitos reddidit, quaſi dei benignitate ſemper illuſtrior è periculis euaderet. Mox igitur parauit ſe ad excipiendũ redeuntẽ ex Aegypto Cæſarẽ. qui poſtq̃ uenit, omni regia magnificẽtia eũ accepit apud Ptolemaidem: exercitui quoq; omnẽ hoſpitalitatẽ exhibuit, & rerũ ad uictũ accõmodarũ copiã. quo factũ eſt ut in intimã familiaritatẽ reciperet, unà obequitare ſolitus dum traducunt copiæ, tractansq; tum ipſum tum amicos miniſterio uirorũ C L ditiſsimo & ſumptuoſiſsimo cultu inſignium. quin & ſqualida ac inaquoſa loca tranſeuntib. nihil deeſſe paſſus eſt, non uinũ, nõ aquã, qua miles tum magis etiam delectabat. Ipſum quidẽ Cæſarẽ talentis D C C C donauit: adeoq; ſatisfactũ eſt omnibus, ut luculẽtius etiam q̃ pro eius regni facultatib. tractatos ſe faterent. quo magis amicitiæ promptæq; ad benemerendum uoluntatis fidẽ fecit, & uſus opportunitate tẽporis egregiã opinionẽ magnanimitatis ſibi parauit. rurſumq; ab Aegypto redeũtes alios Romanorũ primates tot officijs proſecutus eſt, ut nemini mortalium hac parte cederet.

Herodes Mariammen calumnijs oppreſſam interficit. Cap. XI

SEd cum primũ in regnum reuerſus eſt, perturbatam familiam inuenit, infenſamq; ſibi uxorẽ Mariammen & ſocrũ Alexandram. ratæ enim, id quod nõ immeritò ſuſpicabantur, non ſecuritatis cauſa ſe in id caſtellũ concluſas, ſed quaſi in carcerẽ, ita ut nec ſuis nec alienis bonis frui poſſent, egerrime ferebant. Mariamme quoq; maritũ ſimulare amorem credebat, q̃ ei bonũ eſſet atq; cõmodum. ſed nihil moleſtius ferebat, q̃ q̃ ne illo quidẽ defuncto ſpes relinquebat ipſam fore ſuperſtitẽ: nec unquã excidebant mandata olim Ioſepho data, ita ut omnibus modis demereri conaretur cuſtodes, præcipue Sohemũ, non ignara incolumitatẽ ſuam ſitam in eius manibus. ille uerò principiò fidus erat, nõ diſcedens ab Herodis præſcripto: deinde munuſculis ac blãditijs muliebrib. paulatim mollitus eſt: poſtremo effutijt omnia mandata regia, præſertim q̃ nõ ſperaret eũ cum eadẽ poteſtate reuerſurũ. eam ob rem ſic exiſtimabat, nec ab illo ſibi eſſe periculũ, & à mulieribus paratã gratiã, præſentẽ dignitatẽ & in poſterũ facile retẽturis. Quòd ſi Herodẽ rebus ex ſententia confectis redire contingeret, nihil eũ niſi uxoris arbitratu acturũ. ſciebat enim q̃ impotẽter eam rex amaret. His ille de cauſis à mandatis diſceſſit. Mariamme uero iniquiſsimo animo tulit noua ſibi ſemper alia ex alijs ab Herode naſci pericula: uotaq; faciebat ne ille unquam ſaluus reuerteret, cogitans uitam ſibi cum eo fore intolerabilem: id quod poſtea nec diſsimulauit, aperte faſſa quid ſe ureret. Ille em̃ cum præter ſpem magna ornatus fortuna appuliſſet, primæ ut par erat uxori lætum de hac re attulit nuncium: eamq; ſolam præ alijs uxoribus ob amorẽ ac iucundiſsimã conſuetudinẽ ſalutauit & cõplexus eſt. Mulier uerò narrante eo ſuos ſucceſſus,

ſusq; deq; ferre uidebatur, nec belle ſuũ affectũ occultabat: ſed ut erat ingenuis minimeq; fucatis moribus, ad illius blandas appellatiões ingemiſcebat: narrationeq; eius contriſtari magis q̃ gaudere uidebatur: ut iam Herodes nõ tam ſuſpicionibus q̃ manifeſtis ſignis turbaretur. angebatur enim uidens inexſpectatam & apertam uxoris auerſationem: quam moleſtiam præ amore ferre non ualens, nec in ira nec in reconciliatione perdurare poterat, & ſibi ipſe non conſtans iam hoc iam illo affectu diſtrahebatur. adeò animus inter amorem & odiũ ambigebat, ut cum ſæpe cuperet punire mulieris ſuperbiã, intercedente amore uetaretur. Nihil autem magis timebat quàm ne ſumpto de ea ſupplicio, ſeipſum hoc pacto grauius læderet ob defunctę deſiderium. Talibus curis æſtuantẽ & ſic erga Mariammẽ affectũ ut uidere ſoror eius & mater, opportuniſsimũ tempus ſe nactas putauerunt: moxq; aſsiduis calumnijs concitabant hominẽ accendentes eius odiũ ac zelotypiam: quas ille nec reijciebat, nec tamen libebat credere, & ſæuire in dilectã coniugẽ. peius tamẽ indies erga eam afficiebatur, magisq; ac magis exaſperabat, dum nec illa curas ſuas occultat, & ipſe amorem uertit in odium. Ac fortaſſe iam tum ſęuius in eam aliquid ſtatuiſſet, ni commodùm nunciatum eſſet extinctis Antonio & Cleopatra Cæſarẽ Aegypto potiri: cui obuiam properans familiam ſic ut erat reliquit. Diſcedenti Mariamme cõmendauit Sohemum, plurimum ei ſe debere propter habitam ſui curam profitẽs, & cuiuſdam Iudææ partis ei do-
IX minium impetrauit. Cæterum Herodes in Aegypto cum Cæſare congreſſus, liberius iam cum illo egit amicitiã fretus, & magnis ab eo beneficijs ornatus eſt. quadringentorũ enim Gallorũ Cleopatræ ſatellitiũ ei donauit, & regiõis partẽ reddidit, quam illa prius occupauerat. attribuit etiã eius regno Gadara, Hippon, & Samariã, & in maritimis Gazam, Anthedonẽ, Ioppen, Stratonisq; turrim: quæ illi nõ mediocris fuit ad regiũ ſplendorem acceſsio. Deducto deinde uſq; Antiochiã Cæſare in regnũ reuerſus ſenſit fortunam q̃ foris propitiã, tam domi aduerſam, maxime quod ad coniugiũ attinet, qua parte ſibi antè uidebatur feliciſsimus. Flagrabat enim legitimo cõiugis Mariammes amore q̃ qui ardentiſsime, ne illis quidẽ exceptis, de quib. à ſcriptoribus proditẽ. ea fœmina cætera pudica & inuiolatæ fidei, innatã habebat muliebrem quandam moroſitatẽ, improbius illudens obnoxij mariti patientiæ, ita ut nõ habita regiæ potẽtiæ ratione, nõ raro contumelioſius eũ tractaret, quam tamen ille diſsimulanter & moderate ferebat, licet ſolitam aperte & ſorori eius & matri exprobrare humilitatẽ generis. quæ cauſa fuit implacabilis inter eas mulieres odij, atq; etiam calumniarũ quoties daretur occaſio: eæq; ſuſpiciones paulatim creſcentes durauerunt integrũ annum poſt Herodis à Cæſare reditũ. tandem diu præmeditatũ odium in hunc modũ erupit. cum meridiano tempore quietis cauſa in cubiculũ ſe rex contuliſſet, pro cõiugali affectu Mariammen accerſijt. hæc aũt introgreſſa quidẽ eſt, ſed unà cubare noluit, rogantem contemnens, & inſuper patris ac fratris ſui necem opprobrans. quo indigne ferente, & uix ab inferendis mulieri manibus tẽperante, poſtq̃ ex ſtrepitu cõmotiorem eum ſenſit ſoror, ſubmittit iamdudũ ſuborna tum pincernã, qui indicaret ſolicitatũ ſe à Mariamme, ut ei operam cõmoda ret in propinando regi amatorio poculo: & ſi amplius ſciſcitaretẽ qualenã id

eſſet

eſſet, dicere pharmacũ penes ipſam eſſe, à ſe requiſitum tantũ miniſterium. ꝙ ſi rex mentione amatorij nihil moueretur, tum & ipſe ſileret. nihil enim illi fore periculi. hæc prædoctũ illo ipſo tẽporis articulo intromittit ad eũ allo quendum. atq; is cõpoſito uultu ingreditur, & quaſi rem ualde ſeriam afferens, ait ſe largitiõe à Mariamme ſolicitatum, ut amatoriũ regi miſceret. quo audito cum ille perturbaretur, ait pharmacũ quoddã ſibi oblatũ, cuius ipſe uim ignoret: ideoq; id renũciare, quod hoc & regi & ſibi tutius exiſtimet. Ad hæc uerba Herodes, iam antè ſatis cõmotus, cũ magis etiam exaſperatus eſſet, eunuchũ Mariammes fidiſsimũ tormẽtis examinauit, ſciens ꝙ ſine illo nihil nec magnũ nec paruũ tentatũ ſit. qui cruciatus nõ ferens ad interrogata quidẽ nihil reſpõdit, hoc tantũ prodidit, offenſam eſſe mulierẽ propter ea quæ Sohemus indicauerat. adhuc eo loquente exclamat rex, Sohemũ & ſibi antehac & regno fidiſsimũ non fuiſſe hæc proditurũ, niſi aliquid cõmercij ſecretioris inter ipſos interceſsiſſet. moxq; Sohemũ cõprehenſum imperat interfici, uxorẽ uerò cauſam ſuã iubet agere aduocato intimorũ amicorum cõſilio, accuſationẽ accuratã exorſus, & confictũ ueneficij crimẽ intentans. erat aũt uerbis immodicus, & iratior q̃ decorũ iudicij poſtulat: quo factũ eſt, ut cùm eum ita uelle uiderent, omniũ qui aderant ſuffragijs damnata ſit, qua ſentẽtia prolata, uiſum tñ eſt tã ipſi q̃ alijs quibuſdã præſentibus, nõ eſſe eius ſuppliciũ præcipitandũ, ſed includendã in aliquẽ regiæ carcerem. at Salome cum ſua factione modis omnib. dedit operã ut mulier ſine mora necaretur: quò tanto facilius regẽ perpulerunt, ꝙ dicerent timendũ eſſe aliquem motũ in populo, ſi ſciret uiuam aſſeruari in carcere. atq; ita Mariamme ducta eſt ad ſuppliciũ. Id conſpicata Alexandra, & intelligẽs ſimilẽ exitũ ſibi exſpectandũ ab Herode, omiſſa priſtina ferocia ualde indecore mutata eſt. Volens enim oſtẽdere ſe nõ eſſe conſciã eius criminis, cœpit filiæ conuiciũ facere omnib. audientibus ſceleſtiſsimã & ingratã erga uirũ clamitans, dignamq; tali exitio quæ auſa ſit tam immane facinus. nõ enim pro merito tractatũ maritũ amantiſsimũ. Hæc illa turpiter fingente, & inuolatura ut uidebatur capillos miſeræ, etiã alij merito damnabant ineptam eius ſimulationẽ. ſed in nemine hoc magis apparuit, q̃ in ipſa quæ ducebatur ad interitum. nam neq; uerbo ullo eam dignata eſt, neq; uel tantillũ intemperijs eius perturbata, excelſo animo imꝑbare ſe illius turpẽ dementiã uultu ſignificabat. ipſa intrepida ſpecie, ac ne colore quidem metu mortis mutato ibat, generoſam indolem extremo quoq; ſuo tẽpore præferens. Ad hunc modum perijt mulier & temperãs & magnanima, ſed nõ ſatis modeſta, & paulo contentioſior. Cæterum formæ uenuſtate, & comitate cum maieſtate coniuncta dici nõ poteſt quantũ omnes ætatis ſuæ fœminas ſuperauerit, quæ potiſsima cauſa fuit quo minus iucunde cũ rege uitam degeret. Obſequijs enim ob amorem ab eo culta, & nihil moleſtũ expectans, licentioſius æquo ſe gerebat. moleſte etiã ferebat ſuorum caſus, idq; apud ipſum quoq; fatebaꝫ. Tandẽ effecit ut exoſa eſſet regis & matri & ſorori, atq; etiã illi ipſi à quo ſolo nihil timebat. Ea perempta impotentius etiã flagrare cẽpit rex, iam antè miſere affectus ſicut diximus. neq; enim uulgari coniugũ more amabat, ſed cùm penè ad inſaniã uſq; indulgeret huic cupidini, ne licentioribus quidẽ uxoris moribus effici potuit ne in-

dies magis ac magis eam diligeret. Tum uerò maximè ſibi uiſus eſt irato deo necaſſe Mariammen. ſæpe inuocabat eius nomẽ, ſæpe etiã indecore lamentabatur. excogitabat aũt oblectamenta quæcunq; poterat, apparandis cõuiuijs ac compotationibus, nihil tamen proficiebat: quare & regni curã reliquit. adeoq; dolori ſuccubuit, ut ſæpe miniſtros iuberet uocare Mariammẽ, quaſi illa adhuc uiueret. Sic affecto ſuperuenit peſtilẽtia, quę & plebis & purpuratorum maiorẽ partem abſtulit, omnibus irato deo hanc immiſſam interpretantibus propter iniuſtũ reginæ ſuppliciũ. ita aucta regis ægritudine poſtremo in ſolitudines ſe abdidit prætextu uenationis, ubi afflictans ſe intra paucos dies grauem morbũ cõtraxit. Is erat inflammatio & dolor ceruicis, mente etiam mota nõnihil. nec remedia quicquam proderant, ſed cum exacerbare potius malũ uiderentur, res minimum à deſperatiõe abfuit, itaque medici partim propter morbi cõtumaciam, partim quia in tanta difficultate nõ erat libera diætæ electio, permittebant ei quicquid appeteret, in incertũ euentum ſalutem fortunæ cõmittentes. Quo ſic apud Samariã, nunc Sebaſten, decumbente, Alexandra habitans tum Hieroſolymis re cognita conata eſt urbis arces in ſuam poteſtatẽ redigere, alteram templo contiguam, alterã in ipſa urbe ſitam. nam qui has obtinẽt, totam gentẽ habent obnoxiam: quia nec ſine his ſacrificia quotidiana poſſunt peragi, neque Iudæi ſine ſacrificijs degere, quibus uita citius cõtemnatur q̃ religio. præfectos igitur tentat, ut ſibi & genitis ex Herode ac filia pueris eas traderẽt, ne fortè illo defuncto occuparent ab alijs. q̃ ſi contingat eum ſanitatẽ recipere, interim à nemine tutius eas ſeruari q̃ à domeſticis. Hęc ſolicitatio nõ eſt æquis auribus accepta, ſed cũ eſſent alioquin etiã fidi, tũ eo magis manebãt in officio, q̃ & Alexandrã oderãt, nec fas putabãt deſperare de ſalute principis. amici em̃ erãt ueteres, unus etiã nepos regis, Achiabus nomine. quare cõtinuo per nuncios de Alexãdra ſignificauerũt. ille ſine mora eã iuſsit interfici: ſuperatoq; tandẽ morbo affectis & corporis uirib. & animi ſic efferatus eſt, ut quauis ex cauſa ad ſæuiendũ eſſet propenſiſsimus. quamobrẽ ne ab intimis quidẽ amicis ſanguinarias manus abſtinuit, Coſtobaro uidelicet, Lyſimacho, Antipatro cognomine Gadia, & Doſitheo, occaſione arrepta huiuſmodi. Erat Coſtobarus unus inter primates Idumæorũ, penes cuius maiores olim fuerat ſacerdotium Coze numinis, quod tũ religioſe ab ea gẽte colebaẽ, priuſquã ſub Hyrcani principatu Iudaicos ritus acciperet. hunc Herodes q̃ primũ regnũ adeptus eſt, Idumæę ac Gazæ præpoſuit, data in matrimoniũ Salome ſua ſorore, cuius maritũ Ioſephũ interfecerat, ut iam dictũ eſt. ea felicitate præter ſpem oblata inflatus ille paulatim ad tantam inſolentiam progreſſus eſt, ut regis imperata detrectaret, indignum ratus Idumæos ſeruire hominibus quorũ ſacra & religionẽ acceperant: miſitq; legationẽ ad Cleopatram, docens Idumæam ſemper maioribus eius reginæ paruiſſe. proinde nunc quoq; impetrandã eſſe regionẽ ab Antonio. Se enim paratũ illi potius obſequi. Hęc aũt moliebaẽ non q̃ Cleopatram mallet habere dominã, ſed ut acciſis Herodis opibus, eo facilius ipſe Idumęorum dominationẽ inuaderet. nam ſpem ei faciebat tam generis claritas q̃ pecuniarũ copia, quib. parandis ille nunq̃ non intẽtus ne à turpib. quidẽ lucris abſtinebat, nimirũ nihil mediocre uolutans in animo. Sed Cleopatra fruſtra-

tentato

tẽtato precib. Antonio, nihil impetrare potuit: & Herodes re cognita interfecturus erat hominẽ, nisi interceſsiſſent ꝑ eo tam mater q̃ ſoror: ita tñ eum donauit illarũ precibus, ut nunq̃ poſthac illi fideret. orto deinde inter cõiuges diſsidio, Salome libellũ repudij marito mittit, ꝓter legitimũ morẽ patrię. lex em̃ noſtra ſolis maritis hoc ius permittit, mulieribus aũt ne dimiſsis quidem fas eſt nubere, niſi prioris uiri ꝑmiſſu. Verũ illa magis ex ꝓpria licẽtia quàm cõmuni iure fecit diuortiũ, & ad fratrẽ ſe cõferens ait ſe ꝓtuliſſe fraternã beneuolentiã coniugali fœderi. cõſpiraſſe em̃ eũ ad res nouas molirẽdas cũ Lyſimacho, Antipatro & Doſitheo: ſuisq; reb. fidẽ aſtruebat ꝓ Babæ liberos, q̃s ille iam ꝑ xii annos ſeruaſſet incolumes. erat aũt hoc uerũ, & tum ꝓter omnẽ opinionẽ à rege auditũ uehemẽter eius animũ perculit. Quod em̃ ad Babæ liberos attinet, decreuerat eos aliquãdo tollere, aduerſatos ſemꝑ ſuis conatibus, ſed procedente tẽpore ꝑ obliuionẽ hoc omiſerat. cauſa uero odiorũ hęc fuit. Regnante Antigono dũ Herodes obſideret Hieroſolyma, in tantis rerũ difficultatibus maior populi pars feſſa propẽſa erat ad accipiendũ Herodem intra mœnia. ſed obſiſtebãt Babæ liberi pollẽtes autoritate ac opibus & fidi Antigono, q̃ putarẽt eum regẽ magis eſſe è republica. Tandẽ capta urbe per Herodẽ, Coſtobarus deſtinatus ad obſeruandos urbis exitus, ne q̃s aduerſæ factionis elaberet, ſciens magnã eſſe Babæ filiorũ apud uulgus autoritatẽ, & cogitãs illos mutato rerũ ſtatu magnũ momentũ afferre poſſe ſuis conatib. ſubtractos clàm in ſuis agris habuit. Ac tunc quidẽ licet ſuſpectus Herodem periurio fefellit, negans ſe quicquã ſcire quò illi deuenerint. rege deinde per edicta pręmiũ promittẽte indici, & modis omnib. eos perquirẽte, ne tũ quidem fateri uoluit. ueritus em̃ nõ impune ſibi hoc fore poſt primã negationẽ, pergebat eos occultare, iam neceſsitate etiã nõ modo beneuolẽtia. Hoc poſt quã ſororis indicio rex cõperit, miſsis quibuſdã ad loca latebrarũ, & illos interfecit, & quotquot in eodẽ hærebant crimine: ut nihil iam reliquũ eſſet ex Hyrcani cognatiõe, ſed ſublatis omnibus quorũ excellebat dignitas, arbitratu ſuo poſſet quicq̃d uellet agere, nemine amplius reſiſtẽte. Quo factũ eſt ut magis ac magis diſcederet à patrijs ritibus, & peregrinis ſtudijs ueterũ inſtituta corrũperet inuiolabilia: quo tẽpore ꝑmagna facta eſt bonorũ morũ in deterius inclinatio, labante diſciplina qua antehac populus ſolebat cõtineri in officio. Ac primũ athletica certamina quinto quoq; anno in honorẽ Cęſaris inſtituit, theatro Hieroſolymis exſtructo: deinde in campo amphitheatrũ utrũq; ſumptuoſo opere cõſpicuũ, ſed alienũ à Iudaicis moribus, apud quos nullus eſt horũ uſus, nulla ſpectaculorũ oſtẽtatio. Ille tñ celebritatẽ hanc nobiliſsimã eſſe uoluit, denũciatã circũuicinis atq; etiã lõginquis gẽtibus: ꝓpoſitisq; pręmijs magnus undiq; athletarũ cæterorumq; certatorũ cõcurſus factus eſt, cõfluxerũtq; exercitatiſsimi quiq; in hoc genere. euocabant em̃ magnis præmijs nõ hi tm̃ qui gymnicis certaminib. dant operã, ſed muſici etiã ꝑſtantes, & q̃ uocant thymelici: necnõ quadrigarij ac trigarij, & q̃ ſingulis equis celetizontes curſum peragunt: magna cõtentione regis, ne quid deſideraretur, quod uſquã in hoc gñe ſit ſpectabile. Theatrũ ipſum ꝑ circuitũ titulis erat ornatũ Cęſaris, & trophęis deuictarũ ab illo gẽtiũ, auro atq; argẽto collucentibus. quod uerò ad inſtrumentũ & apparatũ attinet, nõ ueſtes pre-

tioſiſsimę,nõ gẽmæ raritate inſignes deerãt in his ſpectaculis:cõquiſitis etiã feris plurimis,leonibus cæterisq; uel robore ſpectãdis,uel aliquo naturę miraculo.hę modò inter ſe modò cũ damnatis hominibus cõmittebantur:quę peregrinis quidẽ ſpectatorib. plurimũ admiratiõis ſimul atq; delectationis afferebãt,indigenis uero prorſus ad diſſolutionẽ patriæ diſciplinæ tẽdere uidebantur.nihil em magis impiũ exiſtimabãt,q̃ ex ſpectandis hominib.cũ beſtijs cõparatis uoluptatẽ crudelẽ captare homines: abſurdũ æque peregrinis artib.mutare inſtituta domeſtica.Sed nihil tam moleſtũ fuit q̃ trophæa: quæ cũ putarẽt armis cõtectas imagines,quarũ uſus interdict⁹ eſt noſtris legibus, indigniſsime eas ferebãt.à quib.cũ eos ſic abhorrere Herodes animaduerteret,p uim nihil agere uoluit,ſed blãdis alloquijs conabat hãc ſuꝑſtitionẽ eximere.nihil tñ mouebant,ſed credẽtes eũ grauiter peccare,uno ore exclamãt: etiã ſi reliqua omnia ferre oporteat, nõ laturos ſe intra urbẽ hominũ imagines:ſic trophęa uocabãt:hoc em nefas eſſe.Herodes uero uidẽs eos turbatos, & ſine ſatisfactiõe nõ facile ceſſuros, accitis ad ſe p̃cipuis ex illo numero, & in theatrũ adductis,rogabat eos,oſtẽſis trophęis,q̃dnã hoc eſſe putarẽt.cũq; reclamaſſent,hominũ eſſe imagines,iubet detrahi ornatũ appoſititiũ,& oſtẽdit nudos ſtipites. quo facto in riſum uertit indignatio cõcepta ex ſuſpiciõe imaginũ.atq; ita ſedato multitudinis tumultu, pleriq; iam mutati æquo animo ferebãt omnia. quidã tñ ne ſic quidẽ deſtiterũt externos mores abominari,ueriti ne ex hac mutatiõe ſequeret magnũ aliquod reip.incõmodum: putauerũtq; ſui officij labanti diſciplinæ publicæ uel capitis periculo ſuccurrere,nec pati Herodẽ quicq̃ cõtra receptos mores inducere, & p rege hoſtẽ agere.ex his x ciues cõiurauerunt contẽpto periculo,ſiccasq; ueſtib. texerũt: & in his unus cæcus, ob indignitatẽ eorũ quæ audierat nõ tam paratus ad agendũ aliq̃d,q̃ ad patiendũ ſi q̃d aſſertorib.patrij moris accideret,cuius exẽplo nõ mediocriter cõfirmati ſunt cæteri. Hi cõmunicatis conſilijs in theatrum uadunt, ſperantes nec ipſum regẽ improuiſum impetũ ſuum euaſurũ, aut certè multos ex aulicis eius ſtipatorib.opprimendos: & uel hoc ſibi fore mortis ſolatiũ,ſi illũ uiolatæ religiõis ergô in populi inuidiam adducerẽt. Et illi quidẽ quaſi duces ſe cæteris præbẽtes hæc facere ſtatuerãt. quidã uerò ex his quos Herodes ad perſcrutanda & indicanda talia diſpoſuerat, rem totam expiſcatus,regi theatrũ ingreſſuro aperit.is nõ ignarus quantũ odiorum ſibi quotidie cõcitaret,recipit ſe in regiã,& nominatim coniuratos accerſit: qui cõprehenſi in ipſo facinore,& ſcientes nullũ eſſe effugiũ,decreuerũt prẽſentem neceſsitatẽ ferre forti animo.nihil em inficiati interrito uultu ſicas protulerunt,profitẽtes ſe recte ac pie cõiuraſſe,nõ propter priuatos affectus,aut ſui cõmodi gratia,ſed pro diſciplina publica, quam nemo bonus uiolare ne morte quidẽ ſibi intentata ſuſtineat.hęc illi cùm magna cõfidentia pro ſe attuliſſent,à regijs abducti p omnes cruciatus necati ſunt. nec multo poſt delator eorũ inuiſus omnibus à quibuſdã interfectus fruſtatim cõciſus eſt & obiectus canibus,idq; multis inſpectantibus:nemo tamẽ hoc factum prodidit, donec poſt lõgas ac moleſtas Herodis inquiſitiões à conſcijs quibuſdam mulierculis per tormenta expreſſa eſt confeſsio.tum uerò autores eius facinoris cum totis familijs plectebant,plebe nihilominus interrita, & parata leges defendere

dere, ni maiore cohiberetur potentia. quod animaduertēs rex omni ope obuiam iuit eorū conatibus, ne fortè hac rerum nouitate ad apertā defectionē adducerētur. cum igit duas arces munitas in urbe haberet, unā in qua ipsius erat regia, alteram uerò iuxta templū Antoniam à se cōmunitam, uisum est tertiam quoq; munire Samariam, mutato nomine Sebasten, quę foris totam gentem contineret in officio. abest à Hierosolymis itinere unius diei, ad urbanos etiā tumultus cōpescendos opportuna. Aliam etiam toti genti ceu arcem imposuit, olim Stratonis turrim dictam: ipse Cęsaream appellari maluit. In magno etiam quem uocant campo sorte lectis equitibus castellum condidit, & in Galilæa Gabalam, Esthmonitim in Peræa. His arcibus ad tutelā regni per totam regionem opportune dispositis, adempta est uulgo leuissimis quibusq; causis mobili tumultuandi materia, parato ad quoscunq; clanculatios conatus remedio, dum in propinquo semper sunt qui uel præcaueant, uel recens ortos compescant. In primis autē Samariam cincturus mœnibus dedit operam ut tam è milite auxiliari, quàm è finitimis gētibus plurimos in eius ciuitatis corpus congregaret, partim propter templum quod ibi dedicare statuerat, partim quo illustriorem eam faceret, sed maxime quia prætextu magnificentiæ securitatem rebus suis hoc pacto procurabat. Vrbi abrogato uetere nouum nomen Sebastes imposuit, agrosq; eius natura feraces habitatoribus diuisit, ut mox ab initijs essent locupletes: firmissimū deinde murum circumdedit, natura etiam loci accliuioris adiutus, & præter ueterem ambitum tantum spatij cōplexus, ut nulli celebriū urbium cederet. erat enim xx stadiorum circuitus. in eius meditullio fanum sesquistadij amplitudine esse uoluit, modis omnibus ornatissimū, in quo templum exstruxit cum quouis alio pulchritudine & magnitudine conferendum: reliquas etiam urbis partes procedente tempore magis ac magis excolere studuit, securitatē captans ex firmitate loci quo arce uti uoluit, pulchritudine uero loci suæ liberalitatis ac magnificentiæ monumentum relicturus ad posteros.

De fame quæ in Iudæam terram incubuit. Cap. XII

EOdem anno qui fuit regni Herodis decimustertius, maximæ calamitates in eam regionem ingruerunt, siue ea fuit uindicta irati numinis, siue ita ferebant statæ temporum uicissitudines. Primū siccitas diuturna obtinuit, inde insecuta est sterilitas, ne illis quidem fructibus prouenientibus quos sponte sua terra solet edere. Postea per inopiam mutata uictus ratione, morbi iam inualuerunt & pestilentia, succedentibus alijs post alias calamitatibus. Nam hoc ipsum pestē exacerbabat, quod ægroti in tanta penuria nec curam sibi conuenientem nec alimentum congruum habere poterant: & quotidie multis morientibus, etiam superstites per desperationem curam suorum relinquebant, non profuturam in tantis rerum difficultatibus. itaque absumptis ueteribus frugibus, & nullis in earū uicem subnascentibus, nihil spei reliquum erat, malo præter opinionem indies crescente, dum non uno anno etiam semina ipsa pereunt, terra non reddente debitum. quapropter necessitas multa ad præsentem usum excogitare cogebat: ac ne Herodi quidem amplæ facultates suppetebant, dum fraudatur agrorum reditibus, absumpta in ædificationem urbium uetere pecunia: xi

adeoq;

adeoq; omnia uarijs malis uaſtabantur, ut uix eſſet cui ſuccurri poſſet. ad hęc accedebat populare in regẽ odium, q̃ ferè ſoleat calamitatũ culpa in eos reijci, penes quos eſt regimen reipublicæ. Cogitabat tamẽ aliquã medelã afferre tam difficili tẽpori, ſed modũ uix expediebat, q̃ nec finitimi res ad uictũ neceſſarias uenderent, eadẽ preſsi inopia, nec pecuniarum tantum ſupereſſet, quantũ poſſet omnibus ſufficere. attamen uidẽs opus eſſe ut omnes ad ferendam opem cõſilia cõferrent, quicquid erat in regia ſupellectilis tam aureæ q̃ argenteæ, id totũ concidit, nec laudatorũ artificũ parcens operibus, nec uaſis ad uſum neceſſarijs. inde confectam pecuniam mittebat in Aegyptũ, quã tum Petronius obtinebat pro Cęſare. is licet obrutus multitudine ob talẽ neceſsitatẽ ad ſe confugientium, tamẽ quia priuatim amicus erat Herodi, & ſeruatos cupiebat eius ſubditos, præ alijs eis conceſsit frumenti exportationẽ, tam in emendo q̃ in euehendo adiuuans, ita ut maximũ momentũ ad gentis ſalutẽ in eo fuerit. Porrò Herodes aduecto frumento, & approbata populo ſua diligentia, non ſolũ mutauit auerſorũ à ſe animos, uerũ etiam eximiã laudem beneficentiæ & prouidẽtiæ retulit. Nam primũ his qui ſibijpſis frumentum quærere nõ poterant, diuiſit omnibus accuratiſsimè diſpẽſans. Deinde quia multi erant qui propter ſenium uel aliam debilitatem cibos parare non ualebant, his quoq; prouidit adhibitis piſtoribus, ut in promptu alimenta haberent. Quin & aduerſus hiemis aſperitatem prouidit, ne qui periclitarẽtur inopia ueſtiũ abſumptis pecoribus, & lanis alijsq; tegmentis deficientibus. Vbi uerò etiam huic neceſsitati proſpectũ eſt, propinquis quoq; Syrorum urbibus ſolicitudinem impendit, diſtributis ad ſementem faciendam frugibus. quod ſanè & ipſi fuit cõmodum, terra mox uberẽ referente gratiam, ut omnibus alimenta ſuppeterent. & quamprimũ ſegetes meſsi maturæ factæ ſunt, ad L M hominũ quos ipſe aluerat dimiſit per agros: atq; ita res penè perditas reſtituit ſua diligẽtia, non mediocriter ſubleuatis etiã finitimis q eiſdẽ laborabant difficultatibus. nemo enim eius opem implorauit, quẽ non pro ipſius dignitate adiuuerit: ſed & caſtella & urbes, & ex plebe qui grauabant numeroſiore familia, ad illum confugientes neceſsitati inueniebãt remediũ: ita ut reuocatis ad rationẽ quæ in exteros tantũ inſumpſerat, reperta ſint frumẽti cororum x millia. corus autem capit x medimnos Atticos. intra regni uerò ſui pomœria LXXX millia cororum expenſa ſunt. quæ quidẽ eius cura & tam opportunè collata gratia tantum apud Iudæos ualuit omnium ſermone celebrata, ut poſitis odijs quicquid hactenus uel adminiſtrando regno, uel tranſgrediendis patrijs ritibus peccauerat libenter obliuiſcerentur, bene cõpenſatum putantes eius liberalitate, qua uſi ſunt hoc difficillimo tẽpore. nec minor uel gratia uel gloria parta eſt apud exteros, ut per hęc mala nõ mediocriter nomen regis illuſtratũ ſit, & quantum damni domi acceptũ eſt, tantum foris ad celebritatem nominis accreuerit. Cum enim in alienis neceſsitatibus tantam oſtendiſſet magnanimitatem, omnes nõ qualis antè fuiſſet reputabant, ſed qualem tum recens experti fuerint. Eodem tempore & auxilia miſit Cæſari, quingẽtos ſelectos è ſuo ſatellitio, quos Aelius Gallus duxit in expeditionẽ Arabicã, eorumq; ſæpe forti opera uſus eſt. Rebus igit in priſtinam felicitatẽ reſtitutis, regiam in ſuperiori urbis parte ædificauit, exſtructis

ædibus

ædibus ampliſsimis, exornatisq; auro & marmorib. & ſubſellijs, ut magnum uirorũ numerum poſſent capere: domibus etiam pro cuiuſq; dignitate appellatione indita, ut una diceretur Cæſaris, Agrippę altera. Coniugem de- XII
inde duxit amore correptus, ne diſtraheret uagis uoluptatibus. occaſio autẽ nouarũ nuptiarum fuit hæc. Erat inter Hieroſolymitanos ciues Simon Boethi Alexandrini filius, ſacerdos cum primis nobilis, habebatq; filiam omniũ eius ætatis pulcherrimam: cuius forma cùm uulgi ſermonibus celebraretur, primũ fama illius Herodes permotus eſt, deinde cõſpectæ amore captus noluit uti ſua potentia, ne tyrannice uideretur agere, maluitq; in legitimũ thorum puellã introducere. Cumq; Simon nec affinitate tali, nec tamen cõtemptu dignus uideretur, quo cupiditati ſuæ ſatisfaceret, id quod æquius uiſum eſt elegit, ut uidelicet honoris acceſsione eũ ornaret. mox igit Ieſu Phabetis filio pontificatũ abrogat, & ſucceſſorẽ ei dat Simonẽ, atq; ita affinitatẽ cum illo cõtrahit. Peractis deinde nuptijs nouũ caſtellũ condit, quo loco Iudæos olim profligauit, dum pelleret armis Antigoni. diſtat aũt à Hieroſolymis circiter LX ſtadijs, natura firmũ, & ad excolendũ idoneũ. collis enim eſt leniter accliuis, attollens ſe in manufactã altitudinẽ, habẽs mammæ ſpecie circumferentiã: eſtq; diſtinctus teretibus turribus, aſcẽſu arduo, qui per CC gradus lapideos ſcanditur. intus aũt diuerſoria ſunt regia, magnis impẽſis ſtructa, tam ad firmitatẽ, quàm ad pulchritudinẽ: & in pede collis habitatiões ſpectatu dignisimæ, tum ꝓpter alia, tum ꝓpter aquæductus egregios, magno ſumptu è longinquo perductos. circumiacens planicies ædificijs referta eſt ad iuſtæ urbis magnitudinẽ, cui collis ille uice arcis imminet. Ita omnib. ordinatis ex ſententia, nullos amplius in regno ſuo motus timuit, duobus potiſsimum modis ſubditos in officio cõtinens: timore ſuppliciorũ quæ nemini remittebat, & liberalitate qua prouidebat publicis neceſsitatibus: cõmuniebatq; ſe accuratiſsimè, quaſi incolumitas ſua pertineret etiã ad rempublicam. Ciuitatibus ſe comem & humanũ præbebat, dynaſtas per occaſionẽ colebat, ad cõcilianda ſibi eorũ gratiã munificentiſsimus, ꝙ innatam haberet magnanimitatẽ regiam. Ita factũ eſt ut cum apud omnes eſſet gratioſus, magnis rerũ ſuarum incremẽtis augeretur. Hæc tamen ambitio ſtudiumq; demerendi Cæſarem cum Romanis potẽtioribus cauſa fuit ut multũ à patrijs inſtitutis decederet, & leges diuinas uiolaret, dum in honorẽ eorum urbes condit, & templa exſtruit, licet nõ in ſolo Iudaico. hoc enim illi nequaquã laturi erant, ꝙ nefas ſit noſtris ſtatuas ac effigies more Græcorũ colere. Quapropter extra eorũ regionẽ tales urbes collocabat, excuſans ſe Iudæis, ꝙ non ſpõte, ſed potentiorũ iuſſu hæc faceret: & interim Cæſarẽ Romanosq; tanto magis ſibi deuinciẽs, ꝙ in eorũ honorẽ à patrijs conſuetudinib. ſuſtineret diſcedere. Sed p̃cipuus ſcopus erat utilitas propria, & ſtudiũ memoriæ propagandę ad poſteros, ita ut in cõdendis & exornandis urbibus nullis ſumptibus parceret.

Cæſarea conditur. Cap. XIII

ERgo quum animaduertiſſet in maritimis locum condendæ urbi opportuniſsimum, cui pridem Stratonis turris nomen fuerat, & formam eius magnifice deſcripſit, & ædificijs marmoreis totam exornauit accuratiſsime, tam regijs palatijs, quàm priuatorum ciuium

uium ædibus. & quod fuit omnium operoſiſsimũ, portum à tempeſtatibus tutum addidit, magnitudine Piræo parem, ſtationibus inſtructum & diuerſorijs, admirandum ſtructura, eo quòd ppter loci naturam omnis materia tantæ fabricæ aliunde magno ſumptu conuehẽda fuerit. Sita eſt hæc urbs in Phœnice, quà in Aegyptum præternauigatur, Dora inter & Ioppen, litorales urbeculas, non ſatis portuoſas quòd Africo ſint oppoſitæ. hic enim procelloſis flatibus arenas in littus prouoluens, nullam ſtationẽ quietam eſſe patitur, ita ut plerunque naues mercibus onuſtæ in ſalo ancoras iacere neceſſe habeant. Hanc locorum incõmoditatem correcturus circulum portus circumduxit, quantum putaret magnæ claſsi recipiendæ ſufficere: & in uiginti ulnarum profundũ prægrandia ſaxa demiſit, quorum pleraq; pedum quinquaginta longitudinis, latitudinis uerò octodecim, altitudine nouempedali fuerunt, quædã etiam maiora, minora alia. Hæc moles in mare iacta brachiũ ducentos pedes longũ efficit, cuius ſpatij dimidium oppoſitum eſt frangendis fluctibus, inde procymation græce dictum: reliquum ſuſtinebat murum lapideum diſtinctum turribus, quarum maximæ & pulcherrimæ nomẽ Druſus à Druſo Cæſaris priuigno immaturo fato defuncto. Inerant & crebri fornices, nautarum diuerſoria. Exſcenſus deinde lato ambitu totũ portum cingebat, locus ad inambulandũ animi cauſa iucundiſsimus. Os autem portus patet uerſus ſeptentrionem uentorum ſereniſsimũ. crepido uerò totius ambitus, à ſiniſtra quidem portum intrantibus turris eſt lato margini inſiſtens ad firmius reſiſtendũ fluctibus: à dextra autem duæ columnæ lapideæ coniunctæ turri ex aduerſo ſitæ pares celſitudine. Circum portũ ædes continuata ſerie marmore politiſsimo exſtructæ ſunt, exſtante in medio tumulo, in quo templũ Cæſaris à longe conſpicuũ adnauigantibus, & in eo ſtatuæ, Romæ altera, altera Cæſaris, unde nomen Cæſareæ, urbi tam materia quàm artificio ſtructuræ conſpicuæ, cloacis etiam ſubterraneis nõ minus mirandæ: quæ paribus diſtantes interſtitijs in mare exeunt, una tranſuerſa dirimente, ut imbrium & purgamentorum proluuies facilius in mare deferatur, & marini æſtus, quoties accedunt ſubintrare poſsint, & totam urbem ſubluere. Exſtruxit etiam theatrum è ſaxo, & à meridionali portus latere amphitheatrum capaciſsimũ, unde late proſpectus patet in maria. Atq; hęc omnia duodecim annorũ ſpatio ſunt abſoluta, rege nec labori parcente nec ſumptibus. Hac iam altera urbe poſt Sebaſten condita, decreuit Romam mittere filios Alexandrũ & Ariſtobulum, ut ſalutarent Cæſarem: eratq; eis paratum hoſpitium apud Pollionem Herodis ſtudioſiſsimũ, licebat tamẽ etiam Cæſaris uti hoſpitio. Excepit enim adoleſcentes ſumma humanitate, fecitq; Herodi potestatem, ut arbitratu ſuo è filijs quemcunq; uellet hæredem regni deſignaret, aucto prius noua acceſsione Trachonitidis, Batanææ, & Auranitidis, tali de cauſa. Zenodorus quidã conduxerat ditionẽ Lyſaniæ, nec cõtentus his prouentibus in Trachone fouebat latrocinia, inde quoq; captans compendiũ. incolæ em̃ locorũ eorũ libenter rapto uiuunt, aſſueti prędas ex Damaſcenis agere. eos Zenodorus adeò nõ uetabat, ut lucrorũ etiã eſſet particeps. ab his male uexati propinquorũ agrorũ coloni, Varũ prouinciæ præſidẽ querelis obtundebãt, poſtulãtes ut Zenodori iniurias per literas ſignificaret Cęſari.

Ille

Ille reſcripſit expugnanda eſſe latronum receptacula, & regionẽ eam ditioni Herodis contribuendam: ſic enim fore ut eius prouidentia caueretur in poſterum, ne Trachonitæ uicinis ullas exhiberent moleſtias. alioquin difficile erat eos cõpeſcere iam aſſuetos his artibus uictum quærere: ut qui nec oppida haberent, nec agros, ſed in ſpeluncas ac cuniculos more ferarũ refugia. habebant autẽ paratam aquæ & cibariorũ copiam, ut externa ui petiti poſſent ſatis diu bellum in latebris trahere. Specus enim illi aditus habent anguſtos, nec niſi unum poſt aliũ hominem admittentes, ſed intus ſunt ampliſsimi & ſupra q̃ credas capaces, plano ſolo deſuper tecti. nam totus is locus cõſtat petra aſpera, & nõ facile meabili, niſi aliquo ducente per ſemitas: quæ nõ per directum feruntur, ſed multis mæandris flexuoſæ ſunt. incolæ quoties propinquos populari nõ datur, ipſi inter ſe exercẽt latrocinia, nihil ſibi non permittentes. Eam regionem poſtq̃ Herodes accepit à Cæſare, adhibitis ducibus ad eos penetrans maleficia coercuit, & circumuicinis ſecuritatẽ peperit. Zenodorus autẽ partim inuidia, partim dolore ademptæ poſſeſsionis permotus, Romam ad accuſandum Herodem profectus eſt: nihil tamẽ efficere potuit.

Interea in Aſiam Agrippa mittitur, adminiſtraturus tranſmarinas prouin XIII
cias pro Cæſare. eum q̃ eſſet amiciſsimus, Herodes apud Mitylenen cum ſalutaſſet, in Iudæam reuerſus eſt. Cæterũ Gadarenſes quidã Agrippã adeunt, Herodẽ accuſaturi, quos ille ne auditos quidẽ ad regẽ uinctos remiſit. Arabes etiam iamdudũ infenſi Herodi, tum aperire cœperunt inimicitias, idque de cauſa, ut tum uidebat̃ ſatis probabili. Zenodorus enim deſperatis reb. ſuis Auranitidẽ ditionis ſuę partẽ illis elocauerat L talentis annuis: quam quia donatio Cæſaris cõplectebatur, non patiebant̃ auferri, modo excurſionibus ac ui eam ſibi uindicantes, modo contendẽtes de iure poſſeſsionis apud iudices. pelliciebant etiã ad ſe egenos milites, qui miſerorũ more meliora ſperant ex rerũ nouitatibus. Hæc cum maturè Herodes cognouiſſet, maluit tamẽ bonis rationibus occurrere q̃ hoſtiliter, ne daret occaſionẽ nouis motibus. Decimoſeptimo demũ eius regni anno Cæſar uenit in Syriam: moxq; Gadarenſium plurimi cœperunt clamare in Herodẽ, grauẽ eum dictitantes ac tyrannicum, inſtigati huc potiſsimũ Zenodori criminationibus: qui interpoſito iureiurãdo pollicitus erat, nõ prius ſe deſtiturũ q̃ quouis modo efficeret, ut illi à dominatione regia liberati attribuerent̃ ad prouinciam Cæſaris. ab hoc perſuaſi clamitabant, idq; aliquanto audacius, quia ne illos quidẽ pœnas dediſſe uidebant, quos rex deditos ab Agrippa acceperat. erat enim ſi quis alius erga ſuos inexorabilis, ab alienis uero acceptas iniurias libẽter contemnebat ac remittebat. Cum igitur de ui & rapinis eius, uiolatisq; ac dirutis tẽplis quererentur, Herodes quidẽ nihil territus paratus erat cauſam ſuam dicere: Cæſar uero comiter illũ tractabat, nihilo alienatior propter tumultuantẽ multitudinẽ. & prima quidẽ die qua congreſsi ſunt, facta eſt horũ mentio, deinde uero interruptũ eſt hoc negotiũ. Gadarenſes enim uidentes quorſum Cæſar & amici eius tenderẽt, & certis coniecturis timentes ne dederentur Herodi, ſequenti nocte alij ſe iugulauerũt, alij præcipitauerũt tormentorũ metu: quidam etiam in flumẽ ſe iaciẽtes necauerũt: atq; ita cũ ſeipſi prædamnare uiderentur, ſine mora Cæſar Herodẽ abſoluit. acceſsit huic & alia nõ mediocris

felicitas. Zenodorus enim prȩcordijs ruptis ſanguine multo p̄ ſeceſſum pro fluẽte apud Antiochiã Syriæ perijt. Cęſar uero & huius portionem, ſanè non contemnendã, donauit Herodi: quæ ſita Galilæam inter & Trachonẽ, complectitur Vlatham, Paneadẽ, & agros finitimos. adiunxit eum deinde rectoribus Syriæ, mandauitq; ut omnia ex eius ſentẽtia fierent. Denicp eò tum felicitatis prouectus eſt Herodes, ut cùm in toto q̃ late patet Romano imperio duo eſſent omniũ potentiſsimi Cæſar & Agrippa, Cæſar poſt Agrippã nemini maiorem q̃ illi honorẽ haberet, Agrippa item poſt Cæſarem nemini. qua mutua beneuolẽtia fretus Pheroræ ſuo fratri tetrarchiam impetrauit, de ſuo regno deciſis centum talentorũ reditibus, ut etiam ſi quid fatale ſibi accideret, in tuto eſſent res illius, neq; ſubijceretur Herodis filiorũ imperio. Deducto inde ad mare Cęſare in regnũ reuerſus, in terra Zenodori elegantiſsimũ ei templũ conſtruxit è marmore candido, prope Paniũ quod uocant. id ſpelunca eſt in monte amœniſsima, eiq; ſubiecta in immenſum hians terræ deuexitas, plena aquis ſtagnantibus. ei mons ualde magnus imminet. ſub ſpelunca aũt ſcatent fontes Iordanis fluminis. hunc locum alioquin etiam celebrem ornauit templo exſtructo in honorẽ Cæſaris. Tunc etiam tertiam tributorũ partem remiſit regni ſui ſubditis, prætextu quidẽ ut poſt ſterilitatem ſe reficerent, re aũt uera ut placaret eorũ animos, offenſos talibus regis operibus, quæ uidebanť planè ad religiõis & bonorũ morum perniciẽ tendere, ut omniũ iactabatur ſermonibus. cui rei & aliud ille remedium attulit, occaſiones turbelarũ auferens, & iubens ſua quemq; agere negotia, uetitis per urbem conuenticulis & frequentioribus conuiuijs, appoſitisq; etiam ſpeculatoribus, & grauiſsimis pœnis qui contrafacerent propoſitis. nam multi clàm & propalàm abducebantur in caſtellũ Hyrcaniam, ibiq; dabant ſupplicium: & diſpoſiti erant tam in urbe q̃ per itinera qui obſeruarent conuenientes cuiuſcũq; rei gratia. adeo enim hanc curã non negligebat, ut ſæpe ipſe plebeio cultu noctu miſceret ſe uulgo, & experiretur quid de ſe ſentiret populus: & quotcunq; pertinaciter improbarent eius ſtudia, in omnes inclementer animaduertebat: reliquã uerò multitudinẽ ſacramẽto obſtringebat, iuſiurandũ exigens p̄ non diſceſſuri eſſent à fide & officio. atq; ita maior pars metu cedebat & obſecundabat: q̃ uerò liberius ſtomachabanť & cogi ſe indignabantur, eos quocunq; pacto poterat tollebat de medio. Requiſiuit etiã iuſiurandum à Pollionis Phariſæi Sameæq; ſectatoribus pleriſq;: quod cũ non impetraſſet, non tñ in eos ut in cęteros tales ſęuijt, Pollionis reuerẽtia. remiſit etiã hanc neceſsitatẽ his qui Eſſæi apud nos uocanť, genus hominũ Pythagoreis Græcorũ non abſimile, de quib. alibi narraui prolixius. nunc prætereundũ nõ uideť, nec alienũ à propoſita hiſtoria, cur religioſam de his opinionẽ rex habuerit. Erat quidã Eſſenus Manahemus nomine, cum aliàs uitæ honeſtæ & probatę hominũ teſtimonio, tum uero diuinitus etiã conceſſum habẽs donum fatidici ſpiritus. hic cõſpicatus Herodẽ etiã tum cũ cæteris pueris ludũ literariũ frequentantẽ, regẽ Iudæorũ ſalutauit. ille putans ſe aut rideri, aut nõ ſatis notũ eſſe homini, correxit eius uerba, unũ de plebe ſe profitẽs. Tum Manahemus ſubridẽs, & blando plauſu poſteriora eius permulcẽs uerius q̃ feriens, Imò regnabis, inquit, & feliciter dominaberis: ſic em̃ deus uult: & me-

mor

mor eſto Manahemi uerberũ, quæ te fortunæ mutabilis admoneant. Nihil enim te magis cogitare decet, q̃ de iuſtitia & pietate, & æquitate erga ciues ſubditos. ſed ſcio te hoc non facturũ, futuri præſcius. eris enim tam diuini q̃ humani iuris immemor, licet alioqui fortunatiſsimus, & ſempiterna dignus gloria. Nec tamen deũ latebis, qui te extremo uitæ tẽpore graui caſtigatione reprehenſurus eſt. Hæc uerba non magni fecit Herodes, qui tum nihil tale ſperabat: proſperis deinde ſucceſsibus ad regnũ & tantam felicitatem elatus, cùm maxime uigeret Manahemũ accerſitũ rogat de diuturnitate imperij. Ille nihil certi reſpondit, ſed ſcitante rege num decem annos duraturũ ſit, & uiginti, inquit, & triginta: atq; ita indeterminatũ fatalem finem reliquit. Herodes uero uel hoc contentus Manahemũ data dextera dimiſit. & ex eo ſemper Eſſenos in precio habuit. Hæc tametſi fidem excedere uidentur, uiſum eſt tamen lectori indicare, q̃ multi ſint in eo genere quibus ob morũ probitatem diuinitas aperire dignatur ſua decreta & conſilia.

Herodes nouũ templum Hieroſolymis ædificat. Cap. XIIII

DEcimo octauo autẽ ſui regni anno Herodes poſt tot præclara faci- XIIII
nora, poſt abſoluta tot admiranda opera, eximiũ aliud concepit animo, dei templũ denuo conſtruere, ampliore ambitu & huic conueniente celſitudine, ratus, id quod res erat, id fore omniũ celeberrimũ etiã ad poſteritatis ſempiternã memoriam. Cæterũ ueritus ne populũ difficultate deterritum minus ad hoc obſequentẽ haberet, aduocata concione ſic eum allocutus eſt: Non habeo neceſſe, uiri tribules, ut uel geſta uel opera mea cõmemorem, quæ ex quo regnare cœpi, plus uobis utilitatis & ſecuritatis q̃ mihi ornamenti & laudis attulerunt. ſcitis enim ipſi q̃ in maximis ueſtris difficultatibus nulla priuati cõmodi ratione uobis proſpexi: & quæ hactenus opera deo iuuante abſolui, uobis potiſsimũ ſeruiunt, per quæ factũ eſt ut res Iudaicæ nunc magis q̃ unquam antea floreant. quare ut dicere cœpi, nõ opus eſt ſingulatim percenſere uel urbes uel alia ædificia quibus tum Iudæam ipſam, tum alias huic cõtributas regiones excoluimus: ſed illud potius uobis nunc proponam, quod maxime uel ad religionis cultũ, uel ad regionis ornatũ attinet. Templo huic quod poſtliminio reuerſi à captiuitate Babylonica patres noſtri inſtaurauerunt, deſunt ad priſcam altitudinem LX cubita. tanto enim celſius erat uetus illud Solomonis ædificiũ. nec hoc culpa maiorũ noſtrorũ accidit, per quos nõ ſtetit quin par illi priſtinæ ſtructura ſurgeret: ſed hanc menſuram præſcripſerunt Cyrus & Darius Hyſtaſpis filius: ſub quorum imperio quia illi tum uixerunt, ſicut poſtea Macedonũ, non potuerunt aſſequi primum illud pietatis archetypum. Nunc quoniam deo uolente ego rerũ potior, cui otium, pecunia prompta, magni reditus ſuppetunt, & quod maximũ eſt, Romanorũ orbis dominorum amicitia, dabo operam, ut quod maiores ſub alieno nutu uiuentes nõ ſatis accurauerunt ſuppleam, & quicquid deeſt ad honorem dei, memor acceptorũ beneficiorum, grate ac pie perſoluam. Hac tam inopinata oratione omnium animi ſunt attoniti, quòd ſupra ſpem polliceri uideretur: & angebantur magna ſolicitudine, ne fortè demolitus uetus ædificiũ, nouum non poſſet abſoluere. quare periculoſum uidebatur conſiliũ, & conatus perdifficilis. Quod ubi animaduertit rex, iuſsit eos bono

animo esse. manſurum enim uetus templum integrum, nec demoliendũ tan tisper dum omnis materia comparetur, quæ sit ad futuram fabricam necessa ria. neq; eos fefellit. Mille enim plaustra parauit quæ lapides conueherent: & ex omni artificum copia peritissimos selegit ad decem millia, & insuper mil le sacerdotes stolis sacerdotalibus suo sumptu uestitos, partim cæmentariæ, partim lignariæ fabricæ non imperitos: hosq; omnes adhibuit operi, mate ria iam ante conuecta. Sublatis deinde ueteribus fundamentis, & nouis repo sitis, desuper templum exstruebat, longitudine centum cubitorum, altitudi ne totidem & uiginti amplius. qui uiginti cubiti aliquanto pòst sidentib. fun damentis decesserunt, eosq; denuo addere decreuerunt nostri Neronis tem poribus. Constabat autem structura è lapidibus candidis firmissimis, magni tudine uigintiquinq; cubitorum in longum, octo in altum, latitudine uerò cubitorum duodecim. habebatq; basilicæ similitudinem, hinc & inde humi lius, media sui parte excelsum, à multis stadijs conspicuũ, maxime ex aduerso habitantib. aut aduẽtantibus. Ianua uerò penè ipsi tẽplo par, & superlimina re aulæis uariegatis ornabat, floribus purpureis distinctis, & habentibus co lumnas intextas, sub quarum capitibus uitis expandebatur aurea dependen tibus botryonibus, mirandum sanè opus tam manus quàm materiæ precio. Cinxit etiam totum templum ampliſsimis porticibus, quæ responderent re liquæ magnificentiæ, & priores illas pulchritudine uincerent. harũ duæ ua lidis muris fulciebantur, opere uel in primis memorabili. Tumulus erat pe tricosus, arduus, à uertice sensim uersus oriẽtale urbis latus resupinus. huius uerticem primus Solomon rex noster instinctu dei muro circumdedit. Ra dices quoq; eius alio muro cinxit, cui uersus austrum subiecta est uallis pro funda. hic murus constat saxis grandibus plumbo inter se uinctis, comple ctens interius spacium, & in profundum descendens, ut miranda sit magni tudo & altitudo structuræ forma quadrangulari. Saxorum enim magnitudo à fronte est conspicua, interiora ferro uincta iuncturas continent contra om nium temporum iniurias firmissimas. Hoc opus postquam æquatum est uer tici, cauitas quæ intererat murum inter & tumulum expleta est, ut complana tis omnib. fieret area, & circùm quadriporticus quatuor stadiorũ circuitu, singulis lateribus inter duos angulos per stadia singula patentibus. interius deinde ipsum uerticem ambit alius murus lapideus: cuius orientale latus q̃ longum est duplicem habet porticum, spectantem ianuam templi siti in me ditullio. Eam porticum priores reges adornauerant. Circum templum affixa erant spolia barbarica, quæ omnia Herodes denuo dedicauit, additis etiam recentibus Arabicis. In septentrionalis lateris angulo arx erat firma & bene munita, opus Asamonæorum qui gentis sacerdotium simul & principatum tenuerunt, & turrim id uocauerunt, repositorium stolæ pontificiæ, quæ nõ promebatur, nisi pontifice sacris operaturo. hanc Herodes in eo loco asser uauit, post cuius obitum in Romanorum potestate fuit, usq; Tiberij Cæsaris tẽpora. Eius principatu Vitellius Syrię præses à Hierosolymitis honorificen tissimò hospitio receptus, quò gratiam eis referret, à Cæsare impetrauit, ut iuxta sua postulata ipsi haberent sacræ stolæ custodiam: fueruntq; Iudæi eius custodes usque Agrippæ regis obitum. post quem Cassius Longinus præ-

ses

ſes Syriæ, & Cuſpius Fadus Iudææ procurator, iuſſerunt eos denuo ſtolam in Antoniam deponere, dictitantes debere eam in Romanorũ poteſtate eſſe, quemadmodum & antea. Miſsi ſunt hac de cauſa legati ad Claudium Cæſarem, deprecaturi talem neceſsitatem: ubi inuenerunt iuniorem Agrippam, cui petenti conceſſa eſt ſtolæ cuſtodia, ſcriptis de hac re ad Vitellium literis. Olim autem fuerat ſub ſigillo pontificis & præfectorum gazophylacio, qui pridie ſolennis feſtiuitatis adibant arcis & præſidij Romani præfectũ, & recognito prius ſigillo ſtolam accipiebant: ac mox peracto feſto, reportatã in eundem locũ, & in conſpectu arcis præfecti obſignatam deponebant: quod quidem hoc loco propter toties uariatum morem admonere uiſum eſt. Sed tum Herodes hanc quoq; turrim munitiorem reddidit ad tutelam templi, & in memoriam amici ſui Romanorũ imperatoris Antonij uocauit Antoniã. Occidentalis autem porticus quatuor portas habebat: harum ab una tranſitus erat in regiam per uallem in medio interiectam: duæ ferebant in ſuburbia, poſtrema in urbem, gradibus multis uſq; imam uallẽ diſpoſitis, & inde alijs ſurſum per accliue tendentibus. Vrbs enim ſita erat è regione tẽpli, theatrali ſpecie, toto auſtrali tractu in profundam uallem deſinens. Quartum autem latus meridianum etiam ipſum habebat portam ab utroq; angulo æque diſtantem, & triplicem porticũ baſilicã longitudine ab orientali ualle ad occidentalem pertinentem. Nec enim ulterius poterat. Ibi ſpectaculũ erat, ſi ullum aliud ſub ſole, memorabile. Nam quum uallis in immenſum dehiſceret, ita ut caligarẽt deſpicientium oculi, deſuper exſtructa erat præalta porticus: cuius tecto conſcenſo ſi quis utramq; altitudinem coniunctam contemplaretur, abſq; uertigine id non poterat, uiſu deficiente ob nimiam profunditatem, priuſquã ad imum pertingeret. In eius porticibus ſtabant parib. interuallis quatuor columnarũ ordines, quorũ quartus intertextũ habebat lapideum parietem. Craſsitudo autem cuiuſq; columnæ, quantã poſſent tres homines conſertis inter ſe complecti brachijs: longitudo uigintiſeptem pedũ, ſubiecta ſpira duplici. Numerus uniuerſarum fuit centum ſexagintaduo, capitellis ſculptis opere Corinthio pulchris uſq; ad miraculum. His quaternis ordinibus fiunt per interualla ternæ porticus, ita ut in uno quoq; latere duæ pariles, triginta pedum latitudinis, plus quinquaginta altitudinis, ſtadij longitudine, claudant inter ſe mediam, cuius latitudo ſeſqualtera, altitudo uero duplicata, tanto ſuperabat utranq;. Earum lacunaria lignea, ſculpturata figuris uarijs. Mediæ uero conuexitas altius ſurgebat, excitato ſuper epiſtylia pariete lapideo politiſsimo, columnis inſertis diſtincto, mirabili artificio commiſſuris oculos fallentibus. Atq; hoc modo ſe habebat primus ambitus. Interius uero non longo interſtitio ſecundus, paucis gradibus ſcanſilis, ſeptum habebat lapideum, cum inſcriptione quæ uetaret tranſgredi alienigenã, ſub interminatione pœnæ capitis. hoc interius ſeptũ tam auſtrino quàm ſeptentrionali latere patebat ternis ianuis æquidiſtantibus, ab oriente uero una magna, per quam intrarent caſti unà cum uxoribus. Interiora autem fani mulieribus nefas erat ingredi. Tertium uerò ſpatium intimũ, ſolis ſacerdotibus acceſsibile. In eo templũ erat & ante illud altare, in quo hoſtias immolare deo

ſoliti. Herodes autem interiora à quibus profani lege arcebantur non auſus ingredi, per ſacerdotes curabat fabricam intimarũ porticuum: abſolutóque octo annis reliquo ædificio, tandẽ etiam templũ ipſum eorundem ſacerdotum opera ſeſquianno perfecit. Quo facto ingens gaudiũ exortum eſt in populo, omnibus gratias agentibus deo pro tam celeriter finito opere, & regi pro accurato tam alacriter negotio fauſta ominantibus, & inſtaurationem templi magna feſtiuitate concelebrantibus. Ibi rex trecentos boues deo mactauit, & alij pro ſuis quiſq; facultatibus tantũ uictimarum, quantũ uix comprehendi poſsit numero, fallẽte ueram æſtimationẽ earum multitudine. Incidit enim in hanc celebritatẽ abſolutæ templi fabricæ etiam natalis regni, quẽ Herodes anniuerſaria hilaritate ſolitus eſt colere, ut hoc pacto conduplicaretur lætitia publica. Cæterũ rex inter alia templi opera etiam cryptam fecit ſubterraneam, ab Antonia ferentẽ ad orientalem portam templi, cui turrim etiam impoſuit, in eum uſum ut occulte illuc poſſet aſcendere, ſi quid per tumultum contra regem uellet nouare populus. Fertur toto tempore quo templum ſtruebatur nunquã interdiu pluiſſe, noctu tantum imbribus deſcẽdentibus ne interrumperet ædificatio: eaq; fama quaſi per manus tradita ad nos peruenit à maioribus. nec eſt ueri abſimile, ſi quis diuinam prouidẽtiam reſpiciat. Et de templo inſtaurato hactenus.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER XVI.

Alexander & Ariſtobulus ad patrem reuerſi, Salomes ac Pheroræ calumnijs appetuntur. Caput I

INTER cæteras reipublicæ curas ad ſe pertinere exiſtimans rex etiam priuatas iniurias tam in urbe quàm in agris compeſcere, nouam legem tulit prioribus diſsimilem, quam ipſe ſancijt, ut perfoſſores parietum licere uendere in ſeruitutem extra regni terminos: quod uidebatur non tam ad pœnam maleficorum tendere, quàm ad diſſolutionem patriarum conſuetudinum. Seruire enim apud exteros, & diuerſam uiuẽdi rationem habẽtes, & cogi ad faciendum quicquid illis imperare libuerit, religionem magis lædebat, quàm ipſos conuictos ſceleris. Qua de re ſatis cautum erat in priſtinis legum ſanctionibus: uidelicet furem quadruplum reddere: q̃ ſi non ſit ſoluendo, uendi, non tamen exteris, nec in ſeruitutem perpetuam, ſed uindicandum in libertatem anno ſeptimo. Quamobrem ſic uulgo interpretabantur, nouam illam legem iniquam pœnam ſtatuere, & tyrannicum quiddam magis quàm regium ſapere, non ſine cõtemptu inueterati iam moris publici: traducebaturq; hoc nomine rex omnium criminationibus inuidioſiſsimis

dioſiſsimis. Per idem tempus nauigauit in Italiam, ſalutatum Cæſarem, & ad inuiſendos Romæ ſuos liberos. Ibi Cæſar humaniſsime tractato filios reducendos domũ reddidit, ſatis iam inſtructos diſciplinis liberalibus. Qui poſtquam reuerſi ſunt in patriam, ſtatim excepti ſunt magnis ſtudijs multitudinis, quòd eſſent conſpicui tum ſtatura tum multis ornamentis animi, & modis omnibus regium quiddam præ ſe ferrent ipſa ſpecie. Mouerũt hæc ad inuidiam Salomen ſororem regis, cæterosq; quorũ calumnijs Mariamme oppreſſa fuerat, metuẽtes ſuę potentiæ, quum uiderent non defore ultores materni interitus. Hinc igitur occaſione arrepta, illos quoq; calumnijs appetũt, dictitantes parum iucundam eis eſſe patris conſuetudinem, memoria ſupplicij de genitrice ſumpti, quaſi auerſantibus pollutum materno ſanguine. Videbant enim calũniatores eſſe cauſam odij, & hac una uia expugnare ſe poſſe & abolere paternam beneuolentiam. Nec hæc ad ipſum regem perferebant, contenti in uulgum tales rumores ſpargere, quibus tandem ad illum perlatis facile diuinabant exoriturum tantum odium, ut ne naturalibus quidem uinceretur affectibus.

Herodes dat Alexandro & Ariſtobulo coniuges. Cap. II

SEd tum nondũ frigeſcente paterna pietate rex nihil mali ſuſpicans in eo quo par erat honore illos habuit, & quòd iam eſſent adulti, uxores eis coniunxit, Ariſtobulo Salomes filiam Bernicen, Alexandro Archelai Cappadocũ regis filiam Glaphyram. Poſt hæc audito quòd II
Marcus Agrippa ex Italia rediſſet in Aſiã, profectus illò inuitauit eum in regnum ſuum, ut uenire dignaretur ad amicum & hoſpitem: quo impetrato, nihil prætermiſit quod illi uoluptatem afferre poſſe crederet, excipiens eum in recens conditis urbibus, & oſtendens ædificia, ad hæc omne genus deliciarum & magnificentiæ tam ipſi quàm amicis exhibens, apud Sebaſten & Cæſarienſem portum, & in exſtructis à ſe arcibus, Alexãdrio, Herodio, Hyrcania. In urbem quoq; Hieroſolymitanam eum perduxit, occurrentibus populariter omnibus amictu & cultu feſtiuo cum fauſtis acclamationibus. Agrippa autem deo hecatombe immolata populo epulum præbuit: & quamuis libenter ibi diutius fuiſſet commoratus, appetente tamen hyeme tempeſtatum metu maturius abnauigauit in Ioniam, unà cum amicis maximis honoratus muneribus.

Herodes ad Agrippam nauigat. Cap. III

REx autem exacta domi hyeme, inſtãte uere rurſum ad illum properauit, audito quòd cum exercitu Boſphorum peteret: factaq; præter Rhodum ac Coum nauigatione, Lesbum petit, ratus ſe ibi eum inuenturum. Sed repulſus aduerſis Boreæ flatibus, aliquot diebus apud Chium hæſit: ubi & priuatim multos ſalutatum uenientes regijs honorauit muneribus: & quum animaduertiſſet porticum urbis diru tam bello Mithridatico iacentem adhuc quòd propter inopiam reparari nõ poſſet ad priſtinam pulchritudinem & amplitudinem, tantum pecuniarum contulit in eius fabricam, quantum abunde ad abſoluendam ſufficeret, hortatus ut quàm primũ ueterem ornatum urbi redderent. Mutato deinde uento

primum Mitylenen, deinde Byzantiũ allatus, ut audiuit Agrippam iam ultra Cyaneos ſcopulos prouectum, quanta potuit contentione ſecutus, apud Sinopen Ponticam urbem eum offendit, ex inſperato uiſus cum claſſe appellere: fuitq; gratiſsimus eius aduentus, & ſingulari affectu ſe inuicem cõplexi ſunt: quòd euidens eſſet argumentũ fidei & amicitię, regem intermiſsis proprijs negotijs præſto factũ Agrippæ opportuniſsimo tempore. Quamobrẽ indiuiſus ei hærebat Herodes in exercitu, laborum ſocius, & conſiliorũ particeps. Nec minus aderat quum remittendus eſſet animus, ſolus adhibitus ex æquo & in difficilibus propter beneuolentiã, & in iucundis honoris gratia. Confectis deinde Ponticis negotijs, quorũ cauſa illuc Agrippa uenerat, placuit nõ reuerti nauigio: ſed per Paphlagoniã, Cappadociam ac maiorẽ Phrygiam terreſtri itinere peruenerunt Epheſum: & inde rurſum Samum traiecerunt nauibus. Toto autem eo itinere ferè per ſingulas ciuitates in multis Herodi gratificatus eſt, ad eius preces multorũ ſubueniens neceſsitatibus. Solitus eſt enim non ſolum pecunia largiter adiuuare petentes, & magnos ſumptus facere in hoſpites: uerùm etiam ſi cui mediatore opus erat apud Agrippam, per neminem alium facilius uoti compos factus eſt. Cumq; etiam ipſe magnanimus eſſet, ac facilis ad concedendũ ea quæ neminem læderent, non leue erat momentũ & in rege, incitante uel ſpõte currẽtem ad beneficentiã. Primũ enim iratum Ilienſibus recõciliauit, & pro Chijs debitã Cæſaris procuratoribus pecuniã perſoluit, immunitate impetrata: & alijs item, quacũq; in re ſingulis opus eſſet, affuit.

Ionici Iudæi gentiles apud Agrippam accuſant, conatos ſibi adimere priuilegia per Romanos conceſſa. Cap. IIII

POſtquam autem uentum eſt in Ioniam, præſto fuit magna multitudo Iudæorum, eius regionis urbes incolentium: qui nacti opportunitatem queſti ſunt de indigenarum iniurijs, quòd nec legibus ſuis eos uiuere ſinerent, & feſtis diebus traherent ad tribunalia, & ſacram pecuniam Hieroſolyma mittere uetarent, adigerentq; ſe ad expeditiones & munia publica conuertendámque in eos ſumptus ſacram pecuniam, contra conceſſa per Romanos priuilegia. Has querelas ut Agrippa audiret, Herodes dedit operam, addito eis uno ex amicorum cohorte Nicolao, qui cauſam eorum ageret: qui coram Agrippa, aſsidentibus Romanorũ honoratioribus, & regibus aliquot ac dynaſtis, in hunc modum pro eis uerba fecit. Omnibus quidem qui aliquam iniuriam patiuntur, Agrippa præſtantiſsime, confugiendi ad poteſtatum maiorum opem incumbit neceſsitas: nobis uerò etiam impetrandi quæ petimus adeſt fiducia. Neque enim aliud poſtulamus, q̃ quod iam antè ueſtra beneficentia conceſſum eſt: quodq; hi nobis adimere conantur, qui æque ac nos ueſtro ſubiecti ſunt imperio. Atqui ſi magnum eſt ueſtrum beneficium, digni ſumus qui id retineamus, hocipſo quod nos dignos eo iudicaſtis. ſin paruum, turpe fuerit, ne parua quidem uos poſſe concedere. Quamobrem ſatis apparet nobis illatam iniuriam ad uos quoq; pertinere, quorum iſti & iudicia contemnere non ueren tur, & gratiam irritam reddere. Quòd ſi ipſos aliquis interroget, malint ne

uita

uita carere, an patrijs inſtitutis, pompis, ſacrificijs, feſtiuitatibus, quibus honores deorum ſuorum concelebrant: ſat ſcio quiduis potius paſſuros quàm diuelli à patrijs ritibus. Nam & bella pro religionib. uindicandis ſępenumero ſuſcipiũtur, & huius, qua per uos fruimur tranquillitatis ac felicitatis hoc maximum habetur præmium, quod cuiq; licet ſuo more uiuere, & pietatem colere. Quod igitur ipſi nullo pacto ſuſtinuerint, hoc alijs inferre conantur: quaſi uero non perinde ſit, uel tuam uel alienam pietatẽ impedire ac lædere. Quin & aliud conſideremus. Eſt ne ulla gens aut ciuitas aut populus, qui nõ ſummam ſuæ felicitatis in ueſtro principatu & Romana potentia collocet? eſt ne qui ueſtram gratiam uelit eſſe irritam? Nemo ſanè, qui modo ſapiat. Nemo enim eſt, cuius id uel priuatim uel publice non referat. Atqui iſti dum ueſtra nobis beneficia conãtur auferre, ne ſibi quidem ipſis ullum ius ſaluũ relinquunt, eorũ quæ ueſtra benignitas conceſsit, quæ tamen ſunt inæſtimabilia. Quale enim uel illud eſt, quòd quum multæ aliæ gentes regib. pareant, hi ſub tutela Romanorum principum in libertate feliciſsimam uitam exigũt? Noſtræ autem res, etiamſi nemo ſit moleſtus, nullam tamen merentur inuidiam. Cætera enim cõmuni cum reliquis ueſtris ſubditis felicitate fruẽtes, nihil nobis eximium poſcimus; niſi ut liceat patriam pietatem colere: quod nec per ſeipſum eſt inuidendum, & permittentibus etiam cõducibile. Nam deus & cultores ſuos ſemper amat, & eos qui talem cultum non prohibent. Quid enim eſt in noſtris ritibus quo quiſquam merito offendi debeat? imò quid non coniunctum cum omni pietate ac iuſtitia? Neq; enim celamus præcepta uitæ quæ ſequimur, aut ſtudia quæ exercemus: ſed ſeptimo quoq; die ab omnibus alijs negotijs uacantes, perdiſcendis legibus operam damus, iudicantes hanc diſciplinam plurimum conferre corrigendis moribus. Hi ritus noſtri cum per ſe quoq; in diſquiſitionem uocati nihil habeant reprehẽſibile, nunc uetuſtate etiam, contra quàm multi opinantur, conſecrati ſunt: ut non poſsit non eſſe religio, tot ſeculis ſancita deſerere. Hæ ſunt iniuriæ quas iſti nobis per uim inferunt, deo dicatam pecuniam per ſacrilegium diripientes, immunibus tributa imponẽtes, feſtis diebus ad lites & negotia profana pertrahentes, nulla neceſsitate exigente, ſed tantum in religionis noſtrę contumeliam, quam ipſi ſciunt immerito ſe iniuſtis atq; illicitis odijs proſequi. Veſtrum enim imperium omnibus ex æquo conſulens, & beneuolentiam mutuam ſubditorum alit, & obſiſtit odijs. Has iniurias, Agrippa pręſtãtiſsime, rogamus ut à nobis prohibas, utq; in poſterum quoq; detur noſtris uiuere moribus, quemadmodum antea, nec aduerſarijs plus in nos liceat, quàm nobis in illos. Id enim non ſolum iuſtum eſt, ſed cõceſſum etiã ueſtra clemẽtia: & exſtant de hac re multa ſenatuſcõſulta in Capitolio æreis tabulis cõſecrata, quæ hodieq; leguntur, dubio procul propter expertam noſtram fidem atq; beneuolentiam, & alioqui ſacroſancta etiam ſi nullum noſtrum præceſsiſſet meritũ: quandoquidẽ non ſolis nobis, ſed fermè omnibus mortalibus, adeò nihil de priſtinis beneficijs detrahitis, ut ea potius indies præter omnẽ ſpem reddatis cumulatiora: quæ quidem omnia percenſere præſentis tẽporis anguſtia non patitur. Sed ne uane iactare uideamur noſtra officia, omiſsis pręteritis ſatis teſtari poteſt uel rex noſter qui tibi aſsidet. quod enim ille beneuo

lentiæ

lentiæ aut officij genus familiæ ueſtræ nõ exhibuit? ubi fides eius deſiderata eſt? quid non in honorem ueſtrum excogitauit? ad quam neceſsitatem non primus præſto affuit? Quid igitur prohibet nos quoq; nonnihil gratiæ pro huius meritis accipere? Nec prætereunda eſt patris huius Antipatri fortitudo, qui bello quod Cęſar in Aegypto geſsit cum M M militum auxiliariorum affuit: in quo ita ſe geſsit, ut tam terreſtribus quàm naualib. prælijs nulli uirtute cederet. nec libet cõmemorare quantum tunc rebus eius momentũ attulerit, qualibus ac quantis ab eo muneribus auctus ſit: cum potius à principio adducere debuerim literas quas ea de re imperator ſcripſit ſenatui, quibus à pop. Rom. honores & ius ciuitatis impetrauit Antipatro. poterat enim hoc ſolum argumentũ ſufficere ad declarandũ non immeritò nos dignatos tanta gratia, & à te cõfirmationẽ eius petere: à quo uel nouam ſperare debuimus, uidentes tantam tibi cum rege noſtro amicitiam intercedere: quandoquidẽ & à Iudæam habitantibus renunciatũ eſt nobis, quantum uictimarum obtuleris deo, quibus ue uotis illum honoraueris: utq; populum epulo exceperis, & mutuis hoſpitalitatis officijs delectatus ſis: quæ quidem omnia debent argumenta haberi amicitiæ Iudæorũ gentis & tanti Romanorũ principis, confirmatæ corã ipſis Herodis penatibus. Per hæc te obteſtamur in ipſius regis præſentia, nihil aliud q̃ ut quæ ipſi conceſsiſtis Iudæorũ generi, aliorum fraude intercipi nõ patiamini. His Nicolai uerbis nemo Græcorum ſe oppoſuit: quia nõ de iure contendebatur apud iudices, ſed ſupplicatio tantum offerebatur iniuriam deprecans. Nec illi inficiabantur, ſed hoc ſolũ facto prætexebant, q̃ oneroſi ſibi eſſent inquilini Iudæi. At illi & ingenuos ciues ſe approbauerunt, & ſine cuiuſquã iniuria patrijs legibus uiuere. Quamobrẽ Agrippa intellecto q̃ uim paterentur, ſic reſpondit: ſe non ſolũ propter Herodem amicũ illis gratificari paratum, ſed etiam quia æquum poſtulare uideantur. quare etiamſi plura petijſſent, conceſſurum ſe fuiſſe quicquid ſaluis populi Rom. cõmodis concedi poſſet: nunc quia id tantum poſtulent, ut quæ prius conceſſa ſint rata maneant, confirmaturum ſe populi Rom. beneficium, & daturum operam ne quis illis moleſtus ſit amplius, iuxta inſtituta patria uiuentibus. Hæc locutus dimiſit conuentũ. Tum Herodes aſſurgens ei gratias egit omnium nomine. Deinde poſt mutuos complexus uale dicto à Lesbo digreſsi ſunt.

Herodes in Iudæam reuertitur. Cap. V

Exigitur paucis poſt diebus ſecunda nauigatiõe uſus Cæſaream appulit, & inde Hieroſolyma petijt: ibi aduocata in concionem tam urbana multitudine, quàm reliquis Iudæis qui tum fortè adorant, rationem eis ſuæ peregrinationis expoſuit, & impetratam immunitatem Iudæis per Aſiam degentibus. Commemorauit deinde quantum felicitatis eis ſuus principatus attuliſſet, dum ipſe nihil magis curaret, quàm ne quid deeſſet ſubditis: & quo magis eos exhilararet, profeſſus eſt quartam tributorum partem ſe remittere. Illi uero ſimul oratione ſimul munificentia regis deliniti, cum maxima lætitia diſceſſerunt, omnia fauſta regi comprecati.

Domeſticum

Domeſticum diſsidium inter Herodem & filios. Cap. VI

INterim domeſticũ diſsidium indies augebat, Salome tanq̃ hæredi- III
tario odio adoleſcẽtes proſequẽte, atq; ex præterito facinore q̃ matrem eorũ oppreſſerat, audaciã aſſumẽte, & hoc agẽte ne qs ſuperesſet q̃ poſſet ulciſci mortẽ immeritæ. Nec deerat occaſio, q̃ adoleſcẽtes non optime erga patrẽ affecti uiderent, partim memoria materni interitus, partim dominãdi cupidine. Rurſum igit uetera mala renouabant, his in Salomẽ ac Pherorã conuitia iactãtibus, illis uiciſsim odia & inſidias cõtra adoleſcentes exercẽtibus: & cũ eſſet odiũ mutuũ, nõ erat tamẽ ſimile: dum hi uel ꝓpter genus & mores ingenuos, uel propter ætatis imperitiã procaci lingua iram nõ diſsimulant: illi cõtrà maleuole ac aſtute calumnijs uiam præſtruũt, prouocantes adoleſcentũ ferociam, quam mox erant apud patrem eorũ in ſuſpicionem uocaturi: uoluntatem uindicandi maternam necem uel propria manu non deeſſe illis hoc argumẽto colligẽtes, q̃ nec puderet eos talis matris, & iniuſte interfectã contenderent. Iamq; fabula erant totius ciuitatis, cũctis ſimplicitatẽ adoleſcentũ miſerantibus, nec ceſſante Salome occaſiões uerisimilis criminatiõis ex ipſis ſumere: qui impatiẽter ferẽtes matris mortẽ, & iuueniliter cõtentioſi, nõ illius modò uicẽ, ſed ſuam quoq; ſortẽ miſerabant, q̃ neceſſe haberẽt cum infelicis parẽtis interfectorib. uitã degere; & ſe quodammodo cõtamĩnare illorũ contubernio. atq; huic diſsidio magnũ incrementũ abſentia regis addidit. Qui poſtq̃ reuerſus eſt, & concionẽ illã apud IIII
populũ habuit, mox tũ à Pherora tum à Salome eſt monitus, imminere magnum periculũ ab adoleſcentibus, palàm iactantibus nõ impune laturos qui matrẽ interfeciſſent. his affinxerũt, Archelaũ Cappadocem eis ſpem facere, q̃ ope illius peruenturi ſint ad Cæſarẽ, & patrẽ accuſaturi. quibus auditis Herodes turbatus eſt, tanto magis q̃ eadẽ & ab alijs renunciabant: & per hęc an tea ctorũ admonebat, q̃ propter domeſticorũ diſsidia nec amicis nec dilectiſsima cõiuge diu frui potuerit: futuraq̃; ex præteritis colligẽs, & maiorem aliquã calamitatẽ ſecuturã timẽs, planè cõfuſus erat animo. Reuera eñ quẽad modũ foris ſupra ſpem fortuna utebat propitia, ſic domi præter opinionem omnia male cedebãt: ut meritò ambigendũ ſit, poſsit ne penſari tanta felicitate externa eius calamitas domeſtica, an ſatius eſſet carere ex æquo utraq;, et intra priuatã fortunã cõſiſtere. Dũ talib. curis intra ſe fluctuat, uiſum eſt aliũ filiũ q̃ etiamnũ priuatus erat accerſere, cõprimẽdisq; adoleſcentũ ferocibus animis illũ opponere, & honorib. euehere: is dicebat Antipater: nõ q̃ uellet, ſicut poſtea uictus affectu nimio fecit, omnia in illũ cõferre, ſed ratus ſe filios Mariãmes hoc pacto caſtigatiores redditurũ, & minuendã eorũ arrogantiã, ſi uiderẽt nõ eſſe neceſſe ut ſibi ſolis ſeruet tanti regni ſucceſsio. quapropter hunc quaſi ſuccedaneũ in domũ induxit, putans ſe iam ꝓſpexiſſe adoleſcentibus, ut poſito faſtu tractabiliores ſe patri præbeant. ſed longe aliter euenit. nam & illi factũ hoc iniuriã ſuam interpretabant: & Antipater tali erat ingenio, ut prẽter ſpem nactus amplioré libertatẽ, in hoc omni ope incũberet, ne fratribus primo loco apud patrẽ cederet, & alienatũ iam ab illis ꝓ calumnias, & propẽſum ad hoc, ut (quod iſte uehemẽter cupiebat) infenſior etiã indies fieret. Quamobrẽ nihil aliud cogitabat, hoc tantũ cauens, ne ipſe uideretur

fratrum

fratrum delator, ſed per alios conſiliorũ ſocios rem ageret, qui neq; ſuſpecti eſſent regi, & fidem etiã propter amicitiã uerbis ſuis poſſent adſtruere. Iam enim cõplures ad hunc noua ſpe inflatũ colendũ ſe cõtulerant, & Herodẽ fucata ſpecie beneuolentiæ captabant: cumq; per multas easq; inter ſe fidas perſonas hæc ageretur fabula, adoleſcẽtes magis etiam q̃ ante occaſionẽ illis præbebant. nam & lacrymæ ſæpe eis prorumpebant, nõ ferentib. iniurias ac contumelias, & matrem interdũ inuocabant, patremq; iam apertè ut parum æquũ amicis incuſabant. quę omnia malitioſe ab Antipatri coniuratis obſeruabantur, moxq; affingentes etiã nonnihil Herodi renunciabant, fouentes domeſticũ diſsidiũ. Rex enim ægre hæc ferens, & uolens humiliare Mariam mes filios, maioribus ſemper Antipatrũ augebat honoribus: cuius precibus poſtremò uictus, matrẽ eius in regiam induxit. Cæſari etiam ſæpe pro eo ſcribẽs, priuatim hunc diligentius cõmendabat: & cũ nauigaret ad ſalutandum Agrippam, poſt decennalem adminiſtrationẽ Aſia deceſſurũ, ſolum ex filijs Antipatrũ ſecum duxit: quem ei cum multis muneribus tradidit Romam du cendũ, & recipiendũ in Cæſaris amicitiam: ut iam uiderent omnia per hunc agi, protruſis à principatu adoleſcentibus.

Antipatro Romæ degẽte Herodes Alexandrũ & fratrẽ adductos ad Cæſarẽ accuſat. Cap. VII

LA peregrinatio non mediocriter Antipatro profuit ad honorem & primatum inter regios liberos. Illuſtris enim factus eſt Romæ, paternis literis cõmendatus amicis omnibus. Vnum moleſte ferebat, quòd nõ poterat fratres continuis uexare calumnijs, & uerebatur ne patris animus mutatus, æquiorẽ ſe præberet erga Mariammes filios. Hæc aſsidue cogitans non deſiſtebat à propoſito: & abſens quoq; per literas exacerbabat patrem in eos, quaſi de incolumitate ipſius ſolicitus, ſed re uera ad ſperatam regni ſucceſsionẽ malis artibus uiam ſibi præmuniens: donec ad tantam iram Herodem perduxit, ut inimicus eſſet adoleſcentibus. Sed cũ repugnaret huic affectui, timeretq; ne quid per iram ageret temere, decreuit Romam nauigare, & ibi filios accuſare apud Cæſarẽ, ne propter indignationem uideretur parum pius erga filios. quò poſtquam peruenit, nõ inuentum ibi Cæſarẽ Aquileiam uſq; perſecutus eſt: & cum ueniſſet in colloquiũ, rogaſſetq; ut de infortunio ſuo uellet cognoſcere, adductos coràm filios accuſauit inſolentiæ tentatiq; ueneficij, conquerens eò proceſsiſſe illorũ odia, ut per immane facinus paterno regno potiri cuperẽt: cum ſibi per Cæſarẽ libera poteſtas permiſſa ſit relinquendi eum ſucceſſorẽ qui in pietate erga patrem ſit conſtantior. illos uerò etiamſi principatus nõ accedat, cõtentos eſſe patris exitio, idq; etiam cum ſuæ uitæ periculo quærere: tam immane ac ſceleſtum odium inueteratũ eſſe in eorum animis. Eam calamitatem diu toleratã nunc demum ſe cogi aperire Cæſari, & aures eius talibus inquinare ſermonibus. & quo tandem ſuo merito? quá ue iniuria? aut quomodo eos æquum putare, ut quem ipſe principatum longo tempore per multa pericula quęſiſſet, eius nõ ſinant eſſe dominum, nec liberam poteſtatem permittant relinquendi eius cuicunq; per pietatem hunc honorẽ promerito, ut ad hoc præmium ſpectantibus maior fiat de pietatis officijs cõtentio: maxime cum ſaluo naturę iure ne fas quidem ſit illis cogitare tale aliquid. neminẽ enim poſſe

affectare

affectare parentis regnum, niſi qui eiuſdem optet interitũ, quandoquidẽ uiuo non detur ſuccedere. Se quidem nihil paſſum illis deeſſe eorũ quæ regijs liberis ab amantiſsimo patre præſtari cõueniat, non ornamenta, nõ miniſterium, nõ delicias, cõiugia quoq; procuraſſe illuſtriſsima, alteri ſuæ ſororis, alteri Alexandro Archelai regis filia collocata. Et quod maximũ ſit, ne poſt talia quidẽ auſa patria ſe poteſtate in eos uſum, ſed ad cõmunem benefactorem Cæſarem adduxiſſe, & decedentẽ ex iure uel patris uiolati, uel regis p̃ inſidias appetiti, ex æquo ſe cum eis apud talem arbitrum diſceptare, rogare tamen ne impune ſit illis tantũ facinus, né ue ipſe cogat̃ in perpetuo metu uitã degere: quando ne illis quidẽ expediat poſt tam nefarios conatus ſolẽ inſpicere, & impunitatem auferre poſt proculcata pietatis ac humanitatis iura omnia. Hæc crimina poſtquam Herodes magna uehemẽtia filijs obiecit coram Cæſare, adoleſcentes qui ne loquente quidẽ illo continere lacrymas poterãt, tum uerò perorata cauſa toti in fletus effuſi ſunt, nullius quidẽ tantę impietatis ſibi conſcij, grauem tamen accuſatorẽ patrem ſuſtinentes: q̃p neq; decorũ eſſet contra eum libere dicere, neq; tutum cauſam ſuam deſerere. Quamobrem hærebant ancipites lacrymis ac gemitibus miſerationẽ ſibi quærẽtes, & hoc ipſo ſoliciti, ne uiderentur perturbante conſcientia, defenſionẽ ſui expedire non poſſe, cum potius iuuenili imperitia & conſternatione impedirentur: quod tamen Cæſaris prudentiam non latuit. adeoq; omnium quotquot aderant mouebant miſericordiam, ut ne pater quidem accuſator immotus hoc affectu perdurare potuerit.

Alexandri defenſio, & cum parente reconciliatio. Cap. VIII

IVm iuuenes ubi obſeruauerunt & illũ iam flecti & Cæſarem, cæteroſq; partim condolentes ſibi, partim etiam nõ temperantes à lacrymis, alter illorũ Alexander uerſa ad ipſum patrẽ oratione, ſic aggreſſus eſt obiecta diluere: Pater, q̃ beneuolo ſis erga nos animo, ſatis declarat hoc ipſum iudiciũ. Si em̃ aliquid triſte de nobis ſtatuiſſes, nunquam ad omniũ ſeruatorẽ nos adduxiſſes. poteras enim uel p̃ regia, uel p̃ patria poteſtate in fontes animaduertere. cæterũ adducere nos Romã, & hunc teſtem ac arbitrũ facere, ſeruare uolentis argumentũ eſt. nemo enim ad fana ac tẽpla adducit quem uelit perdere. quòd ſanè cauſam noſtrã aggrauat, qui quidem ipſi nos indignos uita cenſemus, ſi ſuſtinenda ſit læſæ erga talem parentẽ pietatis opinio. quanto enim ſatius mori innoxios, q̃ tanti ſceleris ſuſpectos uiuere? Quare ſi ueritati ſatis patrocinari poterimus, felices nos uel tuo iudicio, uel euaſo diſcrimine. Quod ſi uincit calumnia, ſuperuacaneum fuerit nos ſolem hunc cernere. quid enim hoc non amota ſuſpiciõe profuerit? Videtur quidẽ in noſtram ætatẽ affectati regni crimen cõpetere, & probabilius hoc facit infelicis matris calamitas. Sed uide obſecro, an non idem crimẽ in quemuis noſtri ſimilẽ torqueri poſsit. Nihil em̃ prohibet quicunq; rex habeat liberos defunctæ matri ſuperſtites, eos in ſuſpicionẽ uocare, quaſi patri ſtruant inſidias. Sed ſuſpicio non ſufficit in impietatis crimine. age proferat qui poteſt argumentũ tentati facinoris, quod aliquã fidẽ calumniæ ualeat aſtruere. Poteſt ne quiſquã indicare uenenũ paratũ, aut coniurationẽ cum æqualibus, aut corruptos precio famulos, aut ſcriptas cõtra te lite

ras? cum tamen horũ ſingula interdũ de nihilo fingat calũnia. Grauis em̃ res eſt diſsidẽs inter ſe regia: & ſpes principatus, quẽ tu ais pietatis præmiũ, ſæpe ad nefarios conatus praua ingenia perpulit. Nos certè nullius facinoris conuinci poſſumus. calũnias aũt refellere apud obturatas aures quî poſſumus? Sed liberius quaſdã uoces iecimus: At nõ in te pater, quod nefas eſſet, ſed in eos qui quicquid audiunt effutiunt. Matrẽ aliquis noſtrũ defleuit. at nõ quia mortua ſit, ſed quia etiã poſt mortẽ, à quib. minime debuit, male audiat. Principatũ affectamus quẽ pater obtinet. Quid ita? Si nobis honores regij contigerunt, ſicut re uera cõtigerunt, an nõ conatus noſter eſt ſuperuacuus? Sin minus, certè ſperare licet. An te interfecto ab his expectari poſſet ſucceſsio, quos poſt tam atrox facinus nec terrę laturę ſint, nec maria? Quid ſubditorũ pietas, & totius gentis religio, tuliſſet ſcilicet parricidas ſcelere parto regno potiri, & ſanctiſsimũ à te inſtauratũ templũ ingredi? Quid, ſi cæteros cõtemneremus, poſſet ne quiſcũq; interfector tuus pœnã euadere incolumi Cæſare? Nõ tam impios genuiſti neq; tam ſtultos, ſed infortunatiores fore quàm tuis etiã rebus eſt cõducibile. Quòd ſi neq; quod accuſes habes, neq; quicq̃ deprehẽdiſti, qd tibi poteſt tantæ impietatis fidẽ facere? Quia mater perijt. Sed illius fatũ cautiores nos potius q̃ irritatiores debuit reddere. Potueram⁹ plura pro nobis afferre, ſed qd opus eſt excuſare quę nunq̃ facta ſunt? Quare ab omniũ dño Cæſare, & nũc noſtro arbitro, hoc tm̃ petimus, ut ſi re uera de nobis ſuſpiciões potes ponere mi pater, uiuamus quantũuis infelices. qd em̃ miſerius q̃ temere inſimulari criminis grauiſsimi? Sin à nobis timere tibi pergis, tua pietate ſalua, noſtramet ſentẽtia damnemur. nec em̃ uſq; adeò chara nobis eſt uita, ut eam cum autoris moleſtia retinere uelimus. His uerbis & Cęſar ne antè quidẽ ad credendũ calũnię facilis, magis etiã flexus eſt, q̃ intentis in Herodẽ oculis ipſum quoq; permoueri animaduerteret: & quotquot p̃ſentes aderãt ſolicitudo cepit de iuuenibus, nõ ſine regis inuidia apud oẽs aulicos. nã abſurditas calũniæ, iuuenũq; in ipſo flore ætatis periclitantiũ miſeratio, ad ferendã opẽ cõcitabat animos omniũ: ſed multo magis poſtq̃ tam cordate Alexãder accuſatiõi patris reſpõdit: manentib. reis in eodẽ habitu, et p̃ mœſtitia humẽtes oculos in terrã demittẽtibus. Tandẽ alluxit ſpei nõnihil, ut uideret rex ipſe excuſatiõis egere, q̃ ſine ullis certis argumẽtis tam temerè criminationẽ aggreſſus ſit. Poſtremo Cæſar aliquantiſp deliberabũdus, hoc ipſo iuuenes alioq; inſontes peccaſſe ꝓnunciauit, q̃ nõ tales ſe parẽti præſtitiſſent, ut nulla poſſet in eos hærere ſuſpicio. Herodẽ aũt rogauit ut ſuſpicari deſineret, ac reconciliaret filijs. Perimiquũ em̃ eſſe habere eum fidẽ talibus calumnijs: & poſſe illos in poſterũ mederi offenſis prioribus, & redintegrare mutuũ amorẽ priſtinũ, ſi ad abolẽdas ſuſpiciões ueteres utrinq; diligẽtius coleret pietas. Poſt hanc admonitionẽ iuuenib. innuit. Quib. iam preces parantibus pater has nõ exſpectãs prior flẽtes unũ poſt aliũ cõplectit, cõpatientib. omnibus q̃ aderãt tam ingenuis q̃ famulis. Tum igit̃ poſt actas Cęſari gratias unà diſceſſerũt, & cũ eis Antipater ſimulãs ſe gratulari reuerſis in gratiã. Sequẽtib. deinde dieb. Herodes ccc talẽtis Cæſarẽ donauit, munera edentẽ Romę, & cõgiariũ diuidentẽ populo. Cęſar uiciſsim ei donauit dimidiũ redituũ è metallis Cyprijs, & reliquũ dimidiũ procuratiõi eius cõmiſit: alijsq; hoſpi-

talibus

talibus officijs honorato, liberā potestatē permisit eligēdi successorē quemcunq; è filijs, aut si mallet distribuēdi regni in singulos. quod cum ille iam pararet facere, negauit se cōmissurū quin ille q̄ diu uiueret tam regnū haberet in potestate q̄ filios. His ita peractis rex rursum Iudæam repetit. Quo absente Trachonitæ, nō parua ditiōis pars ab eo defecerant, sed opera ducū quos in regno reliquerat perdomiti, rursum coacti sunt imperata facere. Cæterū Herodes & filij nauigantes cū appulissent Eleusam oppidū Ciliciæ, quod Sebaste mutato nomine dicit, offendunt ibi Archelaū regē Cappadocū. Is excepto rege perhumaniter, multū gauisus est ob recōciliatos filios, & p Alexander eius gener egregie refelliſſet obiecta crimina: datisq; uicissim regijs muneribus digressi sunt. Post hæc Herodes in Iudæā reuersus aduocata in tēplū conciōe qd ea in peregrinatiōe egisset exposuit: denarrataq; humanitate Cęsaris, et alijs reb. quas illos quoq; scire uoluit, extremā orationē uertit ad filios: aulicosq; & cæterā multitudinē ad concordiā adhortatus est, pronūcians filios post se regnaturos, primū Antipatrū, deinde ex Mariāme natos Alexandrū & Aristobulū. Interim debere oēs se unū respicere, & p rege habere atq; dño, non obstante senectute, quę ad regendū propter longā experientiā magis est idonea, præsertim nō deficientib. alijs facultatibus, quib. & subditi in officio continent, & liberi. milites quoq; cum suis ducib. si se unū respiciāt, felicē uitā acturos absq; ullis p turbationibus. His peroratis dimisit cōcionē, quibusdā recte uisus dixisse, quibusdā secius. iniecta em æmulatione inter filios, res omnino spectare ad aliquā mutationem uidebantur.

Herodes quinquennale certamen ob absolutā Cæsaream celebrat. Cap. IX

PEr idem tēpus perfecta est Cæsarea, decimo anno post q̄ ædificari v
cœpta est, regni uerò anno VIII supra uigesimū, Olympiade CXCII. in eius dedicatiōe magna fuit celebritas, & apparatus facti sunt sumptuosissimi. exciti em sunt ad certamen artifices musici, & athletæ gymnicorum certaminū. ad hæc gladiatorū ac ferarū cōparatus magnus numerus, & quicquid huius generis in precio est tam Romæ q̄ apud gētes cæteras. Cōsecratū est aūt hoc quoq; certamē Cęsari, instaurandū p singula quinquennia. Hūc omnē apparatū rex suo sumptu magna ambitiōe undecūq; curauit conuehi, multa in hoc conferēte etiā uxore Cæsaris Iulia, & mittēte p multa pretiosa ex Italia, ut omnibus cōputatis sumptus ad D talēta accederet. Congregata igitur ingēti multitudine spectaculorū gratia, legatiōes quę à diuersis populis mittebant ob accepta beneficia, oēs excepit diuersorijs & mēsis & cōtinuis hilaritatibus, dum hominū frequētia spectaculis se totos dies oblectat, noctu uero cōuiuijs & ostētatione magnificētiæ, cū insigni laude magnanimitatis regiæ. in omnibus em studebat ut posteriora quæq; maiorē admirationē sui facerēt: ferturq; ipsum sæpe Cæsarē & Agrippā dixisse, p maior q̄ pro præsenti ditione esset Herodis magnanimitas, qui dignus uideretur totius Syrię atq; Aegypti imperio. Post hanc celebritatē & festos dies aliud oppidū exstruxit in campo qui dicitur Capharsaba, electo ad hoc agro aquoso & plantis idoneo, amne circumfluēte ipsum oppidū, & luco circūdante pulcherrimarū arborū. hanc à suo patre Antipatro denominauit Antipatrida. deinde castellū matrē suā nomine referēs supra Hierichuntē cōdidit, cui Cy-

pron uocabulũ impoſuit, cõmunito egregie, & inſtructo amœnis domicilijs. nec fraterni affectus oblitus memoriæ illius dedicauit ædificia pulcherrima, primũ turrim pharo non minorẽ in ipſa urbe, in defuncti monumentũ Phaſaelũ uocatã, propugnaculũ urbis munitiſsimũ. deinde eiuſdẽ nominis oppidũ circa uallẽ Hierichuntinã condidit, quà itur ad ſeptẽtrionalia: quo facto eſt, ut circũquaq; ſitus ager antea penè deſertus diligẽtius coleretur ab habitatoribus, Phaſaeliticus inde appellatus. Quin & reliquã eius beneficentiam enarrare ꝑ difficile fuerit, quanta cõtulit in urbes tam Syriæ ꝙ Græciæ, & ubicũq; illũ peregrinari cõtigit: plurimas em̃ adiuuit, aut exſtructis publicis operibus, aut ſicubi incœpta pendebant, ꝓpter inopiã, pecunijs in abſolutionem eorũ erogatis. Inter hæc præcipua ſunt ꝙ Rhodijs Pythiũ templum ſuo ſumptu exædificauit, & ad cõpingendas naues multa argẽti talenta præbuit. Nicopolitanis urbẽ ad Actiũ à Cęſare conditã habitantib. maiorẽ partẽ publicorũ operũ ſuis perfecit impendijs. Antiochẽſibus urbẽ maximã habitantibus, ſecante mediã eius longitudinẽ platea, hanc ipſam utroq; latere ornauit porticibus, & uiam eius ſubdiualẽ lapide polito ſtrauit, nõ tam ad ornamentũ urbis ꝙ ad incolarũ cõmoda. Ludos etiã Olympios nõ ſatis reſpõdentes ſuæ celebritati propter inopiam, adiuuit attributis annuis reditibus, quo ſplẽdidius & ſacrificia fierẽt, & alia quæ ad decorandũ tam frequentẽ cõuentum pertinẽt: pro qua munificẽtia perpetuus agonotheta declaratus eſt. Hic alius quiſpiã miretur in uno homine tantã diuerſitatẽ ingenij. Si em̃ ſpectemus eius liberalitatẽ ac beneficentiã qua erga omnes uſus eſt, nõ poſſumus nõ dicere eũ natura beneficentiſsimũ. ediuerſo ſi iniurias eius & ſęuitiam in ſubditos etiã coniunctiſsimos conſideremus, fateri cogemur hominẽ fuiſſe durũ, inexorabilẽ, & ab omni alienũ modeſtia. atq; ita pugnantes inter ſe uoluntates habuiſſe uidebit. Ego uerò aliter credo, & utrũq; ab una cauſa profectũ exiſtimo. Eo enim ꝙ honoris eſſet cupidiſsimus, & totus huic affectui deditus, incitabat ad magnificentiã, ſicubi ſpes eſſet aut in pręſens laudis, aut in poſterũ memoriæ: quare ꝙ eſſet ſupra facultates ſumptuoſus, cogebat moleſtus eſſe ſubditis. nam cum in alios erogaret plurimũ pecuniæ, neceſſe erat eam aliquãdo male quærere. Deinde ſciens ſe ob eas iniurias inuiſum ſubiectis, eas offenſas lenire uidebat difficile, neq; enim poterat niſi uellet reditus minuere. itaq; abutebat ſuorũ odio in ſuum cõmodum. nam ſi qs illorũ non per omnia ſeruitutẽ toleraret, aut uideret uelle dominationẽ eius excutere, in tales impotẽter ſæuiebat nõ aliter ꝙ in hoſtes, nullo cognatorũ aut amicorum diſcrimine, ꝙ ſolus uellet honorari ab omnibus. Quàm aũt honoris cupidus fuerit, colligere licet ex his ipſis honorib. quos ille Cæſari & Agrippæ cæterisq; eius amicis exhibuit: uolebat em̃ exẽplo eſſe ſuis, ut quẽadmodũ ipſe præſtãtiores coleret, ſic etiã coleret ab omnibus: & hoc pacto ſatis declarabat cuius rei natura eſſet appetẽtiſsimus. Sed Iudæis ꝑ leges patrias nõ licet hoc modo potẽtiores colere, quos neceſſe eſt maiorẽ rationẽ iuſti et ęqui habere ꝙ officiorũ taliũ: quibus ſatis incõmodum erat, ꝙ nõ poſſent ſtatuis & tẽplis demereri regis gratiã, & ſimilib. adulatiõibus explere inſanã cupiditatẽ glorioſi hominis. Atq; hæc mihi cauſa uidet cur Hero des erga familiares & cõſiliorũ participes iniquior, erga exteros & alienos tãto beneficẽtior fuerit.

Iudęo-

Iudæorum Cyrenenſium & Aſiaticorũ ad Cæſarem legatio. Cap. X

ASiatici aũt & Cyrenẽſes Iudæi multũ affligebant ab earũ regionũ ciuitatibus, qui cũ à priſcis regib. accepiſſent ius ciuitatis ex æquo cũ cæteris, tũc multas iniurias à Græcis patiebant, quaſi exportarẽt pecunias, & eſſent noxij reliquis ciuibus. Cũq; Græci nec finẽ nec modũ iniuriarũ facerẽt, coacti ſunt p legatos de eis apud Cæſarẽ conqueri. is reſcripſit ad ꝓuincias, placere ut Iudæis ſeruet æquale ius cũ alijs. cuius reſcripti exemplar ſubijcimus, quo teſtatius fiat quomodo erga nos affecti fuerint imperatores ueteres. Cæſar Aug. Pont. Max. Trib. poteſtatis ita cenſet: Quoniã Iudæorũ gens ſemp fida & grata fuit pop. Ro. nõ nunc tantũ, ſed ſuperiori etiã tẽpore, ꝑcipue patri meo Imp. Cæſari, ſub Hyrcano põtifice: placet mihi de cõmuni iurati ſenatus ſentẽtia, Iudæos uti ꝓprijs ritibus ac legibus, ſicut utebantur tẽpore Hyrcani pont. dei max. & fanis eorũ ius aſyli manere: licereq; eis uotiuã pecuniã p certos homines mittere Hieroſolyma: neq; cogi ad prẽſtanda uadimonia ſabbatis, aut pridie ſabbatorũ poſt horã IX in paraſceue. Quod ſi quis deprehẽdat furari ſacros libros aut ſacrã pecuniã ex locis eorũ religioſis, hũc teneri ſacrilegij, & bona eius addici ærario Ro. po. Suggeſtionem etiã eorũ oblatã mihi p C. Marciũ Cenſorinũ, pro ea pietate qua oẽs homines cõplector, iubeo cũ hoc decreto dedicari in illuſtri loco, quẽ uniuerſa Aſia meo nomini cõſecrauit apud Argyrã. ꝙ ſi quis cõtra decretũ auſus fuerit, nõ mediocri pœna mulctabitur. Inſcriptũ eſt columnæ in tẽplo Cæſaris. Cæſar Norbano Flacco S. Iudæis ubicũq; gentiũ degentib. ſacrã pecuniã ex ueteri inſtituto Hieroſolyma mittere nemine prohibẽte liceat. Hæc Cæſar. Agrippa quoq; ꝓ Iudæis ſcripſit in hunc modũ. Agrippa Epheſiorũ magiſtratibus, ſenatui & pop. S. Pecuniæ ſacræ quæ Hieroſolyma mitti ſolet more patrio, procurationẽ ac tutelã penes Iudæos eſſe uolo in Aſia: & ſi quis ſacram Iudæorũ pecuniã furatus ad aſyla cõfugerit, eũ inde abſtractũ dedi ad pœnã Iudeis quo iure abſtrahũtur ſacrilegi. Syllano etiã magiſtratui ſcripſit, ne Iudæi ſabbatis cogãtur ad præſtãda uadimonia. M. Agrippa Cyrenæorũ magiſtratib. & ſenatui S. Iudæi Cyrenẽſes, pro quib. iam Auguſtus ſcripſit Flauio Libyæ præſidi, alijsq; eius prouinciæ magiſtratibus, nõ eſſe uetandos mittere ex more ſacrã pecuniã Hieroſolyma: cõqueſti ſunt nũc apud me, uexari ſe imꝓborũ quorundã ſycophãtijs, & uetari hoc facere ꝓtextu quorundam tributorũ quæ tñ non debẽtur. Hos ego ſuo iuri ſuisq; morib. relinqui iubeo. & ſi qua in urbe pecunia ſacra intercepta eſt, eã p delectos ad hoc idoneos Iudæis reſtitui. C. Norbanus Flaccus procos. Sardianorũ magiſtratib. Sal. Cæſar mihi ſcripſit, iubere ſe neminẽ Iudæorũ uetari iuxta patriũ morẽ collectas pecunias Hieroſolyma mittere. quare ego quoque uobis ſcribo de hac re, ne uos lateat tam mea uolũtas q̃ Cæſaris. Nec aliter Iul. Antonius procos. reſcripſit: Epheſiorũ magiſtratib. ſenatui ac pop. S. Aſiã habitãtes Iudei Febr. Idib. reddẽti mihi ius apud Epheſum indicauerũt, Cęſarẽ Aug. et Agrippam cõceſsiſſe ſibi uti patrijs legib. & moribus, primitiasq; ſuo quẽq; arbitratu pietatis ergô cõferre, deportãdas abſq; impedimẽto ad templũ dei maximi: rogauerũtq; ut ab illis conceſſa meo cõſenſu rata habeã. Quare ſcire uos uolo, me quoq; iuxta Cæſaris & Agrippæ decreta ꝓmittere, ut quicq̃d uolũt

VI

iuxta patriũ morẽ nemine ꝓhibente faciãt. Hæc decreta in hoc appoſuimus, ut qm̃ ſcripta noſtra in Græcorũ manus ꝓuẽtura ſunt, oſtenderẽ eis iam inde à maiorũ ętate hũc honorẽ nobis habitũ, ne ꝓhiberemur ꝑ poteſtates publicas uti patrijs moribus, imò illorũ cõſenſu religiõe cõceſſa deũ coleremus. q̃ qdẽ eo crebrius inculco, ut flectã gẽtes exteras, & odiũ noſtri, cuius nullã rationẽ habẽt idoneã, eorũ animis eximã. nam morib. nulla gens eiſdẽ utit ꝓpetuo, ſed oppidatim ferè in his fit mutatio. Iuſtitia uero omnib. hominibus ex æquo cõpetit, res utiliſsima tã Grȩcis q̃ barbaris, cuius maxima in noſtris legibus habẽt ratio, noſq; omnibus, modò eas inuiolatas ſeruemus, caros ac amicos poteſt reddere. quãobrẽ rogatos oẽs uolumus, ut nõ tã nos ob diuerſum uitę genꝰ horreãt, q̃ cõplectant ob uirtutis ſtudia. Hęc em̃ cõmunis eſt omnibus, et ſine hac nõ poteſt hũana uita cõſiſtere. nũc ad hiſtorię cõtextũ redeo.

Herodes opus habens pecunia ſepulchrũ Dauidis ſubijt. Cap. XI

HErodes multũ pecuniarũ domi foriſq; profundẽs, audito q̃ Hyrcanus q̃ ante eũ regnauit, recluſo Dauidis ſepulcro tria milia talẽtorũ argẽti extuliſſet, ſupeſſeq; multo plura q̃ poſsint, quantũuis magnis ſumptib. ſufficere, multo tẽpore animũ habuit idẽ aggredi. Tũc uerò noctu apertũ ſepulcrũ ingreditur, cũ prius accurate cauiſſet ne hoc reſciret populus, aſſumptis tm̃ amicorũ fidiſsimis. depoſitas tm̃ pecunias nõ inuenit ſicut Hyrcanus, ſed mũdi precioſi & aureorũ ornamentorũ uim magnã inde ſuſtulit. his inuitatus ad diligẽtius ſcrutandũ, interius ꝓceſsit uſq; ad cõditoria corporũ Solomonis ac Dauidis: ubi duos ſatellites amiſit, erũpente (ut ferũt) exadytis flãma cõtra ꝓgreſſos temere. q̃ caſu territus exiuit; et tactus religiõe ad expiandũ ſe in aditu ſepulcri monumentũ è cãdido marmore cõdidit ſumptuoſiſsimis impẽdijs. eius operis & Nicolaus illius tẽporis ſcriptor meminit, ſed nõ itẽ de deſcẽſu regis, ꝓter decorũ id factũ exiſtimãs: idq; more ſuo fecit. Viui em̃ regis hęc aurib. dedit, captãs gratiã, & ea tm̃ attingẽs q̃ ad gloriã illius ꝓtinere uiſa ſunt. quin & multa eius aperte iniuſta facinora aut alia ſpecie affecta fucauit, aut quantũ potuit occultare ſtuduit: quãdoquidẽ etiã crudelitati in Mariãmen ac filios ſpecioſam cauſam aſtruere conatur, illã impudicitiæ, hos inſidiarũ patri paratarũ inſimulãs: & hoc toto opere facit ꝓpetuo, q̃ recte ac iuſte rex geſsit nimijs extollẽs laudibus, cõtraria uerò diligẽter excuſans. Sed illi ob quã dixi cauſam dãda uenia, nõ tã ad poſteritatis cognitionẽ, q̃ ad gratificandũ ſuo regi ſcribẽti. Nos uerò q̃ & generis ꝓpinquitate Aſamonæos reges cõtingimus, & ſacerdotij honore fungimur, turpe ducẽtes mendaciũ, incorrupte res geſtas exponimus, ſalua reuerẽtia poſterorũ regis illius, q̃ etiã nũc rerũ potiunt, maiorẽ tm̃ ueritatis rationẽ habẽtes cũ ipſorũ q̃q; uenia. Cętera Herodis domus poſt uiolatũ ſepulcrũ cępit labi in deterius: ſiue diris ultricib. in eã partẽ incũbentib. q̃ iam antè male habebat: ſiue fortefortuna talis calamitas incidit in ea tẽpora, ut merito uideri poſsit impietatis ꝑmiũ. Diſsidiũ em̃ erat in aula bello ciuili ſimile, et odia mutua cõcertantia calũnijs. Sed inter oẽs eminebat Antipatri cõtra fratres artificioſa machinatio, qui ꝑ alios inuoluẽs illos falſis criminatiõibus, ipſe patrociniũ eorũ ſæpe ſimulabat, ut ap ꝓbata ſua beneuolẽtia facilius iuuenes clã poſſet opprimere: atq; talibus ſutijs circũueniebat patrẽ, ut putaret hũc ſolũ incolumitatis ſuę curã gerere. qua ꝓpter etiã Ptolemęũ ꝓcuratorẽ ſuũ rex Antipatro cõmendauit, & cũ ma-

tre

tre ei⁹ oĩa cõmunicauit cõſilia,adeò ut nihil nõ horũ arbitratu gereret,et inſẽ ſum eũ redderẽt his q̃s exoſos regi eſſe ipſorũ intererat.Mariãmes uerò filij rẽ indies ferebãt ægrius, ꝓpter nobilitatẽ indignantes ſuo loco ſe dimoueri ac deteriorib.cedere,& tm̃ nõ in ordinẽ redigi. Quin & uxores ipſorũ eiſdẽ laborabãt paſsiõibus,quarũ altera Alexãdro nupta Archelai filia Glaphyra odio mutuo ꝓſequebaẽ Salomẽ,tũ ꝓpter mariti amorẽ,tũ q̃ inſolẽtius ſe erga filiã eius gereret.ea nupta erat Ariſtobulo, quã illi ſibi honore æquari ferebat muliebriter.atq; hac altera cõtentiõe accedẽte, ne Pheroras q̃dẽ regis frater alienus erat à diſcordia.habebat em̃ priuatã cauſam ſuſpiciõis & odij.Inciderat in amorẽ ancillæ ꝓpriæ tã inſanũ,ut oblatã ſibi à rege in cõiugiũ filiã faſtidiret,cõtentus ancillę cõplexib.Id ægerrime tulit Herodes,uidẽs germanũ affectũ à ſe tot beneficijs,et penè regni ſociũ,nõ reſpõdere pietate mutua, & infortunatũ ſe fratrẽ exiſtimãs:& cũ nõ ualeret Pherorã ad æquiorẽ mentẽ reducere,puellã collocauit cũ Phaſaeli filio.ꝓcedente deiñ tẽpore ratus iam deferbuiſſe fratris cupidines,cõqueſtus de repulſa,alterius cõditionẽ ei detulit,q̃ Cypros nomine dicta eſt.Tũ Ptolemęus Pherorę cõſulit,ne ꝓgat fratrẽ contemnere,et ab amore turpi reſipiſcat,ꝓpter quẽ ſtultũ ſit priuare ſe regis amicitia,et in eius uicẽ odiũ ac trãquillitatis iacturã incurrere.Ille intelligens hoc ſibi utile,q̃ iã antè calũnijs appetitus ueniã à rege cõſecutus fuerat, mulierẽ iã filij matrẽ ex ſe factã ablegat: et regi pollicẽ ducturũ ſe filiã ei⁹ alterã: cõdixitq̃; diem xxx ad celebrãdas nuptias,iureiurãdo interpoſito nihil ſibi poſthac cũ ablegata fore cõmercij . elapſo autẽ ꝑfinito tẽpore intantũ amori ſuccubuit,ut nõ ſtaret pollicitis,& rurſum reuolueret ad priſtinã mulieris cõſuetudinẽ.Ibi tũ Herodes nõ ampli⁹ potuit irã tegere,ſed ſępe iaciebat uoces quaſdã,ſigna alienati à fratre animi:nec deerant multi q̃ ꝑ occaſionẽ hũc eius affectũ fouerẽt calũnijs.Iãq̃; nec dies abibat ulla nec hora,q̃n aliq̃d ei nouarũ turbarũ accideret,cõmiſsis inter ſe neceſsitudinib. quas natura uolebat eſſe cariſsimas.Nã & Salome infenſa Mariãmes filijs ne filiã q̃dẽ nuptã Ariſtobulo adoleſcentũ alteri ſinebat frui caritate mutua,pelliciẽs ad effutiẽda & prodẽda ſecreta cõiugũ colloq̃a:& ſi q̃d,ut aſſolet,offenſiũcularũ incideret,exacerbãs multis ſuſpiciõibus.q̃ factũ eſt ut ſecreta eorũ expiſcaretẽ oĩa,et puellę q̃q; iuuenẽ exoſum redderet.illa uerò in matris gratiam ſępe narrabat, q̃ illi q̃ties ſoli eſsẽt,crebrã mẽtionẽ Mariãmes facerẽt,et odioſe de pre loquerent, minarẽturq̃; ſi principatus ipſis cõtingeret,reliquarũ regis uxorũ filios ſcribas ſe facturos in oppidulis:ad hoc em̃ cõducibilẽ illis fore literaturã, cui tũ darẽt operã.uxores etiã regias ſi qñ uiderẽt matris ornamẽta uſurpare,ꝓ preſentib.delicijs ueſtituros ſe cilicijs, incluſas ubi ne ſolẽ quidẽ liceat aſpicere. Hęc mox Salome regi renũciabat: q̃ ille tametſi ꝑmoleſte ferret, emẽdare tm̃ malebat q̃ punire.maxime aũt exaſperabaẽ ſuſpiciõib. & indies ſeipſo peior, omnib.omniũ rumoribus credebat.attamẽ tũc obiurgatiõe filios caſtigaſſe cõtẽtus,& illorũ reſpõſione placat⁹ aliquãtiſp̃ quieuit. Sed mox malũ recruduit.Pheroras em̃ Alexãdrũ cõuenit maritũ ut dixim⁹ Glaphyrę Archelai filiæ: aitq̃; ſe audiſſe ex Salome,Herodẽ ardẽter amare Glaphyram : nec poſſe hũc affectũ excutere. hoc audito iuuenis zelotypus uehemẽter excãduit: et q̃q̃d honoris ac comitatis Herodes mulieri exhibebat in gratiã filij , q̃d q̃dẽ ferè quotidianũ

erat,in peiorẽ partẽ interpretabatur,ſuſpicione cõcepta ex his quæ audierat. neq; diutius potuit eam indignationẽ concoquere, ſed adito patre cũ lacrymis ei ſermonẽ Pheroræ aperit.quamobrẽ illẽ magis adhuc turbatus eſt, nõ ferẽs inſimulari ſe falſò tam turpis criminis,multa querẽs de ſuorũ malitia, à quib.pro beneficijs talẽ reportaret gratiã. Moxq; accerſitũ Pherorã adortus iurgio,peſsime inquit omniũ mortaliũ,eó ne ingratitudinis prolapſus es, ut talia de nobis uel dicas uel cogites? nónne deprehẽdo tuũ propoſitũ, ꝙ non cõuitio tenus hæc dixiſti filio, ſed ut inſidias & ueneficia hoc pacto in caput meũ ſtrueres? Quis em̃,niſi bono aliquo genio ductus ut iſte filius, pateretur patrẽ ſuſpectũ impune ferre talẽ iniuriam? Vtrũ tibi uideris ſermonẽ in animũ,an in dextram gladiũ inſeruiſſe, quo parentẽ cõficeret? aut quid tibi uoluiſti,cũ & ipſum fratrẽ oderis,in me tm̃ calũniando ſimulans beneuolentiam,& ea dicẽs quæ ſalua pietate ne cogitari quidem poterant.apage te hinc poſt tam peruerſum erga fratrẽ benemeritũ animũ. Et tu quidẽ quoad uixeris tua cõſciẽtia fruere:ego uerò dabo operã ut ſim meis melior,neq; dignas pœnas exigens,& maioribus q̃ digni ſint beneficijs eos proſequẽs. Sic deſto machante rege Pheroras cũ in manifeſto crimine deprehẽſus teneretur, Salomes ait hoc eſſe cõmentũ,& ab ea prima hos ſermones ꝓfectos eſſe. Quo audito illa(nã forte aderat)cõpoſito ad uerborũ fidẽ uultu exclamat,nõ eſſe hæc ſua,& oẽs hoc unũ agere ut eam inuiſam regi faciãt, & de medio tollant Herodis amantiſsimã,& præcauentẽ ipſius pericula. nunc uerò etiã maioribus ſe appeti inſidijs.ſolã em̃ autorẽ fuiſſe fratri,ut abiecta qua ſe oblectabat muliercula filiã regis duceret, & hanc eſſe cauſam odij. hæc illa loquente,ſimulq; capillos ſibi uellẽte,& pectus plangẽte, ſpecies quidẽ negantis erat ueriſimilis,ſed mala mẽs diſsimulabatur geſtu fictitio.Pheroras aũt medius tenebatur, ne prętextũ quidẽ ullũ fui facti inueniẽs, cũ nõ inficiaret̃ ſe dixiſſe, & audiſſe eadẽ ꝓſuadere nõ poſſet. ea perturbatio nõ ſine altercatiõe duraui taliquãdiu.tandẽ rex ꝓtæſus & fratrẽ & ſororẽ ablegauit: collaudataq; filij tẽperantia,& ꝙ hos ſermones ad ſe detuliſſet,admodũ ſero ad curã corporis ſe contulit.Poſt hanc contentionẽ male audiebat Salome, quòd uideret̃ autor huius calũniæ:& uxores regiæ male ei uolebant, ꝙ ſcirẽt moroſam & uariabilẽ,& pro tẽpore nunc inimicã nunc beneuolã. Semper igit̃ aliquid contra eam Herodi occinebãt,arrepta occaſiõe ex caſu quodã fortuito.Erat Arabum rex Obodas,homõ ſegnis & otio deditus:negotia uero eius adminiſtrabat Syllęus uir callidus,ætate florẽs & corporis ſpecie.hic cũ propter quędã negotia ad Herodẽ ueniſſet, contẽplatus unà cœnantẽ Salomen animum ad eam adhibuit:cõpertoq; eſſe uiduã,uenit cũ ea in colloquiũ.illa q̃ deterius q̃ antè tractabat̃ à fratre, & nonnihil tacta forma iuuenis,nõ abhorrebat à nuptijs:& cũ per eos dies frequẽtarent̃ conuiuia,exiſtebãt multa nõ mediocria ſigna ꝙ cõſenſus & mutuus amor inter eos intercederet.Hęc uxores regi nõ ſine deriſiõe referebãt. Herodes aũt hoc nõ contẽtus ſciſcitabat̃ ex Pherora, & iubebat eũ inter cœnã obſeruare,quomodo erga ſe inuicẽ affecti ſint. ille renunciauit ꝙ nutibus & mutuis aſpectibus ſatis indicarent quò tenderent. Poſt hæc Arabs iam ſuſpectus abijt.elapſis deinde duob. aut tribus mẽſibus hanc ipſam ob cauſam reuerſus,& collocut⁹ de hac re cũ Herode,poſtulauit

ut

ut Salomen ſibi collocaret. fore em ei hanc affinitatē utilē propter Arabum cōmercia, quorū principatū & deberi ſibi, & iam magna ex parte contigiſſe. De quo cū ille ad ſororē retuliſſet, percōtando an ei nubere ſit animus, mulier facile aſſenſum præbuit. poſtulantib. deinde ut Syllæus accenſeret in Iudæorū religionē, & tum demū uxorē duceret, alioqui nō eſſe licitū: ille facere hoc nō ſuſtinuit, lapidandū ſe dicēs à populariḅus ſi faceret: atq; ita re infecta diſceſsit. ex eo tēpore Pheroras Salomē inſimulauit intēperantię, ac magis etiā uxores regiæ, dicētes eam cōſueuiſſe cum Arabe. Et puellā quā fratri deſpōſatam ille domeſticæ mulierculę illecebris uictus recuſauit ducere, Herodes in ſororis gratiā collocaturus Salomes filio nato è Coſtabaro, mutauit ſententiā perſuaſus à Pherora, negante adoleſcentē amaturū talē ſocerū propter patris ſui cædē, & æquius cēſente ut ipſius filius eam ducat, ſucceſſurus in tetrarchiæ dominiū. quod ubi is perſuaſit, impetrauit prioris offenſæ ueniam. Mutatis igit ſponſalibus puella data eſt nuptū adoleſcētulo, addita c talentorū dote. Nec interim ceſſabant turbæ domeſticæ, imò augebant etiam, à turpib. initijs progreſſæ uſq; ad calamitates triſtiſsimas. Erāt in delicijs Herodi propter formā eunuchi tres, unus à poculis, alter ab epulis, tertius cubicularius, quorū opera etiā in ſerijs regni negotijs uti eſt ſolitus. hos quidā ad regē detulit corruptos eſſe ab Alexandro filio accepta magna ui pecuniæ: & quæſtionib. examinati ecquid cū illo habuiſſent cōſuetudinis, rem faſsi ſunt: præterea nullius tentati cōtra patrē facinoris ſe eſſe cōſcios. admotis deinde acrioribus tormētis, uicti neceſsitate, miniſtris magis magisq; in gratiā Antipatri ſæuientibus, aiunt Alexandrū innatū contra parentē odiū alere: hortatumq; eos ut Herodē deſereret iam inutilē, facientemq; fucū ætati, & ſenium diſsimulantē tincto capillicio. quin potius ſibi adhiberēt animū, potituro uel inuito patre regno debito, exſpectarētq; breui dignitatē primariā. iam enim non tantū generis prærogatiuā ſibi ſuffragari, ſed inſtructa etiā ad inuadendam dominationē omnia. ſtaturos pro ſe multos duces militū, multos amicos regios, paratos quiduis uel agere uel pati in ipſius gratiā. His auditis Herodē totū ira & timor occupat, ꝙ filij uerba & cōtumelioſa uiderent, & minacia: utroq; igit exacerbatus uerebat ne quid grauius cōtra ſe conflatū eſſet, q̄ ut eodē tēporis momento poſſet cauere & occurrere. quamobrē nō auſus palàm inquirere, ꝙ dimiſſos clancularios rem gerebat, omnes ſuſpectos iuxtà habēs atq; inuiſos, & in ſuſpicionibus etiā de immeritis ſecuritatē ſuam collocans: quārū adeò nullus erat finis, ut quo quiſq; ei coniunctior eſſet, eo magis timeret, ut tanto ad nocendū potentior. Cæteros cum quibus ei nulla intercedebat familiaritas, uel nominari à delatore ſat erat, moxq; ad ſuā ſecuritatē pertinere putabat illorū interitus. Poſtremo etiā domeſtici anxij de incolumitate ꝓpria in ſeipſos uerſi ſunt, tutiſsimos rati q alios præuenirēt calumnijs, certiſsimūq; hoc ad ſalutē remediū: qui mox uoti cōpotes hoc ipſo aliorū in ſe conciebant inuidiā, uidebanturq; merito retaliandi, & ſic accipiēdi, ut ipſi tractaſſent alios. Iamq; etiā priuatas ſimultates hoc modo exercebant: moxq; deprehēſi eadē patiebant, occaſiōe cōtra inimicos utētes ꝓ laqueo, quo paulo pòſt ipſi cōprehendebant. Rex em uelox erat ad pœnitentiam, eo ꝙ multos nō cōuictos tolleret: quod tamē nō in hoc proderat ne ſimilia

milia posthac faceret, sed contentus erat delatores eorũ pari mulctasse supplicio. Tantũ erat tunc in aula regia perturbationũ ac formidinũ. Multis etiam intimis amicis denunciauit ne uel in conspectũ suum uenirẽt, uel intra limina palatij, maxime his qui fiducia meritorũ hactenus ei reuerẽdi fuerãt. Andromacho enim & Gemello ueterib. amicis, & qui plurimũ regẽ tam legationibus q̃ consilijs iuuerant, filiosq; eius instituerant, & maiorẽ cæteris habebant fiduciã, amicitiã renũciauit: alteri quia Demetrio eius filio Alexander utebaẽ familiariter: Gemello uerò ꝙ ipsum sciret fauere iuueni. nam & inter educatores eius ac eruditores fuerat, & Romanæ peregrinatiõis comes hæserat. Nec dubiũ est quin grauius aliqd in eos libẽter statuisset, ni obstaret uirorũ claritas: quare cõtentus est tum ablegatis ademisse autoritatẽ, ut posita proborũ hominũ reuerentia debaccharetẽ licẽtius. Horũ porrò omniũ malorũ fax erat Antipater, qui ex quo primũ tempore patrẽ animaduertit formidinibus obnoxiũ, consiliorũ ei sociũ se adiungens accẽdebat hominis sæuitiam: & tunc uidebaẽ egregie fungi officio, si daret operam ut quicũq; reniti possent tollerentẽ de medio. Tunc igiẽ pulso Andromacho & reliquis amicis liberioribus, primũ rex quotquot putabat Alexãdro fidos examinauit tormẽtis, num cuius tẽtati cõtra se facinoris essent cõscij. illi uerò immoriebantẽ cruciatibus, ꝙ nihil haberẽt dicere. atq; hoc acrius incumbebaẽ quęstiõibus, ꝙ præter opinionẽ nullũ deprehẽdi posset ne excogitatũ quidẽ maleficium. Et Antipater callidus artifex interpretabaẽ tortos à ueritate malle q̃ à fide erga dominos & amicos discedere, urgebatq; ut secreta perqrerentẽ apprehensis pluribus. Tandẽ unus è multis tormẽta nõ ferẽs ait se nõ semel audisse iuuenẽ dicere, quoties laudaretẽ à proceritate staturæ, aut sagittãdi peritia, cæterisq; uirtutib. eximijs, hæc à natura ornamẽta sibi magis cõcessa q̃ beneficia. patrẽ em̃ p̃ inuidia his offendi omnib. quapꝑpter qñ simul inambulẽt cõtrahi se de industria & submitti, ne appareat procerior, & in uenatorijs iaculatiõibus illo p̃sente destinata nõ ferire, ꝙ norit genitoris ingeniũ nõ ferẽtis laudari filiũ. Hęc uerba dũ expẽdunẽ intermissis tormẽtis adiecit, cõspirasse eũ cũ fratre Aristobulo ut in uenatiõe patri insidias strueret, quib. si ille esset oppressus, tum regnũ postulaturus Romã perfugeret. Inuẽtę sunt etiã iuuenis literæ ad fratrẽ scriptæ, cõquerẽtis de patre, nõ recte factũ ꝙ Antipatro addixisset agros, ex quib. ad eũ redirẽt c c talẽta annua. tũ uero Herodes ꝓbabili, ut ipsi uidebaẽ, argumẽto cõfirmatus in suspiciõe, Alexãdro cõprehenso iubet inijci uincula: & rursum incipit sæuire, quãuis ne ipse quidẽ auditis satis crederet. neq; em̃ excogitare poterat cur deberet ab illis ꝓ insidias appeti: & querelę illę pueriles cõtentiones uidebanẽ, nec ueriſimile post manifestũ parricidiũ uoluisse eos Romã petere. quãobrẽ uolẽs maius aliq̃d impietatis argumentũ inuenire, soliciteq; cauẽs ne uideretẽ filiũ temere dãnasse ad uincula, et quęstiõi subijciẽs honoratiores Alexãdri amicos, nõ paucos eorũ nihil tale cõfessos interfecit. Cũq; tota regia tumultu, terrore ac tormẽtis ꝑstreperet, iuuenis qdã in tali necessitate cõstitutus dixit Alexandrũ Romã ad amicos literas misisse, rogantẽ ut curarẽt se accersiri à Cęsare, indicaturũ de qbusdã cõtra illũ cõspirationibus, qñ pater societati Romanorũ prętulerit Mithridatis Parthorũ regis amicitiã. addidit habere eũ uenenũ quod apud Ascalonẽ paratum

ratũ ſit. His auditis Herodes credidit, cõſolantibus eũ in calamitate adulatoribus, q̃ nõ temere quidquã faceret. uenenũ tñ ſumma cura quæſitũ nuſquã inuentũ eſt. Cæterũ Alexãder oppreſſus malis adeo nõ ceſsit, neq; inficiatus eſt, ut patrẽ exaſperaret amplius: ſiue uolẽs pudefacere facilitatẽ eius ad credendũ calumnijs: ſiue ut, ſi forte crederet, inuolueret eũ cum tota regia magnis calamitatibus. Quatuor em̃ libellos à ſe cõſcriptos ei miſit, negans opus eſſe tormentis pluribus. Structas em̃ inſidias, participesq́; eorũ eſſe Pherorã & amicorũ fidiſsimos. Quin & Salomen obrepentẽ noctu cũ inuito ſe eſſe cõgreſſam, omnesq́; eò tẽdere, ut illo ſublato optatã aſſequerent licentiam, eiuſdẽ cõſpirationis arguebant & Ptolemæus & Sapinnius, præ cunctis regi fidiſsimi. nec aliter q̃ rabie quadã occupati in ſe inuicem efferabant homines pridẽ amiciſsimi, nõ defenſione, nõ coarguitiõe exſpectata tantiſp dum ueritas pateret, iudiciũ p̃ueniẽte ſupplicio. alij uinciebant, alij necabant, alij nihil lętius expectãtes moras ipſas q̃ repſentationẽ malorũ ægrius ferebãt: ingẽsq́; mœror ac torpor fœdabat priſtinã felicitatẽ regiæ. Ne Herodẽ quidẽ ipſum uitę in tali perturbatiõe nõ tedere poterat, cui q̃nemini ſe auderet credere, p̃ tormẽto erat futuri exit⁹ exſpectatio: ſæpeq́; illi obuerſabat̃ irruẽs gladio ſtricto fili⁹, noctes atq; dies nihil aliud uolutãti, ut iã minimũ abeſſet ab inſania.

Archelaus Cappadocum rex Alexandrum patri reconciliat. Cap. XII

DVm ita Herodes animo angit̃, Archelaus Cappadocũ rex de filia & iuuene genero ſolicitus, tũ amici quoq; uicẽ miſerãs inuoluti tam perplexis et turbatis negotijs, officij ſui putauit profectionẽ ad eum ſuſcipere. Quẽ ubi ſicut audierat affectũ inuenit, importunã rem putauit, ſi obiurgaret ac temeritatis & nimiæ credulitatis argueret. fore em̃ ut ille ex aduerſo contendẽs & excuſare ſe ſtudẽs exacerbaret̃ amplius. Quapropter aliã rationem cõmentus eſt qua res affectas cõponeret, indignatiõe uerſa in iuuenem, aſſerens regẽ nihil præter æquitatẽ, ſed omnia recte feciſſe. Se quoq; dirempturũ illud coniugiũ, ac ne filiæ quidẽ parſurũ, ſi ſceleris cõſcia nõ feciſſet indiciũ. Tum Herodes ubi p̃ter opinionẽ uidit hominẽ pro ſe læſo tam grauiter excandeſcere, aſperitate remiſſa, & factũ ſuũ iuſta æſtimatiõe uolẽs expẽdere, paulatim ad paternos affectus redijt. Iamq́; utroq; flexo ad miſericordiã, quoties aliquis obiecta à iuuene crimina refelleret, ad iram cõmouebatur rex: poſtq̃ uerò Archelaũ quoq; accuſationẽ aggredi uidit, lacrymis affectũ prodens, rogabat illũ ne nimiũ indulgeret iræ, né ue, p̃pter iuuenis erratũ coniugiũ dirimeret. Tum Cappadox nactus eũ iam mitiorẽ, cępit crimina trãsferre in amicos q̃ deprauarẽt hominẽ iuuenẽ, & rudẽ omnis malitiæ, p̃cipue fratrẽ regis urgẽs ſuſpiciõibus. nam cũ & Pheroras in Herodis indignationẽ incurriſſet, intelligẽs reconciliatorẽ neminẽ Archelao magis idoneũ, atratus illũ adijt, alia q̃q; deſperãtis de ſalute ſigna præferẽs. q̃ nõ deſpexit preces ſupplicis, negãs tñ ſibi facile tã cito flectere offenſum regis animũ. Satius eſſe ut ipſe à fratre ueniã peteret, prius cõfeſſus ſe fuiſſe cauſam hõrũ omniũ. eã confeſsionẽ profore multũ ad leniendã iracundiã, ac tũ demũ ſe quoq; oportuni⁹ deprecatorẽ acceſſurũ. paruit ille cõſilio, qd̃ utriq; ceſsit feliciter. nã & iuuenis p̃ter opinionẽ exẽptus eſt criminatiõibus, et Pherorã Archelaus repoſuit in fratris gratiã: ipſe q̃q; inita maxima gratia apud regẽ in tã difficili

IX

ipſius

ipſius tempore, lætus in Cappadociam profectus eſt. nam & cum munerib. dimiſſus eſt precioſiſsimis, & facile primũ inter amicos locũ obtinuit. Cõuenit etiam inter eos ut Herodes Romã peteret, quandoquidẽ de hoc negotio Cæſari ſcripſerat: feceruntq; ſimul iter uſq; Antiochiam, ibi præſidẽ Syriæ Titum reconciliauit Archelao, atq; ita in Iudæam reuerſus eſt.

Trachonitarum defectio. Cap. XIII

SEd interim dum ille Romã profectus à regno abeſt, bellũ Arabicũ ex hac cauſa exortum eſt. Incolæ Trachonis, quam regionẽ Zenodoro ademptam Cæſar Herodi attribuerat, uetiti exercere latrocinia, cogebantur in ſtudijs agriculturæ mitius degere. hoc uitæ genus nec ipſos delectabat, neq; terra reſpondebat laboribus. tamen à principio cohercente rege abſtinebant iniuriã ab accolis, nõ ſine laude Herodis diligentiæ. Sed quando rex nauigauit in Italiam Alexandrũ accuſaturus & cõmendaturus Antipatrũ Cæſari, Trachonitæ ſparſo rumore de eius interitu defecerũt reuerſi ad priſtina latrocinia. tunc tamen abſente rege à ducib. eius ſunt perdomiti. cæterũ x l ex his latronũ principes captorũ exemplo territi, relicto patrio ſolo fugerunt in Arabiam, recipiente eos Syllæo propter non impetratum Salomes coniugiũ. à quo cum munitũ quendam locũ accepiſſent habitandum, excurſionibus non Iudæam tantũ infeſtabant, ſed totam Cœleſyriam, abigebantq; prædas in ſua receptacula, Syllæo prębente impunitatẽ & ſecuritatẽ maleficijs. Herodes aũt reuerſus à Romana peregrinatione, cõperit multa damna illata ſuis à latronibus. cumq; non poſſet eos in poteſtatem ſuam redigere, q̃ eſſent ſub tutela Arabũ, nec tamen iniuriam acceptam conqueret, perluſtrato Trachone interfecit illorũ domeſticos. quo facto illi irritatiores, maximè q̃ legem haberent quæ iuberet domeſticorũ cædem inultam non ſinere, contempto periculo totam Herodis ditionẽ agẽdo & ferendo perpetuis uexabant incurſionibus. Tum rex ad præſides à Cæſare miſſos Saturninũ & Volumniũ rem detulit, latrones depoſcẽs ad ſuppliciũ. illi hoc audito maiore manu ſe cõmunire, perturbare omnia repentinis inſultibus, agros ſimul & uicos populari, iugulare quotquot in manus eorũ incideret, ut bello q̃ latrocinio res eſſet ſimilior. iam enim uſq; ad mille accreuerant. Quare Herodes & latrones ſibi dedi poſtulabat, & mutuũ creditum repetebat, exacto iam præſtituto tempore, ſexaginta illa talenta quæ Obodę per Syllæum cõmodauerat. Syllæus uero qui detruſo à regimine Oboda ipſe adminiſtrabat omnia, inficiabatur eos latrones eſſe in Arabia, & pecuniam differebat reddere, de qua diſceptabat apud Saturninũ & Volumniũ Syriæ præſides. Tandem illis autoribus conuenit, ut intra triginta dierum ſpatiũ & debitum redderet, & ex utroq; regno reſtituerent perfugæ. Sed apud Herodẽ prorſus nemo Arabũ inuentus, uel ob maleficiũ, uel quacunq; de cauſa profugus: uerũ Arabes conuicti ſunt latrones ad ſe recipere.

Expeditio Herodis in Arabiam. Cap. XIIII

CAeterum poſtquã aduenit præſtitutus terminus, Syllæus nolens ſtare conuentis Romam profectus eſt: Herodes uerò exſequebatur reſtitutionem pecuniarum ac latronum, Saturnino & Volumnio permittẽtibus ei cõtumaces armis perſequi: collectoq; exerci-

tu

tu inuaſit Arabiã, ſeptẽ manſiones emenſus triduo. cumq; peruenisſet ad caſtellum in quo ſe latrones continebant, primo impetu id cepit: ipſamq; munitionẽ nomine Ræptam diruit, nullo alio damno dato regionis incolis. Et cũ in auxiliũ eorũ procurriſſet dux Arabũ Naceb⁹, cõmiſſum eſt pręliũ, in quo pauci ex Herodianis, Arabũ uerò XXV cum ipſo duce ceciderunt: reliqui in fugã cõpulſi ſunt. Hoc modo latrones ultus Idumæorũ tria milia in Trachonem deduxit, ut cohercerent ibi latrocinia: & ad duces Romanos agentes in Phœnicia dedit literas, quibus eos certiores fecit, quòd in contumaces tantũ Arabas cõceſſo ab eis iure uſus ſit, nihilq; egerit præterea: idq; ipſorum inquiſitione poſtea uerum compertum eſt.

Syllæus Herodem accuſat apud Cæſarem. Cap. XXV

SED aliter Romam properatis nuncijs Syllęo relatum eſt, ſuo more exaggerãtibus omnia. is iam ante inſinuatus in noticiam Cęſaris, forte tum circa palatiũ obuerſans, his auditis cõfeſtim mutata ueſte atratus eũ adijt, denarrãs ut bello afflicta ſit Arabia, totũq; regnũ euerſum ab Herode ingreſſo cũ exercitu. ad hęc lachrymans quereba tur cecidiſſe duo milia & quingentos Arabũ primates, & in his amicũ ac cognatũ ſuum Nacebum, direptasq; magnas opes apud Rętam repoſitas. atq; hæc facta per cõtemptũ Obodæ, qui nec copias paratas habuerit, nec ducem ſe abſente idoneũ. Hæc dicẽte Syllęo, addenteq; quòd nec ipſe hãc profectionem ſuſcepturus erat ni crederet Cæſari curę eſſe pacẽ publicam omnium, neq; ſe domi præſente Herodes niſi ſuo malo eã pacẽ uiolaturus, Cæſar querela cõmotus percõtatus eſt ex Herodis amicis qui tũ aderant, & ex ſuorum quibuſdã recẽs reuerſis à Syria, hoc tantũ an Herodes ullũ exercitũ extra regni ſui fines eduxerit. Id cũ illi fateri neceſſe haberẽt, nec Cęſar cauſam expeditionis audire dignaretur, magis etiã irat⁹ Herodi ſcripſit minaciter, ſe hactenus illo uſum tanquã amico, poſthac habiturũ eũ pro ſubdito. Syllę⁹ quoq; ea de re ſcripſit ad Arabas. His literis illi elati neq; latrones q effugerãt uoluerũt dedere, neq; acceptã mutuo pecuniã perſoluere, neq; pro paſcuis quę cõduxerant, quicquã numerare, freti eo quòd rex offendiſſet Cæſarem. Quin & Trachonitæ hac occaſione uſi inſurrexerũt in Idumęorũ cuſtodiã, & iuncti Arabicis latronibus qui illorũ regionẽ diripiebãt, non tã ſuis lucris quàm uindictæ ſtudẽtes miris modis in eos ſæuiebãt. Hæc omnia Herodes ferebat, offenſo Cæſare minus iam habens uel fiduciæ uel audaciæ. legatos enim eius ad agendã regis ſui cauſam miſſos primũ ne admiſit qdẽ: iterũ ueniẽtes dimiſit infecto negocio. Quamobrẽ uehemẽter anxio metũ augebat Syllęus, Romæ præſens credulo Cæſari quiduis perſuadens, & iam maioribus rebus inhians. Defuncto enim Obodæ in Arabũ regnum ſucceſsit Aeneas, dictus Aretas mutato nomine. hũc ille per calumnias pellere conabatur, & ſibi principatum uſurpare, multã pecuniã partitus in aulicos, multa etiã Cæſari daturũ ſe pollicitus: quẽ iratũ ſciebat Aretæ quòd ſe incõſulto auſus eſſet regni habenas ſuſcipere. Tandem & ille literas cũ muneribus miſit ad Cęſarem, & in his multorum talentorũ coronam aureã. in his literis accuſabat Syllęũ, quòd nequiſsimus ſeruus ueneno ſuſtuliſſet Obodam, quo etiã uiuo inuaſiſſet rerum adminiſtrationem, uxores Arabum adulterãs, & cõflato ære alieno uiã

ſibi ad occupandũ principatum muniens. Cæſar aũt ne hos quidem legatos audire dignatus, aſpernatusq; eorũ munera, infecta re illos abire paſſus eſt. Interim Iudæorũ res ac Arabũ indies ſe habebãt deterius, turbatis omnibus, & cõponente nemine. nam regum alter nondũ principatum ſuũ conſtabilierat, & proinde ſuos coercere non poterat. Herodes aũt ueritus ne ſi ſe defenderet, eo magis irritaret Cæſarẽ, cogebatur perferre omnes iniurias. Poſtremo nullum finem urgentibus malis inueniens, decreuit denuo Romã legatos mittere, ſi quid æquius per amicos impetrare poſſet à Cæſare. in eam legationem Nicolaus Damaſcenus profectus eſt.

Euryclis calumniæ contra Herodis filios. Cap. XVI

XI PEr idem tempus diſſidiũ cum filijs domeſticũ multo magis exacerbatum eſt. quamuis enim iam antè nunquã prorſus uacarit ſuſpicione, malo pernicioſo regibus, tunc tamen id maxime ob talẽ cauſam inualuit. Eurycles quidã Lacedæmonius, uir domi nobilis, ſed ingenio peſsimo, adulator & delicijs perditus, ſed utrunq; uitiũ egregie diſsimulans, uſus Herodis hoſpitio, datis munerib. & maioribus acceptis, ad gratiã cum eo conuerſatus effecit ut reciperetur inter amicos prẽcipuos. is diuerſabatur apud Antipatrũ, Alexandro quoq; propter crebros cõgreſſus familiaris. aiebat enim ſibi cum Archelao Cappadoce amicitiam intercedere, & ideo ſimulabat ſe Glaphyrã obſequijs colere. cumq; uideretur omnibus ex æquo deditus, obſeruabat quæcunq; uel dicerent uel fierent, undecunq; captans gratificandi per calumnias materiam. deniq; adeò ſe blandis colloquijs inſinuauit unicuiq;, ut illi ſoli fidus uideretur, cæteros ita tractare, prout amico eſſet cõmodum. his artibus ita ſibi deuinxit Alexandrũ ut iuuenis putaret ei ſoli tutò ſe poſſe querelas ſuas concredere. aperiebat igitur ei dolorem ſuum, q̃ pater eſſet à ſe alienatior, caſumq; matris narrabat: & q̃ Antipater prærepta fratribus dignitate ſolus poſſet omnia. Hæc diutius ferenda non eſſe, patre iam talibus imbuto odijs, ut cum ipſis nec conuiuia nec colloquia cõmunicare ſuſtineat. Hæc ille, dolorẽ ſuũ in ſinũ amici, ut tum uidebãt, deponẽs. at ille omnia referebat Antipatro, negans ad ſe hæc pertinere, tacere tamen nõ poſſe ob periculi magnitudinẽ, & conſultũ ei uelle, ut caueret ab Alexandri inſidijs. non enim eum diſsimulare animũ, ſed ipſis uerbis præferre cupiditatem parricidij. Poſt hoc beneuolẽtiæ pignus maxima ab Antipatro accipiebat munera, & ad ultimũ ab eo perſuaſus eſt ut ad Herodẽ referret de hoc negotio. Rex narranti de Alexandri odio facilẽ aurẽ præbuit, & eo deductus eſt uerborũ ambagibus, ut implacabilẽ iram in filiũ cõciperet: id quod ſine mora declarauit. Eurycli enim L talenta donauit: quibus ille acceptis ad Archelaum ſe contulit, & multũ Alexandrum prædicans, operã etiam ſuam cõmemorauit q̃ utilis ei fuerit ad conciliandã patris gratiã: & ab eo quoq; accepta pecunia, prius q̃ deprehẽderetur hominis malitia diſceſsit. Reuerſus deinde in patriã, cum ibi quoq; ſimilibus artibus uteretur, Lacedæmone pulſus eſt in exilium. Porrò Iudæorũ rex non iam ut antè cõtentus aurem prẽbere criminatoribus Alexandri & Ariſtobuli, proprio ſeruiebat odio, etiã nemine accuſante obſeruans ſingula, & ſciſcitans, & permittens omnibus quicquid uellent cõtra eos dicere: & inter cętera Euaratũ Coum cõmunicaſſe cũ Alexandro

xandro consilia. uidebaturq; nullos sermones audire libentius. Oblatum est deinde iuuenibus maius infortuniũ, calumnijs nunq̃ cessantibus, & omnib. certatim aliquid mali de eis ad regem deferẽtibus, scilicet incolumitatis eius studio. erant Herodi duo satellites, Iucundus & Tyrannus, grati illi propter robur ac proceritatem corporũ. hi propter quandã offensam pulsi è regia, & inter equites Alexandri stipatores recepti, q̃ essent exercitatissimi honorabantur pecunijs alijsq; muneribus. Mox igitur rex de his etiam suspicione cõcepta, tormẽta eis admouit. ergo post toleratos diu cruciatus, tandẽ aiunt se solicitatos ab Alexandro, ut inter uenandũ Herodem feras persequentem interficerent. facile enim confingi posse, præcipitatum ab equo suismet telis transfixũ esse. nam & antè penè simile quiddã ei acciderat. Simulq; indicauerunt aurũ defossum in equorũ stabulo, & præfectũ uenatorũ arguebant, q̃ eis præbuisset lanceas regias, & arma, ipso iubente, Alexandri famulis. Post hos præfectus arcis Alexandrij correptus similiter examinatus est: huic obiectum est q̃ eos intra castellũ reciperet, pollicitusq; eis esset pecuniã regiã ibi reconditã. Sed illo pernegante filius eius accedẽs, uera esse dixit omnia: protulitq; referentes manũ Alexandri literas in hanc sententiã. Quàm primũ deo fauẽte perfecerimus quæ decreuimus, ad uos ueniemus. curate igit̃ ut quẽadmodũ estis polliciti, nos in castellũ recipiatis. His literis uisis Herodes posthac pro indubitato habuit, paratas sibi à filijs insidias. Alexander aũt dicebat Diophantũ scribam imitatum suum characterẽ, esseq; Antipatri malitia excogitatũ illã schedulã. Diophantus enim habebatur magnus talium artifex, & pòst in similib. deprehensus dedit suppliciũ. eos uero qui torti sunt rex apud Hierichuntem produxit ad populũ, ut accusarent filios, ubi saxis sunt obruti. cumq; uulgus concitũ pœna Alexandrũ cum fratre uellet afficere, Herodes per Ptolemæũ & Pheroram eos cohibuit: & iuuenes in carcere asseruandos tradidit. eò nemo admittebatur, adhibitis qui explorarent eorũ dicta & facta omnia. iamq; pro condemnatis habebantur, tum aliorũ opinione, tum sua. eorũ alter Aristobulus præ anxietate etiam amitam suam ac socrũ ad miserationem præsentis calamitatis, eiusq; autoris odium inuitans, An nõ tibi quoq;, inquit, periculũ imminet, delatæ q̃ spe nuptiarum Syllæo de omnib. quæ hic fiunt per literas significes. quæ uerba mulier statim fratri retulit. ille non amplius se continens uinciri eos iubet, & seorsum quemq; quid contra patrẽ moliti sint scripto prodere. hoc iussi facere, scripserunt, insidias quidẽ nec parasse se, nec cogitasse: sed conatos fugere, quod non possent amplius ad hunc modũ suspecti & soliciti uiuere. Eodem tẽpore cum uenisset è Cappadocia ab Archelao legatus Mela unus è dynastarũ illius numero, uolẽs Herodes declarare eius maleuolentiã, acciuit ad se Alexandrũ è uinculis: & rursum interrogauit de fuga, quó nam & quomodo decreuissent discedere. Ad Archelaũ, ille respondit, pollicitũ quòd inde Romã mitteret. Cæterùm contra parentẽ nihil durius aut parũ pietati conueniens se machinatos esse, neq; quicquã ueritatis inesse confictis aduersariorũ criminationibus. cupiuisse etiam ut Tyrannus cum socijs examinaret̃ cautius: sed illis approperatã mortem per Antipatrũ, qui admixtis suis uulgũ in eos concitauerit. His dictis rex iussit & ipsum & Melam duci ad Glaphyram Archelai filiam, ut interrogare-

tur num ignorasset paratas Herodi insidias. quò ut uentum est, cõtinuo mulier uinctũ cõspicata maritũ, caput sibi plangens, & præ miseratione attonita clare ingemuit. iuueni quoq; manãtibus lacrymis, qui aderãt miserabili hoc spectaculo turbati, diu nihil mandatorũ poterãt uel dicere uel facere. Tandẽ Ptolemæo, cui cõmissus erat iuuenis, iubente dicere, nũ & uxor fuerit consilij conscia: quî potuit, inquit, non esse, carior mihi uita, & parẽs liberorũ cõmuniũ. ad hæc illa exclamauit, nullius mali se esse cõsciam. quod si id aliquid ad salutem eius cõferat, paratam se mentiri uel in suã perniciem, & nihil omnino negaturã. Tum Alexander, impiũ quidẽ, sicut suspicãtur quos minime oportuit, nihil nec ego cogitaui, nec tu es conscia: sed quòd ad Archelaum abire, & inde Romã, decreuimus. Hoc & illa fatente, Herodes ratus conuictũ à se Archelaũ maleuolentię, dedit Olympo & Volumnio literas, iussis ut inter nauigandũ appellerent ad Eleusam oppidũ Cilicię, et Archelao scripta de his redderẽt: & post expostulationẽ quòd filijs conatuũ fuisset particeps, Romam inde nauigare pergerẽt. & si inuenerint à Nicolao placatũ Cæsarẽ, rederent ei literas, & argumenta quæ ad conuincẽdos iuuenes scripta mittebãtur. Igitur Archelaꝰ pro se attulit, uoluisse quidẽ excipere iuuenes, quòd id et ipsis & patri eorũ putaret utile, ne quid ob suspiciões & disidia duriꝰ in eos statueret: non tamen missurũ fuisse ad Cæsarẽ, nec confirmaturũ eos in male uolẽtia: Romã autẽ delati inuenerũt iam Herodi reconciliatũ Cæsarem, eiq; literas reddiderũt. Nam Nicolai legatio ad hunc modũ se habuit. Quamprimũ Romam uenit & in palatium, præter ea mandata quæ habebat, Syllæum accusandũ suscepit. animaduertit enim disidere inter se Arabas, quorum aliquot eius omnia facinora indicauerũt, & hoc autore necatos pleroſq; cognatos Obodę manifeste coarguerũt ex ipsiꝰ literis interceptis per aduersarios.

XII Qua fortuita occasione Nicolaus uti non neglexit, studẽs Herodem reducere in gratiam Cæsaris. Sciebat enim si defensionẽ regis ordiretur, difficilẽ se habiturum iudicẽ. quod si accusaret Syllæum, nõ defore occasionem pro suo rege satisfaciendi. cõtestata igitur lite, & præstituta ad agendũ die, Nicolaus assistentibus sibi Aretæ legatis acriter accusauit Syllæũ, interfectorẽ assseuerãs domini ac regis sui multorũq; Arabũ, pecuniam etiam mutuatum ad perturbãdam quietem publicã, matronasq; arguens corrupisse tam Romæ q̃ in Arabia. addidit his grauissimũ crimen, circũuentum mẽdacijs eius Cæsarem, quem nihil ueri de gestis ab Herode docuerit. ad hunc occasionis locũ postquã uentum est, Cæsar interlocutus iussit eũ omissis cæteris hoc tantum de Herode dicere, an non exercitũ in Arabiã duxerit, neq; duo milia & quingẽtos illic interfecerit, neq; captiuis abductis regionẽ deprędatꝰ sit. Ad hæc Nicolaus, de his se uel maxime ait docere posse, nihil horũ aut certè minimã partẽ ita se habere, quemadmodũ ab illo relata sint, neq; ullã mereri indignationẽ. His præter opinionẽ auditis cum Cæsar attentius auscultaret, ille primùm indicauit ei de D. talentis mutuo sumptis, deq; syngrapha in qua ascriptum erat, licere post elapsum præstitutũ tempus pignora ex uniuersa regione capere: deinde, non expeditionẽ hostilem hanc fuisse, sed exsecutionẽ iuris & repetitionẽ debiti. idq; non propere actũ quanquã permittente syngrapha, sed appellatis prius sæpe de hac re Saturnino & Volumnio Syriæ præsidibus

dibus: poſtremo apud Berytũ in horũ præſentia Syllæo ꝙ Cæſaris fortunam iurato, omnino intra triginta dies exhibiturũ ſe & pecuniã, & Herodis perfugas. & cum horũ nihil Syllæus præſtitiſſet, aditos rurſum præſides Herodi permiſiſſe pignora capere, atq; ita demũ illum profectũ in Arabiam. hoc eſt, inquit, illud bellũ quod aduerſarij tam tragice exaggerauerunt. quod tamen quî poteſt bellũ uocari, permiſſu præſidũ & ex pacto illatum poſt periurio uiolatos tum alios deos, tum in primis nomẽ Cæſaris? reſtat de captiuis iam dicere. Latrones Trachonitæ XL primũ, mox plures, fugientes Herodẽ metu ſupplicij, receptaculũ ſibi fecerunt Arabiam. hos Syllæus fouit & aluit in omniũ hominum ĩniuriã, agrosq; eis dedit, & prædarũ fuit particeps: quos tamen ipſos eodem iureiurando tenebat reſtituere cum mutuaticia pecunia ad præſcriptũ terminũ. nec poteſt oſtendere quenq̃ præter hos captũ in Arabia: immo ex his ipſis aliquot euaſerunt. Nunc confutata etiã de captiuis ĩnuidioſa ſycophantia, audi Cæſar mendaciſsimũ figmentũ quod ad prouocandam iram tuam cõmentus eſt. Affirmo enim ꝙ cum Arabũ manus nos inuaſiſſet, & unus atq; alter è noſtris cecidiſſet, tũ demũ Herodes repugnare coactus Nacebũ, & cum eo XXV. non amplius cecidit, quorũ ſingulis centuplicatis iſte bis mille & quingẽtos cecidiſſe retulit. His motus Cęſar, uultu irato ad Syllæũ uerſus, rogauit quot Arabes ea pugna deſiderati ſint. Hæſitante illo, & erratum in numero fatente, lectæ ſunt ſyngrapharũ conditiones, & reſcripta præſidũ, literæq; urbiũ cõtinentes querelas de latrocinijs. Ad ultimũ eò res deuenit, ut Cæſar damnato capitis Syllæo, Herodẽ in gratiã receperit: & pœnitens ꝙ calumnijs permotus durius ſcripſiſſet, hoc quoq; Syllæo opprobrauerit, illius mendacijs impulſum ſe diſceſsiſſe ab officijs amicitiæ. In ſumma, remiſit eum in prouinciam, ut poſtq̃ ſatisfeciſſet creditoribus, daret ſupplicium. Cæterũ Aretę indignari pergebat, ꝙ regiã dignitatẽ ac poteſtatẽ uſurparet, priuſquã à ſe acciperet: uolebatq; Arabiã quoq; Herodi tradere: ſed hoc conſiliũ mutauerunt redditæ ipſius literę. Olympus enim & Volumnius cognito placatũ eſſe Cæſarẽ, mox ita ut mandatũ erat obtulerunt ei literas, continentes argumenta quibus filios impietatis conuicerat: quibus lectis uiſum eſt nõ onerare inſuper alio regno ſenẽ & infortunatũ circa filios: admiſsisq; legatis Aretę, & hactenus obiurgatis ꝙ rex eorũ temerarie principatum ſumpſiſſet, nõ exſpectata ſua ſentẽtia, admiſit munera, & regnũ ei auctoritate ſua confirmauit. Poſt hæc Herodi iam reconciliatus ſcribit, dolere ſe XIII uicem eius qui tales haberet filios, debereq; eum, ſi quid contra pietatẽ auſi ſint, ut in parricidas animaduertere. ſe enim liberam ei poteſtatẽ permittere. ꝙ ſi tantũ fugam meditati ſint, ipſum quoq; ſalua pietate oportere leni caſtigatione contentũ eſſe. quare ſuũ conſiliũ eſſe, ut indicto cõſiſtorio apud Berytum Romanorũ domiciliũ, & adhibitis præſidibus cum rege Cappadocũ Archelao, amicisq; cæteris & uiris illuſtribus, de cõmuni ſententia quid ſtatuendũ ſit diſpiciat. atq; hoc fuit argumentũ epiſtolæ Cæſaris.

Herodis filij damnantur apud Berytum in concilio. Cap. XVII

QVa accepta Herodes ſupra modũ gauiſus eſt, tum quòd redijſſet in gratiam, tum propter cõceſſam ſibi ſtatuẽdi de filijs poteſtatẽ liberam: & neſcio quo pacto accidit, ut q̃ prius in ſecũda fortuna durus

quidem pater fuerat,nõ tamen temerarius aut præceps ad filiorũ interitum: nũc rebus ſuis in melius mutatis,& recepta priſtina fiducia,nouo more laxauerit habenas odijs. Ergo conuocat per nũcios quotquot uiſum eſt Cæſari, uno Archelao excepto, uel q̃ hominem oderat, uel q̃ uereretur ne obſiſteret ſuo propoſito. & poſtq̃ Berytum cõuenerunt cùm præſides,tum cæteri exciti è diuerſis urbibus, filios quidẽ,quos adducere in concilium noluit, in Platane uico Sidoniorũ detinuit,nõ longe ab urbe:ut poſſet eos ſi uocarentur ſiſtere. ipſe uero ſolus introgreſſus, coram conſeſſu c L uirorũ,uſus eſt accuſatione non tam propter infortuniũ & neceſsitatem miſerabili, q̃ patri parũ decora. Vehemens enim erat, & in coarguendo crimine hæſitans non ſatis ſe explicabat, multaq; furoris ac feritatis præferebat indicia.nec ꝓbationes exhibebat cognitoribus,ſed aduocatos ſibi eosadiũgebat indecore pater contra filios,literasq; ab ipſis ſcriptas legebat:in quib.nihil inſidiarũ aut impietatis inerat,ſed tantũ de ineunda fuga conſilium,& conuitia ſigna offenſi animi.ad quæ poſtquã ille peruenit uociferabatur quaſi in confeſsis inſidijs: remq; exaggerabat deierãs mori ſe malle q̃ audire talia. Poſtremo dicẽs ſibi & à natura & à Cæſare poteſtatẽ in eos datam, addidit etiam patriam legem ita iubere:ut ſi cui accuſato parentes manus imponãt capiti,neceſſe habeant circumſtãtes ſaxis eum ferire,atq; in hunc modũ interficere. quod cum ſibi promptũ ſit in patria & ſuo regno facere,tamen exſpectare ſe illorũ quoque calculos. Venire ſe tamen ad eos non tam ut iudicent filios in manifeſtiſsima culpa deprehenſos, q̃ ut per occaſionẽ indignationi iuſtæ parentis ſuum addant ſuffragiũ,& exemplũ edant ad poſteros,non oportere tales inſidias negligi.Hæc locuto rege, & iuuenibus ne ad dicendam quidem cauſam adductis, qui erãt in conſilio uidentes rem eò deueniſſe, ut nulla ſit ſpes reconciliationis & gratiæ,poteſtatẽ eius confirmauerunt. Et primus Saturninus uir conſularis, multisq; defunctus honoribus, protulit ſententiam moderatam circumſtantijs:damnare ſe quidem Herodis filios,non tamen cenſere interficiendos,q̃ & ipſe filios habeat,& Herodem præteritis infortunijs hoc maximum nolit adijcere.Poſt illũ ipſius tres filij,qui legati patris erant, eandem ſententiam tulerunt.Contrà Volumnius capite plectendos pronunciat, qui tam impij erga parentẽ fuerint: quem deinceps maior pars ſecuta eſt,ut omnino uiderentur addicti ad ſuppliciũ.Moxq; inde Herodes Tyrũ eos ſecum duxit: quò cum Nicolaus appuliſſet à Roma ueniens,rex prius expoſitis quę apud Berytũ acta fuerant, percontatus eſt quid Romæ amici ſentirẽt de eius filijs.Ille reſpondit uideri conſilia iuuenum impia, cõijciendosq; uinctos in carcerem.deinde penſitato diligentius negotio,ſi ita uideatur, occidendos, ne putetur plus iræ quàm rationi tribuere.ſin contrariũ placeat,abſoluẽdos, ne aliquid committatur immedicabile. eam eſſe Romæ plerorumq; amicorum ſententiam. Tum rex diu multumq; tacitus ſecũ cogitauit, & illum ſecũ nauigare iuſsit.Poſtquam autem Cæſaream uentum eſt,mox omnes fuerunt de filijs ſoliciti,euentum exſpectantes.ualde enim metuebant ne propter inueteratum diſsidium immineret eis exitium. cumq; dolerent eorum uicem, tamen nec loqui temere,nec audire dictũ aliquod liberius uacabat periculo: ſed in ſinu miſericordiã cælantes,taciti dolorẽ diſsimulabant. Vnus omniũ

uetus

uetus regis miles nomine Tiro, filiũ habens Alexandri æqualem & amicũ, quicquid alij quieti occultabant, ipſe libere eloquebat, & ſæpe exclamare cogebatur in turba, periſſe ueritatẽ & iuſtitiam in rebus humanis, & pro his regnare cum mendacijs malitiam: eoq; tantam caliginẽ inductam negotijs, ut ne grauiſsima quidem errata ſua homines animaduerterent. hæc loquẽdi libertas quamuis non abeſſet à periculo, omnes tamen mouebat q̃ non ſine ratione fortiter ſe gereret tali tẽpore: libenterq; hæc audiebant ſinguli, & cum ſibi cauerent ſilentio, eius tamen nõ improbabant licentiam. nam tanti mali exſpectatio potuiſſet à quouis cõmiſerationis uoces exprimere. Ille uero etiã ad regem magna libertate ſe ingerẽs, poſtulauit ſolus cum ſolo colloqui: q̃d ubi conceſſum eſt: Non poſſum, inquit, ó rex diutius ferre hanc anxietatem animi: quæ me cogit audaces uoces & mihi periculoſas promere, ſed tibi, ſi uelis, utiles. Vbi nunc eſt tua mens? ubi animus ille ſemper hactenus quantumuis arduis par negotijs? quę nam hęc eſt tanta amicorum ac cognatorũ penuria? neq; enim tibi hos cognatos aut amicos exiſtimo, qui tantũ ſcelus ſuſtinẽt in quondã felici regia. quid tu? quid agatur nõ diſpicies? occidés ne duos iuuenes è regina uxore ſuſceptos, & in omni uirtute eximios, teipſum hac ætate cõmiſſurus uni filio alenti ſpes improbas, & cognatis quos ipſe toties iudicaſti dignos ſupplicio? An nõ animaduertis tacitum uulgus ſimul & tuũ errorem damnare, & miſerari calamitatẽ iuuenum? adhæc tum militaris turba, tum ipſi duces illis cõpatiuntur, & execrantur autores huius infortunij. Hæc primò ſat æquis auribus accipiebat rex, admonitus tam ſuæ calamitatis, q̃ domeſticorum perfidiæ. Sed illo immodeſte ac militariter inſtante, & per ſimplicitatem non habente rationem temporis, turbatior iam & opprobrationem hanc magis q̃ admonitionem amicam exiſtimans, ſciſcitatus quinam eſſent illi ægreferentes duces aut milites, nominatim indicatos omnes cum ipſo Tirone uinctos iuſsit ſeruari in carcere. Huius facti occaſione Trypho quidam tonſor regis accedens eum ait ſe non ſemel à Tirone ſolicitatũ, ut inter curandũ guttur ei nouacula præcideret, oſtentata ſpe magnorũ munerũ, & primi loci inter Alexandri amicos. Hæc locutũ iubet corripi: moxq; tortus eſt & tonſor & Tiro cum filio. qui uidens patrẽ ſæuiſsime tractatum, obſtinate cruciatus perferre, nec tamen ſupereſſe ullam ſpem ſalutis ex crudelitate regis conijciens, ait ſe indicaturũ ueritatẽ, ſi tormenta ſibi ac parenti remitterẽtur: acceptaq; in hoc fide, dicebat conueniſſe inter eos ut Tiro ſua manu regem interficeret. patere enim ei aditũ ſoli ad ſolũ, atq; ita perpetrato facinore libenter quiduis paſſurũ in Alexandri gratiam. His dictis patrẽ exemit cruciatibus, incertum ueritate expreſſa an ut ſe ac genitorem hoc pacto à diuturniore uexatione redimeret. Herodes aũt eiecta ex pectore omni ſiqua prius inerat dubitatione de filiorũ ſupplicio, nec ullũ relinquens locũ reſipiſcentiæ, properauit exſequi ſuum propoſitũ: & productis in concionem trecentis ductoribus militũ unà cũ Tirone ac filio, tonſoreq; indice, omnes accuſauit apud populũ. in quos multitudo quicquid ad manũ ueniret conijciens, ad unum eos interfecit. Alexander aũt & Ariſtobulus ducti Sebaſten, ibi iuſſu patris ſunt ſtrangulati: & corpora eorũ in Alexandrium recondita ſunt, ubi maternus eorum auus & pleriq; ex progenitorum ſerie ſiti ſunt. Et

fortaſſe alicui mirum non uidebitur, coalitum tanto tempore odiũ adeò excreuiſſe, ut modũ excedẽs ipſam naturam uicerit. Illud merito dubitari poſſit, in adoleſcentes ne ea culpa conferẽda, qua patrẽ longo tẽpore exaſperatum tandem in odiũ coniecerint immedicabile: an in ipſius duritiam, & cupiditatem tam gloriæ quàm dominationis immodicam, qui nullũ ferret ſõcium, malens omnia ſuo arbitratu facere: an potius in fortunã, cuius potentiæ nullis humanis rationibus reſiſtere licet, ne ſapientiſsimis quidem. Vnde perſuaſum habemus eam omnes humanas actiones præſanxiſſe, ut neceſſario conſequantur: eamq; uim fatum uocamus, q̃ nihil ſit quod illa non efficiat. ſed hunc ſermonem ut arduũ leuiter attigiſſe ſufficiet, qui & noſtris ſtudijs nõnihil tribuit, & uarietatis actionum cauſas examinat: quæ quidẽ contemplatio iam olim incluſa eſt legis noſtræ uoluminibus. Cæterũ ex duabus reliquis cauſis quod ad filios attinet, accuſare quis poſſet eorum iuuenilem arrogantiam, & faſtum regium, q̃ nimiũ tribuerint patris calumniatoribus, & in acta eius ac uitam parũ æqui inquiſitores fuerint, malitioſe ſuſpicaces, & linguæ temperare neſcij, ac per hoc geminas anſas prębentes ſuis obſeruatoribus, & ad ineundam regis gratiam delatoribus. Patris autẽ planè pudendus error eſt & inexcuſabilis, quòd neq; inſidiarũ ſtructarũ conuictos, neq; ullis huius conatus argumentis deprehẽſis, permiſit ſibi ex ſe genitos interfi cere, egregio corpore iuuenes, nec apud ſuos ſolũ gratioſos, non in uenationibus ſegnes, non in militaribus exercitijs contemnendos, aut ciuilib. facundiæ ſtudijs. horum enim omniũ non erant rudes, præſertim Alexander natu grandior. Satis erat, etiamſi damnare libuiſſet, aut uinculis eos cohibere, aut procul à regno ablegare, cùm ſecurum faceret Romana potentia, ſub cuius tutela poſitus ne apertam quidem uim, adeò nõ inſidias, extimeſcere debuerat. nunc tam cito eos occidere in impotentis affectus gratiam, quid aliud eſt quàm argumentum impiæ licentiæ: maxime cum eſſet ea ætate, in quam excuſatio ignorantiæ uel imperitiæ non competit. neq; enim mora & dilatio facit eum excuſatiorem. Minus enim peccatum erat, attonitum nouo aliquo caſu, irritatum eſſe ad atrocius facinus. poſt longas uero cunctationes & deliberationes, poſtremo tale quippiam aggredi & perpetrare, ſanguinarij animi eſt & obſtinati in deterius: qualẽ ſibi eſſe etiam poſtea declarauit, nec reliquis parcẽs qui antè uidebant chariſsimi. qui tametſi minus miſerabiles erãt, quòd meritò perirent, tamen ſæuitiam arguebant ſimilem, nec ab illorum temperantem ſibi cædibus. qua de re dicturi ſumus in ſequentibus.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XVII.

De Antipatri Herodis filij malicia. Caput I

NTipater autem ſublatis fratribus agitatus diris, gradu iam ad extremam contra patrem impietatē facto, nondum improbæ ſpei ſatis faciebat & in futurum auidæ. Liberatus enim æmulorum metu qui poſſent in principatus ſocietatem uenire, in aliam maiorē difficultatē parandi ſibi regni incidit, uidelicet odium quo populariter inuiſus erat omnibus. huc accedebat quod illū magis etiam haberet ſolicitū, alienati militum animi, à quibus pendebat regū ſecuritas, ſi quando gens ipſa uideretur nouarum rerū cupida. quæ mala ſuamet culpa ſibi germanis oppreſsis conciliauit. & tamen haud aliter quàm rex cum patre adminiſtrabat res Iudæorum, credente ſe Herode eius fidei, & id factum quo ſupplicium merebatur, interpretante argumentum beneuolentiæ, quaſi ſaluti regis cōſulens illos prodidiſſet, nō morē gerēs odio quo tam illos q̄ patrem proſequebatur: quandoquidē & illos propter patrē oderat totus inſeſſus furijs: dabatq; operā ut nulli eſſent qui inſidias eius detegerent, aut ad quos poſſet Herodes aperta ui petitus refugere. ſed tum longe magis ſtimulabatur cœptos conat⁹ perſequi. Nā eo defuncto proponebat ſibi certū imperium: quòd ſi diutius uitam protraheret, periculū uidebat ne proditis aliquo modo ſuis technis patrem haberet infenſiſsimum. Ideo nullis parcebat ſumptibus in demerendis paternis amicis, hominū odia beneficijs uolens obruere, præcipue quotquot Romę erāt magnificētiſsimis muneribus ſibi cōcilians, & ante omnes Saturninū qui tum Syriæ præerat. Spes etiam erat fratrē ipſius corrumpi poſſe donorū magnitudine: pariterq; regis ſororē, nuptā uiro inter amicos regis primario. erat enim callidiſsimus ad deuinciendos per beneuolentiæ ſpeciē hominū animos, & diſsimulandi odij ſummus artifex. Non tamen fallebat amitā, quæ iam ante perſpectū habebat eius ingeniū, nec decipi poterat, et ideo machinis omnibus occurrebat eius maliciæ: quāuis filiam habebat nuptam eius auunculo, quā ipſe Antipater poſt Ariſtobuli mortē ei iungendam curauerat. Nam alteram mariti matris filius Callæas uxorem duxerat. ſed nec affinitas hæc effecit quo minus cognoſceret eius malicia, ſicut nec prior illa conſanguinitas extinguere meritū odium potuit. Salomen autē adamato Syllæo cupientē nubere, Herodes cōpulit ad Alexæ coniugiū, adiuuante Iulia, & ne recuſaret perſuadēte, ne aperte inimica fratri fieret, iurato ni cōſenſum prębęret alienaturū ſe ab ea beneuolentiā. quare illa paruit autoritati uxoris Cæſareæ, alioquin etiā utile danti conſilium. Per idē tempus remiſſa eſt ad patrē Cappadocum regis Archelai filia, quondā uxor Alexādri, reddita etiā dote ex fiſco regio, nequid ea de cauſa exoriretur controuerſiæ. Ipſe autem filiorū liberos educabat magna dili- 11

gentia

gentia. Alexander em̃ è Glaphyra duos mares ſuſceperat, Ariſtobulus è Bernice Salomes filia tres, & duas fœminas. Eos aliquãdo præſentib⁹ amicis cõmendans, & filiorũ deplorans infortuniũ, deũ precatus eſt nequid ſimile cõtingeret eorũ liberis: ſed potius uirtutibus cũ ætate auctis, gratiã ſibi nutricationis reponerent. deſponſauit etiã futuras adultis uxores, maiori ex Alexandri filijs Pheroræ filiã: Ariſtobuli uerò filio filiã Antipatri: & eiuſdem filiam itidem Antipatri filio. alterã aũt filiam, Herodi ſuo filio, nato ex filia põtificis. mos em̃ nobis eſt patrius, plures ſimul uxores habere. Hæc cõnubia rex procurauit miſeratione pupillorum, per affinitatẽ Antipatrũ ad caritatem eorũ inuitans. Sed ille eundẽ erga pueros animũ obtinuit quem erga parẽtes ipſorũ habuerat: ſolicitatus etiã regis circa eos cura, ne forte adulti officerẽt ſuæ potẽtiæ, Archelao quoq; rege adiutãte nepotulos, et Pherora tetrarcha accipiente pupillarũ alteram filio ſuo coniugẽ. Eodẽ incitabatur propter ſtudia populi, miſerantis orbatos parẽtibus, & ipſum autorẽ eius calamitatis odio proſequẽtis, & parati aliquãdo per occaſionẽ detegere eius erga fratres male uolẽtiã. quapropter machinabat̃ de hoc negocio decreta patris irrita facere, ægre latur⁹ ſi deberet eos habere poteſtatis participes: flexitq; Herodẽ precibus ut ipſi filiã Ariſtobuli ducere permitteret, & filio ſuo Pheroræ filiã. itaq; præter eius ſententiã mutata ſunt pacta cõnubialia. Rex autẽ eodem tempore nouem uxores habebat. una erat Antipatri mater, altera ſummi pontificis filia, ex qua puer natus eſt patrẽ nomine referens. erant inter has & fratris filia, & conſobrina, ſed ſteriles. præterea Samaritis una, & ex ea liberi Antipas & Archelaus, & Olympias filia, quã poſtea duxit regis fratruelis Ioſephus. Archelaus autẽ & Antipas Romæ apud priuatum quendam amicum educabantur. ex Cleopatra etiam Hieroſolymitana Herodem genuit & Philippũ, qui & ipſe Romæ educabatur: ex Pallade autem Phaſaelum: ex Phædra item & Elpide filias habuit Roxanam & Salomen. Maiores autẽ natu filias, Alexandri ex eadem matre ſorores, quarum coniugium Pheroras contempſerat, alteram Antipatro ſororis ſuæ filio collocauit, alterã Phaſaelo fratris ſui filio. atq; hæc fuit Herodis progenies.

De Zamari Iudæo Babylonico. Cap. II

VOlens deinde à Trachonitis tuta eſſẽ omnia, uicũ Iudæis magnitudine urbis decreuit in eius regionis medio cõdere, qui & ſuis eſſet preſidio, & unde hoſtes facili⁹ ex propinquo poſſet inuadere. Cumq; intellexiſſet forte fortuna uirum Iudæum è Babylonia cũ quingentis equitibus ſagittarijs & centũ fermè cognatis Euphrate traiecto circa Antiochiã quæ ſita eſt ad Daphnen degere, ubi à Saturnino præſide Valatham caſtellũ ad habitãdum acceperat, accerſiuit eum unà cum ſuis, pollicitus ei agros in præfectura Batanæa, quæ Trachonitidi confinis eſt, ut ibi opponeretur infeſtatoribus: omniũ etiam tributorũ ac uectigaliũ immunitatẽ promiſit tam agris quàm hominibus. His cõditionibus allectus Babylonius uenit, acceptoq; agro caſtella ibi condidit, & uicũ nomina Bathyrã. eratq; hic uir pro obice cõtra Trachonitas indigenis, ſimulq; Iudæis à Babylone Hieroſolyma religionis ergô petẽtib⁹, quo tutiores eſſent à latrocinijs: multiq; undiq; ad eũ confluxerunt Iudæi obſeruatores legis patriæ: & facta

eſt

eſt ea regio ualde populoſa propter immunitatē quæ illis manſit Herode incolumi. Philippus deinde qui ſucceſsit, pauca & non diu ab eis exegit. porrò magnus Agrippa & eodē nomine filius, licet multis grauatos exactionibus, libertate tamen frui permiſerunt: quibus ſuccedentes Romani & ipſi grauibus tributis eos opprimunt, ſed ſalua libertate: de quo aliàs ſuo tēpore dicemus prolixius. Zamaris aūt Babylonius, qui hanc regionē poſsidendā accepit ab Herode, exacta cum uirtute uita, moriť egregijs liberis ſuperſtitibus, & in his Iacimo equite inſignis fortitudinis, q̄ cū ala Babylonia reges ſtipare eſt ſolitus. is in extrema ſenectute decedens filiū reliquit Philippum, uirum manu promptū, & uirtuti ſiquis alius deditum, regiq̄; Agrippæ ob hæc gratum & amiciſsimum: qui ab eo uniuerſis ſuis copijs exercendis ac ductandis eſt præpoſitus.

Antipatri contra Herodem inſidiæ. Cap. III

Aeterùm in eo rerum Herodis ſtatu quem diximus, omnia pendebant ab Antipatro, poſtq̄ ſemel proſpiciendi ſuis cōmodis poteſtatē accepit à patre, bene ſperante de fide ipſius ac beneuolentia: qua tamen poteſtate ille audacius abutebatur, callide tegens ſuam malitiam, & in omnibus facile fidem à parēte impetrans: eratq̄; omnibus formidabilis ob uerſutiam magis etiam q̄ ob potentiam. Sed præcipue Pheroras illū colebat, & ab eo uiciſsim colebatur, circumuētus à mulieribus Antipatro fauentibus. obnoxius enim erat Pheroras & uxori & ſocrui & ſororī, quamuis exoſas eas haberet propter iniurias illatas filiabus ſuis uirginibus. attamen ferendæ erant; & abſq̄; illis nihil facere poterat, res eius peruеſtigantibus; & mutuo ſe inuicem adiutantibus. quibus etiam Antipater erat deditiſsimus, tum per ſe, tum per matrem: nam hæ quatuor mulieres cōſentiebant in omnibus. Sed Pheroræ cum Antipatro propter leues quaſdam res non ſatis conueniebat, diuellente eos regis ſorore: quæ iamdudum explorabat omnia, ſciens eos in regis tantum perniciem cōſpirare, & parata rei eius indiciū facere. qui ut cognouerunt mutuam ſuam amicitiam ſuſpectam hoc nomine regi & inuiſam, hoc contrà excogitauerunt, ut non congrederentur in propatulo, fictisq̄; conuicijs ſimularent diſsidiū, maxime præſente Herode; aut alio quopiā qui ei renunciaturus id uideretur: clàm aūt alerēt & confirmarent mutuam beneuolentiā: atq̄; ita etiam fecerunt. Hoc autē Salomen non latuit, nec cùm primò excogitatū eſt, nec poſtea cum cœpit fieri. omnia enim peruеſtigabat, moxq̄; ad fratrē affingens aliquid deferebat, uidelicet occulta eorum conuenticula & clancularias conſultationes, mirum ni euaſura in ipſius perniciem, ſi mature ſibi non proſpiceret. In aliorū enim cōſpectu diſsidentes & iactantes inter ſe conuitia, celare amicitiā: deinde quando ſoli ſint cōſentire, dubio procul cōſpirantes in eos quib. occultā uelint eſſe ſuā amicitiā. Hæc illa & peruеſtigabat diligēter, & ad fratrē mox deferebat, iam & per ſe nōnihil intelligentē, ſed cohibentē ſe adhuc, q̄ ſuſpectum haberet etiā ſororis procliue ad calumnias ingeniū. Erat enim quædā Iudæorū ſecta exactiorē patriæ legis cognitionē ſibi uindicans, quibus tanq̄ deo ut uideri uolebant caris, addictum erat hoc mulierū ſodalitiū. Hi Phariſæi uocantur, genus hominum aſtutum, arrogans, & interdum regibus quoq̄; infeſtum, ut

eos

eos etiam aperte impugnare non uereatur. nam cũ tota gens Iudæorũ fidem ſuam iureiurãdo obligaſſet regi & Cæſari, hi ſoli nõ iurauerunt: excedentes ſex milium numerũ:quibus hoc nomine à rege mulctatis,Pherorę uxor pro eis mulctam perſoluit.cui reponentes gratiã quoniã credebãtur futura præſcire ex dei colloquijs,prædicebãt, decretũ eſſe deo regnũ ablatũ ab Herode & eius progenie,transferre in ipſam & maritũ Pherorã ac cõmunes liberos. Sed hoc quoq; regi p Salomẽ innotuit,& quòd aulicorũ quoſdã ſolicitarent munerib⁹ atq; corrũperent.qua in culpa phariſæorũ aliquot deprehẽſos interfecit,præcipuos autores huius conſilij,cumq; his Bagoã eunuchũ,& ſuas delicias Carum,præſtãtiſsimæ formæ gratia ſibi cõmendatum:& præter hos quoſcunq; è domeſtica familia cum Phariſæis cõſpiraſſe ipſorũ indicio cõpererat.Nam Bagoas in eã ſpem ſublatus erat, quaſi parẽs & benefactor appellandus regis,quẽ deſtinarent uaticinia. proſpere enim ceſſura nouo regi
1111 omnia, cõſtabiliendo ſucceſsiõe prolis legitimæ. Herodes porrò conuictis Phariſæis ac ſupplicio traditis amicorũ conſiliũ aduocat,& apud eos Pheroræ uxoris accuſationẽ inſtituit.quòd ipſius impulſu frater cõditionẽ regiarũ uirginũ ſpreuerit: id crimen ad ſuam etiam iniuriã pertinere affirmãs, quòd mulier ruptis legib. naturæ inter fratres ſerat diſsidia quibuſcũq; ualeat tam uerbis q̃ operibus.mulctam quoq; contumacibus à ſe impoſitã illius perſolutam eſſe impendijs,& in ſumma conſciam eſſe totius recentis conſpirationis.Recte igitur facturũ Pherorã,ſi non exſpectatis fratris precibus ſpõte talem mulierẽ ableget,fratres inter ſe cõmittentem mutuis odijs: quandoquidem ei aut huius uxoris iactura facienda ſit,aut fraternæ cõiunctionis ac beneuolentiæ,nec niſi illa reiecta manſurũ ſit integrũ germanitatis uinculum. Pheroras aũt quamuis uehementi regis oratione grauaret,tamen aiebat ſe & fraternæ pietatis iura perfarcte culturũ, & à coniugali caritate haudquaquã diſceſſurũ: emoriq; ſe malle,q̃ ſine dilecta uxore uiuere.Tum Herodes licet graui ſe iniuria exiſtimaret affici,iraſci tamen fratri diſtulit,contentus Antipatro & eius matri interdixiſſe Pheroræ conſuetudine,& uetuiſſe mulierum regiarũ conuenticula.illi facturos ſe iuſſa regis polliciti,per latentes quoties dabatur comeſſationes cõueniebant,præcipue Pheroras & Antipater. quin rumor erat Pheroræ uxorẽ cum Antipatro quoq; ſtupri habere conſuetudinem,conciliante matre ipſius Antipatri.

Herodes Antipatrum mittit ad Cæſarem. Cap. IIII

QVapropter ſuſpectum habens patrem, & ueritus ne ulterius ſerpendo eius odia ad ſe quoq; peruenirẽt, ſcribit amicis Romæ degentibus rogans admoneant Herodem per literas, ut quàm primum ſe ad Cæſarem mitteret. Quo facto Antipatrũ Herodes miſit cum precioſiſsimis muneribus & teſtamẽto, in quo ipſum Antipatrũ regem declarabat,aut ſi ille prior uita decederet,Herodẽ natũ ſibi è filia ſummi pontificis. eodem tempore etiam Syllæus Arabs Romam profectus eſt,non factis imperatis Cæſaris: quem Antipater eorundẽ criminũ reum egit apud ipſum Cæſarem,quorũ Nicolaus antea.accedebat & alter accuſator Aretas, multorũ honoratorũ cædes apud Petram ſe inuito patratas obijciens, maxime Sohemi hominis in omni uirtute præſtantiſsimi.quin & Cæſaris ſeruum

Fabatum

Fabatū ab illo interfectū fuiſſe ob talem quandā cauſam. Erat in ſatellitio Herodis Corinthus, cui fidei rex plurimū tribuere ſolitus eſt. Hunc Syllæus pecunijs corruptū eò perduxit, ut ei regis ſui cædem ſit pollicitus. hoc ubi Fabatus ex ipſo Syllæo cognouit, regi mox indicauit. qui è Corintho confeſsionē extorſit cogitati facinoris, diligēter ex eo perſcrutatus omnia: ſimulq; duos Arabas ab eodē ſatellite inſimulatos comprehendit, alterum uirum principē, alterum Syllæi amicum primarium. qui & ipſi tormentis admoti cōfeſſi ſunt ideo ſe ueniſſe ut Corinthū urgerent crebris adhortationibus ad perpetrandū facinus, atq; adiuuarēt etiā in opere, ſi ita facto op⁹ ſit. quos omes Saturninus apud ſe delatos Romā iudicādos amplius & puniēdos trāſmiſit.

Pheroræ obitus. Cap. V

PHeroram aūt obſtinate permanentē in amore coniugis Herodes in ipſius tetrarchiam ablegat: quod ille fecit libēter, addito iureiurando nunquā ſe rediturum, niſi Herodis morte cognita: adeò ut paulo poſt decūbente rege uocatus ad accipienda quędam ſecretiora mandata tanquā à morituro, propter ſacramenti religionem recuſaret. Nec tamē ille in hoc fratrē eſt imitatus, aut de priſtino affectu quicquam remiſit: ſed cū Pheroras in morbum incidiſſet, uel inuocatus ad uiſendū eum uenit: quo morbo poſtquā abſumptus eſt, corpus eius translatum Hieroſolyma ſepelijt, & publico luctu honorauit. Ea res Antipatro quamuis Romā profecto malorū fuit initium, deo tandem repoſcente ab eo pœnas fratricidij. Id totū ordine ſum narraturus ad exemplum humano generi, quod moneat habendam eſſe uirtutis rationem in omnibus.

Pheroræ uxor accuſatur ueneficij, & Herodes cognoſcit Antipatri inſidias. Cap. VI

PHerora mortuo Taphnitæ duo è libertis eius cariſsimi Herodem adeunt, rogantes ne inultam pateretur fratris mortē, utq; inquireret in miſerum eius & iniuſtum interitum. Quo attentius aurē ſimul ac fidem præbente illorū ſermonibus, aiunt eum apud uxorem cœnaſſe ea die quæ morbi fuit initium, uenenūq; oblatum ei mixtū nouo cuidam cibi generi, quod guſtatum perniciem attulerit homini. id uenenum allatū ab Arabiſſa quadam muliercula, nomine quidem amatorium, re autem uera Pheroræ letiferū. ſunt enim Arabū mulieres ueneficæ maximæ. hæc autē quæ tum inſimulabatur, dicebat amicę Syllęi familiariſsima. ad eā cōparandi ueneni cauſa profectę fuerāt uxoris Pheroræ mater et ſoror, et cū illa reuerſę ſunt pridie quàm ille cœnam letiferam ſumeret. His auditis rex ad iram concitatus torſit ancillas earū & quaſdam etiam ingenuas: & cum nulla quicquā fateretur aut detegeret, poſtrema quædā dolore uicta nihil aliud protulit, quàm quòd imprecata eſt Antipatri matri cruciatus ſimiles, quādo quidem ipſa cauſa eſſet præſentiū tormentorum omnibus. Hæc uox ad diligentiorem inquiſitionē Herodem permouit, ita ut extorqueret earum ſecreta omnia, comeſſationesq; illas & occulta conuenticula, tū ſermones patris cum Antipatro priuatim habitos, prolatos inter Pheroræ mulierculas: ne id quidem reticente, centum talēta ſe accepiſſe ab eo, ut abſtineret Pheroræ colloquijs. Addebāt ancillæ quanto patrē proſequeretur odio, utq; ſæpenumero apud matrē de eius longæuitate quereretur, dum interim etiam ipſe con-

ſeneſceret,ut non multũ ſe iuuare poſſet tam ſera ſucceſsio.adhæc ſimũl nũtriri multos fratres ac fratrũ filios,ut ne ſperare quidem tutò liceat: quandoquidem iam nunc ſi fatale quid ſibi accideret,fratri deſtinata ſit ſucceſsio,nõ filio.addere his ſolitũ accuſationẽ ſæuitiæ, nõ temperantis nec à filijs: cuius metu Romam ſibi diſcedendũ eſſet,Pheroræ uerò in ſuam tetrarchiam.Hæc quia probe congruebant cum illis quę ex ſorore antea rex audierat,exempta eſt omnis dubitatio: deprehenſamq; in tam malitioſis conatibus Doridẽ matrem Antipatri,ſpoliatam multorũ talentorũ ornamẽtis eiecit è regia:& mulieribus ex domo Pherorę propter hoc indiciũ factus eſt placatior.Sed nihil magis eius contra filiũ indignationem cõmouit quàm Samarita Antipater, Antipatri filij procurator, qui in tormentis inter cætera de eo confeſſus eſt, q; letale uenenum Pheroræ tradidiſſet,quo ſe abſente ac per hoc minime ſuſpecto patrem tolleret. id uenenũ allatum ex Aegypto per Antiphilum unũ ex amicis Antipatri,miſſum inde à Theudione auũculo ipſius Antipatri,fratre Doridis: haberiq; apud Pheroræ uxorem,à marito ad aſſeruandum acceptum. De quo rogata per regem mulier, habere ſe faſſa eſt: & mox quaſi ad afferendum id properans, de tecto ſeipſam deiecit. nec tamen letalis fuit caſus,quia fortè in pedes cecidit.ex quo poſtquã ſe recollegit,rege pollicito incolumitatẽ & ipſi & familiæ,ſi totam rei ueritatẽ promeret;contrà extremos cruciatus minato ſiquid per obſtinationem celare pergeret,iurauit ſe omnia dicturam ita ut aucta ſint: &,ut multorũ tum fuit opinio,nihil omnino mentita eſt.Venenũ id,inquit,ex Aegypto attulerat Antiphilus, paratũ ibi opera fratris ſui,profeſsione medici. Theudio deinde in domũ noſtram intulit, & ego ſeruaui acceptũ à meo Pherora,ſed ab Antipatro tuo in tuam perniciem comparatum.Poſtquam igitur maritus in morbum incidit,& tu officioſe ad uiſendum eum & curandũ ueniſti,motus ille,& ad pietatem flexus tua beneuolentia,me accita,ó uxor,inquit,circunuenit me Antipater,dum peſtiferis conſilijs & ueneficis miniſterijs ſuum patrẽ meum fratrẽ appetit. Nũc igitur quandoquidẽ in germano nihil pietati qua hactenus erga me uſus eſt uideo decedere,& mihi inſtare uitę terminũ,age ne fratricidali animo manes maiorum contaminem,me inſpectante uenenũ illud exure.tum ſe ſine mora prolatum iuxta uiri mandatũ concremaſſe,paululo ſeruato ut ſi poſt mariti mortem rex eam tractare uellet durius,poſsit ei neceſsitati occurrere. Hæc elocuta uenenũ quoq; unà cum pyxide in mediũ protulit. Poſt hæc alter Antiphili frater & cõmunis eorũ mater per tormenta idem fateri coacti ſunt, pyxidem etiam agnoſcendo. Accuſabatur autẽ etiam pontificis filia regis uxor, quaſi ſecretorũ horum omniũ particeps,ſed conſcientiã diſsimulans. quapropter & ipſam rex abiecit,& filiũ eius è teſtamẽto deleuit, ubi ſucceſſor deſtinatus fuerat.Socero quoq; Simoni Boethi filio ſacerdotio priuato ſurrogauit Matthiam Theophili filiũ Hieroſolymitani genere.Interim Roma uenit Bathyllus libertus Antipatri,& ſubiectus quæſtionibus faſſus eſt attuliſſe ſe uenenũ quod daret patroni ſui matri & Pheroræ, ut ſi prius illud parum fuiſſet efficax,hoc poſteriore Herodem aggrederentur. Simulq; uenerũt ad regem ab amicis Romæ degentibus literæ, inſtinctu Antipatri ſcriptæ, in quibus Archelaus & Philippus accuſabantur, quod crebro crimen patris refricarẽt de

cæde

cæde Alexandri ac Aristobuli, miserarēturq; fatum germanorū innocentiū. iam enim & ipsi reuocabantur in patriam, non ob aliud q̄ ut euocati fratrum interitus accessio fierent. hæc aūt amici in Antipatri gratiam faciebant, magnis ab eo corrupti mercedibus: qui etiam per se patri scripsit de adolescentibus, quasi eos excusans, & uerba eorū ætati imputans. Ipse interim decertabat contra Syllæum, & primatū colebat amicitias, cōparatis uarijs ornamentis ducentorū talentorum precio. Mirum aūt est, q̄ cum per se septem menses ante eius reditum tam multa contra eum in Iudæa mota sint, nihil eorum ad eius notitiam perlatū sit. In causa erat partim diligens itinerū obseruatio, & uiarum custodia, partim populare hominū in Antipatrum odium. nemo enim erat qui suo periculo illius incolumitatem uellet quærere.

Antipater capitis damnatus in uincula conijcitur. Cap. VII

QAeterùm Herodes ad Antipatri literas, quibus significarat rebus ex sententia peractis breui se rediturū in patriam, dissimulata ira insidiosè rescripsit, properaret, ne quid sibi per eius absentiam quod nollet accideret. Simulq; modice de matre eius questus est, pollicēdo remissurum se querelas post aduentū illius: modisq; omnibus magnam charitatē præ se ferebat, ueritus ne ille suspicione aliqua tactus differret ad se reditum, & moras Romæ trahens regno insidias strueret, & in se moliretur aliquid. VI Has literas in itinere accepit in Cilicia: eas uero quæ Pheroræ mortem nunciabant prius iam Tarenti acceperat tristi animo, non tam q̄ Pherorā amaret, quàm q̄ ille morte præuentus pollicita de patre ueneno tollendo nō præstiterat. Iam ad Celenderim oppidū Ciliciæ peruenerat, cùm dubitare cœpit de reditu, uehementer contristatus matris ignominia: & amicorū quoq; uariabant sententiæ, alijs euentū alicubi exspectare, alijs sine mora domum nauigare consulentibus. facile enim dissoluturū criminationes omniū, quandoquidem nunc quoq; non aliunde q̄ ex illius absentia aduersarijs audacia uiresq; ad calumniandū creuissent. Ab his persuasus nauigare pergit, appellitq; ad portū Sebastum, quem Herodes magno sumptu constructū sic appellauit in honorem Cæsaris. Iamq; manifestū erat incidisse Antipatrū in infortunium, nemine salutante aut accedente hominē, quem prius uotis & faustis acclamationibus discedentem prosecuti fuerant: tunc uerò contrarijs uotis licebat eum deuouere diris fraterni sanguinis ultricibus. Forte per idem tempus Hierosolymis erat Quintilius Varus, successor Saturnino missus in Syriam, tunc uero ab Herode in consiliū de rebus agendis adhibitus. Quibus ùnà sedētibus superuenit Antipater omniū insçius, & ita ut erat purpuratus in regiam ingressus est. quo mox admisso, amicorū comitatus per ianitores exclusus est. Id primū mentem eius perculit, iam sentientem quò deuenisset: quando etiam pater accedentem à complexu repulit, perpetratum fratricidium & cogitatum patricidium opprobrans, & Varum cognitorem ac iudicem in crastinū denuncians. Ille tam inopinato malo uelùt ictus abijt attonitus: moxq; obuias inuenit matrem & uxorem: hæc erat Antigoni filia, qui ante Herodem Iudæorum rex fuerat. ab eis edoctus de omnibus, parabat se ut in iudicio subsisteret. Sequenti deinde luce præsidente Varo ac rege, adhibitisq; in consessum utriusq; amicis, acciti sunt etiam cognati regis & Sa-

lome, tum illi qui ſecreta conſilia prolaturi erant, quiq; tormentis examinati fuerant: nouiſsimeq; ſerui matris Antipatri capto paulo anteq̃ ipſe rediret in patriã, apud hos deprehenſæ fuerant literæ, quarũ hæc erat ſumma: ne reuerteretur, quando in patris notitiam peruenerint conſilia omnia, unicumq; ei refugiũ ſupereſſe Cæſarem, & ſi caueat ne in patris manus deueniat. Tũ Antipater, procumbens patri ad genua ſupplex orabat ne de cauſa ſua prius deceneret q̃ cognoſceret, ſed defenſioni rem integram ſeruaret: rex uero poſtq̃ iuſsit eũ in mediũ ſisti, deplorauit infelicitatẽ ſuã in procreandis talibus liberis, quodq; ſenecta ætate incidiſſet in Antipatrũ. enumerauit deinde curas educationis & inſtitutionis, quamq; benigne ſuggeſsiſſet illi ex opib. quantum ipſe cuperet: quibus rebus omnibus nihil ſe profeciſſe quo minus capitalibus appeteretur inſidijs, ut regnum quod iure & patris uoluntate cõtingere poterat, ante tempus in impietatis præmiũ cederet. Mirariq; ſe Antipatrum quãnam ſpe elatus in tantam pnrueniſſet audaciam. Succeſſorem enim principatus iam ſcripto teſtamento deſignatum fuiſſe: uiuenti quoq; ſibi ex æquo participem dignitatis, ſplendoris, poteſtatis. Habuiſſe quinquagena talenta reditus annui: Romam proficiſcentem inſtructum fuiſſe ccc talentorum uiatico. Obijciebat deinde fratrum accuſationẽ, quorum ſiue ſontium idem accuſator atq; imitator, ſiue innoxiorũ circumuentor ac parricida fuerit. Se enim nec cõperiſſe de eis quicquã niſi hoc indice, nec in eos ſtatuiſſe niſi ex huius ſententia, eam nunc per ipſum irritam quodammodo fieri, qui quaſi hæres in patricidiũ illis ſuccederet. Hæc dicenti lacrymæ obortæ orationem cum abrupiſſent, rogauit Nicolaum Damaſcenũ amicitia & domeſtica conſuetudine coniunctiſsimũ, & pulchre eius negotij gnarũ, ut proſequeretur quæ attinerent ad examinatos cõſcios, & ad conuincendũ filiũ. Sed ille præueniens, cauſamq; ſuam exorſus dicere, hæc ipſa exẽpla paternæ beneuolentiæ pro ſe adducebat, nimirũ pietatis ſuæ meritis reddita. Se enim & proſpexiſſe ſolerter quid facto opus eſſet, & ſicubi res operã ſuã poſtulaſſet, confecta dediſſe omnia: nec æquum eſſe ut qui patrẽ eripuerit ab aliorũ inſidijs, ipſe nunc eiuſdẽ reus agatur criminis, & teſtatæ iam dudum pietatis nouam apud homines rerũ imperitos maculam cõtrahat. Quam enim ſibi fuiſſe cauſam ſceleris, cum ſucceſsionẽ deſignatus rex haberet magis quàm ſperaret, & nemine uetante honorũ eſſet particeps? neq; enim probabile eſſe, affectatũ cum periculo quod iam pro uirtute contigerat, & ob incertam ſpem cõtemptam certã infamiam, maxime cum is conatus fratribus nõ ſucceſſerit, quorum ipſe & delator fuiſſet, & conuictorũ de impietate punitor etiam. nec ſe pœnitere geſtorum, quæ argumento ſint quàm incorrupte parentẽ diligat. Quæ uero in urbe per ſe acta ſint, teſtem eſſe Cęſarem, cui non ſecus ac numini nemo poſsit imponere: extareq; eius de hoc literas, quas periniquũ ſit inimicorum & improborũ hominũ poſthaberi calumnijs, quibus nihil magis ſit cordi, quàm regiam familiam inter ſe cõmittere, nactis cõminiſcendi otiũ per ſuam abſentiam, quod ſe præſente nunquam habere potuerint. Sub finẽ dicendi fidem abrogabat quæſtionibus, per quas neceſsitas exprimeretur loquendi ad torquẽtis gratiam, & poſtremo ſe quoq; torquendũ offerebat nihil deprecans. His cum nõnihil moueretur conciliũ, miſerabiliter lacryman-

te

te Antipatro & ſibimet cõuerberante facie,ut uel inimicos ſubiret miſeratio, Herodesq; ipſe quantũuis diſſimulans fieret mitior:Nicolaus ut rogatus fue rat accuſationẽ à rege cœptã proſequens,exaggerabat ſingula, proferebatq; teſtimonia,& indicia criminis collecta ex quæſtioni ſubiectorũ confeſsionibus.ad hęc extollebat regis de eo merita in educandis ac inſtituendis filijs,p quibus tam malã reportaret gratiã.Nec tamen æque mirandã fuiſſe priorum temerariam ſtultitiã, qui rudi ætate corrupti à malis cõſiliarijs naturales affe ctus pietatis aboleuiſſent,ambitione principatus magis q̃ opũ cupidine.Sed Antipatri ſtupendã eſſe tam ſceleratã audaciam,qui ſæuior nocentiſsimis be ſtijs,à benefactoribus tamen iniuriam abſtinẽtibus,nihil mollitus ſit tanta pa rentis indulgentia, ne fratrum quidẽ calamitate deterritus quo minus crude litatis eorũ æmulator fieret.Atqui tu ipſe,inquit,ó Antipater index fuiſti ten tati per illos facinoris,te inquirẽte coarguti ſunt,tu in cõuictos animaduer tiſti.nec improbamus q̃ eos iuſta indignatione proſecutus ſis, immo mira mur te imitatũ eorũ intemperantiam: & facile colligimus illa quoq; te nõ ad ſecuritatẽ patris, ſed ad fratrũ feciſſe pernicie, ut deteſtãdo eorũ malitiã,pie tatis erga cõmunem parentẽ opinionem tibi quæreres,& deinde ipſe in eum ſæuire poſſes impunitius,quod tandẽ facere aggreſſus es. Dum enim fratres fontes addicis ſupplicio, & parcis eorũ ſocijs, omnib.facis p̃ſpicuũ bene cõ uenire tibi cũ eis,quorũ poſthac uti poſsis in opprimẽdo patre opera.itaque duplicẽ uoluptatẽ cepiſti tuis dignã moribus: alterã palàm quaſi re bene ge ſta gloriabũdus ſublatis fratribus: alterã clam maiore facinore per occultas inſidias conando patrẽ ſubuertere, cuius modo uindex uideri uolueras. Si enim uere deteſtatus eſſes illorũ malitiam,nunq̃ imitandã tibi propoſuiſſes. Nimirũ hoc agebas iſtis artibus, ut dignioribus ſublatis nullos haberes ſucceſsionis æmulos,& tum demũ fratricidio necẽ patris adderes,ut in occulto manerẽt inſidiæ quibus oppugnaſti germanorũ capita,& nõ ſolũ ipſe meritum ſuppliciũ effugeres,uerũ etiam miſerũ parentẽ pœnę tuæ uicariũ ſuppo neres,inaudito ad hoc æui parricidio, & qualis nullũ exemplũ extat in omni hominũ memoria. non em̃ qualicunq; patri inſidiatus es,ſed amantiſsimo,ſimul & indulgentiſsimo,iam regiæ poteſtatis particeps,iam ſucceſſor deſignatus, tum p̃ſenti fruẽdi uoluptate ante tẽpus permiſſa, tum in futurũ ſpe teſtamẽto patris cõfirmata.Tu uero cupiditatib. tuis nondũ non ex illius bonitate, ſed ex tua malitia ſtatuebas,nõ cõtẽtus ſocietate patris indulgẽtiſsimi,niſi quoq; ſuam partẽ præriperes: & cuius te ſeruatorẽ uerbis præferebas, eum re uera quærebas perdere,nõ ipſe tantũ ſceleſtus,ſed matri quoq; inurens eiuſdẽ no tam ſceleris, & fratrũ diſturbans beneuolentiã, diſsidijsq; miſcẽs omnia: & poſt hęc auſus es patrẽ uocare beſtiã,ipſe uenenatiſsimis quibuſq; beſtijs no centior, proprio ueneno abutẽs in cõiunctiſsimos optimeq; de te meritos, muniensq; te cuſtodib.ac uarijs tam uirorũ q̃ mulierũ technis cõtra unũ ſe nem,quaſi nõ tua ſola ſceleſta mens ſatis eſſet ad explendũ odiũ. Et nũc poſt tortos tua cauſa uiros & mulieres,ſeruos & ingenuos,poſt aperta cõiurato rum indicia,audes ueritati cõtradicere: & qui dudũ patrẽ ſperaſti è rebus hu manis tollere, nunc quantũ in te eſt conaris legẽ quoq; cõtra tui ſimiles ſcri ptam abolere,ſimulq; Vari æquitatẽ,omnẽq; quanta eſt in rerũ natura iuſti-

tiã.an ideo mẽtitos dices tormẽtis examinatos, ut fidẽ abroges patris tui ſeruatoribus? tibi ſcilicet in tormẽtis plus credendũ eſt.Nõ liberabis regẽ Vare à cognatorũ iniurijs? nõ dabis neci hãc peſsimã beſtiã,pietatẽ erga genitorẽ ſimulantẽ in fratrũ ꝓnicie, ac deiñ ut ſolus regnet deprehẽſum in ſtruẽdis illi capitalibus inſidijs? Scis parricidiũ nõ priuatũ eſſe crimẽ,ſed publicã uitæ ac naturæ iniuriã, quod cogitatũ etiã nõ minus q̃ perpetratũ contaminet: imo quod qui nõ punit,& ipſe in naturã parentẽ eſt iniurius.Poſt hęc matris eius quædã adiecit,quæ illa garrulitate muliebri effutierat. conſultos uates de regno,& ſacris exitialibus impetitũ regis caput:tum libidinoſas & ebrioſas Antipatri uolutationes cum Pheroræ mulieribus, quæq; ad teſtimonia pertinerent per tormẽta elicita,multa & uaria,partim præmeditata,partim repentina neceſsitate expreſſa, atq; hoc ipſo certiora. Homines em̃ quicquid antea metu Antipatri ſilẽtio texerant,pòſt uerſam eius fortunã uidentes accuſationibus inimicorũ obnoxiam,odia in eum ſua exſaturabant. Attamen non ita aliorũ odijs grauabatur,ut proprijs ſceleribus,hoſtili in patrẽ animo,diſturbata fratrũ cõcordia,cõmiſsis inter ſe domeſticis omnibus: ut qui nunq̃ nec odia iuſta exerceret,nec amicitię fidẽ coleret,niſi quatenus ſibi uideret commodum.idq; cùm iamdudũ à multis eſſet obſeruatũ,quo quiſq; erat æquitatis amãtior,eo grauior illi fuit aduerſarius: & q̃ primũ tutò licuit, magnis uociferationibus reum urgebant, quicquid ſcirent certatim prodentes: cumq; uariorũ criminũ proferrẽtur indicia,nihil tamen fingi apparebat, q̃ neq; ad regis gratiã loquerent̃,neq; periculi metu ſilentio quicquã tegerẽt,ſed damnarent omnes ſceleſtos conatus Antipatri,eumq; nõ tam ob patris ſecuritatẽ q̃ ſuo metipſius merito de medio tollendũ cenſerent, & tradendũ ſupplicio. nec hi ſoli qui interrogabant̃ eum accuſabant, uerũ etiã ſpontanei delatores pleriq; aderant: ita ut licet callidiſsimus eſſet mendaciorũ artifex, & frontis perfrictiſsimæ,tñ ne hiſcere quidẽ cõtrà ualeret.Poſtq̃ aũt Nicolaus accuſare eum & cõuincere deſtitit,tum Varus poteſtatẽ ei dicendi pro ſe fecit,ſi qd haberet quo declararet ſuam innocentiã.Se em̃ nihil magis optare, & idẽ patrẽ quoq; eius optare ſcire, q̃ ne in ullo obiecto deprehenderet̃ crimine. At ille pronus in faciẽ & ſupplicabũdus humi iacẽs, deũ conſciẽtiæ ſuæ inſpectorẽ obteſtabat̃,ut euidẽti aliquo ſigno ꝓbaret alienũ ſe ab omni culpa,nec quicq̃ unquã molitũ in patris pernicie. Is enim eſt mos malorũ omniũ, ut quoties nefariũ aliquod facinus aggrediũtur,nihil nõ ſibi permittant,nullo reſpectu diuini numinis. cum aũt ſuis ſceleribus inciderunt in periculũ, tum demum illis in mentẽ uenit deus, ꝑ cuius inuocationẽ & teſtimoniũ uolunt eripi,fingentes ſe cuncta illius arbitrio ꝓmittere:id quod tũ quoq; Antipatro uſu euenit: qui cùm antè omnia ſic geſsiſſet quaſi nullũ numẽ intereſſet rebus mortaliũ,imminẽte ultione deſtitutus iuris præſidijs, ad diuinã confugiebat potentiã,ſe in hoc diuinitus ſeruatũ aſſeuerãs,ut ꝓ incolumitate patris excubias ageret.Tum Varus cũ crebris interrogationibus nihil eliceret,illo deũ tantũ inuocante,uidens alioqui nullũ fore finẽ,iubet proferri uenenũ in mediũ,ut quá nam ui prędituſ ſit experimẽto poſſet colligere:quod mox allatũ,& ad bibendum datũ cuidam damnato capitis,ſine mora necauit hominẽ.quo facto ſurgens abijt è concilio,& ſequenti die Antiochiam profectus eſt,ubi plurimum

mum ſolebat degere, ꝙ illic eſſet Syrorũ regia. Herodes uero cõfeſtim uin VII
xit filiũ, omnibus ignorantib. quæ nam fuiſſent eius cũ Varo ante diſceſſum colloquia. coniectura tñ erat cuncta regẽ facere ex illius ſentẽtia. cõiecto deinde in carcerẽ, Rõmã Cæſari de eo ſignificauit per literas, miſsis etiã qui coràm eloquerent mandata, docerentq; q̃ ſcelerata ſit hominis malitia. Per eoſdem dies interceptæ ſunt Antiphili ad Antipatrum ex Aegypto miſſæ literæ: quibus ſolutis hæc in eis ſcripta rex ipſe cõperit. Miſi ad te Acmes literas, etiã cum uitæ meæ periculo. ſcis enim ꝙ ſi deprehẽderer, infeſtas mihi duas potentes familias reddere. Tu dabis operã ut rem geras feliciter. Atq; hoc fuit argumentũ huius epiſtolæ: rex aũt diligenter requiſiuit etiã alteram. ea tamen nuſquã comparebat, & ſeruus Antiphili negabat ſe attuliſſe ullam præterea. & cum diutius hærerent, unus ex amicis regijs animaduerſa quadã ſutura in interiore ſerui tunica (nam duabus erat indutus) ſuſpicatus eſt in ea plica celatas literas: nec eum ſua fefellit opinio: depromptaq; eſt inde epiſtola hęc ferè continens. Acme Antipatro. Scripſi patri tuo quales iuſsiſti literas: & adieci confictũ exemplar epiſtolæ quaſi à Salome ad dominã meam miſſæ: qua lecta ſcio ꝙ pœnas ab ea tanq̃ ab inſidiatrice exiget. Ea uero quam à Salome ſcriptã uideri uolebant, Antipatri cõmentũ erat ſuppoſito Salomes nomine, ipſius arbitratu & cõmodo ſcripta, ſed Acmes miniſterio. Eadẽ & regi ſcripſit in hanc ſententiã. Acme regi Herodi. Cũ mihi ſit curæ ne qd te lateat ad ſalutẽ tuam pertinẽs, inuentã Salomes epiſtolã contra te ſcriptã ad meam dominam, nõ ſine periculo tranſcripſi, & ad te miſi: in qua poſtulabat ut ſibi liceret Syllæo nubere. hanc tu lacerabis, ne qñ propter eã uitæ diſcrimẽ adeã. Sed hoc cõmentũ prodebant q̃ ad ipſum Antipatrũ ſcripſerat, ſignificans ſe uolũtati eius obſecutã, & literas ad Herodẽ miſiſſe, & inſertũ his exẽplar fictitiarũ Salomes literarũ ad ſuã dominã, quæ inſidias Herodi tenderẽt. Erat aũt hæc Acme Iudæa genere, agẽs in ancillatu Iuliæ uxoris Cęſaris, operãq; hanc Antipatro magna pecunia uẽdiderat, qua cõtra amitã ſimul & patrẽ uteretur. Cæterũ Herodes cognita hinc filij malitia, minimũ abfuit quin illũ ueſtigio tolleret, ut concitatorẽ turbelarũ omniũ, qui non ſolũ ſuam & ſororis ſalutẽ in periculũ adduxiſſet, ſed diſciplinã etiã corrupiſſet domus Cæſaris. eódem incitabat eum & Salome, pectus plangẽs, & mori nõ recuſans, ſi ullũ extaret uiolatæ à ſe fidei argumentũ idoneũ. Rex aũt accerſito filio iubet illũ cum fiducia promere, ſi qd haberet quod pro ſe afferre poſſet. Qui cum ad hæc nè hiſcere quidẽ ualeret, rogatus ut qñ medius teneretẽ deprehẽſus in maleficio, ſaltẽ ſocios ſceleris proderet, omnẽ culpã conferebat in Antiphilũ, aliũ præterea nominabat neminẽ. ibi Herodes uehemẽti dolore animi ſaucius cogitauit eum Romã mittere, ut apud Cæſaris tribunal parricidij cauſam diceret. Deinde ueritus ne amicorũ ope eriperetẽ periculo, ipſum quidẽ in uinculis ut antè retinuit: legatos aũt & literas accuſatrices miſit ad Cæſarẽ, ſimul indicãs adiutũ eum Acmes opera, epiſtolarũ quoq; adiunctis exemplaribus.

Herodis morbus, & Iudæorum ſeditio. Cap. VIII

INterea dum legati inſtructi mandatis ac literis Romã properãt, rex VIII
morbo correptus teſtamentum condidit, ſucceſsionem regni relinquens natorũ minimo, exaſperatus in Archelaũ & Philippũ calum-

nijs Antipatri: Cæsariq; legauit mille talẽta, & uxori Iuliæ liberisq; eius & amicis atq; libertis talẽta quingenta. Suis quoq; filijs distribuit pecunias & agros ac redit⁹, similiter etiã nepotibus. Salomes etiã ratio est habita, quã propter perpetuã & incõcussam beneuolentiã ditauit egregie. Desperata deinde salute, q̃ iam ad septuagesimũ ætatis annũ accederet, mirũ in modũ effera tus est, iræ impatiens & amarulentus in rebus omnibus. in causa erat opinio contẽptus, quodq; existimaret gentẽ lætari suis infortunijs: quam opinionẽ confirmauit quorundã apud populũ gratiosorũ seditio, mota ex causa tali. Iudas Sariphæi filius & Matthias Margalothi doctissimi erant Iudæorũ, & interpretes patriæ legis præstantissimi, ob idq; chari populo q̃ iuuentutẽ disci plinis institueret. totis em̃ diebus eis dabant operã quotquot cupiebãt in uirtute proficere. Hi postq̃ cognouerunt morbũ regis esse incurabilẽ, concitauerunt iuuentutẽ, ut sublatis operibus quæ rex prẽter patriã consuetudinem fecerat, propugnatores pietatis se ostenderent, debitũ inde exspectantes præmium. Nam hanc esse regi causam cum calamitatũ domesticarũ tum postremo præsentis morbi, uidelicet q̃ contẽptis legib. multa nouare ausus sit. nam hac parte multis in reb. pietatẽ regis hi doctores desiderabant. Inter cętera supra maiorẽ portã templi dedicauerat donũ pretiosum, aquilã auream magni ponderis, cum lex nostros homines uetet imagines statuere, aut consecrare animantiũ effigies. quamobrẽ doctores hi autores erãt suis discipulis, ut aquilam illã detraherẽt. Etsi em̃ res uideat nõ carere periculo, tamen etiam iucundæ uitæ præponendũ esse honestũ obitũ, si contemnatur propter tuẽdas leges patrias, quandoquidẽ sempiterna fama nullo seculo passura sit gloriã eorum intermori. & alioquin ignauos iuxtà ac fortes eundẽ manere interitum: proinde recte facturos uirtutis cultores, si ex cõmuni necessitate honorẽ sibi decerperẽt, & cũ hoc solatio è præsenti uita discederẽt. magnũ em̃ leuamen esse honestis conatibus immori, & periculi non contemnendũ præmiũ laudem transmissam ad nepotes ac posteros, cuius in partẽ tota cognatio tam uiri q̃ fœminæ ueniant, quo q̃d esse possit optabilius? Hac exhortatiõe accẽsis iuuenibus rumor superuenit extinctũ regẽ nũcians, & propensos iam ad facinus perpulit. itaq; claro meridie ascendẽtes detractã aquilã conciderũt securibus, inspectante cõgregata in templũ multitudine. Quod ut renunciatũ cognouit dux regius, maiorẽ aliquã conspirationẽ metuẽs, occurrit eò cum ualida suorũ manu cohibiturus demolitores aquilæ: & irruens in uulgũ rudem & imparatũ ac conglobatũ temerè, facile reliquis dissectis & cedẽtibus circiter XL iuuenes resistere ausos cõprehendit, cumq; his autores facinoris Iudam & Matthiã turpe putantes cedere: omnesq; ad regẽ perduxit. Quo rogante quo freti ausi sint sacratam imaginẽ demere, aiunt se & deliberasse id multo antea, & deliberatũ exsecutos, ut fortes uiros decuit. Nam & honori diuino, inquiunt, succurrimus, & legẽ cuius discipuli sumus uindicauimus. Nec est quod mireris si tuis decretis leges præponimus, quas nobis Moyses autore & doctore deo pertulit: nec recusamus mortẽ ac suppliciũ quodcũq; nobis intuleris, conscij nos nõ ob maleficiũ sed pietatis causa hæc perpeti. Hæc illi non minorẽ animo quàm uerbis præferentes fortitudinẽ, æque tum ad constanter patiendũ alacres, atq; antè ad fortiter agendum fuerant. Eos

rex

rex uinctos misit Hierichuntem: moxq; accitis Iudæorũ primoribus in con
tionem eorũ lectica ob imbecillitatem delatus, cœpit cõmemorare labores
suos exhaustos pro republica, tum instauratum templum impendijs ingẽti-
bus, quale opus per cxxv. annos nemo Asamonæorum regum ad honorem
dei ualuisset perficere. nec exstructũ id tantum à se, uerum etiam ornatũ uo-
tiuis muneribus ac donarijs templo dignissimis. ob hæc facta speransse se uel
post obitum sempiternam, & memoriam; & gloriam. nunc proh nefas uiuo
etiam ac superstiti pro beneficijs reponi iniuriam: & medio die inspectante
multitudine sua dona sacrata uiolari ac detrahi: q̃ iniuria licet in ipsum inten
tata, re tamẽ uera ad deum magis pertineat, cuius sacra compilata sint. Tum
honoratiores quiq; ueriti crudelitatẽ eius, ne forte efferatus in se quoq; gra-
uius animaduerteret, negauerunt hæc facta ex ipsorum sententia, uideriq́ue
sibi, admissam esse rem dignã supplicio. Ille in cæteros mitior, Matthię pon-
tifici ademit sacerdotium; quasi non alieno ab hoc consilio, eiq; succedorẽ
dedit fratrem uxoris suæ Ioazarum. Huius Matthię pontificatu accidit etiam
alium pontificem ad unam diem substitui, qua Iudæi populariter ieiuniũ ce-
lebrant. Nam Matthias ea nocte quæ præcedebat diem ieiunij, uisus est sibi
per somnũ cum uxore congredi: & cum ob hoc ad rem diuinam faciendam
non esset idoneus, Iosephus Ellemi filius adiutor uicarius propter cognatio
nem ei datus est. Cæterũ Herodes post mulctatum Matthiam sacerdotio, al-
terum Matthiam seditionis autorem eiusq; socios uiuos exusit: in quam no
ctem etiã defectus lunæ incidit. Regi uerò morbus factus est grauior, pœ- IX
nam impietatis exigente numine. lento enim calore torrebatur, qui non tam
externo tactu deprehẽderetur, quàm intus popularetur uiscera. aderat & ue-
hemens uoracitas, cui necesse esset continuò cibos suggerere: simulq; uexa-
batur intestinorũ exulceratione & colicis passionibus. pedes tumebant phle
gmate humido & pellucido, similiterq; inguina. ipsa quoq; uerẽnda putrefa
cta scatebant uermiculis, accedẽte fœda nec minus molesta tentigine, nõ sine
fœtore grauissimo. super hæc omnia neruorum contractione laborabat &
difficultate anhelitus. Quamobrẽ constans erat inter uiros diuinos & fatidi-
cos opinio, regem læsæ tot modis pietatis deo pœnas expẽdere. Qui tametsi
grauius affligeretur, quàm ut uideretur posse morbo perferendo sufficere,
tamen euasurũ se sperabat, accersendis medicis intentus & medicamẽtis con
quirendis undiq;. profectus etiam ultra Iordanem fluuiũ, calidis aquis se fo-
uebat apud Calliroen, quæ præter uim medicam potu quoq; iucundæ sunt.
Hæ aquæ in lacum bituminis feracem effluunt. ibi de medicorum cõsilio im
missus fouendus in refertum oleo solium, uisus est illis iam agere animam.
quare exorta comploratione familiarium excitatus & ad se reuersus, nullám-
que amplius salutis spem supereresse intelligens, donatiuum militibus quinqua
genas drachmas iussit distribui: magna deinde liberalitate usus in duces at-
que amicos, rursum Hierichuntẽ reuersus est: ubi atra bile prægrauãte eò im
manitatis prolapsus est, ut facinus animo conciperet lõge atrocissimũ. Nam
cum è tota ditione nobiliores Iudæorũ ad eum conuenissent, euocati minaci
edicto pœnã capitis intentante nõ parẽtibus, infensus ex æquo siue sontibus
seu innoxijs, uniuersos concluſit in circo: accita deinde Salome sorore ma-

ritoq;

ritoq; eius Alexa, ait instare sibi terminum uitæ, succumbenti tantis doloribus: quod quidem ferendũ esse, quando iuxta cõmunem mortalium sortem accidat. illud permolestum esse, si carendum sit extremo honore luctus qui debeatur regibus. non enim ignotam sibi esse Iudæorum mentem, q̃ optatã suam mortem lætis accepturi sint animis, quandoquidem uel à uiuẽte etiam tum non abstinuissent contumelias. sed illorũ esse officij, leuamen aliquod præsentis huius doloris decernere. nam si assensum consilio suo præbeant, fore suum funus longe q̃ aliorum regum honoratius, & manibus suis gratius, omnibus per totam ditionem non ficte lugentibus. Ergo quàm primum uiderint se exhalasse animã, debere eos clausam Circo nobiliũ multitudinẽ cingere militibus, ignorantibus etiamtum suum obitum, non prius uulgandum quàm mandatum exsecuti sint, iubere deinde ut circumuentos una omnes iaculis configerent. Quibus hoc modo cæsis duplicem se eis habiturum gratiam, uel q̃ mandatorum fuerint memores, uel q̃ obitum suum publico luctu honorauerint. Hæc ille cum lacrymis lamentabundus cognatos p̃ mutuam fidem ac beneuolentiam perq; omnia sacra obtestabatur, ne se extremo hoc honore fraudatũ uellent, eis contra pollicentibus daturos se operam ut cuncta iuxta ipsius mandatũ fierent. Heic sane etiamsi quis præteritam eius in cognatos sæuitiam tribuere uellet pro incolumitate & securitate solicitudini, ex hac certe nouissima eius uolũtate deprehendere potest quã inhumano animo præditus fuerit: quandoquidem iamiam è uita discessurus curabat ut ex singulis familijs uno aliquo sublato, totam gentem in luctum & charissimorũ desideriũ conijceret, nec læsus à quoquam eorum nec ualens eis quicquam obijcere: cum hi quibus ullum est uirtutis studium, etiam inimicis tali suo tempore odia remittere soleant.

Antipatri exitium. Cap. IX.

DVm hæc mandata cognatis dat, superuenerũt à Roma literæ, à legatis missis ad Cæsarem: quarũ summa erat, Acmen ab irato Cæsare occisam esse, propter locatam Antipatro operam: ipsumq; Antipatrũ relinqui arbitrio & regis & patris: siue in exilium uellet eum pellere, siue capite plectere. His auditis Herodes paululum recreatus est uoluptate nuncij pœnæ Acmes, & permissæ sibi potestatis libere statuẽdi de filio: mox repetitus graui dolore, cibi tamen auidus, malum simul & cultellum poposcit. Solebat enim & antea per se repurgatum paulatim incidendo comedere. tunc uero circumspiciebat, ferire seipsum cupiens: perpetrasset q; facinus, ni Achiabus nepos ictum præueniens, clamore sublato cohibuisset eius dexterã: moxq; denuo luctus cum trepidatione ac tumultu occupauit palatiũ, quasi rege iam agente animam. quem strepitũ ubi persensit Antipater, ratus patrẽ uere uitam finisse, spem concepit fore ut solutus uinculis sine difficultate regnũ acciperet. cœpitq; cum custode carceris de missione agere, multa & in præsens & in futurũ post acquisitã potestatẽ pollicens. ille uero adeo non paruit, ut mox conatus eius regi renunciaret, utq; solicitatus ab eo ostentato præmio. Tum Herodes qui iam ante male affectus erat erga filium, postquam audiuit custodem carceris, exclamans præ indignatione, & caput sibimet uerberans, quamuis morti proximus erexit se in cubitum, iussitq;

iuſsitq; unum è ſatellitio ſine mora eum occidere, & corpus obſcuro funere condi in caſtello Hyrcanio.

Herodis mors, teſtamentum & funeratio. Cap. X

DEinde mutata uoluntate mutauit etiam teſtamentũ. Antipam em̃ quem prioribus tabulis regni ſucceſſorem deſtinauerat, Galilææ ſimul ac Perææ tetrarcham conſtituit. regnum uero Archelao largitus, Trachoniticam, Gaulonitic̃, Bataneam, & Paneada regiones tetrarchiæ nomine aſsignauit Philippo filio, germano fratri Archelai. Iamniam aũt, Azotũ & Phaſaelida Salomæ ſorori ſuæ attribuit, & argenti ſignati quingenta millia. habita eſt & cæterorũ cognatorum ratio, abundeq́ue proſpectũ ſingulis leganda pecunia & reditibus annuis. Cæſari quoq; legauit argenti ſignati centies centena millia, præterq́; ſua uaſa tam aurea q̃ argentea, magnumq́; ueſtis precioſæ numerũ. Iuliæ aũt Cæſaris uxori, & quibuſdã amicis quinquagies centena millia. His ita ordinatis quinta die poſtq̃ Antipatrũ filiũ occidit, uita defunctus eſt poſt detruſum regno Antigonũ anno trigeſimo quarto, ex quo aũt à Romanis rex declaratus eſt, anno XXXVII, uir in omnes ex æquo ſæuus, iræ ſeruus, iuris dominus: fortuna autem propitia uſus, ſiquis alius. ex priuatis enim natus regnum aſſecutus eſt, & innumeris circumdatus periculis ſemper euaſit feliciter, uixitq́ue longiſsimo tempore. quantum aũt ad domeſticos & filios attinet, hic quoq; felix fuit ſua ſentẽtia, oppreſsis inimicis & aduerſarijs, ſed infeliciſsimus meo iudicio. Cæterũ Salome & Alexas priuſquã regis mors innoteſceret, in circo clauſos domum ſuam quemq; dimiſerunt, dicentes ipſum ita iubere, ut in agros digreſsi curarent ſuamet ipſorũ negotia: atque hoc pacto magno beneficio uniuerſam gentẽ ſibi deuinxerunt. Indicata deinde regis morte, congregataq́; in Hie XI richuntinũ amphitheatrũ omni militia primũ legerũt literas eius ſcriptas ad milites, in quib. gratias eis agebat pro fide ac beneuolentia, rogabatq́; ut eandem ſeruarent & Archelao filio, quẽ regni ſucceſſorẽ ſibi ſubſtitueret. Deinde Ptolemæus, cui anulus regis ſignatorius creditus fuerat, teſtamentũ perlegit, quod nõ aliàs ratũ habendũ eſſet, q̃ accedente conſenſu Cęſaris. Moxq́; acclamatũ eſt regi Archelao, & milites cateruatim unà cum ſuis ducibus polliceb antur eandem quam patri hactenus præſtitiſſent fidem atq; operam, lætis ominationibus deum illi fautorem comprecantes. Poſt hæc funus paratur regi, Archelao curante ut exſequiæ patri fierent q̃ ſplendidiſsimæ, & omnem ornatũ proferente ut in pompa comitaretur mortuũ. Ferebatur autem in lectica aurea, diſtincta uarijs gẽmis precioſis, & inſtrata purpura: corpus quoq; amictũ erat purpura, impoſito capiti diademate, & deſup corona aurea, ſceptroq́; in manu dextera. lecticã ſtipabant filij & cognatorũ numerus. Hos ſequebantur milites diſtributi per nationum genera: primùm ſatellites, deinde Thraces, poſt hos Germani, & deinceps Galli, omnes inſtructi uelut ad prælium: reliqua deinde exercitus multitudo armata ſub ſuis ducibus ac centurionibus. hos ſequebantur quingenti famuli, ferentes aromata. ea pompa proceſsit Herodiũ uſq; per octo ſtadia, ubi quemadmodũ antè mandauerat ſepultus eſt. Et Herodes quidẽ ſic defunctus eſt. Archelaus autẽ per ſeptẽ dies iuxta patriam legẽ luctu parentis celebrato, & in fine luctus funebri epulo mul-

lo multitudini præbito, in templũ aſcendit: & quacunq; tranſiret excipiebatur gratulationib. ac fauſtis acclamationibus. Tum conſcenſo ſuggeſto ſublimis in aureo ſolio reſidens, accipiebat lætus gratulatrices uoces fauoris indices, & ipſe uiciſsim omni comitate reſpondebat multitudini; agebatq; grates ꝙ obliti patris ſui duriciæ, nihilo deterius erga ipſum affecti eſſent, pollicebaturq; parem pro eorũ ſtudijs gratiam. adhuc tamen abſtinere ſe à regis nomine, quod ab autoritate & aſſenſu Cæſaris pendeat, penes quẽ ſit teſtamenti à patre ſcripti confirmatio. quamobrẽ ne ab exercitu quidẽ apud Hierichuntem ultro offerente ambitioſum diadematis honorẽ ſe accipere uoluiſſe, cum nondũ conſtaret de legitimi collatoris animo. cæterùm q̃ primũ conſtabilitus eſſet in imperio, curæ ſibi fore ut beneuolẽtia omniũ uideatur digniſsimus: daturumq; operã ut per omnia patre ſuo ſit illis cõmodior. Illi uerò, ſicut uulgus ſolet, rati primis diebus aperiri mentẽ huiuſmodi poteſtates ineuntiũ, quo manſuetius & officioſius eos alloquebatur Archelaus, eo maioribus eum ferebãt laudibus, poſcebantq; ſibi ab illo beneficia; quidam ut leuius annuum tributũ penderent: alij ſolutos dimitti quos Herodes non paucos uinxerat, & in his pleroſq; diu in carcere detinuerat: nõnulli uectigaliũ immunitatem, quibus grauabatur forũ rerum uenalium, magnis flagitabant uociferationibus. Horũ nihil ille negabat, hoc agens ut cõciliaret ſibi multitudinis animos, nõ leue in eo momentũ rerum ſuarũ ſitum exiſtimans; poſtremo re diuina peracta conuiuium cum amicis inijt.

Populus ſeditionem mouit contra Archelaum. Cap. XI

XII INterea Iudæorum quidam nouarũ rerum cupidi per conuenticula deflebant Matthiam & ſocios quos Herodes affecerat ſupplicio. Hi quoniam metu coerciti non auſi fuerant luctu honorare aquilæ aureæ uiolatores recens neci traditos, tunc cum clamorib. & eiulatu in defunctum regem iactabant conuitia, quaſi in mortuorum ſolatiũ: congregatiq; in unum, in uindictam eorũ ab Archelao depoſcebant ad pœnam quoſdam ex his qui chari Herodi fuerant, & ante omnia poſtulabant ſacerdotium abrogari creato ab illo pontifici, & ſubrogari hoc honore digniorem alium. Archelaus autem licet importunitatem eorum indigne ferret, compeſcere tamen placide conabatur, quòd pararet profectionem ad Cæſarem, ut ſententiam Cæſaris cognoſceret. Itaq; miſſo ad eos magiſtro militũ, per eum hortatus eſt, ut omiſſo uindictæ ſtudio, cõſiderarent legibus pœnas dediſſe quorum moleſte ferrent interitũ: ad hæc poſtulata eorum nõ carere iniuria, & tempus hoc alia conſilia poſcere, opusq; eſſe concordia, donec ad ipſos reuerteretur confirmatus rex aſſenſu Cæſaris. tum demũ diſpiciendũ ſuper his rebus, & ſtatuendũ de cõmuni ſentẽtia: interim quieſcerẽt ne ſeditionis crimen incurrerent. Hæc mandata exponenti reclamatũ eſt ſtrenue, periculum intentantibus quicunq; conaretur uerbis eos ad ſaniorẽ mentem reducere: ꝙ plus ſuæ uoluntati tribuerent, q̃ autoritati præſidentium: & indignum ducerent, ſi amicorũ quos uiuo Herode amiſerant, ne mortuo quidem illo impetraretur ultio. adeò enim cõcitati erant ut id tantũ ius & fas putarẽt, quòd ipſis uoluptatem allaturũ uidebatur, ne ſui quidem periculi memores, dum inimicos lædere cupiunt. & cum multi ad eos à rege mitterentur, qui partim

ipſius

ipſius nomine, partim ex ſua perſona uerbis ſedarent turbidos, neminem au dire ſuſtinebant, ſed ad maiorẽ iram accendebant, auſuri aliquid ſi maior acceſsiſſet numerus. Cumq; feſtum inſtaret quo patrium Iudæis eſt ueſci nõ fermentatis panibus (Paſcha uocant, monumentũ ueteris ex Aegypto effugij, quo ſumma alacritate maiorẽ ſolito populus mactat uictimarũ numerum, & infinita turba, nonnulliq; etiã extra regionis terminos habitantes confluunt religionis gratia) ſeditioſi deploratores legis doctorũ Iudæ ac Matthiæ conglobati in templo permanebant, non deficiente uictu quẽ illos non pudebat mendicato quærere. Tum Archelaus ueritus ne ad grauius aliquid eorũ inſolentia procederet, mittit tribunũ cum cohorte qui cõpeſcerent homines, priuſquã cætera turba huius furoris inficeretur contagio. & ſi quorum emineret in concienda ſeditione ferocia, illos ut ad ſe adducerent. In hos turbatores illi clamoribus & hortatibus plebẽ exaſperauerũt, & ferientes ſaxis pleroſq; occiderunt: tribunus cum paucis effugerunt ſaucij. quo perpetrato rurſum ſacris operati ſunt. Archelaus porrò de rerũ ſumma periclitari ſibi uiſus eſt, ni plebis impetũ illum retunderet. itaq; totũ exercitũ in eos immittit, ſimulq; equites, qui & aduenas prohiberent occupantib. templũ ſuccurrere, & quotquot ex eis peditũ euaſiſſent, iam in tuto ſe exiſtimantes ferro exciperent: ab his equitibus ad tria millia uirorũ cæſa ſunt, reliqui fuga ſe in proximos montes receperũt. Archelaus aũt per præconem edixit, ut omnes in ſua diſcederent. illi metu grauioris mali feſtiuitate relicta abierunt, quamuis audaces & ſine diſciplina homines. Tum Archelaus ad mare deſcẽdit unà cum matre ſua, ducens ſecum Nicolaũ & Ptolemæũ, multosq; ex amicis alios, & familia & regno cõmiſsis Philippi fratris ſui fidei. Simul etiam profecta eſt Salome Herodis ſoror, ducens ſecũ ſuam progeniem. alij quoq; ex cognatis ſequebantur multi, quaſi collaboraturi pro paranda regia dignitate Archelao, re aũt uera obnixuri ei potius, & præcipue perpetratũ in templo facinus incuſaturi. Cum hoc cõmitatu eunti occurrit apud Cæſaream Sabinus procurator Cæſaris in Syria, in Iudæam properans ad aſſeruandã Herodis pecuniam, quem Varus cõmodum interueniens retinuit: aderat enim ab Archelao accerſitus per Ptolemæũ. ita ille in præſidis gratiam neq; arces occupauit in Iudæa, neq; theſauros obſignauit regios, omnia relinquẽs in poteſtate Archelai, tantiſper donec Cæſar de his aliquid ſtatueret: & hæc pollicitus manſit Cæſareæ. Sed poſtquã alter Romam nauigauit, alter uerſus Antiochiam xliii
profectus eſt, ipſe Hieroſolyma petijt, & occupauit regiã. accitis deinde præfectis arcium, & regijs procuratoribus, ratiões repoſcebat ab eis & arces ſibi cõmitti poſtulabat. Præfecti tamen nõ diſceſſerunt à mandatis Archelai, ſed omnia ſeruabant in ipſius aduentũ integra, prætexentes ea ſe ſeruare Cæſari. Eodem tempore etiam Antipas Herodis filius Romam nauigat, parandi ſibi regni ſpe, ad quam excitatus erat per Salomen, quaſi Archelao præferẽdus, eo q̃ prioribus teſtamenti tabulis ſucceſſor regni deſtinatus fuerit, quę ualidiores deberent eſſe q̃ illæ ſcriptæ poſterius. Ducebat autem ſecum matrem ſuam, & fratrem Nicolai Ptolemæum, inter amicos olim Herodis pręcipuũ, & tunc ſuis fauentem partibus: ſed maxime illum ad affectandum regnũ mouit Irenæus orator, uir eloquens, & diu uerſatus in regijs negotijs. quapro-

pter ſuadentibus quibuſdã ut fratri cederet natu grandiori, & hæredi regni ſcripto in teſtamẽti paterni tabulis, noluit parere huic conſilio. qui poſtquã Romã peruenit, omnes cognati ad eum defecerunt, non tam ipſius amore, q̃ Archelai odio, libertatẽ maxime cupientes, & degere ſub Romano præſide: quod ſi parum ſuccederet, commodiorem ſperantes Antipam quàm Archelaum, ſtudebant illis partibus. quin & Sabinus ſcripſit Cæſari literas, in quib. accuſabatur Archelaus. at ille per Ptolemæum Cæſari libellum obtulit, continentem ius ſuum & teſtamentum patris, ſimulq; rationes pecuniarum Herodis obſignatas cum ipſo anulo, atq; ita euentum exſpectabat. qui perlectis his omnibus, Variq; ac Sabini literis, tum quantũ pecuniarum eſſet ac annuorũ redituum, præterea quæ Antipas ſibi regnum uindicans ſcripſerat, amicos in conſilium aduocat, & in his Caium Agrippæ & Iuliæ filiæ ſuæ filium, iam à ſe adoptatum, primum ei locum in conſiſtorio tribuẽs: moxq; poteſtatem facit dicere uolentibus de præſenti negotio. Ibi tum primus exoritur Antipater Salomes filius, uir facundiſsimus & infenſiſsimus Archelao, dicens eum per ludibrium nunc de regno agere, cuius poteſtatem iamdudum inuaſiſſet non exſpectato aſſenſu Cæſaris, dum feſto die tam multos interimeret: qui etiamſi eſſent hanc pœnã promeriti, eius tamen exigendæ ius ſeruandũ fuiſſe poteſtati legitimæ, non ipſi uſurpandum, ſiue regi cum iniuria Cæſaris, cuius contempſiſſet ſuffragium, ſiue priuato, quod peius eſſet etiam. quare immerito nunc eum ab ipſo hunc ſperare calculũ, quem iam quantum in ſe fuit, ferendi eius iure priuauerit. Ad hæc obijciebat ei mutatos authoritate propria quoſdam duces militiæ: quodq; ſediſſet in regio ſolio, & tanquam rex quaſdam cauſas determinaſſet, annuiſſetq; poſtulatis populi, deniq; nihil non feciſſet quod per Cæſarẽ confirmatus poſſet facere. ab illo quoq; dimiſſos aiebat eos qui in circo incluſi fuerãt: multaq; afferebat alia, partim uera, partim ueriſimilia propter iuuenilem ambitionẽ hominis recens euecti ad tantũ poteſtatis faſtigiũ. præterea neglectum patris luctũ, & comeſſationes inſequenti mox poſt eius obitũ nocte celebratas: qua indignitate motum ad ſeditionẽ populũ, uidentem pro tantis beneficijs mortuo patri talem ab eo referri gratiam, ut interdiu tanquam perſonatus lacrymas fingeret, per ſingulas autem noctes delicijs frueretur regijs. qui cum tam prauo ingenio ſit præditus, nihilo gratiorem fore erga Cæſarem, ſi ab eo regnũ acceperit, quàm hactenus fuiſſet erga parentem amantiſsimum. Cantu enim ſe oblectare & choreis tanquam in morte inimici non patris, haudquaq̃ abeſſe ab immani ſcelere. nunc uenire ad Cæſarem ut annutu eius regnum accipiat, cum iam antè non aliter ſe geſsiſſet, q̃ ſi conſtabilitus rex fuiſſet autoritate ipſius. maxime autem exaggerabatur in ſacrato loco perpetrata cædes impia, idq; die feſto, quando tam hoſpites quàm indigenæ uictimarum more mactati ſint, & fanum refertũ cadaueribus, non ab externo quopiam, ſed ab eo qui legitimam regis appellationem prætexeret, quo facilius tyrannicũ ſuum ingeniũ expleret exercendis paſsim in omnes iniurijs. Quare ne per ſomnum quidẽ unquam patrẽ dum ſanus eſſet, de hoc ſibi poſt obitũ ſubſtituẽdo principe cogitaſſe, ut cuius mores haberet cognitos: imò in potioribus tabulis eius aduerſarium ſucceſſorem deſtinatum Antipam. hunc enim à patre ad regnum uocatum non animo

mo ante corpus præmortuo, ſed integris etiã tum & rationis & corporis uiribus. Imò etiamſi iam tum tale de Archelao fuiſſet patris iudiciũ, quale in poſterioribus tabulis, ipſum tamen iam ſatis declaraſſe qualis nam rex futurus ſit, qui autoritatem Cæſaris in confirmando regno contẽpſerit, & priuatus adhuc ciues in templo iugulare non dubitauerit. His dictis Antipater, & ad faciendam uerbis ſuis fidem plurimis ex ipſius cognatiõe teſtibus adhibitis, finem orationi impoſuit. Tum Nicolaus cõtra afferebat pro Archelao, cædẽ illam circa templum cõmiſſam ipſorum improbitati imputandam, qui non prius à tumultuando deſtiterint, q̃ ille coactus ſit eos ui compeſcere: hoc magis culpabiles, q̃ non ſolùm malitiam ſuam exercuiſſent, uerũ alijs etiam neceſsitatem feciſſent audendi tale facinus. Inſolentia enim eorũ in ſpeciẽ quidem infeſtatum Archelaum, ſed re uera contumaciam hanc ad ipſius Cęſaris pertinuiſſe iniuriam. miſſos enim ab eo qui tumultuantes ſedarent, facto ab ipſis impetu contra ius & fas necatos, nulla feſti reuerentia: quibus patrocinari non pudere Antipatrum, ſine æquitatis reſpectu, dum modo odio quo proſequatur Archelaũ morem gereret. eorũ igitur eſſe culpam qui priores iniuria nõ abſtinuerint, & aliorũ arma ad defenſionẽ ſumpta in ſe proritauerint. Cætera quoq; de quib. Archelaũ accuſauerant, in eos ipſos accuſatores referebat, dicens nihil horũ niſi ex illorũ ſententia geſtum, nec ea tam iniuſta eſſe, q̃ ipſi uideri uelint, dum per hoc aliquid Archelao noceant. Tantam illis ineſſe cupidinem lædendi cognatũ hominem, cum de patre bene meritum, tum ipſos omnib. ſemper proſecutũ officijs. Teſtamentũ certe à rege mentis cõpote eſſe ſcriptũ, & poſteriores ſemper potiores eſſe tabulas, has uero tanto magis, q̃ Cæſari rerum domino autoritatem confirmandi relinquãt. Nec Cæſarem iniquitatem iſtorũ imitaturum, qui cum maximis ab Herode uiuo affecti ſint beneficijs, nunc extremã eius uoluntatẽ uiolare conẽtur: quin potius uiri amici ac ſocij, & omnia fidei ſuæ permittẽtis, teſtamentũ ratum habiturum. multũ enim intereſſe debere inter horũ malitiam, & Cæſaris uirtutẽ atq; fidem toti orbi cognitam. quapropter non iudicaturũ parum ſanæ mentis decretũ eius, qui probo filio ſucceſsionem reliquerit, & inſuper ad ipſius fidem confugerit: quandoquidẽ ueriſimile non ſit in deligendo ſucceſſore erraſſe, qui tam prudenter ſententiæ Cæſaris ſubieciſſet omnia. In hunc modum Nicolaus quoq; dicendi finem fecit. Tum Cæſar Archelaum ad genua ſibi accidentem erexit humaniſsime, dignum eſſe regno pronuncians: prę ſe ferens nihil ſe facturum, niſi teſtamento præſcriptum & Archelao ipſi commodum: uidensq; hac promiſsione confirmatũ in ſpe iuuenẽ, nihil tum amplius ſuper ea re ſtatuit. & dimiſſo concilio ſolus ſecum diſpiciebat, uni ne regnum ratum faceret, an commune ſineret Herodis generi, præſertim cum omnes eius ope indigeant. XIIII

Seditio Iudæorũ contra Sabinũ, & quomodo Varus autores eius puniſt. Cap. XII

SEd priuſquam quicquam certi de hac re determinatum ſit, Marthace Archelai mater morbo uitam finijt, & à Varo Syriæ præſide uenerunt literæ defectionem Iudæorũ ſignificantes. Nam diſceſſum inde Archelai ſequuti ſunt magni in ea gente tumultus: ad quos compeſcendos cum Varus ueniſſet, autoribus eius motus affectis ſupplicio, & maxima

ex parte ſeditione compreſſa, reuertens Antiochiam, legionem unam reliqt Hieroſolymis, ut Iudæis nouandarum rerum facultatem præriperet. nec tamen quicq̃ hac ratione profecit. Quàm primũ enim Varus abijt, Sabinus Cæſaris procurator ibi ſubſiſtẽs uexabat Iudæos, fretus relictis illic copijs, & parem ſe iam putans populo. nam armatis multis ſatellitibus, contra Iudęos his utebatur, moleſtãs eos, & ad defectionẽ irritans: ut qui & arces occupare conaretur, & uiolentas pecuniæ regiæ ſcrutationes faceret, priuati lucri & prędæ cupidine. Igitur inſtante pentecoſte, ſicut nos uocamus celebritatẽ quandam patriam, confluxerunt undiq; multa millia non ſolũ religionis gratia, uerumetiã indigne ferentes Sabini intemperias, nec tantũ ex Iudæa grauius offenſa, ſed è Galilæa quoq; ac Idumæa, tum à Hierichunte, & trans Iordanẽ ſitis oppidis, omnes cupientes pœnas à Sabino expetere. partitiq; trifariã hoc modo caſtra faciunt. pars una circum occupat, reliquarũ duarum altera templum à ſeptentrionali & orientali regione circũſidet. ab occidẽtali altera quà ſita erat domus regia. Ita incluſos undiq; Romanos oppugnare etiã parabãt. Tum Sabinus territus audacia hominũ, quib. decretũ eſſet aut mori aut uincere, ſtatim ad Varũ miſit literas, hortans ut properet, relictamq; legionem præſenti periculo eripiat, alioqui breui contrucidandam. ipſe conſcenſa caſtelli turre celſiſsima, quæ in honorem Herodis fratris à Parthis extincti Phaſaelus appellabatur, manu Romanis innuebat ut in Iudæos eruptionem facerent: & cum ne amicis quidẽ ſe auderet cõmittere, poſtulabat ut alij propter eius auaritiam mortis periculo ſe obijcerẽt. qui poſtq̃ progredi auſi ſunt, conflictus fuit acerrimus. & quamuis ſtrenue milites rem gererent, non tamen frangebantur Iudæorũ animi, licet multis cadentibus: ſed circumducta ſuorum parte aſcenderunt porticus quæ erant in extimo templi ambitu: unde in aduerſarios pugnantes uel mittebant, uel fundis intorquebant lapides, non tantum adiutores ſuorum, ſed ſpectatores etiam totius prælij. quin & ſagittarij è ſuperiore loco impetebant expoſitos ictibus, nec ualentes contrà miſſilibus ad ſe pertingere, eoq; facilius uincebant. atq; hæc pugnæ conditio diu durauit. deinde Romani indignitate rei moti, ignem clàm ſubijciunt porticibus: qui multis accendentibus & fomẽta aggerentibus breui ad tectum emicuit: eius materies q̃ eſſet pice ac cera ob inaurationẽ perũcta, facile correpta eſt incendio, quo lacunaria illa precioſa & magnifica abſumpta ſunt, & quotquot illuc aſcenderant improuiſo perierunt exitio. pars enim cum tecto ruente unà præcipitati ſunt, pars à circumſtantibus telis confixi: nõnulli deſperatione ſalutis & ui mali attoniti, aut in flammas ſeſe dederunt, aut ſuiſmet gladijs confecti ſunt. q̃ ſi aliqui refugientes quà aſcenderãt in tutũ ſe recipere uolebant, hos omnes Romani contrucidauerunt, q̃ inermibus nihil prodeſſet ferocia, ita ut ne unus quidem ex his qui tectum aſcenderant incolumis euaderet. Tum Romani qua ſe incendiũ remiſit alij ab alijs protruſi, penetrauerunt ad ſacræ pecuniæ conditorium, cuius bona pars furto militum diſperijt, ad Sabinum autem propalàm quadringenta talenta ex ea præda relata ſunt. Iudæi uerò duplici calamitate affecti ſunt, deſideratis in ea pugna charorum amicorum plurimis, & inſuper ſpoliato ſacrario. facto tamen globo è pugnaciſsimis circumdederũt regiam, incenſuros ſe eam & omnes intus occiſuros

occisuros minitantes, nisi quamprimũ discederent: quòd si mox abirent, impunitatem Sabino unà cum suis pollicentes: pro quibus etiam aulicorũ maxima pars stabat. Rufus quoq; & Gratus, qui sub se habebant tria millia bellicosissimorum & strenuissimorum uirorum ex Herodis exercitu, in partes Romanorum se transtulerunt: simulq; equitatus Rufo duci parebat, nõ mediocris sanè ad rem Romanam accessio. Interim Iudæi nihilo segnius instabant oppugnationi, muros suffodientes cuniculis, & aduersarios hortantes ut abirent, né ue diutius uindicãtibus se in libertatem à maioribus acceptam obsisterent. At Sabinus libenter quidem inde abduxisset milites, sed fidẽ promissis habere non poterat, propter ea quæ perpetrauerat, nimiam etiã æquitatem hostium suspectam habebat, & exspectabat à Varo subsidium. In hoc rerum statu etiam alibi per Iudæam diuersis in locis innumeri tumultus exoriebantur, ut quemq; aut lucri aut uindictæ concitabat cupiditas. Duo enim uirorum millia qui aliquando sub Herode meruerãt, tunc uerò dimissi domi agebant, in unũ collecti bello impetebant regios, resistentes sibi ductu nepotis Herodis Achiabi: qui nusquã æquo loco eos sustinere ausus ut ueteranos & bellandi peritissimos, tuebatur se & sua quantũ poterat asperitatib. accessũ difficilibus. Quin & Iudas Ezeciæ latronum ductoris olim per Herodem magno labore expugnati filius, apud Sephorim urbem Galilææ collecta circa se hominum desperatorum manu incursabat regis ditionem: & potitus eius armamentario, armatisq; inde suis ad unum omnibus, pecuniam quoq; regiam in illis locis occupauit: iamq; formidãdus accolis spoliabat in quoscunq; incideret, aspirans ad regnum, affectansq; hoc fastigium nõ bonis artibus quarũ imperitus erat, sed nocendi licentia. Dum ita ubiq; turbat, etiam Simon Herodis regis seruus, uir alioqui & forma & statura & robore egregius in primis habitus, ausus est diadema sumere: stipatusq; numerosis copijs, & rex consalutatus ab insana multitudine, placebat sibi p̃ quouis alio, auspicatus potestatẽ diripienda ac incendẽda Hierichuntina regia: passimq; crematis alijs regis palatijs, & præda concessa suæ factionis hominibus, maiora etiam ausurus uidebatur, ni mature occursum fuisset. nam Gratus regiorum militũ dux, tum Romanorũ partes fouens, suas copias contra Simonem duxit: ubi post acerrimũ conflictum transamnani homines incomposiți, & ferociter magis q̃ perite pugnantes deleti sunt. ipsum Simonẽ per angustas quasdam fauces fugientem Gratus assecutus obtruncauit. Apud Amatha quoq; Iordani flumini apposita palatium regium incẽsum est à quadam hominum colluuie, qualis & circa Simonem fuerat. Tantus tum furor per totam gentem grassabatur, eo quòd proprium regem non haberet, qui multitudinem bonis rationibus contineret in officio: qui uero externi ad castigandos seditiosos uenerant, malũ potius exacerbaret, graues superbia simul & auaritia. Quandoquidem & Athronges, uir nec maioribus claris prognatus, nec uirtute aut opib. subnixus, sed pastor hactenus obscurissimus, uasto tantum corpore & manuum robore insignis, attentauit dignitatẽ regiam, paratus animæ periculo depacisci nocendi licentiam. huic erãt quatuor fratres, & ipsi grandi statura & manu prõpti ad quoduis arduũ facinus, instrumentum ut ipsis uidebatur idoneum ad occupandam tyrannidem, quòd eorum

XV

quiſq; ductaret cohortem militũ. magna enim ad eos turba confluxerat, quã in fratres quaſi legatos diſtributam obire iubebat prælia: ipſe diademate ornatus conſultabat de rebus agendis, quarũ penes ſe ſeruabat arbitriũ: durauitq; diu poteſtas huius, & non inanis regis appellatio, dum quicquid collibuiſſet exſequitur, maxime in Romanos cædibus ſæuiens, & milites regios, utriſq; ex æquo infenſus: his propter licentiam qua ſub Herode uſi fuerant, Romanis propter recentem iniuriam. Id odium indies magis exaſperabatur, imminebantq; ubiq; omnibus, uel lucri cupidine, uel in conſuetudinem iam uerſa occidendi libidine. Circa Emauntem etiam Romanã cohortẽ frumenta & arma in exercitũ portantem inſidijs exceperunt: ductoremq; eius Ariũ centurionem cum quadraginta fortiſsimis peditibus telis confixerunt: reliquos nihilo meliora iam exſpectantes ſuperueniens cum regio milite Gratus ſeruauit, relictis cæſorum cadaueribus. In hunc modum lõgo tempore prælia per occaſionem conſerentes, & Romanos non leuibus affecerunt incommodis, & ſuam gentem maioribus etiam inuoluerunt calamitatibus. tandem & ipſi capti ſunt, unus à Grato pugna uictus, alter à Ptolemæo. maximo natu deinde in Archelai poteſtatẽ redacto, ultimus qui ſupererat, fratris caſu territus, & nullam uidens ſalutis ſpem reliquam, quòd eius copiæ exhauſtæ eſſent uel morbo uel continuis laboribus, accepta fide & iureiurãdo ipſe quoque Archelao ſe dedidit. ſed id aliquanto pòſt factum eſt. Tunc uerò Iudæa plena erat latrocinijs, & ut quiſq; ſeditioſorum cœtus coiuerat, paſsim reges creabantur in reipublicæ perniciem, quòd minima eius mali pars rediret ad
XVI Romanos, ipſi uero inter ſe diuturnis conflictarentur cædibus. Cæterùm Varus cognito ex Sabini literis periculo, timẽs tertiæ legioni, aſſumptis duabus reliquis (nam tres in uniuerſum erant in Syria) & quatuor turmis equitum, auxilijsq; regum ac tetrarcharum properabat in Iudęam ut obſeſsis ſuccurreret, iuſsis qui præmittebantur conuenire Ptolemaidem. Berytiorum etiam urbem prætereundo, mille quingentos auxiliares ab eis accepit. Aretas quoq; Petręus amicus Romanis factus propter Herodis inimicitias non parua manum miſit tam peditum quàm equitum. poſtquam autem apud Ptolemaida in unum conuenit totus exercitus, partem eius filio & amicorũ uni tradidit ducendam contra Galilęos eius urbis agro finitimos. qui regionem eorũ ingreſſus, profligatis quotquot auſi ſunt cum armis occurrere, Sephorim cepit: & uenditis ſub haſta incolis, urbem abſumpſit incendio. Ipſe Varus uerſus Samariam progreſſus cum exercitu, à ciuitate quidem abſtinuit, quam ſciebat immunem à ſeditioſorum cõtagio: caſtra autem poſuit in quodam uico, qui erat Ptolemæi poſſeſsio, Arus nomine. eum Arabes incenderunt, propter Herodem amicis quoque eius infenſi. inde progreſsi Samphoalium uicum ijdem Arabes diripiunt, moxq; incendunt, quamuis munitiſsimum. quin toto illo itinere nihil eos effugit, omnia miſcentes flammis ac cædibus. Nam & Emmaus cremata eſt Vari iuſſu, in uindictam cęſorũ ibi militum, deſerta tamen ab habitatoribus. Inde cum appropinquarent Hieroſolymis, Iudæi qui legionem ab ea parte obſidebãt, ad primũ uenientis exercitus conſpectum territi diffugerunt, oppugnatione quam inceptabant relicta. Hieroſolymitani aũt Iudæi grauiter à Varo increpiti, excuſationẽ afferebant, popu-

populum quidem propter festum confluxisse, bellum uerò non ex sua sententia, sed ex conuenarum audacia susceptũ: & se adeò non oppugnasse Romanos, ut potius unà cum illis oppugnati fuerint: & iam ante obuiam ei processerant, Iosephus Herodis regis nepos, Gratusq; ac Rufus cum militibus, & Romani qui obsidionem tulerant. Sabinus enim in eius conspectum non uenit, sed subducens se clàm ex urbe, ad mare profectus est. Tum Varus dimissa per totam regionem parte exercitus, perquirebat defectionis autores: & indicio repertos, alios ut fontes punijt, nõnullos dimisit incolumes: actiq; sunt in cruces ea de causa circiter duo millia. Post hęc ablegato exercitu cuius non erat usus amplius, quiq; contra eius uoluntatẽ lucri studio multa maleficia patrauerat, ipse audito decem millia Iudæorũ in unum confluxisse, properauit ut eos deprehenderet. illi non ausi manus conserere, deditionem fecerunt arbitratu Achiabi. Varus autem data seditiosorũ uulgo defectionis uenia, duces eorũ misit ad Cæsarem. Ille cæteris ignouit, in solos aliquot regis Herodis necessarios animaduertit, quòd nec cognationis nec iustitiæ respectu à nefarijs armis abstinuerint. Itaq; Varus rebus compositis, & relicta Hierosolymis eadem legione in præsidio, reuersus est Antiochiam. Archelao XVII autẽ Romæ aliud negotium exhibitũ est tali de causa. Venit eò Vari permissu Iudæorũ legatio, postulans ut eis liceat suis legib. uiuere: erantq; legati quinquaginta, quibus aderant Iudæorum urbem incolentium plus q̃ octo millia. cumq; Cęsar cõuocasset in ædẽ Apollinis magno sumptu à se exstructã consilium amicorũ & primariorum ciuiũ, uenerunt eò legati, prosequente Iudęorũ turba, & Archelaus cum amicorũ comitatu. cognati autem regis neq; ab Archelao stabant propter ipsius odium, & tamen legatis suffragari grauabantur, q̃ puderet eos coram Cæsare aduersari homini tam propinqua coniuncto necessitudine. Aderat & Philippus è Syria Vari hortatu ueniẽs, ea potissimũ de causa, ut fratris aduocatũ ageret, cui Varus bene cupiebat: deinde nõnihil sperans, si impetrarent Iudæi potestatẽ uluendi suis legibus, fore ut diuiso in Herodis progeniẽ regno, ad ipsum quoq; rediret pars aliqua. Data igitur Iudæorũ legatis dicendi copia, postulantes non esse ulterius sub regibus, ab accusanda Herodis iniquitate orsi sunt. Regem illũ fuisse nomine tenus, alioquin omnibus omnium tyrannorũ artibus usum ad subiectæ gentis perniciem, nec his contentũ quasdam nouas ex suo cõmentum esse ingenio. Nec opus esse cõmemorari q̃ multis uitam ademisset, cum lõge deterior fuerit conditio superstitũ, quos nõ modò perpetua trueulentia & asperitate terruerit, sed bonis etiam eorũ rapaces manus non abstinuerit. itaq; uicinas urbes ab exteris habitatas illũ ornamentis excoluisse, quo magis in suo regno sitas exhauriret exactionibus: adegisseq; gentẽ suam ad extremã paupertatẽ, quam cum primis florentem acceperit, dum nobiles ex causis parum probabilibus damnatos capitis insuper bonis spoliat, aut facta uiuẽdi gratia, nudat eos possessionibus. deinde cũ annua tributa imposita sint per singulos, seorsum tamen placandam fuisse auiditatem amicorũ eius & aulicorum, atq; etiã seruorum qui huiusmodi exigendis præessent, ut hoc pacto iniuriosam uexationem redimerent. Silentio enim prætereundas constuprationes uirginũ, & per contumeliam ereptam matronis pudicitiã: quandoquidẽ hæc patien-

tibus maximum ſit ſolatium, ſi q̃ pauciſsimis ſciatur ſuum dedecus. in ſumma non aliter ipſis præfuiſſe Herodem, quàm ſi ſæuiſsimę beſtiæ in eos commiſſum fuiſſet imperiũ. Itaq; cum multis olim ea gens oppreſſa ſit cladibus, nullum tamen exſtare in rerum monumentis exemplum, cum quo conferri poſsit præſens per Herodem illata calamitas. Quapropter meritò ab eis Archelaum promptis ſtudijs regem conſalutatum, quòd ita putarent, fieri non poſſe, quin quicunq; tandẽ Herodi ſuccederet, moderatius multo tractaret ſubditos: & in eius gratiam patrem honoratũ luctu publico, libenter gratificaturis & in cæteris ad cõciliandam ſibi eius beneuolentiam. At illum quaſi timeret ne non uideretur germana parentis ſui ſoboles, ſine dilatione declaraſſe popularibus quid de ſe ſentiendũ ſit, idq; priuſquã confirmatus eſſet in potentia, cum totum negotium etiam tum penderet ex arbitrio Cęſaris: editumq; mox ſubditis futuræ uirtutis ac modeſtiæ & æquitatis ſpecimen, dum tria millia ſuæ tribus ciuiũ deo in ipſo templo pro uictimis iugulat. An non igitur omnes iuſtiſsimo illũ proſequi odio, qui poſt tam crudele facinus, adhuc ſeditionis reos ſe conetur peragere, & ius regni ſibi uindicet? Poſtremò ſumma poſtulatorũ hæc fuit, ut mutata reipub. forma poſthac ſine regib. agerent, & contributi prouinciæ Syriæ, Romanis parerent poteſtatibus. Sic em̃ fore perſpicuum, utrum ſeditionibus delectẽtur, & rerum nouationibus, an obedire ſciant præſidibus legitimis. His peroratis à legatis Iudæorum, Nicolaus utriq; patrocinatus eſt, dicens Herodem quidẽ quoad uixerit nunquam fuiſſe accuſatum, nec eſſe æquum eos qui ſi iuſtam uiuentis accuſationẽ attuliſſent, caſtigationem eius ſperare poterant, nunc defuncti manes criminib. laceſſere. Quæ uerò obijciantur Archelao, ipſorũ imputanda eſſe uiolentæ contumaciæ: qui cum affectaſſent res nõ conceſſas legibus, & pacatores ferro ac ſaxis aggreſsi eſſent, nunc uitio uerterent eiſdem rationibus ſe eſſe cohibitos. Verſa deinde in accuſatores criminatione, aiebat eos libenter agitari ſeditionibus, quod neſciant parere legibus, eſſeq; gentem omnium peruicaciſsimam. Hæc Nicolaus.

Cæſar Herodis teſtamentum confirmat. Cap. XIII

CAeſar uerò his auditis dimiſit concilium. Paucis deinde diebus Archelaum non regem declarat, ſed dimidia parte ditionis quæ Herodis fuerat ei conceſſa ethnarcham eum conſtituit, regnum quoque pollicitus, quam primum ille ſe tali honore dignum redderet. Alterum dimidium partitus eſt in alios duos Herodis filios, Philippum, & Antipam eum q̃ cum Archelao de toto regno contenderat. Huic tranſamnana regio ceſsit cum Galilæa, & cc talenta annua. Batanæa uero cum Trachonitide, & Auranitis cum parte quadam Zenodori (ut uocãt) domus obtigit Philippo, & centum talenta annui reditus, Archelao uero Iudæa & Idumęa, præterq; has Samaria, cui ex autoritate Cæſaris tributorũ quarta pars remiſſa eſt, eo quòd cæteris tumultuantibus ſoli quieti manſerant in officio. in eius ditione comprehendebantur urbes, Stratonis turris, Sebaſte, Ioppe, Hieroſolyma. nam Gazã, Gadara & Hippon græcanici inſtituti urbes Cęſar ob id ſeparatas à regni terminis Syriæ cõtribuit. D C aũt talẽta quotannis redibãt è ſua ditiõe ad Archelaum. atq; hoc fuit Herodis filiorum patrimonium. Salome autẽ præter

ter legatas à fratre urbes Iamniã, Azotũ & Phaſaelida, argentiq; ſignati quingenta milia, Cæſar largitus eſt in Aſcalone palatiũ: percipiebatq; ex ſubiectis ſibi locis ſexaginta talenta annua, habitans in ditione Archelai. reddita ſunt etiam cæteris regis cognatis legata, ita ut teſtamẽto cauerat. Duę deinde eius filiæ uirgines præter relicta ſibi à patre, accepere ex Cæſaris munificentia ducena quinquagena ſignati argenti millia, & elocatæ ſunt Pheroræ filijs. imò totum etiam regis legatum mille quingentorũ talẽtorum æſtimatione ceſsit ipſius filijs, paucis aliquot uaſis ſibi retentis, non tam ob precium charis, q̃ ob amici memoriam.

De Pſeudalexandro. Cap. XIIII

HIs ita ordinatis per Cæſarem, iuuenis quidam Iudęus genere, edu XVIII
catus Sidone apud quendam Romani ciuis libertũ, adoptauit ſemetipſum in Herodis familiam, per occaſionẽ ſimilitudinis, qua referebat Alexandri ab illo extincti effigiem, atteſtantibus omniũ quotquot utrunq; uiderant oculis: atq; hac uia graſſari cœpit ad regium faſtigium. itaq; aſcito tribuli quodam fraudis ſocio, qui totius regiæ rerũ gnarus, alioquin etiam aſtutus erat, & natus ad excitandas turbas egregias, illius inſtitutione fingebat ſe Alexandrum illum Herodis filiũ, morti ſubtractũ cuiuſdam beneficio, cui demandatũ ſit eius interficiendi negotium. ſuppoſitis enim necis ipſorũ uicarijs, & ſe ereptum & fratrem Ariſtobulum. His nugis inflatus, alijs quoq; non deſinebat fucum facere: cumq; Cretam appuliſſet, quotquot Iudæorum uenerunt in eius colloquiũ, omnibus rem perſuaſit, & auctus ab eis pecunia, traiecit in Melum inſulam: ubi magnam pecuniæ uim quæſiuit prætextu regiæ proſapiæ. Et iam ſperans recepturũ ſe paternũ principatum, remuneraturumq; beneficos, Romã properat ſuis hoſpitib. deducentibus. cumq; adnauigaſſet Puteolos, ibi quoq; à deceptis Iudæis ſimul fauore exceptus eſt, cõcurrentibus tanq̃ ad regem qui Herodi uel hoſpitij iure coniuncti, uel aliquo erant obſtricti beneficio. in cauſa fuit hominum natura rumorũ auida, præſertim conciliante formæ ſimilitudine. nam etiam illis qui ualde familiares Alexandro fuerant, perſuaſum erat hunc ipſum eſſe, nõ alium, idq; alijs non dubitabant aſſeuerare iureiurando interpoſito. Quod poſtq̃ Romam perlatum eſt, uniuerſa Iudęorũ illic agentiũ multitudo profecta eſt obuiam, tam inſperatam ſalutem ad dei referentes gratiam, & publicò applauſu propter maternum genus excipientes hominem lectica geſtatũ per uias. nihil enim ei ad regium cultũ deerat, ſuppeditantibus ſumptum hoſpitibus: affluenteq; certatim multitudine, acclamabat fauſtis ominationibus, ut fieri ſolet in re præter ſpem incolumi. Id ubi allatum eſt ad Cæſarem, nolebat fidem habere nuncio, q̃ ſciret Herodem non facile potuiſſe decipi in re tam ſeria: nõnihil tamen ſpe motus, Celadũ unum è ſuis libertis familiariter olim uerſatũ cum adoleſcentibus illò mittit, iuſſum ut Alexandrũ in conſpectum ſuum adduceret: quod ille fecit, nihilo in dignoſcendo alijs ſagacior. Non tñ imponi potuit Cæſari, q̃ non tanta eſſet ſimilitudo ut etiam prudenter conſiderantes falleret. Pſeudalexãder em̃ & manus habebat duratas opere, & corporis illa gratia carebat, quæ ſolet bene natis & educatis cõtingere, q̃ ipſe non uixiſſet in tantis delicijs. Poſtq̃ igitur animaduertit conſpiraſſe in

menda-

mendacia præceptorẽ atq; diſcipulũ, & ex cõpoſito loquentibus adeſſe fidu ciam, percontabaẽ quid factũ eſſet ſimul erepto Ariſtobulo, aut cúr nam ille nõ ueniſſet, unà cum fratre ius tam præclaris natalib. debitũ repoſceret: Reſponſum eſt in Cypro eum manſiſſe, metu periculorũ quibus mare nauigantes expoſiti ſunt: ut ſi qd ipſis cõtigiſſet durius nõ omnino Mariãmes genus intercideret, ſed ſupereſſet ſaltẽ Ariſtobulus. Hæc illo aſſeuerante, ſimulq́ue concinente autore huius fabulæ, Cæſar ſeducto adoleſcente: Tibi, inquit, ſi nõ me quoq; coneris fallere, merces erit impunitas quod ad tuam ſalutẽ attinet: nunc age dicito quiſnam ſis, & quis te ad hæc audenda impulerit. neque em̃ iſtius ætatis eſt tam inſidioſa malitia. Ibi ille, cum non poſſet aliud, totum cõmentum indicat, quibus modis, & à quo ſit cõpoſitum. Cæſar aũt Pſeudalexandrũ, ut pollicita ſeruaret, in remigũ ordinem allegit, q̃ eſſet ualido corpore: doctorẽ uero eius affecit ſupplicio. cæterũ Melijs abunde magna mulcta fuit, quæ in fictitiũ Alexandrũ fruſtra impenderant: atq; ita cœptũ Pſeudalexandri temerarium turpis conſecutus eſt exitus.

Archelaus iterum accuſatus Viennam relegatus eſt. Cap. XV

XIX CAeterũ Archelaus iam ethnarcha in Iudæã reuerſus, Ioazaro Boethi filio pontificatum abrogat, inſimulato quòd ſeditioſis conſenſerit: eamq́; dignitatem in Eleazarum illius fratrem collocat. apud Hierichuntem deinde regiam magnifice reficit, aquarum quibus Neara uicus iuuabatur, dimidio deriuato in palmetum recens à ſe in ſubiecto campo conſitum. nouum etiam uicũ conditũ à ſe denominauit Archelaida: & contempto more patrio, Glaphyram Archelai regis filiam, olim Alexandri fratris ſui coniugem, & liberorũ ex illo ſuſceptorum matrem, duxit: quamuis Iudæi lege uetentur fratrum uxores ducere. Nec Eleazarus diu ſacerdotio potitus eſt, ſubrogato in uiuentis locum Ieſu Siæ filio. Decimo autem principatus Archelai anno primates tam Iudæorum quàm Samaritarum non ferentes eius tyrannidem, detulerunt eum ad Cæſarem, maxime cum ſcirent eum contra ipſius mandatum feciſſe, à quo iuſſus fuerat ex æquo ac bono præeſſe ſubditis. Hoc audito Cæſar ira cõmotus accerſit procuratorem eius Romæ agentem, & ipſum Archelaum nomine: nec dignatus quicquã ſcribere, Vale, inquit, & quàm primũ illum ad nos adducito. qui accelerata nauigatione in Iudæam delatus, reperit eum cum amicis in conuiuio: indicataq́; uoluntate Cæſaris, ad profectionem hortatus eſt. Mox ubi uenit, Cæſar auditis eius accuſatoribus & ipſius defenſiõe, miſit eum Viennam in exilium, quæ eſt urbs Galliæ, mulctatũ prius omni pecunia. Sed priuſquam Romam euocatus eſt, amicis tale narrauit ſomnium. Viſus eſt ſibi uidere decem ſpicas maturas tritico plenas à bubus abſumi: experrectusq́; non contemnendam uiſionẽ ratus, coniectores diuinos ſuper ea conſuluit. quibus diſſentientibus cum uariaret interpretatio, Simon uir Eſſæus præfatus ueniam, ait hanc uiſionẽ Archelao ſignificare mutationẽ in deterius. boues em̃ ſignificare miſeriã, q̃ in perpetuis laboribus degat hoc animal. præterea rerũ mutationem. quia terra horum opera uerſata nec locum eundem retineat, nec faciem. cæterũ decem illas ſpicas totidem annorũ præfinire numerum. eas enim redire annuis uicibus, iamq́; inſtare Archelao dominationis terminum. Sic ille hoc ſomniũ

inter-

interpretatus est: post cuius uisionē quinta die uenit in Iudæam procurator Archelaus, ad euocandū illum missus à Cæsare. Simile quiddam & Glaphyræ eius uxori accidit, Archelai regis filię. hęc ut iam diximus, uirgo nupserat Alexandro Herodis filio, fratri huius Archelai: quo à patre occiso, iterū nupsit Iubæ regi Mauritanię. hoc quoq; defuncto uiduam apud patrē agentem in Cappadocia duxit Archelaus, repudiata Mariamme priore coniuge. tanto ardebat amore Glaphyræ. huic degenti cum Archelao tale somnium obuersatū est. Visa sibi est Alexandrū uenientem complexu excipere præ gaudio. Illum uero expostulantem dicere, Cōfirmasti Glaphyra uulgare illud dictū, non esse fidendū mulieribus, quæ uirgo mihi cōiuncta matrimonio, & communium liberorum parens, oblita nostri amoris capta es secundarū nuptiarum desiderio. ac ne ea quidem contumelia contenta, ausa es cum tertio cubare sponso, turpiter & impudenter ingressa meam familiā, & nupta Archelao, fratrē meum habere maritū sustinens. At ego non obliuiscar ueteris tuæ beneuolentiæ, teq; liberabo ab hoc opprobrio, mihiq; te meam uindicabo. hoc somniū cum illa exposuisset apud quasdā familiares sibi mulieres, post paucos dies uita functa est. quod ego ideo hic referendum putaui, ꝙ sermo sit mihi de illis regibus: & alioqui res magni exempli uidetur, certissimū immortalitatis animorū & diuinæ prouidentiæ argumentū continens. Cui uerò hæc uidentur incredibilia, fruatur opinione sua, & alijs nō obstrepat qui talibus excitantur ad uirtutis studia. Cæterum ditione Archelai cōtributa Syriæ, missus est illó à Cæsare uir cōsularis Quirinius, qui censum ageret per Syriam, & ipsius Archelai domum uenderet.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER XVIII.

Quirinius ad censendam Syriam & Iudæam mittitur à Cæsare, & procurator eiusdem Cæsaris in Iudæam uenit Coponius: & quomodo Iudas Galilæus res nouas molitus est. Caput I

INTERĒA Quirinius senator Romanus per omnes honorum gradus ad consalutatum usq; prouectus, & in primis clarus, à Cæsare mittitur in Syriam ut iura populis redderet: facultatesq; censeret omnium: & cum eo uenit Coponius, præfectus turmæ equitum, penes quem esset totius Iudææ rerum administratio. Quin & ipse Quirinius in Iudæam uenit iam attributam prouinciæ Syriæ, ut percenseret facultates eius regionis ciuium, & Archelai pecunias in potestatem suam redigeret. Illi uerò tametsi primùm ægre ferrent mentionem descriptionis, non sunt tamen reluctati pertinaciter, parendo autoritati pontificis Ioazari, qui Boethi fuit filius. atq; ita illius suasu fine controuersia census peractus est. Extitit tamen pòst quidam Iudas Gaulanites, ortus ex oppido Gamala, qui adiuncto sibi Phariſæo Sadduco, sollicitabat ad defectionem populos, censum nihil aliud

quàm

quàm manifeſtam ſeruitutis profeſsionẽ eſſe dictitãs, & uniuerſam gentem ad tuendã libertatẽ adhortans. Fore enim ut re bene geſta fortunis ſuis fruantur feliciter, & confirmati in earũ poſſeſsione laudem quoq; ſibi parent fortitudinis: nec ſperandũ auxilium cœleſtis numinis, niſi ipſi quoq; rebus ſuis conſulant. Accipiebant hæc pronis uulgi auribus, ita ut accenderent ad audendum aliquid. atq; ita dici uix poteſt quantũ hi uiri totam gentem conturbauerint, dum omnia miſcent cædibus & latrocinijs, promiſcuisq; nullo amicorũ aut inimicorũ reſpectu prædationibus, & inſignium uirorũ cædibus: prætextu quidẽ propugnandæ libertatis publicæ, ſed re uera priuatorũ lucrorũ ſtudio. Itaq; conficientibus ſe mutuo ciuibus, & furioſiſsima cõtentione certantibus, ne externus quidem hoſtis ceſſabat interim. ac ne extrema quidẽ fames fortè ſuperueniens potuit eos cõpeſcere quo minus ſæuirẽt expugnandis oppidis, & fundendo ciuili ſanguine, donec poſtremo malum eò progreſſum eſt, ut hoſtilis flamma dei templũ inuaderet. Adeò periculoſum eſt patrios ritus labefactare & conuellere. Siquidẽ Iudas & Saddocus omniũ harũ calamitatum autores fuere, dum ſuper tres priſtinas ſectas nouã quartã inducunt, & nouitatũ cupidos affatim ad ſe contrahunt: id quod nõ in præſens tantum turbauit rempublicam, ſed futurarũ etiam cladium fuit ſeminarium. Quamobrem conueniens uidetur paucis de eorum placitis diſſerere, propter quæ tot mala gentem noſtram inundauerunt.

Quæ & quot ſectæ fuerint apud Iudæos. Cap. II

II IVdæi patriæ ſapientiæ ſtudioſi iam inde à multis retro ſeculis in tres ſectas erant diuiſi, Eſſenorũ, Sadducæorũ, & eam quæ Phariſæorum uocata eſt. De his licet nõnihil in ſecundo Iudaici belli uolumine à nobis dictũ ſit, tamen hunc quoq; paucis dicere nõ ab re fuerit. Ergo Phariſæorum uictus ſimplex eſt, nullis mollitus delicijs: & quicquid his ratio dictauit, id ſequuntur pertinaciter. maiores natu ueneran tur, nec audent eis reſponſare monentibus aut obloqui. Fato quæcunq; geruntur tribuunt, nec tamen homini uoluntatis aſſenſum adimunt, hoc temperamento deũ uti dicentes, ut cũ omnia fiant ex ipſius cõſilio, in homine tamen ſit uoluntas accedẽdi ad uirtutem aut uitium. Animas credunt eſſe immortales, & ſub terris earum iudicia fieri: tum præmia quoq; contingere ex uirtutis aut malitiæ meritõ: & has perpetuis damnari carceribus, illis facilem eſſe ad uitam reditũ. per hæc placita magnam ſibi autoritatẽ parauerũt apud populũ. & quicquid ad ſolennes precatiões ac cultum diuinum attinet, iuxta horum interpretationem ac præſcriptum ſolet fieri. Tantum habent à ciuitatibus ſapientiæ, temperantiæ, & uitæ honeſtioris teſtimonium. At Sadducæorum opinio cum corpore extinguit ſimul & animas: nec quicquam præter legem ſeruandum exiſtimant. nam de ſapientia cũ præceptoribus diſceptare ad uirtutem reputant. huius ſectæ pauci ſunt, ſed ferè dignitate præcipui. ex horum tamen ſententia uix quicquam agitur. nam quoties magiſtratus licet inuiti ſuſcipiunt, Phariſæorum decretis aſſentiunt, ni facerent non ferendi à plebeiorum multitudine. Eſſenorum uero placitũ uniuerſitatis regimen citra exceptionem deo aſſerit, immortalitatẽ animis: nec aliud quicquã æque ac iuſtitiam omni contentione expetendũ exiſtimat. ad templum autẽ dona-

ria

ria mittentes ſacra ibi non faciunt, q̃ ſanctioribus utantur ceremonijs: quapropter excluſi à cõmuni fano ſeorſum ſacrificãt. moribus alioqui ſunt probatiſsimis, agris colendis in totũ dediti. Miranda etiã eſt eorũ iuſtitia, qua omnes Græcos & Barbaros longe ſuperãt, multis iam ſeculis triti in eius continuis ſtudijs. Facultates in cõmune poſsident, nec aliquis diues magis utitur ſuis bonis, q̃ quiuis nihil poſsidẽs. Atq; hoc inſtituto uiuunt uirorum ſupra quatuor millia, nec uxores habentiũ, nec ſeruos, q̃ alterũ ad iniuriam cõmunis naturæ pertinere cenſeant, alterum tranquillitati uitæ parum cõmodum. quare per ſe ipſi uiuentes inuicem ſibi miniſtrant. Quæſtores creant uiros probos ex ſacerdotum numero, qui ex agrorum reditibus & frugũ prouentu cibos eis conficiant. In ſumma eandem ferè uiuendi rationem ſequuntur, quam hi qui apud Dacos pliſti nominantur. Quartæ autẽ ſtudium ſapientiæ ſectantiũ uiæ primus autor fuit Iudas Galilæus. hi cætera cum Phariſæis conſentiunt, niſi q̃ conſtantiſsimo libertatis amore flagrant, credentes ſolũ deũ dominum habendũ ac principem, facilius uel exquiſitiſsima pœnarum genera laturi una cum cognatis ſuis ac chariſsimis, quàm mortalem aliquẽ appellaturi dominum. quod quia multis ſæpe ſpectatũ ſcio, plura de hoc non libet dicere. non enim uereor ne fidem nõ inueniant mea uerba, imò illud potius, ne tam inſignem patientiam & doloris contemptum parum aſſequant. quæ quidem animoſitas plurimũ in gente noſtra creuit accenſa acerbiſsimis Geſsij Flori iniurijs, quibus poſtremo effectum ut deficerẽt à Rom. pop. Et de Iudæorum ſectis hæc ſuffecerint.

Vrbes ab Herode & Philippo tetrarchis in honorẽ Cæſaris conditæ. Cap. III

QVirinius autem uenditis & confiſcatis Archelai facultatibus, per- III
actoq; cenſu, qui incidit in annum trigeſimumſeptimũ, poſt uictum à Cæſare in Actiaca pugna Antoniũ, cum mota eſſet cõtra Ioazarum pontificem plebis ſeditio, priuauit eum hac dignitate, & Ananum Sethi filium ſubſtituit. Herodes uero & Philippus ſuæ quiſq; tetrarchiæ res ordinauit & compoſuit: quorum Herodes Sephori cincta mœnibus, fecit eam totius Galilææ caput & defenſaculum. aliud deinde oppidũ quod tunc Betaramphtha dicebatur, cõmunitum nomine mutato Iuliada ab uxore imperatoris appellauit. Philippus quoq; Paneada ſitã ad Iordanis fontes inſtruxit ædificijs, indito Cæſareæ nomine. Vico etiam Bethſaidæ in ripa lacus Geneſarethini urbis ſpeciem addidit, frequentato incolis & aucto opibus, quem Iuliæ Cæſaris filiæ cognominem eſſe uoluit. Cæterum Coponio, quem cum Quirinio miſſum diximus, Iudææ adminiſtrãte huiuſmodi quiddam accidit. In feſto azymorum quod Paſcha uocamus mos eſt ſacerdotibus poſt mediam noctem aperire templi ianuas. tunc igitur quàm primum apertæ ſunt, Samaritani quidam clàm ingreſsi Hieroſolyma, ſparſerunt oſſa humana per porticus & per totum templum: quo factũ eſt ut poſthac ſacerdotes ſolito diligentiores cuſtodias agerent. Paulo poſt Coponius Romam IIII
reuertitur, ſucceſſore accepto M. Ambiuio: cuius tempore Salome Herodis regis uxor uita decedens Iuliæ Iamniam cum ſua toparchia reliquit, & ſitam in campo Phaſaelidem, Archelaidemq; plurimis palmetis conſitam, quorum fructus eſt præſtantiſsimus. Huic ſucceſsit Annius Rufus, quo præſide

Cæſar fato functus eſt, qui ſecundus fuit Romanorum imperator, præfuitq; reipublicæ annos quinquagintaſeptem, ſex mẽſibus amplius & diebus duobus: in quo numero quatuordecim ſunt anni, quibus Antonius ei fuit imperij ſocius & particeps. Vixit autem annos ſeptuagintaſeptem. Ei Tiberius Nero priuignus ſucceſsit, Iulię filius, Romanorũ imperator tertius: à quo quintus Iudæorũ præſes miſſus eſt in Annij Rufi locum Valerius Gratus. Hic adempto Anano ſacerdotio Iſmaelem Fabi filium iuſsit eſſe pontificem: quo paulo poſt deiecto, in Eleazarũ Anani pontificis filiũ eum honorem tranſtulit. Elapſo deinde anno & hunc redegit in ordinem, & Simoni Camithi filio pontificatum tribuit. hic quoq; anno in hac dignitate exacto, iuſſus eſt eam cedere Ioſepho qui cognominabatur Caiaphas. His ita geſtis, Gratus Romã repetit, in Iudæa exactis annis undecim: cui deinde Pontius Pilatus ſucceſſor miſſus eſt. Herodes porrò tetrarcha receptus in amicitiam Tiberij, de ipſius nomine urbem à ſe conditam uocauit Tiberiada, electo ad hoc optimo agro Galilææ in ora lacus Geneſarethici: unde non longe apud Emmauntem uicum ſunt aquæ calidæ. hæc partim à conuenis, partim à Galilæis habitata eſt: quorum nonnulli eò migrare coacti ſunt, quidam etiam è nobilitate ſedes illic ſibi optauerunt. quoq; maior eſſet frequentia, recepti ſunt ad incolendũ etiam tenuiſsimi quiq; undecunq; confluentes, & in his aliquot quos non ſatis conſtabat eſſe liberos. hos magnis immunitatibus ac beneficijs proſecutus aſtrinxit ad habitandum, alij domos, alij agros largitus: quo minus horrerent ædificatam præter ritum patrium in ſolo multis ſepulcris referto: cum iuxta noſtras leges ad ſeptem dies impurus habeatur qui in talibus locis habitet. Eodem tempore Phraates Parthorũ rex per inſidias ſublatus eſt à Phraatace filio, huiuſmodi de cauſa. Phraates habens legitimos liberos, ancillã Italici generis Thermuſam nomine, inter cætera dona à Cæſare miſſam, primũ in concubinarum numero habuit. procedente deinde tempore obſtupefactus præcellenti mulieris forma, ſuſcepto iam ex ea Phraatace filio, legitimo thoro eam ſibi coniunxit. Quæ cum quicquid uellet regi perſuaderet, cogitans filio ſuo Parthorum regnum aſtruere, intellexit nihil ſe effecturam, niſi ablegarẽtur legitimi Phraatis filij. Perſuaſit igitur marito ut Romam eos obſides mitteret: quod illis ſine cunctatione faciendũ fuit, patre uolũtati Thermuſæ tam obnoxio. Interea Phraataces ſolus domi ad regnum educabatur: qui tædioſum ratus exſpectare dum à patre decedente principatum acciperet, cum matre contra eum conſpirauit, cum qua creditus eſt etiam ſtupri habere conſuetudinem. Ergo parricidio ſimul & inceſto exoſus popularibus, prius quàm confirmaret ſuas opes per tumultum pulſus interijt. Tum uerò nobiliſsimi Parthorum animaduertentes non poſſe ſine rege conſiſtere ipſorum rempublicam, nec tamen uolentes eligere alienum ab Arſacidarũ ſanguine, putantesq; ſatis eſſe ſemel uiolatã regiam maieſtatẽ Italicæ mulieris libidinibus, Horodem per legatos acciuerũt. Is erat quidẽ regij generis, ſed inuiſus multitudini propter nimiam crudelitatem, quòd intractabilis eſſet, & ad iram proniſsimus. hunc coniurati aliquot interfecerunt, ut quidã tradũt, in conuiuio. ſolent enim perpetuo geſtare gladios. Vt uerò à plurib. fertur, in uenatione occiſus eſt. Legatiõe deinde miſſa Romã, petierunt regẽ unum

ex

ex obſidibus,prælatusq; eſt Vonones cæteris fratribus. Videbatur enim capax eius fortunæ,quam ei duo maxima in terris offerebant imperia, externũ ſimul & domeſticũ. Sed breui pœnitẽtia ſubijt barbaros, natura mutabiles, & indignitatũ impatientiſsimos. dedignabant enim facere imperata mancipij,ſic uocantes obſidẽ,& hac appellatiõe exaggerantes ignominiã. non em̃ belli iure ſibi regem impoſitum, ſed quod turpius ſit,per pacis cõtumeliam. moxq; uocant Artabanũ in Media regnantem,Arſacidam genere.ille paruit libenter,& præſto fuit cum exercitu.cui cum occurriſſet Vonones,primùm manente etiã tum in officio uulgo Parthorũ, prælio uictus Artabanus retro in Mediam repulſus eſt.Sed paulo pòſt inſtauratus copijs Vononem auſum confligere uicit egregie, ita ut cum paucis equitibus in Seleuciã confugeret. Artabanus aũt magna cæde graſſatus in profligatos barbaros, & clade attonitos,in Cteſiphontem ſe recepit cum uictricibus copijs. Ille igit̃ hoc modo regnũ adeptus eſt.Vonones aũt refugit in Armeniã,& à principio quidẽ affectauit eius regionis dominiũ,miſsis Romã legatis ſuper hoc negotio.Vt uerò repulſam paſſus eſt à Tiberio, pertæſo ignauiã hominis, & moto Parthi cõminationibus bellũ iam intẽtantis: deſtitutus omni ſpe regnandi,q; potentiores Armeniorũ Niphatẽ accolentes ſequerent̃ factionẽ Artabani: Silano Syriæ præſidi ſe dedidit.is reſpectu educatiõis quæ illi Romæ contigerat,hominẽ apud ſe aſſeruauit in Syria. Armenis aũt Orodẽ unũ è ſuis filijs Artabanus regẽ impoſuit. Per idẽ tempus cũ Antiochus quoq; Comagenæ rex fato cõceſsiſſet,cõtentio nata eſt inter plebeios & nobiles, his regnũ in prouinciæ formã redigi poſtulantibus, plebe cõtrà cupiẽte ſub rege ut antè uiuere: qua propter Germanicus ex S.C.ad res orientis cõponendas miſſus eſt, fortuna occaſionẽ quærẽte illius exitio.poſt redactam enim in meliorem ſtatũ Syriã, Piſonis opera ueneno ſublatus eſt, ſicut dicetur aliàs.

Iudæorum contra Pontium Pilatum ſeditio. Cap. IIII

CAeterùm Pilatus Iudææ præſes à Cæſarea Hieroſolyma traducto in hyberna milite,ſigna cum effigie Cæſaris in urbẽ intulit ad legis noſtræ contumeliã, qua cautũ eſt ne habeamus huiuſmodi effigies. & ideo qui ante hunc fuere præſides,cum ſignis aliter inſignitis ſolebãt urbem ingredi.primus Pilatus ignaris omnibus noctu illatas effigies Hieroſolymis ſtatuit.q̃d ubi cognitũ eſt ciuibus,magno agmine petierũt Cæſareã, ubi per multos dies ſupplices orauerũt præſidẽ,ut trãsferret illas imagines aliò. Pilato uerò pernegante ſe facturũ q̃d coniunctũ eſſet cum iniuria Cæſaris,cũ Iudæi precari nõ deſinerẽt, ſexto poſt die iuſsis clàm in armis eſſe militibus,ſedit pro tribunali in ſtadio,captata loci opportunitate,q; aptiſsimus eſſet inſidijs.ibi cõpellatus iterũ de eodẽ negotio,ſignũ dat militib.ut eos circumueniant, mortẽ minitans,niſi q̃ primũ quieſcerẽt, & ſuã quiſq; domũ diſcederent. at illi procidẽtes humi,& exertos præbẽtes iugulos,manifeſte præ ſe ferebant,uita ſibi charioré eſſe obſeruationẽ legis patriæ. Tum Pilatus admiratus tam cõſtans legũ ſtudiũ,continuo reportauit eas imagines Cæſaream à Hieroſolymis.deinde aquę ductũ ſtruere aggreſſus eſt ex ſacro ærario,induc turus aquas Hieroſolyma à ducẽteſimo ſtadio.id ęgerrimè tulit populus,& cõgregati p cœtus numeroſos uſq; ad multa hominũ millia,uociferatiõibus

conabant eum deterrere à propoſito. nõnulli uero ita ut fit apud incõditam multitudinẽ, etiam conuitijs laceſſebant præſidẽ. at ille milites ſub populari habitu clam armatos fuſtibus iuſsit reliquam multitudinẽ corona cingere: & quàm primũ uulgus cœpit iacere conuitia, dedit illis ſignum ex cõpoſito. illi ſuprà quàm mandatũ erat uſi ſunt fuſtibus, tumultuatores & quietos cædentes nullo diſcrimine. Ibi tam inclementer accepti inermes ab inſtructis; pars occiſi ſunt, pars diſceſſerunt ſaucij: atq; hoc modo compreſſa eſt ſeditio.

VI Eodem tempore fuit Ieſus, uir ſapiens, ſi tamen uirum eum fas eſt dicere. Erat enim mirabiliũ operum patrator, & doctor eorũ qui libẽter uera ſuſcipiunt: plurimosq; tam de Iudæis quàm de gentibus ſectatores habuit. Chriſtus hic erat: quem accuſatum à noſtræ gentis principibus, Pilatus cum addixiſſet cruci, nihilominus nõ deſtiterunt eum diligere qui ab initio cęperant. Apparuit enim eis tertia die uiuus, ita ut diuinitus de eo uates hoc & alia multa miranda prædixerunt: & uſque in hodiernum Chriſtianorũ genus ab hoc

VII denominatum non deficit. Circa eadem tempora etiam aliud Iudæos turbauit incõmodum, & Romæ in ſacris Iſidis ſumma turpitudo deprehẽſa eſt. Dicam igitur prius de Iſiacorum nefando ſcelere, ac tum demum res Iudęorum proſequar. Erat Romæ Paulina, mulier non minus probitate morum q̃ natalium claritate illuſtris, adhæc opulenta & formoſa, ut quæ eſſet in ipſo ætatis flore, ſed in primis ornata pudicitia. Nupta autem erat Saturnino, uiro tali coniuge digniſsimo. huius amore captus eſt Decius Mundus iuuenis nõ obſcurus in equeſtri ordine: & quia maior erat fœmina, q̃ quæ poſſet corrumpi muneribus, eo magis accendebatur amantis inſania, ita ut offerret ei, p unica nocte ducenta drachmarum millia. ac ne ſic quidem ualẽs eam flectere, non ferens amoris impotentiam, decreuit morbum ſimul & uitam finire inedia. hoc eius propoſitũ nõ fefellit Iden libertam Mundi paternam, uarijs inſtructam, ſed non probatis artibus, quæ indigne ferẽs obſtinationem iuuenis, blanda oratione conuentum animare conata eſt, ſpem ei faciens effecturam ſe ut potiatur Paulinæ complexibus. Cumq; ille preces eius libenter acciperet, ait ſibi opus L tantum drachmarum millibus ad expugnandam mulieris pudicitiam. Ita refocillato iuuene, & accepta quantam petierat pecunia, nouam doli uiam ingreſſa eſt, uidens Paulinam non capi pecunijs. Sciẽs porrò eam uehementer addictam Iſidis cultui, tale quiddam cõminiſcitur. Conuentis aliquot ex eius ſacerdotibus, accepta fide ſilentij, & quod efficaciſsimum eſt oſtentato præmio, in præſens uigintiquinq; millibus, & alteris totidem poſt nauatam operam, indicat eis amorem iuuenis, rogans ut omnibus modis adniterentur eum reddere uoti compotem. Illi auri cupidine tacti, benigne ſunt polliciti, quorum natu maximus propere ſe ad Paulinam contulit, & admiſſus impetratoq; abſq; arbitris colloquio, uenire ſe ait miſſum ab Anubide captũ ipſius forma, & iubente ut ad ſe ueniat. Illa libenti animo accepit nuncium, moxq; iactabat ſe apud familiariter notas mulieres, q̃ dignata ſit amore Anubidis: marito quoq; indicat, condictam ſibi cœnam & cubile Anubidis. id eo facilius cõceſſum eſt, q̃ cognita & probata eſſet uiro pudicitia coniugis. itaque in templum proficiſcitur, & poſt cœnam inſtante ſomni tempore incluſa per ſacerdotem, tenebris conciliantibus in latentẽ ibi Mundum

dum incidit: totamq; eam noctẽ obſecuta eſt iuueni, deo ſe gratificari exiſtimans. Eo deinde abeunte priuſquã ſacerdotes doli conſcij ſurgerent, Paulina mane ad maritũ reuerſa congreſſum cum Anubide prædicat, & idẽ apud amicas quoq; magnificis uerbis exaggerat. Illis nec credere libebat rei naturam conſiderantibus, non mirari tamen nõ poterant ob inſignem mulieris pudicitiam. Die deinde poſt rem patratam tertia Mundus adamatæ forte fortuna obuius, ó factum bene Paulina, inquit, ꝙ & ducenta illa millia mihi ſeruaſti, quæ potuiſti tuis facultatibus addere, & morem nihilominus meæ uoluntati geſsiſti. Nihil enim mea refert ꝙ Mundum contempſiſti, quandoquidem prætextu Anubidis optata uoluptate expletus ſum. atq; his dictis abijt. At mulier tum primum deprehenſo flagitio, ueſtem ſibi lacerat, & re tota ad maritum delata, obſecrat ne tam inſigne ludibrium impunitum ſinat. maritus porrò imperatori totum ſignificat. Tiberius poſtq̃ accuratiſsima inquiſitione didicit omnia, ſacrificos illos impoſtores in crucem egit, unaq; Iden inuentricem huius ſceleris, cuius præcipua opera fuit in corrumpenda pudicitia mulieris: dirutóq; templo ſtatuam Iſidis iuſsit mergi in Tyberim, Mundum autem mitiore pœna exilij caſtigaſſe contentus eſt, crimen eius in Cupidinis impotentiam referens. Et Iſiacorũ quidem facinus huiuſmodi extitit. Nunc quod promiſi reddetur, de Iudæorum per id tempus Romę degentiũ aduerſitatibus.

Quid Iudæis Romæ degentibus acciderit, & de Pilato. Cap. V

IErat quidam Iudęus, qui ne legibus pœnas daret, metu ſolum uerterat, uir modis omnibus peſsimus. Is tum Romæ agens gerebat ſe pro Moſaicæ legis interprete, aſcitis in ſocietatem tribus alijs per omnia ſui ſimilibus. his cum ſe in diſciplinam dediſſet Fuluia mulier nobilis, amplexa legem Iudaicam, perſuaſerunt ei ut purpuram & aurum in Hieroſolymitanum templum mitteret: quæ accepta in proprios uſus uerterunt, quò iam antè deſtinauerant. Id poſtq̃ Tiberius ex amico ſuo Saturnino ipſius Fuluiæ marito de iniuria cõiugi facta queſto cognouit, iuſsit uniuerſos Iudæos ex urbe pelli. Ex quibus Conſules delectu habito, quatuor milia militum miſerunt in Sardiniam. plurimos etiam qui patria religione detrectabant militiam, affecerunt pœnis grauiſsimis. Ita propter quatuor ſceleratos omnes Iudæi coacti ſunt urbe cedere. Interea ne Sariaritani quidem tumultu caruere. Cõcitauit enim eos impoſtor quidam pro nihilo ducẽs mendacium, & omnia cõminiſcens ad plebis gratiam, iubens ut conuenirent in montem Garizim apud eam gentem ſanctiſsimũ, aſſeuerans ſe illic eis oſtenſurum ſacra uaſa refoſſa, quæ ibi Moyſes depoſuerit. Illi creduli ſumptis armis Tirathabam uicum inſederunt, exſpectantes ibi confluentes cæteros, ut magno agmine montem aſcenderent. Sed Pilatus prior cliuum montis occupat equitibus ſuis & peditibus, qui prælio congreſsi cum Samaritis apud uicum collectis, alios fuderunt, alios in fugam compulerunt: multos etiam uiuos captos abduxerunt, quorum præcipuos & potentiores Pilatus mulctauit capite. Tum primates adeunt Vitellium uirum conſularem, & Syriæ præſidem, Pilatúmque cædis accuſant, negãtes defectionem fuiſſe à Romanis illum concurſum in Tirathaba, ſed refugium contra Pilati uiolentiam.

At Vitellius Marcello amico ad procurationem Iudææ missso, Pilatum iussit Romam proficisci, responsurum apud Cæsarem ad obiecta per Iudæos crimina. Ita ille decem annis exactis in sua prouincia, quum necesse haberet parere Vitellio, ad urbem iter suscepit: quò prius quam perueniret, uita excessit Tiberius.

Vitellij aduentus Hierosolyma, & quomodo à Tiberio mandata accepit, ut impetratis ab Artabano obsidibus bellum contra Aretam susciperet. Cap. VI

VIII

Itellius autem in Iudęam profectus peruenit Hierosolyma, in ipsa festiuitate quam Pascha dicimus: ubi exceptus honorificentissime, remisit ciuibus totum uectigal fructuum uenalium, & stolam cum ornatu pontificio permisit in templo asseruari à sacerdotibus, quemadmodum & olim hoc ius habuerant. Sed eo tempore deponeba tur in Antonia, ob hanc causam. Hyrcanus põtifex eius nominis primus exstructa prope templũ turri, degebat in ea maiorem temporis partem: & quoniam hanc stolam habebat in sua custodia, qua nemo præter illum utebatur, recepturus priuatum habitum, eo loci illam deponebat. Idem mos fuit etiam successoribus ipsorum posteris. Herodes autem regnũ adeptus, turrim hanc opportuno loco sitam magno sumptu exædificatam denominauit ab amico Antonio, & stolam, ita ut ibi reperta est, detinuit, ratus eo magis obnoxium se habiturum populum. Idem fecit Archelaus filius eius, & successor, cuius regno in prouinciam mutato, Romani simul & pontificiæ stolæ possessionem nacti sunt, in cella ad hoc ipsum structa repositæ, & obsignatæ sigillo pontificum atq; custodum sacri ærarij, præfecto castelli accendente ibi lucernam quotidie. Hanc septimo ante festum die præfectus exhibebat pontifici: qua purificata indutus sacrorum tempore, sequenti die rursum eam reponebat in cellam ubi antea condita fuerat. Id fiebat singulis annis ter ieiunij tempore. Vitellius autem in nostrorum sacerdotum potestatem eam stolam tradidit, iubens securum esse præfectum quó nam illa reponatur, aut quando proferatur in usum pontificum. Hoc gratificatus genti, & in locum Iosephi Caiaphæ pontificis subrogato Ionatha Anani pontificis filio, iter fecit uersus Antiochiam. Eodem tempore à Tiberio literas accepit, mandãte ut cum Artabano fœdus & amicitiam faceret. Verebatur enim ne occupata Armenia, maiora damna inferret imperio. Quam amicitiam ita demum ratam fore, si ille obsides traderet, maxime si regium filium. His ad Vitellium scriptis, simul Hiberorum & Alanorum reges magnis præmijs solicitauit ad inferendum quamprimùm bellum Artabano. Et Hiberi ipsi quidem quieuerũt, sed Alanis transitum dederunt per suam regionem, & patefactis portis Caspijs immiserunt eos in regnum Artabani. Quo facto & Armeniam denuo Parthi amiserunt, & peruadente totam eorum ditionem bello, nobilissimi quique eius gentis ceciderunt unà cum regis filio et multis popularium millibus, regioque tota hac incursione uastata est. Vitellius etiam pecunia corruptis aliquot amicis & cognatis regijs ipsum Artabanum conabatur occidere. Ille intellecta fraude, nec inueniens remedium quòd ab optimatibus immineret periculum, habensque suspectos & eos qui in fide manebant, quasi beneuolentiam fingerent prima quaque occasione transituri in partes aduersas, fu-

ga

ga se ad satrapias superiores seruauit incolumem. Vbi ex Dahis ac Sacis contracto magno exercitu, & debellatis inimicis, restitutus est in imperium. His auditis Tiberius petijt amicitiam Artabani, & assentiente illo, conuenerunt ad Euphratem rex & Vitellius: ubi in medio pontis sibi occurrerunt, cum suo quisque satellitio. Postquam autem de fœdere conuenit, Herodes tetrarcha utrumque excepit conuiuio, tabernaculo magno sumptu erecto in medio fluminis. nec multo post Artabanus misit Tiberio filiũ Darium obsidem cum multis muneribus, inter quę etiam uirum statura cubitorũ quinque, genere Iudæum, Eleazarum nomine: qui propter uastitatem gigas cognominatus est. Post hæc Vitellius Antiochiam redijt, Artabanus in Babyloniam. Tum Herodes uolens primus nunciare Cæsari de impetratis obsidibus, omnibus diligenter perscriptis misit ad eum tabellarios, nihil amplius relinquens significandum per consularem præsidem. quare superuenientibus Vitellij literis, Cæsar rescripsit, omnia sibi iam antè esse cognita ex Herodis nuncijs. Quo ille grauiter offensus, & factum in deteriorem partem accipiens, iram cælabat in pectore, donec ad Caium peruenit rerum regimen.

Tunc etiam Philippus Herodis frater diem suum obijt, anno Tiberij principatus uigesimo, quum ipse præfuisset triginta septem annis Trachonitidi & Gaulanitidi, ac Batanææ, uir perpetuo modestus, & amator quietis ac otij. Degebat enim semper in sua ditione. Quoties domo progrederetur, iter faciebat cum paucis selectis comitibus, subsequente sella in qua sedens solitus est iura reddere: & si quis ex occursu opẽ eius inuocaret, sine dilatione mox ibi sella posita residẽs causam cognoscebat, aut sontem damnaturus, aut absoluturus innoxium. Obijt autem Iuliade, & illatus in monumentum quod iam antè sibi construxerat, magnifice ac sumptuose funeratus est. Et quia sine liberis decesserat, ditionem eius Tiberius prouinciæ Syriæ attribuit, ita tamen ut tributa in ea tetrarchia collecta seruarentur intra ipsius regionis terminos.

Herodis bellum quo ab Areta superatus est. Cap. VII

INterea Herodem inter & Aretã regem Petrę bellum tali de causa exoritur. Herodes tetrarcha uxorẽ habebat Aretæ filiam, cum qua iam multo tempore conuixerat. Romam deinde iter faciens diuertit ad Herodem fratrem, sed genitrice natum alia, Simonis pontificis filia. Huius uxoris Herodiadis amore captus, quæ erat Aristobuli communis fratris filia, & Agrippæ maioris soror, ausus est de impetrando eius coniugio mentionẽ facere. Qua assentiente, conuenit inter eos ut quàm primum ille Roma reuerteretur in patriam, mulier migraret in eius domicilium. Intercesit autem & hoc pactum, ut Aretæ filiam eijciat. Post hæc Romam nauigat. Vbi postquã expediuit negotia propter quæ uenerat, domum reuersum uxor, comperto quid pactus sit cum Herodiade, dissimulanter rogat ut se mittat Machæruntem, castrũ situm in confinijs regionis Aretæ subditæ, quantum poterat cælans suum propositum. Morem gessit Herodes mulieri, putans eam nihil sensisse. Illa quæ iam antè curauerat apud Machæruntem, patri suo tunc obnoxiam, ad iter omnia parari, à præfecto eius excepta, deducentibus Arabibus, magna celebritate peruenit in ædes patris:

eiq; indicauit Herodis animum. Vnde ſimultate nata ſequuta eſt de Gamalitici agri finibus contentio: & contractis utrinque copijs bellum per legatos geſtum eſt, commiſſoq; prælio Herodis exercitus internecione perijt, proditus à quibuſdam exulibus, qui pulſi è tetrarchia Philippi, tunc merebant Herodis ſtipendia. Hæc Herodes per literas Tiberio ſignificat. Ille uerò indigne ferens Aretæ audaciam, ſcribit Vitellio ut ei bellum inferat, & aut uiuũ captum abducat, aut occiſi caput ad ſe mittat. Atque hæc fuerunt mandata Ti
x berij. Apud Iudæos autem fuit opinio, iuſta ultione numinis deletũ Herodis exercitum, propter Ioannem qui Baptiſta cognominatus eſt. Hunc enim tetrarcha necauit uirum optimum, Iudæos excitantem ad uirtutum ſtudia, & in primis pietatis ac iuſtitiæ, ſimúlque ad baptiſmi lauacrum: quod ita demum deo gratum aiebat fore, ſi non ab uno tantum alteró ue peccato abſtineant, ſed animis per iuſtitiam prius mundatis, addant & puritatem corporis. Quúmque magni concurſus ad eum fierent, plebe talis doctrinæ auida, Herodes ueritus ne tanta hominis autoritas defectionem aliquam pararet, quòd uiderentur nihil non facturi ex eius conſilio, iudicauit ſatius eſſe prius quàm noui aliquid exoriretur illum tollere, quàm reb. turbatis ſeram pœnitentiam agere. itaque uinctum miſſum in Machæruntem ſupra dictam, illic occidi imperat. quod factum ſequuta eſt Iudæorum exiſtimatio, ab irato
x i deo perditum eſſe Herodis exercitum. Vitellius autem ad bellum paratus Arabicum, aſſumptis duabus legionibus, & leuis armaturæ, atque equitum auxilijs miſsis à ſocijs regibus properans uerſus Petram peruenit Ptolemaidem. Quumq; uellet per Iudæam exercitum ducere, occurrerunt eius regionis principes, deprecantes tranſitum. Neque enim patrios ritus permittere, ut inferantur ullæ imagines, quales Romana ſigna habebant pleraque. Quorum precibus flexus mutauit ſententiam de itinere propoſito: miſſoq; per magnum campum exercitu, ipſe cum Herode tetrarcha & amicis aſcendit Hieroſolyma ſacrificaturus deo in feſtiuitate quæ tum inſtabat publica. Quò poſtquam uentum eſt, honore ſummo exceptus à populo, hæſit ibi triduo: & interim à Ionatha in fratrem eius Theophilum pontificatum tranſtulit. Quarta autem die literis acceptis de obitu Tiberij, populum ſacramento adegit in fidem Caij noui principis: reuocatáſque ex itinere copias in hiberna dimiſit, omiſſo bello propter delatum in alium imperium. Ferunt Aretam accepto expeditionis Vitellij nuncio collegiſſe ex augurijs, impoſsibile eſſe ad Petram peruenire illum exercitum. Vnum enim è ducibus prius morituru̇m, uel qui bellum paret, uel cuius iuſſu paretur, uel eum contra quem mouendum ſit. Ita Vitellius Antiochiam repetijt. Agrippa autem Ariſtobuli filius ante unum annum Romam uenerat, ut propter negotia quædam conueniret Cæſarem. Sed prius quàm de hoc dicam, explicabo Herodis progeniem, uel quòd ad præſentem narrationem id pertineat: uel quo magis appareat, quantum ualeat diuina prouidentia, quandoquidem abſque pietate nihil prodeſt nec numeroſa ſoboles, nec ulla humana potentia, ut licet uidere in Herode, cuius intra centum annos tam copioſa proles, exceptis paucis perijt: quod ſanè exemplo poteſt eſſe hominibus ad retundendam inſolentiam: ſimulq; in primis uidetur memorabile, quomodo Agrippa ex priuata

fortuna

fortuna, præter omniũ quibus notus erat opinionem, ad tantam potentiam peruectus ſit. Et quamuis iam antè de ea re facta ſit mẽtio, dicemus tamẽ hic quoq; diligentius. Herodi magno ex Mariamme Hyrcani filia natæ ſunt duę filiæ. harum altera Salampſo nomine nupſit Phaſaelo regis ex fratre Phaſaelo nepoti, idq; ex ipſius patris autoritate: altera uero dicta Cypros Antipatro, & ipſi nepoti Herodis ex ſorore Salome. Phaſaelus è Salampſone genuit quinq; liberos, Antipatrũ, Herodem, Alexandrũ, & filias Alexandrã ac Cypron, quæ nupſit Agrippæ Ariſtobuli filio. Alexandram uero duxit Timius Cyprius uir nobilis, in quo matrimonio abſque liberis defuncta eſt. Cypros Agrippæ duos filios peperit, tres filias, Bernicen, Mariammen, Druſillã. filij uerò Agrippa & Druſus dicti ſunt: quorum Druſus ante pubertatis annos obijt. Cum horũ patre etiam reliqui germani educabantur apud auum, Herodes & Ariſtobulus, ſimulq; Bernice: hi nepotes Herodis magni ex filio, Bernice uerò neptis è Salome ſorore & Coſtobaro nata eſt. Orbati enim erant infantes adhuc patre Ariſtobulo, quem unà cum Alexandro ab Herode occiſum diximus. Poſtq; autem per ætatem maturuerunt, Herodes hic Agrippæ frater duxit Mariammen filiam Olympiadis Herodis regis filiæ, prognatam ex Ioſepho qui regis frater fuerat: & ex ea ſuſcepit Ariſtobulũ. Tertio fratri Agrippæ Ariſtobulo nupſit Iotape Sampſigerami Emeſenorũ regis filia, ex quibus nata eſt filia ſurda, & ipſa Iotape nomine. & hi quidẽ ex tribus fratribus ſunt progeniti. Herodias uero ſoror eorũ nupſit Herodi magni Herodis filio, quem ſuſceperat è Mariamme filia Simonis pontificis, ex quib. prognata eſt Salome: poſt quam natam Herodias in contemptũ legis patriæ denuo nupſit Herodi mariti germano eodem patre genito, relicto priore adhuc ſuperſtite. Is fuit Galilæorum tetrarcha. Salome aũt filia Philippo nupſit Herodis filio tetrarchiam habenti Trachonitidis. Quo ſine liberis defuncto Ariſtobulus eam duxit filius Herodis, eius q; Agrippæ fuit frater. Ex hoc poſteriore matrimonio nati ſunt filij tres, Herodes, Agrippa, Ariſtobulus. atq; hæc eſt Phaſaeli & Salampſonis progenies. Cypros autem Antipatro filiã Cypron peperit, quam duxit Alexas Selcius Alexæ filius, & ex ea filiam item Cypron genuit. Herodes autem & Alexãder, quos dixi fuiſſe fratres Antipatri, ſine prole diſceſſerunt. Cæterum Alexander Herodis regis filius qui à patre necatus eſt, Alexandrũ & Tigranem filios ſuſcepit è Glaphyra Archelai Cappadocum regis filia. ex his Tigranes apud Armenos regnans cum apud Romanos delatus eſſet, ſine liberis obijt, Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armenis per Neronem rex impoſitus, Alexandrum filium genuit. hic Antiochi Comagenorum regis filiam duxit Iotapen, & Leſidis in Cilicia rex à Veſpaſiano conſtitutus eſt. Progenies autem Alexandri ab initio ab inſtitutis patrijs ad religionem Græcorum deſciuit. Reliquæ autem Herodis regis filiæ nulla relicta prole è uita exceſſerunt. Percenſitis igitur Herodis poſteris qui ad Agrippæ regni tempora pertigerunt, ſupereſt ut narremus quibus ille fortunis iactatus, poſtremo ad maximam dignitatem ac potentiam euaſerit. XII

Nauiga-

Nauigatio Agrippæ ad Tiberiũ, & quomodo accuſatus uinctus ſit, utq; poſt exceſſum Tiberij à Caio eius ſucceſſore ſolutus ſit. Cap. VIII

PAulo ante Herodis regis obitũ Agrippa Romæ degens, & per conuictum inſinuatus in familiaritatem Druſi imperatoris Tiberij filij, nactus eſt etiam amicitiam Antoniæ Druſi maioris coniugis, commendatione matris ſuæ Bernices, quæ apud illam erat in precio. Cumq; natura eſſet liberalis & magnanimus, quàm diu mater uixit noluit ingenium ſuum exerere, ne in eius indignationem incideret: ſed poſtquam Bernice defuncta eſt, factus iam ſui arbitrij, partim quotidiani uictus ſplendore, partim liberalitatibus immodicis, præcipue in libertos Cęſaris, quorum fauorem captabat, redactus ad inopiam, non potuit amplius Romæ uiuere: quando & Tiberius amiſſo filio uetuit amicos eius in conſpectum ſuum uenire, ne recrudeſceret per eos defuncti deſiderium. His de cauſis retro in Iudæam abijt re male geſta, profuſa pecunia, nec habens qui creditoribus mutuaticiam pecuniam redderent, & quidem multis ac importune urgentibus. Quare nullum conſilium expediens, & pudore præſentis ſtatus, ſeceſsit in caſtrum Idumææ Malatha, cogitans miſeram uitam aliquo pacto abrumpere. Quod eius propoſitum ubi Cypros uxor perſenſit, omnibus modis id impedire conata eſt: ad ſororem quoque eius Herodiadem ſcripſit, ſignificans & quid Agrippa decreuerit, & qua neceſsitate adactus: hortatáque eſt eam ut pro iure cognationis afferret auxilium, & ſe in hoc imitaretur, quæ quantũ poſſet ſublaturet eius miſeriam, quamuis in longe minoribus facultatibus. Accerſitus igitur à ſorore eiúſque coniuge, iuſſus eſt habitare Tiberiade, aſsignata certa pecunia unde uiueret, & magiſtratu eius ciuitatis in eum collato, quo eſſet honoratior. Nec tamen diu Herodes in ea uoluntate perſtitit, quamuis ne ſic quidem ſatis fieret propinqui neceſsitatibus. Cum enim apud Tyrũ in conuiuio largius indulſiſſent poculis, non tulit Agrippa contumeliam, exprobrante Herode inopiam, & quòd ſuo ſumptu hominem aleret. quare ad Flaccum uirum conſularem & tum Syriæ præſidem ſe contulit, cum quo Romæ amicitiam contraxerat. à quo receptus cum eo uiuebat, iam antè habente apud ſe Ariſtobulum, fratrem quidem Agrippæ, ſed inimicum, non obſtante tamen hac ſimultate, quo minus ex æquo utrumq; complecteretur proconſul. Sed Ariſtobulus nihil remittebat de odio, nec prius quieuit, quàm & Flaccum infenſum fratri redderet, ex occaſione huiuſmodi. Damaſceni cum Sidonijs contendentes de finibus, diſceptaturi apud Flaccum, cognito quòd Agrippa multum apud eum poſſet, rogauerunt ut adeſſet ipſorum partibus, polliciti magnam pecuniam: qui mox paratus fuit omnia pro Damaſcenis facere. Ariſtobulus autem quia pactos de pecunia ſenſerat, fratrem apud Flaccum detulit. Et facta inquiſitione, ac deprehenſo crimine, Agrippa excidit amicitia præſidis: rurſumque ad extremam egeſtatem relapſus uenit Ptolemaida, & quòd non haberet unde aliàs uiueret, decreuit nauigare in Italiam. Sed quum deeſſet pecunia, iuſsit Marſyam ſuum libertum ut quauis arte à fœneratoribus eam ſumeret. Ille Protum Bernicæ Agrippæ matris libertum, qui defunctæ patronæ teſtamento in Antoniæ clientelam uenerat, rogat ut acceptafide ſub ſyngraphadaret mutuum. Alter iam antè debe-

re

re ſibi nonnihil Agrippam aſſeuerans, extorſit à Marſya ſyngrapham uiginti millium drachmarũ Atticarum, detractis ſibi de ea ſumma duobus millibus & quingentis, eo facilius, quòd non poterat Agrippa aliter facere. Recepta igitur pecunia profectus Anthedonem, & ibi nauem nactus, parabat ſe itineri. Id ubi cõperit Herennius Capito procurator Iamniæ, miſit eò milites exacturos argenti trecenta millia, quorũ debitor Cęſaris fiſco factus eſt dum adhuc Romæ ageret: atq; ita impoſita eſt illi manendi neceſsitas. & tunc quidẽ facturum ſe iuſſa ſimulat: ſed quamprimũ nox terris incubuit, pręciſis nauis retinaculis nauigat Alexandriam. Ibi ab Alexandro Alabarcha popoſcit mutuò ducẽta argenti millia. Ille non ipſi ſe mutuaturũ profeſſus eſt, ſed Cypro, coniugalem amorẽ in ea demiratus & uirtutes cæteras. fideiuſsit mulier: & mox Alexander quinque talentis repræſentatis Alexandriæ, reliquam ſummam exhibiturum ſe promiſit Puteolis, profuſionem Agrippæ ueritus. Ita Cypros expedita mariti nauigatione in Italiam, ipſa cum liberis in Iudæã itinere pedeſtri reuerſa eſt. Cæterũ Agrippa poſtq̃ Puteolos appulit, ſcripſit ad Tiberium Cæſarem degentem Capreis, ueniſſe ſe officij cauſa ſignificans, & poteſtatem accedendi eam inſulam poſtulans. Tiberius nil cunctatus humaniſsime reſcripſit, gratulans ei reditum ad Capreas incolumem. Nec minore alacritate præſentem excepit & amplexu & hoſpitio. Poſtridie Cęſar receptis literis ab Herennio, quòd Agrippa trecẽtis millibus mutuo ſumptis, nec ad conſtitutum tempus perſolutis, de reddendo admonitus, fuga ſe è ſubiectis ipſius procurationi locis proripiens, exigendi facultatem ademiſſet, ægre tulit: mandauitq; cubicularijs non prius admitti hominem q̃ perſoluto debito. Ille nequaquam ira Cæſaris attonitus, ab Antonia Germanici & Claudij poſtea principis matre petijt mutuo trecenta millia, ne periclitaretur de amicitia Cæſaris. quæ memor Bernices huius matris cõſuetudinis, familiariter eñ ea fuerat uſa, ſimulq; educatũ fuiſſe ipſum cum ſuo Claudio, præbuit ei pecuniam illam: & reddito debito, nemine prohibẽte fruebat amicitia principis: adeoq; conciliatus eſt Cæſari, ut is nepotẽ ſuum cõmendaret Agrippæ, mandaretq; ut progredientẽ ſemper comitaret officij gratia. hoc beneficio deuinctus & deditus Antoniæ, cœpit Caium nepotem eius colere, gratioſum apud omnes & honoratũ ob parẽtis memoriã. Erat ibi forte Allus Samarita libertus Cæſaris. ab eo mutuatus decies centena millia, debitũ Antoniæ reddidit: reliquũ materiã habuit demerendi Caiũ officioſius. A quo receptus in intimam amicitiã, quodam die dum unà geſtatur incidit in confabulationẽ de Tiberio: & quia ſoli erant, precatus eſt Tiberio, ut q̃ primũ principatus locum Caio digniori cederet. has uoces excepit Eutychus, libertus Agrippæ, & auriga: ac tum quidẽ ſiluit. Inſimulatus deinde à patrono quaſi ueſtem ei furto ſubduxiſſet, ſicut re uera ſubduxerat, & ex fuga retractus, cũ perductus eſſet ad Piſonem urbi præfectum, rogatus fugæ cauſam, ait ſe habere ſecreta quædam quæ cuperet indicare Cæſari, ad ſalutem ipſius pertinentia: quapropter uinctus miſſus eſt Capreas. hunc Tiberius more ſuo detinebat in uinculis, q̃ eſſet cunctator, ſi quis unquam alius aut rex aut tyrannus. nam neq; legationes ſine mora admittebat, & præſidibus prouinciarum uel procuratoribus ſucceſſorem non mittebat, niſi mortuis. Proinde uinctos quoque negligebat

xiii

bat audire, moræ hanc rationem reddens amicis ſcitantibus: legatos quidem ideo admitti tardius, ne illis citò dimiſsis alij denuo creati redeãt, atq; ita obruatur continuo excipiendis & dimittendis legationibus. Poteſtates autẽ ſemel conſtitutas ideo ſinere, ut parcatur ſubditis. cum enim natura omnis magiſtratus ad auaritiam ſit pronior, externum cui nullus certus ſit præſtitutus terminus, eo magis ad rapinam ſolicitare homines. itaq; ſi diutius eo fruant, exſatiatos lucris ſegniores ad rapiendum fieri. ꝙ ſi ſucceſſor immineat, non ſuffecturos eorum auiditati prouinciales, dum deceſſor tanto magis ſpoliat, quanto minus temporis ad hoc faciendum ſibi putat reliquum. Vtebaturq; hac ſimilitudine. Conſauciati cuiuſdam uulnera muſcæ agminatim ingruentes operuerant, eum quidam forte fortuna præteriens miſeratus eſt, putans languidiorem q̃ ut illas poſſet arcere: accedensq; propius parabat eas depellere. orãte aũt ſaucio ut ſic eum ſineret, quæſiuit alter cauſam cur ita liberari ab hac moleſtia negligeret. tum ille: imò his abactis maiorem moleſtiã mihi faceres: nam hæ iam ſaturatæ ſanguine remiſerunt nõnihil. quòd ſi recentes accederent, & famelicæ, me iam antè peſsimè affectum facile perderẽt. quare ſe quoq; aiebat hac ratione prouidere ſubditis, multorũ rapacitate uexatis, q̃ more muſcarũ eos infeſtarent, maxime ſi ad innatam cupiditatem metus citò deſinendi accederet. ꝙ autem uera narrem de ingenio Tiberij, teſtatur mihi factum ipſius. nam cum duobus ſupra uiginti annis obtinuerit imperium, duos in uniuerſum Iudæis miſit gubernatores, Gratũ & ſucceſſorem eius Pilatum. nec aliter ſe geſsit circa cæteros imperio ſubditos. Vinctorum quoq; cauſas ideo ſe aiebat ſerius cognoſcere, ne affecti ſupplicio cito leuentur malis quæ meruerint anteactis ſceleribus, nunc dum longiores moras terunt, multo grauius reddi illorum infortunium. Sanè hæc fuit cauſa cur Eutychus tam diu egerit in uinculis, priuſquam Cæſari aures ei præbere ſit collibitum. Procedente deinde tempore à Capreis uenit Tuſculanum, ſtadijs ferè centũ ab urbe diſsitum, & Agrippa rogauit Antoniam, efficeret ut tandem audiretur Eutychus, cognoſcereturq; cuius accuſaret patronum criminis. nam Antonia in magno honore habebatur apud Tiberium, uel propter affinitatem, quòd Druſi fratris uxor fuerat: uel propter continentiam, quòd florẽte etiã tum ætate uidua recuſarit alteras nuptias, licet hortante Auguſto ad iterandũ coniugium, in eoq; uitæ genere omnem cauerit infamiam. huc accedebat priuatum beneficium, quo maxime deuinxerat hominem. Cum enim res nouas contra eum moliretur Seianus amicorũ unus, uir ualde potens propter præfecturam prætorianorum militũ, conſpirantibus multis ſenatoribus & libertis Cæſaris, & uiris militaribus, tantum illi conflatum erat periculum, ut minimum quin opprimeretur abfuerit: quo tempore illuſtris opera fuit Antoniæ, per quam occurſum Seiani malitiæ. quàm primùm enim intellexit inſidias compoſitas in principem, rem totam ei perſcripſit accuratiſsime: traditisq; literis Palanti ſeruorum ſuorum fidiſsimo, miſit eum Capreas ad Tiberium. quibus ille cognitis Seianum occidit, & ſocios cõſilij: Antoniæq; iam antè habitæ in precio, maiorem etiam in poſterum fidem habuit per omnia. Hac igitur hortante ad audiendum Eutychum, reſpondit Tiberius: Huic quidem ſi quid contra Agrippam mentitus ſit, præſentem pœnam ſufficere:

ſed

ſed uidendū illi eſſe, ne dum inconſultius à liberto pœnas expetit, inquiſitione facta, malū quod alteri molitur ſibijpſe conciliet. quod ubi Agrippa audiuit ex Antonia, tanto magis urgebat inquiri de hoc negotio: & cū nullū orandi finem faceret, nacta opportunitatē Antonia, uidens Tiberiū à prandio lectica geſtari, præcedēte ipſius nepote Caio unà cū Agrippa, acceſsit propius: & pedibus eum comitata, petijt uocari & examinari Eutychum. Ad quā ille: deos teſtor Antonia, ꝙ non ſpōte, ſed tuis coactus precibus faciam quod facturus ſum. quo dicto Macroni Seiani ſucceſſori imperat Eutychū adducere. quo ſine mora ueniente, rogat eum Cæſar quidnam cōtra eū afferat à quo libertatē acceperit. qui reſpondit: Dñe, uectabantur in curru Caius iſte & Agrippa, me ſedente illis ad pedes: ubi poſt multos ſermones ultro citroq; habitos, Agrippa his uerbis ad Caium uſus eſt: O ſi iam tandem dies illa ueniat, qua ſenex iſte decedens te orbi relinquat principem. nihil em̄ huic uoto obeſſe poſſet nepos eius Tiberius, quem tu facile opprimeres. Tum uerò ad publicam orbis felicitatē mea quoq; priuatim accederet. His uerbis Tiberius facile credens, nōnihil etiam ueteri offenſa motus, ꝙ Agrippa iuſſus colere Tiberium ipſius ex Druſo nepotem, neglecto hoc mandato totus in Caium erat propenſior: uerſus ad Macronem, huic, inquit, injice uincula. At Macro nō ſatis intelligens quēm nam ille diceret. neque enim de Agrippa ſuſpicari tale quid poterat, cunctabatur donec exactius rē̄ perciperet. interim Cæſar aliquantiſper geſtatus per circum, denuo Macronem appellans, an nō, inquit, iuſsi ut huic uincula injicias? quo ſcitante cui tandem, Agrippæ inquam, ille reſpondit. Agrippa uerō ad preces uerſus, per memoriā filij, cuius conſuetudine ſimul educatus familiariſsime uſus fuerat, et per collata in adoleſcentem Tiberium officia rogabat ueniam. ſed fruſtra, prætorianis ita ut erat purpuratū in uincula trahentibus. cumq; æſtus eſſet uehemens, & præ inopia uini ſitis eum ureret, conſpicatus quendam è Caij ſeruis nomine Thaumaſtū gerentem hydriam popoſcit potū: & cum libenter oblatū hauſiſſet, inquit, certè tuo bono puer exhibuiſti mihi hoc miniſterium: q̄ primum enim hanc neceſsitatē euaſero, impetrabo tibi libertatē à Caio, quandoquidē etiam uincto mihi nō es grauatus miniſtrare ut antea dum priſtina mihi fortuna maneret integra. nec fefellit hominē, ſed gratiā ei repoſuit. nam regnū adeptus Thaumaſtum à Caio impetratū manu miſit, & bonorū ſuorum diſpenſatorē conſtituit. quin & moriens hunc Agrippæ filio Bernicæq; filiæ reliquit eadē miniſterij conditione, apud quos in precio uſq; ad extremū diem habitus cōſenuit. Sed id poſtea cōtigit. Tunc uero Agrippa uinctus ante regiā ſtabat inter alios quoſdā æque uinctos, incumbens præ mœrore in quandā arborē. cui cum inſediſſet bubo, unus è uinctis natione Germanus alitē conſpicatus, ſcitatus eſt è milite quiſnam eſſet ille purpuratus. & cognito Agrippā eſſe, Iudæorum nobiliſsimū, rogauit militem ut liceret ſibi propius ad eū accedere. cupere enim ſe quædam de ipſius patria cognoſcere. quo impetrato, & adhibito interprete, ó iuuenis, inquit, contriſtat te quidē tam repentina & improuiſa fortunæ mutatio: nec facile credes propè eſſe effugiū, ſic conſulente rebus tuis diuina prouidentia. Sed teſtor patrios deos, & qui huic regiōi præſident, & qui nos perduxerūt in hæc uincula, quòd nihil aurib. tuis daturus

ſum,neq; te inani cõſolatione lactaturus: non ignarus q̃ huiuſmodi prædictiones ſi euentus fruſtretur,maiorem afferant mœſtitiæ cumulum,q̃ ſi nunquam omnino auditæ fuiſſent. itaq; æquũ duxi uel cum meo periculo interpretari tibi quid dij portẽdant manifeſtis auſpicijs.Fieri nõ poteſt quin cõfeſtim euadas ex his uinculis, & mutatis rerum uicibus ad ampliſsimã dignitatem ſimul atq; potentiam peruenias,uſq; ad eorum inuidiam quibus nunc uideris miſerabilis.Felicem quoq; habiturus es uitæ exitũ, relictis in opum ſucceſsione liberis.Memento aũt quando hanc alitem iterum uideris, quintum ex eo diem fatalem tibi futurũ. Hæc ſunt quæ tibi cæleſtes miſſa hac aue nunciant: cuius rei cum habeam præſcientiam,uiſum eſt impartiri te hac lætitia,quo ſpe futuri cõmodi leuius feras præſens infortunium.proinde rogo ut quamprimũ felicitatem iſtam repræſentari tibi ſenties, des operam ut nos quoq; eripiamur ex his aduerſitatibus,hoc Germani præſagium tam uidebatur Agrippæ ridiculum,quàm poſtea maximam admirationem eſt promeritum. At Antonia grauiter ferens calamitatẽ iuuenis, Tiberium quidem pro eo deprecari putabat nõ ſolum difficile, ſed propter repulſam inutile etiam: apud Macronem tamen obtinuit ut in cuſtodia ſeruaretur à militibus cõmodis moribus præditis,conuictoremq; haberet centurionem ei curæ præpoſitum,& quotidianis uteretur lauacris, & pateret ad eum libertis atq; amicis aditus,quorũ ſubleuaretur officijs.admittebanturq; ad eum,Silas amicus,& è libertis Marſyas atq; Stichus,inferẽtes ei cibos quibus delectabatur: & ſtragula quaſi uenalia circumferentes,noctu ſubſternebant permiſſu militũ iam ante præmonitorum Macronis imperio.atq; in hunc modũ ſex menſes exegit in cuſtodia. Cæterum Tiberius Capreas reuerſus primũ languore modice tentatus eſt: inualeſcente deinde morbo iam male de ſe ſperans, per Euodum libertorũ ſuorum chariſsimũ accerſijt filios, quaſi ad extremum colloquium.erant aũt ei non naturales,ſed adoptiui. nam Druſum unicum filium amiſerat. ſupererat huius filius Tiberius, cognomine Gemellus, & Caius ex Germanico fratre natus,iam adultus & diſciplinis liberalibus pulchre excultus, adhæc gratioſus apud populũ propter paternarũ uirtutum memoriam. ille enim apud omnes in maximo honore habitus eſt,quòd eſſet modeſtiſsimis moribus,comis in alloquijs,& nemini ſe præferens. quibus artibus non ſenatus modo ac populi fauorẽ ſibi parauit,uerũ etiam quotquot ubiq; ſunt prouincialiũ,quos partim affabilitate,partim officijs deuinxerat.quã ob rem defunctũ omnes non honoris ſimulatione luxerunt,ſed ueris lacrymis proſecuti,tanquam in priuata quiſq; mœſtitia. adeo citra omnem omniũ offenſam uixerat: quod & filio eius plurimũ profuit,cũm apud cæteros, tum maxime apud militarem multitudinẽ,quæ pro ipſius dignitate tuenda nullũ periculum non aditura uidebatur.at Tiberius cum Euodum iuſsiſſet in craſtinum ſummo mane filios adducere,precatus eſt deos patrios,ut manifeſto aliquo indicio deſignarẽt futurum ſucceſſorem in imperio,cupiens quidem id nepoti ex filio relinquere, ſed nõ auſus rem tam arduam tentare inconſultis numinibus.Itaq; augurium concepit,eum ſibi ſucceſſurum,qui ſequẽti mane prior ad ſalutandũ ſe uenerit. quare pædagogum nepotis præmonuit, ut mox prima hora adoleſcentem adduceret,ratus deum huic principatum annuere

nuere.ſed aliter uiſum eſt cœleſti numini.nam cum imperator hæc uolutans diluculo iuſsiſſet Euodũ eum è filijs introuocare qui prior aduenisſet,egreſſus ille Caiũ offendit pro cubiculi foribus.nam Tiberius auiti propoſiti ignarus ientaculo remoratus eſt. Tum Euodus,uocat te,inquit, pater: ſimulque introducit iuuenem. Quo uiſo imperator cogitare cœpit diuinam prouidentiam,per quam ſibi adempta ſit poteſtas ſtatuẽdi quæ decreuerat: ſentienſq; diuerſum cordi eſſe ſuperis,non tam ſuam uoluntatem irritam doluit,quàm uicem infelicis nepotis,cui nõ ſatis eſſet principatum adimi,niſi etiam incolumitas in ultimum diſcrimen ueniat:quandoquidem alio potẽtiore futuro, parum eum tutatura uidebatur ſanguinis propinquitas in æmulatiõe potentiæ,altero non ante ſecurum putante ſuum principatũ, quàm ſi inſidijs præoccuparit alterum.erat enim mathematicorum quoq; diſciplinis addictior, iuxta quorum conſilia in tota uita pleraque agere eſt ſolitus. nam & Galbam olim uenientem cõſpicatus uerſus ad intimos quoſdam amicos, En, inquit, uirum,futurum aliquando Romanorum principem.In ſumma nemo Cæſarum unquam tantam fidem habuit diuinationibus, non uanas expertus aliquoties. Tunc quoq; magno mœrore affectus eſt ob id quod acciderat,non ſecus ac ſi nepotem iam extinctum cerneret: ſeq; ipſum culpabat,qui confugiſſet ad huiuſmodi omina. cum enim liceret ei ſecuro è uita excedere, nunc corruptam ſibi hanc felicitatẽ præſcientia futuri chariſsimorum infortunij. Itaq; quamuis turbatus inopinata principatus ſui ſucceſsiõe,inuitus & reclamante animo ſic Caium alloquitur. Fili, etiamſi Tiberius propiore cõſanguinitate me contingat, tamen cum meum de te iudiciũ, tum uero deorum immortalium ſuffragium ſecutus,tibi in manus trado Romanum imperiũ. rogo autẽ ut hoc adeptus non ſis immemor beneuolentiæ noſtræ,qui tibi ſum tantæ felicitatis autor: & quà poteris gratiam mihi referas, amore cõplecten do fratrem Tiberium:quandoquidem mihi nihil gratius pro hoc beneficio, quod poſt deos totum meum eſt,potes reponere,quàm ſi illi nõ deſis quem tibi natura uoluit eſſe coniunctiſsimum. nam alioquin etiam ſcire te oportet,illo ſuperſtite ſtabilius fore tuum imperium: extincto uero, infelicitatis tibi adeſſe exordium. Periculoſa em̃ eſt ſolitudo dignitatis culmen obtinentibus:& qui in cõſanguinitatis iura peccant,nunquã diuinam ultionem effugiunt.Hæc Caio extrema mandata dedit Tiberius, omnia quidem pollicenti,ſed ficte. Quamprimũ enim principatum aſſecutus eſt, fratrem iuxta illius præſagium ſuſtulit: & ipſe quoq; aliquanto poſt coniuratorum inſidijs oppreſſus eſt. At Tiberi⁹ Caio ſucceſſore ſibi deſignato poſt paucos dies obijt, cum uixiſſet in imperio annis uigintiduobus,menſibus quinq;,diebus trede cim.poſt quem Caius reipub.prę fuit,quartus in imperatorum ſerie.Romani uero nunciato eius obitu uehementer quidem gauiſi ſunt,non tamen audebant credere: non quòd uerum eſſe nuncium non cuperent,quod iamdudũ magno redemiſſent libenter: ſed quòd uererentur ne tentati falſis nuncijs,ſi intempeſtiue gaudium ſuum detegerent, delatorũ opera in certiſsimã perniciem incurrerent.Nemo enim ante eum patriciorum ordinem grauius afflixerat, quòd eſſet iracundus & implacabilis, etiam ſine cauſa odio pleroſque

proſequens, & pro innata ſæuitia mortem leuiſsimam pœnam exiſtimans: quapropter optatiſsimam hanc famam non ſunt auſi fronte hilari excipere, intelligentes quantũ ſubeſſet ſpei fruſtratæ periculum. Marſyas uerò Agrippæ libertus cognita morte Tiberij, curriculo ad patronum properauit, lætiſsimũ ei nuncium afferens. quem cum offendiſſet petentem balineum, admoto capite ſermone Hebraico, mortuus eſt, inquit, leo. id ille ſatis intelligens, inopinatoque perfuſus gaudio, at tibi, inquit, tum pro cæteris officijs, tum pro hoc nuncio quam tandẽ dignam gratiã referam, ſi modo uera nuncias. tum centurio qui cuſtodiæ præerat, animaduertens tam Marſyę feſtinũ aduentum, quàm inſecutam illius uerba hilaritatem Agrippæ, ſuſpicatúsque accidiſſe noui aliquid, rogauit qua de re inter ſe conferrent. quib. primo cunctantibus, cum ille urgere non deſineret, tandem Agrippa ut iam familiari aperuit omnia. ibi centurio gratulatus ei plurimum hanc felicitatem, cœnam lautam appoſuit. Sed dum epulis ſimul indulgetur & poculis, ecce tibi quidã ſuperueniens affert incolumem eſſe Tiberium, & breui in urbem reuerſurum. quibus uerbis territus grauiter centurio, capitalis culpæ ſibi conſcius, quòd cum uincto lætum conuiuium iniuiſſet nunciato imperatoris obitu, proturbat Agrippam de lectulo, hæc inſuper intonans. Tú me impune falles mentitus mortem Cæſaris, & non capite lues hanc linguæ petulantiam? Et cum dicto uinciri iubet, ſolutum hactenus, & accuratius impoſterum cuſtodiri eum imperat: totamq; eam noctem in his malis Agrippa exegit. poſtera uero die rumor de Tiberij morte increbuit, palàm id iactãtibus hominibus, quibuſdam etiam ſacra hac de cauſa faciẽtibus: moxq; allatæ ſunt à Caio binæ literæ, alteræ, quibus ſenatui ſignificabat ſucceſsiſſe ſe in defuncti imperium: alteræ ad Piſonem urbi præfectum, idem indicantes, mandantesq; ut Agrippam è caſtris dimiſſum reſtitueret in id quod antè habitauerat domicilium. quapropter bono animo uixit poſtea: nam licet cuſtodiretur, tamẽ ſuo uictitabat arbitrio. Cæterùm Caius Romam reuerſus, Tiberij ſimul corpus referẽs, more ſolenni funus celebrauit ſumptuoſiſsime: & cum uellet Agrippam eadem die ſolutum dimittere, mónitu Antonię ſuperſedit: non quòd ea male uellet homini, ſed negabat decoram hanc feſtinationem, ne uideretur hoc odio Tiberij facere, ſi confeſtim ſolueret quem ille uinxerat. elapſis tamẽ non multis diebus, accerſitum ad ſe domum tonderi, ueſtemq; mutare præcipit. impoſito deinde in eius caput diademate, tetrarchiæ quæ Philippi fuerat, regem conſtituit, adiecta Lyſaniæ quoq; tetrarchia, & pro ferrea cathena dedit auream pari pondere. in Iudæam autem Marullum miſit præſidem. Altero deinde anno principatus Caij Cæſaris Agrippa petijt ueniã nauigandi in ſuum regnũ ordinãdi eius gratia, reuerſurum ſe hoc peracto pollicitus. Quod ubi imperator annuit, præter omniũ ſpem rex apparuit, inſigni exemplo quanta ſit in rebus humanis fortunæ potentia, reputatione præſentis felicitatis & egeſtatis priſtinæ. & alij quidem beatum prædicabãt qui ſpes ſuas ſecutus eſſet pertinaciter, alij uix credebant tantam felicitatẽ hominis.

Quomo-

Quomodo Herodes tetrarcha in exilium miſſus eſt. Cap. IX

HErodias autem Agrippæ ſoror, nupta Herodi tetrarchæ Galilææ atque Perææ, inuidebat fratri hanc potentiam, quem in celſiore quàm maritum cerneret faſtigio: urebat eam nimirum quod qui profugerat nõ ualens debita diſſoluere, tum reuerſus erat auctus dignitate ac fortuna tam ſplendida: hancq; mutationem iniquiſsimo ferebat animo, præſertim quoties illum uideret ornatum regijs inſignibus per turbas inuehi: adeoq; non poterat imperare ſuis affectionibus, ut maritum aſsiduis hortatibus ad ſimilia ſperanda, & ſuſcepta tranſmarina peregrinatione apud urbem ambienda erigeret: negans ſibi uitam ferendã diutius, ſi Agrippa Ariſtobuli à patre ſupplicio traditi filius, & ob extremã inopiam metu creditorum profugus, reuerſus regno fruatur: ipſe uero filius regis, & à cognatis ad regnum inuitatus, per deſidiam nihil tale affectaret, priuata uita cõtentus. Atqui marite mi, inquit, ſi tibi antehac moleſtum non fuit, in minore q̃ olim pater dignitate agere, nunc ſaltem honorem familiæ debitũ appete: neque ferendũ puta exiſtimatione cedere uiro qui tuis quondam ſuſtẽtatus ſit opibus: neq; per tuam patiaris ignauiã, ut illi uideatur plus in paupertate ſu perfuiſſe ad quærendam ampliorem fortunã induſtriæ, quàm tibi in tam opimis facultatibus: quaſi non pudendum ſit te nunc ab eo ſecundum cenſeri, qui pauloante niſi tua miſericordia non potuit uiuere. Ergo Romam eamus non parcentes nec labori, nec auri argenti ue impendijs, quandoquidem nõ tam hæc ſeruare ſit optabile, quàm parando regno inſumere. at ille reſiſtebat aliquandiu quietis amore, & ſuſpecta habens Romana negotia: conabaturq; eam in diuerſam ſententiam traducere. mulier contrà quanto magis eum tergiuerſari uidebat, tanto urgebat improbius, nihil nõ tentandum cenſens regni cupidine: nec prius deſtitit quàm mariti extorqueret conſenſum, nõ ualentis aliàs eius importunitatem excutere. itaq; ſine parſimonia facto apparatu exquiſitiſsimo, unà cum Herodiade Romam proficiſcitur. Agrippa porrò cognita eorum mente ac apparatu, ipſe quoq; ſe accinxit ad reſiſtendum: & quamprimũ eos è portu ſoluiſſe didicit, etiam ipſe Romam miſit Fortunatũ ſuum libertum ad imperatorem cum muneribus, & literis ſcriptis cõtra Herodem: ſimulq; mandauit ut per occaſionẽ amplius cum principe ſuper hoc negotio diſſereret. Qui ſubſecutus Herodẽ, & ſecunda nauigatione uſus, tantum modò à tergo relictus eſt, quod tum primũ ad Cæſarem admiſſo ſuperuenit, literasq; reddidit. uterq; eñ Puteolos appulit. & Caius tum fortè apud Baias repertus eſt: id oppidulũ eſt Campaniæ, quinq; fermè ſtadijs à Puteolis diſsitum: ubi palatia ſunt ſplendidiſsima, dum imperatorum quiſque ſuperiorem uincere contendit magnificentia: inuitantib. eò lauacris calidis ſponte è terra ſcaturientibus, tam ad ſartiendam corporũ ualetudinem, quàm ad animos otio relaxandos commodis. Itaque Caius ſimul ab Herode ſalutatus eſt, priorẽ eñ eum admiſerat: ſimul Agrippæ perlegit literas, accuſantes Herodem, quòd prius cum Seiano conſpiraſſet in Tiberium, & nunc iterũ Artabano Partho faueret contra Caij nouum imperiũ. argumento erat ipſius tetrarchæ apparatus, qui in armamentarijs ſuis haberet tantum armorũ, quantum inſtruendis uirorũ ſeptuaginta millibus ſufficeret. Qua re Cæſar com-

motus, percontatus est Herodem, uera ne essent quæ nunciarẽtur de armorum numero. quo annuente, neq; enim uera negare poterat: satis approbatam putans defectionem, ademptam illi tetrarchiam ad Agrippę regnum adiecit, pecuniam quoq; eius donãs Agrippæ indici: Herodem uerò perpetuò damnauit exilio apud Lugdunũ urbem Galliæ. Cognito deinde sororem Agrippæ esse Herodiadem, pecuniam ei propriam concessit: & ratus nõ libenter fore marito calamitatis sociam, in Agrippæ gratiam se illi parsurũ promisit. ad hæc illa: tu quidem imperator, ut tua maiestate dignũ est loqueris: sed mihi coniugalis amor impedimento est quo minus fruar hac indulgẽtia. nõ enim æquum censeo ut cui secundæ fortunæ fui socia, eum nunc in aduersa deseram. at ille indigne ferens tam excelsum animum in fœmina, ipsam quoque cum Herode expulit, & bona eius Agrippæ largitus est. atq; hæc fuit uindicta quam deus intulit tum Herodiadi fratris successus inuide ferenti, tum Herodi ad obsequendũ uaniloquentiæ uxoris nimis facili. Caius porrò primo ac sequenti sui principatus anno rempub. administrauit egregie: moderateq; se gerens, & Romanorum sibi fauorem conciliauit & prouincialium. procedente uero tempore inflatus potentiæ magnitudine, oblitus est se esse hominem, & cõtumelioſus in superos, ad reliquam insaniam diuinos etiam honores usurpare ausus est.

Iudæorum & Græcorum apud Alexandriam seditio. Cap. X

XV Vmq; inter Iudęos & Gręcos Alexandriam habitantes exorta esset seditio, terni ab utraq; parte legati delecti ad Caium missi sunt. Apion uerò Alexandrinorũ legationis princeps multa in Iudæos iactauit crimina, interq; cætera quòd Cæsarem non prosequerentur debitis honoribus. nam cũ quàm latè patet orbis Romanus Caio exstruantur templa & altaria, & pari honore colatur cum cæteris numinibus, solos istos turpe putare dedicare illi statuas, aut iurare per nomẽ Cæsaris. Hic acerbe inuecto Apione, multisq; alijs quæ ad exasperandũ Caium facerent, Philo é Iudæorum legatis potior, uir per omnia clarissimus, Alexandri Alabarchæ frater, & non imperitus philosophiæ, parabat causam suæ gentis agere. Sed repulsus est à Cæsare iubente illum abire, & per iracundiam uix temperante ab iniuria. quapropter eiectus conuitio, uersus ad Iudęos assectatores, Nunc, inquit, oportet bono esse animo, quando Caius iratus est, nunc enim deus nobis contra illum aderit.

Caius in Syriam mittit Petronium iussum Iudæis bellum inferre, nisi malint recipere ipsius statuam. Cap. XI

Caius porrò indigne ferens à solis Iudæis ita se despici, legatum in Syriam mittit Petroniũ successurum Vitellio: iubetq; ut cum ualido exercitu inuadat Iudæam: & si sponte id admittant, statuam eius in templo dei collocet. quòd si detrectent, bello deuictos imperata facere adigat. is assumpta administratione rerum Syriæ, dedit operam ut exsequeretur mandata Cæsaris: contractisque quantum poterat auxilijs, cum duabus Romanis legionibus hybernauit apud Ptolemaidẽ, primo uere bellum illaturus: quod & Caio significauit per literas. qui collaudata eius industria

duſtria, hortatus eſt eum ad agendum gnauiter, & frangendam bello gentis contumaciam. Interim Iudæorum multa millia uenerũt Ptolemaidem ad Petronium, deprecaturi ne quid facere cogerentur contra leges patrias. Quòd ſi omnino decretum ſit ſtatuam in fano ponere, ipſos primum interficeret, ac tum demum ſuo arbitratu rem perageret. nam quantiſper ſupereſſent, nõ poſſe ferre uiolari legislatoris ſui decreta, tot retro ſeculis obſeruata ab optimis patribus. Ad hæc Petronius commotior, Hæc, inquit, quæ affertis fortè ualerent apud me aliquid, ſi meis ipſius conſilijs & auſpicijs rem gererem: nunc neceſſe eſt me ſubſeruire decretis Cæſaris, quibus contrauenire impune non licet. Ad hæc Iudæi. Si tibi Petroni certum eſt à præſcripto Caij non diſcedere, neq; eos tranſgrediemur legis noſtræ mandata, freti diuina potentia, & maiorum noſtrorum uirtutis æmuli. neq; enim ſumus adeo puſillanimes, ut quæ nobis cæleſte numen imperauit propoſito felicitatis præmio, ea præuaricemur intempeſtiua uitæ cupidine. quapropter feremus fortunam quamlibet, dummodo patriæ legis religio maneat incolumis: & parati ſumus ſubire pericula, ſperantes deum nobis non defore, propter cuius honorem non reformidamus ancipitem fortunæ aleam. Hoc malumus quàm tibi per ignauiam parendo incurrere perpetuam ignominiam, ſimúlque ob neglectas leges indignationem numinis, cuius uel te iudice potior quàm Caij habenda eſt ratio. Ibi Petronius animaduertens eorum obſtinatam peruicaciam, neque ſe poſſe ſine certamine & cæde ſtatuam dedicare Cæſaris, cum amicis & famulitio properauit Tyberiadem, ut ex propinquo melius res Iudæorum diſpiceret. Iudæi uero magnum timentes è Romano bello periculum, ſed maius ex uiolatis legibus, iterum multorum millium numero occurrunt Petronio Tiberiadem, ſupplicantes ne ſe ad eam neceſsitatem cogeret, né ue ſacratam urbem pollueret uetitis imaginibus. Tum Petronius: pugnabitis igitur cum Cæſare, nec illius opes, nec ueſtram imbecillitatem adhibentes in conſilium? Non pugnabimus, inquiunt, ſed moriemur citius, quàm diſcedamus à legibus. ſimúlque procumbentes ac nudantes iugulos, paratos ſe aiebant ad excipiendos gladios. atque hoc pacto perduratum eſt per quadraginta dies cõtinuos, neglectis interim agriculturæ operibus, cum maxime ſementis eſſent tempora: quandoquidem certiſsimum illis erat propoſitum, mortem potius quàm ſtatuam illam admittere. In hoc rerum ſtatu Ariſtobulus Agrippæ regis frater, & Elcias Magnus cognomine, cum optimatibus cæteris eius familiæ, Iudæorúmque primatibus accedunt Petronium, rogantes ut cõſideraret obſtinationem populi, né ue illis deſperandi anſam præberet, quin potius Caio ſcribat quanta peruicacia reclametur dedicationi ſtatuæ: utque relicto agriculturæ ſtudio, de bello quidem nulla uirium fiducia non cogitent: ſed parati ſint mori potius quàm tantam religionis labem in ſe admittere. ad hæc ſemente omiſſa inſtare latrocinia, dum non eſt unde poſsint perſolui uectigalia. forte enim flecti poſſe Cæſarem ne quid ſæuius in eam gentem ſtatuat, né ue illi rebellandi materiam præbeat. Quòd ſi nõ moueatur ab inferendi belli propoſito, tum demum aggrediendum eſſe negotium. atq; hæ fuerunt preces Ariſtobuli. Petronius uero partim deprecatoris reſpectu enixe urgentis, & ipſius rei magnitudinis, partim contentioſi

tioſi Iudæorum propoſiti, ratus indignum tam multa hominũ millia in gratiam inſanientis Caij perdere, & cæleſte numen ſuamq; ipſius conſcientiã reueritus, maluit abſurditatẽ rei per literas docere imperatorem uel ſuo periculo, non ignarus quàm ille eſſet iracundo ingenio, & ad uindicandum prono, niſi quis quàm primum furenti morem geſſerit. Sic enim exiſtimabat, etiamſi ille non decedat de ſententia, & fortaſſe indignationem in ipſum uertat cunctantius mandata exſequentem: eſſe tamen boni uiri officiũ, pro incolumitate inſontis tam numeroſi populi uel certum interitum non refugere. Ergo indicto Iudęis conuentu ad Tiberiadem, poſtquam adeſſe uidit multa millia, progreſſus in concionem ait expeditionem non à ſe ultrò ſuſceptam, ſed mandato Cæſaris: cuius exſecutionem differri periculoſum eſſe, propter indignationem ſummæ poteſtatis: & alioqui conueniens eſſe ut ipſe ab autoritate illius pendeat, per quem ad tantum dignitatis faſtigium euectus ſit. atta men ueſtræ, inquit, ſaluti meam ſecuritatem aut exiſtimationem non præferam, quos ſcio meritò pro patrijs legibus contendere. imò ne mihi quidem probatur, ſummi dei templum temerari principum licentia. quamobrem legatos ad Caium miſſurus ſum, per quos cognoſcat ueſtram irreuocabilẽ ſententiam, quantumq; in me erit hortabor ut honeſtiſsimæ ueſtræ uolũtati aſſenſum ſuum præbeat. Deus cuius potentia ſuperior eſt omnibus humanis conatibus, faxit ut & religio ueſtra integra ac inuiolata maneat, & ille per immodicam honoris cupiditatem nullũ ſibi cõtrahat piaculum. Quod ſi offenſus iram omnem in me uerterit, patiar quoduis periculũ, ſiue in corpus ſiue in uitam illi ſæuire libeat, modo ne tam ingẽtem ueſtrã multitudinẽ propter conſtantẽ bonam uoluntatem perire uideam. Abite igitur quo ſuũ quemq; uocat negotium, & terram labore ueſtro colite. Legationẽ autem ipſe in urbem miſſurus ſum, & quicquid in rem ueſtram potero, tam per me agam, q̃ per amicos meos & neceſſarios. His dictis concionem dimiſit, hortatus ut agros colerẽt interim, & bono eſſent animo. & ille quidem ſic populum pro ſua uirili conſolatus eſt. Deus autem manifeſte oſtendit Petronio ſuam prouidentiam, quodq; omnibus iuſte atq; honeſte cœptis propitius faueat. Vix enim orationem finierat, cum repente imber præter omnium opinionẽ decidit, nullis tam ſerena die ſignis præmonſtratus, & hominibus propter diuturnam ac continuam ſiccitatem cœlitus pluuiam penè deſperantibus, etiam ſi nubes uiderent, quæ toties ſpem eorũ fruſtratæ fuerant. Quapropter terra tum præter ſolitum præterq; exſpectationem rigata largis imbribus, Iudæis ſpes facta eſt non irritas fore preces Petronij. Quin & ipſe præſes magis etiã obſtupefactus eſt, euidenter cernẽs curæ eſſe deo res Iudaicas, atteſtante tam inſigni prodigio, ut nemo niſi impudens poſſet contradicere. cumq; accuratè ſuper hoc negotio ſcripſiſſet ad Caium, dehortans ne tam multa millia in extremam deſperationem atq; perniciem adduceret, neque enim niſi bello compulſos diſceſſuros à religione patria: né ue ſeipſe mulctaret luculẽtis ex ea gente prouentibus, æternumque apud eam ſibi pararet improperium: id quoq; adiecit, quàm charus ſit deo populus, quamq; manifeſtis ſignis declaret ſuam erga illos beneuolẽtiam. Hæc Petronius. Rex aũt Agrippa, qui tum fortè Romæ degebat, indies Caio reddebatur familiarior: quando etiam conuiuium

uiuiũ tale illi exhibuit, de induſtria procurato apparatu ſumptuoſiſsimo, adhibitoq; omni exquiſitiſsimarum lauticiarum ac uoluptatum genere, ut omnes à tergo relinqueret in hoc certamine, atq; ipſum etiam Cæſarem. tantum illi ſtudium fuit demerẽdi principis per omne obſequium. is demiratus eius tam animũ quàm magnificentiam, qui etiam ſupra uires ac facultates placero ſibi contenderet, uolensq; cum eo certare mutuis officijs, iam uino quoque factus hilarior, Agrippam ad lætitiam prouocantem ſic allocutus eſt. Equidẽ & ante expertus ſum tuam beneuolentiam, quando uiuo etiam tum Tiberione periculis quidem à me colendo deterritus es: & nunc uideo te modo mihi gratificeris, nulli rei parcere, ne facultatum quidem tuarum ratione habita. quare cum turpe mihi ſit à te uinci officijs, quicquid hactenus per me ceſſatum eſt iam penſabitur: tantumq; ad priſtinam meam erga te liberalitatẽ accedat enixe dabo operam, ut maximũ ad futuram tuam felicitatem momentum allaturum ſit. Sic ille benigne promittebat, ratus ampla latifundia poſtulaturum, aut urbium aliquarũ uectigalia. ille uero quamuis iam pridem preces parauerat, tamen hactenus diſsimulata tum demum per occaſionem aperuit, dicens neq; olim propter priuatum cõmodum præter mandatum Tiberij ſe illum coluiſſe: & nunc nihil aliud captare præter ipſius gratiam. nam & priorem munificentiam uberiorem fuiſſe q̃ unquam ſpe cõcipere potuiſſet, quantumuis improba. etſi enim tu, inquit, maiora præſtare ualeas, meis tamẽ non ſolũ meritis, ſed cupiditatibus etiam abunde ſatisfactũ eſt. ibi Caius attonitus hominis modeſtia, magis urgere cœpit, ut uellet uti ſua beneficentia, nihil non polliceri perſeuerans. Tum Agrippa: quandoquidẽ domine liberalitatem tuam tam benigne mihi offers, equidẽ petam, ſed nihil quod ad diuitias attineat, quibus iam per tuam gratiam abundo. illud potius poſtulabo, quod impetratũ & pietatis opinionem, & perpetuum fauorem numinis tibi conciliet. Mihi quoq; glorioſum erit, ſi poſt innumeras alias hanc unam etiam mihi feceris gratiam. Rogo igitur ut mandatũ reuoces, quod Petronio dediſti, de ſtatua in Iudæorũ templo ponẽda. hæc ille uelut aleam iaciens, nõ ignarus quantũ ſubeſſet periculum, quodq; capitale eſſet placitis Caij cõtradicere. Imperator autẽ ſimul officioſa liberalitate delinitus, ſimul pudendam uanitatem ducens, ſi coram tot teſtibus ultro ad petendũ prouocato, repente mutatus denegaſſet gratiam: ſuſpiciens etiam uirtutẽ hominis, qui pluris faceret pietatẽ, ſuæq; gentis tranquillitatem, quàm incrementum dominationis aut redituum, fecit eum uoti compotem. Scripſit igitur Petronio, collaudans eius induſtriam in cõparando exercitu, & in exſequendis mandatis quę acceperat. quod autem ad ſtatuam attineat, ſi quidem dedicata ſit & poſita, ſinendam eſſe. ſin minus, non eſſe cur in eo negotio plus laboris capiat: ſed debere eum ſoluto exercitu reuerti ad intermiſſa officia. remiſſum enim eſſe hoc Iudæis in Agrippæ gratiam, cui tantũ honoris à ſe haberi, ut non poſsit uoluntati eius contradicere. In hunc modũ Caius ſcripſit Petronio, priuſquã ad defectionẽ ſpectare Iudæos cognoſceret. allatis poſtea de rebellatione rumoribus, indigne ferẽs gentis audaciam, & contemptũ imperij, homo omni dedecori obnoxius, nullamq; rationem honeſtatis habẽs, & impetu iracundiæ

diæ quouis abripi ſolitus, quem refrenare nunq̃ ſtuduit, imò ad felicitatẽ ſuã pertinere putans ſi quàm maxime affectioni huic indulgeret, denuo ſcribit eidem in hanc ſententiam. Quoniam plus apud te ualuerunt Iudęorum munera, q̃ mea mandata, quibus neglectis omnia illis gratificatus es, temet iudicem facio quid de teipſo ſtatuere debeas ſemel indignationẽ meam meritus. Volo enim te exemplum fieri & præſentibus & poſteris, nullo modo irrita habenda mandata imperatoria. Hæc epiſtola miſſa quidem eſt ad præſidem, non tamen Cæſare uiuo reddita, qui perferebant tardius nauigantibus, ita ut prius ille alias acceperit literas, nunciantes de Caij exitio. Deus enim nõ fuit immemor Petronij, & periculorum quæ propter ipſius honorẽ atq; Iudęorum religionem ſubijt: ſed amoto à reipub. habenis Caio propter impie affectatos diuinos honores, tanto maior habita eſt illi gratia tam à Romanis q̃ à prouincialibus, maximo fauore præcipuis ſenatoribus eum proſequẽtibus, in quos potiſsimũ Caius debacchari eſt ſolitus. Is extinctus eſt nõ multo poſt quàm Petronio ſcripſerat illam mortis denunciatricẽ epiſtolam. Cauſam aũt propter quam Caius ſublatus eſt, & quemadmodum comparatæ ſint in eum inſidiæ, procedente ſtilo ſignificabimus. cæterũ Petronio prius redditę ſunt literæ de cæde imperatoris, ac tum demum ſuperuenerunt illæ, quibus iubebatur mortem ſibi conſciſcere. quare lætatus fortuito tyranni interitu, admiratus eſt dei prouidentiam, qui ſine dilatione mercedem habiti ſibi honoris perſoluerit, & Iudæis præſentem opem attulerit. Et ille quidẽ miro hoc modo euaſit mortis periculum.

Quo in ſtatu res Iudæorum apud Babylonem fuerint, & de Aſinæo ac Anilæo fratribus. Cap. XII

XVI INciderunt in ea tempora graues motus Iudæorum apud Meſopotamiam ac Babyloniam habitantium, cædesq́; & calamitates quales nuſquam memorantur in ſuperioribus narrationibus, de quibus accurate tractaturus, cauſas etiam ab origine repetam. Neerda dicitur urbs Babyloniæ, frequens populo, & agro fertili, qui tantam multitudinem poſsit alere. ad hæc non patet hoſtium aſſultibus, cincta fluentis Euphratis & firmiſsimis mœnibus. eidem flumini eſt & Niſibis appoſita: quare Iudæi freti locorũ natura, ſacrum didragma quod deo ex more ſolent offerre, cæteramq́; uotiuam pecuniam, in his urbibus deponebant tanquam in communi ærario, inde ſuo tempore tranſmittendam Hieroſolyma: quæ deinde à multis hominum illò deducebatur, metuentium latrocinia Parthorum, quorum ditioni tum ſuberat Babylonia. Ex his Iudæis erant Aſinæus & Anilæus fratres, Neerdenſes patria, orbati patre, & à matre ad textrini opificium adhibiti, quod non indecorum habetur illis gentibus, ubi & uiri exercent lanificium. hos officinæ magiſter, apud quem artem didicerant, quòd ſerius aliquando ad operandum acceſsiſſent, caſtigauit uerberibus. illi credentes ſe affectos iniuria, detractis armis quæ ſeruabantur in eius domus pariete, contulerunt ſe in quendam locũ ubi fluuius ſcinditur, uberem paſcuis, & frugum fertilem, cæterorúmque fructuum qui reponuntur in hyemem. ad eos mox confluxit iuuenum quiſque egentiſsimus, quorum armis ſtipati pro

ti pro ducibus ſe gerebant, nemine cohibẽte maleficia. cum enim facti eſſent inexpugnabiles, & arcem ſibi cõſtruxiſſent, dimiſsis exactoribus tributa colligebant ab accolis, certum uidelicet pecoris numerum, & quantum in alimenta eorum ſat erat, promittentes amicitiam morẽ ſibi gerentibus, & propugnationem contra externam uim ſi qua ingrueret: contra occiſionẽ gregum ac paſtorũ, ſi detrectarent imperata facere. quapropter neceſsitate coacti mittebant eis quantumcunq; poſcerent. quo factũ eſt ut aucta eorum potentia, ualidi eſſent ad incurſandũ quoslibet, nemoq; uicinorum auderet eos offendere, aut armis cum illis congredi: adeò ut ad Parthorũ quoq; regẽ rumor hæc detulerit. Satrapa autem Babyloniæ poſtquam hæc audiuit, uolens creſcens adhuc malum opprimere, priuſquam maius aliquod inde proueniret incõmodum, collecto quantum poterat è Parthis ac Babylonijs exercitu, properauit contra eos, cupiens ex improuiſo opprimere: obſeſſaque palude ſuos iuſsit aliquãtiſper quieſcere. poſtridie uero Iudæis ſabbaticas ferias otio publico celebrantibus, ratus non auſurum hoſtem in certamen deſcendere, ſed nullo negotio uinctos ſe abducturum, paulatim procedebat, ut derepẽte in eos irrueret. Aſinæus uerò qui tum fortè poſitis prope ſe armis cum ſocijs deſidebat in otio, Viri, inquit, hinnitus equorum mihi aures perculit, non qualis eſt paſsim paſcentiũ, ſed qui ſeſſorem tergo uehant: nam & frenorum ſonitum ſentio, uereor ne circumuenti ſimus ab hoſtibus. ſed procurrat aliquis ſpeculatum, qui nobis quid immineat certo renunciet. optarim autem uana eſſe quæ diximus. moxq; quidam profecti uiſum, celeriter redeunt, nõ falſam ſuſpicionẽ fuiſſe referẽtes: adeſſe ultores acceptæ iniuriæ. ex inſidijs ſe obrutos equitatu copioſo uelut pecora, ne ad repugnandũ quidam paratos, uetante propter ferias patria cõſuetudine. at Aſinęus longe aliter quàm ſpeculatori uidebatur ſtatuit, non concedendam cenſens hanc uoluptatem hoſtibus, ut per otium in ſe graſſarẽtur cædibus: quin potius uirtutis & præſentis neceſsitatis memores conniti debere, ut ſi ita fors ferat, non inulti pereãt: primuſq; correptis armis ſuos exemplo ad ſimilem exciuit audaciam, ad conſerendas cum hoſte manus eos animans. & quia contemptim ueniebant rem factam ſe habere putantes, multis cæſis reliquos coegit terga uertere. Eius pugnę poſtquam ad Parthorum regem fama peruenit, admiratus fratrum audaciam, concupiuit eorum aſpectum & colloquium: confeſtimq; ad eos miſit fidiſsimum è ſatellitibus qui hęc uerba illis referat: Regem Artabanũ tametſi iniuriam eorum uiolentia in ſuo regno acceperit, indignationem tamen uirtuti ipſorum remittere: miſiſſeq; ſe qui fide data impunitatem & ſecuritatem itinerum eis offerret ipſius nomine, ꝙ amicitiam eorum cuperet, ſine fraude omni & inſidijs. paratam eſſe regis munificentiam, foreq; ut hac ſua uirtute poſthac rege fauente utantur melius. Tum Aſinæus ipſe quidem profectionem diſtulit, fratrem uerò Anilęum miſit cum quibus potuit muneribus. Iuit ille ad regem, & facile admiſſus eſt. Artabanus aũt uidens Anilęum ſolum uenisſe, rogauit cúrnam domi reliquiſſet Aſinæũ. cognitoq; metu illum ſe cõtinere intra paluſtria: ꝙ patrios deos deierauit, nihil eos ſe læſurũ in fidẽ uenientes: idq; porrecta iuueni dextra ſancijt, q̃d apud barbaros cõuenturos certiſsimũ eſt argumentũ fiducię. nã poſt datã dextrã apud eos nec fallere fas eſt,

nec

nec diffidere,ceſſantib.omnino ſuſpicionibus. Tum quoq; Artabanus hoc pacto remiſit Anilæum, perſuaſurũ fratri ut ſimul ueniat.Hoc autem agebat rex uolens cõciliatis ſibi his fratribus per Iudæorũ uirtutẽ illas ſatrapias continere in officio,quę uidebantur ad defectionẽ ſpectare occupato rege alibi. Verebatur enim ne dum ipſe rebelles perdomat, Aſinæus auctis apud Babyloniam uiribus, ſiue uolentibus prouincialibus, ſiue inuitis nõ temperaret à maleficijs.Hoc igitur conſilio illũ accerſijt. Aſinæus uero facile à fratre in eã ſententiã inductus eſt, præſertim cõmemorante quàm luculente erga ipſos rex affectus ſit,quodq; ad firmãdam fidem iuſiurandũ interpoſuerit. quare primo quoq; tempore ad Artabanũ ambo perueniunt.ille perlibẽter eos excepit,in primis miratus generoſum Aſinęi animũ,quòd uideret breui ſtatura hominẽ, & primo aſpectu contemnenda ſpecie quaſi nullius precij,apud amicos dictitãs,nihil eſſe in tantillo corpore, quod tam uaſto animo reſpondeat, & inter epulas oſtenſum magiſtro militũ Abdagaſi prædicauit, denarrans quanta fortitudine bella gerere ſoleat.Is cum rogaſſet ut bona regis uenia liceret illũ interficere,pœnasq; tot maleficiorũ de eo ſumere quibus Parthos leſerat:negauit ſe hoc permiſſurũ in hominẽ qui ſe credidiſſet ſuę fidei, data dextra confirmatæ & iureiurãdo adhibito. Quòd ſi,inquit,uir bellicoſus haberi uis, nihil opus habes meo periurio ad abolendam Parthorũ ignominiam: ſed redeuntẽ aggreſſus per uim abſq; meo cõſenſu opprime. Mane deinde accito Aſinæo, Tẽpus tibi eſt,inquit, iuuenis domũ reuerti, ne diutius hic ducum in te odia prouoces, qui te fortaſsis etiã me inuito conarẽtur interficere.cõmendo autem tibi terram Babyloniam, ut eam tua cura tutam à latrocinijs & illæſam cuſtodias. mihi uiciſsim cordi erit tua incolumitas, quandoquidẽ tuũ caput non dubitaſti meæ fidei cõmittere.hæc locutus,datis mox muneribus Aſinæũ dimittit.ille domũ reuerſus caſtella partim noua condidit,partim quæ prius habuerat firmauit munitionibus: breuiq; intantum auctus eſt,quantũ ante eum nemo alius,à talibus exorſus initijs:nec contentus honoribus Babyloniorũ, à Parthorũ quoq; obſeruabat ducibus, qui in uicinas prouincias mittebant cũ imperio. Adeo creuit eius autoritas unà cum potentia,ut Meſopotamia tota ab ipſius penderet nutibus. In hac felicitate florentior indies exegit annos quindecim: quæ non prius cœpit in deterius uergere,q̃ neglecto priſtino uirtutis ſtudio, contemptisq; inſtitutis patrijs,uoluptate uicti dediderunt ſe externis libidinibus. Venerat forte in eas regiones Parthorũ quidam dux cum coniuge tam alijs dotibus quàm inſigni forma laudata uſq; ad miraculũ:hanc ſiue aſpectu ſiue fama cognitã adamauit Aſinæi frater Anilæus:& cũ neq; ſuis imperare poſſet cupidinibus, neq; ulla alia ſpes eſſet potiendi muliere,bello maritũ eius petijt: primoq; conflictu cæſo Partho,uxor in uictoris poteſtatẽ & thalamũ peruenit: quod quidẽ magnarum calamitatũ tam ipſi quàm fratri fuit principiũ. cum enim amiſſo priore marito captiua duceretur, ſimulacra patriorum numinum quæ gentilitio ritu & domi ſecũ habere ſolebat & in itinere,clàm inter cæterã ſupellectilem aduexerat.ea primũ colebat ſine arbitris. Deinde in thorum recepta, & nacta fiduciam,propalàm operabatur ſacris quæ à defuncto acceperat. id factum obiurgabatur ab amicis utriuſq; fratris primarijs, indignum facinus

dicti-

dictitantibus, contra Hebraicæ gentis ritus ac leges ductã uxorem barbarã, deditam impijs patriæ ſuæ ſuperſtitionibus. quare uidendum ne dum nimiũ indulgent uoluptati corporis, à principatu excidant, quẽ diuino fauore conſecuti ſint. Sed adeo nihil profectum eſt his admonitionibus, ut præcipuus quidam confoſſus ſit dum liberius inuehitur: qui moriens iratum numẽ imprecatus eſt fratribus eorumq; ſocijs, ulturum læſam & religionem & amici tiam, utq; ſimili & ipſi ab inimicis afficerentur exitio: illi quidẽ quòd autores iniuriæ fuerint, hi quòd patrocinatorem legum per ſummũ nefas opprimi paſsi ſint. quamuis enim moleſtè ferrent talia, plus tamen apud eos ualebat præteritæ uirtutis memoria, cui acceptam ferebant præſentem felicitatẽ. ſed indignationem eorum accendit mulieris impietas, nõ ferentium pertinaciter amplexam ſacra Parthica: factoq; concurſu ad Aſinæum uociferabantur in Anilæum: dicentes oportere eum, ſi prius parũ potuit quid utile ſit diſpicere, nunc certè erratũ corrigere, priuſquã id publica expietur pernicie. nam & connubiũ illud nemini probari, ut parum conueniens patrijs ritibus: & ſuperſtitioſum numinum cultũ quem mulier ſibi permittat, pertinere ad dei ueri iniuriam. at ille quamuis agnoſceret peccatum fratris allaturũ ſibi ac ſuis magnum aliquod incõmodum, uictus tamẽ germanitatis affectu facile ignoſcebat ſuccumbẽti tam indomitis cupidinibus. Sed cum maiores indies concurſus ad eum & uociferationes fierent, tandem ſuper ea fratrem admonuit, anteacta obiurgans, & iubens ut reſipiſcat in poſterũ, mulieremq; domum ad cognatos ipſius remittat. nihil tamen hac admonitione effectum eſt: quia mulier ſentiens propter ſe murmur eſſe in populo, & uerita ne Anilæo propter amorẽ ſui durius aliqd accideret, ueneno Aſinæũ ſuſtulit, ſecura quòd ſub amatore iudice impune auferret hoc facinus. Cæterũ Anilæus ad ſe ũnũ iam principatu redacto, cum exercitu fecit impetũ in uicos Mithridatis uiri apud Parthos nobiliſsimi, qui in matrimonio habebat Artabani filiã: eosq; magna præda abacta populatus eſt. nam & pecuniã multam & mancipia reperit: pecoraq; & res alias quib. fortunæ poſſunt auctiores fieri. Mithridates uero qui fortè tum non procul aberat, audita uicorũ expugnatione, indigne ferens ultro ſe ab Anilæo laceſsitũ iniuria, habitamq; ludibrio ſuam dignitatem iudicans, excita iuuenum manu, collectoq; equitatu q̃ potuit maximo, obuiam profectus eſt conflicturus cum Anilæo: & cum ad uicum quendam ex ſuis peruenisſet, ibi quieuit: quòd decreuiſſet poſtridie Iudæos aggredi, ſabbato inſtante quod illis religioſo otio colitur. quã de re præmonitus Anilæus à barbaro natione Syro alterius cuiuſdã uici incola, & inter cętera diligenter edoctus quo loco Mithridates celebraturus eſſet cum ſuis conuiuiũ: iuſſo curare corpus milite, noctu contra hoſtes properauit, ut inopinos opprimeret. quò delatus circa quartam uigiliam, partim ſopitos occidit, partim attonitos fuga coegit ſalutem quærere. Mithridatẽ etiam uiuum captũ ſecum abduxit, nudũ ſuper aſinũ impoſitũ, quæ apud Parthos grauiſsima habetur cõtumelia. quem cum ſic ad ſyluam quandã perduxiſſet, hortantibus amicis ut illũ interficeret, ipſi diuerſum uiſum eſt, negãti occidendũ uirum genere apud Parthos præcipuum, & honoratũ affinitate regia. præteritas enim iniurias poſſe impetrare ueniam. quamuis enim offenſus ſit Mithridates, habitu-

rum tamen pro conceſſa incolumitate gratiã. quòd ſi grauius in eum conſulant, nõ quieturũ regem niſi magnis cædibus in Iudæos Babylone delegentes uindicet: quibus parcendũ eſſe propter coniunctionem ſanguinis, & ut ad illos ſibi pateat refugium, ſi qua clades accidat ut ſunt belli uiciſsitudines. eam ſententiam approbauit multitudo cætera, atq; ita Mithridates dimittit. qui domum reuerſus ab uxore exceptus eſt conuitio, quòd regis gener poſt acceptas à Iudæis tot tam inſignes iniurias, nunc captiuus etiam uitam eis debere ſuſtineret precariam. Aut igitur, inquit, priſtinam uirtutem recipe, aut deos teſtor quibus curæ eſt regum dignitas, me tua conditione non uſuram poſtea. ille partim non ferens quotidianum opprobrium, partim timens mulieris elatum animum ne diuortiũ faceret, inuitus quidẽ, coegit tamen quantas potuit copias, indignũ ſeipſe uita exiſtimans, ſi homo Parthus Iudæis uictoriam cederet. Anilæus uero ubi cognouit aduentare illũ cum ualido exercitu, turpe ducens cõtinere ſe intra paluſtria, & ſperans fortunam contra hoſtes priori ſimilem, fretusq; milite iam aſſueto uincere, & ipſe contrà eduxit copias: cui præter ueteranos multi tum etiã prædæ cupidine ſe adiunxerant, rati profligandum hoſtem quamprimũ in conſpectum uenerit. progreſſos autẽ meridiano tempore per regionem inaquoſam ad nonaginta ſtadia Mithridates adoritur, æſtu & ſiti laboreq; itineris adeo feſſos ut arma ægre ſuſtinerent, ipſe recentibus uiribus: confeſtimq; in fugam uerſis tanta cædes ſecuta eſt, ut multa uirorũ millia caderent. Anilæus autem ſtipatus globo iuuenũ effuſiſsima fuga ſe in quandam ſyluã recepit, relicta Mithridati lætiſsima uictoria. Verùm ad Anilæum breui confluxit magna multitudo perditorũ hominum, qui licentiam pluris quàm propriam ſalutem facerent: itaque detrimentum quod acceperat in prælio, ſuppletum eſt duntaxat numero. neque enim conferendi erant cum his qui ceciderant, eo quòd eſſent rudes militiæ. Duxit tamen eos contra Babyloniorum caſtella, lateq; uaſtabat omnia. Tum Babylonij reliquiq; hoſtes miſerunt Neerdam ad Iudæos qui Anilæum deposcerent ad ſupplicium. quod cum non impetrarent: neque enim illis integrum erat hominem dedere, ad pacem eos inuitauerunt. quibus tractationẽ de conditionibus pacis admittentibus, miſsi ſunt tam ab illis quàm à Babylonijs legati ad Anilæum. tum Babylonij perluſtrato diligenter loco in quo ſe ille continebat, clàm noctu irruunt in ſopitos et grauatos crapula: & impune quotquot adepti ſunt interficiunt, & ipſum Anilæum inter cæteros. Tum uero hoc metu exoneratus Babylonis populus, qui antehuc nõ auſus erat odiũ effundere in noſtros homines, cum quibus illi propter diuerſos ritus perpetuum eſt diſsidium, nunc his nunc illis præualentibus: ſublato inquam Anilæi ſodalitio, in Iudæos undique coortus eſt. Itaque non ferentes eorum uiolentiam, & ſentientes ſe ad confligendum impares, nolẽtes cum eis habitare amplius, migrarũt Seleuciam urbem eius regionis præcipuam, à Seleuco Nicanore olim cõditam. hæc commune eſt Macedonum, Græcorum, & Syrorum domicilium. eò poſtquam confugerunt Iudæi, per quinquennium nulla affecti ſunt iniuria. ſexto autem anno peſte apud Babylonem graſſante, denuo inde migratum eſt, quam multitudinem excipiente Seleucia, ſequuta eſt Iudæos maior calamitas ex huiuſmodi cauſa. in hac urbe ſemper Græcis male

cum

cum Syris conuenit, Græcorum tamen factione præponderante. quò postquam à Iudæis migratum est, eorum fauore conditio Syrorum cępit esse potior, aucta uiris bellicosis, & periculorum contemptoribus. quare Græci succumbentes, & uidentes se non posse recuperare dignitatẽ pristinam manẽte Iudæorum & Syrorum consensu, suos quisq; familiares Syros appellauerũt de pace & amicitia, id quod facile impetratum est. nam cum utrinq; primatibus cõmissum esset negotium, secuta est reconciliatio, quam ita demũ ratam fore placuit, si utriq; Iudæos cõmunibus prosequerentur odijs: eosq; ex improuiso aggressi, occiderunt supra quinquaginta uirorum millia: nec ullus euasit, nisi si quem amici aut uicini seruauit misericordia. hi deinde secesserunt Ctesiphontem urbem Græcanicã uicinam Seleuciæ, ubi quotannis rex hibernare est solitus, habens ibi maiorem supellectilis partẽ repositam: ibiq; sedes fixerunt, tutos se rati regiæ maiestatis reuerentia. Cęterum Babyloniorum ac Seleucensiũ terror omnes eius tractus Iudęos peruagatus est: quando quicquid erat Syrorum in illis regionibus, cum Seleucensibus conspirauit in eorum perniciem. quo factum est ut pleriq; Neerdam & Nisibim sere ceperint, securitatem suam reponentes in earũ munitionibus, quæ alioquin etiam habitantur à uiris bellicosissimis. Atq; ita se tunc habuerũt res Iudæorum per Babyloniam.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM

LIBER XIX.

Quomodo Caius à Chærea cæsus est. Caput I

CAIVS porro non in solos Iudæos Hierosolymis & in uicinis regionibus degentes debacchatus est, sed terra mariq; quàm late Romanum patet imperiũ, quod maioribus repleuit calamitatibus, quàm quę unquam ueterum monumentis sunt proditæ. Sed maxime Roma ipsa eius sęuitiam experta est, nihilo hac parte meliori conditione quàm urbes cæteræ, præsertim senatores ac patricij, cæteraq; nobilitas: innumerisq; iniurijs uexabantur qui uocantur equites, opibus & dignitate senatorib. proximi, utpote ex quorum ordine senatorum habeatur delectus: hi enim ignominijs afficiebantur & exilijs cædibusq; & confiscationibus, quæ tum ferè cædis accedebant pręmium. Se uero pro deo gerebat, non contentus humanis honoribus coli à subditis, & Capitolium frequentans templorum omnium in urbe celeberrimum, Iouem eius præsidem appellatione fratris salutare ausus est. Alijs quoque operibus suam declarabat insaniam, quando à Puteolis urbe Campaniæ ad Misenum alterum maritimum oppidum grauatus triremi traijcere, & alioqui ad suam dominationem pertinere existimãs, si à mari

eadem quæ à terra obſequia exigeret, ab uno promontorio ad alterum ponte iuncto medio ſinus ſpacio, curru ultro citroq; uectatus eſt: id enim demũ iter dignum eſſe maieſtate ſui numinis. Templorum etiam Græcanicorum nullum inſpoliatum reliquit, & omnes inſignis artificij tabulas atque ſtatuas edicto ad ſe comportari imperauit, quicquid ubique terrarum pulchri eſſet, in pulcherrimo loco, hoc eſt, Romana urbe ſpectari debere dictitãs. his ſpolijs palatium ſuum & hortos exornauit, alioſque ſuos receſſus per Italiam. ad hæc Iouem qui à loco in quo uniuerſis Græcis colitur, cognominatur Olympius, opus Phidiæ Athenienſis ſtatuarij, auſus eſt iubere in Vrbem tranſferri: quod tamen factum non eſt, architectis apud Memmium Regulum, cui demandatum erat hoc negotium, negantibus loco moueri poſſe illæſum ſimulachrum, & abſque uitio. aiunt etiã prodigijs fidem excedentibus Memmium uetitum, diſtuliſſe imperata facere: quæ ipſe inſeruit excuſantibus ceſſationem ſuam literis. cumque capite luendum eſſet neglectum mandatum, interitus Caij hominem exemit periculo. Eò denique inſaniæ prouectus eſt, ut natam ſibi filiam in Capitolium delatam, in ſimulachri genua deponeret, quaſi communem ſibi cum Ioue prolem, in medio ſe relinquere dicens iudicium, utro maiore parente ſit genita. atque hæc agentem tolerabant tamen homines. Permiſit etiam ſeruis licentiam deferendi ſuos dominos qualicunque crimine: quod eo grauius erat, quia ex ipſius Cæſaris authoritate, & in eius gratiam gerebantur omnia: adeo ut Claudium auſus ſit Pollux mancipium ipſius reum facere: & Caius ſuſtinuit inter iudices audire patruum dicentem cauſam capitis, ſperans ſumpturum ſe de illo ſupplicium: quod tamen ei non licuit. Itaque cum totum ſuæ ditionis orbem repleſſet ſycophantijs, & ſeruos erexiſſet contra dominos, paſsim illi tendebantur inſidiæ, alios ira ſtimulante ad uindictam acceptæ iniuriæ, alijs ipſius cæde imminentem ſibi perniciem præcauere uolentibus. Certè ius publicum, niſi illo ſublato, ſaluum manere non potuit, præcipue noſtra gens eius cæde erepta eſt ex ipſis interitus faucibus: quapropter libet mihi accurate denarrare totum negocium, uel ideo ut argumentum ſit diuinæ potentiæ, quod & in aduerſis ſoletur homines, & modeſtiæ fortunatos admoneat, ne opinione diuturnæ felicitatis falſi, neglecta uirtute in perpetuam corruant miſeriam. Tres in illius necem conſpirationes factæ ſunt, quarum ſingulæ authores habebant uiros fortiſsimos. nã Aemilius Regulus à Corduba Hiſpaniæ ciuitate oriundus manum coniuratorum circa ſe habebat, quorum opera illum tolleret. alterius Caſsius Chærea tribunus erat caput. Annius quoque Minucianus nõ paucos ad opprimendum tyrannum conciuerat. His Caius inuiſus erat, Regulo quidem quòd is natura omnem iniquitatem oderat. erat enim magnanimus, & liberali ingenio præditus, ita ut non diſsimularet ſua conſilia: quæ cum multis communicauit, uel amicis, uel alioqui uiris ſtrenuis. Minucianus uerò partim Lepidum ulciſcendi cupidine, quem illi amiciſsimum & ciuem cum primis egregium Caius occiderat: partim metu, quòd uideret eius odia ſemper eſſe exoſis capitalia, decreuit illum ferro inuadere. Chærea nõ ferebat exprobratam ſibi à Caio molliciem, & alioqui quotidiana pericula

ricula quibus propter familiaritatẽ eius erat expoſitus, optime ſe putabat nece ipſius euaſurum. Commune autem omnium illorum erat propoſitum, ſuperbæ ac impotenti eius dominationi finem imponere. ſpes enim erat, ſucceſſurum negocium, & re bene geſta ſeruandam ope ſua rempublicam, cuius ſaluti honeſtum eſſe uel uitam impendere. Sed Chærea fuit feruentior cæteris, tum cupiditate parandi ſibi clari nominis, tum quòd propter tribunatum faciliorem acceſſum habebat ad perpetrandum facinus. interim Circenſes ludi agebantur, quibus impendio delectatur Romanus populus, & alacriter in circum concurrens, quicquid deſiderat ab imperatoribus flagitat, & illi poſtulatis eius perlibenter indulgent, tum quoq; contentione magna rogabant, ut tributorum ac uectigalium releuaret onera. ille non ferens eorum uociferationes, dimiſsis militibus iubet clamatores illos paſsim correptos duci ad ſupplicium: multiq; hoc pacto capite plexi ſunt. idque tulit populus, & ceſſauit à clamoribus, exemplo doctus maiorem uitæ rationem habendam quàm pecuniæ, quòd uiderent pro importuno eius ſtudio multis repræſentatum interitum. Hæc magis etiam Chæream incitauerunt ad aggrediendum facinus, & compeſcendam immanem Caij ferociam. Et ſæpe quidem epulantem inuadere decreuerat, certis tamen rationibus id diſtulit: non quòd dubius eſſet propoſiti, ſed quia captabatur occaſio cõmodior, ut non irrito conatu rem ad effectum deduceret. iam autem non modicum tempus exegerat in prætoriana militia. tum uerò exactionibus præpoſitus, & debitis in fiſcum redigendis, quorum quædam dilatione ſolutionis conduplicata fuerant: dum in exigendo terit tempus, & afflictæ fortunæ hominum miſeratione exſequitur mandata negligentius, conciuit in ſe iram Cæſaris, non ſine probro effœminati ac ſegnis animi. nec hoc contentus, quoties ille redeuntibus uicibus ſignum à ſe peteret, fœmineum aliquod & probroſum dabat uocabulum. atque hæc faciebat, cum ipſum non puderet in quibuſdam à ſe inſtitutis ſacris uti amictu muliebri, cincinniſque & alio ornatu quo ſexum mentiretur: & poſt hæc audebat exprobrare Chæreæ turpitudinem. qui & quoties talia ſigna acciperet ferebat indigniſsimè, & magis etiam cum rideretur tradens ea militibus, eſſetque cæteris tribunis ludibrio. nam allaturo eo ſignum à Cæſare, prædicebãt fore ut afferret tale aliquod ludicrum. quapropter auſus eſt ſibi aliquot aſciſcere, iuſtam iræ cauſam præferens. in his erat Popedius uir ordinis ſenatorij, omnibus ferè perfunctus honoribus, alioquin Epicureus & tum ſectator otij. hunc detulerat inimicus eius Timidius, quòd in Caium ieciſſet conuitia: & teſtem adhibebat Quintiliam mimam, propter formam adamatam cùm alijs multis tum Popedio. quæ cum nollet amatorem ſuum falſo, ut erat, teſtimonio grauare in cauſa capitis, Timidius urgebat tormentis eam ſubijci. Tum Caius exaſperatus Chæream iubet ſine mora torquere Quintiliam, ideo potiſsimum ei ſolitus cædes & quæſtiones iniungere, quòd putaret hæc executurum inclementius, quo molliciæ notam effugeret. Quintilia porrò cum torquenda duceretur, conſciorum cuiuſdam obiter pedem calcauit, innuens ut bono eſſet animo, né ue ad tormenta ipſius expaueſceret: ſe enim ea perlaturam obfirmato animo. itaq;

crudeliter eam examinauit Chærea, non ſponte, ſed neceſsitate coactus. Cúmque illa perduraret, duxit eam in Caij conſpectum, affectam modis miſerabilibus. Cuius miſeratione indignè laceratæ imperator nonnihil flexus, Popedium abſoluit, & pecunijs ſolatus eſt mulieris calamitatem, quam fortiter æque ac feliciter tolerauerat. Id uero indigniſsimè tulit Chærea, ſic traduci putans ſuam ſæuitiam, quaſi tam immodicam, ut ipſum Caium remedium eius adhibere oporteat. quamobrem ſic Clementem & Papinium alloquitur, quorum hic & ipſe tribunus erat, ille præfectus urbanarum cohortium. Nos quidem Clemens in tuendo imperatore nunquam officio noſtro defuimus. nam noſtra opera & induſtria coniuratorum alij necati ſunt, alij tormentis intantum lacerati, ut ipſi uiſi ſint miſerabiles. Sed hæccine ſunt noſtræ militiæ munia? Tacente ad hæc Clemente, ſed uultus rubore pudorem fatente miniſteriorum talium, cæterum uerbis non auſo ſuggillare inſaniam Cæſaris, Chærea iam confidentius commemorare cœpit calamitates urbis & imperij. harum, inquit, cauſa uulgi ſermonibus in Caium refertur: ſed ſi rei diſquiratur ueritas, ego mi Clemens, & hic Papinius, & ante nos tu Romanis, immò toti humano generi horum malorum cauſa ſumus, qui mandata eius exſequimur: & cum finem imponere poſsimus eius tum in ciues tum in reliquos ſubditos debacchationibus, per tam fœda miniſteria facti ſumus ex militibus ſatellites ac carnifices, non pro libertate Romanorum aut imperio geſtantes arma, ſed pro eius incolumitate qui eorum tam animos quàm corpora in ſeruitutem redigit, contaminantéſque nos quotidie cruore cęſorum & atrociſsimis quæſtionibus, donec ipſius iuſſu ab alijs pari modo tractabimur. non enim hoc modo chariores ei reddimur, ſed ſuſpectiores potius: & alioqui aſſuetus cædibus, quas libidine moderatur, non iudicio, nequaquam conquieſcet prius quàm nos quoq; cæteris adijciat: nimirum iam deſtinatos exitio, niſi mature proſpicimus & communi libertati, & noſtriſmet periculis. Clemens autem etſi approbaret Chæreæ ſententiam, tacere tamen eum iuſsit, ne ſparſis in plures his ſermonibus, & euulgato ante effectum conſilio, raperentur ad ſupplicium. exſpectandam eſſe optabilem occaſionem, fortuito alicunde offerendam. ſibi quidem ob ingraueſcentē iam ætatem non ſatis eſſe animi: & habere ſe tutiora conſilia: nam honeſtiora ne cogitari quidem poſſe. His dictis Clemens domum ſe recepit, ſecum agitans quæ audierat, quæque ipſe dixerat. Chæreas autem nonnihil timere incipiens, ad Cornelium Sabinum & ipſum tribunum properat, quem uirum quòd non contemnendum noſſet libertatisque amatorem eximium, & ferentem ægre præſentem ſtatum reipublicæ, expeditum aliquod ab eo exſpectans conſilium, decreuit ei rem proponere, ſollicitus etiam ne per Clementem res proderetur, & omnem moram periculoſam exiſtimans in tanto negocio. hunc poſtquam libenter id accipere intellexit, ut qui iam ante pari modo animatus, ideo tantum hactenus ſiluerat, quòd cum nemine auderet communicare ſuam ſententiam: tunc uero opem etiam polliceri non modò ſilentium, magis etiam confirmatus eſt in propoſito. itaque rati non amplius cun-

us cunctandum, ambo ad Minucianum se conferunt, magnitudine animi ipsis similem, & eodem accensum uirtutis studio, Caio uero suspectum propter necem Lepidi, hominis Minuciano coniunctissimi, & insuper communi obnoxium periculo. omnibus enim honoratis Caius erat terribilis, præ cæteris in tales sæuire solitus: & iam ante significationem aliquam inter se dederant, quæ tum agebantur iniquo se ferre animo. quamuis enim metus periculi non sineret eos manifeste proferre odium quo Caium prosequerentur, tamen occultus quidam eius rei sensus mutuam inter illos beneuolentiam conciliauerat. Et quoniam Minucianus dignitate præstabat, homo cum primis ciuium nobilis, omnémque laudem meritus, soliti etiam antea plurimum illi deferre, in eo quoque congressu postulabant ut ipse initium sermonum faceret. ille rogauit Chæream, quódnam signum ea die ab imperatore accepisset. uulgatum enim iam erat per urbem, quomodo ei soleret dandis signis illudere. ibi Chærea cupide arrepta occasione, fretúsque Minuciani fide: at tu mihi, inquit, libertatem signum da: cui gratias habeo, quòd me ultro properantem excitas. neque mihi ampliori adhortatione opus est, si quidem tibi quoque idem placere uideo, & priusquam conueniremus iam antè consensimus: gladius hic quo accinctus sum, ambobus sufficiet. quare age aggrediamur opus te authore, equidem uolens ac libens sequar quocunque iusseris, adiutus tua prudentia. nec te debet tardare ferri inopia, dum animus tanto facinore dignus supereſt, à quo etiam ferrum solet efficaciam sumere. ipse certè totus feror in hoc negotium, securus quid mihi post eueniat: quandoquidem nec libet nec uacat de me priuatim dispicere in publica seruitute patriæ, sublatis legibus, & omnibus imminente à Caio pernicie. & dignus sum opinor uel te iudice cui credatur hoc ministerium, quando & tibi eadem probari uideo. Tum Minucianus sic animatum sentiens, complexus hominem collaudatum hortatus est ut pergeret, apprecatus ut superi conatus eius ratos habeant: atque ita mutuum confirmati diuersi abeunt. Ferunt hoc consilium quodam omine fuisse firmatum. Nam ingrediente curiam Chærea, uox cuiusdam è turba audita est, iubens eum, dijs iuuantibus, destinata perficere. & primo suspicatus est rem ab aliquo è coniuratis proditam: deinde intellexit incitari se aut à quopiam conscio, aut uoce dei, cui curæ sunt res mortalium. iámque multi participes insidiarum armati aderant & senatores & equites, simúlq; militum quotquot erant conscij. nemo enim erat qui non putaret necem Caij pertinere ad salutem publicam, & ideo pro se quisque dabant operam ne quis in hoc facinore cæteris uirtute cederet, cunctis tam uerbis quàm opere in exitium tyranni conspirantibus. Nam & Callistus his se adiunxit Caij libertus: qui unus plurimum apud eum poterat, socius quodammodo tyrannidis, & formidatus omnibus, abundansque pecunijs quas ex munerum corruptelis parauerat: utebatúrque immodice hac potentia, suspectum nihilominus habens principem, cuius ingenium norat implacabile, & in semel destinatis pertinax. ipsi autem inter alias periculi causas hæc erat non postrema, quòd esset pecuniosus nimium. quare ad

Claudium clàm deſciſcebat, colens eum quòd ſperaret ſucceſſurum in imperium, & iam tum obſequijs captans eius gratiam, quò tandem apud illũ quoque eſſet in precio. nam & iactauit apud eum, iuſſum ſe ut ueneno ipſum tolleret, & hactenus ſemper commentum differendi cauſas innumeras. Videtur autem mihi hoc finxiſſe in gratiam Claudij. nec enim ille ſi patruum necare uoluiſſet, tuliſſet excuſationes Calliſti: & liberto ceſſanti imperata facere mox repræſentatum fuiſſet meritum præmium. Claudius tamen qui diuino quodam fauore Caij furorem euaſit, gratiam Calliſto perſuaſus habuit pro nunquam accepto beneficio. Cæterùm Chæreæ conatus differebantur indies conſciorum quorundam ſegnicie. nam ipſe inuitus cunctabatur, omne tempus patrando huic facinori opportunum iudicans. etenim aggredien di aſcendentem in Capitolium ad mactandas pro filiæ ſalute uictimas ſæpe dabatur occaſio: uel præcipitandi in forum è faſtigio baſilicæ, numos inde aureos & argenteos ſpargentem populo: uel opprimendi celebrantem arcana ſacra quæ ipſe inſtituerat. nam ipſe Caius incautus erat propter ſecuritatem, licet uerſaretur inter continue præparatos ad inſidias. Itaque inter ſuos iactabat Chærea, ſi putarent illum à dijs ſeruari, ſibi uni & animum eſſe & facultatem, uel abſque ferro conficiendi hominem: adeò infenſus erat coniuratis, timens ne elaberetur occaſio. at illi uidebant quidem eum pro communi libertate ſollicitum, poſtulabant tamen pauliſper differri negocium, ne ſi parum ſuccederet, turbaretur tota ciuitas, & factis inquiſitionibus præcluderetur uiris fortibus ad opprimendum tyrannum aditus. ſatius igitur eſſe dum ludi aguntur in palatio adoriri facinus. hi celebrantur in honorem Cæſaris, qui primus dominationem à populo in ſe tranſtulit. & exſtructa ante regiam ſcena, conueniunt eò ſpectatum Romanorum nobiles unà cum uxoribus ac liberis, præſente etiam principe. ibi cõcluſis tam multis millibus intra modicum ſpacium, conatum facile ſucceſſurum, non ualentibus etiamſi uelint ſuccurrere protectoribus domeſticis. Aſſenſit Chæreas, decretúmq; eſt primo ludorum die rem aggredi: ſed plus fortuna potuit quàm conſiliũ, ita ut uix tertio ſtatuta peregerint, qui fuit ludorum dies ultimus. tum Chærea ſocijs conuocatis: multum, inquit, elapſum eſt temporis, quod nobis ſegniciem exprobrat in honeſtis conſilijs: quæ uerendum eſt ne prodita in nihilum recidant, & Caius exaſperatus magis etiam ſæuiat. An non uidetis quòd ad hunc modum nihil aliud fit quàm libertatis detrimentum, & tyrannidis acceſsio? cum debeamus nobis primùm ſecuritatem parare, deinde alijs perpetuam felicitatem, unde ad nos & gloria maxima reditura ſit. illis uero tam honeſto propoſito non contradicentibus, cunctantibus tamen adhuc, & per ſtuporem ſilentibus: quid, inquit, boni uiri, differimus? an neſcitis hunc eſſe ſpectaculorum diem ultimum, poſt quæ peracta Caium eſſe nauigaturum? Decreuit enim nauigare Alexandriam Aegypti uiſendæ gratia. pulchrum uero fuerit, ſi emittamus è manibus hoc propudium hominis, terra marí que triumphaturum de Romanorum ignauia. An non ignominioſum ſit, nos Aegyptio cuipiam libertatem oppreſſam non ferenti hanc gloriam cedere: ego certe deliberationes ueſtras non exſpectabo amplius, ſed pericu-

periculum faciam hodie, ita ut fortem uirum decet quicquid fors ferat liben tius perpeſſurus, quàm ut me uiuo alius laudem tyrannicidæ occupet. his dictis & ſeipſum accendit, & cæteris animum addidit, ut omnes ſine dilatione rem aggredi cuperent: móxq; palatium armatus gladio petijt, quod ita mos ſit accinctos tribunos ſignum ab imperatore petere: & fortè ea die uices petendi ad ipſum redierant. Et iam confluebat multitudo ad palatium, magno tumultu ſe inuicem protrudendo, dum quiſque locum ſpectandi præcipere nititur, magna uoluptate hanc contentionem ſpectante Caio: quòd nec ſenatoribus aſsignata eſſent loca, nec equitibus, ſed promiſcue ſedebant uiri cum mulieribus, & ſerui confuſi cum ingenuis. progreſſus deinde imperator rem diuinam fecit Auguſto Cæſari, ad cuius tum honorem ludi celebrabantur: & cadente uictima cõtigit reſpergi cruore togam Aſprenatis unius è ſenatorum numero, quod ominoſum ei fuit, licet tum riſu exceptum à Cæſare. nam & ipſe in eo tumultu occiſus eſt. Fertur Caium ea die præter naturam ſuam fuiſſe affabilem, ita ut inſueta cõmitate omnibus fuerit miraculo. Peracto ſacro conſedit inter amicos in theatro, quod compactile inſtaurabatur per ſingulos annos hoc modo. duas habebat ianuas, alteram uerſus ſubdiualem aream, alteram uerſus porticum, per quam actores ingrediebantur & egrediebantur, non turbato ſpectatorũ conſeſſu: qua parte erat cella quædam tabulatis interſepta, ubi mimi uerſabantur, & muſici. Cúmque iam & multitudo cætera ſederet, & Chærea cum reliquis tribunis non procul à Cæſare, qui dextrum theatri cornu tenebat: Batibius uir prætorius ſubmiſſa uoce rogauit aſsidentem ſibi Cluuitum conſularem, ecquid noui audiſſet. quo negante, ergo, inquit, ſcito inſtare hodie certamen tyrannicidij. tum Cluuitus, tace, inquit, bone uir, ne quis hæc Achiuorum exaudiat: alludens Homèrico carmine. Sparſis deinde in ſpectatores miſsilibus, quæ pomis conſtabant & auibus propter raritatem gratis, Caius delectabatur diripiente hæc certatim populo: móxque duo quædam ominoſa ſecuta ſunt. Nam mimus inductus eſt in quo iudex deprehenſus in crucem ſuffigitur: et fabula acta eſt Cinyra, in qua & ipſe & eius filia Myrra occiditur: multúmque ficticij cruoris fuſum eſt tam circa crucifixum, quàm circa Cinyram. quin & eundem diem fuiſſe aiunt, quo olim Philippus Amyntæ filius rex Macedonum ab amico Pauſania cæſus eſt dum theatrum introgreditur. Cæterùm Caio dubitante, permaneret ne uſque finem ſpectaculi, præſertim cum dies eſſet ultimus: an lotus & cibo ſumpto reuerteretur, ut erat ſolitus: Minucianus ſupra Caium aſsidens, ueritus ne periret occaſio, iam enim Chæream egreſſum uiderat, ſurrexit iturus ad confirmandum hominem. eum imperator comiter apprehendens lacinia, quó nam, inquit, bone uir. quem ille reueritus ſedit denuo. ſed uicit timor: & paulo póſt rurſum ſurrexit, Caio non amplius retinente, quod eum putaret abire ad aliquid neceſſarium. Tum Aſprenas etiam hortatus eſt Cæſarem, ut more ſolito lotus & pranſus tum demum reuerteretur: cupiebat enim ut conſcius quod ſtatutum erat peragi. Et iam Chærea coniuratos diſpoſuerat, ut ſuo quiſque loco nauaret operam: ægreque moras ferebant, quòd iam eſſet hora nona diei: & Chæreas uolebat

bat in theatrum reuerti, atq; in ſedentem irruere. quamuis enim intelligeret id ſine multa equitum qui aderant ac ſenatorum cæde non poſſe fieri, exiſtimabat tamen eam bene rependi libertate publica. iamq; tendebat in theatrū, cum ſubito ſtrepitu ſignificatur ſurrexiſſe Cæſarem. Tum coniurati turbam dimouent, quaſi Caio hoc uolēte: re autem uera captantes ſolitudinem quo facilius poſſent cędem perficere. præcedebant autem eum Claudius patruus, & M. Minutianus ſororis eius maritus, & Valerius Aſiaticus, quos dimoueri uetabat ſua dignitas. eos ipſe ſequebatur cum Paulo Aruntio. mox ubi regiam ingreſsi ſunt, relicta recta uia per quam eum præſtolabantur ſeruorum miniſteria, & quà Claudius cum alijs præceſſerat, deflexit ad infrequentem quandam cryptam ducentem ad balineas, pueros etiam eo loco uiſurus qui uenerant ex Aſia, partim ad concinnandos hymnos ſacrorum domeſticorum, partim ad ſaltandam pyrrichen in theatro. ibi occurrens ei Chærea ſignum poſtulat. & illo probroſum quiddam dante, conuitio ſimul ac ferro eum adortus ferit grauiter, non tamen letali uulnere: quod quidā data opera factum putant, ut multis ictibus conſauciatus periret cruciabilius, mihi nō fit ueriſimile, quia tale facinus nō admittit lenta conſilia. quòd ſi hoc animo id fecit Chærea, uidetur mihi fuiſſe omnium ſtultiſsimus, qui maluerit indulgere iracundiæ, quàm celeriter ſe ac ſuos eximere periculo: maxime quando non deerant qui Caio poſſent ſuccurrere, niſi quamprimum exhalaret animam. alioqui uidebitur ſe & amicos potius quàm illū affligere uoluiſſe, cum poſſet re bene geſta clam ſe ultoribus eius ſubducere, non perdendo temere tempus, uel ſeipſum potius. Verum hæc quiſque ut libuerit æſtimet. Caius porrò præ dolore uulneris, quod humerum inter & collum impactum ne ulterius procederet oſſe iuguli retentum eſt, neq; exclamauit attonitus, neque inuocauit opem amici ullius, ſiue quòd nemini ſatis fideret, ſiue præ ſuperbia: gemitu tantum edito, fuga ſe proripiebat ulterius. quem paratus in hoc Cornelius Sabinus impulit ut in genu procideret: móxque circumſiſtentium una uox erat, repete, atque ita confecerunt eum, illatis certatim crebris ictibus. extremum autem inflixiſſe fertur Aquila, qui ultimum exitium illi attulit. author autem facinoris merito Chærea dicendus eſt. quamuis enim adhibuerit ſocios, omnium tamen primus id concepit animo, & modum perficiendi inuenit. primúſque auſus eſt conſilium communicare cum alijs. quod ubi probari ſenſit, coniuratos in unum contraxit uſus eximia prudentia, & ad audendum accendit crebris adhortationibus: cumque res operam poſceret, hic quoque primus in eum irruit, & ſua uirtute cædem exorſus, trucidati cadauer proculcandum alijs præbuit. quapropter merito quicquid & à ſocijs perpetratum eſt, ipſius prudentiæ, induſtriæ atque uirtuti, acceptum ferendum eſt. Sic Caius finijt multis confoſſus uulneribus. Quo interfecto, Chærea cum ſocijs recipere ſe quà uenerant, uidebat impoſsibile: ſiue attoniti magnitudine facinoris, quòd non leue eſſet periculum occidiſſe imperatorem gratioſum apud inſanam multitudinem, paratis ad ultionem militibus: ſiue quòd anguſtæ erant uiæ ubi patrata eſt cædes, & refertæ famulis ac cuſtodibus, qui omnes ea die præſto erant ad officium. proinde per

aliam

aliam uiam contulerunt ſe ad ædes Germanici, cuius filium Caium tum neca uerant. hæ fuerunt contiguę palatio: quod ita unum erat, ut tamen excultum eſſet ædificijs per partes à ſingulis imperatoribus, quorũ appellationem reti nebant. iamq; elapſi è turba ſatis tuti erant pro tempore, tantiſper dum in oc culto eſſet caſus Cæſaris. primi autem Germani ſenſerunt eius interitum, cohors ſatellitũ ex ea gente lectorum ad principis cuſtodiam: homines natura iracundi, ut quiuis alij barbari, quòd plerunq; quid fiat non intelligant, robuſti corpore & primos hoſtium impetus excipere ſoliti, & magnum ad uictoriam momentũ afferre in quamcunq; partẽ incubuerint. hi cognita mor te Caij uehementer indoluerunt, nõ ipſius uirtutibus rem metientes, ſed ſuis cõmodis, quòd gratioſus apud illos fuerat crebris largitionibus beneuolentiam eorũ ſibi comparans: moxq; duce Sabino (is non ſua aut maiorũ uirtute, ut qui gladiator fuerat, ſed inſigni robore ad tribunatũ prouectus eſt) ſtrictis gladijs diſcurrebant per domos ſcrutabundi ubi nam laterẽt interfectores Cæſaris: & primum forte oblatum Aſprenatem fruſtatim lacerauerunt, eum cuius togam cruore uictimæ reſperſam diximus, infauſto ſanè auſpicio. poſt hunc Norbanum nacti ſunt ciuem nobiliſsimum, & genus ducentem à multis imperatoribus: qui nihili apud furentes fieri ſuam dignitatem uidẽs, homo ualidus extorſit gladium reluctanti ei qui primus ſe inuaſerat: uideba turq; non inultus moriturus, ni circumdatus multorũ ſimul obrueretur ictibus. tertius è ſenatoribus Anteius cum paucis mala fortuna ſicut priores in Germanos incidit, pertractus eò cupidine uiſendi Caij cadaueris, quem uehementer oderat. eius enim patrem eodem nomine appellatum non contentus egiſſe in exilium, occidit poſtremo miſsis illò militibus. paſcebat igit̃ oculos gratiſsimo ſpectaculo: uerũ audito tumultu latebras quæritans, non effugit Germanorũ diligentem perquiſitionem, per iram fontes iuxta atq; inſontes trucidantium. & illi quidẽ tali fato abſumpti ſunt. cæterum poſtquam in theatrum rumor de morte Caij perlatus eſt, plus demirationis inuenit quàm fidei. quidam enim etſi perlibenter interitum eius acciperent, quem iamdudum optauerant, præ timore tamen credere non audebant. alijs contra ideo non libebat credere, quia uerũ eſſe nolebant, atq; etiã maius putabant quàm ut humana uirtute poſſet effici. hi fere erant pueri ac fœminæ atq; mancipia, tum nõnulli ex militibus: quòd eius ſtipendia merentes ſimul exercerent tyrannidem, miniſtri ſuperbiæ, concutientes optimũ quemq; ciuium, & prædarum participes. mulieres autem & iuuentus deliniti, ut ſolet uulgus, ſpectaculis, muneribus gladiatorijs, uiſceratiõibus, oblectamentisq; id genus alijs: quarũ prætextus erat uoluptas populi, re autem uera ſeruiebãt crudelitati & inſaniæ principis. apud ſeruos item gratioſus fuerat, ꝓpter licentiã contemnendi dominos, cõtra quos in eo paratũ habebant præſidiũ. Facile enim erat fidẽ impetrare confictæ calumnię, & indicata herili pecunia non libertatem ſolũ aſſequi, ſed & diuitias, ꝙ delatoribus octaua confiſcatorũ bonorũ eſſet decreta. nobilium aũt etiamſi quibus credibile fieret, uel ꝙ aliquid præſenſerant, uel quòd uerũ eſſe miſere cupiebant, adeo nõ proferebant gaudium, ut ne audiuiſſe quidẽ ſe fingerent: alij ne ſpe fruſtrata proditæ uolũtatis pœnas luerent: inſidiarum alij conſcij, & tanto magis præ ſe ferentes ignorantiã, ne

forte

forte ſuſpecti his quibus expediebat tyrannũ uiuere, depoſcerentur ad ſup-
plicium. nam & diuerſus rumor ſparſus eſt, eſſe quidem ſaucium, non tamen occiſum, uerùm diligenter curari à medicis. quõ factũ eſt ut audientiũ nemo declararet ſuum animũ: aut enim amici eius erant, qui nunciabãt, & hoc ipſo ſuſpecti quaſi fautores tyrannidis: aut contrà infenſi homini, & ideo nimis cupide etiam falſa pro ueris credita cõmunicare cum alijs putabãtur. acceſsit & alius rumor, qui maxime nobilitatis obſcurauit gaudiũ: eum contempto uulnerũ periculo, ſic ut erat cruentatum procurriſſe in forum, atq; ibi concionari apud populũ: ita illi in diuerſos affectus diſtrahebant rumore anciſpiti: nõ tamen loco ſe mouere auſi ſunt metu calumniæ, ſcientes non tam referre quo ipſi animo id facerent, quàm quo factũ interpretarentur delatores & iudices. Sed poſtq; Germani ſtrictis gladijs circumdedere theatrũ, nemo ſpectatorũ non putabat de ſe actũ, & ad cuiuſuis ingreſſum expaueſcebant, quaſi iamiam contrucidandi: hærebantq; inopes conſilij, ut quibus nec manere tutum eſſet, nec egredi. tandẽ irrumpentibus militib. clamor toto theatro tollitur ſuppliciter deprecantiũ, & excuſantium inſidiarum ignorãtiam, ſiue inſidiæ illæ fuerint, ſiue quid aliud: addebant & planctus, & lacrymas, deosq; innocentiæ teſtes inuocabant, & alia faciebant ac dicebant, quæ eos docebat præſentaneum uitæ periculũ. His flexa eſt ira militũ, ne quid durius in ſpectatores conſulerent: quandoquidẽ hoc ipſum quamuis furentib. immane uidebatur, circumlata cæſorũ cum Aſprenate capita, & in ara depoſita, quorũ aſpectu nihil miſerabilius uiſum eſt ſpectatoribus, dignitatẽ eorũ & infelicitatẽ reputantibus, & de ſe quoq; ſolicitis, quòd incerti eſſent etiamnum an omnino periculum euaſerint. itaq; etiam qui iuſtiſsimis odijs Caium proſequebantur, non tamen ſincerũ capiebant gaudium, timentes ne auctarium eius cædis fierent, nulla certa ſpe oſtendẽte ſe miſeris. Tandẽ Aruntius homo gratioſus, qui uocalis erat utpote præco rerũ uenalium, paraueratque ſibi ex eo quæſtu diuitias ingentes cum pari potentia, theatrũ ingreditur habitu quàm maxime ad luctum compoſito. quamuis enim infenſiſsimus eſſet Caio, tamen urgente præſenti diſcrimine ad diſsimulandam lætitiam, præferens inſignia mœroris omnia, quibus uti mos eſt in chariſsimorũ deſiderio, nunciat eius mortem, non paſſus multitudinẽ diutius ignorare quæ acciderant. deinde cœpit reuocare Germanorũ impetũ, ſimulq; tribuni iubebant gladios recondere, ſignificantes imperatoris interitum: quæ quidem certiſsima ſalus fuit conſtipatæ in theatro multitudinis, & eorũ qui quomodocũq; inciderent in Germanos: qui ſi aliquã ſpem incolumitatis illius habuiſſent, à nullo abſtinuiſſent maleficio. adeo illũ diligebant, ut ſuarũ animarũ iactura redemptam ſalutẽ eius cuperent nullo reſpectu calamitatis reipublicæ. itaq; tum demum cognita eius morte cohibuerunt impetum quo in uindictã ruebant, uel quod iam non amplius erat tempus declarandæ beneuolentiæ, aut referendæ gratiæ: uel quia timebant non impune ſibi fore tantam uiolentiã, ſenatu in ſe animaduerſuro ſi forte ad eum rediret rerũ regimen. Sic tandem Germanorũ rabies ſedata eſt, per Caij cædem paulo antè excita. Cæterũ Chærea qui ualde timebat Minuciano, ne periret in furentes Germanos incidẽs, ſingulos militum prenſabat, de eo rogitans, precibúſque commendans eis

ſalutem

ſalutem hominis: quo factũ eſt ut ille unà cum Clemente ad eum perductus collaudarit tam egregium facinus, teſtatus id eſſe è republica, eiq; ſenatus nomine gratias egerit, quòd nec in deliberando conſiliũ, nec in peragendo animus illi defuerit: dicens hanc eſſe naturã tyrannidis, ut elata breui uoluptate ex impotentis & iniquæ dominationis licentia, infelicem ſortiatur uitæ exitum, ut inuiſa bonis omnibus: quod & Caio tunc accidiſſe, qui iam tum ante conſpirationẽ initam legũ contemptu, & non ferendis iniurijs etiã amiciſsimos à ſe alienauerit, à quibus nunc peremptus uideatur, cum reuera ipſe ſibi exitij cauſa fuerit. Iamq; & in theatro ſpectatores tumultuabundi conſurrexerant, huiuſmodi occaſiõe diffugiendi præbita. Arcyon medicus correptus ut curaret quoſdam ſaucios, prætextu parandorũ remediorũ dimiſit proximos: re aũt uera ut ſeſe præſenti periculo eximerent. Interea ſenatus in curiã conuenit, populusq; in comitiũ confluens trucidatores Caij quærebat, & is quidẽ ſerio, ſenatus uero tantũ in ſpeciem. cumq; Valerius Aſiaticus uir conſularis progreſſus eſſet ad tumultuantes & indignantes latere interfectores Cæſaris, multis eum rogantibus quiſnam eſſet eius cædis autor, Vtinã ego, inquit. Conſules aũt edictum propoſuerunt, in quo continebatur Caij accuſatio, iubentes ut domũ redirent tam populus q̃ milites, populo quidem magnam relaxationem pollicendo, militibus uero præmia, ſi modo nihil turbarent & abſtinerent ab iniurijs. nam metus erat ne exaſperati clade aliqua ciuitatem afficerent, né ue ad rapinas uerterent & ſacrilegia. iam autem totus ſenatorũ ordo conuenerat, præcipue qui cædis erant conſcij: audebantq; ſperare aliquid, quaſi ad ſe deuoluto rerum moderandarum arbitrio.

Quomodo Claudius principatum adeptus ſit. Cap. II

IN hoc rerum ſtatu repente Claudius domi arripitur. Conuenientes enim in unũ milites, & collatis de rebus gerendis conſilijs, uidebant populum non ſuffecturum tot urgentibus negotijs, ſi ad ipſum rediret rerũ adminiſtratio: nec ſibi utilem eam fore, ſi deſinerent eſſe miniſtri principatus & quodammodo ſocij. optimũ igitur uiſum eſt rebus adhuc turbatis principem eligere Claudiũ, defuncti patruũ, nemini eorum qui tum in ſenatum coiuerant non præferendũ, ſiue natalium claritatis, ſiue liberalis eruditionis habenda eſſet ratio; qui cõſtitutus in rerũ faſtigio præmia cuiq; pro meritis decernat. hæc ſentẽtia ſimul approbata eſt, & Claudius correptus à militibus: In ſenatu autẽ Cn. Sentius Saturninus, nõ neſcius Claudium raptum, & inſtare uirtutis certamen, quaſi protruſus, nec tamen inuitus, intrepide orationem dignam ingenuis & generoſis auditoribus exorſus eſt in hanc ferme ſententiam. Etſi incredibile uidetur, Quirites, quod præter omnem ſpem nobis offertur poſt tam longũ temporis ſpaciũ, tenemus tamen libertatem, incertũ quidem quàm diu manſuram, & in poteſtate deorum ſitam quorũ hoc munus eſt: ſed quæ in præſens certè exhilarare nos ualeat, quicunque ſequatur exitus. bonis enim uiris iucundum eſt uel unam horam liberos in libera patria uiuere, ueteriſq; illius & florentis reip. aliquem guſtũ capere. equidẽ priſcæ illius libertatis non memini, ut poſt eam ſublatã natus, præſentis ſanè ſum cupidiſsimus, & felices exiſtimo quibus datum eſt in illa naſci atq; inſtitui honeſtis ſtudijs: proximumq; poſt deos im-

mortales honorẽ his uiris habendum cenſeo, quorũ uirtute uel ſerò tandem hac ætate nobis eam deguſtare contigit: quæ felicitas utinam perpetua propagetur ad poſteros. nam nobis uel hæc dies ſufficit, tam iunioribus noſtrũ quàm ſenioribus: his quia non omnino ignari bonorũ libertatis morientur libentius: illis quia uirtutis exemplũ recens propoſitũ eſt, quod æmulari ſit longe pulcherrimũ, & non degenerare à claris maioribus. quamobrẽ nihil nobis magis curandũ eſt, q̃ ut cum uirtute uiuamus, quæ ſola libertatẽ parit ſuis cultoribus. mihi res ueterum auditu tantũ ſunt cognitæ. ex his uero quæ ipſi uidere licuit, ſatis intellexi quantũ malorum ciuitates inuehant tyrannides, uirtutem omnem de medio tollentes, & opprimentes ingenuos ſpiritus, metum contrà atq; adulationem docentes, quando non iuxta legum prudentiam, ſed ad arbitratum principum adminiſtrantur omnia. Ex quo enim Iulius Cæſar poteſtatẽ populi diminuit, & proculcatis legibus ſubuertit rempublicam, oppreſſo iure ſeruiẽs ſuis cupiditatibus, nullum malorũ genus eſt quo non attrita ſit ciuitas, dum inter ſucceſſores eius poſterior quiſq; præcedentem ſtudet uincere in abolendis patriæ moribus, & exhaurire urbem generoſis ciuibus: q̃ exiſtimarent hoc ad ſuam pertinere ſecuritatem, ſi rem habeant cum deprauatis hominibus, & optimorũ uirorum non ſolũ magnanimitatem premant, ſed ipſos etiam perdant non uno mortis genere: idq; cum multi iam deinceps in poteſtatis faſtigio collocati fuerint, & ſinguli non ferendis grauaminibus onerauerint rempublicam. Quorũ unus Caius qui ho die fato ſuo functus eſt, grauiora patrauit q̃ cæteri, non in ciues ſolũ, ſed & cognatos & amicos pariter immittens indomitam ſuam iracundiam, & iniuſtas pœnas eis infligens, infenſus dijs ſimul & hominibus. Tyrannis em̃ nõ ſufficit uoluptatũ ſtudiũ & ſuperbia, neq; rapinæ & adulteria, ſed præcipuũ cõmodum ducunt ſi inimicorum totas exſcindant familias. pro inimicis autem habent omnes liberos, nec ad placandos eos ulla iniuriarũ patientia eſt efficax. etenim cõſcij ſibi quàm multis malis oppleuerint homines ſubditos, etiamſi illi contemptim ferant ſuum infortuniũ, ipſi tamen maleficentiæ ſuæ memores, ita demũ ſecuritatem ſibi pollicentur, ſi illos poſsint omnino tollere. His malis leuati, & nemini niſi uobis inuicẽ obnoxij, id quod & preſentis cõcordiæ & futuræ ſecuritatis certiſsimũ pignus eſt, inſtaurate collapſum ciuitatis decus, & iuſta cura rempub. in priſtinam integritatem reſtituite. Liberum eſt ſententias proferre de his quæ diſplicent, quando nullus dominus ceruicibus imminet, cui poteſtas ſit in earum authores animaduertere. quid enim aliud nuper creſcentem tyrannidem aluit, quàm iſtorum ſegnicies, qui nulli in re libidini eius refragati ſunt? quietis enim uoluptate uicti, & aſſueti mancipiorũ more uiuere, dum honeſtæ morti turpem uitam præferunt, conieecerunt ciuitatẽ in calamitates nõ ferendas, quas partim audiuimus, partim uidimus. Ante omnia uero tyranni interfectoribus honores quàm maximos decernite, Chæreæ præcipue: qui uir dijs fauentibus tum conſilio tum manu nobis libertatem peperit: cuius rationem haberi decet, ut pro adito libertatis amore periculo, à liberatis digna præmia recipiat. honeſtiſsimũ enim eſt benefactoribus gratiam reponere, qualis & uir hic habendus eſt, Brutorum ac Caſsiorũ æmulus interfectorũ Iulij Cæſaris: & hac parte anteferendus, quòd

illorum

illorum opera bellis ciuilibus perturbatũ eſt totum Romanũ imperium: hic uero cæſo tyranno omnib. malis ciuitatẽ eripuit. Hæc Sentius ſenatu magna cum uoluptate audiente, & quotquot equitũ aderant. tum exſurgens Trebellius Maximus, anulũ ei detrahit, in quo lapillus erat incluſus inſculptam habens Caij effigiem: quod ille tum intentus aliò nõ animaduerterat: ſtatimq; ea confracta eſt. Et iam nox proceſſerat, cum Chærea ſignũ à conſulibus petijt: atq; illi libertatem dederunt. adeò autẽ mutatas res mirabantur, ut ipſis ſibi uix ſatis crederent. tunc enim primum ex quo reip. adminiſtratio populo eſt adempta, ſigni dandi mos ad conſules redijt, penes quos ante Cæſares imperiũ fuit in milites. id acceptũ Chærea militibus tradidit his qui à ſenatu ſtabant, uidelicet quatuor cohortes amantiores imperij legitimi q̃ tyrannidis. hi mox abierunt cum ſuis tribunis, pauloq; poſt etiam populus lætus ac ſpei plenus, multũ ſibi placẽs ob reuerſam in priſtinũ ſtatum rempublicã, & Chæreæ nihil nõ tribuens. Is indigne ferens ſupereſſe uxorẽ Caij & filiã, mittit unũ è tribunis Iulium Lupũ, qui utramq; interficiat: ideo potiſsimùm illi demandato negotio, q̃ Clementis eſſet cognatus, & dignus ut in partẽ ueniret tyrannicidij, quaſi totius conſilij à principio cõſcius. non deerant tamen è coniuratis quidã, quibus crudele uideretur ſæuire in mulierẽ, quãdo Caius non ipſa incitante, ſed ſuopte morẽ gerens ingenio ciuitatẽ afflixerat, & florem nobilitatis extinxerat: alij contrà illam potiſsimũ malorũ omniũ cauſam aſſeuerabãt, à qua amatorio potionatus inciderat in inſaniam, atq; ita unam ueneficam attuliſſe toti Romano orbi calamitates maximas. quorũ ſententia poſtremo uicit, & Lupus properauit ad hoc miniſteriũ, ne quid moraretur publicum cõmodum. cumq; ueniſſet in palatiũ offendit Ceſoniam humi ſtratam iuxta mariti cadauer, inopem omnium quæ ſolent exhiberi mortuis, & fœdatam cruore uulnerũ, afflictantem ſe cum iacente ſimul filia. nec alia uox eius audiebatur quàm Caij accuſatio, quòd amantiſsimæ uxori non paruiſſet præmonenti toties. quod quidem tum ambiguũ uiſum eſt, ſicut nunc quoq; duplicem interpretationem recipit: alijs ſic intelligentibus, conſuluiſſe eam ut rediret ad ſaniorem mentẽ, & in ciues ſæuire deſineret, moderatũq; principem ageret, ne fortè prouocati eius crudelitate, parem ei uicem reponerẽt: alijs cõtrà, inſtigaſſe eam maritũ ut ſine mora coniuratos plecteret, & quamuis nihil comperti haberet quod animaduerſione dignũ ſit, ſuæ tamen ſecuritati proſpiceret. idq; tum exprobratum illi, quòd etiam admonitus ſegnior fuerit. adeò in diuerſum ſenſum trahebantur uerba mulieris. quæ dum aduenientem Lupum animaduerteret, oſtenſo iacentis cadauere, cum lacrymis & lamentis rogabat ut propius accederet: utq; ſenſit cædis cauſa eum ueniſſe, non magni pendentem uerba nihil ad ſuum propoſitum facientia, cõfeſtim nudatum iugulum præbuit, miſerabiliter ſuam conditionem deplorans; & urgens ne differret inceptæ à ſocijs fabulæ extremum actum addere. atque ita magno animo necem pertulit, cuius comitem habuit etiam filiam infantulã: quod mox ipſe factum renunciauit Chæreę. Ita Caius quarto ſui principatus anno finijt, uir & ante principatum maleficus, uoluptatibus deditus, & fautor delatorum, periculorumq; metuens, atque ea de cauſa ſanguinarius, unicum fructum potentię exiſtimans ſi abuteretur ea contra immeritos, & prę-

das ex iniuſtis cædibus ac rapinis ageret: attollens ſe ſupra humanum faſtigium, & diuinitatis opinionẽ affectans, populariq; aſſentatione deprauatiſsimus: legum cancellos non ſecus quàm uirtutis impedimenta abominans, & ne intimam quidem amicitiam pili faciens, quoties ira ſtimularetur ad uindictam ac ſupplicia: oſor bonorũ uirorũ omnium, quicquid collibuiſſet citra omnem contradictionẽ licere ſibi poſtulãs. quare ne à ſororis quidẽ germanæ ſtupro abſtinuit, ex quo illi maxima apud ciues exorta eſt inuidia, ꝓpter incredibilem & multis retro ſeculis inauditam libidinis licentiam. opus autẽ eius regale aut magnificũ nullum eſt memorabile, aut excogitatum ad utilitatem hominum, præter receptacula exſtructa circa Rhegium & Siciliam nauibus frumentarijs ex Aegypto uenientibus. hoc enim citra controuerſiã maximum opus eſt, & utiliſsimũ nauigantibus. ac ne id quidem abſolutũ eſt: ſed imperfectum manſit remiſſa contentione operantium. In cauſa fuit ſtudium rerum inutiliũ, & quòd pecuniam in priuatas ſuas uoluptates inſumere maluit, quàm in publicam magnificentiam. alioquin orator facũdus, & peritus utriuſq; literaturæ tam Græcanicę quàm patriæ: facileq; intelligebat omnia, ad quorumuis orationes reſpondens ex tempore: & uel in maximis negotijs ſuadendi facultate præditus ſiquis alius, quam uel ingenij felicitate, uel diuturna exercitatione ſibi parauerat. ad cuius laudis æmulationem magnos ſtimulos ei pater addiderat, Tiberij qui ante hũc imperauit ex fratre nepos, eximius in hoc ſtudiorũ genere, à quo degenerare in hac parte erubuit, qua cæteros ciues à tergo reliquerat. nec tamẽ ei bona inſtitutio profuit, quo minus licentiam adeptus perniciem ſibi accerſeret: intantũ ardua res eſt eos ſapere, quibus adeſt quid uis faciẽtibus impunitas. Vſus enim honeſtiſsimis amicis à principio, quo facilius bonam opinionẽ ſibi pararet, tandẽ eos à ſe alienauit uſurpanda immodica licentia, quorũ odijs indies gliſcentibus poſtremo
111 per inſidias eorundẽ oppreſſus eſt. Cæterũ Claudius, ut ſuprà dixi, cognito Caij caſu, & hac de cauſa perturbatione totius palatij, de ſua ſalute anxius latebat in quodam angulo, nullam periculi cauſam habens præter claritatem natalium. nam priuatã uitam agens permodeſte ſe geſſerat, uel mediocri ſtatu contentus, literisq; ſe oblectabat Græcis maxime, omnem negotiorũ deuitans ſtrepitũ. tum uero attonita uulgi multitudine, regia referta diſcurſantibus cum furore ac conſternatione militibus, plebe quaſi metu dominationis ſoluta ultro citroq; ruente temere, prætoriani qui potiores habent inter reliquos milites, cõſultare cœperunt quid agendũ ſit, nõ tam ſoliciti de nece principis, quem iure cæſum exiſtimabant: q̃ quomodo rebus ſuis proſpicerent, Germanis in interfectores ſæuiẽtibus, ſuimet reſpectu magis quàm utilitatis publicæ. quæ omnia magis audebant trepidationem Claudij, maxime cum uideret circumferri Aſprenatis & unà cum eo cæſorum capita. ſtabat enim in quodã loco gradibus aliquot acceſsibili, obſcuritate eius ſe occulens. ibi Gratus unus è palatinis militibus, non ualens ſatis uultum eius diſcernere præ tenebris, hominem tamen eſſe uidẽs qui latere cupiat, propius acceſsit, licet rogatus ut diſcederet: & tandem protractum agnouit, inclamans alios ſequentes, profecto hunc eſſe Germanicum, dignum qui uacantem imperatoris locũ occupet. Tum Claudius uidẽs eos paratos ut ſe rapiant, metuenſq;

ne

ne iubente Caio plecteretur capite, rogabat ut ſibi parcerent, innocentiam ſuam commemorans, & excuſans ſe inſcium rerum omnium. ad quę Gratus ſubridens dextra prehenſum ſic alloquitur. Deſine de incolumitate eſſe ſolicitus, cum potius debeas animũ ad principatum erigere, quem dij Caio ſublato tuæ uirtuti offerunt, orbem terrarum tandem reſpiciẽtes feſſum calamitatibus. quare age maiorum tuorum ſolium recipe. moxque attollunt eum in humeros non ualentem præ metu ſimul ac gaudio pedibus inſiſtere. iam em̃ complures prætoriani circa Gratum uerſabantur, ita ut quidã putantes Claudium rapi ad ſupplicium, miſerarentur ut hominem innoxium, & qui totam ætatem exegiſſet in ocio, ac ſæpe ſub Caio adductus eſſet in uitæ periculum: quidam etiam dictitarent, ad conſules pertinere de eius cauſa iudicium. Verùm militibus magis ac magis affluentibus, & diffugiente inermi multitudine, Claudius non procedebat propter imbecillitatem corporis, quando etiã ipſius lecticarij fugerant, deſperantes de ſalute domini quem raptum uiderant. itaque cum hi ſoli tenerent palatium, partem urbis ut ferunt antiquiſsimam, & iam attentarent curam reipublicæ, maior etiam fiebat confluxus cæterorum militum, Claudium libenter uidentium, & magno ſtudio conantiũ eum ad principatum euehere, etiam ob Germanici fratris memoriam, cuius gloria hærebat adhuc in animis hominũ. ad hæc ſuccurrebant prȩcipuorum ſenatorum cupiditates immodicæ, & quantũ per eas peccatum ſit ante mutatum ſtatum reipublicæ. quem quia in priſtinum reſtitui iudicabant impoſsibile, rurſum non eſſe in rem ſuam uidebant, ſi unus quiſpiam citra ipſorum operam potiretur imperio, cum liceat prouecto Claudio dignam ab eo pro meritis gratiam recipere: has & alias inter ſe conferẽtes conſultationes, cum alijs quoq; affluentibus cõmunicabant. cumq; idem omnibus probaretur, armatis cinctum ſublimem in caſtra pertulerunt, ut ibi ſine impedimẽto reliqua peragerent. diſsidium autem inter ſenatum & plebem inciderat: dum illi ad priſtinam redire dignitatem, & inductam à tyrannis ſeruitutẽ effugere cupiunt: plebs contrà hanc felicitatem eis inuidens, & frenum eorum cupiditatibus imperatoriam poteſtatem eſſe exiſtimans, ſibiq; aduerſus potẽtiorum iniurias præſidium, gaudet auditis quæ Claudio contigerunt, ſperãs huius opera cariturã ſe bellis ciuilibus, & alijs malis quæ olim Pompeianis temporibus ciuitatem afflixerãt. Senatus porrò cognito quòd milites Claudium in caſtra tranſportauerint, lectos ſui ordinis uiros illò miſerunt, qui eum doceant non eſſe per uiolentiam affectandũ imperium: prȩſtare ut ſenatui permittat curã reipublicæ, & unus ſit è ſenatoribus, iuxta leges prouiſurus cum alijs quomodo res adminiſtrari debeant: memineritq; quàm miſere tractata ſit ciuitas uel à prioribus dominis, uel nuper Caio principe, ſub quo ipſe in cõmuni fuiſſet periculo: neq; decere ut qui tyrannidem in alio deteſtatus ſit, nunc patriam ſponte intemperijs eius ſubijciat. quapropter ſi ſenatui pareat, & cum laude ad priſtinum reuertatur otium ſolitam uirtutem retinens, fore ut maximis cumuletur honoribus à liberis ciuibus, & opinionem optimi uiri lucrifaciat, qui non grauetur ſub legibus per uices nunc præeſſe alijs, nũc ſubijci. quòd ſi nihil motus Caij exitu pergat in propoſitis, ſe certè obnixuros

eius conatibus.nam & non contemnendam militum manũ ſtare à ſuis partibus,& armorũ ſupereſſe copiam ſeruitiorumq́; multitudinem,quorũ opera in promptu ſit. Sed præcipuam ſpem eſſe in deorum auxilio, qui pro recto & honeſto certantes adiuuare ſoleant: nihil autem honeſtius q̃ pugnare pro libertate patriæ.Hæc legati Veranius & Broccus,ambo tribuni plebei: procumbentesq́; ad eius genua ſuppliciter orabãt, ne ciuitatem in bellum ciuile conijceret.Et cum uiderent eum ſeptum magna frequentia militum,& nihil eſſe collatos ad hunc cõſules, rogabant, ut ſi principatũ ambiret,mallet eum à ſenatu accipere.hoc enim æquius fore & felicius,ſi abſq; uiolentia,cum bona offerentium gratia habenas imperij capeſſeret.

Diſsidium inter ſenatum & plebem. Cap. III

POrrò Claudius ſciens ſenatus arrogantiã,modeſte legatis reſpondit pro tempore: ſed parum tutum ratus ſe in eorum fidem committere, fretus hortatibus militum operam impigram pollicentium, incitante etiam Agrippa decreuit principatum ultro oblatum non dimittere è manibus. Is enim poſtquam ſuæ dignitatis authorem Caium exanimem collocaſſet in lectulo,& compoſuiſſet ut tum poterat,perfunctus hoc officio prodijt ad eius ſatellites,nuncians uiuere quidẽ eum, ſed quia crucietur uulneribus,nunc ſe medicos ea de cauſa petere.Cæterum ubi cognouit raptum eſſe à militibus Claudium,ægre dimota turba ad eum peruaſit,& nactus eum turbatum, pronumq́; ad cedendam poteſtatem ſenatui, confirmauit hortatus ut magno animo in retinendo principatu pergeret. IIII
Iamq́; unus erat è fautoribus Claudij,cum accerſitus à ſenatu,ignarum ſe omnium ſimulans,& unguentatus tanquam à compotatione ueniens, ex ſenatoribus quæſiuit quid de Claudio factum ſit.quibus id quod uerũ erat reſpondentibus,& inſuper ipſius ſententiam de præſenti ſtatu poſtulãtibus:ſe quidem aiebat pro ſenatus dignitate nullum recuſare periculum,ſuadere tamen ut magis ſpectent utilitatem reipublicæ,quàm quæ in præſens grata uideant auribus.contendentibus enim de principatu opus eſſe armis & militibus,ne imparatis in certamen deſcendẽtibus aliquid aduerſum accidat. illis & arma ſibi ſupereſſe dicẽtibus,& collaturos ſe pecuniam:nec deeſſe militẽ, & poſſe armari ſeruitia uocata ad pileum: ſubiunxit rex: utinam P.C. conatus ueſter ſuccedat.non dubitabo tamen quæ in rem ueſtram puto promere. ſcitis qui à Claudio ſtant ueteranos eſſe & rei militaris longo uſu peritiſsimos.pro nobis autem erit mancipiorum præter omnem opinionem liberatorum colluuies intractabilis, quos ne gladium quidem ſatis ſcientes ſtringere, opponemus uiris exercitatiſsimis. quamobrem mihi placet mitti ad Claudium qui ei deponere principatum ſuadeant,& ad eam legationem meipſum offero.hæc ubi perſuaſit cum alijs aliquot mittitur, & Claudio ſeorſum trepidationem ſenatus indicat: autorq́; fuit,ut reſponderet ſicut decet ad ſummam poteſtatem euectum principem.Reſpondit igitur, mirum non uideri quòd ſenatus ægre ferat ſubeſſe unius arbitrio,expertus aliquot principum ſæuitiam.nunc uero deguſtaturum eum etiam æquam ac moderatam dominationem, quæ nomen quidem principatus habeat,ſed reuera omnia gerat de communi ſen

tentia

tentia. quare non eſſe cur de eius fide dubitent, quem in uaria temporũ conditione nunquã ab honeſto diſceſsiſſe ſuis ipſi oculis uiderint. cum his mandatis legati dimiſsi ſunt: moxq́; concionem apud prætorianos habuit, ſacramento adactos ut in fide maneant, uiritimq́; diuiſit quina drachmarum milia. ſub diluculum autem Coſs. ſenatum uocauerũt in capitolini Iouis ædem: quorum alij delituerunt in urbe, ne irent: alij rus mature ſunt profecti, præuidentes quó nam res euaſura eſſet, optãtesq́; tutam ſeruitutem cum otio potius quàm ancipitem aleam reparandæ dignitatis priſtinæ. conuenerunt tamen centum nõ amplius, quibus conſultantibus de præſenti negotio, repente clamor militum pro foribus ſtantium tollitur, unum imperatorem à ſenatu creari poſtulantium, ne quod detrimentum patiatur imperium communicatum pluribus. & ſuam quidem ſententiam proferebãt de uni alicui committendo imperio, in illorum autem poteſtate ſinebant delectum eius qui uideretur principatu dignior: quod ſenatui ualde incommodum accidit, in locum ſperatæ libertatis ſuccedente metu à Claudio. nec tamen deerant qui affectarent rerum faſtigium, propter nobilitatem generis, affinitatém ue coniunctã cum Cæſaribus. nam M. Minucianus uir cum primis clarus, & in matrimonio habens ſororem Caij Iuliam, ſeipſum offerebat, conſulibus aliam ex alia cauſationem nectentibus. Valerium etiam Aſiaticum alter Minucianus interfector Caij cohibuit. fuiſſetq́; cædes quanta uix unquam aliàs edita, ſiquis permiſſus fuiſſet cum Claudio de principatu cõtendere. præſto enim erat gladiatorum non contemnendus numerus, & cohortes uigilum, cum magna manu remigum ultro confluentium. quapropter multi metu ab ambiendo ſunt deterriti, quòd uel ſibijpſis timerent, uel populo. Deinde appetente iam die Chærea cum ſocijs aderant allocuturi milites: quos illi cum uiderent manu ſilentium innuere, concionari nõ paſsi ſunt, omnibus unũ imperatorem, idq́ue ſine dilatione poſcentibus. Tum uerò minime ſenatus poterat expedire conſtitutionem reipublicæ, militibus authoritatem eius contemnentibus, & interfectoribus Caij ampliſsimum ordinem militari inſolentiæ cedere non patientibus. Tandem Chærea non continens iram quòd imperatorem peterẽt, daturum ſe ait, ſi quis ſignum afferret ab Eutycho. is erat auriga Praſinus Caio dilectiſsimus, cuius equitio ſtabulis exſtruendis ille uiles operas exegerat à militibus: idq́ue tum eo dicto exprobrabat eis Chærea, multáque alia, allaturum ſe Claudij caput minitans. indignum enim eſſe, ſi poſt inſanum ſtulto principatum committant. At illi uerbis eius nihil moti, ſtrictis gladijs, & ſublatis ſignis tendebãt ad Claudium, adiuncturi ſe his qui iam ſacramento ipſius ſe obligauerant. ita ſenatus deſertus eſt à ſuis propugnatoribus, & conſules ferme in priuatorum redacti ordinem, mœſtitia ſtupóreque occupatis omnibus, nec ſcientibus quid nam agendum poſt irritatum in ſe Claudium. iamq́ue pœnitentes alius in alium iactabant conuitia. Tum Sabinus è tyrannicidis unus in medium progreſſus, citius ſe eos omnes contrucidaturum ait, quàm paſſurum ut ſe inſpectante imperium committatur Claudio, & aſciſcatur ultronea ſeruitus: ſimúlque Chæream obiurgabat, quòd cum primus contempſiſſet Caium, nunc metu mortis uideatur

publicam libertatē prodere, quaſi uero ſine hac ulla uoluptas uitæ poſsit eſſe uiris fortibus. ille contrà hac amiſſa ſibi certum ait mortis propoſitum, uelle tamen prius tentare mentem Claudij. Interim in caſtris multi ſenatorum per confertos milites enitebantur ad officium exhibendū Claudio, & inter cæteros alter Conſul Q. Pompeius, eo magis inuiſus militibus, quòd ſenatum ad libertatem hortatus fuerat. quamobrem ſtrictis eum inuadentes gladijs perpetraſſent cædem, niſi fuiſſent à Claudio cohibiti, qui ereptum periculo aſsidere iuſsit ſuo lateri. ſed nō idem honor habitus eſt reliquis ſenatoribus qui cum eo ſimul uenerant: aliquot enim etiam plagas acceperunt, repulſi dum illum ſalutare properant: Aponius uerò diſceſsit ſaucius, & eorū nemo non periclitatus eſt. Rex Agrippa etiam autor fuit Claudio ut mitius ſe erga ſenatores gereret: his enim ſublatis nō habiturum quibus imperet. Cui ille libenter paruit, iuſsitq; eos conuenire in palatium, quò ipſe per mediam urbē lectica delatus eſt, deducentibus militibus non ſine uexatione plebeiæ multitudinis. è tyrannicidis autem Chærea & Sabinus conſpicui proceſſerant in publicum contra edictū Pollionis, quem Claudius paulo ante Prætorianis præfecerat. Ipſe perlatus in palatium conuocatis amicis capitalem ſententiam in Chæream protulit. Quamuis enim facinus per ſe uidebatur magnificū, perfidiæ tamen crimen obiectum eſt, & exemplum erat ſtatuendum ſecuritati futurorum principum. ductus eſt igitur ad ſupplicium unà cum Lupo alijsque compluribus. Fertur Chæream magno animo tuliſſe id infortuniū, nihil mutato uultu ad indecorū habitum, atq; etiam Lupo exprobrantem lachrymas. cumq; is detracta ueſte quereretur de frigore, ille cauillatus eſt, lupum nunquam offendi frigore. Et inſpectante corona eorum qui deduxerant, rogauit militem, num exercitatus eſſet ad cædes, & num acutum haberet gladiū: poſtulauitque eum quo ipſe Caium interfecerat. denique uno ictu feliciter perijt. Lupus autem deiecto animo parum fortiter ceruicem præbens pluribus ictibus demum confectus eſt. Paucis poſt diebus quando ſolenne parentandi tempus redijt, pop. Rom. dum ſuorum quiſq; manes honoraret, eadē opera etiam Chæreæ ſuam partem in ignem conijciebant, apprecati ut propitius non iraſceretur ipſorum ingratitudini. atq; hic fuit exitus Chæreæ. Sabinus autem non ſolum abſolutus à Claudio, uerumetiam permiſſus eandem quam antè præfecturam gerere, iniquum ratus, ſi à fide coniuratis data deſciſceret, in corpus adacto capulo tenus gladio ſuamet manu optatum quæſiuit interitum.

Quomodo Claudius Agrippæ paternum regnum reddidit, & edicta eius in Iudæorum gratiam. Cap. IIII

CLaudius porrò ablegatis militibus quicunque ſuſpecti eſſe poterant, edictum propoſuit, quo Agrippam in regno per Caiū antè conceſſo confirmabat, collaudans ſimul eius operā & induſtriā: addita inſuper Iudæa & Samaria, quòd olim ad eius aui Herodis regnum pertinuiſſent. has igitur uelut familiæ debitas reſtituit. Abilam autē & finitimam eius ditionem in Libano, quæ Lyſaniæ fuerat, adiunxit de ſuo. Fœdus deinde regis cū Ro. po. in æs inciſum eſt in urbis foro medio. Antiochum

chum autem ſuo regno priuatum Comagena donauit & parte quadam Ciliciæ. dimiſit etiam Alexãdrum Lyſimachum Alabarcham ueterem amicum, & olim procuratorem ſuæ matris Antoniæ, quem Caius iratus uinxerat: cuius filio Marco Bernice deſponſa fuit Agrippæ filia: quo defuncto ante nuptias, rex uirginẽ Herodi ſuo fratri eam collocauit, impetrato illi regno Chalcidis à Claudio. Per idem tempus apud Alexãdriam inter Iudæos & Græcos exorta eſt ſeditio. Occiſo enim Caio gens Iudæorum ſub eius imperio uehementer oppreſſa, & multis iniurijs ab Alexandrinis affecta, cępit animos reſumere: moxq; ad arma uentũ eſt. Tum Claudius per epiſtolam mãdat Aegypti præſidi, ut ſeditionem illam compeſcat: & ad preces Agrippæ ac Herodis regum edictum Alexandriam & Syriam mittit ſcriptũ in hanc ſententiam.

Tiberius Claudius Cæſ. Aug. Germanicus, trib. pot. edicit. Quoniam cognitum habemus Alexandrinos Iudæos iam inde ab initio ius eius ciuitatis ex æquo cum Alexandrinis cæteris conſecutos à regibus, ſicut patet ex inſtrumentis ſuper hoc conſcriptis & conſtitutionibus regijs, poſt adiectamq; imperio noſtro per Auguſtum Alexandriam manſiſſe illis ſua iura integra conſeruata per miſſos illò diuerſis temporibus præſides, nullamq; de eorũ iure controuerſiam extitiſſe etiam cum Aquila prẹfuit Alexandriæ: permiſſumq; eis ab Auguſto, ut in defuncti ethnarchæ locum alium ſuis ſuffragijs ſubſtituerẽt, utq; quiſq; in ſuis ritibus maneat, neq; cogatur religionem patriã deſerere: cæterũ Alexandrinos concitatos contra conciues ſuos Iudæos C. Cæſaris temporibus, propter inſolentem illius inſaniam, dum contra patriã gentis religionem pro deo coli ab eis poſtulat, & recuſantibus infenſus eſt: uolo inconcuſſa eſſe iura eorum à Caij inſania: eisq; ius eſſe perſeuerãdi in patrijs ritibus. iubeoq; utramq; partem quoad fieri poteſt dare operam ne quid turbarum cõmoueatur, idq; propoſito hoc edicto ita ſtatuo. atq; hæc erant quę in illo edicto cõtinebantur. in reliquum autem orbem Romanũ tale miſſum eſt: Tiberius Claudius Cæſar Auguſtus Germanicus, Põtifex max. trib. pot. Coſ. deſignatus II edicit. Petentibus à me Agrippa & Herode regibus mihi amiciſsimis, ut permitterem Iudæis in imperio noſtro degẽtibus uti ſuo iure quemadmodũ antea, ſicut & Alexandriam habitantibus conceſsimus: libenter precibus eorũ annuimus, non deprecatorũ tantũ cauſa, ſed quia ipſos dignos iudicamus hoc noſtro beneficio, propter ſeruatam populo Romano fidem & amicitiam. Aequiſsimũ igitur cenſeo, nullam ne Græcam quidẽ urbem negare illis ius ſuum, quandoquidẽ & ſub D. Auguſti principatu cõſeruatum eis fuit integrum: licebitq; in poſterum Iudæis per totum noſtrũ imperium ſparſim habitãtibus uti maiorum ſuorum moribus, quos iam nunc moneo ut hac noſtra gratia contenti modeſtius ſe gerant, neq; cõſpuant religiones externarum gentium: ſuis autem ſuo arbitratu uiuant legibus. atque hoc meum edictum ciuitatibus colonijs & municipijs Italicis ac prouincialibus per magiſtratus publicari uolo, ad reges quoq; atq; dynaſtas tranſmitti, non minus triginta cõtinuis diebus ita proponendum ut ab omnibus humi ſtantibus poſsit perlegi.

Agrippæ

Agrippæ in Iudæam reditus. Cap. V

HIs edictis Alexandriam & per totum imperium dimissis Claudius Cæsar declarauit quomodo in Iudæos animatus fuerit: moxque Agrippã ad curam sui regni misit auctũ maioribus honoribus, commendatumque per literas præsidibus prouinciarum simul & procuratorib. omnibus. at ille ut re bene gesta magna celeritate reuersus est: & quamprimum peruenit Hierosolyma, uotiua sacrificia persoluit, nihil omittens eorum quæ lege præscripta sunt. unde & multos nazaræos tonderi mandauit: & catenam auream à Caio donatam põdere parem illi ferreæ quæ regias manus uinxerat, monumentũ aduersæ fortunæ mutatæ in prosperam suspendit in sacrario supra gazophylacium: quæ doceret spectatores & sublimia posse corruere, & deũ ualere illa erigere denuo. omnes em admonebantur per hanc consecratam cathenam, q̃ Agrippa leui de causa priuatus dignitate sit uinctus, pauloq; post cõpedibus solutus splendidiorem q̃ ante principatum adeptus sit: eam esse naturam rerũ humanarum omniũ, ut celsissima quæq; prolabantur facile, rursumq; inclinata restituantur in pristinum fastigium. Rite igitur uotis deo redditis Agrippa Theophilum Anani filium submouit à summo sacerdotio, & Boethi filium Simonem cognomine Cantharam in eius locũ substituit. erãt aũt Simoni fratres duo, & Boethus pater, cuius filiam Herodes rex uxorem duxerat, sicut diximus. idem igitur quod fratres & pater sacerdotiũ Simon adeptus est: quemadmodũ olim sub imperio Macedonũ idem cõtigit tribus filijs Simonis pontificis, eius qui Onia patre
VI prognatus est, ut suprà meminimus. Cõstituto deinde pontificatu rex Hierosolymitis beneuolentiæ gratiã retulit, remisso eis tributo quod soliti erant in singulas ædes pendere, decorũ putans si non pateretur se uinci amore mutuo. Magistrum aũt præfecit toti suæ militiæ Silam, quem multorũ & difficilium laborum indiuiduum socium habuerat. Paulo pòst Doritę quidã iuuenes natura temerarij religionis specie posuerunt in Iudęorum synagoga statuam Cęsari, quod Agrippam uehementer cõmouit ad iracundiam, quòd ea res perditum iret instituta patriæ. Quare sine mora ad Petroniũ Syriæ præsidem profectus questus est de Doritarum audacia. qui & ipse nõ minus ægre ferens hoc facinus ut impium, nouatoribus illis asperius scripsit in hanc fermè sententiam.

Epistola Petronij ad Doritas pro Iudæis scripta. Cap. VI

PVblius Petronius, legatus Tiberij Claudij Cæs. Aug. Germanici, magistratibus Dorienſiũ. Quoniam tam audax est quorundã uestrum insolentia, ut etiam contra edictũ Claudij Cæs. Aug. Germanici, quo Iudæi permittuntur suis legibus uiuere, synagogam eorũ profanauerint, illata Cæsaris statua, quod religioni ipsorũ non est licitum, atq; hoc facto non Iudæorũ tantum pietas læsa est, sed numen etiam Cæsaris, cui rectius in proprio tẽplo statua poneretur q̃ in alieno, maxime in synagoga, cum iustũ sit & imperatoris iudicio cõprobatũ ut sui quisq; loci sit dominus: ne mea decreta cõmemorem post contemptã autoritatẽ Cæsaris, q̃ Iudæis nõ religionem tantũ permisit, uerumetiã æquũ ciuitatis ius cum Græcis cohabitantibus: his ergo de causis eos qui cõtra edictũ Augusti ausi sunt

talia

talia,indignantibus etiam proprijs magiſtratibus,hæc furore populi,nõ ſuo conſenſu facta aſſeuerantibus,iubeo per centurionem Vitellium Proculum ad me adduci rationẽ reddituros.Magiſtratus autem hortor,ut ſi uideri uolunt his conſenſum ſuum non acceſsiſſe,centurioni ſontes indicent, dentq; operam ne quid turbæ aut rixæ oriatur,quam quidam captare uidẽtur: cum cõtrà ego & mihi chariſsimus rex Agrippa nihil æque curemus,quàm ne ulla Iudæis detur occaſio excitandi tumultus defenſiõis prætextu. Quo autem melius cognoſcatis, quæ nam ſit ſuper hoc negotio uolũtas Auguſti,adiunximus eius edictum apud Alexandrinos propoſitum: quod iam antè ſatis notum omnibus,chariſsimus rex Agrippa mihi ſedenti pro tribunali recitauit, ius ſuũ poſtulans, & ut ſuis beneficiũ Cæſaris maneat incolume. Quamobrẽ iubeo ut in poſterũ nullam quæratis ſeditionũ materiam, & cæleſte numen ſuis quiſq; colat ritibus.Ita tum Petronius rem curauit, ut & admiſſum erratum corrigeretur,& in poſterũ caueretur ne quis tale quippiam audeat. Rex autem Agrippa Simonem Cantharam pontificatu priuauit, quem Ionathæ Anani filio reddere uoluit, digniorem hunc tali ſacerdotio exiſtimans. Sed ille recipere noluit ſic excuſans:Equidem tuam rex beneficentiã libenter amplector,contentus tua uoluntate qua mihi tantus honor oblatus eſt, etſi me deus indignum iudicauit ſummo pontificio. ſed mihi ſacrũ illum amictũ ſemel ſumpſiſſe ſatis eſt: tunc enim ſanctius illum accepi q̃ nunc reciperem. q̃ ſi quæris,oſtẽdam qui honore hoc ſit longe dignior. eſt mihi frater & apud deum & apud te rex innocentior,ab omniq; peccati labe mundior, quem autem tibi cõmendare ut idoneum officio pontificis.qua hominis modeſtia delectatus rex,omiſſo Ionatha iuxta ipſius conſilium fratri eius Matthiæ ſacerdotium id detulit: nec ita multo poſt Petronio Marſus in adminiſtrãda prouincia Syria ſucceſsit.

Geſta Agrippæ uſq; ipſius obitum. Cap. VII

SIla autem magiſter militiæ regiæ,quia per omnem fortunam ei fidus nullius unquam periculi ſocius eſſe detrectauerat, ſed uel difficillimos labores pro eo ſæpe ſuſceperat,fretus amicitia poſtulabat etiã paris honoris eſſe particeps. quapropter grauabatur regi aliquo modo cedere.ſemperq; licentius agebat cum eo. & in familiarib.colloquijs moleſtus erat interdum extollens ſe immodice,& ſæpe prioris fortunæ aduerſitates in memoriam reuocans, ut oſtentaret quàm ſtudioſus ipſius cultor fuerit,nunquã non labores in eius gratiam exhauſtos memorans.quę cum ſine modo repeteret,opprobrare uidebatur,ita ut rex tandem offenderetur immodica libertate hominis. iniucũda enim eſt temporis inglorie acti memoria, & ſtultũ eſt indeſinenter exprobrare debitũ. poſtremo intantum exaſperatus eſt regis animus,ut iræ plus quàm rationi tribuens non contẽtus ſit ademiſſe illi præfecturam,uerumetiam uinctũ in ipſius patriam ad ſeruandum miſerit.Elapſo deinde aliquanto tempore lenita iam ira, & ratione defecata in conſiliũ adhibita,reputauit quantũ laborum uir ille pro ſe pertuliſſet:cumq; natalẽ ſuũ celebraret, omnib.occupatis circa hilaritates ac epulas, accerſiuit Silam ut mox intereſſe uelit regio cõuiuio.ille ut erat morib.ingenuis non diſsimulauit indignationẽ cuius iuſtam cauſam habere uidebatur,

VII

uocan-

uocantibus ſe reſpõdens, ad quem honorẽ me rex reuocat, paulo poſt eo priuaturus? neq; eñ prius beneuolentiæ præmiũ mihi diuturnũ eſſe paſſus eſt, ſed ſpoliauit eo me affectum contumelia. niſi forte putat linguam mihi poſthac fore minus liberam: imò fretus conſcientia nunquã clamare deſinam è quantis eum eripuerim calamitatibus, quantũ laborum tulerim, ut illi incolumitatem & honores parerem: pro quib. officijs nunc præmiũ retuli uincula & obſcurum carcerem. ego certe horũ nunquam obliuiſcar, ſed etiam apud manes manebit mihi huius iniuriæ memoria. Hæc ille uociferabatur, iubens ut eadem regi referrent. qui cum uideret immedicabilem, reliquit eum in cuſtodia. Conuerſus aũt ad Hieroſolymorum curam muros nouæ quæ uocat̃ ciuitatis permunijt ſumptu publico, latioresq; & altiores quàm antè fuerant reddidit: & feciſſet aduerſus omnem humanam uim inexpugnabiles, ni Marſus Syriæ præſes Claudio Cæſ. ſignificaſſet eam rem p̃ literas. q̃ ſuſpicatus moliturus aliquid noui, diligenter ſcripſit Agrippæ ut à munienda urbe deſiſteret: atq; ille mox paruit. Erat aũt is rex adeò natus ad liberalitatem ac beneficijs demerendos populos, ut magnis ſumptibus pararet ſibi celebritatem nominis, pro magna uoluptate ducens quæſitã munificentia gloriam, longe alius quàm Herodes qui ante eum regnauerat. ille enim malitioſus erat ac procliuis ad ſæuitiam: & propter mutuũ odium manifeſte præferens erga Græcos maiorem quàm erga Iudæos beneuolentiam: ut qui externas urbes ornaret pecuniarum largitionibus, aliàs balnea & theatra, aliàs templa & porticus exſtruens: Iudæorũ autem nullum oppidum ornatu aliquo dignatus eſt memorabili, nec ulla liberalitate proſecutus eſt. Agrippa cõtrà mitiſsimo fuit ingenio, in exteros omnes exæquo beneficus, liberalis & humanus, in ſuæ gentis homines benignus, & promptus ad iuuandos præ cæteris in aduerſitatibus. quapropter libenter & continue degebat Hieroſolymis, inſtitutorũ ac rituũ patriæ ſeruator religioſiſsimus. purus enim erat à contaminamẽtis omnibus, nec ulla dies ei præteribat abſq; ſacrificio. Accidit aliquando ut quidam Hieroſolymita legiſperitus nomine Simon aduocata cõcione per regis abſentiã agentis tum Cæſareæ, criminaretur illum ut impurũ & arcendũ templi aditu, quod nõ niſi dignis pateat. id ubi præfectus urbis illi ſignificauit p̃ literas confeſtim accerſiuit hominẽ: à quo fortefortuna repertus in theatro, aſsidere ſibi eum iuſsit. moxq; ſedata uoce & placide, Dic mihi, inquit, quid tibi non probatur ex his quæ facimus. qui cũ nihil haberet quod diceret, precatus eſt ueniam. tum rex citius quàm quiſquã opinaretur reconciliatus eſt, clementiam magis q̃ iram decere reges exiſtimans, & lenitatẽ animi magis q̃ celſitudinem. itaq; illum dimiſit non ſine munere. inter alias aũt multas eximijs ornamẽtis honorauit ciuitatem Berytiam, magnis ſumptibus exſtructo ibi theatro pulcherrimo, ſimulq; æque magnifico amphitheatro, & ad hæc balineis ac porticibus, nullis parcens impendijs modo abſolutam operibus pulchritudinem adderet. dedicatio quoq; horũ celebrata eſt ſplẽdidiſsime, exhibitis in theatro ſpectaculis et muſicorũ omne genus certaminibus, aliaq; uoluptatũ uarietate: in amphitheatrũ uero ad oſtentandam magnificẽtiam inductis plurimis gladiatorũ paribus. uolens deinde ſpectatores oblectare etiã cateruatim cõmiſsis pugnatoribus, ex maleficis in hoc deſtinatis duas cohortes

hortes fecit ſeptingentorũ quamq; hominũ, ut illis per imaginem belli decer
nentibus, pœna noxiorum in pacis uoluptatem uerteret. atq; ita omnes mu-
tuis abſumpti ſunt uulneribus. Poſt hæc apud Berytum peracta migrauit VIII
in urbem Galilææ Tiberiada. ſuſcipiebat aũt ab alijs regibus: uenitq; ad eum
Antiochus Comagenæ rex, Emeſinorũ Sampſigeranus, Cotys qui regnabat
in minore Armenia, Polemonq; Ponti regulus: & præter hos Herodes fra-
ter rex Chalcidis. hos omnes ſumma hoſpitalitate excipiebat, oſtendens per
hoc animi ſui magnitudinem, ne uideretur indignus qui expeteretur à tot re
gibus. quibus adhuc apud eum morãtibus Marſus Syriæ præſes ſuperuenit.
Seruans igitur debitam Romanis reuerentiã uſq; ad ſeptimũ lapidem illi ob-
uiam proceſsit: quod quidem ſimultatis cũ Marſo initium factum eſt, dum
eodem cum hoſpitibus curru uectus, ſuſpectam præſidi redderet tantam re-
gum concordiam. ratus enim id non eſſe è republica, per idoneos nuncios
mandauit ſingulis ut ſine mora diſcederent: qua re Agrippa uehementer of-
fenſus eſt. Et Marſum quidẽ hac de cauſa exoſum habuit. Matthię uerò adem
pto pontificatu ſucceſſorem dedit Elioneum Cithęi filium. Iamq; tertium Iu
dææ totius regni annũ exegerat, cum peruenit in urbẽ Cæſaream, quæ prius
Stratonis turris dicta eſt: ubi ſolennes ludos celebrauit pro ſalute Cæſaris:
ad quam feſtiuitatẽ magna multitudo nobiliũ ac procerũ conuenerat ex tota
prouincia. eius celebritatis die ſecunda proceſsit mane in theatrum, amictus
ueſte tota ex argento mirabili opere contexta, quæ radijs exorientis ſolis per-
culſa & diuinũ quendam fulgorem emittens, ueneratione cum honore incu
tiebat ſpectantibus. moxq; adulatores pernicioſi alius unde acclamantes deũ
conſalutabant, rogantes ut faueret propitius. hactenus enim ut hominẽ reue
ritos, nunc agnoſcere & fateri in eo quiddã mortali natura excellẽtius. hanc
impiam adulationẽ ille nec caſtigauit, nec repulit: pauloq; poſt ſuſpiciens ui
dit ſupra caput ſuum bubonem funi extento inſidentẽ: moxq; ut ſenſit hunc
eſſe calamitatis nunciũ qui olim felicitatis fuerat, ex intimis præcordijs indo
luit. ſecuta ſunt uentris tormina, ſtatim à principio uehemẽtia. conuerſis igi-
tur in amicos oculis: En, inquit, ego ille ueſtra appellatione deus uitam relin
quere iubeor, fatali neceſsitate coarguente ueſtrũ mendacium: & quem im-
mortalem ſalutaſtis, ad mortem rapior. Sed ferenda eſt uoluntas cæleſtis nu
minis. neq; enim male uiximus, imò tanta felicitate, ut omnes me beatũ præ-
dicent. hæc locutus creſcente dolore diſcruciabatur. propere igitur relato in
regiã rumor ſparſus eſt breui eſſe moriturũ. quamobrem cõfeſtim totus po
pulus unà cum uxoribus atq; liberis ſaccũ indutus more patrio ſupplicabat
deo pro ſalute regis, omnia miſcens lamentis & eiulatibus. Rex autem in cel
ſiore decumbens cubiculo, & in faciem ſtratos humi proſpiciens, non tem-
perabat ſibi à lacrymis. cruciatu deinde per cõtinuos quinq; dies nihil ſe re-
mittente confectus uitam finijt, annũ natus quartũ ſupra quinquageſimum,
poſtq; regnaſſet per ſeptenniũ. quatuor em annos ſub Caio Cæſare obtinuit
regnũ. primũ in Philippi tetrarchia per trienniũ, cui quarto demũ anno ac-
ceſsit & Herodis tetrarchia, tribus deinde annis ſub Claudio Cæſare præter
iam dictam ditionẽ in Iudæa quoq; regnauit & Samaria, ſimulq; Cæſarea. ex
annuis aũt reditibus percipiebat cum plurimũ MCC myriadas. nec his cõten

tus,mutuum accipiebat pecunias.Cum em̃ eſſet munificus,impenſis nõ ſufficiebant reditus,q̃ liberalitatem exerceret ſine parſimonia. Cæterũ prius q̃ euulgaret regis obitus,Herodes dynaſta Chalcidis, & Chelcias magiſter regiæ militiæ conſpirantes ſimul Ariſtonem miſerunt, qui Silam communem amborum inimicum interficeret, quaſi hoc à rege mandatum acceperit.

IX Atq; hic fuit Agrippæ regis exitus. Superſtites aũt ei fuerunt, filius quidẽ unus Agrippa annum agens decimumſeptimũ: filiæ uero tres.ex quib.Bernice nupta erat Herodi patruo,nata annos ſexdecim:reliquæ duæ tum etiam uirgines erant,Mariamme & Druſilla, hæc ſeptennis à patre deſponſata Iulio Archelao Chelciæ filio, illa decennis Epiphani filio Comagenorũ regis Antiochi.Poſtq̃ autem cognitũ eſt exceſsiſſe Agrippam, Cæſarienſes & Sebaſteni beneficiorum eius obliti peſsimam ei retulerunt gratiã,conuitia non dicenda iactantes in defunctum:militũ quoq; uulgus qui tum forte aderant, protractas è palatio filiarũ ſtatuas unanimiter detulerunt in lupanaria,eiſque ut poterant illudebant modis quos turpe ſit eloqui: inſtructisq; per loca publica epulis cõuiuia celebrabãt coronis redimiti & delibuti unguentis,libantes interim Charoni, & ſibi inuicem propinantes præ gaudio quod ex obitu regis conceperant.Atq; hæc agentib.nec Agrippæ recentia merita ſuccurrebant,nec auus eius Herodes urbiũ illarum conditor,quas portubus & tẽplis magnificentiſsime ornauerat. Filius porrò defuncti Agrippa Romæ erat eo tẽpore,educaturq; apud Claudium Cæſarem. qui audito Agrippæ obitu, & contumelijs quibus eum Cæſarienſes ac Sebaſteni poſt mortem affecerãt, illius quidẽ cauſa indoluit,ingratis aũt populis uehementer iratus eſt. confeſtim igitur uoluit ſucceſſorẽ paterni regni Agrippam iuniorẽ mittere, ſimul ut iureiurando ſatisfaceret. Sed liberti & amici qui multũ apud eum poterãt diſſuaſerũt,negantes tutum admodũ adoleſcenti & uixdum egreſſo pueritiam tantum regnum cõmittere,cui adminiſtrando ſit impar, quodq; etiam uiriles grauare poſsit humeros.cumq; uiſi eſſent æquum dicere,Cæſar præſidem Iudææ totiusq; regni miſit Cuſpiũ Fadum, defuncto hoc honoris tribuens,ne Marſum inimicum in regnum eius induceret. Ante omnia autẽ Fado iniunxit, ut Cæſarienſes & Sebaſtenos acriter caſtigaret propter inflictã mortuo iniuriam,cõtumeliasq; illatas adhuc iuuenibus. alam uero Cæſarienſium & Sebaſtenorum cum quinq; illis cohortibus ablegaret in Pontũ illic militaturas: militesque è Romanis legionibus Syriam tuentibus delectos in eorum locum ſubſtitueret. nec tamen ei iuſsioni ſatisfactum eſt. Miſſa enim legatione flexerunt Claudiũ ut manere eos in Iudæa permitteret: qui ſequentibus temporibus maximarum calamitatum Iudæis fuerunt initium, & ſeminarium belli exorti Floro præſide.quamobrem Veſpaſianus uictor,ut paulo poſt dicetur,eos ex illa regione aliò tranſtulit.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XX.

Philadelphenſium & Iudæorum diſſidium, deq; ſtola ſacerdotali. Cap. I

DEFVNCTO rege Agrippa, ſicut ſuperiore uolumine diximus, Claudius Cæſar miſit ſucceſſorem Marſo Caſsium Longinum, memorię regis amici hoc tribuens, à quo uiuo adhuc per literas ſępe rogatus fuerat, ut Marſum amoueret ab adminiſtratione rerum Syriæ. Fadus autem qui procurator Cæſaris in Iudæam uenit, offendit Iudæos trans amnem Iordanem habitantes contendere cum Philadelphenſibus de Miæ uici finibus, refertis uiris bellicoſiſsimis. Ceperant autem arma tranſamnenſes ſine conſenſu primatum & magiſtratuũ, multoſq; Philadelphenſium interfecerant. His cognitis Fadus uehementer iratus eſt, q̃ non exſpectaſſent ſuum iudicium, ſi putabant ſibi factam à Philadelphenſibus iniuriam, ſed ita temerè ad arma concurriſſent. Comprehẽſis igitur tribus præcipuis ſeditionis autoribus uinciri eos mandauit. horum unum Annibam nomine affecit ſupplicio, reliquos duos Amaramum & Eleazarũ exilio punijt. Nec ita multo poſt capitis damnauit Tholomæum latronũ principem uinctum ad ſe perductũ, qui plurima damna intulerat Idumæis & Arabibus: deditq; operam ut tota Iudæa purgaretur à latrocinijs. Accitis deinde pontificibus & Hieroſolymitanorum primatibus, mandatum Cæſaris eis expoſuit, ut talarem tunicam, & ſacerdotalem ſtolam, quam ſolum ſummum pontificem induere fas eſt, in caſtellum Antoniam deponerent, ut eſſet in Romanorum poteſtate quemadmodum olim fuerat. Illi non audentes contradicere, rogabant tamen Fadum & Longinum (uenerat & ipſe Hieroſolyma cum copijs, timens ne ad Fadi poſtulata Iudæi molirentur noui aliquid) primũ ut legatos ſibi ad Cæſarem liceat mittere, qui ab eo petant ſacræ ſtolæ ſeruãdæ ius: deinde ut exſpectetur ſuper ea poſtulatione reſcriptum illius. Reſponſum eſt permiſſuros ut legati mittantur, ſi prius darentur obſides. Quumq; promptè liberos ſuos dediſſent, legati profecti ſunt. Qui poſtquam Romam peruenerunt, Agrippa iunior defuncti filius, qui tum fortè apud Claudium agebat ut diximus, cognito qua de cauſa ueniſſent, rogauit Cæſarem ut Iudæis ſacræ ſtolæ cuſtodiam petẽtibus annuere dignetur, & Fado ſuper eo negotio ſcribere. Tum Cæſar uocatis ad ſe legatis, ait ſe hoc eis concedere, iubens ut Agrippæ gratiam habeant. hoc enim ſe illius donare precibus. cui reſponſo talem epiſtolam addidit: Claudius Cęſar Germanicus trib. pot. v. Coſ. deſignatus IIII imp. x. P. P. Hieroſolymitanorum magiſtratibus, ſenatui & populo, totiq; Iudæorum genti ſalutem. Quoniam Agrippa alumnus meus pijſsimus, quem ego domi educo, adduxit ad me ueſtros legatos, gratias agentes q̃ ſedulo genti ueſtræ

prouideam, rogantesq; enixè ut pontificalem ſtolam & coronam uobis ſeruare liceat, concedo quod petitis, quemadmodum ante uir optimus & mihi chariſsimus Vitellius conceſſerat: ueſtræq; uoluntati annuo primũ motus pietate propria, & quia placet quemq; religioſum eſſe more ſuæ patriæ: deinde ut gratificer Herodi regi & iuniori Ariſtobulo, quos & mihi deuotiſsimos noui, & ueſtri ſtudioſiſsimos, meritoq; illorũ amicitiam plurimi facio. Scripſi autem de hac re & Cuſpio Fado procuratori meo per Corneliũ Ceronis, Tryphonem Theudionis, Dorotheum Nathanaelis, & Ioannem Ioannis filium. Datæ quarto Calẽdas Iulias, Rufo & Pompeio Syluano Coſs. Eodem tempore & Herodes dynaſta Chalcidis, defuncti Agrippæ frater, petijt à Cæſare poteſtatem in templũ & ſacrum ærarium, iusq; eligendorum ſummorum pontificum: impetrauitq; hæc omnia, ita ut etiam poſteris eius idem ius manſerit uſq; ad belli Iudaici exitum. Ipſe Herodes Canthara in ordinem redacto, Ioſepho Canei ſummum pontificatum contulit.

Quomodo Helena Adiabenorum regina & eius filij religionem Iudaicam complexi ſint. Caput II

IN eodem tempus Adiabenorũ regina Helena, & Izates eius filius, ad religionem Iudęorum ſe tranſtulerunt propter cauſam talem. Monobazus Adiabenorum rex, cognomine Bazeos, ſororis amore captus, in uxorem ductam grauidam reddidit. Accidit deinde ut unà cubans, & manum reclinatam habens in uxoris uterum, uocem quandam ſibi uideretur audire, iubentem ut manum à uentre tolleret, né ue premeret fœtum, qui ut non ſine diuina prouidentia inchoatus ſit, ita finem habiturus eſſet fortunatiſsimum. Hac uoce ille territus, mox ut excitatus eſt, rem uxori indicauit: & natum eo partu filium Izaten nominauit. ſuſceperat autem iam ante Monobazum hoc ſeniorem ex Helena, & alios filios ex alijs uxoribus, manifeſte tamen omnem charitatem in hunc unum contulit: unde exorta eſt germanorum inuidia, indies magis ac magis creſcentibus illorum odijs, Izatem ſibi præferri dolentibus. Hæc pater licet intelligeret, ignoſcebat tamen filijs, quòd is affectus nõ à malitia procederet, ſed quiſq; cupiebat patri eſſe quàm chariſsimus. Izatem uero cui ualde timebat à fraternis odijs, cumulatũ magnis muneribus miſit ad Abemerigum, regnantem tunc apud caſtrum quod Spaſini uocant accolæ, cõmendans ei ſalutem filij. Is libenter accepit adoleſcentem, quem complexus ſingulari beneuolẽtia, filiam ei collocauit, cui nomen fuit Samacho: addita nomine dotis quadã regione, unde luculentos reditus percipiebat. Porrò Monobazus iam admodum ſenex, uidens ſibi ſupereſſe modicum uitæ ſpaciũ, concupiuit uidere ante ſuam mortem filium. Accerſitum igitur filium magno affectu excepit, eiq; donauit regionem quæ dicitur Cæron, amomi feraciſsimam. in ea ſeruantur arcæ reliquię, qua Noe fertur euaſiſſe diluuium, oſtenditurq; ibi hodie quoq; uidere uolentibus. In hac regione Izates uixit uſq; ad patris obitum. Qui poſtquam fato functus eſt, Helena regina accitis eadem die magnatibus ſuis & ſatrapis, ac præfectis militum, Non ignoratis, inquit, quòd maritus meus hæredem ſui regni Izatem optauit, eumq; hoc honore iudicauit digniſsimum, attamẽ

ueſtrum

ueſtrum quoq; ſuper hac re iudicium exſpecto. Beatus enim eſt non qui ab uno, ſed qui plurium conſenſu principatum accipit. hæc illa, ut experiretur uoluntatem cõcilij. Quibus auditis proceres primũ more ſuo reginam adorauerunt, deinde probari ſibi ſententiam reginæ dixerunt, libenterq; parituros Izatæ, quem ſcirent merito & ex cõmuni popularium uoto, patris iudicio prælatum cæteris fratribus. offerebãtq; ſuam operam ut primum fratres eius atq; cognatos occiderent, quo ſecurius nouo regi pararetur imperium. ſic enim liberum fore à metu, in quo eſſe poſſet propter illorum inuidiam & odia. ad hæc Helena gratias egit pro tanta beneuolentia, differendam tamen fratrum eius necem cenſuit in aduentum filij, & exſpectandam ipſius ſententiam. Tum proceres conſuluerunt ut ſaltem uinctos aſſeruaret donec ille ueniat, quo magis in tuto ſit regnum Izatæ: interim aliquem cui maxime regina fideret, procuratorem regni conſtituendum. Paruit his Helena, & prorege fecit grandiorem filium Monobazum, impoſito ei diademate, & dato patris anulo ſignatorio, ſimulq; ſampſera ut ipſi uocant: iuſſitq; eum adminiſtrare rempub. donec frater ueniat. Is autem celeriter uenit audito patris obitu, & ultro cedenti Monobazo fratri in principatum ſucceſſit. Cæterùm eo tempore quo Izates apud Spaſini caſtrum agebat, Iudæus quidam mercator Ananias nomine, familiaritatẽ nactus regiarum mulierum, docebat eas ueri dei cultũ ritu Iudaico. per has deinde cũ Izatæ innotuiſſet, ipſum quoq; in eandem opinionem traducit: accitumq; à patre in Adiabenam comitatus eſt magnis precib. pertractus. forte autem acciderat ut etiam Helena ab alio quodam Iudæo inſtituta leges diuinitus traditas complecteretur. Izates porrò nouus rex poſtquã in Adiabenam reuerſus offendit fratres et cognatos in uinculis, tulit id ægerrime. & cum occidere hos aut uinctos ſeruare uetaret pietas, contrà affectos iniuria dimittere parum tutum uideretur, nequando de uindicta cogitarent: partem eorũ unà cum proprijs filijs Romam ad Claudium Cæſarem miſit, partem ad Artabanum Parthum, futuros utrobiq; obſides. cognito deinde quòd mater multum delectaretur Iudæorũ moribus, dedit operam ut & ipſe ad eam religionem tranſiret. cumq; exiſtimaret ſe nõ eſſe perfectum Iudæum, niſi circumcideretur, paratus erat & hoc facere. quod poſtquam mater reſciuit, conabatur impedire, periculoſum eſſe dictitans. multum enim eam rem à rege alienaturam ſubditorum animos, ſi eum ad externos ritus deſciſcere cognoſcerent: neq; ullo pacto laturos Iudæum in regio ſolio. ſic illa aliquantiſper cupiditatem eius retinuit. rex autem cum Anania contulit conſilium, qui matris ſententiam comprobans, minatus eſt ſe eum relicturum niſi ab hoc propoſito deſiſteret. timere enim ſe ne ſi occulta proferrentur in uulgus, ipſe arriperetur daturus pœnas ut author omnium, qui non docenda regem docuerit. Licere autem ei etiam abſq; circumciſione deum pie colere, ſi Iudæorum inſtituta placeant. in hoc enim magis ſitam religionem quàm in circumciſione corporis: daturumq; deum ueniã, ſi neceſsitate coactus ſignaculum id omitteret, metu nequa exoriatur ſubditorum defectio. his uerbis tum regi perſuaſit quod uoluit. Aliquanto autem pòſt, nondum enim omnino hæc cupiditas exciderat, alius quidam Iudæus è

è Galilæa profectus, Eleazarus nomine, legis ualde peritus habitus, eum ad rem perficiendam impulit. ad ſalutandum enim regem admiſſus, cum eum offendiſſet legentem ſacra Moyſis uolumina: neſcis, inquit, ó rex, quantam iniuriam legi & per hanc deo facias. nec enim ſatis eſt decreta eius noſſe, ſed præſtat imperata eius facere. Quàm diu manebis incircumciſus? ſi nondum legiſti legem circumcidi iubentem, nunc certè lege, ut ſcias quanta ſit impietas hanc omittere. His auditis rex nõ diſtulit negotium, ſed ſecedens in aliud cubiculum, accito chirurgo fecit quod iuſſus eſt: deinde accerſita matre & præceptore Anania, indicauit eis quid actum ſit. quos continuo ſtupor ac metus non mediocris corripuit, ne ſi res perueniret ad uulgi notitiam, rex principatum amitteret, non ferentibus populis imperium uiri alienis religionibus dediti. ſibi quoque uidebant imminere periculum, ut conſcijs & autoribus eius conſilij. Sed deus prouidit ne eueniret quod illi timuerant. nam ex multis periculis & ipſum Izatem eripuit, & eius liberos, in rebus dubijs & deſperatis incolumitatem eis expediens, & oſtendens quòd ad ſe reſpicientibus, ſibiq́ue uni fidentibus, pietatis fructus integer maneat. Sed de his poſtea narrabimus. Helena porrò mater regis uidens res regni pacatas, & filium opinione omnium tam domeſticorum quàm exterorum beatum diuina fauente prouidentia, deſiderio capta eſt uiſendi Hieroſolyma, templúmque illud apud omnes mortales famoſiſsimum, ut ibi deum adoraret, uotiuasq́; uictimas redderet. Et quia facile commeatum impetrauit à filio, poſtquam magnos apparatus in eam profectionem feciſſet, inſtructa copioſo uiatico deſcendit in Hieroſolymitanam urbem, deducente filio dierum aliquot itinere. accidit autem peropportune eius aduentus ciuibus. Cum enim per id tempus ciuitas graui fame premeretur, & multi perirent alimentorum inopia, regina Helena ex ſuis alios miſit Alexandriàm comparaturos uim magnã tritici, alios in Cyprum, qui copiam ficuum paſſarum inde adueherent. quibus omnibus breui reuerſis, cibos egenis diſtribuit, atq; hoc beneficio memoriam immortalem ſibi apud noſtram gentem peperit. Filius quoque eius Izates comperto quanta fame laboret ille populus, multum pecuniæ miſit Hieroſolymitanorum primatibus. Sed horum regum beneficia quibus noſtram ciuitatem iuuerunt, dicentur poſtea. Cæterùm Parthorum rex Artabanus, cum ſenſiſſet ſtructas ſibi inſidias à ſatrapis, nec putaret tutum manere in ſuo regno diutius, decreuit ad Izatem ſe conferre, eius conſilio quæſiturus ſalutem, & ſi fieri poſſet etiam reditum in patriam. Aſſumptis igitur cognatis & familiaribus circiter mille numero, incidit in Izatem in itinere, ex regio ſtrepitu ſibi cognitum, ipſe non notus ei de facie. ad quem propius accedens primùm adorauit more patrio, deinde in hæc uerba erupit. Ne deſpicias me rex tuum ſupplicem, né ue contemnas opis indigum. Deiectus enim in priuatam fortunam è regio faſtigio, ad tuum auxilium confugi. Quamobrem ad inſtabilitatem humanæ felicitatis reſpiciens, tuis quoque rebus proſpice, cum intelligas quibus omnes ſimus obnoxij caſibus. Si enim me inultum ſiueris, animabitur in cæteros quoq; reges audacia inconditæ multitudinis. Hæc ille demiſſo uultu lachrymans. Izates autem audito

III

dito eius nomine, uidénſque aſtare ſupplicem Artabanum, ab equo deſilijt, &, Bono, inquit, animo eſto rex, nec turberis præſenti calamitate quaſi immedicabili. breui enim finem habebit tua mœſtitia: inueniesque amicum & ſocium meliorem, quàm fortè ſperaſti hactenus. aut enim te in Parthorum regnum reſtituam, aut meum tibi cedam. Hæc loquutus impoſito in equum Artabano, ipſe eum comitabatur pedibus, ut maiori regi hunc honorem exhibens. Id Parthus rex tulit permoleſte, iurauitque per futuram ſuam fortunam ac dignitatem, deſcenſurum ſe, niſi ille rurſum aſcenderet, & præcederet. Tum alter morem ei geſturus in equum inſilijt, & perducto in ſuam regiam omnem honorem habuit, in conſeſsibus ac cõuiuijs honoratiorem locum ei cedens, habita ratione non præſentis eius ſtatus, ſed dignitatis priſtinæ, reputansque eadem poſſe cuiuis mortalium accidere. Scripſit etiam ad Parthos ſuadens ut ſuum regem reciperent, fidem ſuam interponens non fore eum iniuriarum memorem. paratus & iureiurando omnem illis dubitationem eximere. Parthi uerò non recuſabant eum recipere, ſed poſſe ſe negabant, quòd iam principatum dediſſent alteri, nomine Cinnamo. periculum enim eſſe, ne altero reuocato omnia flagrarent bellis ciuilibus. Cinnamus autem uoluntate procerum cognita, cum eſſet alumnus Artabani, & alioqui honeſto ingenio præditus, ſcribit ei ut accepta à ſe fide reuerteretur, recepturus amiſſum dignitatis faſtigium: à quo ille perſuaſus redijt. Cinnamus autem obuiam profectus, adorato & regis appellatione ſalutato diadema ſuo capiti detractũ impoſuit. Sic Artabanus Izatæ opera in regnũ ſuum reſtitutus eſt, unde eiectus fuerat à magnatibus. Nec fuit beneficiorum immemor, ſed affecit Izatem maximis qui apud ipſos habẽtur honoribus. nam & tiaram rectam ei geſtare permiſit, & in aureo lecto cubare, quæ honoris inſignia conceſſa ſunt ſolis Parthorum regibus. donauitque ei regionem magnam ac bonam, ademptam ditioni regum Armeniæ, cui nomen eſt Niſibis. in ea olim Macedones condiderant urbem Antiochiam, Mygdoniam cognomine. atque hos honores Izates accepit à Parthorum rege præmium. Non multo pòſt Artabanus moriens regnum reliquit Vardani ſuo filio. hic ad Izatem profectus, ſuaſit ei ut uellet ſibi belli aduerſus Romanos gerendi eſſe ſocius, quod tamen impetrare non potuit. Adiabenus enim non ignorans quanta eſſet Romanorum fortuna ac potentia, cenſebat illum tentare impoſsibilia. Ad hæc quia quinque adoleſcentes filios miſerat ut linguam noſtram & diſciplinas diligenter diſcerent, ſimúlque matrem adoraturam in templo, ſicut diximus, ſegnior erat, & Vardonem quoque conabatur deducere à propoſito, continenter denarrans ei Romanorum geſta & potentiam, ratus ſe hoc modo abſterriturum eum à laceſſendi eos cupidine. Parthus autem his offenſus continuo bellum indixit Izatæ, ex quo tamen nullum retulit operæ præmium, deo fruſtrante ſpes eius uaniſsimas. Parthi enim poſtquam cognouerunt mentem Vardanis, & quòd Romanis bellum inferre ſtatuerit, illo cæſo principatum eius fratri Gotarzæ commiſerunt. huic quoque paulo poſt ſublato per inſidias, Vologeſus frater ſucceſſit, qui duobus germanis eodem ſecũ patre genitis regna diſtribuit, Pacoro

grandiori Mediã, Tiridati minori Armeniam. Porrò Monobazus regis frater & cognati cæteri uidentes Izatæ propter eximiam erga deum pietatẽ res proſpere ſuccedere, prædicariq; eum paſsim tantæ felicitatis nomine, cœperunt & ipſi cogitare de relinquenda religione patria, & aſſumendis Iudaicis ritibus. id ubi olfecerunt eius regni magnates, ægre ferentes diſsimulauerũt tamen indignationem, opportunitatem exſpectantes per quam ab eis pœnas repeterent. Scribunt igitur Abiæ regi Arabum, magnam pecuniam ei pollicentes, ſi expeditionem contra ſuum regem ſuſciperet: promittebántque primo ſtatim conflictu ſe eum deſerturos. Eſſe enim ſibi animum pœnas de eo ſumere propter contemptum ritus patrij. ictóque cum Arabe fœdere, hortabantur ne differret negocium. Paruit ille, & cum magno exercitu contra Izatem uenit. Cumque iam hoſtes in cõſpectu eſſent inituri prælium, priuſquam ad manus ueniretur omnes ſui ex compoſito eum deſerunt: tergáque uertentes hoſtibus, tanquam panico terrore perciti fugam celeriter ineunt. Nec tamen Izatæ animus concidit: ſed ſentiens ſe à magnatibus proditum, ipſe quoque intra caſtra ſeſe recipit, ubi inquiſitione facta in authores ignominiæ, poſtquam deprehendit quoſdam de fuga pactos cum Arabe, his ſupplicio deditis, poſtera die cum hoſte conflixit: cæſisque plurimis, reliquos ueram fugam coegit capeſſere. ipſum regem acriter perſequutus in caſtrum Arſamum compulit: impetúque facto in mœnia, ui illud cepit. eo direpto ingenti præda potitus in Adiabenam triumphabundus reuerſus eſt, quamuis Abiam uiuum in ſuam poteſtatem redigere non ualuerit, quia captiuitatem uoluntaria morte præuenerat. Proceres autem Adiabenorum primo conatu fruſtrati, & à deo in manus ſui regis traditi, ne ſic quidem quieſcebant: ſed denuo ſcribunt Vologeſo regi Parthorum, rogantes ut Izatem interficiat, & dynaſtam alium quempiam genere Parthum ſibi pręficiat. exoſum enim ſuũ regem aiebant, eo quòd patriæ religioni externam prætulerit. His auditis Parthus ad bellandũ excitus, cum nullam haberet iuſtam occaſionem, honores quos ipſius pater ei conceſſerat, repetijt: bellũ interminatus, ſi imperatis contradiceret. Quo nuncio Izates ſupra modum eſt territus, turpe ducens honoris gratia ſibi conceſsis per metum cedere: ſciensque quòd etiamſi ipſe imperata faceret, Parthus tamen non quieſceret, decreuit totam rem deo committere: iacturus extremam de capite aleam: fretúſque huius auxilio liberos & uxores in munitiſsimum quoddam caſtellum depoſuit, frumentum autem in arces: quo facto fœnum omne flammis corrupit & pabulum: atque ita præparatus exſpectabat aduentum hoſtium. Cúmque Parthus numeroſas equitum atque peditum ſecum propere trahens copias opinione citius ueniſſet, poſuiſſetque caſtra ad fluuium qui Adiabenam à Media dirimit: Izates quoque non longe inde caſtra metatus eſt, habens circa ſe equitum ſex millia. in ea caſtra Vologeſus præmiſit nuncium, qui hoſti indicaret quantis ipſe ſtiparetur copijs, contractis è toto imperio quàm late patet Bactra inter & Euphratem fluuium. minabatúrque daturum eum pœnas ingratitudinis erga dominos: ac ne deum quidem quem coleret, poſſe eum è ſuis manibus eripere. Hæc referente nuncio, Izates reſpondit, ſcire quidem

dem

dem ſe nullo modo conferendum eſſe Parthorum uiribus, nec tamen igno rare deum eſſe longe potentiorẽ uniuerſis mortalibus. atq; ita dimiſſo nuncio ſupplex humi ante deum procidit, cinere caput turpatus, & indicto ſibi unà cum uxore ac liberis ieiunio, his precibus deum inuocans: Si nõ fruſtra me dominator domine tuæ bonitati dedidi, teq; merito ſolum & primũ habeo dominũ, ueni in auxilium, non tam me defenſurus ab hoſtibus, q̃ illorũ repreſſurus audaciam, qui nefaria lingua immanes uoces nõ horruerunt iactare contra tuam potentiam. Sic implorantẽ & lamentantẽ exaudiuit deus: illaq; ipſa nocte Vologeſus receptis literis, ſignificantibus Daharum & Sacarum ualidam manũ contempta regis abſentia populari regionẽ Parthicam, infecto negotio retrorſum cum exercitu abijt: ita ut euidenter appareret Izatem tum ſeruatũ diuina prouidentia. Non multo aũt poſt exacto ætatis anno quinto ſupra quinquageſimũ, regni uigeſimoquarto, ſuperſtitibus quatuor liberis maſculis, ſucceſsionem tamen regni reliquit fratri Monobazo, referens ei gratiam bona fide ſeruati ſibi abſenti principatus olim poſt cõmunis patris obitum. Mater porrò Helena mortem eius cõpertam tulit grauiter, ut par erat orbatam amantiſsimo filio: magnam tamen conſolationem habuit, cum audiret ſucceſsiſſe ſuum maiorem natu filiũ, ad quem conueniendum ſine mora profecta eſt: reuerſaq; in Adiabenam, non multo tẽpore Izatę ſuperuixit. Monabazus autẽ oſſa eius & fratris ſui miſit Hieroſolyma, condenda in exſtructis ab ipſa pyramidibus tribus numero, tertio ab urbe Hieroſolymitana ſtadio diſsitis. Sed quæ Monobazus regni ſui tempore geſſerit, dicemus poſtea. Fado porrò procuratore apud Iudæam præſtigiator quidã IIII nomine Theudas perſuaſit magnæ uulgi multitudini, ut aſſumptis ſuis facultatibus ſequerentur ſe ad Iordanem fluuiũ. prophetam enim ſe iactabat, pollicens ſciſſurũ ſe uerbo fluuium, & facilem præbiturũ tranſitũ, taliq; promiſſione permultis impoſuit. At Fadus effecit ut nihil lucrifacerẽt ex ſua inſipientia, immiſsis in eos turmis equitũ: qui ex improuiſo irruentes ex his multos interemerunt, multos uiuos ceperunt, & in his ipſum Theudam, cuius caput abſciſſum reportarunt Hieroſolyma. atq; hæc ſunt quæ Iudæis contigerunt adminiſtrationis Cuſpij Fadi tempore.

Quomodo Tiberius Alexander procurator filios Iudæ Galilæi puniſt. Cap. III

IAdo autem ſucceſsit Tiberius Alexander, eius Alexandri filius v qui Alabarchiæ magiſtratum geſsit Alexandriæ, omniũ in ea urbe ſuo tempore ditiſsimi, qui etiam erga deum pietate ſuperauit filium, deſertorem religionis patrię. horum tempore magna illa fames Iudæam tenuit, quando regina Helena frumentum ingenti ſumptu ex Aegypto comparatũ in egenos diſtribuit, ut iam dictũ eſt. eodem tempore etiã filij Galilæi Iudæ Iacobus & Simon ſublati ſunt de medio, eius qui agente Syriæ cenſum Quirinio Iudæos ſolicitabat ad defectionem à Romano populo: hos enim Alexander crucis affecit ſupplicio. Herodes autem rex Chalcidis Ioſephum Camydæ filium priuauit ſummo pontificio, eiq; ſuccedere iuſsit Ananiam Nebedæi filium. Tiberio Alexandro ſucceſsit Cumanus, quo tẽpore idem Herodes Agrippæ magni frater uita exceſsit octauo anno princi-

principatus Claudij, ſuperſtitibus tribus filijs: quorũ Ariſtobulus ex priore uxore natus eſt, è Bernice uerò fratris filia Bernycianus & Hyrcanus. eius
VI principatum Claudius Cæſar Agrippæ iuniori donauit. Sub eodem Cumano exorta ſeditione Hieroſolymis multi Iudęorum deſiderati ſunt, cuius cauſam primum explicabimus.

Quomodo plurimi Iudæorum circa templum oppreſsi ſunt. Cap. IIII

INſtãte Paſchæ feſto per quod noſtris hominib. ueſci panibus infermentatis mos eſt, cõcurrentibus undiq; ad ſolennitatem turbis plurimis, ueritus Cumanus ne inde naſceretur motus aliquis, iuſsit cohortem unam armatam ſtare ſupra templi porticus, cohibituram tumultum ſiquis forte exiſteret. nam idem & alij ante illum præſides factitauerunt feſtiuitatum temporibus. eius feſti die quartà miles quidam oſtendit populo nudata genitalia: qua contumelia furentes uociferabantur non ſe affectos, ſed ipſum deum quem honoraret ea celebritas. & quidam audaciores in Cumanum iactabant conuitia, dicentes ab illo ſubmiſſum petulantem illum militẽ. his auditis Cumanus & ipſe non mediocriter irritatus eſt: rogabat tamen ut deſinerent mouere ſeditionem feſto tempore. cumq; illi adeò nõ parerent, ut maioribus etiam impeterent eum conuitijs, iubet totum exercitũ cum armis conuenire in Antoniam caſtellũ templo imminens, ut ſuprà docuimus. uulgaris autem multitudo uiſo aduentu militum territa, cœpit magno impetu fugere. & cum eſſent anguſti uiarum exitus, rati à tergo hoſtem inſequi, comprimebant ſe inuicem inter fugiendum, & conculcabãt in anguſtijs, ita ut perirent plurimi. uiginti enim millia extinctorum illo tumultu numerata ſunt: uerſaq; in luctum feſta lætitia, omnes ſacrificiorum & precationũ obliti, dediderunt ſe lamentis ac eiulatibus: tantam cladem intulit unius militis impudentia. Vix hic luctus deſierat, cum aliud malum accidit. Quidam enim qui ex illa turba fugientes euaſerant, in publica uia centeſimo ab urbe ſtadio Stephanum Cæſaris ſeruum iter facientem aggreſsi ſunt latrocinio, omnesq; eius diripuerunt ſarcinas. quo audito Cumanus confeſtim eò miſit milites, iuſſos ut uicos loco propinquos diriperent. in hac populatione miles quidã libros Moſaicos in quodam uico inuentos protulit, eosq; lacerauit in conſpectu omnium, multis debacchatus & in legem & in gentẽ totam conuitijs. Hoc ubi ad Iudæos perlatum eſt, facto concurſu agmine magno petunt Cæſaream, in qua tum Cumanus agebat, ſupplicantes ut non ſuam, ſed læſi numinis ulciſceretur iniuriam. Tum præſes ueritus defectionem populi, de amicorum conſilio militem illum uiolatorem legis ſecuri ferijt, atq; hoc modo tumultum iam repullulantem ſedauit.

Seditio Samaritas inter & Iudæos orta. Cap. V

VII POſt hæc inter Samaritas & Iudæos oritur diſsidiũ initijs talibus. Mos erat Galilæis per dies feſtos Hieroſolyma petentibus iter facere per Samariam. Aliquando igitur cum tranſirent uicum Samaritarũ ditionis, qui Nais dicitur, in Magno campo ſitus, commiſta inter uiatores & uicanos pugna multi Galilæorũ deſiderati ſunt. Id indigne ferẽtes eorũ primates Iudæos ad arma cõciuerunt, hortantes ut ſe in libertatem

bertatem aſſererent. Seruitutem enim etiam per ſe moleſtam, tum uero fieri intolerabilem, ſi cum ſubditorũ iniurijs coniuncta ſit. Cumq; magiſtratus le nire eos conarentur, pollicerenturq; ſe Cumano perſuaſuros, ut pœnas de cædis autoribus ſumeret: uulgus contemptis pacificatoribus, arma corripit, aſcito in auxilium Eleazaro Dinæi filio. Is ex profeſſo latro multis iam annis in montibus errans uicos Samaritanorũ incendijs & rapinis uaſtauerat. At Cumanus cognitis quæ geſta fuerant, aſſumit Sebaſtenorũ alam, & quatuor cohortes peditum: armatisq; etiam Samaritanis contra Iudęos proficiſcitur: quos aſſecutus multos perimit, plures uiuos captos abducit. Tum uero Hie roſolymitanorũ primi genere atq; honoribus, ut uiderunt ad quantam cala mitatem uentũ ſit, induti ſaccos, & capita ſparſi cinere, modis omnibus co-nabantur flectere multitudinem, præ oculis ei ponentes diruendã patriam, & templi incendium, liberosq; cum uxoribus captiuos abducendos ut pro-fanis nationibus ſeruiant: rogabantque ut mutato conſilio, & abiectis armis quieſcerent in poſterum, & ſuas quiſq; domos repeterent. His uerbis tandẽ perſuaſi dilapſi ſunt, latrones uero ad loca munita reuerſi ſunt denuo. Atq; ex eo tempore uniuerſa Iudęa repleta eſt latronum receptaculis. Porrò Sa VIII maritanorum primates Numidium Quadratũ Syriæ præſidem tunc Tyri de gentem conueniunt, & Iudæos accuſant, quòd uicos eorũ diripuerint ac in-cenderint, addentes non tam ſe ægre ferre propriam iniuriam, quàm cõtem ptam Romanorũ poteſtatem, ad quorum cognitionem ſpectaret de iniurijs prouincialium decernere: nunc iſtos quaſi nulli uſquam eſſent Romanorũ magiſtratus, uicinos infeſtaſſe excurſionibus. quamobrem nunc ſe ueniſſe, ut uindictam impetrarent à præſide. Hæ fuerunt querelæ gentis Samariticæ. Iudæi contrà & ſeditionis & pugnæ cauſam in Samaritas referebant, ſed ma-xime in Cumanũ, qui muneribus illorum corruptus tantam cædem diſsimu lanter tulerit. His auditis Quadratus iudicium diſtulit, dicens ſe prolaturum ſententiam, poſtquam præſens apud Iudæam rei ueritatem exactius cogno-uerit. Ita tum infecto negotio diſceſſum eſt. Paulo uero poſt Quadratus ue-nit in Samariam, ubi quum iuſsiſſet reos cauſam ſuam dicere, cõperit Sama-ritanorum culpa tumultũ illum excitatum. Cognito deinde quòd & Iudæo-rum quidam res nouas moliti ſint, in crucem egit quos Cumanus uiuos ce-perat. Inde profectus in uicum Lyddam inſtar urbis amplum, ſedens pro tri bunali, & iterum Samaritanorum cauſam audiens, didicit è quodam Sama-rita, Dortum Iudæorum primatem cum alijs quatuor ſocijs Iudæos ad defe-ctionem ſolicitaſſe: quos præſes affecit ſupplicio. Ananiam uero ſummum pontificem, & Ananũ ducem uinctos Romam miſit, ut apud Claudium Cæ-ſarem facti ſui rationem redderent. Primores etiam Samaritanorum atq; Iu-dæorum, ſimulq; Cumanum procuratorem, & tribunũ Celerem ire in Ita-liam iuſsit ad imperatorẽ, ut ſub eo iudice decerneretur de his quas inter ſe habebant controuerſijs. Ipſe ueritus ne nouum aliquid Iudæi molirentur a-dijt Hieroſolyma: ubi pacata inuenit omnia, populumq; occupatum patrio feſto, & operantem ſacrificijs. Credens igitur nihil nouaturos, reliquit agen tes feſta, & Antiochiam repetijt. Cumanus porrò & Samaritæ Romam miſ-ſi ſtatuta die iubentur cauſam ſuam dicere. Comparauerant autem ſibi fa-

uorem

uorem libertorũ & amicorũ Cæſaris: quorũ opera uiciſſent aduerſarios Iudæos, niſi Agrippa iunior tum Romæ degens, & Iudæorũ primores premi fauore potentũ uidẽs, multis precibus obtinuiſſet ab Agrippina uxore Claudij, ut marito perſuaderet legitime cauſam cognoſcere, & in deprehẽſos tumultus autores iuſtã proferre ſententiã. Claudius igitur his precib. præmollitus, auditis partibus ut cõperit à Samaritanis factum tumultus principium, eos qui tum ad iudiciũ uenerant ſupplicio tradidit. Cumanũ uero mulctauit exilio. Celerem uero tribunũ iuſsit perductũ Hieroſolymã inſpectante toto
IX populo raptari per uias, atq; ita enecari hominem. Procuratorem deinde in Iudæam miſit Claudium Felicem, fratrem Pallantis. Poſt hæc anno imperij ſui duodecimo Agrippam donauit Philippi tetrarchia & Batanæa, adiuncta his Trachonitide cum Abila: quæ tetrarchia Lyſiæ fuerat. Chalcidem uero ei abſtulit, cum iam dynaſta illius fuiſſet quadriennio. His donationib, ornatus à Cæſare iuuenis collocauit Azizo Emeſenorũ regi circumciſo ſororẽ Druſillam. Epiphanes em Antiochi regis filius recuſauit eius nuptias, ꝙ mutata ſententia Iudæorũ religionẽ amplecti nollet, ut erat pollicitus puellæ parentibus. Mariammen quoq; matrimonio cõiunxit Archelao Chelciæ filio, cui ab Agrippa patre iam ante deſponſata fuerat: ex quibus nata eſt filia Bernice nomine. Druſilla autem non multo poſt dimiſſa eſt ab Azizo ex cauſa huiuſmodi. Felix cum eſſet Iudææ procurator, uiſa hac fœminarũ omnium pulcherrima amore eius captus, Simonem amicũ ſuum, Iudæum genere Cyprium, pro mago ſe gerentem ad eam miſit, qui mulierẽ ſolicitaret ut relicto priore marito ipſi nuberet, beatam fore pollicens ſi nõ faſtidiret hominem. illa male cõſulta uolens euadere moleſtationes ſororis Bernices, inuidentis ſibi formæ præcellentiã, conſenſit calcata religione patria Felici nubere: natoq; ex hoc marito filio nomẽ Agrippę impoſuit: qui iam adultus quomodo cum uxore perierit Veſuuiani clade incendij tempore Titi Cæſaris, dicemus poſtea. Porrò Bernice poſt Herodis obitũ, qui idem maritus eius & patruus fuerat, aliquanto tẽpore in uiduitate acta, cum ſpargeret rumor cum fratre eam congredi, ſuaſit Polemoni regi Ciliciæ, ut circumciſus prius ſe duceret, rata ſic ſe coarguturã mendaciũ. Nec recuſauit Polemon inductus maxime mulieris diuitijs: id tamen coniugium diuturnũ non fuit, propter intẽperantiam ut fertur diſcedẽte ab eo Bernice: qui mox deſertus ab uxore, & ipſe Iudaicę religionis deſertor factus eſt. Eodemq; tempore etiam Mariamme dedignata Archelaũ migrauit in thalamũ Demetrij, primi inter Alexandrinos Iudæos tam opibus q̃ genere, & tum Alabarchiæ magiſtratũ gerentis, ex quo filium nomine Agrippinum genuit. Sed de horum ſingulis poſt dicemus diligentius.
X Cæterum Claudius Cæſar exactis in imperio tredecim annis, & octo menſibus, diebusq; uiginti fato functus eſt, aſſeuerantibus quibuſdam ſublatum eſſe uxoris ueneficio. huius mulieris pater fuit Germanicus imperatoris frater, maritus uerò Domitius Aenobarbus unus ex Romanis illuſtribus: poſt cuius mortem diu uiduam tandem Claudius duxit, adducentem in familiam filium patri cognominem Domitium: priorem autem uxorem Meſſalinam ob zelotypiam occiderat, matrem communium filiorum Britannici & Octauij. nam Octauiam omnium ſuorum liberorũ natu maximam ex

Pætina

Pætina prima uxore ſuſceperat: quam Neroni collocauit. ſic enim nomẽ priuigno adoptato mutauerat. Agrippina aũt uerita ne Britannicus adultus à patre acciperet ſucceſsionẽ imperij, uolẽsq́; principatũ ſuo filio quærere, procurata ut fertur morte Claudij, cõfeſtim ad prætorianos milites miſit præfectum eorũ Burrum cum tribunis & libertorum potẽtiſsimis, qui Neronem ad eos perductũ imperatorem cõſalutarent. At Nero principatũ ſic adeptus Britannicum clàm ueneno ſuſtulit, nec multo pòſt Agrippinam matrẽ ſuam ferro propalàm, hanc illi gratiam nõ pro natiuitate ſolũ referens, uerumetiã q̃ eius artibus ad imperiũ prouectus ſit. Occidit & uxorem Octauiam, multosq́; uiros illuſtriſsimos, quaſi coniuratos in ſuam perniciem. Sed de his rebus ſcribere ſuperſedeo. nõ deſunt enim qui res Neronis ſcripſerunt: quorũ aliqui in gratiam eius ut bene de ſe meriti, ueritatẽ neglexerunt: alij indulgentes ſuis odijs, tam impudentibus mendacijs in eius famam debacchati ſunt, ut merito damnandi ſint in hiſtoria. quos equidem nõ miror de Nerone mentitos, quando ne ſuperiorũ quidem imperatorũ geſta ſcribentes rationẽ ueritatis habuerunt, quos tanto pòſt nati nulla iuſta de cauſa odiſſe poterãt. ſed iſtis ueritatis cõtemptoribus liceat ut libet ſcribere, qñ delectari uidentur hac licentia. nos uero quibus propoſitũ eſt à ueritate nuſquã diſcedere, quæ à noſtro argumento aliena ſunt paucis attingimus: quæ uerò nobis Iudæis acciderunt, ea non tanq̃ obiter tractamus, ne calamitatũ quidẽ ac erratorũ cõmoratione uitata. Ergo ad res noſtras narrãdas reuertamur. Primo Neronis principis anno, regi Emeſorũ Azizo defuncto frater in principatu ſucceſsit: minoris aũt Armeniæ dominiũ Ariſtobulus Herodis regis Chalcidis filius à Nerone accepit. Agrippæ quoq; idem princeps partẽ Galilææ donauit, iubens Tiberiada & Tarichæas parere eius imperio: addita his & Iuliade trans Iordanem ſita, agroq́; eius habitato uicis xiiij. XI

Geſta Felicis Iudææ præſidis. Cap. VI

CAeterùm Iudææ res prolabebãtur uſq; in deterius. tota enim referta erat latronum receptaculis, & magicis præſtigiatoribus imperitiq́; uulgi ſeductoribus. quorũ multos, ſicut & latrones, Felix quotidie cõprehenſos afficiebat ſupplicijs: & in his Eleazarũ Dinæi filiũ, qui nõ mediocrem latronum globum circa ſe habebat, dolo uiuum in poteſtatẽ ſuam redegit: data enim ei fide q̃ nihil mali eſſet paſſurus, perſuaſit ut ad ſe ueniret: moxq́; uinctũ Romam tranſmiſit. cumq́; odio prosequeretur Ionatham ſummũ pontificem, ut admonitus ab eo ſæpe de adminiſtrandis melius rebus Iudaicis, ne omnium erratorum inuidia publica in ipſum recideret, ad cuius preces Cæſar hunc procuratorẽ miſerat, rationem excogitauit qua liberaretur ab eius moleſtis interpellationibus. Graue em̃ eſt nocendi cupidis ſi admoneant̃ crebrius. Qua de cauſa Felix amicũ Ionathæ fidiſsimũ Doram Hieroſolymitam genere induxit promiſſa pecunia, ut ſicarios ipſi pontifici immitteret: quod ille in gratiã prẽſidis perfecit his artibus. Quidam quaſi religionis ergò in urbẽ aſcenderũt ſicis clàm ſuccincti ſub ueſtibus, qui permixti Ionathæ famulicio peremerunt hominẽ. cuius facinoris quia nemo ultor extitit, inuitati hac licentia ſicarij p̃ ſingula feſta uentitantes, & tela celantes pari modo immixti turbis, alios cõfodiebant, ꝑpter priuatas

inimicitias,alios cõducti pecunia, idq; nõ modò in reliquis urbis partibus, ſed in ipſo templo etiam.nam & ibi interdũ auſi ſunt cædes patrare, ac ſi nihil hoc modo pietatẽ læderẽt.unde fas eſt credere deũ tanta impietate offenſum auerſatum eſſe Hieroſolyma: temploq; ut non amplius puro domicilio Romanos induxiſſe purificaturos id flammis luſtralibus : gẽtiq; cum liberis ſimul & uxoribus ſeruitutis iugum impoſuiſſe, quo caſtigatiores redderent hoc infortunio.Et urbs quidẽ talibus inceſtabat latrocinijs. Impoſtores aũt & magi turbas illectas poſt ſe trahebant in ſolitudines, pollicentes ſe diuinitus oſtẽſuros eis clariſsima ſigna & prodigia: perſuaſaq; multitudo mox pœ
XII nas luit dementiæ. retractos enim eos Felix neci dedidit. Eodem tempore quidã ex Aegypto uenit Hieroſolyma uatem ſe eſſe profitens & plebi ſuadẽs ut ſecuta ſe in mõtem Oliueti aſcenderet,qui è regione urbis ad quintũ abeſt ſtadium:illic enim uiſuros ſuo iuſſu cadere Hieroſolymorũ mœnia, ita ut p eorum ruinas aditus in ciuitatem pateat.Quo cognito Felix iubet milites arma ſumere: ſtipatusq; multis equitibus ac peditibus erumpens inuadit turbã ſeductam ab Aegyptio:quorũ quadringentis occiſis, ducentos uiuos cepit: Aegyptius ipſe pugna elapſus diſparuit. Poſt hæc latrones rurſum ad rebellandum Romanis incitabant populũ, dictitantes excutiendum illorum imperium, & non aſſentientium uicos direptos abſumebant incendijs. Apud
XIII Cæſaream quoq; inter Iudæos habitatores & Syros de pari iure ciuitatis rixa exorta eſt.nam Iudæi potiore cõditione uolebant eſſe, q urbis eius cõditor Herodes rex fuerit Iudæus genere: id Syri non inficiabant quidẽ, ſed aiebãt urbem turrim Stratonis dictam à principio, quo tẽpore nullum Iudæum habitaſſe inibi.Quæ res pòſt peruenit ad cognitionẽ præſidum,correptisq; ex utraq; parte tumultus autoribus affecerunt eos uerberibus, atq; hoc modo ſeditionem cõpreſſerunt aliquandiu.rurſum enim oppidani Iudæi freti diuitijs per contumeliam Syros laceſſebant cõuitio.qui tametſi inferiores quod ad facultates attinet,ferocientes tamen eo q plurimi Romanis per ea loca militantium Cæſarienſes eſſent & Sebaſteni patria,aliquantiſper & ipſi regerebant in Iudæos cõuitia.deinde ad lapides uentum eſt,ita ut multi utrinq; uel ſauciarent uel caderent.penes Iudęos tñ fuit uictoria.Felix aũt ut uidit cõtentionem progreſſam uſq; ad belli ſpeciem, proſiliens rogabat Iudæos ut deſinerent: quibus nõ parẽtibus immiſit armatos milites : multisq; cæſis,plures captiuos fecit: & multas eorũ domos diuitijs refertas in prædam cõceſsit militibus.Iudæorũ uerò honoratiores ac modeſtiores ſibijpſis timentes rogauerunt Felicem ut militibus receptui caneret, parceretq; iam & reſipiſcendi facultatẽ concederet: id quod præſes indulſit eorũ precibus. Per idem tẽpus Agrippa rex ſummum ſacerdotiũ Iſmaeli contulit Phabei filio:& ipſi ſummi põtifices diſsidere cœperũt à ſacerdotibus & primatib.Hieroſolymitanorũ ciuiũ,ſinguliq; incedebant ſtipati manu audaciſsimorũ & ſeditioſorũ hominũ, conflictantesq; inter ſe mutuis certabant cõuitijs & lapidationibus : nec erat q cõpeſceret,quaſi uacãte urbe magiſtratib.Intantũ aũt exarſit ſummorũ pontificũ impudẽtia,ut auderẽt ſeruos ſuos in areas mittere,q auferrẽt debitas ſacerdotib.decimas,aliquotq; pauperiores è ſacerdotũ ordine alimẽtorũ inopia fame deficerẽt. Tanto plus tũ pollebat uiolẽtia ſeditioſorũ q̃ iuſtitia.

De

De procuratore Porcio Feſto,& de ſicarijs. Cap. VII

CAeterũ poſtq̃ Felici ſucceſſor Porcius Feſtus à Nerone miſſus eſt, primores Iudæorum Cæſaream Incolentiũ Romam profecti ſunt Felicem accuſaturi: dediſſetq; omnino pœnas iniuriarũ quib. Iudæos affecerat, niſi Nero eũ donaſſet Pallãtis fratris precibus, qui tum in precio erat apud principem. Cæſarienſium etiam Syrorum duo XIIII præcipui, Beryllum qui pædagogus Neronis fuerat, tunc uerò Græcis epiſtolis ſcribendis præerat, magna pecunia corruperunt ut impetraret ab imperatore literas, quibus abrogaretur Iudęis eius ciuitatis ius, hactenus commune ex æquo cum Syris cohabitatoribus: id quod ille facile obtinuit. ex his literis poſtea calamitatũ noſtrarum omniũ cauſæ ortæ ſunt. Iudæi enim Cæſarienſes ubi cognouerunt quæ ſcripta ſunt, magis etiã perſtabant in ſeditionibus, donec initiũ belli conflatũ eſt. Cum autem ueniſſet in Iudęam Feſtus, offendit totam afflictam à latronibus uicos paſsim populantibus, quorũ ferociſsimi appellati ſicarij, tunc ad maximũ numerum excreuerãt, utentes gladiolis inſtar acinacis Perſici, incuruis, quales ſicas Romani nominant, unde latronibus ipſis cognomen eſt inditũ, multorũ cæde infamibus: qui, ut iam dictũ eſt, feſtis diebus admixti turbę undiq; in urbem confluenti religionis gratia, nullo negotio quotquot collibuiſſet tollebant de medio. aliquando etiam armati inuadebant inimicorũ uicos, direptosq; tradebant incendio. Feſtus autem equeſtres et pedeſtres copias miſit contra quendam impoſtorem magũ, qui homines poſt ſe trahebat in ſolitudinẽ, deceptos uanis promiſsis, quaſi ope eius incolumes euaſuri eſſent à malis omnibus. hi uniuerſi unà cũ ſeductore ab immiſsis militibus oppreſsi ſunt. Eodem tẽpore Agrippa rex ex- XV ſtruxit inſigni amplitudine domũ prope porticũ in regia Hieroſolymitana, quæ Aſſamonæorũ fuerat, ſitã in edito loco unde amœniſsimus proſpectus patebat contemplari urbẽ uolentibus, cuius uoluptatis rex cupidus è cubiculo ſpectabat quicquid circa templũ fieret. id ubi uiderunt Hieroſolymitani proceres, tulerunt indigniſsime. neq; enim leges noſtræ concedunt ſpectari quid agatur in templo, præſertim ſacrificia. quamobrẽ altum parietem excitauerunt ſupra exhedram, quæ erat in interiore templo uerſa ad ſolem occiduum. hæc non ſolum regij triclinij proſpectũ arcebat oppoſita, uerumetiã occidentalis extra templum ſitę porticus, ubi feſtis diebus Romani ſtationes habebant ad templi cuſtodiam. quo facto tam rex offenſus eſt quàm Feſtus præſes prouinciæ, qui etiam iuſsit parietem dirui. ciues autem rogauerunt ut liceret ſibi legatos ea de re ad Neronem mittere, negantes ſe poſſe uiuere, ſi quid demoliretur de templi ædificijs. quo impetrato miſerunt ad imperatorem decem ciues eximios, & Iſmaelem ſummũ pontificem, & Chelciam cuſtodem ſacri ærarij. Qui audita legatione non ſolum ignouit, ſed permiſit etiam ſic manere parietẽ, gratificatus in hoc uxori ſuæ Poppeæ piæ fœminæ, quæ pro Iudæis deprecatrix fuerat: quæ decẽ illos uiros redire permiſit, Chelciam uerò & Iſmaelem apud ſe detinuit tanquam obſides. Id poſtquã Agrippa reſciuit, pontificatum detulit Ioſepho cognomine Cabi, Simonis quondam ſummi pontificis filio.

De procuratore Albino. Cap. VIII

Aesar autem de Festi morte accepto nuncio Albinum in Iudæam misit præsidem. Rex uero Iosepho iusso priuatam uitam agere, sacerdotium eius dedit Anani filio, & ipsi uocato Anano eodē quo pater nomine. Seniorem istum Ananum aiunt fuisse omnium felicissimum, ut qui filios habuerit quinq;, omnes potitos summi dei pontificio, cum prius ipse ad satietatem hac dignitate esset perfunctus: quod ad eam ætatem nulli antè summorū pontificum contigerat. Iunior autem Ananus, is quem nunc summum pontificatū accepisse diximus, audax erat & ferox ingenio, secta Sadducæus, quod hominum genus apud Iudæos in iudicando est
XVI seueriſsimū, ut antè docuimus. Talis igitur cum esset, tempus opportunū se nactum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, conciliū iudicum aduocat: statutumq; coram eo fratrem Iesu Christi Iacobū nomine, et unà quosdam alios, reos impietatis peractos lapidandos tradidit: quod factū omnibus in ea ciuitate bonis & legū studiosis uehemēter displicuit: missisq; ad regē clàm nuncijs rogauerūt mandaret Anano, ne quid tale posthac ageret. nam ne nunc quidem recte egisse. Quidam etiam Albino occurrētes uenienti ab Alexandria, docuerunt eum non licuisse Anano sine ipsius cōsensu aduocare conciliū. horū uerbis ille persuasus iracunde scripsit pōtifici, daturum sibi pœnas minitans: & Agrippa rex eam ob causam post tertiū mensem ablatum ab eo pontificatum Iesu Damnei filio cōcessit. Albinus porrò ut uenit Hierosolyma omnem curam & diligentiam adhibuit ut pacaret prouinciam, interfectis multis sicarijs. Ananias autem pōtifex indies apud populum celebrior fiebat & charior, honorabaturq; ob liberalitatē ab omnibus: quotidieq; Albinū donis uenerabatur & summū pontificē. Sed habebat seruos pessimos, qui adiuncto sibi audacissimo quoq; obeuntes areas ui auferebant sacerdotū decimas, pulsantes eos qui cunctarentur reddere. alij quoq; pontifices faciebant similia, nemine ualente cōpescere: multiq; sacerdotum quibus antè ex decimis alimenta fuerant, tunc absumebantur inedia. At sicarij die festo qui tum superuenerat noctu urbem ingressi uiuum ceperūt scribam ducis Eleazari. is erat Ananiæ pontificis filius. hunc uinctū abduxerūt, ac deinde miserunt Ananiam, qui eorū nomine promitteret scribam dimittendum, si pater Albino persuaderet, ut ex eorū numero decē captiuos solueret: tum Ananias urgente necessitate ab Albino impetrauit quæ latrones illi postulauerant, id quod maiorū calamitatū fuit initiū. Latrones enim semper aliquam artem cōminiscebātur, qua ex Ananiæ cognatis quempiam interciperent, nec prius dimittebant q̄ è suis aliquot reciperent: auctiq; denuo magno numero, & recepta audacia, totam eam regionē uastabant. Hoc tempore Agrippa rex prolatis pomœrijs Cæsareæ quæ Philippi dicitur, mutato nomine in Neronis honorē uocauit eam Neroniada: & theatrū apud Berytios impēdijs magnis exædificatū ornauit spectaculis annuis, assignata in eū usum ingenti ui pecuniæ. Frumentū enim donauit ei populo, & oleū uiritim distribuit: totamq; eam urbē ornauit statuis passim dispositis atq; expressis ad antiqua clarorū artificum archetypa imaginibus: & omnia penè sui regni ornamenta in eam ciuitatē transtulit: unde magnā sibi apud subditos parauit

inuidiam

inuidiã, quòd ſuos ſpolians externam urbẽ excoleret. eodẽ rege iubẽte Ieſus Gamalielis filius in ſummo pontificatu ſucceſsit IeſuDamnei filio nõ libẽter ſibi cedenti, unde natũ eſt inter utrumq; diſsidium. aſcitis enim globis auda cium iuuenũ ſæpe à conuitijs prorumpebant ad lapides. Sed inter alios emi-nebat Ananias ex amplis facultatibus largitione plurimos ſibi concilians. Co ſtobarus quoq; & Saulus ſuam quiſq; circa ſe manũ habebat ſceleratorũ ho-minum, orti genere regio, & propter Agrippæ cognationẽ fauorabiles, alio-qui uio∫enti & ad ſpoliandos infirmiores promptiſsimi. atq; ex illo maxime tempore labare cœpit noſtra reſpub. & indies in deterius ruere. Porrò Al XVII binus audito Geſsium Florum ſibi ſucceſſurũ uenire, uideri uolens gratifi-catus Hieroſolymitanis ciuibus, productis uinctis, quotquot erant in mani-feſte capitali culpa iuſsit interimi: reliquos qui leuioribus de cauſis conie-cti erant in uincula, reductos in carcerem pecunijs mulctatos dimittebat alium poſt alium. atq; in hunc modum uacuato uinctis carcere Iudæa repleta eſt la tronibus. Interea Leuiticæ tribus homines quorum erat ſacros hymnos in templo canere, adito rege induxerunt eum precibus ut aduocato cõcilio de-cerneret eis uſum ſtolæ lineæ, quę tum ſolis erat conceſſa ſacerdotibus. hanc enim nouationem pertinere ad perpetuam ipſius regni memoriam. neq; fru ſtra fuit eorũ poſtulatio. Rex enim de concilij ſententia permiſit hymnorum cantoribus, ut depoſito priore habitu, lineum ut uoluerunt ſumerẽt. Aliam etiam eiuſdem tribus partem addictam templi miniſterijs, ipſorum precibus motus permiſit ſacros hymnos canendos ediſcere: quæ omnia fiebant cõtra inſtituta legis patrię, nunq̃ uiolatę abſq; piaculo. Iam abſolutũ erat & templi ædificium. Populus igitur cum uideret eſſe in otio circiter octodecim opifi-cum millia, ſolitorũ hactenus in templo ex operarũ mercedibus uictũ quæ-rere, nolensq; ſacram pecuniam repoſitã habere nequando pręda Romanis fieret, ſimulq; opificibus inde prouiſum cupiens: quòd uel una hora opera-to ſtatim merces repræſentaretur: ſuaſit regi ut orientalem inſtauraret porti-cum. ea tẽpli extima claudebat profundæ ualli & anguſtæ imminens, ac pro-inde ſubnixa muro quadringentos alto cubitos, ſaxis conſtructo quadratis ualde candidis: eratq; cuiuſq; ſaxi longitudo cubitorũ uiginti, ſex uero altitu do: opus Solomonis regis qui primus integrũ templũ condidit. Rex aũt cu-ius curæ Claudius Cæſ. fabricam tẽpli cõmiſerat, reputans quodcunq; opus demoliri facile, reparari difficile, maxime talem porticũ egentẽ & tẽpore lon go & pecunijs plurimis, nõ annuit populi precibus: ſed urbem candido ſaxo conſternere ſi liberet non uetuit. Poſt hæc Ieſu Gamalielis filio pontifica-tum abrogatũ concedit Matthiæ Theophili filio, quo pontifice Iudaicũ bel-lum habuit initiũ. Conueniens uidetur præſenti hiſtoriæ narrare de pon XVIII tificibus quæ origo eorũ, & qui ad hunc honorẽ admittant̃, & quot uſq; ad finẽ eius belli fuerint. Primus igitur omniũ hoc dei ſacerdotiũ geſsiſſe fertur Moyſis germanus Aaron põtifex: quo defuncto ſucceſsiſſe mox filios, ac de-inde illorũ poſteritati manſiſſe hunc honorẽ perpetuũ. unde cõſuetudo ob-tinuit accepta à maioribus, neminem dei pontificẽ fieri niſi deſcendentẽ ab Aaronis ſanguine, nec eam dignitatẽ cõcedi uel regib. oriundis alio genere. Fuerunt igit̃ uniuerſi à primo Aarone uſq; Phanaſum, quẽ belli tẽpore ſedi-

tioſi declarauerunt pontificē, LXXXIII numero. horū XIII præfuerūt ſacris ab eo tēpore quo primum in deſerto Moyſes erexit deo tabernaculum, uſq; dum in Iudæam uentum eſt, ubi deo templū ædificauit rex Solomon. nam à principio pontificibus non ſuccedebat niſi mortuis: deinde uiuentibus etiā ſubrogari cœperunt alij. Itaq; hi XIII cum eſſent duorum Aaronis filiorum poſteri, per continuatas ſucceſsiones hoc honore potiti ſunt: ſub his primò penes optimates adminiſtratio fuit reipublicæ, poſt ad monarchas, poſtremò ad reges tranſijt. ex quo autem die patres noſtri ductu Moyſis Aegyptū ſunt egreſsi, uſq; ad templum à Solomone rege conditum, elapſi ſunt anni DCXII. poſt XIII illos pontifices alij XVIII ſecuti ſunt, à tempore Solomonis regis ſibi ſuccedentes uſq; dum Nabuchodonoſor Babyloniorū rex contra noſtram urbem expeditione facta templum incendit, & translata tota gente Babylonem, Ioſedecum quoq; pontificem illò abduxit. horum pontificatus tempus CCCCLXVI annorū fuit, menſium ſex, dierū decem, rempub. Iudæorum gubernantibus regibus. poſt ſeptuageſimū autem Babylonicæ captiuitatis annum Cyrus Perſarum rex dimiſsis Babylone Iudæis & reuerſis in antiquam patriam permiſit templū denuo cōdere, quando Ieſus Ioſedeci filius aſſumpſit ſummum ſacerdotium. Hic & eius poſteri quindecim uniuerſi uſque ad regem Antiochum Eupatora ſtatum reipub. popularem rexerūt per annos CCCCXIII. Cæterùm iam dictus Antiochus cum ſuo duce Lyſia primus Oniam cognomento Menelaum apud Berytum uita ſimul priuauit, & ſacerdotio, repulſoq; à ſucceſsione eius filio, Iacimū conſtituit ſummū pontificem, natū quidem ex Aaronis progenie, ſed non ex eadem familia. quamobrem Onias defuncti Oniæ pontificis filius nomine patrē referēs, in Aegyptum profectus & inſinuatus in Ptolemæi Philometoris ac Cleopatræ eius coniugis amicitiam, perſuaſit eis ut in Heliopolitica præfectura deo templū inſtar Hieroſolymitani extruerent, ſeq; illic pontificē conſtituerent: de quo templo ſæpe aliàs diximus. Iacimus aūt triennio in pontificatu exacto mortuus neminem ſucceſſorem habuit, ſed per ſeptennium ſine pōtifice manſit ciuitas. Dein poſtquam Aſſamonæorū familiæ principatus noſtræ gentis eſt creditus, rebellantes Macedonibus Ionathan creauerunt ſummum pontificem, qui ſeptennio toto præfuit. quo per inſidias Tryphonis ſublato è uiuis, frater eius Simon obtinuit id ſacerdotiū. cui dolo generi oppreſſo inter epulas, filius Hyrcanus in honore ſucceſsit. eum cum per unū & triginta annos geſsiſſet, iam decrepitus ſucceſſori Iudæ reliquit ſuo filio, qui alio nomine Ariſtobulus eſt dictus. huic frater hæres fuit tam regni q̄ ſacerdotij, poſtquā ille ſumpto tum primum diademate unum annū utraq; dignitate potitus eſt. Is nomine Alexander & ipſe regnum coniungens pontificatui cum uiginti ſeptē annis præfuiſſet rebus Iudaicis moriens Alexandræ uxori permiſit deligendi pontificis arbitrium. illa Hyrcano id addixit, exactoq; in regia potestate nouennio è uiuis exceſsit: quo toto tempore Hyrcanus eius filius pontificatum tenuit. nam poſt matris obitum Ariſtobulus frater moto bello uictum pontificem ad priuatam uitam redegit, & ſibijpſe regnū ſimul uſurpauit ac ſacerdotium: exactiſq; in utraq; dignitate tribus annis, & totidē menſibus, cū ſuperueniens Pompeius ui cepiſſet Hieroſolyma, à uictore uinctus

Romam

Romam missus est cum liberis: & Hyrcanus restitutus in pontificatum, principatum quoq; suæ gentis accepit, sed absq; diademate: præterq; priores illos nouem, per alios XXIII annos summũ sacerdotiũ obtinuit. Post quos completos Barzapharnes & Pacorus dynastæ Parthorũ traiecto Euphrate bellũ Hyrcano inferunt, eoq; uiuo abducto Aristobuli filium Antigonum regem constituunt: qui post tres annos & totidem menses expugnatus ab Herode & Sosio, apud Antiochiam iussu Antonij dedit supplicium. Herodes autem accepto à Romanis regno non amplius ex Asamonæo genere creauit pontifices, sed eum honorẽ qnibusuis ex sacerdotũ ordine concessit etiam obscuris, absq; uno Aristobulo. hunc enim Hyrcani à Parthis capti nepotẽ, & Mariammes suæ uxoris fratrẽ, ob fauorẽ populi, & Hyrcani aui memoriã summo sacerdotio dignatus est. deinde ueritus ne omnes in illum essent propensiores, apud Hierichuntem arte necauit natantẽ in piscina, ut suprà diximus: neque postea ulli ex Asamonæorum posteritate hoc sacerdotium committere uoluit. idem fecit in ordinandis pontificibus Archelaus eius filius, & Romani qui post illum cum potestate præfuerunt prouinciæ. Sunt igitur qui ab Herodis principatu usque in diem qua templũ & urbs incendente Tito conflagrauit, pontificatum gesserunt, in uniuersum numero uiginti octo: tempusque eorum sacerdotij centum anni, & septem insuper: quorum aliqui sub Herode fuerunt, & Archelao eius filio: defunctis autem his penes optimates fuit respublica, collocatis in eius fastigio pontificibus: de quibus hactenus dixisse sufficit.

Quomodo Florus Albini successor tantis Iudæos affecerit iniurijs, ut coacti sint arma sumere. Cap. IX

EFsius autem Florus Albino successor à Nerone missus plurimis Iudæos repleuit calamitatibus. is Clazomenus erat genere, adduxitq; secum Cleopatram coniugem non minus improbam, per quam ut Poppeæ Augustæ amicam, Iudææ administrationem impetrauerat. adeò uerò potestate uiolenter abusus est, ut Albinum Iudæi desiderarent quasi beneficum. nam ille quantum poterat clam erat malus & nocens: Florus contrà quasi ad ostentandam missus malitiam, malitiam, publice traducebat nostræ gẽtis iniurias, nihil sibi ad summam in rapinis & supplicijs iniquitatem reliquum faciens. erat enim inflexibilis ad misericordiam, nullis unquam lucris satiabilis, undecunq; parua æque captans ac magna, ut etiam latronum esset particeps. multi enim illũ quæstũ exercebant de incolumitate, quam abeo redimebãt decisis prædarũ partibus: adeoq; nullus erat iniuriarũ uel modus uel finis, ut miseri Iudæi nõ ferentes rapacem latronum insolentiam cogerentur laribus relictis & patrijs cæremonijs, ad exteros fugere, iudicantes ubiuis etiam apud Barbaros se uiuere posse cõmodius. Et quid multis uerbis opus est? Bellum contra Romanos suscipere solus Florus nos compulit, malens semel uniuersos quàm paulatim perdere. Itaq; secundo anno postquam is uenit procurator in prouinciam, duodecimo uerò Neronis imperij, bellũ id cœptũ est: quo tempore quanta uel coacti fecimus, uel perpessi sustinuimus, exacte cognoscere poterunt qui dignabuntur legere libros à nobis conscriptos de bello Iudaico. atq; hic dicendi finẽ faciam de antiquitatibus, quas

belli argumentum ſequitur. Præſentis autem operis textus continet totum illud tempus inter primam creationem hominis & annum Neronis principis duodecimum: quæq; per tot ſecula Iudæis uel in Aegypto obuenerũt, uel in Palæſtina cæteraq; Syria, tum quas clades ab Aſſyrijs & Babylonijs accepimus, quóue modo tractati ſimus à Perſis & Macedonibus, & poſtremo à Romano populo. his enim omnibus accurate deſcriptis etiam pontificũ ſucceſsiones recenſuimus continuatas per annorum duo millia. pari diligentia regũ quoq; res ordine tradidimus, & ſtatus reipublicæ monarcharumq; potentiam, per omnia ſecuti autoritatem ſacrorũ uoluminũ, ita ut à principio ſumus polliciti. auſimq; addere quòd nemo alius ſcriptor Iudæus externús ue potuiſſet hoc argumẽtum tanta fide Græcis hominibus prodere. ego em̃ tribulium meorũ confeſsione diſciplinas patrias egregie calleo, Græcanicæ quoq; literaturæ non ſine profectu dedi operam, quamuis exquiſitam pronunciandi rationem aſſequi per patriam conſuetudinẽ non licuit. noſtri em̃ homines nõ ſuſpiciunt eos qui multas perdidicerunt linguas, quod ſtudium profanum apud eos habetur & ſeruis cõmune cum ingenuis. ſolos autem ſapientes ſuo ſuffragio pronunciant, qui legis & ſacrarũ literarum tantam aſſecuti ſunt peritiam, ut eas etiam interpretari ualeant. qua in re cum multi collocarint operam, uix uni ſucceſsit atq; alteri, quibus mox dignum præmium contigit. Fortaſsis autẽ nulla inuidia prohibet etiam de meo genere, geſtisq; per totam uitã rebus pauca exponere, dum adhuc ſuperſunt qui uel atteſtari poſſunt, uel coarguere: atq; ita concludetur harum antiquitatum tractatio comprehenſa uiginti uoluminibus, uerſuum uero ſexaginta millibus. Quòd ſi deus conceſſerit, compendio rurſum referam belli caſus, & quæ nobis in præſentem uſque diem euenerunt, quæ incidit in decimumtertium annum principatus Domitiani Cæſaris, ætatis uerò meæ ſextum & quinquageſimũ.

Promiſi etiam ſcripturũ me quatuor libros de Iudæorum opinionibus, & quas de deo eiusq; eſſentia, & de legibus, quare per eas liceat nobis facere, alia non liceat.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI VITA.

MIHI igitur genus eſt nõ obſcurum, ſed longa ſerie deductum à ſacerdotibus: & ſanè quemadmodũ apud alios aliæ nobilitatis rationes cenſentur, ita apud noſtrates ius ſacrorũ habere argumentũ eſt illuſtris originis, ego autem non ſolum ex ſacerdotum oriundus ſum genere, uerumetiam ex uice prima inter uiginti quatuor illas, quas inter nõ mediocre diſcrimen eſt. quin & ad regiũ genus per matrẽ pertineo: quãdoquidem Aſamonæorũ familia, ex qua illa prognata eſt, tempore longo regnum ſimul & ſacerdotiũ in gente noſtra obtinuit. nunc ipſam ſeriem propagationis pertexam. Atauus mihi fuit Simon Pſellus cognomine, quo tẽpore Hyrcanus Simonis pont. filius eius nominis primus ſummũ ſacerdotiũ tenuit. is nouem filios habuit, & in his Matthiam Aphliæ cognomine. hic ex Ionathæ ſummi põtificis filia Matthiam Curtum ſuſcepit, primo anno Hyrcani principis. ex eo Ioſephus progenitus eſt anno regni Alexandræ nono; qui Matthiam genuit annum decimũ regnante Archelao. is porrò me genuit imperij C. Cæſaris anno primo, ipſe autem filios habeo tres: quorũ Hyrcanus maximus natus eſt anno quarto Veſpaſiani principis, deinde ſeptimo Iuſtus, nono Agrippa. atq; hanc generis noſtri ſucceſsionem ut eſt in publicas tabulas relata huc tranſcripſi, parui faciẽs improborum calumnias. Matthias autem meus pater, nõ nobilitate ſolũ, ſed multo magis iuſtitia fuit celebratus, cuius nomine totis q̃ ampla ſunt Hieroſolymis innotuit. ipſe à pueritia cũ Matthia eiſdem parentibus nato incumbens diſciplinis egregie profeci, uiſusq; ſum intellectu & memoria præcellere: ita ut iam tum quartumdecimũ annum agens laudem conſecutus ex literarũ ſtudijs etiam à pontificibus & urbis primoribus de penitiori legũ ſenſu conſulerer. ſextumdecimũ deinde ingreſſus decreui noſtratium ſectarum guſtum aliquem capere, quas tres eſſe diximus, Phariſæorũ, Sadducæorum, & Eſſenorum: ſic enim faciliorem delectũ fore putabam, ſi omnes cognoſcerẽ. itaq; duro uictu & magno labore per omnes tres tranſij: ac ne hac quidem experientia cõtentus, cum audiſſem Banũ quendam in ſolitudine uiuere, amictũ ſibi parantem ex arboribus, & ſponte prouenientibus alimẽtis utentem, crebrisq; nocte ac die lauacris frigidis ad caſtitatem tuendam, cœpi eius inſtitutũ imitari: exactisq; in eius contubernio tribus annis, poſtq̃ cõcupitis ſatis potitus ſum, in urbem redij. Iamq; undeuiginti annos natus ciuilem uitam aggreſſus ſum, addictus Phariſæorum placitis, proxime ad ſtoicam apud Græcos ſectam accedẽtibus. Poſt annum uerò ętatis ſextũ ſupra uigeſimũ Romam mihi proficiſci contigit ob cauſam hanc. Quo tempore Felix in Iudæa procurator erat, ſacerdotes quoſdã mihi familiares, uiros honeſtos & bonos, ob leuem quandam culpam uinctos Romam miſit, acturos cauſam ſuam apud Cæſarem. quos ut aliquo pacto eriperem

perem periculo, præſertim cum audirem, ne in calamitate quidem conſtitu tis curam pietatis excidiſſe, & ficis ac nucibus eos uitam ſuſtentare, ueni Romam multis in mari exhauſtis periculis. merſa em̃ noſtra naue in medio mari Adriatico, circiter ſexcenti per totam noctem natauimus, & diluculo demũ Cyrenaicam nauem deo fauente conſpicati, octuaginta fermè noſtrũ feliciore uſi natatu in eam recepti ſumus. ita ſeruatus Dicæarchiã, ſiue Puteolos, ut Itali uocare malunt, familiaritatẽ contraxi cum Alituro mimorũ actore, qui Iudæus genere Neroni charus erat: per quem ubi Poppeæ uxori Cæſaris innotui, confeſtim per eam impetraui abſolutionẽ illis ſacerdotibus: præterq; magnis donatus ab ea muneribus in patriã reuerſus ſum. ibi deprehendi iam nouarũ rerum ſtudia gliſcere, multoſq; ad defectionẽ ſpectare à Ro.po. Itaq; conabar ſeditioſos ad meliorẽ mentẽ reducere, proponens eis ob oculos cũ quibus eſſent bellũ geſturi, nimirũ cum Romanis, quibus & peritia rei militaris, & felicitate eſſent impares: monebamq; ne temere ac imprudenter patriam ſeq; & ſuos in extremũ periculũ conijcerent. ad hunc modũ uehementer dehortabar, infeliciſsimũ belli finẽ proſpiciens. nec tñ quicquã profeci, tanta erat tum deſperatorũ inſania. Veritus igitur ne eadẽ continenter apud eos repetẽs in odiũ atq; ſuſpicionẽ inciderem, quaſi fautor hoſtiũ, né ue hoc nomine cõprehenſus ab eis neci traderer, occupato iam caſtello Antonia ſeceſsi ad templũ interius. deinde poſt occiſum Manahemũ & primates latronum cohortis rurſum ex tẽplo prodij, uerſabarq; cum pontificibus & Phariſæorũ primoribus, non mediocriter ſibi timentibus. uidebamus enim populum arma corripuiſſe, ipſi inopes conſilij. & cum nõ poſſemus tumultuatores cõpeſcere, ꝙ ea res nõ careret periculo, ſimulabamus quidẽ nos ꝓbare illorũ ſententiã, ſuadebamus tñ ut ſe continerent, & hoſtem abire ſinerent, ꝙ ſperaremus Geſsiũ breui uenturũ cum ualidis copijs, & eum tumultũ ſedaturum. At ille reuerſus, & in prælio cum multis occiſus, ſua clade extremam toti noſtrę genti calamitatẽ attulit: mox em̃ belli autorib. additus eſt animus, ſperantibus omnino Romanos deuincendos, quo tẽpore & aliud quidã accidit. Syriæ urbium circumuicinarũ habitatores Iudæos intra eadẽ mœnia ſecũ degentes cõprehenſos unà cum uxorib. & liberis trucidabant, ſine ullo crimine: quippe qui neq; deficere à Romanis cogitauerant, neq; cõtra ipſos priuatim aliquid moliti fuerant. Sed inter cæteros eminuit impia Scythopolitarũ immanitas. Cum enim bello peterent̃ à Iudæis exteris, coegerunt ſuos Iudæos cõtra tribules arma ſumere, quod noſtris uetitũ eſt legibus: horũq; ope hoſtes profligati ſunt. poſt uictoriã aũt obliti fidei ſocijs inquilinis debitæ, omnes occiderunt, cũ eſſent multa hominũ eius gentis millia. nec mitius tractati ſunt Iudęi Damaſcę incolæ. Sed de his prolixius in libris De bello Iudaico narrauimus: nunc ob hoc tantũ earũ cladiũ memini, ut ſciat lector noſtrã gentẽ nõ ultro ſed neceſsitate cõpulſam ad id bellũ deueniſſe. Itaq; profligato Geſsio Hieroſolymitanorũ primores cum uiderent latrones cęteroſq; pacis turbatores habere armorũ copiam, ueriti ne ipſi inermes inimicis obnoxij fierẽt, ut poſt accidit: cognitoq; ꝙ Galilæa nondũ tota à Romanis deſeciſſet, ſed pars eius etiam tum quiete ageret: miſerunt eò me & alios duos ſacerdotes, uiros honeſtos ac bonos, Ioazarũ & Iudã, ut prauis illis hominibus perſua-

perſuaderemus arma deponere: doceremuſq; ſatius eſſe cõmitti ea gẽtis optimatibus. placere enim ut illi arma in futurũ ſemper parata habeãt. exſpectandum tamen dum certò ſciatur quidnam Romanis ſit animi. Cum his mandatis in Galilæam ueniens reperi Sephoritas in magno diſcrimine, tuentes patriam contra Galilæorũ uim uolentiũ eam diripere, & perſtarent in amicitia Romani populi, fidemq; ſeruarent Senio Gallo tum Syriæ præſidi. His ego ſecuritatẽ reddidi ſedata infeſta multitudine: permiſiq; ut quoties uellent in Dora (ea Phœnices urbs eſt) ad ſuos mitterent, quos obſides Geſsio dederant. Tiberiadis autẽ incolas inueni iam arma ſumpſiſſe ob huiuſmodi cauſam. tres in hac urbe factiones erant. una honeſtorũ uirorũ, cuius caput erat Iulius Capella. Is & qui eũ ſequebantur, Herodes Miari, Herodes Gamali, Compſus Compſi: Criſpus enim huius frater olim à maiore Agrippa ei urbi præfectus tum in ſuis poſſeſsionibus trans Iordanẽ agebat: hi omnes inquam autores erant manendi in fide regis & Ro.po. ſolus ex nobilitate Piſtus diſſentiebat in gratiam Iuſti ſui filij. Altera factio è plebeis & obſcuris cõſtans bellandum decernebat. In tertia Iuſtus eminebat Piſti filius, dubitare ſe de bello ſimulans, ſed interim occulte mutationẽ rerũ cupiens, cuius occaſione ſperabat ſe conſecuturũ aliquam potentiã. itaq; progreſſus in concionẽ conabatur docere multitudinẽ & eorũ ciuitas inter Galilæas ſemper ſit habita: quodq; metropolis eius regionis fuerit Herodis tetrarchæ tempore, qui ipſius conditor Sephorim ei ſubiecerit. hanc præminentiam ei manſiſſe & ſub Agrippæ patris imperio, uſq; ad Felicem Iudææ præſidem: nunc demũ poſtquam Agrippę iuniori à Nerone donata ſit, primatũ amiſiſſe. mox enim Sephorim ex quo Romanis parere cœpit, reliquę regioni prępoſitã: deſiuiſſeq; apud ſe archiua & mẽſam regiam. His & alijs multis in regẽ iactatis cum irritaſſet ad defectionem populũ, aiebat nunc eſſe tempus, correptis armis, & aſſumptis in ſocietatem reliquis Galilæis primatũ ſibi de integro uindicare omnib. fauentibus Sephoritarum odio, quos pertinaciter hærẽtes in Romanorũ amicitia libenter aliqua clade afficerent: iuuandosq; eos conatus totis uiribus. His dictis permouit multitudinem, & haberet popularem quandam facundiam, & ſaniora ſuadentes uerborum præſtigijs uinceret. erat enim etiã Grę carum diſciplinarum non imperitus, quibus fretus auſus eſt rerum tunc geſtarum hiſtoriam texere, quo ueritati fucum faceret. Sed de huius nequitia, & quomodo unà cum ſuo fratre patriã penè ſubuerterit, procedẽte ſermone narrabimus. Tunc aũt Iuſtus ciuibus perſuaſis, quibuſdam etiam coactis arma capere, cum omnib. egreſſus incendebat uicos Hippenorũ atq; Gadarenorum, contiguos Tiberiadis agro, & Scythopolitanorũ finibus. quæ dum apud Tiberiadem geruntur, Giſchalorũ ſtatus erat talis. Ioannes Leui filius uidens ciuium ſuorũ quoſdam ferocientes iugum Romanorũ excutere uelle, conatus eſt eos retinere in fide & officio: quod tamẽ nullo modo efficere ualuit. interim uicini populi, Gadareni, Gabaraganæi, & Tyrij collectis ualidis copijs irruentes expugnant Giſchala, quib. incenſis atq; dirutis domũ ſe recipiunt. qua iniuria Ioannes accenſus, ſuis omnib. armatis, conflictúq; cum prædictis populis habito, inſtauratam patriam ſecuritatis cauſa cinxit mœnibus. Gamala autem in Romanorũ fide perſtabãt ob cauſam hanc. Philippus

Iacimi

inimicitias,alios cõducti pecunia, idq; nõ modò in reliquis urbis partibus, ſed in ipſo templo etiam.nam & ibi interdũ auſi ſunt cædes patrare, ac ſi nihil hoc modo pietatẽ læderẽt.unde fas eſt credere deũ tanta impietate offenſum auerſatum eſſe Hieroſolyma: temploq; ut non amplius puro domicilio Romanos induxiſſe purificaturos id flammis luſtralibus : gẽtiq; cum liberis ſimul & uxoribus ſeruitutis iugum impoſuiſſe, quo caſtigatiores redderent hoc infortunio.Et urbs quidẽ talibus inceſtabat latrocinijs . Impoſtores aũt & magi turbas illectas poſt ſe trahebant in ſolitudines, pollicentes ſe diuinitus oſtẽſuros eis clariſsima ſigna & prodigia : perſuaſaq; multitudo mox pœ
XII nas luit dementiæ. retractos enim eos Felix neci dedidit. Eodem tempore quidã ex Aegypto uenit Hieroſolyma uatem ſe eſſe profitens & plebi ſuadẽs ut ſecuta ſe in mõtem Oliueti aſcenderet,quĩ è regione urbis ad quintũ abeſt ſtadium:illic enim uiſuros ſuo iuſſu cadere Hieroſolymorũ mœnia, ita ut p eorum ruinas aditus in ciuitatem pateat.Quo cognito Felix iubet milites arma ſumere: ſtipatusq; multis equitibus ac peditibus erumpens inuadit turbã ſeductam ab Aegyptio:quorũ quadringentis occiſis, ducentos uiuos cepit: Aegyptius ipſe pugna elapſus diſparuit. Poſt hæc latrones rurſum ad rebellandum Romanis incitabant populũ, dictitantes excutiendum illorum imperium, & non aſſentientium uicos direptos abſumebant incendijs . Apud
XIII Cæſaream quoq; inter Iudæos habitatores & Syros de pari iure ciuitatis rixa exorta eſt.nam Iudæi potiore cõditione uolebant eſſe, q urbis eius cõditor Herodes rex fuerit Iudæus genere: id Syri non inficiabanẽ quidẽ, ſed aiebãt urbem turrim Stratonis dictam à principio, quo tẽpore nullum Iudæum habitaſſe inibi.Quæ res pòſt peruenit ad cognitionẽ præſidum,correptisq; ex utraq; parte tumultus autoribus affecerunt eos uerberibus , atq; hoc modo ſeditionem cõpreſſerunt aliquandiu.rurſum enim oppidani Iudæi freti diuitijs per contumeliam Syros laceſſebant cõuitio.qui tametſi inferiores quod ad facultates attinet,ferocientes tamen eo q plurimi Romanis per ea loca militantium Cæſarienſes eſſent & Sebaſteni patria,aliquantiſper & ipſi regerebant in Iudæos cõuitia.deinde ad lapides uentum eſt,ita ut multi utrinq; uel ſauciarenẽ uel cæderent.penes Iudęos tñ fuit uictoria.Felix aũt ut uidit cõtentionem progreſſam uſq; ad belli ſpeciem, proſiliens rogabat Iudæos ut deſinerent: quibus nõ parẽtibus immiſit armatos milites : multisq; cæſis,plures captiuos fecit: & multas eorũ domos diuitijs refertas in prædam cõceſsit militibus.Iudæorũ uerò honoratiores ac modeſtiores ſibijpſis timentes rogauerunt Felicem ut militibus receptui caneret, parceretq; iam & reſipiſcendi facultatẽ concederet: id quod præſes indulſit eorũ precibus. Per idem tẽpus Agrippa rex ſummum ſacerdotiũ Iſmaeli contulit Phabei filio:& ipſi ſummi põtifices diſsidere cœperũt à ſacerdotibus & primatib.Hieroſolymitanorũ ciuiũ,ſinguliq; incedebant ſtipati manu audaciſsimorũ & ſeditioſorũ hominũ, conflictantesq; inter ſe mutuis certabant cõuitijs & lapidationibus : nec erat q cõpeſceret,quaſi uacãte urbe magiſtratib.Intantũ aũt exarſit ſummorũ pontificũ impudẽtia,ut auderẽt ſeruos ſuos in areas mittere,q auferrẽt debitas ſacerdotib.decimas,aliquotq; pauperiores è ſacerdotũ ordine alimẽtorũ inopia fame deficerẽt. Tanto plus tũ pollebat uiolẽtia ſeditioſorũ q̃ iuſtitia.

De

De procuratore Porcio Festo,& de sicarijs. Cap. VII

CAeterũ postq̃ Felici successor Porcius Festus à Nerone missus est, primores Iudæorum Cæsaream Incolentiũ Romam profecti sunt Felicem accusaturi: dedissetq; omnino pœnas iniuriarũ quib. Iudæos affecerat, nisi Nero eũ donasset Pallãtis fratris precibus, qui tum in precio erat apud principem. Cæsarienſium etiam Syrorum duo XIIII præcipui, Beryllum qui pædagogus Neronis fuerat, tunc uerò Græcis epistolis scribendis præerat, magna pecunia corruperunt ut impetraret ab imperatore literas, quibus abrogaretur Iudęis eius ciuitatis ius, hactenus commune ex æquo cum Syris cohabitatoribus: id quod ille facile obtinuit. ex his literis postea calamitatũ nostrarum omniũ causæ ortæ sunt. Iudæi enim Cæsarienses ubi cognouerunt quæ scripta sunt, magis etiã perstabant in seditionibus, donec initiũ belli conflatũ est. Cum autem uenisset in Iudęam Festus, offendit totam afflictam à latronibus uicos passim populantibus, quorũ ferociſsimi appellati sicarij, tunc ad maximũ numerum excreuerãt, utentes gladiolis instar acinacis Persici, incuruis, quales sicas Romani nominant, unde latronibus ipsis cognomen est inditũ, multorũ cæde infamibus: qui, ut iam dictũ est, festis diebus admixti turbę undiq; in urbem confluenti religionis gratia, nullo negotio quotquot collibuisset tollebant de medio. aliquando etiam armati inuadebant inimicorũ uicos, direptosq; tradebant incendio. Festus autem equestres et pedestres copias misit contra quendam impostorem magũ, qui homines post se trahebat in solitudinẽ, deceptos uanis promissis, quasi ope eius incolumes euasuri essent à malis omnibus. hi uniuersi unà cũ seductore ab immissis militibus oppressi sunt. Eodem tẽpore Agrippa rex ex- XV structuit insigni amplitudine domũ prope porticũ in regia Hierosolymitana, quæ Assamonæorũ fuerat, sitã in edito loco unde amœnissimus prospectus patebat contemplari urbẽ uolentibus, cuius uoluptatis rex cupidus è cubiculo spectabat quicquid circa templũ fieret. id ubi uiderunt Hierosolymitani proceres, tulerunt indignissime. neq; enim leges nostræ concedunt spectari quid agatur in templo, præsertim sacrificia. quamobrẽ altum parietem excitauerunt supra exhedram, quæ erat in interiore templo uersa ad solem occiduum. hæc non solum regij triclinij prospectũ arcebat opposita, uerumetiã occidentalis extra templum sitę porticus, ubi festis diebus Romani stationes habebant ad templi custodiam. quo facto tam rex offensus est quàm Festus præses prouinciæ, qui etiam iussit parietem dirui. ciues autem rogauerunt ut liceret sibi legatos ea de re ad Neronem mittere, negantes se posse uiuere, si quid demoliretur de templi ædificijs. quo impetrato miserunt ad imperatorem decem ciues eximios, & Ismaelem summũ pontificem, & Chelciam custodem sacri ærarij. Qui audita legatione non solum ignouit, sed permisit etiam sic manere parietẽ, gratificatus in hoc uxori suæ Poppeæ piæ fœminæ, quæ pro Iudæis deprecatrix fuerat: quæ decẽ illos uiros redire permisit, Chelciam uerò & Ismaelem apud se detinuit tanquam obsides. Id postquã Agrippa resciuit, pontificatum detulit Iosepho cognomine Cabi, Simonis quondam summi pontificis filio.

De procuratore Albino. Cap. VIII

Aesar autem de Festi morte accepto nuncio Albinum in Iudæam misit præsidem. Rex uero Iosepho iusso priuatam uitam agere, sacerdotium eius dedit Anani filio, & ipsi uocato Anano eodē quo pater nomine. Seniorem istum Ananum aiunt fuisse omnium felicissimum, ut qui filios habuerit quinq;, omnes potitos summi dei pontificio, cum prius ipse ad satietatem hac dignitate esset perfunctus: quod ad eam ætatem nulli antè summorū pontificum contigerat. Iunior autem Ananus, is quem nunc summum pontificatū accepisse diximus, audax erat & ferox ingenio, secta Sadducæus, quod hominum genus apud Iudæos in iudicando est
XVI seueriſsimū, ut antè docuimus. Talis igitur cum esset, tempus opportunū se nactum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, conciliū iudicum aduocat: statutumq; coram eo fratrem Iesu Christi Iacobū nomine, et unà quosdam alios, reos impietatis peractos lapidandos tradidit: quod factū omnibus in ea ciuitate bonis & legū studiosis uehemēter displicuit: missisq; ad regē clàm nuncijs rogauerūt mandaret Anano, ne quid tale posthac ageret. nam ne nunc quidem recte egisse. Quidam etiam Albino occurrētes uenienti ab Alexandria, docuerunt eum non licuisse Anano sine ipsius cōsensu aduocare conciliū. horū uerbis ille persuasus iracunde scripsit pōtifici, daturum sibi pœnas minitans: & Agrippa rex eam ob causam post tertiū mensem ablatum ab eo pontificatum Iesu Damnei filio cōcessit. Albinus porrò ut uenit Hierosolyma omnem curam & diligentiam adhibuit ut pacaret prouinciam, interfectis multis sicarijs. Ananias autem pōtifex indies apud populum celebrior fiebat & charior, honorabaturq; ob liberalitatē ab omnibus: quotidieq; Albinū donis uenerabatur & summū pontificē. Sed habebat seruos pessimos, qui adiuncto sibi audacissimo quoq; obeuntes areas ui auferebant sacerdotū decimas, pulsantes eos qui cunctarentur reddere. alij quoq; pontifices faciebant similia, nemine ualente cōpescere: multiq; sacerdotum quibus antè ex decimis alimenta fuerant, tunc absumebantur inedia. At sicarij die festo qui tum superuenerat noctu urbem ingressi uiuum ceperūt scribam ducis Eleazari. is erat Ananiæ pontificis filius. hunc uinctū abduxerūt, ac deinde miserunt Ananiam, qui eorū nomine promitteret scribam dimittendum, si pater Albino persuaderet, ut ex eorū numero decē captiuos solueret: tum Ananias urgente necessitate ab Albino impetrauit quæ latrones illi postulauerant, id quod maiorū calamitatū fuit initiū. Latrones enim semper aliquam artem cōminiscebātur, qua ex Ananiæ cognatis quempiam interciperent, nec prius dimittebant q̄ è suis aliquot reciperent: auctiq; denuo magno numero, & recepta audacia, totam eam regionē uastabant. Hoc tempore Agrippa rex prolatis pomœrijs Cæsareæ quæ Philippi dicitur, mutato nomine in Neronis honorē uocauit eam Neroniada: & theatrū apud Berytios impēdijs magnis exædificatū ornauit spectaculis annuis, assignata in eū usum ingenti ui pecuniæ. Frumentū enim donauit ei populo, & oleū uiritim distribuit: totamq; eam urbē ornauit statuis passim dispositis atq; expressis ad antiqua clarorū artificum archetypa imaginibus: & omnia penè sui regni ornamenta in eam ciuitatē transtulit: unde magnā sibi apud subditos parauit

inuidiam

inuidiã, quòd ſuos ſpolians externam urbẽ excoleret. eodẽ rege iubẽte Ieſus Gamalielis filius in ſummo pontificatu ſucceſsit Ieſu Damnei filio nõ libẽter ſibi cedenti, unde natũ eſt inter utrumq; diſsidium. aſcitis enim globis audacium iuuenũ ſæpe à conuitijs prorumpebant ad lapides. Sed inter alios eminebat Ananias ex amplis facultatibus largitione plurimos ſibi concilians. Cõſtobarus quoq; & Saulus ſuam quiſq; circa ſe manũ habebat ſceleratorũ hominum, orti genere regio, & propter Agrippæ cognationẽ fauorabiles, alioqui uiolenti & ad ſpoliandos infirmiores promptiſsimi. atq; ex illo maxime tempore labare cœpit noſtra reſpub. & indies in deterius ruere. Porrò Albinus audito Geſsium Florum ſibi ſucceſſurũ uenire, uideri uolens gratificatus Hieroſolymitanis ciuibus, productis uinctis, quotquot erant in manifeſte capitali culpa iuſsit interimi: reliquos qui leuioribus de cauſis coniecti erant in uincula, reductos in carcerem pecunijs mulctatos dimittebat alium poſt alium. atq; in hunc modum uacuato uinctis carcere Iudæa repleta eſt latronibus. Interea Leuiticæ tribus homines quorum erat ſacros hymnos in templo canere, adito rege induxerunt eum precibus ut aduocato cõcilio decerneret eis uſum ſtolæ lineæ, quę tum ſolis erat conceſſa ſacerdotibus. hanc enim nouationem pertinere ad perpetuam ipſius regni memoriam. neq; fruſtra fuit eorũ poſtulatio. Rex enim de concilij ſententia permiſit hymnorum cantoribus, ut depoſito priore habitu, lineum ut uoluerunt ſumerẽt. Aliam etiam eiuſdem tribus partem addictam templi miniſterijs, ipſorum precibus motus permiſit ſacros hymnos canendos ediſcere: quæ omnia fiebant cõtra inſtituta legis patrię, nunq; uiolatę abſq; piaculo. Iam abſolutũ erat & templi ædificium. Populus igitur cum uideret eſſe in otio circiter octodecim opificum millia, ſolitorũ hactenus in templo ex operarũ mercedibus uictũ quærere, nolensq; ſacram pecuniam repoſitã habere nequando prẽda Romanis fieret, ſimulq; opificibus inde prouiſum cupiens: quòd uel una hora operato ſtatim merces repræſentaretur: ſuaſit regi ut orientalem inſtauraret porticum. ea tẽpli extima claudebat profundæ ualli & anguſtæ imminens, ac proinde ſubnixa muro quadringentos alto cubitos, ſaxis conſtructo quadratis ualde candidis: eratq; cuiuſq; ſaxi longitudo cubitorũ uiginti, ſex uero altitudo: opus Solomonis regis qui primus integrũ templũ condidit. Rex aũt cuius curæ Claudius Cæſ. fabricam tẽpli cõmiſerat, reputans quodcunq; opus demoliri facile, reparari difficile, maxime talem porticũ egentẽ & tẽpore longo & pecunijs plurimis, nõ annuit populi precibus: ſed urbem candido ſaxo conſternere ſi liberet non uetuit. Poſt hæc Ieſu Gamalielis filio pontificatum abrogatũ concedit Matthiæ Theophili filio, quo pontifice Iudaicũ bellum habuit initiũ. XVII

Conueniens uidetur præſenti hiſtoriæ narrare de pontificibus quæ origo eorũ, & qui ad hunc honorẽ admittant, & quot uſq; ad finẽ eius belli fuerint. Primus igitur omniũ hoc dei ſacerdotiũ geſsiſſe fertur Moyſis germanus Aaron põtifex: quo defuncto ſucceſsiſſe mox filios, ac deinde illorũ poſteritati manſiſſe hunc honorẽ perpetuũ. unde cõſuetudo obtinuit accepta à maioribus, neminem dei pontificẽ fieri niſi deſcendentẽ ab Aaronis ſanguine, nec eam dignitatẽ cõcedi uel regib. oriundis alio genere. Fuerunt igit uniuerſi à primo Aarone uſq; Phanaſum, quẽ belli tẽpore ſedi- XVIII

tioſi declarauerunt pontificē, LXXXIII numero. horū XIII præfuerūt ſacris ab eo tēpore quo primum in deſerto Moyſes erexit deo tabernaculum, uſq; dum in Iudæam uentum eſt, ubi deo templū ædificauit rex Solomon. nam à principio pontificibus non ſuccedebat̄ niſi mortuis: deinde uiuentibus etiā ſubrogari cœperunt alij. Itaq; hi XIII cum eſſent duorum Aaronis filiorum poſteri, per continuatas ſucceſsiones hoc honore potiti ſunt: ſub his primò penes optimates adminiſtratio fuit reipublicæ, poſt ad monarchas, poſtremò ad reges tranſijt. ex quo autem die patres noſtri ductu Moyſis Aegyptū ſunt egreſsi, uſq; ad templum à Solomone rege conditum, elapſi ſunt anni DCXII. poſt XIII illos pontifices alij XVIII ſecuti ſunt, à tempore Solomonis regis ſibi ſuccedentes uſq; dum Nabuchodonoſor Babyloniorū rex contra noſtram urbem expeditione facta templum incendit, & translata tota gente Babylonem, Ioſedecum quoq; pontificem illò abduxit. horum pontificatus tempus CCCCLXVI annorū fuit, menſium ſex, dierū decem, rempub. Iudæorum gubernantibus regibus. poſt ſeptuageſimū autem Babylonicæ captiuitatis annum Cyrus Perſarum rex dimiſsis Babylone Iudæis & reuerſis in antiquam patriam permiſit templū denuo cōdere; quando Ieſus Ioſedeci filius aſſumpſit ſummum ſacerdotium. Hic & eius poſteri quindecim uniuerſi uſque ad regem Antiochum Eupatora ſtatum reipub. popularem rexerūt per annos CCCCXIII. Cæterùm iam dictus Antiochus cum ſuo duce Lyſia primus Oniam cognomento Menelaum apud Berytum uita ſimul priuauit, & ſacerdotio, repulſoq; à ſucceſsione eius filio, Iacimū conſtituit ſummū pontificem, natū quidem ex Aaronis progenie, ſed non ex eadem familia. quamobrem Onias defuncti Oniæ pontificis filius nomine patrē referēs, in Aegyptum profectus & inſinuatus in Ptolemæi Philometoris ac Cleopatræ eius coniugis amicitiam, perſuaſit eis ut in Heliopolitica præfectura deo templū inſtar Hieroſolymitani extruerent, ſeq; illic pontificē conſtituerent: de quo templo ſæpe alias diximus. Iacimus aūt triennio in pontificatu exacto mortuus neminem ſucceſſorem habuit, ſed per ſeptennium ſine pōtifice manſit ciuitas. Dein poſtquam Aſſamonæorū familiæ principatus noſtræ gentis eſt creditus, rebellantes Macedonibus Ionathan creauerunt ſummum pontificem, qui ſeptennio toto præfuit. quo per inſidias Tryphonis ſublato è uiuis, frater eius Simon obtinuit id ſacerdotiū. cui dolo generi oppreſſo inter epulas, filius Hyrcanus in honore ſucceſsit. eum cum per unū & triginta annos geſsiſſet, iam decrepitus ſucceſſori Iudæ reliquit ſuo filio, qui alio nomine Ariſtobulus eſt dictus. huic frater hæres fuit tam regni q̄ ſacerdotij, poſtquā ille ſumpto tum primum diademate unum annū utraq; dignitate potitus eſt. Is nomine Alexander & ipſe regnum coniungens pontificatui cum uiginti ſeptē annis præfuiſſet rebus Iudaicis moriens Alexandræ uxori permiſit deligendi pontificis arbitrium. illa Hyrcano id addixit, exactoq; in regia poteſtate nouennio è uiuis exceſsit: quo toto tempore Hyrcanus eius filius pontificatum tenuit. nam poſt matris obitum Ariſtobulus frater moto bello uictum pontificem ad priuatam uitam redegit, & ſibijpſe regnū ſimul uſurpauit ac ſacerdotium: exactiſq; in utraq; dignitate tribus annis, & totidē menſibus, cū ſuperueniens Pompeius ui cepiſſet Hieroſolyma, à uictore uinctus

Romam

Romam miſſus eſt cum liberis: & Hyrcanus reſtitutus in pontificatum, principatum quoq; ſuæ gentis accepit, ſed abſq; diademate: præterq; priores illos nouem, per alios XXIII annos ſummũ ſacerdotiũ obtinuit. Poſt quos completos Barzapharnes & Pacorus dynaſtæ Parthorũ traiecto Euphrate bellũ Hyrcano inferunt, eoq; uiuo abducto Ariſtobuli filium Antigonum regem conſtituunt: qui poſt tres annos & totidem menſes expugnatus ab Herode & Soſio, apud Antiochiam iuſſu Antonij dedit ſupplicium. Herodes autem accepto à Romanis regno non amplius ex Aſamonæo genere creauit pontifices, ſed eum honorẽ qnibuſuis ex ſacerdotũ ordine conceſsit etiam obſcuris, abſq; uno Ariſtobulo. hunc enim Hyrcani à Parthis capti nepotẽ, & Mariammes ſuæ uxoris fratrẽ, ob fauorẽ populi, & Hyrcani aui memoriã ſummo ſacerdotio dignatus eſt. deinde ueritus ne omnes in illum eſſent propensiores, apud Hierichuntem arte necauit natantẽ in piſcina, ut ſuprà diximus: neque poſtea ulli ex Aſamonæorum poſteritate hoc ſacerdotium committere uoluit. idem fecit in ordinandis pontificibus Archelaus eius filius, & Romani qui poſt illum cum poteſtate præfuerunt prouinciæ. Sunt igitur qui ab Herodis principatu uſque in diem qua templũ & urbs incendente Tito conflagrauit, pontificatum geſſerunt, in uniuerſum numero uiginti octo: tempusque eorum ſacerdotij centum anni, & ſeptem inſuper: quorum aliqui ſub Herode fuerunt, & Archelao eius filio: defunctis autem his penes optimates fuit reſpublica, collocatis in eius faſtigio pontificibus: de quibus hactenus dixiſſe ſufficit.

Quomodo Florus Albini ſucceſſor tantis Iudæos affecerit iniurijs, ut coacti ſint arma ſumere. Cap. IX

EIſius autem Florus Albino ſucceſſor à Nerone miſſus plurimis Iudæos repleuit calamitatibus. is Clazomenus erat genere, adduxitq; ſecum Cleopatram coniugem non minus improbam, per quam ut Poppeæ Auguſtæ amicam, Iudææ adminiſtrationem impetrauerat. adeò uerò poteſtate uiolenter abuſus eſt, ut Albinum Iudæi deſiderarent quaſi beneficum. nam ille quantum poterat clam erat malus & nocens: Florus contrà quaſi ad oſtentandam miſſus malitiam, malitiam, publice traducebat noſtræ gẽtis iniurias, nihil ſibi ad ſummam in rapinis & ſupplicijs iniquitatem reliquum faciens. erat enim inflexibilis ad miſericordiam, nullis unquam lucris ſatiabilis, undecunq; parua æque captans ac magna, ut etiam latronum eſſet particeps. multi enim illũ quæſtũ exercebant de incolumitate, quam abeo redimebãt deciſis prædarũ partibus: adeoq; nullus erat iniuriarũ uel modus uel finis, ut miſeri Iudæi nõ ferentes rapacem latronum inſolentiam cogerentur laribus relictis & patrijs ceremonijs, ad exteros fugere, iudicantes ubiuis etiam apud Barbaros ſe uiuere poſſe cõmodius. Et quid multis uerbis opus eſt? Bellum contra Romanos ſuſcipere ſolus Florus nos compulit, malens ſemel uniuerſos quàm paulatim perdere. Itaq; ſecundo anno poſtquam is uenit procurator in prouinciam, duodecimo uerò Neronis imperij, bellũ id cœptũ eſt: quo tempore quanta uel coacti fecimus, uel perpeſsi ſuſtinuimus, exacte cognoſcere poterunt qui dignabuntur legere libros à nobis conſcriptos de bello Iudaico. atq; hic dicendi finẽ faciam de antiquitatibus, quas

belli argumentum ſequitur. Præſentis autem operis textus continet totum illud tempus inter primam creationem hominis & annum Neronis principis duodecimum: quæq; per tot ſecula Iudæis uel in Aegypto obuenerũt, uel in Palæſtina cæteraq; Syria, tum quas clades ab Aſſyrjis & Babylonjis accepimus, quóue modo tractati ſimus à Perſis & Macedonibus, & poſtremo à Romano populo. his enim omnibus accurate deſcriptis etiam pontificũ ſucceſsiones recenſuimus continuatas per annorum duo millia. pari diligentia regũ quoq; res ordine tradidimus, & ſtatus reipublicæ monarcharumq; potentiam, per omnia ſecuti autoritatem ſacrorũ uoluminũ, ita ut à principio ſumus polliciti. auſimq; addere quòd nemo alius ſcriptor Iudæus externus ue potuiſſet hoc argumẽtum tanta fide Græcis hominibus prodere. ego em̃ tribulium meorũ confeſsione diſciplinas patrias egregie calleo, Græcanicæ quoq; literaturæ non ſine profectu dedi operam, quamuis exquiſitam pronunciandi rationem aſſequi per patriam conſuetudinẽ non licuit. noſtri em̃ homines nõ ſuſpiciunt eos qui multas perdidicerunt linguas, quod ſtudium profanum apud eos habetur & ſeruis cõmune cum ingenuis. ſolos autem ſapientes ſuo ſuffragio pronunciant, qui legis & ſacrarũ literarum tantam aſſecuti ſunt peritiam, ut eas etiam interpretari ualeant. qua in re cum multi collocarint operam, uix uni ſucceſsit atq; alteri, quibus mox dignum præmium contigit. Fortaſsis autẽ nulla inuidia prohibet etiam de meo genere, geſtisq; per totam uitã rebus pauca exponere, dum adhuc ſuperſunt qui uel atteſtari poſſunt, uel coarguere: atq; ita concludetur harum antiquitatum tractatio comprehenſa uiginti uoluminibus, uerſuum uero ſexaginta millibus. Quòd ſi deus conceſſerit, compendio rurſum referam belli caſus, & quæ nobis in præſentem uſque diem euenerunt, quæ incidit in decimumtertium annum principatus Domitiani Cæſaris, ætatis uerò meæ ſextum & quinquageſimũ.

Promiſi etiam ſcripturũ me quatuor libros de Iudæorum opinionibus, & quas de deo eiusq; eſſentia, & de legibus, quare per eas liceat nobis facere, alia non liceat.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI VITA.

MIHI igitur genus eſt nõ obſcurum, ſed longa ſerie deductum à ſacerdotibus: & ſanè quemadmodũ apud alios aliæ nobilitatis rationes cenſentur, ita apud noſtrates ius ſacrorũ habere argumentũ eſt illuſtris originis, ego autem non ſolum ex ſacerdotum oriundus ſum genere, uerumetiam ex uice prima inter uiginti quatuor illas, quas inter nõ mediocre diſcrimen eſt. quin & ad regiũ genus per matrẽ pertineo: quãdoquidem Aſamonæorũ familia, ex qua illa prognata eſt, tempore longo regnum ſimul & ſacerdotiũ in gente noſtra obtinuit. nunc ipſam ſeriem propagationis pertexam. Atauus mihi fuit Simon Pſellus cognomine, quo tẽpore Hyrcanus Simonis pont. filius eius nominis primus ſummũ ſacerdotiũ tenuit. is nouem filios habuit, & in his Matthiam Aphliæ cognomine. hic ex Ionathæ ſummi põtificis filia Matthiam Curtum ſuſcepit, primo anno Hyrcani principis. ex eo Ioſephus progenitus eſt anno regni Alexandræ nono; qui Matthiam genuit annum decimũ regnante Archelao. is porrò me genuit imperij C. Cæſaris anno primo, ipſe autem filios habeo tres: quorũ Hyrcanus maximus natus eſt anno quarto Veſpaſiani principis, deinde ſeptimo Iuſtus, nono Agrippa. atq; hanc generis noſtri ſucceſsionem ut eſt in publicas tabulas relata huc tranſcripſi, parui faciẽs improborum calumnias. Matthias autem meus pater, nõ nobilitate ſolũ, ſed multo magis iuſtitia fuit celebratus, cuius nomine totis q̃ ampla ſunt Hieroſolymis innotuit. ipſe à pueritia cũ Matthia eiſdem parentibus nato incumbens diſciplinis egregie profeci, uiſusq́; ſum intellectu & memoria præcellere: ita ut iam tum quartumdecimũ annum agens laudem conſecutus ex literarũ ſtudijs etiam à pontificibus & urbis primoribus de penitiori legũ ſenſu conſulerer. ſextumdecimũ deinde ingreſſus decreui noſtratium ſectarum guſtum aliquem capere, quas tres eſſe diximus, Phariſæorũ, Sadducæorum, & Eſſenorum: ſic enim faciliorem delectũ fore putabam, ſi omnes cognoſcerẽ. itaq; duro uictu & magno labore per omnes tres tranſij: ac ne hac quidem experientia cõtentus, cum audiſſem Banũ quendam in ſolitudine uiuere, amictũ ſibi parantem ex arboribus, & ſponte prouenientibus alimẽtis utentem, crebrisq́; nocte ac die lauacris frigidis ad caſtitatem tuendam, cœpi eius inſtitutũ imitari: exactisq́; in eius contubernio tribus annis, poſtq̃ cõcupitis ſatis potitus ſum, in urbem redij. Iamq́; undeuiginti annos natus ciuilem uitam aggreſſus ſum, addictus Phariſæorum placitis, proxime ad ſtoicam apud Græcos ſectam accedẽtibus. Poſt annum uerò ętatis ſextũ ſupra uigeſimũ Romam mihi proficiſci contigit ob cauſam hanc. Quo tempore Felix in Iudæa procurator erat, ſacerdotes quoſdã mihi familiares, uiros honeſtos & bonos, ob leuem quandam culpam uinctos Romam miſit, acturos cauſam ſuam apud Cæſarem. quos ut aliquo pacto eri-

perem

perem periculo, præſertim cum audirem, ne in calamitate quidem conſtitu tis curam pietatis excidiſſe, & ficis ac nucibus eos uitam ſuſtentare, ueni Romam multis in mari exhauſtis periculis. merſa em̃ noſtra naue in medio mari Adriatico, circiter ſexcenti per totam noctem natauimus, & diluculo demũ Cyrenaicam nauem deo fauente conſpicati, octuaginta fermè noſtrũ feliciore uſi natatu in eam recepti ſumus. ita ſeruatus Dicæarchiã, ſiue Puteolos, ut Itali uocare malunt, familiaritatẽ contraxi cum Alituro mimorũ actore, qui Iudæus genere Neroni charus erat: per quem ubi Poppeæ uxori Cæſaris innotui, confeſtim per eam impetraui abſolutionẽ illis ſacerdotibus: præterq; magnis donatus ab ea muneribus in patriã reuerſus ſum. ibi deprehendi iam nouarũ rerum ſtudia gliſcere, multoſq; ad defectionẽ ſpectare à Ro.po. Itaq; conabar ſeditioſos ad meliorẽ mentẽ reducere, proponens eis ob oculos cũ quibus eſſent bellũ geſturi, nimirũ cum Romanis, quibus & peritia rei militaris, & felicitate eſſent impares: monebamq; ne temere ac imprudenter patriam ſeq; & ſuos in extremũ periculũ conijcerent. ad hunc modũ uehementer dehortabar, infeliciſsimũ belli finẽ proſpiciens. nec tñ quicquã profeci, tanta erat tum deſperatorũ inſania. Veritus igitur ne eadẽ continenter apud eos repetẽs in odiũ atq; ſuſpicionẽ inciderem, quaſi fautor hoſtiũ, né ue hoc nomine cõprehenſus ab eis neci traderer, occupato iam caſtello Antonia ſeceſsi ad templũ interius. deinde poſt occiſum Manahemũ & primates latronum cohortis rurſum ex tẽplo prodij, uerſabarq; cum pontificibus & Phariſæorũ primoribus, non mediocriter ſibi timentibus. uidebamus enim populum arma corripuiſſe, ipſi inopes conſilij. & cum nõ poſſemus tumultuatores cõpeſcere, ꝙ ea res nõ careret periculo, ſimulabamus quidẽ nos ꝓbare illorũ ſententiã, ſuadebamus tñ ut ſe continerent, & hoſtem abire ſinerent, ꝙ ſperaremus Geſsiũ breui uenturũ cum ualidis copijs, & eum tumultũ ſedaturum. At ille reuerſus, & in prælio cum multis occiſus, ſua clade extremam toti noſtrę genti calamitatẽ attulit: mox em̃ belli autorib. additus eſt animus, ſperantibus omnino Romanos deuincendos, quo tẽpore & aliud quidã accidit. Syriæ urbium circumuicinarũ habitatores Iudæos intra eadẽ mœnia ſecũ degentes cõprehenſos unà cum uxorib. & liberis trucidabant, ſine ullo crimine: quippe qui neq; deficere à Romanis cogitauerant, neq; cõtra ipſos priuatim aliquid moliti fuerant. Sed inter cæteros eminuit impia Scythopolitarũ immanitas. Cum enim bello peterent à Iudæis exteris, coegerunt ſuos Iudæos cõtra tribules arma ſumere, quod noſtris uetitũ eſt legibus: horũq; ope hoſtes profligati ſunt. poſt uictoriã aũt obliti fidei ſocijs inquilinis debitæ, omnes occiderunt, cũ eſſent multa hominũ eius gentis millia. nec mitius tractati ſunt Iudęi Damaſcę incolæ. Sed de his prolixius in libris De bello Iudaico narrauimus: nunc ob hoc tantũ earũ cladiũ memini, ut ſciat lector noſtrã gentẽ nõ ultro ſed neceſsitate cõpulſam ad id bellũ deueniſſe. Itaq; profligato Geſsio Hieroſolymitanorũ primores cum uiderent latrones cęterosq; pacis turbatores habere armorũ copiam, ueriti ne ipſi inermes inimicis obnoxij fierẽt, ut pòſt accidit: cognitoq; ꝙ Galilæa nondũ tota à Romanis defeciſſet, ſed pars eius etiam tum quiete ageret: miſerunt eò me & alios duos ſacerdotes, uiros honeſtos ac bonos, Ioazarũ & Iudã, ut prauis illis hominibus perſua-

perſuaderemus arma deponere: doceremuſq; ſatius eſſe cõmitti ea gẽtis optimatibus. placere enim ut illi arma in futurũ ſemper parata habeãt. exſpectandum tamen dum certò ſciatur quidnam Romanis ſit animi. Cum his mandatis in Galilæam ueniens reperi Sephoritas in magno diſcrimine, tuentes patriam contra Galilæorũ uim uolentiũ eam diripere, & perſtarent in amicitia Romani populi, fidemq; ſeruarent Senio Gallo tum Syriæ præſidi. His ego ſecuritatẽ reddidi ſedata infeſta multitudine: permiſiq; ut quoties uellent in Dora (ea Phœnices urbs eſt) ad ſuos mitterent, quos obſides Geſsio dederant. Tiberiadis autẽ incolas inueni iam arma ſumpſiſſe ob huiuſmodi cauſam. tres in hac urbe factiones erant. una honeſtorũ uirorũ, cuius caput erat Iulius Capella. Is & qui eũ ſequebantur, Herodes Miari, Herodes Gamali, Compſus Compſi: Criſpus enim huius frater olim à maiore Agrippa ei urbi præfectus tum in ſuis poſſeſsionibus trans Iordanẽ agebat: hi omnes inquam autores erant manendi in fide regis & Ro. po. ſolus ex nobilitate Piſtus diſſentiebat in gratiam Iuſti ſui filij. Altera factio è plebeis & obſcuris cõſtans bellandum decernebat. In tertia Iuſtus eminebat Piſti filius, dubitare ſe de bello ſimulans, ſed interim occulte mutationẽ rerũ cupiens, cuius occaſione ſperabat ſe conſecuturũ aliquam potentiã. itaq; progreſſus in concionẽ conabatur docere multitudinẽ & eorũ ciuitas inter Galilæas ſemper ſit habita: quodq; metropolis eius regionis fuerit Herodis tetrarchæ tempore, qui ipſius conditor Sephorim ei ſubiecerit. hanc præminentiam ei manſiſſe & ſub Agrippæ patris imperio, uſq; ad Felicem Iudææ præſidem: nunc demũ poſtquam Agrippę iuniori à Nerone donata ſit, primatũ amiſiſſe. mox enim Sephorim ex quo Romanis parere cœpit, reliquę regioni prępoſitã: deſiuiſſeq; apud ſe archiua & mẽſam regiam. His & alijs multis in regẽ iactatis cum irritaſſet ad defectionem populũ, aiebat nunc eſſe tempus, correptis armis, & aſſumptis in ſocietatem reliquis Galilæis primatũ ſibi de integro uindicare omnib. fauentibus Sephoritarum odio, quos pertinaciter hærẽtes in Romanorũ amicitia libenter aliqua clade afficerent: iuuandosq; eos conatus totis uiribus. His dictis permouit multitudinem, & haberet popularem quandam facundiam, & ſaniora ſuadentes uerborum præſtigijs uinceret. erat enim etiã Grę carum diſciplinarum non imperitus, quibus fretus auſus eſt rerum tunc geſtarum hiſtoriam texere, quo ueritati fucum faceret. Sed de huius nequitia, & quomodo unà cum ſuo fratre patriã penè ſubuerterit, procedẽte ſermone narrabimus. Tunc aũt Iuſtus ciuibus perſuaſis, quibuſdam etiam coactis arma capere, cum omnib. egreſſus incendebat uicos Hippenorũ atq; Gadarenorum, contiguos Tiberiadis agro, & Scythopolitanorũ finibus. quæ dum apud Tiberiadem gerunt, Giſchalorũ ſtatus erat talis. Ioannes Leui filius uidens ciuium ſuorũ quoſdam ferocientes iugum Romanorũ excutere uelle, conatus eſt eos retinere in fide & officio: quod tamẽ nullo modo efficere ualuit. interim uicini populi, Gadareni, Gabaraganæi, & Tyrij collectis ualidis copijs irruentes expugnant Giſchala, quib. incenſis atq; dirutis domũ ſe recipiunt. qua iniuria Ioannes accenſus, ſuis omnib. armatis, conflictúq; cum prædictis populis habito, inſtauratam patriam ſecuritatis cauſa cinxit mœnibus. Gamala autem in Romanorũ fide perſtabãt ob cauſam hanc. Philippus

Iacimi filius, Agrippæ regis præfectus, præter ſpem dum regia Hieroſolymitana oppugnaret elapſus in aliud periculũ incidit, ne iugularetur à Manahemo & ſocijs eius latronibus: ſeruatus eſt tñ interuentu cognatorũ quorundam Babyloniorũ, qui tũ erant Hieroſolymis: quintaq; poſt die quo minus agnoſceretur mutato capillitio fugam inijt. & cũ peruenisſet ad quendã ſuæ poſſeſsiõis uicũ ſitum prope caſtellũ Gamala, accerſiuit aliquammultos ſibi ſubditos. interim diuinitus ei quiddam accidit, quod alioqui perituro ſalutẽ attulit. nam repentina febre correptus literas ad Agrippam & Bernicen ſcriptas liberto cuidam cõmiſit, qui Varo eas redderet: huic enim tum rex & regina curandam regiam crediderant, ipſi Berytũ profecti obuiam Geſsio. At Varus acceptis Philippi literis, cognitoq; ꝙ euaſerit, tulit id grauiter, ueritus ne poſthac rex & regina nõ egerent ſua opera, ut Philippo incolumi reddito. productum igitur ad plebem eum qui literas attulerat, & accuſatum tanq̃ falſarium, quodq; fictum nunciũ attuliſſet, Philippum Hieroſolymis cum Iudæis contra Romanos bellum gerere, ſupplicio tradidit. qui cum nõ reuerteretur ad Philippum, ille cauſam neſciens rurſus aliũ miſit cum literis, renunciaturũ quidnam priori accidiſſet, cúr ue ita differret reditũ. Verũ & hunc Varus oppreſsit per calumniam. etenim à Cæſarienſibus Syris inflatus fuerat ut aſpiraret ad ſublimia, dicẽtibus fore ut Agrippa interficiatur à Romanis ob rebellationem Iudæorũ, & ipſi detur regnũ debitum propter cognationem regiam. nam conſtabat Varũ eſſe regij generis, deſcendentẽ à Sohemo tetrarcha Libani. Is igitur ſpe tali elatus literas apud ſe retinuit, diligẽter cauens ne peruenirẽt in manus regias: obſeruabatq; omnes exitus, nequis clàm elapſus renunciaret regi quę ibi fierent: multoſq; Iudęorũ interficiebat in gratiam Syrorũ Cæſarienſium. quin & in Bathanæa Iudæos qui Babylonij uocantur, Bathyram incolentes decreuit ope Trachonitarũ inuadere: uocatisq; ad ſe Cæſarienſibus Iudęis duodecim primarijs, iuſsit eos profectos illò nunciare ſuo nomine tribulibus, relatum ſibi eſſe ꝙ bellum aduerſus regẽ molirentur: ſed quia nõ liberet credere, denunciare ut arma ponerent. id enim argumentum fore certiſsimũ, quòd meritò fidem nõ habuerit falſis rumoribus. adiunxit, mittendos eſſe uiros ſeptuaginta ex optimatibus, qui crimen obiectum diluant. fecerũt iuſſa illi duodecim: & cum Bathyram ueniſſent ad ſuæ gentis homines, eosq; nihil noui moliri inueniſſent, perſuaſerũt ut ſeptuaginta uiros mitterent. hos aduentantes cum duodecim legatis Cæſaream, Varus ſtipatus regio milite in itinere exceptos unà cum ipſis legatis interficit, ac mox pergit cõtra Iudæos incolẽtes Bathyra. ſed præuenit eũ quidam ex illis ſeptuaginta caſu ſeruatus, quo nũcio moniti arreptis armis receperunt ſe cũ uxoribus & liberis in caſtellũ Gamala, relictis uicis refertis multis opibus, & pecorũ ingenti numero. quo audito Philippus & ipſe eodem ſe cõtulit. ad cuius aduentum acclamabat populus ut ducem ſe eis præberet, & cõtra Varum ac Cæſarienſes Syros bellũ ſuſciperet. fama enim ſparſerat regem ab his occiſum eſſe. Philippus uerò cõprimebat eorum impetum, collata in eos regis beneficia in memoriam reuocans, tum quanta eſſet Romanorum potentia, quam rebellando irritare immani periculo nõ careat. atq; ita tandem uicit huius uiri conſiliũ. Rex porrò cum ſenſiſſet Varum uelle apud

Cæſa-

Cæsarem Iudæos cum uxoribus & liberis multorum milium explentes numerum interficere, misit ei successorem Equum Modium, ut alibi dictū est. Philippus autem Gamala & uicinam regionem in Romanorum fide cōtinuit. Interea cum ueniſſem in Galilęam, certis nuncijs ſuper his rebus edoctus, ſcripſi Hieroſolymitanorum cōcilio, quid me iuberent ſciſcitans. reſcriptū eſt ut in Galilæa maneam, eiusq; tutelæ prouideam, retentis etiam collegis, ſi illis ita uiſum ſit. hi cum multum pecuniæ paraſſent ex debitis ſibi ſacerdotij nomine decimis, ſtatuerant reuerti in patriam: ſed rogati ut tantiſper mecum eſſent dum componeremus omnia, facile aſſenſerunt. Cum his igitur à Sephoritarum urbe profectus in Bethmauntē uicum ueni diſsitum quatuor ſtadijs à Tiberiade: miſſoq; nuncio accerſiui ad me ſenatū Tiberiadis & primores eius populi. qui poſtquā affuerunt, & inter hos Iuſtus quoq;, dixi me unà cum collegis legatum à populo Hieroſolymitano miſſum ad eos, ut agerem de diruendo palatio, quod ibi à ſe exſtructū Herodes tetrarcha uarijs animalium picturis ornauerat, cum id uetitū ſit noſtris legibus: rogabamq; ut nos quantocyus id facere permitterent. Quod cum diu Capella & ſuæ factionis homines recuſaſſent, tandē magna contentione aſſenſum eis expreſſimus. interim dum nos ea de re contendimus, iam Ieſus Saphiæ filius nautarum & inopum factionis dux aſſumpta aliquam multorum Galilæorum manu palatium incenderat, ratus ſe bonam prędam inde paraturū, quia tecta eius quædam inaurata uiderat: multaq; in eo diripuerūt præter animi noſtri ſententiā. nos enim poſt colloquium cum Capella & Tiberienſium primatibus apud Bethmauntē habitum in ſuperiora Galilææ nos recepimus. Tum Ieſu factio Græcos omnes eam urbem habitantes interimit, & quotquot inimicos ante id bellum habuerant. His auditis uehementer cōmotus deſcendi in Tiberiadem, dediq; operā ut quicquid poſſem recuperarē ex direptis regis facultatibus, candelabra corinthia, menſas regias, & rudis argēti ſatis magnam copiam. quæcunq; autē recepi, regi ſeruare ſtatui. accitis igitur decem è ſenatu potioribus & Capella Antylli filio, uaſa illa eis tradidi, interdicēs ne cuiquam præter me ea redderent. Inde Giſchala cum collegis ad Ioannē ueni, cogniturus quidnam haberet animi: moxq; deprehendi eum rerū nouarum cupidum affectare tyrannidem. rogabat enim me ut ſibi poteſtatē facerem exportandi frumentū Cæſaris, quod in ſuperioris Galilææ uicis erat repoſitum, dicens ſe id uelle impendere in ſtructuram mœnium patriæ. at ego cum olfeciſſem eius conatus & cōſilia, negabam me hoc ei permittere. cogitabam enim id frumētum aut Romanis ſeruare aut mihijpſi, quòd haberem iam curā eius regionis à ciuitate Hieroſolymitana mihi cōmiſſæ. ergo cum nihil à me impetraret, collegas appellauit ſup hoc negocio futurorū improuidos, & auidos munerum. ab his largitione totum eius prouinciæ frumentum obtinuit, me nō ualente cōtra duos cōtendere. deinde altero dolo Ioannes uſus eſt. aiebat enim Iudæos Cæſariæ Philippi incolas, regis cui ſuberant mandato intra mœnia cohibitos, querentes de olei puri penuria, id à ſe petere, ne præter morem cogantur uti Græcorum oleo. hæc autē non religionis reſpectu dicebat, ſed uictus turpis lucri cupidine. ſciēs enim apud Cæſarien-

ſes ſextarios duos drachma una uenire, Giſchalis autem octuaginta ſextarios drachmis quatuor, totum illud oleũ quod ibi erat ad eos tranſmiſit, me quo que ut uideri uolebat permittente. non enim uolens permittebam, ſed metu ne ſi obſiſterem lapidarer à populo. poſtquã igitur conceſsi, plurimũ pecuniæ Ioannes quæſiuit hoc maleficio. ex hoc oppido remiſi collegas Hieroſolyma, totusq; poſthac fui in cõparandis armis & muniendis urbibus. accitis deinde latronum fortiſsimis, cum uiderem nõ poſſe illis arma adimi, perſuaſi multitudini ut mercede eos conduceret, cõducibilius docẽs habere eos ſtipendiarios, quàm ſinere agros incurſionibus eorum diripi: atq; ita eos dimiſi ſacramento obſtrictos ne niſi uocati in regionẽ noſtrã uenirent, aut niſi ſtipẽ debitã reciperent, iuſſos prius abſtinere à Romanis & accolis iniuriam. Sed ante omnia curaui in pace continere Galilæam. cumq; uellem optimates eius regionis circiter ſeptuaginta prætextu amicitiæ habere quaſi obſides fidei, aſcitos in amicitiam feci mihi comites & iudicandi ſocios, pleraq; decernẽs ex ipſorum ſententia, in primis curans ne temere diſcederem à iuſticia, utue abſtinerem ab omni corruptela munerum. agẽs igitur annum trigeſimum, qua ætate etiamſi quis temperet cupiditatibus illicitis, difficile tamẽ euadit calumniatorum inuidiã, maxime ſi cum magna poteſtate ſit, nulli mulieri uim intuli, & nihil mihi obtrudi ſum paſſus, ut rei nullius indigus: immo ne debitas quidem mihi ut ſacerdoti decimas accipere uolui ab afferẽtibus. ex manubijs tamen partem poſt deuictos Syros accolas recepi, quas me Hieroſolyma miſiſſe ad cognatos fateor. Cumq; bis Sephoritas ui expugnaſſem, Tiberienſes quater, Gadarenſes ſemel, & Ioannem ſæpius inſidias mihi molitum in poteſtatem redegiſſem, neq; de ipſo neq; de ullo memoratum populorum pœnas ſumere ſuſtinui, ut procedẽte ſtilo indicabimus. quãobrem opinor deum recte factorum inſpectorẽ, & tunc me eripuiſſe ex inimicorum inſidijs, & poſt ſæpe è multis periculis, ſicut ſuo loco dicetur. Tanta autem erga me erat uulgi Galilæorũ fides ac beneuolentia, ut expugnatis eorum oppidis, & in captiuitatẽ abductis familijs, non tantum gemitus ſuis calamitatibus, quantum curæ incolumitati meæ tuendæ impenderent. Hæc uidentem Ioannem inuidia ſubijt: rogauitq; me per literas ut ſibi permitterem ualetudinis cauſa apud Tiberiadẽ foueri aquis calidis: quod ego nihil ſuſpicans libenter annui: quin & his quibus ciuitatis adminiſtratio per me fuerat credita ſcripſi, ut diuerſorium ei pararent & comitibus, rerumq; ad commodum uictum idonearum copiam. ipſe interim agebã in uico Galilææ qui Cana dicitur. Ioannes autem poſtquam uenit Tiberiadem, egit cum oppidanis, ut obliti datæ mihi fidei ad ſe deficerent: multiq; preces eius libenter admiſerunt, homines gaudentes nouitatibus, & mutationum auidi procliuesq; ad diſsidia: præcipue uera Iuſto & patri eius Piſto cupide arrepta eſt deficiendi à me ad Ioannem occaſio. id tamen conſilium interuentu meo feci irritum. Venerat enim ad me à Sila, quem Tiberienſibus ducem præfecerã, nuncius uoluntatem eius populi indicans, & hortans ut properẽ: alioquin fore ut ciuitas breui in aliorum poteſtatem ueniat. lectis igitur Silæ literis, cum ducentis uiris per totam noctem iter feci, præmiſſo nuncio qui aduentũ meum ſignificaret

gnificaret Tiberienſibus. mane autem iam ciuitati proximo plebs mihi uenit obuiam,& Ioãnes inter alios. qui cum ualde turbato uultu me ſalutaſſet, ueritus ne detecto ſuo conatu ueniret in capitis periculũ, propere ſe recepit in diuerſoriũ. cumq; peruenissem in ſtadiũ, dimiſsis abſq; uno ſatellitibus, retentisq; decẽ armatis, alloqui cœpi concionem Tiberienſium ſtans in celſo quodã ſuggeſto:hortabarq; eos ne tam cito deficerẽt,alioqui fore ut breui eos fidei mutatæ pœniteat:neq; illis poſthac quenquam crediturum facile, nimirum merito ſuſpectis ob hanc præſentem perfidiã. Vix hæc effatus eram,cum audio ex meis quendam iubentem me deſcendere.non enim tempus eſſe conciliandæ Tiberienſium beneuolẽtię,ſed proſpiciendi incolumitati propriæ,& quomodo inimicos effugiam.Ioannes enim poſtquam didicit me penè ſolum eſſe, delectos è mille ſuis militibus fidiſsimos miſerat iuſſos me interficere:iamq; ueniebant,& patratum fuiſſet facinus,niſi ocius de ſiliuiſſem cum Iacobo ſatellite,ſubleuatus ab Herode Tiberienſi: à quo deductus ad lacum,nauigio quod fortè ibi nactus ſum conſcenſo, euitatis prę ter opinionem inimicis perueni Taricheas.eius urbis incolæ audita Tiberienſium perfidia uehementer irati,correptis armis hortabantur ut ſe cõtra eos ducerem,dicentes ſe uelle ulciſci læſi ducis iniuriã:facinusq; hoc renunciabant per totam Galilæam,quo omnes cõcitarent cõtra Tiberiada,rogantes ut frequentes ad ſe conuenirent, facturi de conſilio ducis id quod uiſum fuerit. itaq; magnus undiq; Galilæorum armatorum cõcurſus factus eſt,poſtulantium ut Tiberiada inuaderẽ,expugnatamq; diruerem, & incolas cum totis familijs ſub haſta uenderem. idem ſuadebant & amici qui ex ea urbe euaſerant.ego uero non annuebam, indignum ratus ciuilis belli initium facere, & cenſens non debere eam contentionem ultra uerba progredi: immo ne ipſis quidem aiebã id conducere, ſi Romanis inſpectantibus diſsidijs inteſtinis ſe conficiant. hac ratione demum Galilæorum ira placata eſt. Ioannes porrò ubi non ſucceſſerunt inſidiæ,ſibijpſi timuit,& aſſumptis armatis quos circa ſe habebat relicta Tiberiade Giſchala petijt:inde ad me ſcripſit factum excuſans,quaſi non fuiſſet eius conſcius: rogabatq; nequid ſuſpicarer de ipſo,addens iuramenta cum diris execrationibus, quo magis ſcriptis ſuis fidem aſtrueret.At Galilæi, quorum è tota regione denuo magnus cum armis affluxerat numerus, ſcientes hominem eſſe malum & periurum, rogabant ut ſe cõtra eum ducerem, promittentes funditus ſe deleturos & ipſum & patriam eius Giſchala.Actis igitur pro fauore gratijs,pollicitus ſum me eis non ceſſurum officijs ac beneuolentia:rogabam tamen ut cohiberent ſeipſos,& darent mihi ueniam quòd tumultus compeſcere mallem abſq; cædibus.conceſſerunt id mihi Galilæi,moxq; Sephorim uenimus. oppidani autem quibus decretum erat permanere in fide Romani populi, timentes meum aduẽtum,conati ſunt me in alia negocia diſtrahere,quo ipſi ſecurius degerent:miſſoq; nuncio ad Ieſum latronum principem agentem in confinijs Ptolemaidis,magnam pecuniam ei ſunt polliciti,ſi cum octingentorum manu quam alebat,bellum nobis inferret.is promiſsis motus uoluit nos nec opinantes & imparatos aggredi. itaq; rogat me per nuncium, ut ſibi ſalutan-

di me poſtatem facerem.quo impetrato, quandoquidem non præſenſeram inſidias,aſſumpta latronum cohorte iter fecit propere.non tamen ei ſucceſſit tentatum facinus.cum enim iam non longe abeſſet, quidã ex eius cohorte transfuga conatum ipſius mihi indicat. quo audito proceſsi in forum ſimulans me nihil ſcire de inſidijs, ſequente armatorum Galilæorum multitudine,& inter hos quibuſdam Tiberienſibus.deinde diſpoſitis qui ſeruarent uias,iuſsi portarum cuſtodes ut ſolum Ieſum cum primis uenientem intromitterent,cæteros excluderent, & ſi ui tentarent irrumpere, plagis repellerent.quibus imperata facientibus intrauit Ieſus cum paucis: iuſſusque à me arma confeſtim proijcere, niſi interfici mallet, uidens ſe cinctum armatis paruit.tum qui eum ſequebantur excluſi ut ducem ſuum captum ſenſerunt, eueſtigio fuga ſe proripiunt: & ego ſeorſum abducto Ieſu dixi me non ignorare paratas mihi inſidias,quibusue id factum ſit autoribus:daturum tamen erroris ueniam,ſi mutatus uelit eſſe mihi fidus in poſterum. quo omnia pol licente dimiſi hominem,permiſſum quos prius habuerat colligere: Sephoritis uero pœnam interminatus ſum niſi poſthac quieſcerent. Per idem tempus uenerunt ad me duo Trachonitarum magnates regis ſubditi,adducentes ſuos equites,& afferentes tam arma quàm pecuniam.hos cum Iudæi circumcidi cogerent, ſi uelint inter ipſos uerſari,non ſiui ut eis moleſti eſſent: aſſeuerans oportere ſuo quenq; arbitratu & non alieno impulſu deum colere:neq; committendum ut eos ſecuritatis cauſa confugiſſe ad nos pœniteat: atque ita perſuaſa multitudine, uiris illis conſuetum uictum abunde præbui.Interea rex Agrippa copias mittit duce Equo Modio, quæ Magdala caſtellum ui capiant:quæ tamen obſidere id non auſæ, inſeſsis uijs inſeſtabant potius Gamala. Ebutius autem Decadarchus qui Magni campi præfecturam tenuit,audito quòd in Simoniada uicum ueniſſem ſitum in Galilææ finibus,diſtantem ab ipſo ſexaginta ſtadijs, noctu aſſumptis quos circa ſe habebat centum equitibus,& fermè ducentis peditibus, Gabenſiumque auxilijs, nocturno itinere in eum uicum peruenit. contra quem cum meorum explicuiſſem ualidam aciem, conatus eſt nos in planiciem prolicere, fretus equitibus. nihil tamen profecit, quia moueri loco nolui, quippe uidens eum potiores habiturum, ſi cum eſſemus omnes pedites deſcenderemus in campeſtria.cumque aliquandiu ſtrenue repugnaſſet Ebutius, tandem animaduertẽs nullum eſſe eo loco uſum equitum, ſigno receptui dato Gabam abijt infecto negocio, tribus tantum in pugna amiſsis. ego uero eueſtigio ſecutus ſum cum armatorũ duobus milibus, cumq; ueniſſem Beſaram, quod oppidum in Ptolemaidis ſitum confinijs ſtadio uigeſimo abeſt à Gaba, ubi tum erat Ebutius:diſpoſitis foris per uias ſtationibus militum,quo tuti eſſemus ab incurſu hoſtium, donec frumentum exportaremus, cuius magna uis è circumuicinis reginæ Bernices uicis eò congeſta fuerat: oneratisque plurimis camelis & aſinis quos in hoc adduxeram, tranſmiſi frumentum id in Galilæam: abſolutoque hoc negocio, feci Ebutio pugnandi copiam. Eam cum ille detrectaret audacia noſtra territus, uerti me in Neapolitanum, audito quòd populatus ſit agrum Tiberienſium. is cum equitum ala præſidio

dio erat Scythopoli. hoc igitur ab ulteriore Tiberiensium uexatione prohibito, totus eram in prospiciendo rebus Galilææ. Cæterum Ioannes Leui filius, quem diximus degere Gischalis, postquam cognouit omnia mihi ex sententia succedere, amariq́ue me à subditis, & timeri ab hostibus, iniquo id tulit animo. ratusq́ue non esse in suam rem meam felicitatem, non mediocri inuidia tactus est: speransq́ue se meos successus impediturum si subditorum in me concitaret odia, solicitauit Tiberienses & Sephoritas, ratus etiam Gabarenos ad se defecturos, quæ ciuitates sunt in Galilæa præcipuæ. aiebat enim suo ductu longe melius administranda omnia. & Sephorienses quidem, quòd utroque nostrum posthabito ad Romanos spectarent dominos, non assenserunt homini. Tiberienses autem defectionem quidem recusabant, pollicebantur tamen illi quoque amicitiam. Gabareni autem Ioanni se addixerunt, autore Simone ciue primario, qui Ioannis erat amicus & socius. Nec tamen aperte ad eum defecerunt, quippe qui uehementer timebant Galilæos, iam ante experti eorum erga me beneuolentiam: sed aliam captabant occasionem insidijs. Et sanè periculum adiui maximum de causa tali. Dabaritteni quidam audaces iuuenes cum animaduertissent uxorem Ptolemæi procuratoris regij cum magno paratu deducentibus aliquot equitibus per Magnum campum ex ditione regia in Romanorum prouinciam iter facere, in eos repente irruunt: fugataq́ue muliere quicquid secum portabat diripiũt: quo facto Taricheas ubi tum eram, quatuor mulos adducunt onustos uestimentis uariaq́; supellectili: inter quam & uasa erant argentea non pauca, & quingenti nummi aurei. Hæc ego seruare uolens Ptolemæo, ut eiusdem tribus homini, quòd lex nostra ne inimicos quidem tribules fraudare permittat, dixi his qui attulerant oportere ea seruari, ut diuenditorum precium conferatur in Hierosolymitanæ urbis mœniorum fabricam. id iuuenes illi permoleste tulerunt, nõ admissi in partem prædæ ut speraueraut: quapropter sparsi per uicos Tiberiadis rumorem disseminant, uelle me Romanis eam regionem prodere. Finxisse enim prædam destinatam esse præmuniendis Hierosolymis: re autem uera in hoc eam seruare, ut rapta domino suo restituam. qua quidem in re nil eos fallebat opinio. post discessum enim iuuenum accitis duobus primarijs ciuibus, Dasione & Iannæo Leui filio, regi amicissimis, mandaui eis ut raptam supellectilem ad illum transmitterent, mortem interminatus si hoc secretum proferrent apud quenquam mortalium. Sed cum Galilæos rumor peruasisset, me uelle regionem eorum Romanis prodere, omnibus incitatis ad sumendum de me supplicium, Taricheatæ quoque fidem habentes iuuenum commenticijs sermonibus, suaserunt meis satellitibus & militibus reliquis, ut me dormientem deserentes in circum uenirent, cum cæteris ibi de abrogando mihi imperio consultaturi. qui persuasi multos ibi iam ante congregatos inueniunt, unanimiter uociferantes uindicandum esse in proditorem reipublicæ. Sed præcipue instigabantur à Iesu Saphiæ filio, qui tum summum magistratum gerebat, uir malus & natus mouendis tumultibus,

seditioſusque ut qui maxime. Is tum præ ſe ferens Moyſis tabulas in medium progreſſus, ſi ueſtri, inquit, nulla cura tangimini, at ſacratas has leges nolite contemnere, quas publico odio proſequendus Ioſephus iſte ueſter dux ſuſtinuit prodere, quantumuis atroci pœna digniſsimus. Hæc effatus & exceptus acclamatione populi, aſſumptis armatis ad ædes ubi diuerſabar properat cum certo interficiendi me propoſito, me nihil tumultus ſentiente & quieſcente interim præ laſsitudine: cum ſubito Simon unus ſatellitum, qui tum ſolus mecum permanſerat, uiſo incurſu ciuium me excitat: indicatoque inſtante periculo ſimul hortatur, ut potius generoſi ducis more uitam abrumpam, quàm inimicorum arbitrio moriar. Hæc illo monente, ego ſalute mea deo commiſſa mutataque ueſte in cœtum atratus prodij, & ſuſpenſum à ceruice geſtans gladium, per uiam illam qua neminem aduerſariorum occurſurum ſciebam in circum ueniens uiſendum me præbui, in faciem proſtratus & terram rigans lachrymis, ita ut omnes mouerem ad miſericordiam. cumque ſenſiſſem mutatos affectos populi, conatus ſum eorum ſententias ſcindere, priuſquam armati reuerterent à meis ædibus: faſſusque me non alienum ab obiecto crimine, poſtulabam ut primum diſcerent in quem uſum ſeruarem relatam ad me prædam, ac tum demum ſi liberet me interficerent. Multitudine uero iubente me dicere, armati reuerſi & me conſpicati irruunt occidendi animo. Sed cohibiti plebis uocibus, repreſſerunt ſuum impetum, rati poſt confeſsionem proditionis & ſeruatæ regi pecuniæ habituros ſe meliorem occaſionem patrandi facinoris. Itaque facto ſilentio, Viri fratres inquam, ſi uobis uideor mortē commeritus, nec ipſe mori recuſo: uolo tamen ante exitium ueritatem apud uos proloqui. Equidem cum animaduertiſſem ciuitatem hanc cōmodiſsimam hoſpitibus, multosque relictis proprijs patrijs delectari ueſtra conſuetudine cuiuſuis fortunæ futuros ſocios, decreueram mœnia uobis cōdere ex iſtis pecunijs, propter quas ad hoc deſtinatas exorta eſt tanta ueſtra indignatio. ad hæc uerba Tarichenſes & hoſpites conclamant, gratias mihi agentes & iubentes me bono eſſe animo. Galilæi uero atque Tiberienſes perſtabant in iracundia. factumque eſt inter ipſos diſsidium, his minantibus pœnam, illis contrà ſecurum me eſſe iubentibus. poſtquam autem & Tiberienſibus promiſi me ædificaturum mœnia & alijs oportunis ciuitatibus, fidem habentes pollicitis dilabebantur ad ſuum quiſque domicilium: & ego præter omnem ſpem elapſus è tanto periculo, cum amicis & uiginti armatis domum reuerſus ſum. Sed denuo latrones & ſeditionis autores, timētes ſibi ne peccati pœnam luerent, cum ſexcentis armatis concurrunt ad meum diuerſorium, incendendi illud animo. quorum aduentu nunciato ratus turpe fugere, decreui uti contra eos audacia. clauſis igitur meo iuſſu ædium foribus, ipſe è cœnaculo poſtulabam ut ad me aliquot mitterēt, accepturos ob quam tumultuabantur pecuniam, nequid habeant quod ſtomachentur amplius. quo facto turbulentiſsimum ex his qui intrò recepti ſunt, uerberibus cæſum & alteram manum abſciſſam ſuſpenſamque à collo gerentem, rurſum

eieci,rediturum ad eos qui ſe miſerant.at illi mirum in modum ſunt territi: timentesque ſimilem pœnam ſi ibi morarentur diutius, quippe qui putabant me plures domi habere armatos, ſubito omnes diffugiunt: ſicque hoc ſtratagemate alteras euaſi inſidias. Nec tamen defuerunt qui rurſum concitarent uulgum, negantes magnates illos regios qui ad me confugerant oportere uiuere,niſi tranſirent ad eorũ ritus à quibus ſalutem peterẽt:criminabanturque eos ut Romanorum ſtudioſos & ueneficos: moxque tumultuabatur multitudo decepta à loquentibus ad gratiam. Quo comperto ego contrà docui populum,non eſſe exagitandos qui ad ipſos confugerint: cauillatus in uanitatem obiecti ueneficij, fruſtra Romanos tot legiones alere, ſi ueneficorum opera poſsint uictoriam conſequi.His uerbis pauliſper placati,ubi digreſsi ſunt rurſum in magnates illos irritabãtur à quibuſdam perditis,ut etiam armati ad eorum ædes quas Tarichææ habitabant concurrerent,interfecturi homines. Quod ut audiui, ualde timui ne hoc ſcelere patrato nemo poſthac ad nos confugeret. quamobrem aſſumptis quibuſdam alijs propere ueni ad eorum diuerſorium:quo clauſo,& perducta inde foſſa ad lacum,accitũ nauigium cum eis inſcendens,traieci in Hippenorum confinia:& reddito eis equorum precio, quos in tali fuga abducere non poterant,dimiſi multum rogatos ut preſentem neceſsitatem forti ferrent animo: nam & ipſe permoleſte ferebam,cogi me rurſum in hoſtilem terram exponere uiros,qui ſemel ſe meæ fidei cõmiſerant: ſatius tamen ducens Romanorum manu eos,ſi ita contingat, cadere, quàm in mea ditione per ſcelus opprimi.Illi tamen ſeruati ſunt,rege concedente errati ueniam.Et horum quidem hic fuit exitus. Tiberienſes porrò per literas regem rogauerunt, ut in eorum agrum præſidium mitteret,defectionẽ pollicentes. Quo facto quàm primum ad eos ueni,poſtulabant ut mœnia ſibi promiſſa exſtruerem. Audiuerant enim Taricheas iam cinctas mœnibus. ego uero annui, & congeſta undique materia iuſsi architectos opus id aggredi. Poſt triduum uero me à Tiberiade digreſſo Taricheas triginta ſtadijs inde diſsitas, ſorte fortuna conſpectus eſt Romanorum equitatus non longe à Tiberiade iter faciẽs,quos oppidani rati eſſe regios, mox in regem honorificas uoces,in me contumelioſas iactare auſi ſunt: moxque curſim quidam ueniens renunciat illorum motum ad defectionem ſpectantium: id quod me ualde perterruit,quòd inſtante tum ſabbato armatos à Tarichеis domum dimiſeram, quo quietius Taricheatæ ſine militari turba feriarentur: & alioquin quoties eo loco degerem ne ſatellitio quidẽ utebar, fretus probata ſæpe incolarum beneuolentia.itaque cum ſeptem tantum milites & aliquot amicos circa me haberem,anceps eram conſilij. nam reuocare copias ſub ueſperam non placebat,quibus poſtera die neque neceſſaria arma tractare permittebatur noſtris legibus. Quòd ſi Taricheatas eorumque hoſpites prædæ ſpe inuitatos illò ducerem,uidebam in eis non eſſe ſatis uirium.&res dilationem non patiebatur,quòd timerem ne à rege miſsi occupata urbe me excluderent. quapropter decreui uti ſtratagemate.Eueſtigio amicorum fidiſsimos Tarichea-

tarum portis appoſui, neminem permiſſuros eggredi: conuocatisque familiarum primatibus, ſingulos iuſsi nauem in lacum deducere, eaque cum gubernatore inſcenſa me ſequi. Tum & ipſe cum amicis & ſeptem illis militibus conſcenſo nauigio petebam Tiberiada. At Tiberienſes ut cognouerunt nullas à rege uenire copias, lacum uero totum refertum nauibus, attoniti & ciuitati ſuæ timentes ac ſi naues militem ueherent, mutauerunt priorem ſententiam. itaque poſitis armis obuiam mihi cum uxoribus & liberis prodeunt, excipientes me fauſtis acclamationibus, quod putarent me non ſenſiſſe ipſorum propoſitum, rogantesq; ut propitius in eorum urbem adueniam. Ego autem propius accedens iuſsi gubernatores longe à terra ancoras iacere, ne appareret oppidanis nauigia eſſe inania: ipſe naui una aduectus proxime, cum eis expoſtulabam quòd tam ſtulte ad uiolandum fidem mihi datam eſſent faciles: deinde pollicebar certam ueniam, ſi decem primates ad me mitterent: quo ſine mora facto, in nauem impoſitos miſi Taricheas in cuſtodiam. Atque hac arte alios poſt alios accipiendo paulatim uniuerſum ſenatum & parem ex primoribus populi numerum illò tranſuexi. Tum reliqua multitudo ut uidit in quanto eſſet periculo, rogabat ut tumultus autorem ſupplicio traderem. Is Clitus dicebatur, audax & temerarius iuuenis. Ego qui nefas ducebam uirum tribulem interficere, & tamen neceſſe habebam pœnam de eo ſumere, Leuiam unum è ſatellitibus iuſsi, ut accedens ei manum alteram præcideret: qui cum nõ auderet ſolus in tantam multitudinem progredi, ne timiditas eius ſentiretur à Tiberienſibus uocato Clito, quoniam inquam meritus es ambas manus amittere homo in me tam ingratus & perfidus, eſto nunc tibijpſe carnifex, ne tibi cunctanti grauius inferatur ſupplicium. Cumque multis precibus alteram manum ſibi donari peteret, ægre annui. moxque libenter, ne ambabus mulctaretur, arrepto cultro ſiniſtram ſibi præcidit. Atque hoc modo is tumultus eſt compoſitus. Me deinde reuerſo Taricheas, Tiberienſes ut cognouerunt ſtratagema quo uſus ſum, mirabantur quòd abſque cæde ſedauiſſem ipſorum ueſaniam. Ego autem accitis è cuſtodia Tiberienſibus, & in his Iuſto patreque eius Piſto, adhibui eos conuiuio: & inter epulandum dixi me non ignorare Romanos potentia mortales omnes præcellere, diſsimulare tamen propter latronum multitudinem: ſuadebamq; ut & ipſi idem facerent expectantes meliora tempora, neque interim grauatim ferrẽt meum imperium, quandoquidem non daretur alius dux commodior. Iuſtum etiam admonebam, quòd ante quàm ego Hieroſolymis ueniſſem, Galilæi fratri eius manus amputauerint, obiectis fictitijs literis & falſi crimine: quodq; poſt Philippi diſceſſum Gamalitæ à Babylonijs diſsidentes Charetem occiderint ipſius Philippi conſanguineum: & quòd Ieſum eius fratrem, ipſius Iuſti ſororium, æqua & modica pœna affecerint. His allocutus eos in conuiuio, iuſsi mane Iuſtum cum ſuis abire liberos. Paulo autem ante Philippus Iacimi filius à Gamala talem ob cauſam abierat. Quamprimum didicit Varum à rege Aggrippa defeciſſe, ſucceſſoremque ei miſſum Modium Equum

uirum

uirum ſibi amicum, de ſuo ſtatu ſignificauit ei per literas: quibus ille receptis perlibenter cognouit Philippum eſſe incolumem: easq; literas ad regem ac reginam miſit tum agentes apud Berytum. Tum rex ut intellexit falſum fuiſſe rumorem quòd Philippus ducem ſe Iudæis contra Romanos præbuerit, miſit equites qui eum ad ſe deducerent: uenientemque complexus comiter, oſtentabat hominem Romanis ducibus, hunc eſſe dicens quem fama de feciſſe à Romanis uulgauerat: moxque iubet eum aſſumpta manu equitum properare in Caſtellam Gamala, & abductis inde domeſticis Babylonios in Batanæam reſtituere: dareque operam modis omnibus nequid noui moliantur ſubditi. His mandatis à rege acceptis Philippus ad exſequendum ea properat. Ioſephus autem quidam medicaſter aſcitis iuuenum audaciſſimis, & concitatis Gamalenſium primatibus, ſuaſit populo ut à rege deficerent, armisque arreptis uindicarent ſe in libertatem priſtinam: atque ita alios pertraxerunt in ſuam ſententiam, cæſis qui auderent contrà hiſcere. in his perijt & Chares Ieſusque huius conſanguineus, & ſoror Iuſti Tiberienſis, ſicut ſupra diximus. Poſt hæc me rogarunt per literas, ut præſidium ad ſe mitterem, & ſimul qui oppidum eorum cingant mœnibus: ego uero utrunq; annui. per eoſdem dies Gaulanitis quoq; regio ab Agrippa deficit uſque ad uicum Solymam. Soganni etiam & Seleuciæ locis natura munitis addidi mœnia. Superioris etiam Galilææ uicos quamuis prærupto ſitu muniui ſimiliter, Iamniam, Amerytham, Charaben. In Galilæa uero permuniui oppida Taricheas, Tiberiada, Sephorim: uicos, Arbelorum ſpeluncam, Berſobe, Selamen, Iotapata, Capharath, Comoſogana, Næpapha, & montem Itabyrium. in ea loca & frumenti magnam uim condidi, & arma quibus ſe tuerentur contuli. Interim Ioannes Leui filius indies maiori me proſequebatur odio, meos ſucceſſus ferens grauiter. cumque decreuiſſet omnino me de medio tollere, poſtquam Giſchala patriam cinxit mœnibus, Simonem ſuum fratrem cum centum militibus mittit Hieroſolyma ad Simonem Gamalielis filium, rogans ut cum Hieroſolymitana ciuitate ageret, ut mihi abrogato imperio, rebus Galilææ Ioannem ipſum ſuffragio cõmuni præficerent. hic Simon Hieroſolymitanus erat illuſtri cũ primis genere, Phariſæus ſecta, quæ quidem uidetur exactius tenere leges patrias: inſigni uir prudentia, & qui labantes res poſſet conſilio ſuo in integrum reſtituere: utebaturq; iampridem Ioannis amicitia, mihi infenſus tunc temporis. Motus igitur amici precibus ſuaſit pontificibus Anano & Ieſu Gamalæ filio, alijsque ſuæ factionis hominibus ut me creſcentem tollerent, nec paterentur ad ſummũ gloriæ faſtigium euadere. id enim fore ipſis quoque conducibile, ſi amouerer à præfectura Galilææ. Sed non eſſe cunctandum Anano & cæteris, ne hoc conſilio prodito urbem inuadã cum exercitu. Hæc conſulenti Ananus pontifex retulit non eſſe id facile, cum tam multi pontifices & primores populi teſtes ſint mihi bene adminiſtratæ prouinciæ: nec æquum eſſe accuſare eum cui nihil poſsis obijcere. Tum Simon iubet illos totam rem ſilentio tegere: ſibi curæ futurum, ut quamprimum à Galilæa ſubmouear: accitoque fratre Ioannis, mandauit ei ut munera ad Anani amicos mitteret. ita enim

forte

fortè citius conceſſuros in ſuam ſententiam. Sic tandem Simon effecit quod uoluit. Ananus enim & ſocij corrupti largitionibus, conſilia de abroganda mihi præfectura conferunt, è ciuibus nemine alio cõſcio. itaq; placuit mittere uiros præſtantiores genere, eruditione pares. horum plebeij erãt duo, Ionathas & Ananias Phariſæi: tertius uero Ioazarus ſacerdotalis generis, Phariſæus hic quoq;. Simon uerò ex ordine pontificum, omniũ natu minimus. hos iuſſerunt aduocata Galilæorum concione quærere cur ita me diligant. quòd ſi reſpondeatur quia Hieroſolymita ſim: dicere ſibi quoq; Hieroſolyma eſſe patriam. Sin autem peritiam legum in me probent, dicendum nec ſibi ignotos eſſe ritus patrios. quòd ſi ſacerdotij nomine me diligi dixerint, referendum ex ipſis quoq; duos fungi ſacerdotio. ita inſtructi collegæ Ionathæ argenteorũ quadraginta milia ex ærario accipiũt. Et quia per idem tempus Ieſus quidam Galilæus cum ſexcẽtorum militum cohorte Hieroſolyma uenerat: accitum hunc numerato trium menſium ſtipendio conducunt, iuſſum ſequi Ionatham & collegas, imperataq; eorum facere: eisq; adiungunt trecentos ciues mercede autoratos ſimiliter. His ita paratis legati proficiſcũtur, comitante Ioannis fratre cum ſuis centum militibus, mandatum habẽtes ab his qui ſe miſerant, ut ſi ſponte ab armis diſcederem, uiuum me Hieroſolyma mitterent: ſi repugnarem, freti mandato impune interficerent. Eiſdem etiam literæ ad Ioannem datæ ſunt, hortantes ut ſit paratus bellum contra me gerere. quin & Sephoritis, Gabaritis atq; Tiberienſibus autores fuerunt, ut Ioanni contra me ferrent auxilia. Hæc cum pater meus ex Ieſu Gamalæ filio conſiliorum omnium participe mihiq́ue amico cognita ad me perſcripſiſſet, male me habuit ingratitudo ciuium per inuidiam occidere me uolentium, nec minus ægre ferebam uocari me ſoliciti parentis precibus, dicentis cupere ſe meum conſpectum ante obitum. quapropter amicis aperui omnia, addens poſt triduum relicta præfectura abiturum me in patriam. quo audito mœſti omnes & flentes deprecabantur ne ſe deſeram perituros ſi deſtituantur meo imperio. Cumq́ue apud me propriæ ſalutis quàm precum illarum potior haberetur ratio, ueriti Galilæi ne ob meũ diſceſſum contemnerentur à latronibus, dimiſsis nuntijs per totam regionem ſuam indicant me uelle diſcedere. quo audito multi undique conuenerunt cum uxoribus & liberis non tam mei deſiderio ut opinor, quàm metuentes ſibimet. me enim preſente in tuto ſibi eſſe uidebantur. Venerunt igitur ad me populariter in Magnum campum, ubi tum agebam apud uicum Aſochim: quo tempore mirabile ſomniũ noctu mihi obuerſatũ eſt. cum enim in cubili eſſem mœſtus & turbatus ob recens acceptas literas, uiſus eſt mihi uir quidam adſtans dicere: Deſine ó bone triſtari & metuere. nam hæc triſtia magnum te reddent ac fortunatum per omnia. ſuccedent enim feliciter non hæc ſolum, ſed & multa alia. quare perdura memor quòd oporteat te & cũ Romanis bellum gerere. Poſt hoc ſomnium ſurrexi uolens in campum deſcẽdere, tum uero me conſpecto multitudo Galilæorum mixta mulieribus & pueris proſtrata in faciẽ cum lachrymis ſupplicabat ne ſe imminẽte hoſte deſeram, néue meo diſceſſu regionem ſuam prodam inimicorũ iniurijs. & cum preci-

precibus nihil agerent, adiurabant me ut maneam, iactantes multa conuicia in Hierosolymitanum populum, qui se in pace non sinerent. Hæc audiēs & uidens plebis mœstitiam flexus sum misericordia, non indignum ratus pro tanta multitudine uel apertum sustinere periculum. itaq; mansurum me annui, & iussis adesse ex omni eo numero quinque milibus cum armis ac commeatibus, cæteros dimisi in suam quenque patriam. cumq; præsto essent illa quinque milia, assumptis his & tribus milibus militum quos ante habueram, & octuaginta equitibus, iter feci in uicum Chabolonem situ in cōfinijs Ptolemaidis: ibiq; continebam paratas copias, quasi gesturus bellum contra Placidum. uenerat is cum duabus cohortibus & turma equitum, missus à Cestio Gallo ut incenderet uicos Galilæorum uicinos Ptolemaidi, & cum ille militem suum uallo cinxisset non longe à Ptolemaidensiū mœnibus, ego quoque castra metatus sum procul à Chabolone sexaginta stadijs. quapropter sæpe militem utrinque produximus quasi conflicturi prælio, sed conatus omnis intra uelitationes cōstitit. quippe Placidus quanto auidiorem pugnandi me cerneret, tanto magis ipse metu detractabat prælium, nusquam secedens à Ptolemaide. Per idem tempus ueniens cum collegis Ionathas, quē missum Hierosolymis diximus à factione Simonis & Anani pontificis, conabatur me per insidias capere, nō ausus aperte aggredi: scripsitq; ad me literas huiusmodi. Ionathas & collegæ legati Hierosolymitarum Iosepho salutem. Quoniam Hierosolymis relatum est eius ciuitatis primatibus, Ioannem Gischalenum sæpe tibi tetendisse insidias, miserunt nos ut obiurgaremus hominem, iuberemusq; in posterum imperata tua facere. quare ut de tuo quoq; consilio prouideamus in futurum quid agendum sit, rogamus quamprimum ad nos non magno comitatu uenias: neq; enim uicus hic capit turbam militum. hæc ita scripserunt alterutrum sperantes, aut habituros se uenientem sine armis obnoxium: aut si copias armatas adducerem, iudicaturos perduelem patriæ. has literas quidam eques attulit, iuuenis audax, qui olim regi militauerat. erat autē hora noctis iam secunda, & forte eum amicis Galilæorumq; optimatibus discumbebam in conuiuio. cumq; famulus renunciasset uenisse ad me quendam Iudæum equitem, meo iussu intrò uocatus salutauit neminem. tantū epistola prolata, hanc, inquit, tibi mittunt qui nunc uenerunt Hierosolymis. & alij quidem conuiuæ mirabantur frontem militis: ego uero hortatus sum eum sedere et nobiscum cœnam sumere. quod ubi recusauit, epistolam ita ut acceperam manu retinens, cum amicis fabulabar de rebus alijs: ac paulo post surgens ablegatis alijs cubitum, retentisq; solum quatuor amicis intimis, & puero iusso uinum promere, apertam epistolam percurri uidente nemine: & celeriter animaduerso argumento denuo complicatam tenēs manibus acsi nondum legissem, iussi militi uiginti drachmas numerari in uiaticum. quibus acceptis cum egisset gratias, intelligens hominem lucri esse cupidum, & hoc facile expugnabilem: Si inquam nobiscum potare uolueris, accipies drachmam in singulos cyathos. accepit ille conditionem, & multum uinum ingurgitans quo plus mereret pecuniæ, iamq; ebrius secreta continere non potuit: sed nemine rogante ultro

fassus

faſſus eſt ſtructas mihi inſidias, & quòd damnatus eſſem capitis. Quibus auditis reſcripſi ad hunc modum. Ioſephus Ionathę & eius collegis ſalutem, Quòd ualetis quodq́; in Galilæã ueniſtis gaudeo, maxime quia iam poſſum traditis uobis rerum gubernaculis reuerti in patriã, cuius reuiſendæ iampridem deſiderio teneor. quamobrem libenter ad uos non ſolum in Xallo ueni rem, ſed longius etiam, uel ſi nemo me accerſeret. Veniam tamẽ dabitis nõ ualenti nunc id facere. apud Chabolonem enim manendum eſt, & obſeruandus Placidus, ne quod conatur irrũpat in Galilæã. præſtat igitur ut ipſi uos huc conferatis ad me lecta hac epiſtola. Valete. His literis datis ad perferendum militi, miſi cum eo triginta Galilæorũ nobiliſsimos, iuſſos ſalutare tantum homines illos, & nihil dicere præterea. additis etiã ſingulis militibus fidis in ſingulos, qui obſeruarent ne miſsi à me aliquod haberent cũ Ionatha colloquium. Poſt horum diſceſſum legati fruſtrati prima experientia, aliã epiſtolam mihi ſcripſerũt talem. Ionathas cæteriq́; legati Ioſepho ſalutem. Denunciamus tibi ut abſq; militibus ad tertium diem uenias ad nos in oppidum Gabara, cognituros de Ioãni obiectis per te criminibus. His ſcriptis & conſalutatis Galilæis quos miſeram ueniunt in Iapham uicum Galilææ maximum & munitiſsimum refertumq́; habitatoribus: ubi excepti ſunt clamoribus plebis uociferantis unà cum mulieribus ac pueris, abirent, & ſinerent ſe frui duce optimo: eadẽq́; erat uox omnium, nullius niſi Ioſephi ſe parituros imperio. Itaq; legati hinc diſcedentes infecto negotio Sephorim ſe cõferunt urbem Galilææ maximam: cuius incolæ ſtudioſi Romanorum uenientibus quidem prodierunt obuiam: de me autem nihil dixerunt, nec in laudem nec in uituperium. at poſtquã inde deſcenderunt in Aſochim, qualibus apud Iaphenos excepti ſunt clamoribus: nec iam cohibẽtes iracundiam, iubẽt ſuos milites, ut fuſtibus acclamatores illos abigant. Gabara autẽ uenientibus præſto fuit Ioannes cum tribus militum milibus. At ego qui iam ex literis prę ſerã quòd bellum mihi inferre decreuerint, aſſumptis tribus milibus militũ, relictoq́; in caſtris quodã amico fidiſsimo, recepi me in Iotapata, ut uicinus eis eſſem ad quadrageſimum ſtadium: ſcripſiq́; eis in hunc modũ. Si omnino uultis ut ad uos ueniã, quadringẽti quatuor in Galilæa ſunt uici partim, partim oppida. ad horum quemlibet ueniam abſq; Gabaris & Giſchalis. altera enim patria eſt Ioannis, altera ſocia & amica ciuitas. His literis receptis legati non reſcripſerunt amplius, ſed aduocato amicorum concilio, & Ioanne quoq; adhibito, conſultabant quomodo me poſſent aggredi. cenſebat Ioannes ſcribendũ eſſe ad ſingulos Galilææ uicos & oppida: eſſe enim in ſingulis unum ſaltem & alterum mihi infenſum: eos prouocandos quaſi cõtra hoſtem publicum. idem decretum mittendum Hieroſolyma, ut & eius urbis ciues cognito iudicatum me eſſe hoſtem à Galilæis, confirment eam ſententiam ſuo ſuffragio. ita fore ut præſenti Galilæorum fauore deſtituar. hoc cõſilium aſſenſu cæterorum comprobatum eſt: moxq́; circa horam noctis tertiã ad me eſt perlatum, renunciante Sacchæo trãsfuga. Quamobrẽ uidens non eſſe cunctandi tempus, Iacobum uirum fidelẽ ac ſtrenuũ iubeo cum ducentis militibus obſeruare uias ferentes à Gabaris in Galilæam, & uiatores comprehen-

prehenſos ad me mittere, maxime apud quos reperiantur literæ. adhæc Hie remiam & ipſum ex amicorum meorũ numero cum ſexcẽtis militibus miſi in fines Galilææ quà itur Hieroſolyma, iuſſum latores epiſtolarũ intercipere, & ipſos quidẽ cõijcere in uincula, literas uero ad me trãſmittere. His man datis, edixi per nuncios Galileis ut in craſtinum cum armis & trium dierum cibarijs ad Gabara mihi præſto ſint. eis uero quos circa me habebã militibus in quatuor partes diuiſis fidiſsimos ſatellitũ præfectos cõſtitui, iuſſos neminem ignotũ militẽ inter ſuos admittere. Poſtera uero die circa horam quintam ueniens Gabara, inuenio ante oppidũ totum campum plenum armatis quos é Galilæa exciueram in auxilium, & præter hos magnã ruſticani uulgi multitudinem. in quorum cœtu poſtquã concionaturus conſtiti, omnes acclamabant benefactorem appellantes me & ſeruatorem ſuæ patriæ. tum ego actis pro fauore gratijs, ſuaſi eis ut infeſtarent neminem, cõtentiq; commeatu proprio è caſtris ad diripiendas uillas nõ excurrerent. uelle enim me omnem tumultum abſq; cæde componere. euenit autẽ ut qua primũ die cuſtodes uiarum diſpoſui, tabellarij Ionathæ in eos inciderẽt: quibus ita ut iuſſerã detentis in cuſtodia, poſtquam perlegi literas legatorum plenas cõuicijs & mendacijs, ſilẽtio diſsimulans ire ad eos decreui. at illi audito meo aduentu, cum omnibus ſuis & Ioanne receperũt ſe in Ieſu domiciliũ: id erat turris magna, & nihil ab arce differens. ibi abdita cohorte militũ, & clauſis abſq; ianuis, expectabant me ad ſalutandum ſe uenturũ ex itinere: iuſsis prius militibus ut uenientem me ſolum intromitterent excluſis cæteris. ſic enim putabant me facile poſſe in ſuam poteſtatẽ redigi: ſed fefellit eos opinio. olfaciẽs enim inſidias quàm primum eò perueni, ingreſſus è regione eorum ſitũ diuerſorium, dormire me finxi. legati uero credẽtes me uere ſopitũ quieſcere, deſcendentes in campum ſolicitabant multitudinẽ ut me male ducis officio fungentem defererent: ſed contrà quàm ſperabãt accidit. ad primũ enim eorum conſpectũ exortus eſt clamor Galilæorũ, teſtantium qua me pro meritis cõplecterentẽ beneuolentia: incuſabantq; legatos quòd nulla laceſsiti iniuria ueniſſent ad turbandã tranquillitatẽ publicam, abire iubẽtes, eo quòd non admiſſuri eſſent præfectum alium. his mihi renunciatis non dubitaui in medium progredi. itaq; propere deſcendi auditurus quid legati afferant. ibi procedenti mihi applauſum eſt certatim ab omnibus, & acclamatũ ab agentibus gratias pro reb. adminiſtratis optime. his auditis Ionathas & cæteri extimuerunt ne ſalutis periculũ adirent incurſu tantopere fauentis mihi populi, cogitabãtq; aufugere. ſed quia non erat id eis liberum, me poſtulãte ut maneant, ſtabant mœſti uix rationis compotes. Igitur cohibitis turbæ acclamationibus, & fidiſsimis militum ad uias ſeruandas appoſitis, ne nos inopinos Ioannes inuaderet, iuſsisq; in armis eſſe omnibus, nequis repentinus hoſtiũ incurſus terrorẽ eis incuteret: primum literarum mentionẽ feci, quibus ad me ſcripſerant, miſſos ſe à Hieroſolymitanorũ ciuitate, ad finiẽdas inter me & Ioannem controuerſias, meq; ad comparendum euocauerãt: moxq; ne inficiari poſſent, protuli ipſam epiſtolam. atqui, inquã, ſi contra Ioannis crimi nationes apud te Ionatha tuosq; collegas reddẽda eſſet mihi uitę ratio, addu

ctis pro me duobus tribúsue probis uiris teſtibus, neceſſe fuiſſet approbatis teſtibus & examinatis teſtimonijs abſolui me ueſtra ſententia. nunc uerò ut ſciatis bene à me adminiſtratas res Galilææ, nolo tres teſtes probitatis adducere, ſed hos omnes uobis exhibeo. ab his rationem uitæ meæ poſcite, an cum omni honeſtate & iuſtitia eis præfuerim. Vosq; uiri Galilæi adiuro ne ueritatem celetis, ſed coram his tanquã iudicibus proferatis ſiquid à me peccatum eſt. nondum hæc uerba finieram cum una omnium uox exoriť, benefactorem me ſuum & ſeruatorem appellantiũ: anteactaq; omnia ſuo teſtimonio probantium, & ut in poſterum mei ſimilis eſſe pergerẽ rogantium. affirmabant etiam iureiurando omnes ſaluam eſſe per me uxorum ſuarũ pudicitiam, & nullam ſibi unquam à me illatam moleſtiam. Poſt hæc duas Ionathę epiſtolas à cuſtodibus meis interceptas & ad me delatas, audientibus multis Galilæis legi maledictis refertiſsimas, meq; falſo inſimulãtes quòd tyrãnum uerius quàm ducem agerem. multaq; alia cõtinentes per ſummã ficta impudentiam. has literas dicebam mihi ultro oblatas à tabellarijs, nolens aduerſarios ſcire de cuſtodijs, ne abſterrerentur à mittendis poſthac literis. at cõcio commota in Ionatham atq; collegas quaſi interfectura irruit, & patratum fuiſſet facinus, niſi furẽtes à me fuiſſent cohibiti. legatis uero pollicitus ſum errati ueniã, ſi reſipiſcerẽt, & in patriã reuerſi uera de adminiſtratione mea referrent. his dictis eos dimiſi quãuis ſciré non facturos pollicita. populus aũt efferabatur in eos, rogans ut pœnas ſumere de illis ſinerẽ. itaq; omnibus mihi utendum fuit artibus quo eos eriperẽ, quòd ſcirem omnẽ ſeditionem pernicioſam eſſe reipub. multitudo porrò perſtabat in iracundia, unoq; impetu omnes ruebant ad Ionathæ diuerſoriũ. ego uero uidens eos non poſſe retineri amplius, conſcenſo equo edixi ut ſequerentur me ad Soganam uicum Arabum, diſtantẽ inde uiginti ſtadijs. atq; hoc ſtratagemate caui ne uiderer ciuilis belli feciſſe principium. poſtquam autem uentum eſt prope Soganã, iuſsi agmen ſiſtere: monitisq; ne eſſent ad iniquã iram tam præcipites, centum ætate ac dignitate præſtantes deligo, qui ſe parẽt profecturi Hieroſolyma, & accuſaturi apud eum populum autores ſeditionum & turbatores ſuæ reipublicæ. Mandaui præterea ut ſi poſſent populũ oratione ſua flectere, impetrarent publicas literas, quibus mihi confirmaretur præfectura Galilææ, & Ioannes iuberet inde diſcedere. Cum his mandatis celeriter expeditos tertia die poſt concionem dimiſi, additis qui eos deducerent quingẽtis militibus. Samariam quoq; amicis ſcripſi, darent operam ut legati per eorum agrum iter tutò faciant: iam enim ea urbs Romanis erat ſubdita: & illac neceſſario fuit eundum properantibus & ſequentibus uiarum compendia: ut tertia die peruenirent Hieroſolyma. quin & ipſe eos deduxi uſq; Galilææ confinia, appoſitis per uias cuſtodibus, ut nõ facile quiuis diſceſſum legatorum cognoſceret. quo facto aliquantiſper apud Iapha moratus ſum. Ionathas aũt & collegæ ſuo conatu fruſtrati remiſerunt Ioannem Giſchala: ipſi deinde profecti ſunt Tiberiadem, ſperantes eam in ſuam poteſtatẽ uenturam, quandoquidẽ Ieſus tunc magiſtratum ibi gerẽs per literas erat pollicitus, perſuaſurũ ſe populo ut ad eos deficiat. illi igitur cum hac ſpe iter ingreſsi ſunt. mihi aũt rem

totam

totam Sila per nunciũ ſignificat, relictus ibi, ut dixi uicarius, redire me quàm primum poſtulãs. cuius monitu reuerſus propere, in ſalutis diſcrimen talem ob cauſam incidi. Ionathas & ſocij Tiberiade multos aduerſæ mihi factionis ciuium ad defectionis conſilia pertraxerant: quare aduentu meo territi, cõſeſtim ad me uenerunt: ac primum mactum animi dicentes, gratulabãtur mihi præſentem honorẽ partum ex optima adminiſtratione Galilææ: eam enim gloriam in ſe quoq; redundare, quorum & ciuis eſſem & diſcipulus. deinde meam quàm Ioannis amicitiam ſe malle profeſsi, iubebant ut me domũ conferrem, promittentes effecturos ſe mox ut ille in manus meas perueniat: atq; hæc religioſiſsimo apud nos ſacramento cõfirmarunt, cui nefas putarẽ non credere. poſt hæc rogauerunt ut aliò ſecederẽ, quòd inſtaret ſabbatum. nolle enim ſe aliquid tumultus excitare in Tiberienſium populo. tum ego nihil ſuſpicatus iui Taricheas, relictis nihilominus in ciuitate qui curioſe obſeruarent ſermones de me hominũ. per totã etiam uiam ferentem à Tarichеis Tiberiadẽ certos diſpoſui, qui à relictis in ciuitate cognita & quaſi per manus tradita, ad me deferrent. Sequente igitur die populus conuenit in proſeuchã quam uocant, precationis domum amplam & capacem tantæ multitudinis: quò poſtquã uenit & Ionathas, non auſus aperte defectionis mentionem facere, dixit opus habere ciuitatem præfectis melioribus. At Ieſus ſummus magiſtratus nihil diſsimulãs, præſtat, inquit, ó ciues obedire nos quatuor uiris quàm uni, præſertim illuſtri ortis genere, & prudentiæ nomine celebrib. ſimul oſtendens cum ſuis collegis Ionathã. hæc uerba mox Iuſtus collaudans pertraxit ciuium quoſdam in ſuam ſententiam. Plebs autem non aſſentiebat horum orationibus, & dubio procul exorta fuiſſet ſeditio, niſi concionẽ ſoluiſſet ſexta hora ſuperueniens, quæ noſtros ad prandiũ uocare ſolet ſabbatis. ita legati conſultatione dilata in diem poſterũ, abierunt infecto negocio. quibus confeſtim mihi renunciatis, decreui mane uenire Tiberiadẽ: cumq; illuxiſſet diei ſequentis initium, à Tarichеis eò ueniens offendi congregatũ iam in proſeucha populum, nondum ſatis ſcientem ad quid conuenerit. Tũ legati præter expectationem me uiſo ualde ſunt territi. Tandẽ in mentem eis uenit rumorem ſpargere, uiſos eſſe Romanorũ equites in finibus eius agri ad locum qui Homonœa dicitur: quo data opera crebreſcente: ijdẽ ipſi auctores eius uociferabantur, nõ permittendos hoſtes ita impune populari agrũ in conſpectu omniũ. quod ideo faciebant, ut me digreſſo ad ferẽdas colonis ſuppetias, ipſi interim urbẽ occuparent alienatis à me animis ciuium. At ego licet ſcirẽ ipſorum propoſitũ, feci tamen quod uoluerũt, ne uiderer contemnere Tiberienſium pericula. progreſſus igitur ad dictũ locum poſtquam ne ueſtigium quidem uidi hoſtium, reuerſus itinere properato offendi conueniſſe unà ſenatum ſimul & populum, & legatos apud concionẽ prolixa accuſatione in me inuehi, quòd neglecta belli cura proprijs tantũ indulgerẽ uoluptatibus. His dictis proferebãt quatuor epiſtolas, quaſi ſcriptas ad ſe à Galilæis extremos eius regionis fines tuentibus, & implorantibus ſuum auxilium. His auditis Tiberiẽſes credulі clamare cœperunt non deſidendum eſſe ulterius, ſed ferendam opem tribulibus in tanto periculo. ego cõtrà legato-

rum fucum intelligēs, aio me ſine mora iturū quò belli uocet neceſsitas: ſed quia è diuerſis quatuor locis literæ uenerint, Romanorum incurſiones nunciantes, oportere in totidem partes diuiſis copijs, ſingulos legatorū præfici ſingulis. decere enim uiros fortes nō conſilio ſolum rem laborātem iuuare, ſed ductu etiam ſuo & auxilio. me enim non poſſe niſi unam exercitus partem ducere. Placuerūt hęc multitudini, moxq; cogebat & ipſos exire ad obeunda ducū munia. at illi uehementer animo turbati ſunt, conatu ſuo fruſtrato per machinationes à me oppoſitas. Ibi unus eorū Ananias nomine, uir malus & maleficus, ſuadet indici publicum ieiunium in diem poſterū, utq; ad eandem horā omnes in eundem locum inermes conueniant, nimirū agnoſcentes ſine diuina ope nihil agi armis hominum. hæc autem non pietatis ergô dicebat, ſed ut me exarmaret unà cū meis militibus. tū ego quoq; obediui neceſſariò, ne uiderer piā admonitionē contemnere. Itaq; digreſsis domum omnibus Ionathas & collegæ ſcribūt Ioanni, ut ad ſe mane ueniat quāto poſſit comitatu militum. facile enim me in poteſtatē ſuam redacto uoti fore cōpotem. ille acceptis literis libenter paruit. Poſtera die ſatellitū duos fortiſsimos ac fidiſsimos iubeo celatis ſub ueſte breuibus gladijs mecū prodire in publicum, ut nos poſſemus defendere contra inimicorū ſiqua exiſteret iniuriam: ipſe quoq; thorace indutus & accinctus gladio q̄ occultiſsime in Proſeucham ad precandū conueni. Ieſus autē me cum amicis ingreſſo, aſtans foribus reliquorū ex meis admitti permiſit neminē. Iāq; nobis ritu patrio precationes incœptātibus, exſurgēs Ieſus ex me quęrit de ſupellectili incenſæ regiæ rudiq; argento, apud quē ſint hæc depoſita, quorum ideo tum mentionem faciebat, ut tempus in Ioannis aduentū tereret. Reſpondi Capellam habere omnia, & decē illos Tiberienſiū ciues primarios: iuſsiq; ut ex ipſis ſcitarent an uera loquerer. Quibus habere ſe fatentibus, Quid, inquit, illi uiginti aurei, quos argēti rudis certo pondere uendito recepiſti, in quē uſum à te cōuerſi ſunt? Et hos, inquā, dedi in uiaticum legatis miſsis Hieroſolyma. ad hæc Ionathas & collegæ reſponderunt, nō recte factum quòd legatis ex publica pecunia mercedem ſoluerim. Plebe autem cōmota ob euidentē hominum maliciam, cum intelligerē nō procul à ſeditione rem abeſſe, uolens magis etiā contra eos irritare populum: Si, inquam, male factum eſt quòd legatis mercedem dedi ex publico, non eſt cur moleſti mihi ſitis amplius. nā ipſe perſoluā iſtos uiginti aureos. tum populus tanto magis accenſus eſt, quanto euidentius erat iniquum illorum in me odium. Tum Ieſus uidens rem contra quàm ſperabat ſuccedere, iuſsit ſolo ſenatu remanente abire cæterā multitudinem. neq; enim per tumultū poſſe inquiſitionem de tanto negocio fieri. populo autem reclamante nunquam fore ut me ſolum inter eos deſerant, uenit quidā clam Ieſu nuncians, non longe abeſſe Ioannem cum armato milite. Tum Ionathas nō amplius ſe continens, deo fortaſſe ſic ſaluti meæ proſpiciente, alioquin enim nō euaſiſſem Ioannis impetum: Deſinite, inquit, Tiberiēſes de uiginti aureis inquirere. nō enim meretur Ioſephus propter hoc ſupplicium: ſed quia tyrannidem affectat, & principatū ſibi parauit decepta imperita multitudine. & cū dicto interfecturi conabantur mihi manus inijcere

cere.quo uiſo mei comites ſtrictis gladijs intentã do uulnera abſterruerũt eos:ſimulq; populus ſublatis lapidibus ferire uolens Ionathã, eripuerunt me ab inimicorum uiolentia.cumq; paulum progreſſus, incidiſſem in uiam per quam Ioannes ueniebat cum manu militum, territus deflexi per quendã angiportum ad lacum:atq; ita conſcenſa naue Taricheas euaſi;tantum nõ oppreſſus inopinato periculo.Quamobrem accerſitis mox Galileorum primatib.denarraui eis quomodo præter ius & fas penè occiſus fuerim à Ionatha & Tiberienſibus.qua iniuria cõcita tota Galileorum multitudo,hortabatur ne cunctarer inimicis bellum inferre,ſed ſinerem eos ire,ipſumq; Ioannẽ & Ionatham atq; collegas delere funditus. attamen compeſcebam eorum iracundiam,expectare iubens donec cognoſcamus quidnã legati noſtri à Hieroſolymitanorum ciuitate afferant.aiebam enim oportere nos nihil citra eorum aſſenſum agere.his uerbis perſuaſi ſunt. Ioannes autẽ tunc quoq; irrito conatu reuerſus eſt Giſchala. Poſt paucos aliquot dies legati noſtri reuerſi nunciabant Hieroſolymitanum populum ualde iraſci Anano & Simoni Gamalielis filio,quòd abſq; cõſilio publico legatis miſsis conati ſint me dimouere à præfectura Galilææ: aiebantq; minimũ abfuiſſe quin ædes eorum incenſæ ſint à populo.attulerunt etiam literas;quibus Hieroſolymorũ primates ex autoritate populi,confirmabant me Galilæis præſidem:ſimulq; Ionatham & collegas eius iubebãt quantocyus domum repetere.His literis receptis ueni in uicum Arbela,quò Galilæorum cõuentum indixeram: ubi iuſsi legatos narrare quàm indigne Hieroſolymitani tulerint Ionathæ maliciam, quodq; eius regionis præfecturam ſuo decreto mihi ratam fecerint,& Ionatham cum ſuis iuſſerint inde decedere. ad quos cõfeſtim tranſmiſi eam epiſtolã,obſeruare iuſſo tabellario,quidnã facturi ſint. illi recepta epiſtola territi nõ mediocriter,accerſunt Ioannem & ſenatores Tiberienſiũ, & primates Gabaræ,cõſulentes eos quidnam oporteat facere.Tiberienſes igitur cenſebant debere eos cõſtanter obtinere adminiſtrationem reipublicæ,nec deferere urbem quæ ſemel ipſorum fidei ſe cõmiſerit,maxime cum ego eos uellem inuadere.hoc enim me minatum mentiti ſunt.idem probabat & Ioãnes, addẽs mittendos eſſe duos è collegis Hieroſolyma,qui me accuſent apud populum,quòd nõ recte curem res Galilææ: dicens id perſuaſuros facile, tum ob ipſorum autoritatem, tum quòd omne uulgus natura ſit mobile.Placuit Ioannis ſententia:moxq; Ionatham cum Anania mittunt ad Hieroſolymitanum populum,reliquis duobus manentibus apud Tiberiadem. deducebantur autem ſecuritatis cauſa à centum è ſuis militibus. Tiberiẽſes porrò ſartis diligẽter mœnibus,iuſſerunt habitatores urbis arma ſumere: & à Ioãne, qui tum Giſchalis erat,acciuerũt nõ paucos milites, qui ſibi eſſent,ſi ita fors ferret,cõtra me præſidio.Interim Ionathas cum ſuis iter faciens ut uenit Darabitta,qui uicus in Magno campo ſitus eſt in extremis Galileę finibus,media nocte in ſtationẽ meorum militum excubantium incidit:qui iuſſos arma ponere aſſeruauerunt uinctos quo loco mandaueram.mihi autem Leui eorum militum præfectus rem totam ſignificat:itaq; per biduum diſsimulato negocio,per nuncios hortatus ſum Tiberienſes ut ab armis diſcederent.at illi rati

Ionatham iam peruenisse Hierosolyma, nihil responderunt præter cõuitia. nec tamen sum deterritus quominus arte cõtra eos uterer, nefas ducens bel li ciuilis initiũ facere. Volens igitur eos extra mœnia prolicere, selecta militum decem milia diuisi trifariã. Horum partem subsidentem Doris occulte collocaui: mille uero in alio uico montano similiter, distãte quatuor stadijs à Tiberiade, expectãtes dum signũ procurrendi acciperent. ipse uico egressus substiti in propatulo. id uidentes Tiberienses procursabãt cõtinuò iacientes amarulenta dicteria: tantaq; eos tum insania corripuit, ut proposita funebri lectica ornata magnifice, circa eam me uidelicet lamentarent per ludibrium. at ego tacitus fruebar eorum stultitia. Volens autem Simonem per insidias intercipere & cum eo Ioazarum, rogaui ut paulum extra urbem cũ amicis & stipatoribus securitatis causa procederent. Velle enim me per colloquium fœdus cum eis ferire, & prouinciæ curam diuidere. Tum Simon stultitia simul & lucri cupidine captus nõ recusauit uenire: Ioazarus uero insidias suspicatus remansit. aduenientem igitur Simonem comitatum amicis & corporis custodibus excepi humaniter, gratias agens quòd uenire dignatus sit. paulo uero post inambulando, quasi sine arbitris dicturus aliquid seductum ab amicis longius, mediumque arreptum sublimem tradidi perducendum in uicum proximum: datoque signo militibus, petebam cum eis Tiberiadem. cumq; utrinq; coortum esset acre prælium, nostris iam cedentibus cohortatione animum reddidi, & Tiberienses tantum nõ uictores intra mœnia cõpuli. immissa deinde alia manu per lacũ, mandaui ut quam domum primam occupassent incenderent: quo facto Tiberienses ui captam urbem rati, abiectis armis supplicabant cum mulieribus & pueris ut uictis parcerem. ego uero precibus flexus, impetum militũ cohibui: & dato receptui signo iam uespere ad curandum corpus abij: adhibitoq; Simone ad conuiuium, cõsolabar hominem, promittens remissurum me eum Hierosolyma instructum uiatico & deductoribus securitatis causa additis. Insequẽti uerò die cum decem armatorum milibus Tiberiadem ingressus sum: & accitis in stadium primatibus populi, iussi quinã essent defectionis autores dicere. eos indicatos iniectis uinculis misi Iotapam. Ionatham autem & collegas solutos, numerato etiam uiatico, militibus quingentis deducẽdos Hierosolyma tradidi. Deinde Tiberienses iterum ad me conueniunt orantes ueniam, & quod hactenus cessatũ sit repensuros se pollicẽtes futuris officijs: rogabãtq; ut direpta bona ueteribus dominis restituerẽ. mox igitur edixi ut omnia cõferrentur in medium. cumq; cunctarentur milites, quendam ex eis conspicatus cultiorem solito, scitatus sum unde eam uestem nactus sit: & fassum rapina esse partam castigaui uerberibus, omnibus grauiorem pœnam commi natus nisi proferrent quicquid rapuerant: congestaq; præda plurima singulis ciuium agnoscẽtibus sua reddidi. Hoc loco libet paucis reprehendere lustum huius argumenti scriptorem, cæterosq; qui historiam polliciti ueritate neglecta non uerentur ad gratiam odium ue mendacia posteritati prodere: nihil enim ab instrumentorum falsarijs differũt, nisi quòd hos magis corrumpit impunitas. Is ut uideret bene tempus insumere, res hoc bello gestas scribe-

scribere aggressus, multa mentitus de me, ne de sua quidem patria uera loquutus est. Quamobrem nunc mihi incumbit necessitas, ut ad coarguenda quæ de me falso testatus est, proferam quæ hactenus silui. nec mirum uideri debet, quòd tam diu id facere distulerim. historicum enim dicere quidem uera necesse est, licet tamen ei non inuehi in malos acerbius, non quòd illi hac gratia digni sint, sed propter seruandam modestiam. Vt igitur ad te iam sermonem uertam Iuste historicorum tuo testimonio grauissime, quomodo ego & Galilæi in causa fuimus, ut patria tua deficeret à rege simul & Romanorum imperio? quandoquidē priusquam ego ex decreto ciuitatis Hierosolymitanæ in Galilæam dux mitterer, tu cum tuis Tiberiensibus armis correptis populariter ausi estis infestare etiam Syrorum Decapolim: Tu enim illorum uicos incendisti, & in illo conflictu tuus famulus cecidit. atque hæc non à me tantum dicuntur, sed & in Vespasiani imperatoris commentarios relata sunt: quodque apud Ptolemaidem Decapolitani crebris clamoribus flagitauerunt ut imperator de te pœnas sumeret, nimirum autore calamitatum suarum omnium. feciſſetque id sine dubio, nisi Agrippa rex te sibi ad supplicium deditum, donasset sororis Berenices precibus, seruatum tamen longo tempore in custodia. Quin & ea quæ pòst gessisti in republica, satis declarant tum uitam tuam reliquam, tum quod defectionis à Romanis autor ciuibus tuis fueris: id quod euidentibus argumentis paulo pòst docebimus. nunc etiam alij Tiberienses propter te accusandi sunt, & docendus lector quòd neque Romanis neque regi fideles amici fueritis. Vrbium Galilææarum maximæ sunt Sepphoris & Tiberias tua Iuste patria. Sed Sephoritæ in meditullio regionis siti, & habentes circa se uicos plurimos, quoniam decreuerant seruare fidem dominis, & me excluserūt, & edicto uetuerunt ne quis ciuium suorū Iudæis militare audeat: utque à me minus sibi esset periculi, per fallacias induxerūt me prius ut mœnibus urbem eorum cingerem. Quibus absolutis præsidium sponte receperunt à Cestio Gallo tum gerente res in Syria, me contempto qui tum terrori eram cęteris propter potentiam. Iidem cum oppugnarentur Hierosolyma & commune gentis nostræ templum esset in periculo, non miserunt suppetias ne uiderentur arma contra Romanos sumere. Tua uero Iuste patria sita ad lacum Genesareticum, & distans ab Hippo triginta stadijs, sexaginta à Gadaris, à Scythopoli centum & uiginti, oppidis ditionis regiæ, nullique uicina Iudaicarum urbium, si uoluisset facile Romanis fidem seruare potuit. nam & publice & priuatim uobis erat armorū copia. Quòd si ego tunc in causa fui, ut tu Iuste dicis, quis fuit postea? nam me scis priusquam oppugnarētur Hierosolyma in Romanorum potestatem uenisse, & ui capta Iotapata castellaque multa alia, multosque Galilæorum absumptos pugnis uarijs. Tunc igitur oportebat uos nihil amplius à me timentes arma proijcere, & regi ac Romanis accedere, siquidem non ultro sed coactos id bellum suscepisse uos dicitis. At uos exspectastis donec Vespasianus ad mœnia uestra omnes admoueret copias, ac tum demum arma posuistis metu periculi. immo expugnanda erat ue-

ſtra ciuitas, niſi rex excuſata ueſtra ſtultitia impetraſſet uobis à Veſpaſiano ueniam. Non mea igitur eſt culpa, ſed ueſtra qui hoſtiles geſsiſtis animos. An non meminiſtis quoties uictoria de uobis potitus neminem interfecerim. Vos uero diſsidentes inter uos nõ propter regis aut Romanorum ſtudium, ſed propter ueſtram maliciam, centum octuagintaquinque ciues occidiſtis, quo tempore ego à Romanis oppugnabar in Iotapatis. Quid an non in Hieroſolymitana obſidione recenſita ſunt Tiberienſium duo milia, qui partim ceciderunt, partim uiui capti ſunt. An ideo te hoſtem fuiſſe negabis, quia tum ad regem perfugeras. Atqui hoc ipſum te feciſſe aio à me perterritum. Dicis me eſſe malum hominem. Quid tu cui capitis per Veſpaſianum damnato rex Agrippa remiſit ſupplicium: & cum te magna pecunia donaſſet, iterum atque iterum coniecit in uincula, totiesque egit in exilium: ſemel etiam quem ipſe duci iuſſerat, reuocauit à morte motus Berenices ſororis ſuæ precibus. Poſtea toties in maleficijs deprehenſum cum te præpoſuiſſet ſcribendis epiſtolis, ut comperit hic quoque te mala fide rem agere, in conſpectum ſuum uenire prohibuit. Sed in hæc diligentius inquirere deſino. Cæterum tuam demiror impudentiam, qui aſſeueres omnibus qui hoc argumentum ſcripſerunt te id tractaſſe melius, cum ne hoc ipſum quidem ſcias, quid in Galilæa geſtum ſit. Eras enim tum apud regem in Beryto, ac ne Iotapatæ quidem oppugnationem cognouiſti, aut quomodo me oppugnatus geſſerim potuiſti diſcere, quando nemo ſuperſtes fuit qui tibi renunciare ualuerit. Sed forte dices te exacte perſcripſiſſe quæ circa Hieroſolyma geſta ſunt. Et quî potuiſti, cum nec ei bello interfueris, nec legeris Veſpaſiani commentarios. Non legiſſe te autem hinc conijcio, quia ſcripſiſti contrarium. Quòd ſi confidis te ſcripſiſſe melius omnibus, cur uiuo Veſpaſiano ac Tito quorum auſpicijs id bellum geſtum eſt, & Agrippa ſuperſtite cognatisque eius uiris Græcarum literarum peritiſsimis, non edidiſti tuam hiſtoriam? Ante uiginti enim annos eam ſcripſeras, & poteras à conſcijs habere teſtimonium. Nunc poſtquam illi non ſunt inter nos amplius, nec putas eſſe qui coarguat, auſus es librum edere. At non ſic ego, neque meis ſcriptis timui: ſed ipſis opus id imperatoribus tradidi, cum adhuc recens id bellum pene uerſaretur in hominum oculis. Conſcius enim mihi eram ueritatis ſeruatæ per omnia, unde ſperatum teſtimonium conſequutus ſum. Quin & alijs multis mox communicaui eam hiſtoriam, quorum nonnulli bello interfuerant, ſicut rex Agrippa & cognati eius aliquot. ipſe ſanè Titus imperator adeò è ſolis illis libris cognitionem earum rerum homines petere uoluit, ut ſua manu ſubſcriptos in bibliotheca publicari iuſſerit. Rex autem Agrippa ſeptuagintaduas ad me dedit epiſtolas, teſtimonium ueritatis ferentes, quarum duas ſubieci, ut ex ipſis rem tibi cognoſcere liceat. Rex Agrippa Ioſepho ſuo chariſsimo ſalutem. Perlibenter legi tuum librum, in quo mihi uideris accuratius hæc ſcripſiſſe quàm cæteri. Quare & reliquum mihi mittito. Vale mi chariſsime. Rex Agrippa Ioſepho ſuo chariſsimo ſalutem. Ex tuis ſcriptis mihi uidetur non eſſe opus ut

de

de me discas aliquid. Attamen ubi conuenerimus, coram te docebo quædam quæ nescias. Sic ille absolutæ meæ historiæ de ueritate fuit testis, non assentando: neque enim id eum decuit: non item per irrisionem ut tu fortasse dicturus es: multum enim ab eo abfuit talis ingenij prauitas: sed in hoc tantum ut ipsius testimonio lectori commendaretur scriptorum meorum ueritas. Et hæc quidem ad Iustum necessariò dicta sint hactenus. Ego porrò compositis rebus turbatis Tiberiensium, aduocaui amicorum concilium, consultaturus quid cum Ioanne agendum sit. Placuit autem omnibus, ut armatis uniuersis Galilæorum copijs illum inuaderem, & pœnas de eo sumerem tanquam autore totius discidij. Mihi tamen non probabatur hæc sententia, quòd mallem sine cæde tumultibus illis finem imponere. Quapropter iussi eos omnem adhibere diligentiam ut scirentur nomina Ioannem sectantium. Quo facto, & comperto quinam essent hi homines, edictum proposui, quo data fide inuitabam omnes eius factionis qui modo resipiscerẽt, ad amicitiam: præscripto uiginti dierum termino his qui suis rebus uellent consulere. Alioqui si in armis permanerent, minabar me incensis eorum ædibus facultates daturum in prædam populo. his auditis illi non mediocriter perterriti Ioannem deserunt: & inermes ad me uenerunt numero quatuor milia. Soli autem apud eum manserunt ciues ipsius, & mille quingenti mercenarij Tyrij. Atque hac arte uictus à me ille posthac in patria metu se continuit. Sub idem tempus Sepphoritæ ausi sunt arma sumere, freti firmitate mœnium, & quòd me uiderent distineri rebus alijs. Itaque mittunt ad Cestium Gallum tunc Syriæ præsidem, rogantes ut aut ipse cito ciuitatem occupet, aut saltem mittat eò præsidium. Gallus uerò uenturum quidem se promisit, sed non significauit quo tempore. at ego id sentiens cum copijs in eos feci impetum, & urbem expugnaui fortiter. Hanc occasionem Galilæi nacti, & rati uenisse tempus exsatiandi quibus & Sepphoritas prosequebantur odia, uidebantur funditus deleturi tam urbem quàm incolas. Irruentes igitur in uacuas ædes ignem inijciunt: nam homines metu in arcem refugerant. Diripiebantur autem omnia, & nullum modum faciebant deprædandi cognatos homines. Hoc animaduertens, & magno dolore affectus iussi eos desinere, admonens nefas esse ad eum modum tractare eiusdem tribus homines. Postquam uero neque precibus neque imperio coerceri poterant prægrauantibus odijs, mandaui amicorũ fidissimis, ut rumorem spargerent, diuersa parte irrupisse Romanorum ualidum exercitum. Id autem feci ut sic represso Galilæorum impetu seruaretur Sepphoritarum ciuitas. Et bene hoc stratagema cessit, quando territi tali nuncio relictis rapinis, circumspiciebant quò fugerent: præsertim cum uiderent me ducem idem facere. Ad confirmandum enim rumorem simulabam me pariter metuere. Ita Sepphoritæ meo commento præter spem seruati sunt. Sed & Tiberias minimum quin diriperetur abfuit ob causam huiusmodi. Primarij quidam senatores scripserunt regi, rogantes ut ueniens ciuitatem reciperet. Rescripsit ille uenturum se propediem, & cuidam suo cubiculario nomi-

ne Crispo genere Iudæo literas ad Tiberienses perferendas tradidit. Hunc in itinere agnitum & comprehensum ad me pertraxerunt Galilæi: moxque re cognita uniuersa multitudo arma corripit. Postridie uero multi confluentes undique uenerunt Asochim quò tunc diuerteram, uociferãdo proditricem esse & regis amicam Tiberiadem: postulabantque ut permitterem eos illò profectos funditus ciuitatem diruere: & alioquin Tiberienses non minus quàm Sepphoritas oderant. Mihi interim non ueniebat in mentem quomodo eam ciuitatem iratis Galilæis eriperem. Nam literas regem uocantes scriptas ab eis inficiari non poteram, manifeste arguente eos rescripto regio. Itaque cum diu tacitus mecum cogitassem, Tiberienses, inquam, peccasse & ipse fateor: neque obsistam quo minus uobis prædæ sint. Attamen cum iudicio facienda sunt talia. Non enim soli Tiberienses libertatis nostræ proditores sunt, sed multi præterea Galilæorum nobilissimi. Expectandum est dum sontes inquisitione facta comperiam, & tum demum poteritis omnes simul tractare pro meritis. Hæc loquutus persuasi multitudini, moxque sedati dispersi sunt. Nuncium autem illum regis cum coniecissem in uincula, post paucos dies necessariam quandam profectionem simulans, clam accitum monui, ut militem suum custodem obrueret poculis, atque ita ad regem fugeret. Tiberias autem iam iterum constituta in extremo excidij periculo, meo stratagemate seruata est. Eodem tempore Iustus Pisti filius ad regem perfugit me inscio: causa autem fugiendi fuit hæc. Cum primum nasceretur bellum Iudaicum, Tiberienses decreuerant regi parere, & à Romanis non deficere. Iustus uero persuasit eos arma capere, sperans rebus turbatis inuasurum se patriæ tyrannidem. Non tamen assecutus est quod concupijt. Nam & Galilæi Tiberiensibus infensi recordatione eorum quæ ante bellum ab eis passi fuerant, non sinebant Iustum potiri gubernaculis: & ego cum potestate missus in Galilæam à Hierosolymitano populo, sæpenumero adeò accendebar, ut uix à nece temperarem, non ferens Iusti sceleratum ingenium. ille igitur ueritus ne ira tandem in cædem prorumperet, ad regem se contulit, sperans commodius & securius apud eum se posse degere. Sepphoritæ autem præter opinionem elapsi è priore periculo, iterum ad Cestium Gallum miserunt, rogantes ut ocius ciuitatem caperet, aut mitteret aliquam manum militum, quæ incursiones hostium reprimeret: nec prius destiterunt, quàm illo mittente equites & pedites bene multos, noctu eos reciperent. Vastatis deinde circum uicinis agris à Romano exercitu, collectis meis militibus ueni in Garisimam: ubi positis castris uiginti stadiorum interuallo procul à Sepphori, noctu assultum feci ad mœnia: cumque per scalas euasissent in ea multi milites, bonam urbis partem in potestate habui. Sed paulo post coacti propter locorum ignorantiam recessimus, occisis duodecim Romanorum peditibus & duobus equitibus, præterque Sepphoritarum paucis aliquot: ipsi uero unum solum desiderauimus. Aliquanto post in planicie conserto prælio cum equitibus, diu repugnantes fortiter, tandem profligati sumus. circumuenti enim

enim me à Romanis, noſtri terga uerterũt eo caſu territi. In ea pugna cecidit Iuſtus unus meorum ſatellitum, qui olim in regio ſatellitio fuerat. Per idem tempus uenerant regiæ copiæ peditum ſimul & equitum, ducente Sila præfecto regis ſatellitum. hic ad quintum ſtadium procul à Iuliade caſtris munitis ſtationes militum diſpoſuit per uias, eam quæ fert Cana, quæq; in caſtellum Gamala, ut eorum locorũ habitatoribus cõmeatus intercluderet. Quo audito miſi eò duo milia militum cum præfecto Hieremia: qui poſitis prope Iordanem amnem caſtris à Iuliade interuallo ſtadij, nihil præter uelitationes quaſdam fecerunt, donec ipſe ad eos ueni cum tribus militum milibus. Sequenti uero die celatis prius inſidijs in ualle quadam non longe à caſtris hoſtium, prouocabam ad pugnam regios, mandato ut noſtri ſimulata fuga ad locum inſeſſum ſequentes pertraherent, id quod factum eſt. Sila enim ratus noſtros ſedulo fugere, eò prouectus eſt ut à tergo haberet militem locatum in inſidijs, quod eius copias ualde terruit. tum ego celeriter conuerſus inuaſi regios, & in fugam compuli: fuiſſemq́ue potitus ea die inſigni uictoria, niſi fortuna quædam male inuidiſſet noſtris conatibus. Equus enim ex quo pugnabam in cœnoſum quendam locum delatus unà mecũ prolapſus eſt: quo caſu contuſis manus articulis, deportatus ſum in uicum Cepharnoma. id auditum à meis reuocauit eos à perſequendis hoſtibus, quòd ualde ſolliciti eſſent nequid durius mihi accideret. accitis igitur medicis & curata manu, manſi ibi eam diem correptus febre etiam: deinde ex medicorũ ſententia noctu translatus ſum Taricheas. quod ubi Silæ & regijs eſt cognitum, rurſum eis animos addidit. & quia negligẽtius cuſtodiri caſtra audierãt, noctu trans Iordanẽ collocata in inſidijs turma equitum, diluculo prouocauerunt noſtros ad prælium. Quibus non detractantibus & progreſsis in planiciem, coorti è latebris equites turbatis noſtrorũ ordinibus coegerunt eos fugere: interfectisq́ue ſex tantum è noſtris reliquerunt imperfectam uictoriam. audito enim quoſdam milites aduectos eſſe per lacũ à Taricheis Iuliada, metu cecinerunt receptui. Non multo autẽ pòſt Veſpaſianus comitante Agrippa rege Tyrum peruenit: ubi clamores Tyriorum in regem coorti ſunt, hoſtem ſuũ ſimul & Romanorum appellantibus. ducem enim eius militiæ Philippum prodidiſſe Hieroſolymis regiam, & Romanorum in ea præſidium, idq; factum iuſſu regis ipſius. Veſpaſianus autem obiurgata Tyriorum impudentia, quòd uirum dignitate regia ſublimem & Romanorũ amicum, afficerent contumelijs: ipſi regi ſuaſit mittere Philippum Romam ad reddendam rationem eorum quæ geſta ſint. Sed Philippus in conſpectum Neroni nõ uenit: cum enim offendiſſet eum laborantẽ extremo periculo propter bella ciuilia, retro ad regem reuerſus eſt. Poſtquã autem Ptolemaidem Veſpaſianus attigit, Decapolitanorũ primates magnis clamoribus Iuſtum deferebant, quòd uicos eorũ incenderit: quamobrem ille regi eum dedidit, ut ſubditis ipſius pœnas lueret. rex uero imperatore inſcio cõiecit hominẽ in uincula, ut iam ante diximus. Tum Sepphoritæ obuiam progreſsi ſalutato Veſpaſiano præſidium ab eo accepere duce Placido: cũ quibus mihi negocium fuit donec ipſe imperator uenit in Galilæam. De cuius aduentu, &

quomodo

quomodo poſt primum ad Taricheas cõflictum recepi me Iotapata, atque ibi poſt longam oppugnationem uiuus captus ſum, quomodoue ſolutus, quæq; geſsimus Iudaici belli tempore, hæc omnia in libris de eo bello cõſcriptis narrauimus: nunc memoranda uidentur & illa quæ in eis libris non diximus, duntaxat quæ ad uitam noſtram pertinent. Expugnatis Iotapatis in Romanorum poteſtatem redactus aſſeruabar ſumma diligentia, in honore tamen à Veſpaſiano habitus, cuius etiã iuſſu duxi captiuam quandam uirginem Cæſarienſem patria. hæc nõ diu mecum manſit, ſed me ſoluto, & in comitatu imperatoris hærente, abijt Alexandriã. alteram uxorem duxi Alexandriæ, & inde cum Tito miſſus ſum Hieroſolyma: ubi ſæpe mortis periculum adij, Iudæis magnopere conantibus me capere ut afficerent ſupplicio, & Romanis quoties aliqua clades accideret, meæ proditioni imputãtibus, & imperatori cõtinenter occlamantibus, ut proditorem tolleret. At Titus nõ ignarus belli uiciſsitudinũ, importunas militũ uociferationes tranſmittebat ſilentio. Vrbe deinde ui capta, ſæpe hortatus eſt me ut ex ruinis patriæ quicquid uellem ſumerem, dans mihi hoc faciendi licentiã. ego uerò collapſa patria nihil ad cõſolationem mearum calamitatum duxi potius quàm poſcere libera corpora, quæ unà cum ſacris uoluminibus libenter mihi ab imperatore cõceſſa ſunt. nõ multo pòſt & frater cum amicis quinquaginta mihi deprecatori donatus eſt: in templum etiã ingreſſus permiſſu illius, cum inueniſſem ibi incluſam magnã mulierum & puerorum multitudinem, quotquot ex eis amicorum meorũ & familiariũ eſſe comperi, eripui omnes circiter centum & quinquaginta numero: quos ne precio quidem accepto dimiſi in priſtinũ ſtatum redditos. Miſſus deinde à Tito Cæſare cum Cereali & mille equitibus in uicum qui Thecoa dicitur, ad cõſiderandum an locus eſſet caſtris idoneus, cum illinc reuertens uiderẽ multos captiuos in crucem ſuffixos, & in his tres mihi quondã familiares agnoſcerẽ, uehementer indolui, & cum lachrymis accedens indicaui rem Tito: qui eueſtigio iuſsit demptos curari diligentiſsime. horum duo inter medicorum manus exhalauerunt animam, tertius uerò ſuperuixit. Compoſitis deinde Iudææ rebus Titus cõijciens rus quod habebã circa Hieroſolyma mihi fore inutile, propter milites Romanos qui ibi relinquendi erant ad regionis cuſtodiã, alia prædia mihi donauit in campeſtribus: & repetiturus Romam, honoris cauſa nauigationis me aſſumpſit ſocium. ut uerò in urbem peruenimus, multis Veſpaſianus me dignatus eſt beneficijs. nam donatum ciuitatis iure diuerſari iuſsit in ædibus quas ipſe antequã imperator fieret habitauerat, pẽſioneq; honorauit annua, nihil de benignitate ſubtrahens donec uiueret, id quod periculum mihi cõciliauit per meæ gentis inuidiam. Iudæus enim quidam Ionathas nomine tumultu apud Cyrenen excitato, & collectis indigenarũ duobus milibus, illis quidem autor fuit exitij. ipſe uero uinctus ab eius prouinciæ præſide, & ad imperatorẽ miſſus, aiebat à me ſibi ſubminiſtrata arma & pecunias. nec tamen Veſpaſiano ſuis mendacijs impoſuit, ſed damnatus luit pœnas capite. Poſt hæc & alijs inuidorum appetitus calumnijs, omnes euaſi dei prouidentia. à Veſpaſiano præterea dono accepi in Iudæa latifundiũ, quo tempore uxorem dimiſi

offenſus

offensus incõmodis eius moribus, quamuis iam tres ex ea susceperim liberos: quorum duo defuncti sunt, Hyrcano solo superstite. Post eam duxi aliã mulierem Cretensem Iudæam genere, parentibus natã domi nobilissimis, & moribus inter cæteras eximijs, ut ex cõuictu eius comperi. ex hac duo mihi nati sunt filij, Iustus grandior, & post eum Simonides Agrippa cognomine, & huiusmodi quidẽ sunt res nostræ domesticæ. manſit autẽ mihi perpetua Cæsarum beneuolẽtia. Nam defuncto Vespasiano Titus successor in eodẽ quo pater honore me semper habuit, nec ullis aduersum me accusationibus unquam credidit. Post hunc Domitianus maioribus etiã me cumulauit honoribus. nam & accusatores meos Iudæos capite punijt, & seruum eunuchum filij mei pædagogũ meum calumniatorem puniri mandauit. & quod est honorificentissimum, immunitatem prædiorũ quæ in Iudæa habeo, mihi concessit. Domitia porrò Cæsaris uxor nunquã mihi bene facere destitit. Hæc sunt quæ per omnem uitã à me gesta sunt, ex quibus qui uolet de moribus meis iudicet. Tibi autem Epaphrodite uirorũ optime dedicato Antiquitatum toto contextu, hic in præsentiarum scribere desino.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARUM libri uigesimi finis, & loco Appendicis uita Iosephi ipsius, Sigismundo Gelenio interprete.

FLAVII IOSEPHI DE BELLO IVDAI-CO LIBRI VII. INTERPRETE RVFINO AQVILEIENSI, ad Græcum collati & emendati per Sigiſmundũ Geleniũ.

PROLOGVS.

VONIAM bellũ, quod cum populo Romano geſſere Iudæi, omniũ maximũ quæ noſtra ętas uidit, quęq; auditu percepimus, ciuitates cũ ciuitatib. gẽtésue cõmiſiſſe cum gentibus: quidã, non quòd rebus interfuerint, ſed uana & incongrua narrantiũ ſermones auribus colligentes, oratorũ more perſcribũt: qui uero præſto fuerũt, aut Romanorũ obſequio, aut odio Iudæorũ contra fidẽ rerũ falſa cõfirmant; ſcriptis aũt eorũ partim accuſatio, partim laudatio cõtinetur: nuſq; uero exacta fides reperit hiſtorię: idcirco ſtatui, quę retro barbaris antea miſi, patria lingua digeſta, Gręce nũc his qui Romano imperio regunt exponere, ego Ioſephus Matathię filius Hebræus genere, ſacerdos ex Hieroſolymis: qui & initio cũ Romanis conflixi, poſteaq; geſtis, quia neceſsitas exegit, interfui. Nã cũ hoc, ut dixi, bellũ grauiſsimum exortũ eſt, Romanorũ quidẽ populũ domeſticus motus habebat: Iudæorũ aũt, qui ætate ualidi, & ingenio turbulenti erant, manu ſimul ac pecunia uigẽtes, adeo temporibus inſolẽter abuſi ſunt, ut pro tumultus magnitudine, hos poſsidendarũ ſpes, illos amittendarum partium Orientis metus inuaderet. Quoniã Iudæi quidẽ cunctos etiam qui trans Euphratem eſſent, gentiles ſuos, ſecũ rebellaturos eſſe crediderant. Romanos autem & finitimi Galli irritabant: nec Germani quieſcebãt: diſſenſionũq; plena erant omnia poſt Neronẽ: & multi quidem temporum occaſione Imperium affectabant: lucri autẽ cupidine exercitus rerum nouandarum cupidi erãt. Itaq; indignũ eſſe duxi, errantem in tantis rebus diſsimulari ueritatẽ: & Parthos quidem, ac Babylonios, Arabumq; remotiſsimos, & ultra Euphratem gentis noſtræ incolas, itẽq; Adiabenos, mea diligentia uere cognoſcere, unde cœpiſſet bellum, quãtisq; cladibus cõſtitiſſet, quóue modo deſijſſet: Græcos uero & Romanorũ aliquos, qui militiam ſecuti non eſſent, figmẽtis ſiue adulationibus captos, iſta neſcire. Atq; hiſtorias audẽt eas inſcribere, qui præter hoc (ut mihi quidẽ uidetur) quod nihil ſani referunt, etiã de propoſito decidunt. Nam dum Romanos uolunt magnos oſtendere, Iudæorũ res extenuant, & in humilitatem deijciunt. Non autẽ intelligo, quonam pacto magni eſſe uideantur, qui parua ſuperauerint. Et neq; lõgi temporis eos pudet, quo bellum tractum eſt: neq; multitudinis Romanorũ, quã in ea militia labor exercuit: neq; ducũ magnitudinis: quorũ profecto gloria minuitur, ſi cũ multum pro Hieroſolymis deſudauerint, rebus per eos proſpere geſtis aliquid deroget. Nec tamen ego contentione Romanas res extollentiũ, gentiles meos amplificare decreui: ſed facta quidem utrorunq; ſine ullo mendacio proſequar: dicta uero de factis reponam, dolori atq; affectioni meæ in deflendis patriæ cladibus indulgens. Nam quod domeſticis diſſenſionibus eſt euerſa, & in templum ſacroſanctum inuitas Romanorum manus atq; ignẽ Iudæorum tyranni

ni traxere, teſtis eſt qui eam uaſtauit, ipſe Cæſar Titus: per omne bellũ miſeratus quidẽ populum, quod à ſeditioſis cuſtodiretur: ſæpe aũt cõſulto differri paſſus ciuitatis excidiũ, protracto obſidionis ſpacio, dũmodo belli pœniteret autores. Quod ſi quis me aduerſus tyrãnos eorũq; latrociniũ accuſatorie loqui putet, uel patriæ miſerijs ingementẽ calũniari præter legẽ hiſtorię, dolori ueniam tribuat. Ex omnibus enim, quæ Romano imperio parẽt, ſolã noſtrã ciuitatẽ contigit ad ſummũ felicitatis faſtigium euadere, eandemq; in extremũ miſeriæ deijci. Deniq; omniũ poſt condita ſecula res aduerſas, ſi cũ Iudæorũ calamitatibus cõferantur, ſuperatũ iri non ambigo. Et horum autor nullus externus eſt: unde nec fieri poteſt, ut à queſtibus temperet. Siquis autem durior miſericordiæ ſit iudex, res quidẽ tribuat hiſtoriæ, lamẽta uero ſcriptori: quanquã merito Græcorũ diſertos increpauerim, qui tantis rebus ſua memoria geſtis, quarũ cõparatione pręterita olim bella exigua reddunt, iudices reſident aliorũ facundiæ detrahentes: quorũ & ſi doctrinã ſuperãt, propoſito uincunt. Ipſi uero Aſſyriorũ & Medorũ geſta perſcribunt, ueluti minus recte à ſcriptoribus antiquis fuerint expoſita: cũ in ſcribendo tantũ eorũ uiribus cedant, quantũ ſententiæ. Erat enim unicuiq; ſtudium, quæ uidiſſet facta, cõſcribere: quoniã & interfuiſſet rebus geſtis, & efficaciter quod promittebat, impleret: mẽtiriq; apud ſciẽtes, inhoneſtũ eſſe uideretur. Enim uero noua qdẽ neq; ante cognita memorię tradere, ſuiq; tẽporis res cõmendare poſteris, laude ac teſtimonio dignum eſt. Induſtrius autẽ habẽt, nõ qui alienã diſpoſitionẽ atq; ordinem tranſfert, ſed qui noua dicendo etiam corpus propriũ cõficit hiſtoriæ. Sed ego quidẽ ſumptu ac labore maximo, qui cum ſim alienigena, Græcis ſimul & Romanis geſtarũ rerum memoriã repono. Ipſis autẽ indigenis, ad quæſtum quidẽ ac lites, ora patent, linguæq; ſolutæ ſunt, ad hiſtoriã uero, in qua uerum dicendũ eſt, ſummaq; ope negocia colligenda ſunt, obmuteſcunt: cõceſſa infirmioribus neq; ſcientibus licẽtia ſcribendi res à principibus geſtas. Honorat itaq; apud nos hiſtoriæ ueritas, quæ à Græcis negligit. Ab origine quidẽ Iudæos repetere, qui fuerint quóue pacto ab Aegyptijs diſceſſerint, quasq; regiones errãdo peragrauerint, & quas uel quoties incoluerint, & quemadmodũ inde migrauerint, neq; huius eſſe temporis, & præterea ſuperuacaneum exiſtimaui: quoniã multi ante me Iudæorum de maioribus huius gentis ueriſsima compoſuerunt: & nonnulli Græcorum, quę illi ſcripſerãt, patria uoce prõſecuti nõ multum à ueritate deuiarunt: ex eo autẽ hiſtoriæ principiũ ſumã, quo ſcriptores eorũ & prophetæ noſtri deſierunt. Et bellum quidẽ meis temporibus geſtum, latius quaq; potuero diligentia referam: quæ uero ætate mea ſunt antiquiora, ſummatim breuiterq; percurrã: Quomodo Antiochus cognomento Epiphanes, deuicta penitus Hieroſolyma, cum triennium ſexq; menſes eam tenuiſſet, ab Aſamonæi filijs expulſus eſt. Deinde quòd eorũ poſteri de regno diſſentientes, ad res ſuas occupandas populum Romanum Pompeiumq; traxerunt: quomodoq; Herodes Antipatri filius eorum potẽtię finem fecerit, auxilio Soſij. Tum, quomodo Herode mortuo, plebis in eos orta ſeditio eſt, Auguſto quidem imperante Romanis, Quintilio aũt Varo prouinciã obtinente. Quodq;

bellum

bellū anno duodecimo imperij Neronis eruperit: quamq; multa per Ceſtiū acciderint: quātaq; ad primos impetus armis Iudæi puaſerint: quoq; modo accolas permunierint: & quod Nero propter acceptas Ceſtij ductu clades ſummæ rei metuens, Veſpaſianū bello præpoſuerit: & quod is cum maximo filiorum Iudæam intrauerit, quantumq; Romanorum exercitū ducēs: quantaq; manus auxiliorum per omnem cæſa fuerit Galilæam: & quod eius ciuitatum quaſdam ui ceperit, alias deditione. Vbi etiam Romanorū in bello diſciplinā curāq; rerū, & utriuſq; Galilææ ſpatia, & naturā finesq; Iudææ, necnon & peculiarem terræ qualitatē, lacusq; & fontes, captarumq; ciuitatū mala, cum fide ſicut uidi, aut pertuli, expediam. Nec etiam miſerias meas cęlauerim, cum ſcientibus eas relaturus ſim. Deinde, quod iam feſsis rebus Iudæorum, Nero quidē mortem obierit: Veſpaſianus aūt in Hieroſolymā properans, imperij cauſa retractus ſit: quæq; ſigna de hoc ei contigerint, Romæq; mutationes: & quod inuitus à militibus, imperator declaratus ſit: & quod eo diſponendæ reipublicæ gratia in Aegyptū digreſſo, Iudæorū ſtatus ſeditionibus agitatus ſit: quoq; modo tyrānis ſuccubuerint, eorūq; inter ſe diſcordias mouerint. Et quod ex Aegypto Titus reuerſus, bis Iudæorū fines ingreſſus ſit: quoq; modo exercitum, & quo in loco cōgregauerit: uel qualiter, & quoties ciuitatē affecerit ipſo pręſente ſeditio. Aggreſſus quoq; numeroſos & quantos erexerit aggeres: triumq; murorū ambitum & magnitudinē, ſiue menſuram, & munitionē ciuitatis: & fani templiq; diſpoſitionē: ad hæc aræ ſpaciū, menſuramq; ueriſsime dicam: feſtorū quoq; dierum mores aliquos, ſeptemq; luſtrationes, & munia ſacerdotū. Itemq; pontificis ueſtes, ſanctaq; templi cuiuſmodi fuerint, ſine aliqua diſsimulatione uel adiectione memorabo. Narrabo deinde tyrannorum in ſuos gentiles crudelitatē, Romanorumq; in alienigenas humanitatem: quotiesq; Titus, ciuitatē ſimul ac templū ſeruare cupiens, ad concordiæ fœdera diſsidentes prouocauit. Diſſeram uero populi uulnera, & calamitates: quamq; multa mala nunc hello, nunc ſeditionibus, nunc fame perpeſsi, poſtea capti ſint. Nec uero aut perfugarū clades, aut captiuorū ſupplicia prætermittam: uel quemadmodū templum inuito Cæſare conflagrauerit: quamq; multæ opes ſacræ flamma raptæ ſint: ac totius, quæ reliqua erat, ciuitatis excidium: & quæ præceſſerant portenta, atq; prodigia, uel tyrannorum captiuitatem, uel qui ſeruitio abducti ſunt, multitudinē: aut cui quiſq; fortunæ ſit diſtributus: & quod Romani quidem belli reliquias perſecuti ſunt, deuictorumq; munimina funditus eruerunt, Titus uero peragrata regione cuncta reſtituit: eiuſdemq; reditum in Italiam, ac triumphum. Hæc omnia ſeptem libris comprehenſa, adnixus ne uituperationem à rerum ſcientibus & qui bello interfuerunt ſuſtineam, ſtudioſis ueritatis magis quàm uoluptatis perſcripſi. Narrandi autem initium faciam hoc ordine, quo capitula ſunt digeſta.

FLAVII IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO
LIBER PRIMVS.

De uaſtatione Hieroſolymæ ab Antiocho. Cap. I

VM potentes Iudæorum inter ſe diſſiderent eo tempore, quo de tota Syria cum Ptolemæo Sexto Antiochus, qui Epiphanes dictus eſt, ambigebat (erat autẽ illis cõtentio de potentia, & honoratus quiſq; grauiter ferret ſimilibus ſubiugari) Onias quidã è pontificibus poſtq̃ præualuit, Thobiæ filios expulit ciuitate. Illi aũt ſupplices ad Antiochũ confugerũt, petẽtes ut ipſis ducibus in Iudæã irrumperet. Idq; regi perſuaſum eſt, iampridem ſic animato. Quare cum magnis militũ copijs egreſſus, & ciuitatem fortiter expugnatam capit, & maximam eorũ multitudinem, quibus Ptolemæus carior erat, interfecit. Dataq; paſsim militib. prædandi licentia, ipſe & templũ ſpoliauit, & quotidianæ religionis aſsiduitatem per annos tres, ſexq; menſes inhibuit. Pontifex aũt Onias effugit ad Ptolemæum: acceptoq; ab eo in Heliopolitana præfectura ſolo, ibi oppidũ condidit Hieroſolymis ſimile, templumq; ædificauit: de quibus iterũ opportune referemus. *Ant. lib. 12 cap. 6* *Ant. lib. 13 cap. 4*

Veruntamẽ Antiocho neq; præter ſpem deuicta ciuitas, neq; populatio, neque tantæ cædes ſatis fuere: ſed intẽperantia uitiorũ, eorumq; memoria quæ in obſidione pertulerat, Iudæos cogere cœpit, ut abrogato more patrio, nec infantes ſuos circũcuiderent, porcosq; ſuper aram immolarẽt. quibus omnes quidẽ aduerſabanť, optimus uerò quiſq; propterea trucidabať. Et Bacchides præſidijs ab Antiocho præpoſitus, ad naturalem crudelitatẽ ſuam præceptis impijs obſecundans, omnimodã iniquitatẽ exceſsit: cum & ſingulatim uiros honorabiles uerberaret, et cõmuniter quotidie ſpeciẽ captę urbis exhiberet: donec eos atrocitate incõmodorũ, qui ea patiebãtur, ad uindictæ audaciam irritauit. *Ant. lib. 12 cap. 7*

Denique Mathatias Aſamonæi filius, unus ex ſacerdotibus, ex uico cui nomẽ Modin eſt, cũ manu domeſtica (nam quinque filios habebat) ſicis armatus, Bacchidẽ occidit: et ſtatim quidẽ pręſidiorũ multitudinẽ ueritus, in mõtes refugit. Multis uerò ex populo ſibi ſociatis, recepta fiducia deſcendit: cõmiſſoq; prælio, ſuperatos duces Antiochi ex Iudææ finib. exegit. Secũdis aũt rebus potentiã nactus, ſuiſq; uolẽtibus, & ab alienigenis eos liberaſſet, imperans, moriť relicto Iudæ principatu, qui filiorũ ſuorũ natu maximus erat. Ille aũt (nec eñ ceſſaturũ exiſtimabat Antiochũ) & indigenarũ cõflauit exercitũ, & cum Romanis primus amicitiã pepigit: Antiochumq; Epiphanẽ iterum in fines ſuos ingredientẽ uehemẽtiſsima percuſſum plaga repreſsit. Adhuc aũt feruente uictoria, in præſidia ciuitatis impetũ fecit: necdũ enim cæſa fuerant: habitoq; cõflictu, milites de ſuperiori ciuitate, quæ pars ſacra diciť, ad inferiorem cõpellit. Fano aũt potitus, & locũ purgauit omnẽ, muroq; cinxit: & uaſa noua diuinis reb. curandis fubricata, in templũ intulit, ueluti prioribus profanatis: aramq; aliã ædificauit, & religionib. dedit initiũ. Sacro aũt *Ant. lib. 12 cap. 14. 15*

ritu uix ciuitati reddito, moriť Antiochus. Regni autē eius, & in Iudæos odij filius Antiochus hæres exiſtit. quare coactis peditū millibus L, equitū autem prope v millibus, LXXX uerò elephantis, mōtana Iudææ ꝑtes aggrediť. & Bethſurā quidē oppidū capit. in loco uerò cui Bethzacharię nomē eſt, quà tranſitus erat anguſtior, Iudas cū ſuis copijs occurrit. & prius q̄ cōgrederent agmina, Eleazarus frater eius, proſpecto præter alios excelſo elephante, turriq́; maxima & munimētis aureis ornato, illic Antiochū eſſe ratus à ſuis procul excurrit: ruptaq́; hoſtili acie ad elephantū uſq; ꝑuenit. ſed illū quidē quē regē eſſe opinabat, cōtingere, ꝙ multū ſuperemineret, minime potuit. beluā uerò in aluo percuſſam ſuper ſe deiecit, & obtritus interijt: nulla alia re geſta niſi ꝙ magnū opus aggreſſus, uitā glorię poſthabuit. qui tñ regebat elephantum priuatus erat. & ſi caſu in eo fuiſſet Antiochus, nihil plus Eleazaro præſtitiſſet audacia, q̄ut ſola ſpe præclari facinoris mortē uideret optaſſe. hoc autem fratri eius totius prælij præſagiū fuit. nam fortiter quidē Iudæi diuq́; decertarūt: ſed à regijs ſecūda fortuna uſis, numeroq́; præſtātib. ſuperati ſunt: multisq́; interfectis Iudas cū cæteris in Gophniticā toparchiā refugit. Antiochus aūt ad Hieroſolymam profectus, ibiq́; dies paucos cōmoratus, penuria utenſiliū abſtitit: relicto quidē ibi ꝑſidio, quantū ſatis eſſe arbitrabať: cætera uerò multitudine ad hyemandū deducta in Syriā. diſceſſu aūt regis Iudas nō quieſcebat, ſed acceſsione multorū ſuæ gētis animatus, aggregatis etiā quos ex prælio receperat, apud uicū Adaſa cū Antiochi ducib. congrediť: factisq́; fortib. in prælio cognitus, multis hoſtib. interfectis occubuit. & in dieb. paucis frater eius Ioānes occidiť, inſidijs eorū captus q̄ cum Antiocho ſentiebāt.

Ant. lib. 12 cap. 18

De ſucceſsionibus principū à Ionatha uſq; ad Ariſtobulum. Cap. II

Ant. lib. 13 cap. 1

CVm aūt ſucceſsiſſet ei frater Ionathas, & in alijs q̄ ad indigenas pertinerēt, cautius ſe ageret, ſuamq́; potentiā Romanorū amicitia corroboraret, Antiochi quidē filio recōciliať. non tñ horū ei quicq̄ profuit ad depellendū periculū. Namq; Tryphon tyrannus, Antiochi quidē filij tutor, ſed inſidijs eū captans, & præter hoc amicis nudare cupiens, Ionathan cum ad Antiochū paucis comitatus Ptolemaida ueniſſet, dolo cōprehendit. eoq́; uincto cōtra Iudæam mouit exercitū. unde repulſus à Simone Ionathæ fratre, quodq́; ab eo ſuperatus eſſet, iratus eundē Ionathan interfecit. Simon aūt fortiter regēdis reb. intētus, Zara quidē & Ioppen, & Iamniā capit. Euertit aūt & Accaron ſubactis præſidijs: aduerſusq́; Tryphonē Antiocho auxilium præbuit, qui Doram ante expeditionē quam in Medos fecit obſidebat. Sed regis auiditatē ſatiare nō potuit, quamuis neci Tryphonis ſuam quoque operā adhibuiſſet. Nō multo eñ pòſt Antiochus Cendebeū ex ducib. ſuis ad uaſtandā Iudæā opprimendūq́; ſeruitio Simonē cum exercitu miſit. Ille aūt, quanq̄ ſenior erat, bellum tamen iuueniliter adminiſtrabat: & filios quidem ſuos cū ualidiſsimis præmiſit, parte uerò multitudinis comitatus alio latere aggrediť: multisq́; per multa loca inſidijs etiā in montana diſpoſitis, in omnibus ſuperat. clariſsimaq́; potitus uictoria, pontifex declaratur: & ducentos ſeptuaginta poſt annos Iudæos liberat à dominatiōe Macedonū. ſed & ipſe perijt in cōuiuio, captus inſidijs Ptolemæi generi ſui: qui eius coniuge duobusq́; filijs in cuſtodiā cōcluſis, certos miſit, ut Ioannē tertiū, cui etiā Hyrcanus

Ant. lib. 13 cap. 9

Ant. lib. 13 cap. 14

nus nomen fuit, interficerent. Cognito aũt impetu qui parabat, adoleſcẽs ad ciuitatẽ properabat, multo populo fretus, & ꝓpter memoriã paternæ uirtutis, & ꝙ iniquitas Ptolemęi cunctis eſſet inuiſa. uoluit aũt Ptolemęus etiã alia porta ingredi ciuitatẽ, ſed à populo reiectus eſt, qui maturius Hyrcanũ ſuſceperat. & is quidẽ ſtatim receſſit in quoddã ultra Hierichũta caſtellum quod Dagon uocat. Hyrcanus autẽ paternũ honorẽ põtificis aſſecutus poſtq̃ Deo ſacrificia reddidit, uelociter Ptolemæũ petit & matri ſimul & fratribus adiumento futurus: caſtellũq; aggreſſus, alijs quidẽ rebus ſuperior erat, iuſto aũt dolori cedebat. Ptolemæus enim quoties premeret, matrem eius fratresq; in murũ productos, palàm ut poſſent conſpici, uerberabat: eoſdemq; præcipitandos, niſi q̃ primũ recederet, minabatur. Vnde Hyrcanũ quidẽ plus timor ac miſericordia, q̃ iracundia cõmouebat. Mater uerò eius nihil plagis aut intentata nece perterrita, manus protendens, filium precabat, ne uel ſuis fract⁹ iniurijs, parceret impio: ſiquidẽ ipſa ſibi mortẽ à Ptolemæo propoſitam immortalitate duceret meliorẽ, dummodo ille pœnas eorũ, quę in domũ ſuam cõtra fas admiſiſſet, expenderet. Ioannes autẽ nunc obſtinationẽ matris cogitans, ac preces eius audiens, ad irruendũ impellebatur: modò uerberari eam lacerariq; conſpiciens, effœminabatur: totusq; plenus doloris erat. Ob hæc autẽ diu tracta obſidione, feriatus annus aduenit: quem ſeptimo quoq; circuitu redeuntẽ, apud Iudæos ceſſare moris eſt, exemplo ſeptimorũ dierum. Et in hoc Ptolemæus obſidionis requiẽ nactus, fratribus Ioannis unà cũ matre occiſis, ad Zenonẽ confugit, q Cotylas cognominatus eſt, Philadelphiæ tyrannum. Antiochus autẽ ob ea quæ per Simonẽ paſſus fuerat, iratus in Iudæam ducit exercitum: ibiq; aſsidens Hieroſolymis, Hyrcanũ obſidebat. Ille autẽ patefacto ſepulchro Dauid, qui regũ ditiſsimus fuerat, ablatisq; inde pecuniæ plus q̃ tribus millibus talentorũ, & Antiocho perſuaſit, datis ei trecentis talentis ab obſidione diſcedere, primusq; Iudæorũ priuatis opibus alere peregrina cœpit auxilia. Rurſusq; tamen quando Antiochus contra Medos bello ſuſcepto tempus ei uindictæ præbuit, confeſtim aduerſus ciuitates Syriæ perrexit, uacuas propugnatoribus eſſe ratus: quod & uerũ fuit. Medabã quidẽ & Samæam cũ proximis, necnõ & Sichimã, & Garizim ipſe cepit, & ſuper his Chuthæorũ gentẽ, adiacẽtia fano loca incolentiũ, ad exẽplũ eius ꝙd eſt Hieroſolymis, ædificato. Cepit autẽ & Idumææ nõ paucas alias ciuitates, & præterea Doreon, & Mariſan. In Samariã uero uſq; progreſſus, ubi nunc eſt Sebaſte ciuitas ab Herode rege condita, ex omni eã parte cõcludit: filioſq; ſuos Ariſtobulũ & Antigonũ obſidioni præfecit. Quibus nihil remittentib. ad hoc famis penuria qui erant intra ciuitatẽ uenerunt, ut etiam inſuetã carnem cogerẽtur attingere. Igitur Antiochũ adiutorẽ ſibi aduocant, Spondiũ cognominatũ. qui cum prompta eis uolũtate paruiſſet, ab Ariſtobulo & Antigono ſuperatur. & ille quidẽ ad Scythopolim uſq; perſequentib. eum memoratis fratribus effugit: hi uero in Samariam reuerſi, & multitudinẽ iterũ intra murum cõcludunt, & expugnata ciuitate ipſam diruunt: & habitatores eius captos abducunt. Proſpere aũt geſtis ita cedentibus, alacritatem refrigeſcere non ſinebant: ſed cum exercitu Scythopolim uſq; progreſsi, & ipſam peruaſerunt, & agros intra Carmelum omnes, inter ſe partiti ſunt.

Ant. lib. 13 cap. 15

Ant. lib. 13 cap. 16. 17

De Aristobulo, Antigono, Iuda Essæo, Alexandro, Theodoro, & Demetrio. Cap. III

SEcundarum aũt rerum Ioannis & filiorũ eius inuidia seditionem gentilium cõcitauit, multiq; aduersus eos collecti nõ quiescebãt, donec aperto bello deuicti sunt. reliquũ uerò tempus Ioannes cũ fortunatissime uiueret, & optime rebus per annos x x x & tres administratis, & quinq; filijs relictis moritur: uir plane beatissimus, & q̃ nullam dedisset occasionẽ, cur eius causa de fortuna quispiam quereretur. Deniq; tria uel maxime præcipua solus habebat. nam & gentis princeps, & pontifex erat, & præterea propheta: cum quo deus ita colloquebat, ut futurorũ nihil penitus ignoraret. quinetiã de duobus maioribus filijs suis, q̃ rerum domini permansuri non essent, præuidit atq; prædixit. quorũ uitę quis fuerit exitus, narrare non indignũ uidetur, quantumq; à paterna felicitate diuerterint. Patre namq; mortuo maior Aristobulus translato in regnũ principatu, diadema sibi primus imposuit: quadringentis & octogintauno annis ac trib. mensibus, postq̃ populus in eam terram deuenit seruitio quod apud Babylonios
Ant. lib. 13 cap. 18 sustinuit liberatus. Fratrẽ uerò à se secundũ Antigonũ (namq; illum diligere uidebatur) in honore pari producebat: alios aũt uinctos custodiæ tradidit. Matremq; itidẽ colligauit, ausam aliquid de potestate cõtendere. nãq; hanc rerũ dominã Ioannes reliquerat. Eoq; crudelitatis processit, ut uinctã fame necaret. Horũ aũt facinorũ pœnas Antigoni fratris morte persoluit, quẽ plurimũ amabat, quemq; regni participẽ habebat. nam & hunc interemit, adductus criminationibus per maleuolos regni cõpositis. Itaq; primo quidẽ Aristobulus dictis fidem nõ habebat, qui & fratrem magnipenderet, & pleraq; liuore fingi arbitraretur. Sed cũ Antigonus ex militia clarus redijsset, festis diebus, quos tabernaculis positis deo celebrare mos patrius exigebat, euenit eodem tẽpore ut aduersa ualetudo Aristobulum corriperet. Antigonus uerò circa festorum solenniorũ finem armatis comitatus templum ad orandũ quammaxime petiuit, plusq; in honorem fratris ascẽdit ornatus. Tumq; delatores nequissimi regẽ adeuntes, & armorum pompam, & Antigoni arrogantiam priuata fortuna maiorem esse criminabãtur: quodq; maxima caterua stipatus, ut illũ interficeret eò ueniisset: nec enim perpeti honorẽ solũ ex regno habere, cui regnũ ipsum liceat obtinere. His paulatim, quamuis inuitus tamẽ credidit Aristobulus. ac ne uel suspicari quicquã uideret, prospiciens, & ut incerta præcaueret, suos quidẽ satellites in quendam subterraneũ & tenebrosum locũ transire iubet. Ipse aũt iacebat in castello, Bari antè, pòst autẽ Antonia cognominato: & ut inermi quidẽ parcerẽt, occiderent aũt Antigonum, præcepit, si cũ armis adiret. necnõ & ipsi Antigono q̃ præciperẽt misit, ut inermis ueniret. ad hæc regina satis callidũ cum insidiatoribus consiliũ capit. namq; his qui ad eum missi fuerant persuadet, ut mandata quidẽ regis taceant, dicãt uerò Antigono, q̃ frater audisset, arma sibi eum pulcherrima in Galilæa ornatũq; bellicũ fabricasse: quæ ne singulatim inspiceret, morbo impeditũ fuisse: nunc aũt, præsertim cùm aliò discessurus sit libenter eũ uideret armatũ. His auditis, Antigonus (ne q̃d enim male suspicaretur, fratris suadebat affectus) cum armis uelut ostentatum se ueniens, properabat. Sed ubi ad obscurũ transitũ, qui Stratonis pyrgus uocabat, accessit, à satellitibus interemptus

ptus est: certumq; documentū præbuit, omnem beneuolentiam, iusq; naturæ calumnijs cedere, nullamq; optimarū affectionum tantum ualere, ut inuidiæ perpetuo possit obsistere. In hoc autē etiam Iudam quis non recte miretur? Essæus erat genere, qui nunquā diuinando aberrauit, neq; mētitus est. Is Antigono transeunte per templū, mox ut eum uidit, ad notos qui aderant exclamauit (non paucos aūt discipulos siue cōsultores habebat) Papè, nunc mihi pulchrum est mori, quando ante me ueritas interijt, mearumq; prædictionum aliquod mendaciū deprehensum est. Viuit enim iste Antigonus, q̄ hodie deberet occidi. Locus autē neci eius apud Stratonis pyrgū fato fuerat destinatus. & ille quidem sexcentorū abhinc stadiorū interuallo distat. Horę uerò diei sunt quatuor: sed & uaticinationē tempus effugit. Hæc locutus senior, mœsto uultu & mēte solicita secū multa reputabat. & paulo pòst interfectus Antigonus nunciatur, in loco subterraneo, qui eodē nomine quo maritima Cæsarea, Stratonis pyrgus appellabatur: & hoc fuit quod uatē fefellit. At uerò Aristobulo cōfestim sceleris pœnitudine morbus ingrauescit: semperq; facinoris cogitatiōe solicitus, perturbato animo tabescebat, donec mœroris acerbitate uiscerib. laceratis subitò sanguinē uomeret. Hunc ergo unus è seruulis eius ministerio destinatus foras efferens, prouidentia numinis errauit: & ubi Antigonus erat occisus, sup extantes adhuc cædis maculas cruorem interfectoris effudit. Vlulatu aūt eorū qui id cōspexerant cōtinuo sublato, tanq̄ puer de industria sanguinē illic libasset, clamor ad aures regis peruenit, causamq; requirebat: & cū eam prodere nullus auderet, ad rescendū magis ardebat. ad extremū uerò minitanti, uimq; adhibenti, uerū q̄d erat indicauerunt: atq; ille cùm lacrymis oppleſſet oculos, quantūq; poterat ingemuisset, hæc dixit: Sperandū certè nō erat, ut maximū dei lumē facta mea nefaria laterēt. nam citò me ultrix cognatæ cædis iustitia persequit. Quàm diu ó corpus improbū fratri matriq; damnatā animā detinebis? q̄ diu paulatim illis libabo sanguinē meum? simul totū accipiant: neq; iam meorū uiscerum inferias fortuna derideat. His dictis ilico morit, cùm nō plus anno regnasset. Vxor uerò fratrē eius uinculis dissolutis regē cōstituit Alexandrū, qui ætate maior erat, & modestia præstare uidebat. Sed ille potestatē adeptus, fratrem quidē alterū regnū appetentē occidit: alterū autē priuata uita cōtentū ablatis rebus secū habebat. Prœliū etiā cum Ptolemæo cognomento Lathyro cōmittit: qui oppidū Asochin ceperat, & multos quidē peremit hostiū, sed uictoria in Ptolemæi partes propēsior fuit. Postea uerò q̄ ipse pulsus à matre Cleopatra discessit in Aegyptū, & Gadarā obsidione capit Alexander, & castellū Amathuntis, omniū maximū quæ trans Iordanē sita erant, ubi preciosissima quæq; bonorū Theodori filij Zenonis habebant. At Theodorus repētè superueniens, & pprias res recipit, & sarcinas regis aufert, Iudæorūq; ferè decem millia interficit. Verū Alexander receptis post cladē uiribus, aggressus maritimas regiones Raphiam capit, & Gazā, itemq; Anthedonē, quæ postea ab rege Herode Agrippias nominata est. His aūt seruitio domitis, concitatur in eum festo die populus Iudæorū. Nam plerūq; epulæ seditiones accendūt. nec uidebat insidias posse cōprimere, nisi conductitios haberet auxilio Pisidas & Cilicas: nam Syros mercenarios respuebat, ppter ingenitā cū Iudæo-

Ant. lib. 13 cap. 19

rum gente diſcordia. Cæſis aũt ſupra octo millibus ex turba rebelliũ, Arabiæ bellũ intulit. Ibiq; Galaaditis ac Moabitis ſubactis, tributoq; his impoſito, ad Amathunta regreſſus eſt. Cũq; Theodorũ metus eius ſecundis ſucceſsib. perculiſſet, caſtellũ ſine præſidio repertũ funditus eruit. mox aũt congreſſus cum Oboda rege Arabũ, qui locũ fraudi opportunũ in Galaadẽſi regiõe occupauerat, captus inſidijs totũ amiſit exercitũ in uallẽ altiſsimã cõpulſum, atque obtritũ multitudine camelorũ. Ipſe uero elapſus in Hieroſolymã, olim ſibi gentẽ infenſam ad nouarũ rerũ motus magnitudine cladis accẽdit. Fit autem etiã tunc ſuperior, crebrisq; prælijs nõ minus quinquaginta millibus Iudæorũ per ſex annos interfecit: nequaq̃ tamen uictorijs lætabat, qm̃ regni ſui uires cõſumeret. Vnde armis omiſsis, ſermone placido cũ ſubiectis redire in gratiã conabat. Illi aũt inconſtantiã eius morumq; uarietatẽ intantũ oderãt, ut percõtanti, quo nam pacto eos ſedare poſſet dicerẽt, ſi moreretur. nã uix etiã mortuo daturos ueniã, qui tam multa ſcelerate feciſſet. ſimul etiã Demetrij auxiliũ, cui cognomen Acæro, accerſiuerũt. qui cum his maiorum præmiorũ ſpe facile paruiſſet, ueniſſetq; cum exercitu, miſcentẽ auxilijs eius Iudæi circa Sichimam. Vtroſq; tñ Alexander mille quidẽ equitibus, ſex autẽ peditũ mercenariorũ millibus excepit, cum haberet ex Iudæis quoq; prope ad decẽ millia bene ſibi cupientiũ, aduerſæ aũt partis eſſent equitum tria millia, peditumq; millia quadraginta. Et prius q̃ ueniret ad manus, intercedentibus nuncijs & præconibus, reges transfugia tentabant: Demetrius quidẽ Alexandri mercenarios, Alexander aũt Iudæos qui Demetriũ ſequerentẽ, obtẽperaturos ſibi ſperantes. Sed cum neq; Iudæi ſacramẽta, neq; fidẽ Græci cõtemnerent, armis iam cominus decernebant. Superatq; prælio Demetrius, quãuis Alexandri mercenarij multa & animoſe & fortiter geſsiſſent. Euentus aũt pugnæ pręter ſpem cedit utriq;. nam neq; hi qui Demetriũ acciuerãt, in partib. uictoris permanſerũt: & immutatæ fortunæ miſericordia, ſex Iudęorũ miliã ſe ad Alexandrũ, q in montes effugerat, cõtulerunt. Huius inclinationis momentũ Demetrius ferre nõ potuit: ſed Alexandrũ iam quidẽ collectis uiribus prælio ſufficere ratus, omnẽ uerò gentẽ ad eum tranſire exiſtimãs, mox inde digreſſus eſt. non tñ reliqua multitudo ob abſceſſum auxiliorũ ſimultates depoſuit: bello aũt aſsiduo tam diu cũ Alexandro decertabat, donec pleriſque interfectis cæteros in Bemeſelim ciuitatẽ cõpulit, eaq; ſubacta in Hieroſolymam captiuos abduxit. Verũ immoderata fecit iracũdia, ut crudelitas eius ad impietatẽ uſq; procederet. Octingentis emi captiuorũ in media ciuitate crucifixis, mulieres earũq; filios in conſpectu matrũ necauit, atq; hæc potans, & cum ſuis concubinis recubans, proſpectabat. Tantus aũt populũ terror inuaſit, ut etiã diuerſæ partis ſtudioſi proxima nocte octo millia hominũ extra totam Iudæam profugerent: quorũ exilij mors Alexandri finis fuit. Cũ eiuſmodi factis tandem ægreq; regni otium quæſiſſet, ab armis requieuit.

Ant. lib. 13 cap. 20

De bello Alexandri cũ Antiocho & Areta, deq; Alexandra & Hyrcano. Cap. IIII

RVrſus aũt fit ei turbarũ initiũ Antiochus, qui etiã Dionyſus dictus eſt, Demetrij quidẽ frater, ſed eorũ nouiſsimus qui Seleucũ generis autorẽ habebant. hunc enim timẽs qui Arabas parato bello pulſarat, totũ quidem ſuper Antipatrida montibus proximum, & inter Ioppes littora

littora ſpaciũ, foſſa altiſsima diremit. ante foſſam uerò murum ædificauit excelſum, turresq́; ligneas, ut faciles aditus obſtrueret, fabricauit: nec tamẽ Antiochũ arcere ualuit. Exuſtis enim turribus foſsisq́; repletis, cum ſuis copijs tranſgreſſus eſt. Vindictaq́; poſthabita, qua deberet eum à quo prohibitus eſt ulciſci, protinus contendit in Arabas. Horum autẽ rex in loca ſuę nationi cõmodiora cedens, mox ad pugnã cum equitatu reuerſus (habebat autẽ numerum decẽ millium) imparatos ex improuiſo Antiochi milites inuadit. Valido autem prælio cõmiſſo, quàm diu quidẽ ſupererat Antiochus, durabat eius exercitus, quamuis eum paſsim Arabes trucidarẽt. Vbi uerò procubuit (ſuccurrendo enim uictis ſemper in periculis aderat) omnes terga dederũt: maximaq́; pars eorum cùm in acie, tum in fuga abſumit̃. Reliquos aũt in uicũ Cana delapſos, alimentorũ penuria perire contigit, præter admodũ paucos. Hinc Damaſceni Ptolemæo Minnæi filio infenſi Aretã ſibi ſociant: Syriæq́; cœles regem conſtituunt: qui bello illato Iudææ, poſtq̃ pugna uicit Alexandrum, pactione diſceſsit. Alexander autẽ Pella capta Geraſam petiuit rurſus opum Theodori cupidus: tripliciq́; ambitu circũdatis defenſoribus, locum expugnauit. Necnõ & Gaulanen & Seleuciã, & eã quę Antiochi Pharanx dicitur, ſub iugũ mittit. Ad hæc autẽ capto Gamala caſtello ualidiſsimo, eiusq́; præfecto Demetrio multis criminib. inuoluto, in Iudæam regredit̃, expleto in militia triennio: lætusq́; à gentilibus ob res proſperè geſtas excipitur. Belli autẽ requiẽ ſecutũ eſt morbi principiũ. Et qm̃ quartano febriũ recurſu fatigabatur, depulſum iri ualetudinẽ credens, ſi rurſus animũ negotijs occupaſſet, intẽpeſtiuæ militiæ ſeſe dedit: & ultra uires corpus laboribus uexãs, inter ipſos tumultus trigeſimo & ſeptimo regni anno moritur: idq́; Alexandræ coniugi ſuæ reliquit: Iudæos eius uel maxime dicto obediẽtes fore nõ dubitans: quod lõge ab eius crudelitate diſcrepans, & iniquitati reſiſtẽs, beneuolentiã ſibi populi cõparaſſet. Neq; ſpes eum fefellit. Namq; opinione pietatis obtinuit muliercula principatũ. Quippe quæ morem gentis patrium probe norat, & qui ſacras leges temeraſſent ab initio deteſtabat̃. Cum autẽ duos filios Alexandro genitos haberet, natu quidẽ maximũ Hyrcanum, & propter ætatem declarat pontificẽ, & ꝙ præterea ſegnior eſſet q̃ ut poteſtate regia moleſtus cuiquam uideret̃, regem conſtituit: minorem aũt Ariſtobulũ, priuatum uiuere maluit, ꝙ feruentioris eſſet ingenij. Iungit autẽ ſe eiuſdẽ mulieris dominationi quædam Iudęorũ factio, Phariſæi: qui præter alios pietatẽ colere putarent̃, & peritius leges interpretari: ob eamq́; cauſam magis eos ſuſpiciebat Alexandra, diuinæ religioni ſuperſtitioſe deſeruiẽs. Illi autẽ paulatim fœminæ ſimplici inſinuati, quoſuis ꝙ ſua libidine ſummouendo, deponendo, itemq́; uinciendo, ac ſoluendo, iam procuratores habebant̃: prorſus ut ipſi quidẽ regijs commodis fruerent̃, expenſas uero ac difficultates Alexandra perferret. Sed eadẽ mire callebat res adminiſtrare maiores: itaq; augendis copijs ſemper intenta, duplicem conflauit exercitũ: neq; pauca mercenaria parauit auxilia, quibus non modò ſtatum ſuę gentis roborauit, ſed etiã metuendam ſe reddidit externæ potentiæ. Imperabat autẽ alijs, uerùm Phariſæis ipſa ultro parebat. Deniq; Diogenem quendam inſignem uirũ, qui Alexandro fuerat amiciſsimus, interficiũt, eius factũ cõſilio criminati, ut octingẽti (quos

Ant. lib. 13 cap. 22

ſuprà memoraui) regis iuſſu tollerent in crucem. nihilominus autē Alexandræ ſuadebant, ut & alios, quibus autorib. Alexander in eos fuiſſet concitatus, occideret. Cumq; his nimia ſuperſtitione nihil abnuendū putaret, quos ſibi libuiſſet ea ſpecie trucidabant, donec optimus quiſq; periclitantiū ad Ariſtobulū confugeret. atq; ille matri perſuaſit, ut his propter dignitatē parceret, ciuitate autē pelleret quos nocentes exiſtimaret. Igitur illi quidē data ſibi copia per regionē diſperſi ſunt. Alexandra uero in Damaſcū miſſo exercitu, quoniam Ptolemæus ſine intermiſsione ciuitatē premebat, illam quidē nulla re memorabili geſta cepit. Regem autem Armeniorū Tigranem, qui admoto Ptolemaidi milite, Cleopatrā circumſedebat, pactionibus donisq; ſolicitat. Sed illum domeſticarū turbarum metus, ingreſſo in Armeniam Lucullo, iamdudū inde retraxerat. Inter hæc Alexandra morbo laborante, minor eius filius Ariſtobulus, cum famulis ſuis quos multos habebat, omnesq; pro ætatis fauore fidiſsimos, uniuerſa caſtella obtinuit: & pecunia quam ibi reperit conductis auxilijs regē ſe declarauit. Ob hæc miſerata querelas Hyrcani mater, coniugē Ariſtobuli cū filijs includit apud caſtellū quod à ſeptentrione fano adiacens, Baris antea uocabat ut diximus, poſtea uerò Antonia cognominata eſt, imperante Antonio, quemadmodū de Auguſti & Agrippæ nomine Sebaſte & Agrippias aliæ ciuitates appellatæ ſunt. Ante tamē Alexandra moritur, q̄ in Ariſtobulū fratris eius Hyrcani contumelias uindicaret: quē deijci regno curauerat, quod ipſa nouē annos adminiſtrauit. Et hæres quidē omniū fit Hyrcanus, cui regnū etiam uiua cōmiſerat. Verū Ariſtobulus uiribus atq; autoritate prēſtabat. Habito aūt inter eos circa Hierichunta de rerū ſumma conflictu, pleriq; Hyrcano relicto tranſeunt ad Ariſtobulum. Hyrcanus aūt cum reliquis fuga peruenit in caſtellū Antoniam: ibiq; ſalutis obſides nactus (erat enim ibi in cuſtodia, ut præmiſimus, coniunx Ariſtobuli cum filijs) prius q̄ grauius aliquid accideret, ea lege in concordiā redijt, ut regnū quidē Ariſtobulus haberet, ipſe uerò cederet, quaſi frater regis alijs honorib. contentus. Hoc modo in fano recōciliati, cū in conſpectu circumſtātis populi benigniſsime alter alterū cōplexus eſſet, domus permutāt: & Ariſtobulus quidē diſcedit in regiā, Hyrcanus aūt in Ariſtobuli domū.

Ant. lib. 14 cap. 1

De bello Hyrcani cum Arabibus & expugnatione Hieroſolymæ. Cap. V

Ant. lib. 14 cap. 2. 3. 4.

METus uerò & alios eius inimicos præter ſpem dominantis occupat, & maxime Antipatrū iamdudū Ariſtobulo inuiſum. Erat autem genere Idumæus, & nobilitate ac opibus gētis ſuæ princeps. Is igitur & Hyrcanū ut ad Aretam regē Arabiæ cōfugeret, eiusq; auxilio regnū repeteret hortabatur, & ipſi Aretæ ut Hyrcanū ſuſciperet atq; in regnū deduceret ſuadebat, multum obtrectans Ariſtobuli moribus, multisq; Hyrcanum laudibus prædicans. ſimulq; admonebat q; eum deceret regno clariſsimo præſidentē, iniquitate oppreſsis manū porrigere: Hyrcanū aūt iniuriā pati, qui principatu iure ſucceſsionis ſibi dedito excidiſſet. Sic inſtructis & pparatis ambobus, nocte cū Hyrcano ex ciuitate pfugit: citatoq; curſu in oppidū quod Petra dicit ſaluus euaſit: ea eſt Arabiæ regia. Ibi poſtq̄ Hyrcanū in manū regis Aretæ tradidit, multis dictis multisq; muneribus ut auxiliū præberet, quo in regnū deduceretur, effecit. Erant autē peditū equitumq;

tumq; millia L, quibus nequaquã reſtitit Ariſtobulus: ſed primo impetu ſuperatus, in Hieroſolyma fugere cogit̃: atq; omnino captus eſſet, niſi dux Romanorũ Scaurus aduerſis horũ temporib. imminens ſoluiſſet obſidionem. namq; is ex Armenia quidẽ in Syriam miſſus erat à Pompeio Magno, q cum Tigrane bellũ gerebat. Sed ubi Damaſcũ uenit, recens à Metello & Lollio captam reperit: his inde ſubmotis, cognitoq; in Iudæa quid ageretur, illuc uelut ad quæſtũ cucurrit. Deniq; mox ut fines ingreſſus eſt, Iudæorũ legati ad eum ueniunt à fratribus, utriſq; ut ſibi potius adiumento eſſent orantibus. Sed trecentis talentis quæ Ariſtobulus ei miſerat, iuſtitia poſthabita eſt. Tot enim acceptis Scaurus ad Hyrcanum & Arabes legatos miſit, Romanorum eis & Pompeij nomen intentans, niſi ab obſidione deſiſterent. Itaq; & Areta ex Iudæa in Philadelphiam recedit metu perculſus, & Scaurus Damaſcũ redit. Ariſtobulus aũt ꝙ captus non eſſet, ſatis ſibi eſſe non credidit: ſed omnibus quas haberet copijs collectis, perſequebat̃ hoſtes: & circa locũ quem Papyrona uocant prælio cõmiſſo, ſupra ſex eorũ millia cædit: in quibus erat & Cephalon frater Antipatri. Hyrcanus uerò & Antipater Arabũ priuati auxilio, ſpem in aduerſarios tranſtulerunt. & cũ Pompeius Syriã ingreſſus Damaſcũ perueniſſet, ad ipſum cõfugiunt. multisq; muneribus ei datis, eadem illa quibus ad Aretam uſi fuerant allegantes, magnopere precabant̃ ut Ariſtobuli uiolentia damnata, regno Hyrcanũ reſtitueret, cui tam ætate q̃ moribus deberet̃. ſed nec Ariſtobulus ſibi defuit, corruptiõe Scauri fretus. Venerat aũt quantũ potuit ornatus cultu regio: deinde offenſus obſequijs, neq; ſe rendum exiſtimans abiectius q̃ regem deceret utilitati ſeruire, à Dioſpoli regrediebatur. Ob hoc iratus Põpeius, etiã Hyrcano eiusq; ſocijs hoc precantibus, Ariſtobulũ petit, & Romano ſimul exercitu & Syrorũ inſtructus auxilijs. Cũ uero Pellam & Scythopolim prætergreſſus Coreas ueniſſet, unde Iudæorũ fines incipiunt per mediterranea loca ſubeuntibus, cognito Ariſtobulũ in Alexandriũ confugiſſe (caſtellũ eſt magnifice ſtructũ, in mõte pręcelſo ſitũ) mittit per quos eum iuberet inde deſcẽdere. Ille aũt decreuerat, quia ꝑ imperio uocaret̃, periclitari potius q̃ parére. ſed populum uidebat horreſcere: & amici monebant ut Romanã uim cogitaret, quam ſuſtinere nõ poſſet. Itaq; horũ conſilijs obediens, deſcẽdit ad Pompeiũ: quodq; iuſte regnaret, multis ꝑ ſe dictis in caſtellũ redijt. & cum iterũ deſcendiſſet prouocatus à fratre, ac de ſuo iure cum eo diſceptaſſet, denuo regreditur non prohibẽte Pompeio. Erat autẽ inter ſpem timoremq; medius: & ueniebat quidem uelut exoraturus Pompeiũ ut ſibi cuncta permitteret, ad montem uerò reuertebatur, ne quid regiæ dignitati derogare uideret̃. quia tamen caſtellis eũ Pompeio cedere placebat, hisq; præpoſitos monere literis ut decederent, quibus præceperat ut nõ niſi manu ſua ſcriptis epiſtolis obtẽperarent: iuſſa quidem facit: ſed in Hieroſolymã cum indignatione diſceſsit: belloq; iam cõgredi cũ Pompeio cogitabat. Ille autẽ, nec enim tempus apparatui dandum putauit, ſtatim eum inſequit̃. multũ quippe alacritati eius addiderat, circa Hierichuntem Mithridatis mors nunciata. Vbi pinguiſsima Iudææ regio & palmarum plurimũ ac balſamũ nutrit: cuius inciſo lapidibus acutis robore ſtillantem lacrymã ex uulnerib. colligũt. Cumq; illic pernoctaſſet, mane in Hieroſolymã prope-

Ant. lib. 16 cap. 6. 7

properabat.Itaq; hoc eius impetu perterritus Ariſtobulus,ſupplex occurrit, pecuniamq; pollicitus,quodq; ſemetipſum ei cũ ciuitate permitteret, Pompeium mitigat ſæuientẽ. Nec tamen quicq̃ eorum quæ promiſit effectũ eſt. Gabiniũ enim q ad ſuſcipiendã pecuniã miſſus fuerat, ne in oppidũ quidem Ariſtobuli ſocij receperunt. His cõmotus Pompeius, Ariſtobulum in cuſtõ diam collocat:ad ciuitatẽ uero profectus,explorabat qua ex parte facilior eſſet acceſſus.nam & murorum eius firmitatẽ oppugnari poſſe facile nõ uidebat:uallemq; pro mœnib.horribilẽ,fanumq; illic cernebat proximum,adeò tutiſsima munitione circundatũ,ut etiã ſi ciuitas caperet,ſecundũ eſſet hoſtibus in eo refugiũ.Hoc aũt diu qd faceret hæſitante,ſeditio intra ciuitatẽ orta eſt:Ariſtobuli quidẽ ſocijs bellũ geri potius regẽq; liberari dignũ eſſe cẽſentibus:qui uerò cum Hyrcano ſentirent,Põpeio portas aperiri.Metus aũt hos plures faciebat,Romanorũ conſtantiã reputantes.Deniq; uicta pars Ariſtobuli cõceſsit in templũ: & ponte q ab eo ciuitati iungebat abſciſſo,ut ad ultimum uſq; reſiſteret,inſtruebat. Cum aũt alij Romanos recepiſſent in ciuitatem,hisq; domũ regiam tradidiſſent, ad hæc obtinenda Pompeius unũ è ducibus ſuis Piſonẽ cum militib.intromittit.isq; præſidijs in ciuitate diſpoſitis, quia nemini eorũ qui in templũ confugerãt pacẽ perſuadere poterat, omnia quæ circũ erãt oppugnationi parabat: Hyrcano eiusq; amicis ad cõſilia conferenda,& ad efficiẽda quæ iuberet alacriter animatis. Ipſe uerò ad partes ſeptentrionales foſſamq; uallemq; replebat omni genere materiæ per milites cõportato,cum per ſe opus eſſet difficillimũ, propter immenſam altitudinẽ, & præterea Iudæi modis omnib.deſuper obſiſterent. manſiſſetq; labor imperfectus,niſi Pompeius obſeruatis diebus ſeptimis, quibus Iudæos religio ab omni opere manus abſtinere cõpellit,p eos aggerẽ cumulare præcepiſſet, inhibitis à prælio militibus.Pro ſolo em corpore Iudæis etiã per ſabbata pugnare licet.Igiť iam ualle repleta,& impoſitis aggeri turribus, admotisq; machinis Tyro allatis,mœnia tentabat.Deſuper obſtantes lapidib.repellebant, cum diu turres obſidentiũ magnitudine ſimul & pulchritudine præſtantes, uim repugnantiũ ſuſtinerent. Veruntamen Romanis tunc plurimũ defatigatis,Pompeius Iudæorũ tolerantiã & in alijs admiratus eſt:& præcipue,quod nihil ceremoniarũ inter media tela uerſantes intermiſerunt. ſed uelut in alta pace ciuitas ageret,quotidie ſacrificia & uictimas,omnẽq; dei cultũ diligentiſsime celebrarunt, nec uel in ipſo excidio cũ ad arã in dies ſingulos trucidarentur,legitimis religionis ſuæ munerib.abſtinuerũt. Menſe igiť obſidionis tertio uix una turre deiecta,in fanũ irruptũ eſt.Primus aũt murum tranſcendere auſus eſt Syllæ filius Fauſtus Cornelius, & poſt eũ centuriones duo Furius & Fabius cum ſuis cohortibus.& circũſepto undiq; fano,alios aliò cõfugiẽtes uel etiã pauliſper repugnãtes interficiũt.Vbi plurimi ſacerdotũ,quanquã hoſtes ſtrictis gladijs irruentes uidebant,intrepidi tñ in peragẽdis rebus diuinis perſeuerabant:& in ipſo libandi templũq; adolẽdi miniſterio mactabantur,ſaluti quoq; præferentes religionis obſequiũ.Multos aũt ſui gentiles aduerſæ partis ſtudioſi trucidabant,plurimi ſeſe in rupes præcipitabãt.nonnulli furibundi cunctis quæ circa murũ erant in deſperatione ſuccenſis, pariter cõflagrabant.Itaq; Iudęorũ quidẽ milia duodecim occubuerũt:Romanorum,

Ant.lib.14 cap.7.8

norũ uerò perpauci: ſed plures ſauciati ſunt. Nihil aũt grauius in illa clade Iudæorũ genti uiſum, quàm ſanctũ illud arcanũ, neq; cuiquã prius uiſum alienis eſſe detectũ. Deniq; Põpeius unà cum ſuis comitibus in templũ ingreſſus, ubi neminẽ præter pontificẽ adeſſe fas erat, quæ intus erant candelabra cum lychnis & menſis in quib. libare atq; adolere moris eſt, & uaſcula ex auro cuncta ſpectauit: congeſtamq; pigmentorũ molem, ſacræq; pecuniæ ad duo millia talentorũ. Nec tñ uel hæc uel aliud quicq̃ de ſacroſanctis opibus ſiue inſtrumẽtis attigit: ſed poſtero die poſt excidiũ purgare templũ ẽdituos iuſsit, & ſolennia ſacra celebrare. Ipſe aũt Hyrcanũ pontificem declarauit: qp ſe & in alijs rebus alacrem obſidionis tempore præbuiſſet, promptamq; ad bellum agreſtiũ multitudinẽ ab Ariſtobulo reuocaſſet: per quæ ſicut imperatorẽ bonũ decuit, beneuolentia potius q̃ timore plebem ſibi cõciliauit. Inter captiuos etiam cõprehenſus Ariſtobuli ſocer idemq; patruus tenebat. & illos quidẽ qui maxime belli cauſa fuiſſent, ſecuri percuſsit. Fauſtũ uerò & q unà fortiter operã nauauerant præclaris præmijs donat & Hieroſolymis tributũ indicit. ablatas aũt genti etiam quas in Cœleſyria cœperãt ciuitates, Romano qui tunc erat prẽſidi parere iuſsit: proprijsq; tantũ finibus circũcluſit. Inſtaurauit aũt in gratiã cuiuſdã ex libertis ſuis Demetrij Gadarenſis, etiã Gadaram, quam Iudæi ſubuerterant. Mediterraneas præterea ciuitates ab eorũ imperio liberauit, quas præuenti non exciderant, Hippon, & Scythopolim, & Pellam, & Samariam, & Mariſam: itemq; Azotũ, & Iamniam, & Arethuſam: necnon & maritimas, Gazam, & Ioppen, & Doram, & quæ pridẽ Stratonis pyrgus uocabaṫ, pòſt aũt ab Herode rege clariſsimis ædificijs transformata, Cæſarea nominata eſt: easq; omnes indigenis ciuibus redditas prouinciæ Syriæ coniunxit. Huius aũt & Iudææ, cunctorumq; adminiſtratione ad Aegypti uſq; fines & flumẽ Euphratẽ cum duabus legionibus Scauro permiſſa, Romam ipſe per Ciliciã properauit, captiuũ ducẽs Ariſtobulũ cum familia. Erant aũt filiæ duæ, totidemq; filij: quorũ unus Alexãder ex itinere fugit, minor autem Antigonus cum ſororibus Romam uectus eſt.

De bello Alexandri cum Hyrcano & Ariſtobulo. Cap. VI

INterea Scaurus in Arabiam ingreſſus, ad Petram quidem regionũ aſperitate prohibebatur accedere: quæ aũt circum erant, omnia uaſtabat, multis & in hoc malis afflictus. nam exercitũ fames premebat: cui tñ Hyrcanus per Antipatrũ uictui neceſſaria ſuppeditabat. quẽ uelut Aretæ familiarẽ etiam Scaurus ad eum legauit, ut bellũ pactione deponeret. Itaq; perſuaſum eſt Arabi, ut c c c talenta daret: atque ita Scaurus ex Arabia tranſduxit exercitũ. Alexãder autẽ Ariſtobuli filius qui Pompeium fugerat, magna manu medio tempore congregata, Hyrcano grauis imminebat, Iudæamq; depopulabatur. quem quidẽ maturè debellare poſſe credebat: quoniam diſturbatũ quoq; à Pompeio murũ Hieroſolymis renouatũ eſſe confidebat: niſi Gabinius in Syriam miſſus qui Scauro ſucceſſerat, quum in alijs ſortem ſe præbuiſſet, tum etiam in Alexandrũ mouiſſet exercitũ. Huius autẽ ille impetum ueritus, & ampliorem militum manum congregabat: donec facta ſunt decẽ millia peditũ, & mille quingenti equites: locaq; opportuna muris, hoc eſt, Alexandriũ & Hyrcaniũ, & Machærunta non longe ab Arabiæ montibus

Ant. lib. 14 cap. 9

Ant. lib. 14 cap. 10

montibus,muniebat.Igitur Gabinius cum parte copiarũ præmiſſo M. Antonio,ipſe cum toto exercitu ſequebat.Lecti autem Antipatri comites,aliaq; Iudæorum multitudo,quorũ Malichus & Pitholaus principes erant: iũctis cũ M.Antonio uiribus ſuis, Alexandro obuiã proceſſerũt: neq; ita multo pòſt aderat cum ſuis copijs Gabinius.Alexander aũt ꝙ tum in unũ confertam hoſtium multitudinẽ ſuſtinere non poterat, abſceſsit. Cumq; Hieroſolymis appropinquaſſet coactus prælio decertauit:amiſsisq; ſex milibus,quorũ tria uiua capta ſunt,tria uero proſtrata,cũ reliquis effugit.Gabinius aũt ubi Alexandrium caſtellũ uenit, quia multos deſeruiſſe caſtra cognouit, promiſſa delictorũ uenia conabatur eos ante prælium ſibi coniungere. Cũ aũt illi nihil mediocre cogitarẽt,pleriſq; interfectis,reliquos in caſtellũ cõcludit.In hoc prælio dux M.Antonius multa præclare geſsit: & quãuis ſemper & ubiq; uir fortis apparuiſſet,tamẽ nunc etiam ſuũ uicit exemplũ.Gabinius autẽ relictis qui caſtellũ expugnarent,ipſe ciuitates adire,& intactas quidem cõfirmare,ſubuerſas aũt erigere curabat.deniq; iuſſu eius & Scythopolis habitari cœpit,& Samaria,& Anthedon,& Apollonia,& Iamnia,& Raphia,& Mariſa,& Dora,& Gadara,& Azotus,aliæq; multæ, lætis ciuib.atq; incolis ad eas concurrentibus.His aũt recte diſpoſitis regreſſus Alexandriũ,uehementius urgebat obſidiũ.Qua re territus Alexander, omnibus deſperatis legatos ad eum miſit, & ignoſci delictis orans, & quæ ſibi parerent caſtella Machærũta & Hyrcaniũ tradere nõ dubitans: quinetiã Alexandriũ eiuſdem poteſtati permiſit. Quæ quidẽ Gabinius omnia conſilio matris Alexãdri funditus eruit,ne rurſus belli alterius receptaculũ fierent. Aderat autem, quo ſuis Gabinium palparet obſequijs,uiro ſuo cæterisq; captiuis metuens,qui Romã fuerãt abducti.Poſt hæc ergo Gabinius Hyrcano Hieroſolymam deducto, eiq; fani cura mandata,cæteris reip.partibus optimates præfecit. Omnemq; Iudæorum gentem in cõuentus quinq; diuiſit: uno Hieroſolymis,altero Doris, itemq; tertio ut apud Amathunta reſpondeat,deſtinatis: quarto Hiericо,& quinto Sephoris Galilææ ciuitas attributa eſt. Singulari aũt unius dominatione Iudæi liberati,libenter ab optimatibus regebant. Veruntamen nõ multo pòſt euenit,ut turbarũ his fieret initiũ elapſus Roma Ariſtobulus: qui magna iterum Iudæorũ manu cõflata partim cupida mutationis,partim quib.olim dilectus erat,primũ occupat Alexandriũ:idq; recingere muro tentabat.Deinde cognito ꝙ Gabinius Siſennã & Antoniũ & Seruiliũ duces cõtra ſe cũ exercitu miſit,in Machærunta cõcedit: uulgiq; imbellis onere depoſito, ſolos armatos prope ad octo millia militũ ſecũ duxit: inter quos & Pitholaus erat ſecundarũ partiũ rector cum mille uiris ex Hieroſolymis profugus.Romani aũt ſequebantur,habitoq; conflictu,aliquandiu cum ſuis Ariſtobulus fortiter dimicando perſeuerabat, donec ui Romanorũ ſubacti, cæſa ſunt uirorũ V M. propè uerò ad duo millia in quendã tumulũ confugerũt. cæteriq; mille cũ Ariſtobulo,perrupta Romanorũ acie,in Machærũta coacti ſunt.Vbi rex cũ in ruinis prima ueſpera tetendiſſet, ſperabat quidẽ aliã ſe manũ per inducias belli poſſe cõtrahere,caſtellũq; bene munire.Impetũ aũt Romanorũ ſuprà q̃ poterat,per biduũ remoratus poſtremo capitur: & cũ Antigono filio qui Romæ ſecũ fuerat uinctus, ad Gabiniũ atq; inde Romam perductus eſt.

Ant.lib.14 cap.11

Ant.lib.14 cap.12

Sed

Sed illum quidē ſenatus carceri incluſit. filios autem eius in Iudæam tranſmiſit, quia Gabinius ſcripſerat per epiſtolas, id pro traditione caſtellorū coniugi Ariſtobuli ſpopondiſſe. Parato autē Gabinio bellum Parthis inferre, Ptolemæus impedimento fuit. Qui reuerſus ab Euphrate, petebat Aegyptū, Hyrcano & Antipatro amicis uſus ad omnia quæ militiæ neceſsitas exigebat. nā & pecunijs & armis eum & frumento Antipater & auxilijs adiuuit. Et Iudęis in ea parte uias quæ Peluſiū ducerent obſeruantibus, tranſmittere Gabiniū perſuaſit: alia uerò Syria diſceſſu Gabinij cōmota, & Iudæos iterū Alexāder Ariſtobuli filius ad defectionē reduxit: & maxima multitudine conflata, Romanos omnes qui per eam terrā degerēt obtruncare decreuerat. Quam rem Gabinius metuens (iam em̄ ex Aegypto redierat) hoc tumultu inſtante, nōnullis diſsidentiū præmiſſo Antipatro concordiam perſuaſit. Cum Alexandro autē millia triginta remanſerant, & ille ad bellū promptus erat. Itaq; ad pugnam egreditur. Occurrunt autē Iudæi, & circa montem Itaburium congreſsi, decē millia ſternunt: cæteram uerò multitudinem fuga diſperſit. Et Gabinius ad Hieroſolymam reuerſus (id enim Antipater uoluit) remp. eius cōpoſuit: deinde hinc profectus, Nabathęos pugna ſuperat, & Mithridatem & Orſanem à Parthis perfugas clàm dimittit: eosq; militib. aufugiſſe dixit. Interea Craſſus ei ſucceſſor datus Syriā ſuſcepit. Is in Parthicæ militiæ ſumptum, & omne aliud aurū templi quod Hieroſolymis erat, abſtulit, & à quib. Pompeius tēperauerat, duo millia talentorum. Euphratem uerò tranſgreſſus & ipſe perit & exercitus eius: de quibus nō eſt huius temporis cōmemorare. Poſt Craſſum autē Parthos in Syriam properantes irruere Caſsius inhibuit, receptus in prouinciam. Eius autē fauore quæſito, in Iudæam feſtinabat: captisq; Taricheis, prope ad tria millia Iudæorū abducit in ſeruitium. Occidit autē etiam Pitholaum, ſeditioſos Ariſtobuli colligentē, cuius necis ſuaſor erat Antipater. Huic aūt nupta fuit ex Arabia nobilis fœmina nomine Cypris: unde filios quatuor, Phaſaelum, & regem Herodem, & Ioſephum, & Pheroram, & Salomē filiam habebat. Cum autem omniū qui ubiq; potētes eſſent, amicitiam hoſpitijs familiaritateq; conquireret, præcipue regem Arabū per affinitatem ſibi ſociauit: eiusq; fidei cōmendans filios ſuos ad eū miſit: quoniam bellum cum Ariſtobulo gerendū ſuſceperat. Caſsius aūt compulſo ad otium per conditiones Alexandro, ad Euphratē reuerſus eſt, Parthos tranſitu prohibiturus, de quibus alio loco referemus. *Ant. lib. 14 cap. 13*

De Ariſtobuli morte, & bello Antipatri contra Mithridatem. Cap. VII

CAeſar autem poſt ſenatus & Pompeij fugam trans mare Ionium, rebus omnibus Romaq; potitus, ſolutum uinculis Ariſtobulum cum duabus cohortibus uelociter ad Syriam miſit: & hanc facilliмè & cuncta Iudææ proxima per illum ſubijci poſſe ratus, uerum & ſpem Cæſaris, & Ariſtobuli alacritatem præuenit inuidia. Nam ueneno peremptus à Pompeij ſtudioſis, aliquandiu etiam ſepultura in ſolo patrio carebat, corpusque mortui ſeruabatur melle conditum, donec ab Antonio Iudæis miſſum eſt in monumentis regalibus ſepeliendum. Occiditur autem Alexander quoq; filius eius, à Scipione ſecuri percuſſus Antiochiæ, ſecundum Pompeij literas, accuſatione eius pro tribunali prius habita ſuper his quæ in Romanos admi- *Ant. lib. 14 cap. 14* *Ant. lib. 14 cap. 15*

ſerat. Ptolemęus autem Minnæi filius, qui Chalcidem ſub Libano tenebat, cæptis eius fratribus, filium ſuum Philippionem, qui eos arceſſeret, mittit Aſcalonem: atq; ille abſtractum ab Ariſtobuli coniuge Antigonum, eiusq; ſorores adducit ad patrem. Amore autem captus, minorem earum coniugio ſuo copulat, ob eamq; poſtea cauſam à patre occiditur. Accepit enim Ptolemęus in matrimoniũ Alexandram perempto filio: huiusq; affinitatis gratia fratres eius propenſiore cura tuebatur. Antipater autem Pompeio mortuo in clientelam Cæſaris ſe contulit, & quia Mithridates Pergamenus ab acceſſu Peluſij prohibitus, cum exercitu quem ducebat in Aegyptum, apud Aſcalonem morabatur, non ſolũ Arabas, quamuis hoſpes eſſet, auxiliũ ferre perſuaſit: uerũ & ipſe armata Iudæorũ tria circiter millia ſecũ mouit. Excitauit autem præſidio Syriæ quoq; potentes, & incolam Libani Ptolemæum, & Iamblichũ, & Ptolemæũ alterum, quorum gratia ciuitates illius regionis alacri animo bellum pariter inchoarunt. Iamq; fretus Mithridates auctis propter Antipatrũ copijs, Peluſium proficiſcit. Et quia tranſire uetaret, ciuitatẽ obſidebat: Antipater uerò in hac oppugnatione clarius enituit. Effracto enim ex parte ſua muro, primus in ciuitatem cum ſuis inſiluit. et Peluſium quidem captum eſt: ulterius autem eos progredi non ſinebant Iudæi Aegyptij, terrarum incolæ, quæ appellantur Oniæ. Quibus tamen Antipater non modò ne obſtarent, uerumetiam ut uictui neceſſaria præberent militi perſuaſit. Vnde factũ eſt, ut nec Memphitæ ad manus uenirent, ultroq; ſeſe traderent Mithridati, atq; ille Delta iam peragrato pugnam cum cæteris commiſit Aegyptijs, in loco cui nomen eſt Iudæorum Caſtra: eumq; in acie omni dextro cornu liberauit Antipater, circumgreſſus fluminis ripam. Leuum enim cornu contra ſe poſitum ſuperabat. Facto autẽ in eos impetu qui Mithridatem perſequerentur, multos occidit: tamq; diu reliquos fugientes agebat, donec etiam caſtris eorum potitus eſt, octoginta tantum de ſuorum numero amiſsis. Octingentos autem ferè Mithridates cum fugeret perdidit. Præter ſpem uerò ſeruatus ex pręlio, uacuus inuidia, teſtis rerũ ab Antipatro geſtarum fuit apud Cęſarem. Vnde ille tunc quidem Antipatrũ ſpe & laudibus incitatum ad ſubeũda pro ſe pericula reddidit promptiorem. In quibus omnib. bellator audaciſsimus comprobatus eſt, multaq; perpeſſus uulnera, toto corpore gerebat ſigna uirtutis. Pòſt autẽ quando rebus in Aegypto cõpoſitis, ad Syriam redijt, & Romana eum ciuitate ſimul & immunitate donauit: alijsq; rebus honorando, amiciſsimeq; tractando, dignum æmulatione reddidit: eiuſdemq; gratia etiã pontificatum confirmauit Hyrcano.

Ant. lib. 14 cap. 16

De accuſatione Antipatri apud Cæſarem, de pontificatu Hyrcani & Herode bellũ mouente. Cap. VIII

EOdem uerò tempore Antigonus quoq; Ariſtobuli filius cum uenisſet ad Cæſarem, maioris præter opinionem felicitatis cauſam præbuit Antipatro. Nam qui de patris morte queri deberet, propter inimicitias Pompeij ueneno, quantum putabatur, perempti, & crudelitatis in fratrem accuſare Scipionem, nullumq; inuidiæ dolum admiſcere miſerijs, ultra hæc Hyrcanum & Antipatrũ criminabatur, ueluti ſe patrio loco cum fratribus iniquiſsime pellerent, multisq; gentẽ iniurijs afficerent

cerent, dummodo satiarentur: quodq; in Aegyptum auxilia ipsi Cæsari non beneuolentia, sed timore ueteris discordiæ miserint, & ut amorem Pompeij deprecarent. Ad hæc Antipater, ueste proiecta, multitudinem uulnerum demonstrabat, & qua fide quidem Cæsarem coluisset, uerbis non esse opus dixit: nam corpus etiam se tacente clamare: Antigoni aũt mirari audaciam, qui cum hostis Romanorũ sit filius, & fugitiui Romanorũ, nouarumq; rerũ studium uotumq; seditiosum patris habeat, apud Romanorum principem alios accusare conet, boniq; aliquid adipisci tentet: quem hoc solũ oportere contentum esse q uiueret. Namq; nunc eum non propter inopiam desiderare facultates: sed ut in eos qui dedissent, Iudæorum seditiones accenderet. Quæ ubi Cæsar audiuit, Hyrcanũ quidem pontificatu digniorem esse pronunciauit: Antipatro autẽ cuius uellet potestatis detulit optionem. Qui permisso dignitatis modo ipsi qui daret, Iudææ p curator declaratus est. & præter hoc impetrauit, ut subuersa patriæ mœnia renouare sibi liceret. Et hos quidẽ honores Cæsar incidendos in Capitolium misit, ut iustitiæ suæ uirtutisq; signũ Antipatri memoriæ traderet. Antipater uero ubi de Syria Cæsarem p secutus est, in Iudæam reuersus, ante omnia patriæ muros à Pompeio dirutos reparabat: omniaq; lustrando, ne quid in illis regionibus turbarum esset, nunc interminando, nunc etiam suadendo curabat: unumquemq; admonens, q si cum Hyrcano sentirẽt, in otio atq; opulentia uicturi essent, fortunisq; suis & cõmuni pace potituri: sin spe uana ducerent eorũ qui priuati quæstus gratia res nouas optarent, se quidem non procuratorem, sed dominũ omnium; Hyrcanum uero tyrannum pro rege, itemq; Romanos & Cæsarem hostes p amicis & rectoribus habituri: nec enim passuros huius potestatem labefactari, quem ipsi regem constituissent. Sed quamuis hæc diceret, tamẽ etiam per se, quoniam Hyrcanum segniorem uideret, neq; tam efficacem q̃ regni posceret solicitudo, statum prouinciæ cõponebat. Et Phaselum quidẽ natu maximum filiorũ suorum militibus præpositũ, Hierosolymæ eiusq; territorio præfecit: Herodem uerò ætate posteriorem, nimisq; adolescentem, Galilææ destinat, similia curaturum: qui cùm natura strenuus esset, citò materiã ubi animi magnitudinẽ exerceret, inuenit: captumq; latronum principem Ezechiam, quẽ prædari maximo agmine continentia Syriæ deprehendit, ipsum aliosq; latrones multos interfecit. Eaq; res adeo grata fuit Syris, ut per uicos atq; oppida caneret Herodes, ueluti per eum pace reddita, & possessionibus restitutis. Ex huius deniq; operis gloria, Sexto etiam Cæsari propinquo magni Cæsaris, & Syriam tunc administranti est cognitus. Quin & Phaselus fratris indolem contentione bona superare certabat, augendo erga se beneuolentiam Hierosolymis habitantium: atq; illam quidem ciuitatem possidens, nihil autem contumelioſe per insolentiam potestatis admittens. hinc & Antipater obsequijs regalibus ab ea gente colebat, & honores ei tanq̃ rerũ domino omnes habebant. Nec tamen ipse p pterea minus fidelis aut beneuolus Hyrcano fuit. Verũ fieri non potest, ut liuorem quisquam in secundis rebus effugiat. Namq; Hyrcanus, quamuis & antea tacitè sua sponte mordebat adolescentium gloria, maximeq; rebus ab Herode gestis, & crebris nuncijs laudes eius p singula facta prædicantibus angeret: à multis tamen inuidis, q re-

Ant. lib. 14 cap. 16

gias infeſtare ſolēt, quibusq; Antipatri eiusq; filiorū probitas officiebat, inſti gabatur: dicentibus ꝙ Antipatro & filijs eius rebus traditis, ſolo contentus & hac poteſtate uacuo regis nomine ſederet. Et quàm diu ſic errabit, ut in ſe reges ꝓducat? Nec em̄ eos uel ſimulare iam procurationē, ſed certe eſſe dominos ipſo reiecto: cuius nec mandatis nec epiſtolis præter Iudæorū legem tantam multitudinem peremiſſet Herodes: illumq; niſi regnet, ſed adhuc priuatus ſit, ad iudiciū uenire debere, rationem tam ipſi regi q̄ patrijs legib. redditurum, quæ indemnatos occidi nō ſinerent. His paulatim accendebat̄ Hyrcanus. Ad extremū autem iracundia prodita, cauſam dicturum Herodem iubet accerſiri: atq; ille & patris monitu, & ꝙ ei fiduciam res geſtæ darent, firmata prius Galilæa præſidijs, ad regem proficiſcitur. Ibat autem cum forti caterua, ne uel derogare uideretur Hyrcano, ſi plures duceret, uel inuidiæ nudus pateret. Sextus autem Cæſar adoleſcenti metuēs, ne quid apud inimicos deprehenſo mali fieret, ad Hyrcanum mittit, qui ei manifeſte denunciarent, ut homicidij crimine liberaret Herodem. Hyrcanus autē qui eum diligeret, per ſe quoq; id cupiens, abſolutionem decernit. Atq; is inuito rege euaſiſſe ratus, Damaſcum receſsit ad Sextum, nequaquam paratus obedire, ſi denuò fuiſſet accitus. Rurſumq; ab improbis irritabatur Hyrcanus, qui dicerēt iratum Herodem abijſſe, & ut ſe contra ipſum ſtrueret, properaſſe. Hæc autem rex uera eſſe exiſtimans, quid ageret neſciebat: quoniam potentiorem inimicum uidebat. Cùm uerò à Sexto Cæſare dux militum per Syriam itemq; ꝙ Samariam declaratus eſſet Herodes, neq; ſolum propter gentis fauorem, ſed etiam uiribus ſuis terribilis putaretur, in timorem extremū incidit, iamiamq; illum cōtra ſe credens cum exercitu eſſe uenturum. Neq; opinione deceptus eſt. Namq; Herodes intentatæ ſibi accuſationis iracundia, conflatam militū multitudinem in Hieroſolymam ducebat, ut Hyrcanum regno deponeret. Idq; feciſſet, ni pariter egreſsi pater & frater fregiſſent eius impetum, deprecantes ut & ipſe uindictam minis tantum, ſolaq; indignatione metiretur: regi autem parceret, ſub quo ad hoc potentiæ proceſsiſſet: ac ſi propterea quòd in iudicium uocatus eſſet, indignaretur: quia tamen abſolutus eſt, gratias ageret, neq; triſtibus quidem paria referret, ſaluti uerò eſſet ingratus. Quòd ſi etiam momenta bellorum reputanda uiderentur, iniquitatem militiæ conſideraret: neq; omnino de uictoria bene ſperaret, qui cum rege congreſſurus eſſet domeſtica conſuetudine iuncto, & de ſe bene merito: ſæuo autem nunquam, niſi quòd maleuolorū conſilijs impulſus, umbram ei tantum iniquitatis intētaſſet. Paruit his Herodes, qui ſperatis putauerat poſſe ſufficere, ſuasq; uires demonſtrare nationi. Et inter hæc diſcordia Romanorum circa Apamiam bellumq; domeſticum oritur: quoniam Cæcilius Baſſus fauore Pompeij Sextum Cæſarem dolo necauerat, eiusq; militem occupauerat. Alij uerò Cæſaris duces, mortis eius ulciſcendæ gratia, cunctis uiribus Baſſum petebant. Quibus tam interēpti quàm ſuperſtitis Cæſaris cauſa, quòd ambobus eſſet amicus, Antipater per filios ſuos miſit auxilia. Cum autem bellum traheretur, ex Italia ſucceſſor antè dicti Sexti uenit Marcus.

De Roma-

De Romanorum diſsidijs poſt mortem Cæſaris & inſidijs Malichi. Cap. IX

EOdem tempore magnum bellum inter Romanos conflatur, dolo Caſsij & Bruti Cæſare interfecto, poſtq̃ triennium ſeptemq́; menſes tenuit principatum. Maximo aũt motu cædis eius gratia concitato, & optimatibus inter ſe diſsidentibus, propria ſpe quiſq; ducebatur ad id quod exiſtimabat eſſe commodius. Itaq; Caſsius Syriam petit, occupaturus militẽ, qui Apamiam circumſidebat: ubi & Marcũ & diſsidentes cohortes Baſſo cõciliauit, ſimulq́; obſidione liberauit Apamiam. Ipſe uerò exercitũ ducens ſtipendiũ ciuitatibus indicebat: nec modus erat exactionum. Cum autem Iudæos quoq; ſeptingenta talenta iuſsiſſet conferre, minas eius ueritus Antipater, filijs ſuis & alijs amicis mature pecuniæ cogendæ curam diſtribuit, & inter eos Malicho cuidam ex amicis: adeò neceſsitas urgebat. Primus aũt Herodes Caſsij fauorem promeruit, qui ex Galileę parte ſua, talenta centũ attulit, propterea q́; inter eximios amicos numerabatur. At uerò cæteros tarditatis arguens Caſsius, ipſis ciuitatibus iraſcebaẽ. Eoq́; Gophnam & Ammauntem, & duas alias ciuitates ex uilioribus depopulatus, ibat quidem quaſi Malichũ interfecturus, ꝙ remiſsior in exigendo fuiſſet. Verũ & huius & cæterarum ciuitatũ interitũ repreſsit Antipater, centum ilico talentis Caſsio delinito. Nequaq́uam tñ Malichus poſt abitũ Caſsij, beneficiorum Antipatri memor fuit. Sed illi ipſi, quem ſæpenumero memorabat ſui ſeruatorẽ fuiſſe, periculũ moliebaẽ, iniquitatis ſuæ impedimentum abolere feſtinans. Itaq; Antipater & uires eius & calliditatẽ metuens, flumen tranſit Iordanem, ad ulciſcendas inſidias collecturus exercitum. Deprehenſus autẽ Malichus Antipatri filios impudentia ſuperat. Nam & Phaſelũ apud Hieroſolymam præſidijs appoſitum, & Herodem, qui cuſtodiam curabat armorũ multis excuſationibus & ſacramentis circumuentos impellit, ut ipſis intercedentibus reconciliareẽ Antipatro: atque ita denuo per Antipatrum exorato Marco, tunc in Syria militem regente, ſeruatus eſt: qui Malicũ ſtatuerat occidere, ꝙ nouis rebus ſtuduiſſet. Cæſare uerò adoleſcente & Antonio cum Bruto & Caſsio bellũ gerentibus, Marcus & Caſsius exercitu de Syria conflato, ꝙ magnũ momentũ, ubi uſus popoſcit, Herodes fuiſſet, ipſum quidem totius Syriæ procratorem præficiunt, equitũ illi manu peditumq́; attributa: ſi autem bellum deſijſſet, regnum quoq; Iudææ Caſsius ſe eidẽ delaturũ eſſe pollicitus eſt. Euenit autẽ, ut Antipatro & ſpes & fortitudo filij, cauſa mortis fieret. Horum enim metu Malichus, miniſtro quodam regio pecunia corrupto, mixtum ei ueneno poculum dari perſuadet. Atq; ille quidem iniuſtitiæ Malichi præmium fuit poſt conuiuiũ mortuus, uir & aliàs ſtrenuus rebusq́; adminiſtrandis idoneus, & qui regnum recuperatũ conſeruaſſet Hyrcano. Malichus autem infenſum propter ſuſpicionem ueneni populum, negando placabat: ſimulq́; ut ualidior eſſet, armatorum ſibi copias conquirebat. Nec enim Herodẽ ceſſaturum arbitrabaẽ, quinetiam mox cum exercitu necis paternæ ultor adueniret. Sed Phaſeli fratris conſilio, qui eũ palàm minimè perſequendum eſſe dicebat, ne uulgi ſeditio concitareẽ, & purgantẽ ſe tunc Malichum patienter admiſit, & ſuſpicione liberum eſſe concedens, clariſsimas paterno funeri celebrauit exequias. Cõuerſus aũt in Samariam, & ciuitatem

Ant. lib. 14 cap. 20

compoſuit ſeditione turbatã, perq; dies feſtos in Hieroſolymam remeabat, præmiſsis ac comitantibus armatis: cui Hyrcanus, ita ſuadente ob metũ Malicho, denunciat, ne alienigenas ſuperinducat indigenis feſtũ pure caſteq; celebrantibus. Herodes aũt, & ipſo qui præceperat, cauſaq; contẽpta, nocte ingreſſus eſt. Iterumq; Malichus ad eum ueniens, Antipatrũ flebat. Contraq; ille ſe falli, cum uix animi dolorẽ premeret, ſimulabat: & tñ de nece patris apud Caſsiũ per epiſtolas queſtus eſt, cui propterea Malichus inuiſus erat. Itaque non modò ut mortem patris ulciſceretur, ei reſcripſit: ſed etiam tribunis quibus præerat, ut in cauſa iuſta Herodi opem ferrent, occulte præcepit. Et qm̃ capta Laodicia, undiq; ad Herodẽ conuenerant optimates cum muneribus & coronis, ipſe quidem hoc ultioni tempus deſtinauerat. Malichus autẽ id Tyri fore ſuſpicabatur: & filiũ ſuũ tunc apud Tyrios obſidem, ſtatuit ſubducere, & ipſe in Iudæam fugam parabat. Salutis aũt deſperatio ſtimulabat, ut etiam maiora cogitaret: nam & Iudæorũ gentem contra Romanos excitaturũ ſe credidit, dum bello aduerſus Antoniũ Caſsius occupabat, deiectoq; Hyrcano facilime regnaturũ. Sed profecto irridebat eius ſpem fatale decretum. Etenim quò intenderet animũ ſuſpicatus Herodes, & ipſum & Hyrcanum ad cœnam uocat. Deinde ſeruorũ quendam inſtruendi cõuiuij ſpecie mittit. Sed res erat, ut tribunis prædiceret ad inſidias egredi: atq; illi præceptorũ Caſsij memores, ad littus ciuitati proximũ armati gladijs occurrunt, ibiq; circumſeptũ Malichũ multis uulneribus interficiunt. Hyrcanus aũt ſtatim concidit ſtupore diſſolutus: uixq; anima recepta, Herodẽ percontabatur quis Malichũ occidiſſet. Et cum è tribunis unus reſpondiſſet, Caſsij præceptum: planè, inquit, & me & patriã meã Caſsius ſeruat incolumẽ: qui amborum inſidiatorẽ peremit. Vtrũ autẽ ex animo dixerit, an quod timore factũ probaret, incertũ eſt. Sed enim Malichũ hoc modo ultus eſt Herodes.

De Herode accuſato & uindicato. Cap. X

Ant. lib. 14 cap. 20

POſtquam uero Caſsius exceſsit è Syria, iterũ Hieroſolymis orta ſeditio eſt, cum Felix in Phaſelum mouiſſet exercitũ, & in Herodem, fratris pœna uellet necem Malichi uindicare. Caſu autẽ Herodes cum Fabio Romano duce apud Damaſcum habitabat: & ne cupiens auxilio foret, morbo impediebatur. Interea Phaſelus etiam ſine cuiuſquam auxilio ſuperauit Felicem: probrumq; ingrati obijciebat Hyrcano, qui & Felici ſtuduiſſet, fratremq; Malichi caſtella occupare permiſiſſet. Iam enim multa tenuerat, omniumque tutiſsimum Maſſadam. Nec tamen ei quicquam contra uim Herodis potuit ſufficere, qui mox ut conualuit, & alia recepit, & illum ex Maſſada ſupplicem dimiſit, & Marionem Tyriorũ tyrannum ex Galilæa pepulit: tria enim caſtella poſſederat: Tyrijsq; quos ceperat, uitam conceſsit omnibus: nõnullos etiam donatos abire iuſsit, unà & ſibi ciuitatis beneuolentiam, & tyranno comparans odium. Marion autem à Caſſio quidem meruerat tyrannidem, qui tot Syriæ tyrannos præfecerat: ſed ob Herodis inimicitias etiam Antigonum Ariſtobuli ſecum ducebat, & Ptolemæum, propter Fabiũ, quem Antigonus ſibi pecunia ſociatum, adiutorem incœpti habebat. Cuncta uero ſocer Ptolemæus Antigono ſubminiſtrabat. Contra quos Herodes inſtructus, in aditu Iudææ commiſſo prælio, uictoria

potitur

potitur: fugatoq; Antigono, redit in Hieroſolymã, pro merito geſtæ rei omnibus charus, ut etiam quibus antea deſpectus erat, tunc in eius familiaritatẽ ſeſe dederint, propter Hyrcani affinitatem. Namq; is Herodes iampridem ex indigenis habuerat uxorem non ignobilem, quæ Doris uocabatur, & Antipatrum ex ea ſuſceperat filium. Tunc autem duxerat Alexandri, cuius pater fuit Ariſtobulus, filiam Mariammen, Hyrcani neptem ex filia, atq; inde regi familiaris erat. Sed ubi Caſsio circa Philippos interfecto, Cæſar in italiam, & Antonius in Aſiam diſceſſerunt: legatis ab alijs ciuitatibus ad Antoniũ miſſis in Bithyniam, etiam Iudæorũ optimates accuſatũ ueniunt Phaſelũ & Herodem: q illis rerũ ſummam ui poſsidentibus, nomen tantũ honorabile ſupereſſet Hyrcano. Ad quæ Herodes qui præſto erat magna pecunia placatũ ſic Antonium affecit, ut ne uerbũ quidem inimicorũ eius pateretur audire. *Ant. lib. 14 cap. 21* Et tunc quidem ita digreſsi ſunt. Quum aũt denuo Iudæorum primates centum uiri, Antiochię proximam Daphnen ad Antoniũ ueniſſent, amori Cleopatræ iam ſeruientem, delecti à cæteris, qui eloquẽtia & dignitate præſtabãt, aduerſus fratres accuſationẽ proponunt. Reſpõdebat aũt Meſſala, cauſæ defenſor, aſtante etiam propter affinitatem Hyrcano. Auditis deinde utriſque partibus, Antonius percontabatur Hyrcanum, quinam eſſent regendis rebus aptiſsimi. Cumque is Herodem, eiusq; fratres alijs prætuliſſet, uoluptate repletus (nam & hoſpes eorum paternus erat, humaniſsimeq; ab Antipatro ſuſceptus, eo tempore quo in Iudæam cum Gabinio uenerat) tetrarchas ambos declarat, totius eis Iudææ procuratione permiſſa. Legatis aũt id ægre ferentibus, quindecim eorũ correptos, carceri tradidit, quos etiam penè occidit. Cæteros autẽ reiecit cũ iniuria: unde maior tumultus Hieroſolymis excitatus eſt. Deniq; mille legati iterum Tyrũ miſsi ſunt, ubi cõmorabatur Antonius in Hieroſolymam paratus irruere. Et contra eos uociferantes, magiſtratus Tyriorũ directus eſt, data ei licentia, ut quos cõprehendiſſet, occideret: præceptoq; ut eorũ poteſtatem confirmare curaret, qui tetrarchæ ipſius eſſent Antonij ſuffragio conſtituti. Ante hæc autẽ Herodes uſq; ad littus cum Hyrcano progreſſus, multis eos admonebat, ne & ſibi interitus, & patriæ belli cauſa fierent, dum inconſiderate contendunt. Illis aũt tanto magis id indigne ferentibus, Antonius miſsis armatis, multos occidit, multos etiam uulnerauit. quorũ & ſaucios cura, & mortuos ſepultura Hyrcanus dignatus eſt. Non tamen ideo qui effugerant quieſcebant: perturbando enim ciuitatẽ, Antonium irritabant, ut etiam quos in uinculis haberet, occideret.

De bello Parthorum contrà Iudæos & fuga Herodis ac fortuna. Cap. XI

BArzapharne autem Parthorũ ſatrapa Syriam biennio poſt cum regis filio Pacoro detinente, Lyſanias patris ſui mortui ſucceſſor Ptolemæi Minnæi filij, mille ſatrapæ talẽta pollicitus, & mulieres quingentas, ei perſuadet ut Antigonum in regnum inducerent, Hyrcanumq; deponerẽt. Impulſus igitur ab eo Pacorus, ipſe quidem per maritima loca perrexit, Barzapharnem autem itinere mediterraneo iuſsit irrumpere. Sed maritimorum Tyrij Pacorum excluſerunt, cum Ptolemaidenſes eum & Sidonij recepiſſent. Ille autem quendam regiũ pincernam, cognominem ſuum, equitatus ei parte attributa, ad Iudæã iuſsit accedere, & exploraturũ hoſtium *Ant. lib. 14 cap. 21*

consilium,& ubi usus exegisset, præsidio futurũ Antigono.quibus Carmelũ populantibus,multi Iudæi ultro ad Antigonum cõfluunt, ad expeditionem alacriter animati.Ille autem ad locum qui Drymos dicitur,occupandum eos præmittit: ubi commissa pugna,depulsisq; hostibus & effugatis,Hierosolymam cursu petebant: auctiq; multitudine,usq; ad regiam processerunt. Excepti autem ab Hyrcano & Phaselo,forti acie in foro confligunt.Ibiq; hostes in fugam uersos pars Herodis in fanũ concludit:custodesq; his sexaginta uiros apponit, per ædes proximas collocatos. Sed hos quidẽ infensus fratrib. populus,igne consumit. Herodes autẽ iracundia peremptorum congressus cum populo,multos obtruncat:inq; dies singulos inuicẽ sese per insidias incursantibus,assiduæ cædes erant.Instante uerò die festo, q̃ Pentecoste uocatur,omnia circa templũ,totaq; ciuitas plebe rustica repleta est,& pleraq; armata.Et Phaselus quidẽ muros, Herodes autẽ cum paucis domũ regiam custodiebat.Inuasisq; de improuiso hostibus in suburbano, cõplures quidem peremit,omnes autẽ in fugam uertit. & hos in ciuitatẽ, alios in fanũ, alios in extremum uallum includit. Interea pacis arbitrũ Pacorum Antigonus petit admitti. Exoratus autẽ Phaselus & ciuitate & hospitio cum quingẽtis equitibus Parthum recepit,prætextu quidẽ componendæ seditionis uenientem,re autẽ uera ut adiuuaret Antigonũ.Deniq; Phaselũ dolo perpulit,ut ad Barzapharnem legatus de pace proficisceretur: quamuis multa dissuadente Herode,atq; ut insidiatorẽ occideret,né ue se eius fallacijs dederet,admonente:natura enim Barbaros fidẽ negligere.Exijt etiã Pacorus cum Hyrcano, quo minus suspectus esset:nonnullisq; relictis equitibus apud Herodẽ, quos Eleutheros uocant,cum cæteris Phaselum prosequebat. Sed ubi ad Galilæam uenerunt,indigenas quidẽ dissidentes atq; armatos offendunt: satrapam uerò conueniunt satis callide & officijs amicitiæ dolos tegentẽ.Deniq; postquam dona eis dedit,redeuntibus insidias posuit. Illi autẽ in maritimũ quendam locum deducti,cui nomen est Ecdippon, fraudẽ intelligunt. Ibi enim de promissis mille talentis audierunt: & quòd Antigonus pleraſq; mulieres ex his quas ipsi haberent, inter quingentas Parthis deuouisset:quodq; sibi semper à Barbaris præstruerent insidiæ, ac olim capti essent, nisi mora fuisset, dum Hierosolymis caperet Herodes,ne sibi præscius quę de his agerent,caueret. Hæc iam non uerba erant solũ,nam & custodes huud procul abesse conspiciebat.Et tamen Phaselus Hyrcanũ deserere non sustinuit,quamuis eum sæpius moneret Ossilius ut fugeret:cui Saramalla Syrorum tunc ditissimus dixerat,quemadmodũ essent omnia de insidijs constituta.Sed conuenire satrapam maluit,atq; in os exprobrare, q̃ se insidijs appetisset: ac maxime quia pecuniæ causa talis extitisset,cum plus ipse pro salute daturus esset, quàm q̃ regno promisisset Antigonus. Ad hæc Parthus subdola satisfactione iureq; iurando suspicionẽ deprecatus,perrexit ad Pacorum:statimq; à Parthis qui remanserant,quibusq; iussum erat, Phaselus atq; Hyrcanus comprehendunt, periuriam simul ac perfidiã execrantes. At interim pincerna ad hoc missus, Herodẽ capere moliebatur:eumq; fallere,ut extra murũ procederet,sicut sibi mandatũ fuerat,conabatur. Ille autẽ suspectos habere solitus Barbaros, & tunc minimè dubitans in hostes incidisse literas quæ insidias indicarẽt,prodire

dire nolebat: quanq̃ ſatis idoneam cauſam Pacorus obtẽderet, epiſtolas por tantibus obuiam ire debere: nec enim ab hoſtibus eſſe captos, aut quicq̃ de inſidijs, ſed quæ Phaſelus geſsiſſet, his contineri. Iamdudũ aũt ab alijs audierat Herodes, fratrẽ ſuum Phaſelũ eſſe correptũ: & Hyrcani filia Mariamme prudentiſsima fœminarũ, multis eum precib. ne prodiret orabat: né ue ſe crederet manifeſtis iam conatibus Barbarorũ. Adhuc aũt Pacoro cũ ſocijs deliberante, quó nam modo clàm patraret inſidias, nec eũ fieri poſſe ut tantæ ſapientiæ uir ex aperto circumueniret, nocte Herodes cũ propinquiſsimis ſibi ad Idumæam ignaris hoſtibus proficiſcit. Eo cognito, Parthi eum perſequebantur. Et ille matrem quidẽ fratresq́; ſuos, deſponſatamq́; puellam cũ matre, minimoq́; fratre prætẽdere iter iuſsit. ipſe aũt caute cum famulis ſuis Barbaros retentabat: multisq́; per omnes conflictus interẽptis, ad caſtellũ Maſſada properabat. Grauiores aũt in fuga Parthis Iudęos expertus eſt. Qui cum ſemper moleſti fuiſſent, à ſexageſimo tamen ciuitatis ſtadio aliquandiu etiã acie decertauerunt. Vbi Herodes uictoria potitus, cum multos interfeciſſet, ipſumq́; locũ in memoriã præclari facinoris ædificatũ, locupletiſsima exornauit regia, arcemq́; in eo munitiſsimã cõdidit, ac de ſuo nomine Herodion uocauit. Et tunc quidem cum fugeret, multos ſibi adiungebat. Poſtea uerò q̃ Threſam Idumææ peruenit, occurrit ei frater Ioſephus, turbamq́; ſequentiũ diminui perſuadet: nec enim capacem eſſe tantæ multitudinis Maſſadam. Erat autem ſupra quàm nouem milliũ multitudo. Itaq; paruit Herodes eius cõſilio, & impares quidem neceſsitati per Idumæam dimiſit cum uiatico, lectiſsimos aũt maximeq́; neceſſarios tenuit, atq; ita in caſtellum receptus eſt. Deinde octingentis ibi relictis, qui mulieres defenderẽt, itemq́; commeatu, qui ſatis eſſet obſeſsis, ipſe in Petram ciuitatẽ Arabiæ perrexit. Parthi autem apud Hieroſolymam in prædam uerſi, in fugientiũ domos ac regiam irruebant, ſolis Hyrcani pecunijs abſtinẽtes: quæ trecẽta talenta ſuperabant, aliorum uerò ſpe minores inueniebant: quoniam Herodes iampridem Barbarorum perfidiam ſuſpicans, quicquid in opibus prẽtioſum, in Idumæã multo antè comportauerat: eiusq́; ſociorum itidem quiſq; fecerat. Veruntamen poſtquã præda potiti ſunt Parthi, ad hoc iniuriæ proceſſerunt, ut omnẽ terram illam bello implacato replerent, Mariſa quoq; ciuitate uaſtata: nec ſolũ Antigonũ regem conſtituerent, uerumetiã Phaſelum & Hyrcanũ uinctos ei traderent uerberandos. At ille Hyrcani quidẽ auriculas dentibus truncat, ut ne ſolutus quidẽ mutatis rebus unquã pontificatũ recipiat: ab integris enim celebrari ſacra oportet. Phaſeli uerò uirtute præuentus eſt Antigonus. Qui cũ nec ferri copiam, nec manus liberas haberet, ad ſaxũ facto capite interijt: atq; ita probato, q̃ uerus Herodis frater eſſet, Hyrcanusq́; degeneraſſet, uiriliter moritur: dignũ anteacta uita obitũ aſſecutus. Fertur tñ & aliud, q̃ ex illa quidẽ plaga reſipuerit, ſed ueluti curandi eius cauſa, miſſus ab Antigono medicus, uenenis malis uulnus expleuerit, eoq́; illũ pacto peremerit. Vtrũuis aũt uerius ſit, præclarũ habet initiũ. Deniq; aiũt eũ prius q̃ efflaret animã, cognito ex quadã muliercula, q̃ Herodes euaſiſſet, dixiſſe: Nunc bono animo diſcedam, qui ultorem inimicorũ reliquerim. Ille quidẽ hunc exitum habuit. Parthi autẽ, quanquam mulieribus caruerint, quas maximè cupiebant, rebus

tamen

tamen cum Antigono apud Hieroſolymam cõpoſitis, uinctũ in Parthiã Hyr
canum ducunt. Herodes aũt obſtinatus in Arabiam, uelut adhuc uiuo fratre
ſuo feſtinabat: ut pecunias ab rege acciperet, quib. ſolis exoratũ iri pro Pha-
ſelo ſperabat auaritiã Barbarorũ. Etenim cogitabat, ſi Arabs minus memor
fuiſſet paternæ amicitiæ, animoq; liberali parcior, uel mutuũ ab eo ſumere,
quod redemptionis cauſa præberet: pignori oppoſito ipſius filio quem redi-
meret. Secum enim habebat fratris filium, ſeptem annos natũ: trecentaq; ta-
lenta dare decreuerat, interpoſitis precationi Tyrijs. Sed profecto ſtudium
fortuna prꝙuenerat: & Phaſelo mortuo nequicq̃ fratrem diligebat Herodes.
Non tñ uel apud Arabas ſaluam amicitiam reperit. Deniq; Malichus rex eo-
rum, prꝙmiſsis qui hoc admonerent, quamprimũ reuerti eum ex finibus ſuis
iubet, ſimulatione quidẽ Parthos per legatos petiſſe, ut Herodẽ Arabia pel-
leret: certa uero cauſa fuit, ꝙ uicẽ Antipatro debitã negare ꝓpoſuerat, neq;
pro beneficijs ab eo perceptis aliquid eius filijs gratiæ rependere, cõſolatio-
nis egentibus. Impudentiæ uero ſuaſores habebat, qui Antipatri uellẽt abiu-
rare depoſita. Erant aũt circa eum potẽtiſsimi. Proinde Herodes ubi Arabas
ex ea ſibi cauſa hoſtes eſſe deprehendit, unde amiciſsimos exiſtimabat, eaq;
reſpondit nuncijs, quæ dolor imperauit, Aegyptum uerſus recedit. & prima
quidẽ ueſpera in quoddam agreſte fanũ, dum poſt ſe relictos reciperet, diuer
tit. Poſtero aũt die cum Rhinocoluram perueniſſet, fratris ei mors nunciat.
acceptoq; tanto luctu, quantum curarũ æſtum depoſuit, ibat ulterius. Itaque
Arabem ſero facti pœnituit: & qui reuocarent eum, quem contumelioſe tra
ctauerat, uelociter miſit. Herodes aũt in Peluſium peruenerat: ibiq; tranſitu
ꝓhibitus ab eius rei ſpeculatoribus, rectores adit: & illi famam uiri dignita-
temq; reueriti, Alexandriam eum proſequunt. Ingreſſus aũt ciuitatẽ, à Cleo-
patra honorifice ſuſceptus eſt, ducem ſibi militũ fore eum ad ea quę parabat,
exiſtimante. Poſthabitis aũt reginæ precibus, neq; hiemis aſperitatẽ, neq; ma
rina diſcrimina, quo minus nauigaret Romam, extimuit. Circa Pamphyliam
uero periclitatus, maiore oneris parte reiecta, uix in Rhodũ uehemẽter bello
Caſsij uexatam, ſaluus euadit. Amicorũ autẽ ſuorũ, Ptolemæi & Saphinij re-
ceptus hoſpitio, licet rei pecuniariæ premeret inopia, maximam tamen ædi-
ficat nauim triremem: eaq; cum amicis delatus Brunduſium, atq; inde conti
nuo Romam profectus, familiaritatis paternæ gratia primũ conuenit Anto-
nium: eiq; tam ſuas q̃ totius generis clades exponit: quodq; affectibus ſuis in
caſtello relictis, atq; obſidione cinctis, ad eum hieme ſupplex nauigaſſet. Ita-
Ant. lib. 14 cap. 13 que tantę miſerationis caſum miſeratus Antonius, & memoria quidẽ iunctę
cum Antipatro dexteræ, tum uerò ipſius qui aderat contẽplatione uirtutis,
etiam tunc eum regẽ conſtituere propoſuit Iudæorũ, quem ipſe tetrarcham
antea fecerat. Non minus autem q̃ fauore Herodis, odio ducebat Antigoni.
Hunc enim & ſeditioſum, & Romanis inimicum eſſe arbitrabatur. Cæſarem
quidem habebat multo q̃ ipſe paratius renouantem Antipatri expeditiones,
quas in Aegypto cũ eius patre pertulerat: & hoſpitiũ & in rebus cunctis be-
neuolentiam: cum præter hæc ipſius quoq; Herodis ſtrenuitatem cerneret.
Veruntamẽ & ſenatũ conuocabat, ubi Meſſala, & poſt eũ Atratinus, aſtante
Herode, patris eius merita, & ipſius circa populum Romanum fidem proſe-

quebantur

quebantur, quo ſimul hoſtē Antigonū demonſtrarent: nō ſolū ꝙ intra bre ue tēpus is diſsidere cœpiſſet, uerumetiā ꝙ antea quoq; populo Rom. deſpecto, Parthorū ſuffragio regnū curauiſſet accipere. His autem cōmoto ſenatu, cum Antonius etiā bello cōtra Parthos gerēdo utile eſſe diceret Herodē regem creari, omnes aſſentiunt. Dimiſſoq; ſenatu, Antonius quidē & Cæſar egrediebantur, mediū ſtipantes Herodē. Conſules aūt cum alijs magiſtratibus antecedebant, cæſuri hoſtias, decretumq; ſenatus in Capitolio repoſituri. Primo autem die regni Herodis, apud Antonium cœnatum eſt.

De bello Herodis è Roma redeuntis, pro Hieroſolyma & contra latrones. Cap. XII

EOdem uerò tempore Antigonus apud Maſſadam incluſos obſidebat, alijs quidem uictui neceſſarijs abundantes, aquæ autē inopes. Vnde Ioſephus quoq; frater Herodis cum ducentis familiaribus ſuis ad Arabas cōfugere cogitabat: audito ꝙ eorum quæ in Herodem cōmiſerat, Malichum pœniteret: caſtellumq; reliquiſſet, niſi circa noctem, qua exiturus erat, plurimum imbriū contigiſſet effundi. aqua em̄ repletis puteis, fugiendi cauſa nō erat, adeo ut etiam ultro in Antigoni militē eruptiones auderent: multosq; nunc aperto prælio, nunc inſidijs neci darēt: non tamen illis omnia pro uoto cedebant, ſed ipſi quoq; interdum cum aduerſo caſu reuertebantur. Interea dux Romani militis Ventidius, prohibitū miſſus Parthos à Syria, poſt illos in Iudæam uenit: uerbo quidē, ut Ioſepho & qui unà obſidebantur, ferret auxilium: re autem uera, ut pecunias auferret Antigono. Itaq; cum non longe ab Hieroſolymis tetendiſſet, quæſtu expletus, ipſe quidem cum maxima exercitus parte diſceſsit. Silonem uerò cū pau cis, ne furtum deprehenderetur, ſi omnes abduxiſſet, reliquit. Antigonus autem ſperans iterum Parthos ſibi adiumento fore, Silonem interim placabat: ut pendente ſpe, nihil inquietaret. Iam uero naui ex Italia in Ptolemaidē deuectus Herodes, nō parua manu coacta externorum atq; gentilium, per Galilæam aduerſus Antigonum properabat, Ventidij & Silonis fultus auxilio: quibus Gellius ab Antonio miſſus, ut Herodem in regnum deducerent, perſuaſit. Horum aūt Ventidius quidem turbas in ciuitatibus, quæ propter Parthos euenerant, cōponebat. Silonem uerò Antigonus in Iudęa mercede corruperat. Non tamen Herodes opis egebat: in dies enim ſingulos, quo magis iter promouebat, augebantur eius copiæ. nam præter paucos omnis ei Galilæa conſenſit, & propoſitū habebat præmium neceſſarium Maſſadam, ut primum affectus ſuos obſidione liberaret, ſed impedimēto fuit Ioppe. Hæc em̄ prius, ꝙ hoſtilis eſſet, eximenda uidebatur: ne dum ipſe peteret Hieroſolymam, receptaculū à tergo aliquod inimicis relinqueretur. Silo autem iungit agmina, inueniſſe gaudens reſiſtendi occaſionem, quòd eum perſecutio premeret Iudæorum. Hos autē Herodes paruę manus excurſatione perterritos, mature in fugam uertit: & Silonē male repugnantē, periculo eripit. Deinde capta Ioppe, ſuos liberaturus ad Maſſadam feſtinabat: dum indigenarū alios amicitia paterna ſibi ſociaret, alios ipſius gloria, nōnullos utriuſq; beneficijs debita uiciſsitudo: plurimos tñ ſpes, ut à rege certiſsimo. Iamq; ualidiſsimas quæſierat militū copias: ſed Antigonus iter eius impediebat, loca inſidijs opportuna præoccupās, unde nullū aut minimū afferebat hoſtib. detrimentū.

Ant. lib. 14 cap. 23

Ant. lib. 14 cap. 24

Herodes

Herodes autē facile receptis ex Maſſada pignoribus ſuis & rebus, à caſtello in Hieroſolymā perrexit. Cui ſe Silonis milites & multi ex ciuitate iunxerūt, uirium eius timore perculſi. Caſtris autē poſitis ad occiduam regionem oppidi, cuſtodes eius partis ipſum ſagittis & iaculis impetebāt: ab alijs uero per cuneos excurrentibus primæ frontis acies tentabant. Herodes autem primo circa muros præconis uoce declarari iuſsit, populi ſe bono & ſaluti ciuitatis aduenisſe: pœnasq; ab nullo quamuis manifeſto inimico repetiturū, ſed diſcordiſsimis etiā offenſarū obliuionē daturū. Deinde cum allocutionib. contrarijs pars Antigoni obſtaret, quo minus aut præcones exaudire, aut uoluntatem mutare quiſpiā poſſet, quod reliquū erat, ſuis imperat murorū defenſores deturbare: atq; illi ſtatim ſagittis cunctos ex turribus in fugā uerterunt. Ibiq; tunc Silonis detecta corruptio eſt. Multis enim militū ſubornatis, qui rebus egere ſe neceſſarijs acclamarent, pecuniamq; alimentis poſcerent, atq; hyemandi gratia in loca opportuna dimitti (nam ciuitati proxima deſerta erant, ita omnib. ab Antigono antè prouiſis) & incitabat exercitū, & ipſe recedere conabat. Herodes aūt nō ſolum duces qui Siloni parerent, ſed etiam milites ubi plurimi eſſent conueniendo, rogabat ne ſe deſtituerent, quem ſcirēt à Cæſare & Antonio & ſenatu deductū, in uno die pollicitus eos penuria ſoluere. Deinde hæc precatus ipſe agros adit: tantamq; his exhibuit copiā commeatus, ut Silonis omnes accuſationes perimeret: ſimulq; proſpiciēs, ne uel in poſterū miniſtrare deſinerēt, accolas Samariæ p epiſtolas admonebat (nā ciuitas eius ſe clientelæ dederat) ut alimenta & uinū & oleū & pecora in Hierichunta deferrent. Hoc ubi audiuit Antigonus, ſtatim qui frumentatu hoſtes prohiberēt, atq; inſidijs opprimerēt, per agros dimittit. Illiq; iuſsis obediunt, & magna iam manus armatorū ſuper Hierichunta fuerat congregata. Diſcreti aūt montibus inſidebant, ſi qui exportarent uictui neceſſaria ſpeculantes. Non tn Herodes otioſus erat, ſed decē cohortibus comitatus, quinq; Romanorū, & quinq; Iudæorū, quibus permixti erant etiam mercede conducti trecenti, præterea paucis equitibus Hierichunta peruenit: & ciuitatem quidē uacuam habitatoribus reperit, quingentos uero cum mulierib. ac famulijs montium occupaſſe cacumina. & hos quidē captos dimiſit: Romani autē in reliquam ciuitatem irruūt, eamq; diripuere, cum plenas domos offendiſſent omnigenis opibus. Rex autem apud Hierichūta præſidio collocato, reuerſus eſt: Romanumq; militem in his quæ ſibi acceſſerant ciuitatibus, hoc eſt Idumæa, & Galilæa, & Samaria, hyematurū dimiſit. Antigonus quoq; Siloni corruptione meruit, ut exercitus partē Lyddenſes ſuſciperent in Antigoni gratiam. Et Romani quidem armorū cura ſoluti, rebus omnibus abundabant. Herodes autē non quieſcebat, ſed Idumæam duobus millibus peditum, & quadringentis equitibus, miſſo etiam fratre ſuo Ioſepho, cōmuniuit, ne quid noui cum Antigono tentaret. Ipſe aūt, matre cum alijs quos ex Maſſada liberauerat affectib. ſuis in Samariā translata, ibiq; tutiſsime collocata, ut cætera Galilææ ſubuerteret, atq; Antigoni præſidia expelleret, proficiſcit. Cūq; Sephorim, licet uehementiſsime ningeret, peruenisſet, facilime ciuitatē capit, cuſtodib. eius ante aggreſsionē fuga dilapſis: ibiq; ſuis militibus, quos hyems fatigauerat, recreatis (erat em magna copia cōmeatus) aduerſus latro-

Ant. lib. 14 cap. 24

nes

nes in ſpeluncis degentes direxit animũ: qui pleraq; illius regionis incurſantes, non minoribus q̃ belli cladibus incolas afficiebant. Præmiſsis aũt tribus peditum cohortibus, unaq; ala equitũ in uicum Arbelã, ipſe diebus quadraginta poſt cũ reliqua manu ſuperuenit. Nec tamen eius incurſum hoſtes extimuere, ſed armati obuiã p̃cedebãt, peritia bellatoris fiſi, & ferocitate latronis. Deinde prelio cõmiſſo, dextro ipſorũ cornu, ſiniſtrũ Herodis in fugam pellitur. Ille aũt de ſuo dextro circũgreſſus, uelociter ſubuenit. & ſuos quidẽ à fuga retrahit: irruẽdo aũt in hoſtes, impetũ perſequentiũ refrenabat, donec à fronte pugnantes uiolentiæ cõceſſerunt: qui tamen eos uſq; ad Iordanẽ cædendo perſequebaẽ: & magna fugientiũ parte perẽpta, cæteri trans fluuium diſiecti ſunt: & Galilæa metu eſt purgata, niſi q̃ in ſpelũcis latitantes reliquerant, eorumq; cauſa diutius ibi remorandum fuit. Quamobrẽ primum laboris fructum militibus rependebat, centũ quinquaginta argenti drachmas ſingulis diuidendo: eorũq; ducibus multiplicatã ſummã ad hyberna mittẽdo. Pheroræ aũt fratri minimo ſcripſit, ut & foro uenaliũ cõſuleret, muroq; caſtellum Alexandriũ cingeret: quæ ab illo curata ſunt. Interea circũ Athenas uerſabatur Antonius. Ventidius autẽ ad bellum cõtra Parthos Silonem atq; Herodem accerſit: mandato eis per epiſtolas, ut Iudææ ſtatum ante cõponerent. Sed Herodes, libẽter ad Ventidiũ Silone dimiſſo, ipſe aduerſum latrones in ſpeluncis habitantes mouet exercitũ. Iſtæ autẽ ſpeluncæ in præruptis montibus erant, undiq; inacceſſæ, tranſuerſosq; tantũ ac peranguſtos aſcenſus habebant: ſaxumq; ab earũ fronte uſq; ad fauces altiſsimas pertingebat, rectũ uallibus imminens, ut aliquãdiu quidem rex pro loci difficultate quid ageret, incertus eſſet. Poſtremo aũt placuit, ut molimine uteretur ſatis incauto. Etenim ualentiſsimus quiſq; demiſſus arculis exponebaẽ in oſtia ſpeluncarum. Hiq; cum familijs eos mactabant, ignẽq; repugnantibus inijciebant. Cumq; aliquos ex his cõſeruare uellẽt Herodes, ut ad ſe accederẽt, uoce præconis edixit. Sed illorũ neq; uoluntarius ſe quiſq̃ ei tradidit: ſed & quos uis coegerat, multi mortẽ captiuitati prætulerunt. Vbi etiã ſenior quidã, ſeptem filiorũ pater, orãtes cum matre pueros, ut egredi ſibi ad fœdera permitteret, occidit hoc modo: Iuſsit exire ſingulos, ipſe ad oſtium ſtabat, & prodeuntẽ quenq; filiorũ trucidabat. Herodes autẽ è ſpecula hæc proſpiciens, & dolore cõficiebatur: & ut filijs parceret, ſeni dexterã cũ precibus porrigebat. Ille autẽ dictis eius nequaq̃ mitior factus, inſuper humilem animum Herodi exprobrauit. & poſt filios occidit uxorẽ: deiectisq; deſuper mortuis, poſtremo ſemetipſum præcipitem miſit. Speluncis igitur & qui in his erãt ita ſubactis, Herodes relicta exercitus parte, quantũ ne quis rebellare tẽtaret ſatis eſſe arbitrabatur, eiq; parti Ptolemæo præpoſito, in Samariã redijt: ſcutatorũ quidem tria milia, ſexcẽtos uerò equites in Antigonũ ducens. Tuncq; propter eius abſceſſum nacti licentiã, quibus Galilæam turbare mos erat, Ptolemæũ quidẽ ducem aggreſsi, nec opinantẽ interficiunt. Agros aũt uaſtabant, in paludes atq; in abditiſsima loca refugientes. Quibus cognitis Herodes mature ſuccurrit: & magnã quidẽ eorum multitudinẽ morte cõſumit. Omnibus autem caſtellis obſidione liberatis, huius mutationis cauſa mulctã exegit à ciuitatibus pecuniã, centum talenta. Iam uerò Parthis expulſis, occiſo etiã Paco-

Ant. lib. 14 cap. 25

ro, Ventidius Antonij literis monitus, equitũ mille auxilia duarũq; legionũ, aduerſus Antigonũ mittit Herodi. eorũ aũt ducẽ Machęrã, ut ſe adiutũ ueniret, per epiſtolas rogauit Antigonus, & de iniuria Herodis multa cõqueſtus, & pecuniã dare pollicitus. Sed is: nec enim ad quos miſſus fuerat, negligẽdũ putabat, cũ præſertim plura daret Herodes: in proditiõe quidẽ ei nõ paruit, ſimulata uero amicitia res Antigoni exploratũ perrexit, nõ admiſſo Herodis cõſilio, diſſuadẽtis id fieri. Antigonus aũt, quia præſenſit quid cogitaret, ciuitatẽ ei clauſit, & tanq̃ hoſtem arcebat à mœnibus, donec Machæram incepti puduit, & in Amathuntẽ ad Herodẽ receſsit. Iratus aũt ꝙ res aliter ceſſerat, quoſcunq; Iudæos offendiſſet interficiebat, ut nec uel Herodianis parceret: ſed ut Antigonianis omnib. abutebaṫ. Hæc cum ægre ferret Herodes in Machæram quidem uindicare uoluit, tanq̃ in hoſtẽ: iracundiã uero repreſsit, & ad Antonium properabat, apud eum accuſaturus Machæræ iniquitatem. Ille autem delicta ſua reputans, uelociter regem cõſequiṫ: utq; in gratiã ſecum redeat, multis precibus efficit. Neq; tamen Herodes à propoſito ſuo reuocatus eſt quo minus ad Antonium pergeret. Sed cum audiſſet eum magnis uiribus oppugnare Samoſatam, iuxta Euphratem ualidiſsmã ciuitatem, acrius feſtinabat, opportunum hoc tempus eſſe perſpiciens demonſtrandæ uirtutis, & ut magis magisq; placeret Antonio. Deniq; mox ut ad eum uenit, finẽ attulit obſidioni, multis Barbaris interfectis, magnaq; prædæ parte ſibi deſtinata: ut Antonius quidem, quanquam eius uirtutem antea mirabatur, tamen etiam tunc magis eandem opinionem haberet, multumq; ad honores eius ſpemq; regni adderet. Antiochus uero tradere Samoſatam cogeretur.

De morte Ioſephi, & obſidione Hieroſolymæ per Herodem, & Antigono occiſo. Cap. XIII.

Ant. lib. 14 cap. 25

DVm hæc agerent, res Herodis in Iudæa fractæ ſunt. Reliquerat em Ioſephũ fratrẽ ſuũ, qui oĩa procuraret, cũ mãdatis huiuſmodi, ut nihil ante reditũ ſuũ aduerſus Antigonũ moueret, qa nõ firmũ eſſet auxiliũ Machærę, quantũ ex delictis ſuperiorib. appareret. Verum Ioſephus, ubi fratrẽ ꝑcul abeſſe cognouit, immemor præceptorũ, Hierichũta cũ v cohortibus à Machæra ſecũ miſsis petit, ut maturo meſsiũ tẽpore frumẽta diripiat. Incurſu aũt hoſtiũ ꝑ mõtana atq; aſpera loca oppreſſus, & ipſe cadit, magnã uiri fortis in ea pugna gloriã cõſecutus, & oĩes Romani milites pereũt. Recẽs aũt lectæ de Syria cohortes erãt, nec ueteranorũ quenq̃ ꝑmixtũ habebant, qui belli imperitis opitulari poſſet. Antigonus aũt uictoria minime cõtentus fuit, ſed eò ꝑceſsit iracundiæ, ut mortuũ quoq; Ioſephũ uerberaret. Deniq; nactus corpora mortuorũ, etiã caput eius abſcidit, q̃uis l. talẽta Pheroras frater pretiũ redẽptionis offerret. tanta uero nouitas poſt Antigoni uictoriã Galilææ res occupauit, ut qui partibus eius magis fauerẽt, productos primates Herodis ſtudioſos lacu ſubmergerẽt: multaq; in Idumęa quoq; mutarent, ubi Machæra caſtelli cuiuſdã inſtaurabat mœnia, cuius nomẽ eſt Githa. nec horũ quicq̃ Herodes audierat. Captis enim Samoſatis Antonius, & prępoſito Syrię Soſio iuſſo ut Herodẽ quoq; aduerſus Antigonũ adiuuaret, diſceſsit in Aegyptũ. Soſius aũt duab. cohortibus in Iudęã præmiſsis, quarũ Herodes uteretur auxilio, ipſe cũ cętera manu militũ ſequebaṫ. Herodi autẽ degenti prope Daphnen Antiochiæ, mortẽ fratris ſomnia manifeſta ſignificant

cant. Cumq; turbatus profiluiſſet è ſtratis, ecce nuncij cladis intrabãt: quare pꝛę dolore paululũ queſtus, maxima parte luctus dilata, in hoſtes ꝓperabat; ultra uires iter accelerãs. & ubi ad Libanũ uenit, octingẽtos mõtis accolas aſſumit auxilio, unãq; his iungit Romanorũ cohortẽ. cum quibus nõ expectata luce, Galilæã ingreſſus eſt, hoſtesq; obuios in eũ quẽ reliquerãt locũ auertit. & aſsidue quidẽ caſtellũ oppugnare tentabat: ſed prius q̃ id caperet, aſperrima hyeme coactus, in uicũ proximũ recepit exercitũ. paucis aũt dieb. poſt, auctus etiã alterius cohortis præſidio, quã Antonius miſerat, tãto hoſtibus terrori fuit, ut caſtellũ nocte deſererẽt. Iamq; per Hierichũta ꝓperãs ibat, ut q̃primũ interfectores fratris ſui poſſet ulciſci, ubi etiã mirabilis ei mõſtriq; ſimilis caſus euenit: unde præter ſpem liberatus, opinionẽ q̃ deo charus eſſet adeptus eſt. nã cũ multi honorati ueſpera illa apud eũ cœnauiſſent, poſtq̃ dimiſſo cõuiuio omes egreſsi ſunt, cõfeſtim cœnaculũ cõcidit. Id aũt cõmunẽ ſibi tam periculorũ q̃ ſalutis præſagiũ, quantũ ad futurũ bellũ ꝓtineret, eſſe cõijciens mane primo caſtra mouet: hoſtiũq; ſex circiter milia de montibus decurrẽtes, prima tentabãt agmina. & manũ quidẽ cũ Romanis cõſerere nõ ſatis fidebãt: lapidibus aũt ac telis eos, dũmodo plurimos ſauciarent, eminus appetebãt. ubi Herodes quoq; ipſe præteriẽs, latus iaculo uulneratũ. Antigonus aũt ſe nõ ſolum audacia ſuorũ, ſed etiã multitudine ſuperiorẽ uideri cupiens, Pappũ quendã ex cõtubernalibus ſuis cum manu militũ in Samariam mittit, quibus quidẽ Machæra erat prẽmiũ uictoriæ. Herodes uero terrã per uagatus hoſtilẽ, quinq; municipia capit, duoq; habitatorũ milia cõſumit. exuſtisq; domibus, ad exercitũ redit, circa uicũ qui appellatũ Cana tendentem. In dies aũt ſingulos magna ei multitudo Iudæorũ uel ex ipſa Hierichunte, uel ex alijs regionibus accedebat: cum hos odiũ moueret Antigoni, alios ipſius Herodis præclara facinora. Enimuero multos ratiõe carẽtes, mutationis cupiditas impellebat. hoc aũt cõgredi feſtinãte, Pappi milites neq; multitudine hoſtiũ, neq; impetu perterriti, acriter ad pugnã ex altera parte procedũt. ſed ubi agmina cõflixerũt, cęteri q̃dã pauliſper reſtiterũt. Herodes aũt fraternæ cædis recordatiõe periculoſius dimicãs, dũmodo eius ulciſceretur autores, ad uerſam aciẽ facillime ſuperat. deinde ſemp integros aggrediẽdo, uniuerſos in fugã uertit. erat em plurima occumbentiũ ſtrages. cũ alij quidẽ in uicũ unde uenerãt cõpellerent. nouiſsimus aũt ipſe inſtaret, atq; infinitos occideret. poſtremo rues inter fugiẽtes hoſtes in uicũ irrupit: cũ omes domus armatis eſſent refertæ, plenaq; ꝓpugnatorũ deſuper tecta: & quoniã foris deprehenſos facillime ſuperabat, diſturbando ædes intus abditos extrahebat, alios cõ uulſis obrutos tectis, multos ſimul necabat. ſi quis aũt ſubterfugiſſet ruinã, eum gladijs armati milites excipiebãt. tantaq; cadauerũ per omes uias multitudo coaceruata eſt, ut etiã uictorib. ipſis trãſitus obſtrueret. hanc plagã hoſtes adeò nõ tulerũt, ut cõfluentiũ turba, cõſpectis q̃ in uico periſſent, fuga diſcederent. ſtatimq; ſucceſſu fretus Herodes ad Hieroſolymã perrexiſſet, niſi eum hyemis aſperitas ꝓhibuiſſet. Hæc em perficiendæ uictoriæ fuit impedimentũ, & ne penitus opprimeret Antigonus obſtitit, qui ciuitatẽ iã deſerere cogitabat. Herodes aũt ad ueſperã, cũ laſſos amicos reficiendi corporis gratia dimiſiſſet, ipſe adhuc ab armis calidus, more militis lauatũ ibat. Siquidem

unus tantum puer eum ſequebat. Et prius q̃ in balneum perueniret, obuius ei quidã ex hoſtib. gladio armatus occurrit, deinde alter & tertius & plures. Et hi cõfugerant armati ex acie in balneum, ſed perculſi etiã tum metu ac lati tantes ut regẽ uiderunt, illũ quidẽ ſtupore debilitati ac trementes, cum inermis eſſet prætereũt: exitus uerò quà fugerẽt curſu petebãt. Itaq; cum alius ca ſu, qui eos cõprehenderet nullus adeſſet, Herodi autẽ nihil pati ſatis fuiſſet, omnes effugiunt. Poſtero autẽ die Pappum quidẽ, Antigoni militum ducẽ, abſciſſo capite obtrũcat: idq; Pheroræ magiſtro exercitus fratri ſuo mittit in perempti fratris ultionẽ. nãq; Pappus erat qui Ioſephũ interfecerat. Vbi aũt rigor hiemis ceſsit, Hieroſolymã repetijt: murisq; admoto milite (annus aũt tertius agebat, ex quo Romæ rex fuerat declaratus) pro tẽplo caſtra poſuit, quà facilior erat expugnatio, & antea Põpeius ceperat ciuitatẽ. Exercitu autẽ in opera diſtributo, ſuburbanisq; diuiſis, tres quidẽ leuare aggeres, & ſuper eos turres ædificare iubet. relictis aũt qui operib. inſtarẽt impigerrimis amicorũ, ipſe in Samariã uadit, uxorẽ accepturus, Alexãdri filij Ariſtobuli filiã, ſibi deſponſatã, ut diximus: & dum obſidet, ſubciſiua opera nuptias curaturus: qppe iam hoſtes deſpiciebat. igit̃ ubi eam duxit, ad Hieroſolymam redit, auctus militũ copijs: eiq; Soſius cum magna manu equitũ peditumq; ſociatur: qua mediterraneo itinere præmiſſa, ipſe per Phœnicẽ iter fecit. uniuerſo autẽ exercitu cõgregato, ad peditũ legiones undecim, equitũq; ſex milia, præter auxilia Syrorũ, nõ p minima parte ducenda, propè à ſeptẽtrionali muro caſtra colloçarunt: Herodes quidẽ ſenatuſcõſulto fretus, quo rex fuerat declaratus: Soſius uerò Antonio, à quo milites quib. præerat aſciret miſſos Herodi auxilio. Iudæorũ autẽ intra ciuitatem agentium populus uarie turbatus erat. Nam circa templũ infirmior multitudo cõueniens furore agebat, multaq; ueluti diuinitus de temporib. dictitabat: & qui audaciores eſſent, in cateruas cõglobati, multis modis latrocinabant̃: maxime ex locis oppido proximis uictui neceſſaria diripientes, neq; aut equis aut uiris alimẽta relinquebant. bellatorũ aũt cõſtantiores obſidentib. oppoſiti, è muris opus aggerum p hibebant, & cõtra inſtrumenta oppugnantiũ, ſemper nouũ aliquod obſtaculũ moliebant̃. In nulla re autẽ æque ac in cuniculis ſuperabant. Rex autem aduerſus latrocinia quidẽ occultas excogitauit militũ inſidias, quib. eorũ reprimerent̃ excurſus: inopiã uero alimentorũ longinquis tranſuectionibus adiuuari diſpoſuit. ac pugnæ intenti, quamuis omnẽ modum audaciæ ſuper grederent̃, Romanorum tamen peritia uincebant̃. nihilominus aperte cum his, certa morte propoſita, cõfligebant. Ex improuiſo autẽ Romanis per cuniculos intermedios emergentibus, prius q̃ muri aliqua pars dirueret̃, alteram eius uicẽ muniebãt. Prorſus aũt neq; manib. neq; machinis deficiebant, quoniã uſq; ad ultimũ repugnare decreuerant. deniq; tanto exercitu circunſidente, per qnq; menſes obſidiũ tolerauerunt: donec quidam ex his quos lectos habebat Herodes, auſi murum tranſgredi, ciuitatẽ irrupere, & poſt eos Soſij centuriones. Igit̃ ante omnia fano proxima capiebant̃: & infuſo exercitu plurima ubiq; mors erat: Romanis quidem propter obſidionis moras iratis: Herodis uero manu Iudaica ſummo intenta ſtudio, ne quis penitus ex aduerſarijs euaderet. Mactabant̃ autẽ quamplurimi, & per anguſtiores uicos

Ant. lib. 14 cap. 12.

oppidi

oppidi,& in domos cõpulsi,etsi ad templum etiã confugissent: nec ulla erat aut senectutis aut muliebris infirmitatis miseratio.Deniq; licet rex ubiq; mitens rogaret ut parcerent,nemo tamen dexterã continuit:sed ueluti furẽtes, omnem persequebant ætatem. Ibi tunc etiam Antigonus, neq; priorẽ neq; præsentem fortunã cogitans,domo descendit, & ad pedes Sosij prosternit, Ille autẽ nihil eum tantæ mutationis causa miseratus, & intemperanter derisit,& Antigonam appellauit:neq; tamen etiã custodia liberum dimisit ut fœminam.Itaq; ille quidẽ uinctus asseruabat. Herodes autem cum iam hostes uicisset,ut externa quoq; auxilia cõpesceret prouidebat. Visendi enim templi,sanctorumq; eius studio,omnis multitudo peregrina fuerat incitata. Ob eamq; rem,hos minis,alios precibus,nõnullos armis etiam refrenabat: acerbiorem,quàm si uictus fuisset,existimans sibi fore uictoriam,si quod uidori nefas esset,culpa sua uisum fuisset.mox autem etiam rapinas in ciuitate prohibuit,multa inuectus in Sosiũ,si uacuefacto uiris & pecunijs oppido,Romani regẽ se solitudinis reliquissent:qui pro tanta ciuiũ cæde,totius orbis terræ imperium,uile pretiũ iudicaret.Illo autem iustum esse dicente,ut pro labore obsidionis prædandi licentiã milites haberent:ipse de suis facultatibus mercedem singulis distributurum se asseuerauit. Atq; ita redemptis patriæ reliquijs,promissa cõpleuit. Nam & militum quenq; liberaliter, & pro merito duces,ipsumq; Sosiũ regia largitate donauit, ut nemo egẽs pecunijs abiret. Post hæc Sosius aurea corona deo dedicata,ex Hierosolymis remeauit, Antonio uinctũ Antigonũ ducens.& illum quidẽ uana spe uitæ cupidũ usq; ad ultimum diem,ignauia digna securis excepit.Rex aũt Herodes discreta multitudine ciuitatis,suarum quidem partium studiosos, quo magis beneuolos sibi faceret,honorifice tractabat:Antigonianos autẽ neci tradebat.& quum pecunia defeciisset,diuiso quicquid ornamẽtorum haberet, Antonio eiusq; comitibus misit.nõ tamen omnino ne quid pateret redemit. Iam enim Antonius Cleopatræ amore corruptus,in omni re cupidini cesserat. Etem Cleopatra,ubi tanta cognationẽ suam sæuitia persecuta est, ut neq; propinquus sanguine superesset,cædis rabiem cõtulit in extraneos:Syrorumq; optimates apud Antonium criminando suadebat eos interfici, ut eo modo cuiusq; possessiones dominio suo facilius quęreret.Postea ueró q̃ in Iudæos atq; Arabes usq; extendit auaritiã, ut reges eorũ Herodes & Malichus interirent, occulte moliebat.Cui cum uerbotenus annuisset Antonius,occidere quidẽ bonos uiros tantosq; reges iniustum esse duxit:uerũ inter amicos ultra non habuit:sed multa terra ex eorum præcisa finibus,& quod erat in Hierichũte palmetum in quo balsamum gignit, & ciuitates præter Tyrum & Sidonem cunctas intra flumen Eleutherũ ipsi dedit, Quorum potita dominio, ad Euphratem usq; Parthis bellum inferentẽ prosecuta Antonium, per Apamiam & Damascum in Iudæã uenit. Atq; hic Herodes, licet magnis muneribus in sensum eius animum mitigasset, tamen ducentis talentis annuis abscissas regno suo possessiones impetrat sibi locari:ipsamq; omnib. obsequijs placãs, Peluſium usq; deducit. Nec multum interea tempus & Antonius ex Parthis aderat,captiuumq; Artabazen Tigranis filiũ dono Cleopatræ ducebat. Nã cum pecunijs omniq; præda,Parthus illi statim condonatus est.

Ant. lib. 15 cap. 1

De insidijs Cleopatræ in Herodē, et Herodis prælio cōtra Arabes, & ingēti terræmotu. Cap. XIIII.

Ant. lib. 15 cap. 5

Oncitato aūt bello Actiaco, Herodes quidē cū Antonio profici sci paratus erat, & alijs ꝑ Iudæā turbis liberatus, & Hyrcanio poti tus, quē uicū Antigoni soror tenebat: uerūtamē à Cleopatra calli de ne periculorū Antonij particeps fieret, intercluſus eſt. Regib. em̄, ut diximus, inſidias tendēs, bellū in Arabas ut Herodi cōmitteret, perſua det Antonio. quos ſi uiciſſet, Arabiæ: ſin aūt uictus eſſet, Iudææ domina cō ſtitueret: alterūq; potentiū per alterū peſſundaret. Sed hoc eius conſiliū He rodi feliciter ceſsit. nā primū in Syros hoſtes ducens, magnū quē cōflauerat equitatū, circa Dioſpolim in eos mittit, & quāuis fortiter reſiſtentes, ſupera uit. qui cū iam uicti eſſent, magno motu Arabes ſuſcitant̄: & infinita manus in Syriæ cœles Canathā cōgregati, expectabāt Iudæos. ubi rex eos Herodes cum exercitu aggreſſus, bellū conſultius adminiſtrare tentabat, caſtraq; mu ro cingi præcipiebat. nō tamē ei paruit multitudo, ſed priore uictoria freti A rabas impetūt. & prima coitione in fugā uerſos urgebāt: in perſecutione ue ro inſidijs periclitat̄ Herodes, Canathenſibus ab Athenione immiſsis, qui ex Cleopatræ ducibus ſemꝑ ei fuerat inimicus. Nanq; horū incurſu recreati Arabes, pugnā repetūt: iunctisq; agminibus circa ſaxoſa loca & deuia, Hero dis militē fugāt, plurimis cæde proſtratis. Qui uerò ex prælio ſeruati ſunt, in uicū Ormizam cōfugiunt. ubi etiam caſtra eorum cum hominibus circum uenta Arabes, ſicut erāt plena ceperūt. Neq; multo poſt accepta clade, Hero des aderat cū auxilijs, ſerius q̄ uſus popoſcit. Huius ei uulneris cauſa fuit, præ poſitorū militibus contumacia, ꝙ iuſsis obedire noluerūt. nō em̄ repentino cōmiſſo prælio ullum Athenio inſidiandi tempus habuiſſet. rurſus tamē ul tus eſt Arabas, aſsiduis fines eorū incurſionibus infeſtans: quodq; ſemel ui ctus eſt, ſæpe rependit. Sed dum inimicos perſequitur, incurrit ei diuinitus alia calamitas, ſeptimo regni anno & Actiaco bello feruente. nanq; ueris ini

Ant. lib. 15 cap. 6

tio terra mota, infinita quidem pecorū, triginta uero hominū milia peremit, cū exercitus manſiſſet incolumis, quoniā ſub diuo tendebat: ibiq; Arabas in maiorem audaciā fama ſuſtulit, triſtibus nuncijs grauius ſemꝑ aliquid affin gens. unde uelut omni ſubuerſa Iudæa, terræ obtinēdæ ſpe, quia neminē ſu pereſſe credebant, in eā irruunt, legatis prius interfectis, qui ad ſe uenerant à Iudæis. Herodes aūt aduentu hoſtium perterritā ſuorū multitudinē, tam ma gnitudine q̄ aſsiduitate calamitatū fractam, ad repugnandum incitare tenta bat: hæc dicens: Rationē habere nō uidetur, cur uos præſens formido percu lerit. nam diuinæ quidē indignationis plagas mœrori uobis eſſe non miror. Ignauū aūt eſt perpeti idē, etiā cū incurſus hominū repellendi ſunt. Ego em̄ tantū abeſt ut hoſtes poſt terræmotū pertimeſcā, ꝙ magis putauerim deum hanc illis illecebrā immiſiſſe, ut pœnas redderent. nō enim tantum manu ar misq; freti, quantū noſtris calamitatibus, ueniunt. Fallax aūt ſpes eſt, quæ nō ſuis uiribus nitit̄, ſed alienis aduerſis. Neq; uerò uel ſecundæ res uel contra riæ, apud homines certæ ſunt: ſed in utrāq; partē uideas fortunā nutare uiciſ ſim, & exēpla uobis ꝓpria demōſtrabunt. Nempe prælio ſuperiore uictores, poſt ab hoſtibus uicti ſumus. & nūc ergo, quantū æſtimare licet, illī capient̄, uictores ſe fore credentes. Nimis em̄ confidens incautus eſt: metus aūt prouidentiam

dentiam docet. Itaq; mihi quidem hoc ipsum quod timetis, fiduciã suggerit. Nam cũ ferociores q̃ opus erat fuistis, & præter uoluntatẽ meam in hostes egressi estis, Atbenion insidiandi tẽpus inuenit. nunc aũt uestra cũctatio, & minus alacer animus, ut uidet, certam mihi uictoriã spondet. Conuenit tamẽ ante præliũ sic esse affectos, in ipso autem opere uirtutẽ exerere: conscelera-tisq; hostibus planum facere, quod neq; humanum aliquod malũ, neq; ira cælestis unquã deprimit fortitudinẽ Iudæorum, donec spiritum uitæ ducũt, uel eorum quisquã in bonis suis Arabas dominari patietur, quos aliquoties penè captiuos abduxit. nihil aũt uos terreat rerũ anima carentiũ metus: neq; arbitremini, terræ concussionẽ, alicuius futuræ cladis esse portentum. Natu ralia nanq; sunt elementorũ quoq; uitia: nullũq; damnũ inferunt, nisi quod ex ipsis euenerit. nã pestilentiæ qdẽ, uel famis, uel terræmotus signũ aliquod tardante malo fortasse præcesserit: ipsa uero cum extiterint, sui magnitudine finiunt. Cæterum quid nobis amplius q̃ terræ concussio, bellum nocere po terit etiã uictis? Imò enimuero maximũ imminentis excidij monstrum, spon te sua, neq; alienis manibus inimicis accidit, qui legatos nostros præter om-nium hominũ leges crudeliter mactauerunt, talesq; deo pro belli euentu ho stias ceciderunt. Non enim effugient maximum eius lumen inuictãq; dexte rã, sed continuo pœnas dabũt: si patrio repleti spiritu, in uindictã uiolati fœ deris animos excitemus. pergite quisq; nõ pro cõiugib. neq; pro liberis aut pro patriæ periculis pugnaturi, sed legatorũ cędis ultores. Illi melius q̃ nos qui uiuimus exercitũ regẽt: uobisq; mihi obedientibus, periclitabor ipse pro cęteris. Pro certo em̃ sciatis, fortitudinẽ uestrã sustineri nõ posse, nisi temeri tate lædatur. His adhortatus milites, ubi eos alacres uidit, sacra deo celebra uit: deinde cum exercitu Iordanẽ fluuiũ transgressus est. Castris aũt Philadel phiæ positis, haud procul ab hostibus, quasi de interiacẽte castello contẽde ret, pugnã eminus irritabat, quamprimũ cupiens congredi. nã & hostes præ miserant, qui castellum occuparẽt. Sed illos quidẽ regij facile repulerunt, col lemq; tenuerũt. ipse uero quotidie producto ad prælium milite, instructaq; acie, Arabes lacessebat. Cum aũt nemo cõtra procederet (quędã enim eos ue hemẽs formido tenebat, & ante multitudinẽ dux Althemus timore obrigue rat) uallũ eorũ disturbat ipse aggressus: eoq; modo coacti ad pugnã cõfusis ordinibus, mixtiq; cũ equitibus pedites egrediuntur: etsi multitudine su-periores, Iudæis tamen alacritate impares, quãuis audaciores eos faceret uicto rię desperatio. et quãdiu quidẽ restiterũt, nõ magna eorũ cędes facta est: ubi uero terga nudauerũt, multi à Iudæis, multi uero à semetipsis cõculcati perie rũt. Deniq; milia v. in fuga ceciderũt, cæteraq; multitudo intra uallũ cõpul-sa est, eosq; statim circũseptos obsidebat Herodes. & licet armis ppè adesset excidiũ, tamen aquæ penuria uehemẽter urgebat. Cumq; rex arrogãtius eo-rũ legatos despiceret, & talenta quinquaginta pro redẽptione offer entibus, magis instaret: deniq; ardescẽte siti, cateruatim exeuntes, ultro se Iudæis tra-debant, adeò ut quinq; dieb. quatuor milia uincirẽtur, sexto reliqua multitu do ad pugnã desperata salute procederet. Quibus congressus Herodes, ite-rũ septẽ milia circiter sternit: & tã magna plaga ultus Arabiã, extincto uiro-rum eius spiritu, tantum profecit, ut eius patronus ab ea gente optaretur.

Ant.lib.15 cap. 7 MOx aũt illum excepit deſueta rerum ſolicitudo propter amicitiã Antonij, poſt uictoriã Cæſaris apud Actium. Veruntamen plus timoris habebat, quàm ipſe patiebatur. Nec enim Cæſar uictum iudicabat Antonium, donec Herodes cum eo ſupereſſet. Itaq; rex periculis decreuit occurrere: Rhodumq; tranſmiſſus, ubi Cæſar eo tempore morabatur, adijt eum ſine diademate, ueſte quidem cultuq; priuato, ſed faſtu regio, neq; diſſimulata ueritate coram eo hæc dixit: Ego quidẽ, Cæſar, rex factus ab Antonio, fateor utilem me fuiſſe regem Antonio. Neq; diſſimulauerim, quòd omnimodo armis quoq; me grauem expertus eſſes, niſi Arabes prohibuiſſent. Veruntamen & auxilia ei pro uiribus meis miſi, & multa frumenti milia: ſed nec accepta apud Actium plaga, bene de me meritum deſerui. Nam cũ auxilij minus cõmodarem, optimũ ei conſilium dedi, unam eſſe dicens Cleopatræ mortem aduerſorũ correctionẽ. quã ſi occidiſſet, & pecunias ei, & muros ad tuitionem, & exercitum, & memetipſum belli contra te ſociũ pollicebar. Sed profecto eius aures Cleopatræ amores, & deus qui tibi uictoriã donaret, obſtruxit. Vnà ergo cũ Antonio uictus ſum, & diadema cum eius fortuna depoſui. Ad te autẽ ueni, ſpem ſalutis de uirtute præſumẽs: & ut in examen adduceretur properans, qualis amicus alicuius fuerim. Ad hæc Cæſar: Imò uerò ſaluus eſto, inquit, & nunc regnato certius. Nã meritus es qui plurimos regas, cum amicitiã tanta fide tuearis. Experire autem, ut etiam felicioribus fidus permaneas: ſiquidem ego præclariſsimã ſpem de tua magnanimitate mihi promitto. Recte tamen fecit Antonius, qui magis Cleopatræ, quã tibi paruit. Te namq; lucrati ſum us propter eius amentiam. Prior autem abſti officijs cœpiſti, quantum apparet, quem aduerſus eorum gladiatores idonea auxilia miſiſſe Ventidius perſcribit. Quare interim tibi decreto firmitatẽ regni præbeo. Experiar autem ipſe quoq; bene tibi aliquid facere, ut non deſideres Antonium. Huius ſermonis humanitate regẽ ne quid de amicitia ſua dubitaret hortatus, & diadema illi impoſuit, & indulgentiam decreto conſignat: in quo multa magnificè in eius laudem cõmemorauit. Ille autem prius cum muneribus delinitum rogabat, ut Alexandrũ quendã ſupplicem, examicis Antonij, iuberet abſolui. Sed uicit iracundia Cæſaris, multa illũ & grauia pro quo rogabat admiſiſſe dicentis, quibus repulit deprecantem. Poſtea uerò ad Aegyptum euntem per Syriam Cæſarem, Herodes cunctis accepit regni diuitijs, tumq; primum cum eo milites recenſente, circa Ptolemaidẽ equo uectus eſt, cœnãq; illi cum omnibus amicis exhibuit, atq; inſuper exercitus eius epulis cũcta diſtribuit. Proſpexit etiã ut per arida loca proficiſcentibus ad Peluſium, atq; inde redeuntibus aquarum copia non deeſſet. Nec fuit quicquam utenſiliũ, quod deſideraret exercitus. Pro his deniq; meritis paruum eſſe Herodi regnum, tam Cæſar quàm milites exiſtimabant. Ideoq; poſtquam uenit in Aegyptum, iam Cleopatra & Antonio mortuis, non ſolũ cæteros eius honores auxit, uerum etiam regno partẽ finiũ addidit, quã Cleopatra dempſerat. Et præterea Gadara, Hippon, Samariam: maritimarumq; inſuper ciuitatũ Gazam & Anthedonẽ, & Ioppen, & Pyrgũ Stratonis: & ad hæc ſatellites quadringentos Gallos ei donauit, quos antea Cleopatra ſtipa-

tores habebat. nulla aũt res magis liberalitatem Cæſaris incitabat, q̃ magnus animus accipientis. Poſt primã uero Actiada, etiã regionẽ quæ Trachon uocatur, eius ditioni ſubdidit, eiq́; cõtinentem Batanæam, itemq́; Auranitin, ex huiuſmodi cauſa. Zenodorus qui domus Lyſaniæ cõductor erat, nõ ceſſauit unq̃ ex regione quæ Trachon dicitur, latrones Damaſcenis immittere. Illi autem ad Varum tunc rectorem Syriæ confugerunt, eumq́; deprecati ſunt, quo ſuas miſerias Cæſari declararet. Cęſar aũt his cognitis ei reſcripſerat ut latrociniũ pẽnitus curaret extinguere. Varus autẽ milite aggreſſus loca ſuſpecta, expurgauit latronibus terram, ipſamq́; Zenodoro abſtulit: quã Cæſar, ne latronum denuo cõtra Damaſcum receptaculũ fieret, Herodi dedit, eumq́; præterea totius Syriæ procuratorem conſtituit. Et decimo anno reuerſus iterũ in prouinciã, ne quid eo incõſulto procuratoribus liceret administrare præcepit: ac Zenodoro mortuo terram omnem quæ inter Trachonem & Galilæam erat, eidẽ attribuit. Quod autẽ maius his omnibus exiſtimabat Herodes, à Cæſare quidem poſt Agrippam amabat, ab Agrippa uero poſt Cæſarem. Hinc ad ſummum felicitatis euectus, & ad maiorẽ ſubleuatus animum, maximam prouidentiæ partem obſequio pietatis impendit.

De urbibus & ædificijs inſtauratis & conditis ab Herode, deq; munificentia qua uſus eſt erga exteras gentes, eiusq; felicitate. Cap. XVI.

ITaq; anno regni ſui quintodecimo, & templum inſtaurauit, & duplum terræ ſpatiũ quàm fuerat circa templum, muro amplexus eſt, ingeniti ſumptu & magnificentia ſingulari. Argumento erant in ambitu fani magnæ porticus, eiq́; iunctum à ſeptentrione caſtellum. Et illas quidem à fundamentis erexit. Hoc autem nulla re minus, quàm regni ſedes largis opibus renouatum; Antoniam uocauit, in honorẽ Antonij. Quin etiam domo ſibi regia in ſuperiori parte ciuitatis exſtructa, duas ædes in ea maximas atq; pulcherrimas, quibus ne templum quidem uſquam cõferri poſſet, ædificauit: easq́; amicorum uocabulis unam Cæſaream, Agrippium alteram nominauit. Nec uero ſolis tectis memoriam eorum & cognomina circumſcripſit, ſed in totas etiam ciuitates ſtudium liberalitatis extendit. nam in Samaritica regione oppidum muro pulcherrimo per uiginti ſtadia circũdatum, Sebaſten appellauit, deductis eò ſex milibus colonorũ, terraq; fœcundiſſima his attributa: ubi templum quoq; maximum inter ædificia, & circum id aream trium & ſemis ſtadiorũ Cæſari dedicauit, eiuſdẽq; oppidi habitatoribus præcipua legũ beneficia præſtitit. Ob hæc alterius terræ adiectiõe donatus à Cæſare, aliud ei templũ circa Iordanis fontem candido marmore poſuit, qui locus appellat Paniũ. Vbi montis quidam uertex in præcelſum editus, propter ſubiecti lateris uallem ſpecus aperit umbroſum, quà profundæ altitudinis rupes, ad immenſum liquentis guttæ receptaculum concauat, ut ſtagnãtis aquæ copia demittentibus aliquid, donec terrã inueniant, longitudo nulla ſufficiat. Foris aũt è ſpeluncæ radicibus oriunt fontes: & (ut quidã putant) hoc eſt Iordanis principiũ. Sed ueri fidem in poſterioribus indicabimus. Quin & apud Hierichunta, inter caſtellũ Cyprum & priores domos regias, meliores alias, & quæ cõmodiorẽ uſum præberẽt aduenientib. fabricatas, eorundẽ amicorũ nominib. uocitauit. Prorſus nõ eſt idoneus regni locus

An. lib. 15. ca. 10. 12. 13. 14

cus,quẽ honore Cæſaris nudum reliquerit.Poſtea uero q̃ fines ſuos templis repleuit,in prouinciã quoq; honores eius effudit,& in multis ciuitatib.templa quæ Cæſaria uocant,conſtituit.Cum autem inter maritimas ciuitates uidiſſet unam uetuſtate iam feſſam,quæ Stratonos pyrgos uocabat,& pro loci natura munificentiæ ſuæ capacẽ,totam eam candido ſaxo reparatam,clariſsima regia decorauit,& in ea maxime innatam ſibi animi magnitudinẽ demonſtrauit.Nam inter Doram & Ioppen,quarum media ciuitas ſita eſt,omnis ora maritima adeò fuit importuoſa,ut omnes qui ad Aegyptum ex Phœnice nauigarent,in ſalo fluctuare cogerent,minas Africi metuentes:cuius etiam mediocris aura,tantas undarum moles ad ſcopulos erigit, ut remeante æſtu gurgitis,per aliquantum ſpatium maris feritas augeat. Sed rex liberalitate ac ſumptibus deuicta natura,Piræo maiorẽ portum fabricauit,& in eius penetralibus alias nauibus ſtationes fecit altiſsimas. Et quanq̃ totus ei locus aduerſabat,tamen ita cum difficultate certauit,ut firmitas quidem ſtructuræ nequaq̃ mari cederet:pulchritudo uero tanta eſſet,quaſi nulla res ardua prę pediſſet ornatum.Metitus enim quantum diximus portui ſpatium per uiginti ulnas in profundum ſaxa demiſit, quorum pleraq; pedum quinquaginta longitudinis,& altitudinis nouem,& latitudinis decem, nonnulla uero etiam maiora fuerunt.Expleto autem ſpatio quod unda cælabat,in ducẽtos pedes murum dilatauit.Ex quibus centum repellendis erant fluctibus ante cõſtructi,unde etiam procymia dicebant: cæteri autem ſaxeo portus quo cingit muro ſubiecti ſunt,magnis turribus interpoſitis,quarum maxima atque pulcherrima ex nepote Cęſaris Druſium cognominata eſt.Crebri autem fornices ad deducenda quæ portus haberet:proq; fornicib. & circum eos crepido ſaxea,& lata,quæ naues egredientes exciperet,deambulatio. aditus aũt ſeptentrionalis erat.Ventorum em̃ pro ſitu loci placidiſsimus eſt boreas.ad oſtium uero coloſsi tres,utrinq; fulti columnis: quarum à leua quidẽ intrantibus ſtantes ſolida turris ſuſtinet:dextra uero duo proceri lapides iuncti, & partis aduerſæ turris magnitudinẽ ſuperãtes.domus aũt portui cõnexæ,candido itẽ lapide:pariq; menſura ſpatiorũ, ciuitatis uiæ tendentes in portum. Cõtra oſtium uerò portus,in colle, Cæſaris templum magnitudine ſimul & pulchritudine præcipuum: in eoq; Cæſaris coloſſus nõ minor quàm Iouis apud Olympiã,cuius ad exemplar factus eſt, Romano autem par,& Iunoni quæ Argis eſt.Oppidum autẽ prouinciæ dedicauit, rebusq; aduecticijs portum,Cæſari uerò cõditoris honorem, unde ciuitati nomen Cæſareæ impoſuit.Quinetiã & cætera opera,forum,theatrum,amphitheatrũ, digna uocabulo collocauit:& qnquennali certamine inſtituto, nomen ei Cæſaris donauit.Primusq; ipſe in centeſima nonageſima & ſecunda Olympiade maxima præmia propoſuit:ut nõ ſolum uictores, ſed & proximi & tertij ſucceſſores eorũ regalibus diuitijs potirent. Anthedona quoq; renouatã, quã bella ſubuerterant, Agrippiũ uocauit:nimiaq; beneuolentia,nomen amiçi etiã portę inſcripſit,quã ipſe in templo ędificauit.ſed nec parẽtes ſuos ita quiſq̃ dilexit, nam & patris monumentum optimo regni campo ciuitatẽ cõdidit, fluminũ arborumq; ditiſsimã, eamq; Antipatridẽ nuncupauit. & ſuper Hierichunta caſtellum natura tutũ,& pulchritudine præcipuum,muro cinxit,atq; in honorem

Ant.lib.15 cap.10.12.et lib.17.cap.5

norē matris Cyprum uocauit: fratriq́ue Phaſelo turrim cognominē Phaſelidē Hieroſolymis ædificauit, cuius ambitus & in magnitudine liberalitas poſtea declarabit. Aliamq́; ciuitatē in regione quæ à Hierichunte in boreā tenditur, Phaſelū nominauit. Cognatis aūt & amicis æternæ gloriæ traditis, ne ſui quidē fuit immemor: ſed caſtellū cōtra montē Arabici lateris propugnaculo permunitū, de ſuo nomine Herodium uocauit: tumulumq́; in māmæ formam manufactum, qui ſtadiorum ſexaginta ſpatio ab Hieroſolymis aberat, ſimiliter nominatū, munificentius accurauit. Etenim rotundis quidē turribus cacumen eius amplexus eſt. Ambitum autem cōpleuit ædibus regijs liberaliſsime exornatis: ut non ſolum interna membrorū facies clarior eſſet, uerum etiam foris parietes ac maceriæ tectaq́; largis infuſa diuitijs elucerēt. Aquā etiam plurimā ingenti ſumptu ex longo interuallo induxit, perq́; ducentos gradus marmoris candidiſsimi fabricauit aſcenſum. Erat enim totus collis manu factus, & uehementer excelſus. Quin & aliā circa radices eius rēgiā, ac diuerſoria, quæ & ſarcinas & amicos recipere poſſent, ædificauit: ut pro rerū quidē omniū copia ciuitas eſſe uideretur caſtellum: circumſcriptio ne uerò, domus regalis. Tantis autē conſtructis ædificijs, animi ſui magnitudinem in plurimis etiā externis ciuitatibus demonſtrauit. Namq; apud Tripolim & Damaſcū & Ptolemaidem, publicas balneas quæ gymnaſia dicunt: Bibli autē murum, exedras uero & porticus, foraq́; & templa Beryti ac Tyri: necnon & apud Sidonē, & Damaſcum theatra condidit. Maritimis autem Laodicenſibus aquæductū: apud Aſcalona uero Nymphea ſiue lacus ornatiſsimos, & balneas, itē periſtylia, tam opere q̄ magnitudine miranda conſtituit. Sunt quibus etiā lucos portusq́; præſtitit. Multæ ciuitates ab eō, tanquā regni ſociæ, agris quoq; donatæ ſunt. Ad exhibitionē uero thermarum alijs reditus annuos ac perpetuos delegauit, quemadmodū Cois, ne quando beneficij gratia deficeret. ad hæc frumēta cunctis miniſtrauit egētibus: & Rhodijs ad inſtruendam claſſem pecunias ſæpe multisq́; in locis præbuit, incenſumq́; Pythium in meliorem formam reparauit ſumptibus ſuis. Quid dicam eius in Lycios aut Samios liberalitatem? perq́; omnem Ioniam eorū quæ de ſideraſſet quiſq; largitiones? Nónne etiā Athenienſes & Lacedæmonij, & Nicopolitani, & in Myſia Pergamus, Herodis ſunt plena donarijs? Nónne Antiochenſium Syriæ plateam, cum plena cœni ab omnibus uitaret, per uiginti ſtadia prolixā, ſtrauit polito marmore: declinandisq́; imbribus, quàm longa eſſet porticibus ornauit? Sed hæc quidē propria quis dixerit illorum, quibus ea detulit, populorū. Quod autem Elidenſibus præſtitit, non ſolum Achaiæ cōmune, ſed etiam totius orbis terræ munus uidet, per quem Olympiaci certaminis gloria diffundit. Nam cum hoc deficere ſumptuum uideret inopia, quodq́; ſolū ex ueteri Græcia reſtabat collabi, non ſolum agonotheta ipſe factus eſt, eo luſtro, quod cum Romā nauigaret, offendit: ſed etiā perpetuos pecuniarū reditus inſtituit, ut nunq̄ eius memoria agonothetæ munere fungi deſineret. Inextricabile opus fuerit, debitorū ſiue tributorū remiſſiones exponere, ſicut Phaſelitas & Balaneotas, aliaq́; circa Ciliciā municipia leuauit annuis penſionibus: licet multū eius animi magnitudinem timor fregerit, ne quam pateret inuidiā: uelut maius aliquid aucuparetur, ſi beneficijs

amplio-

amplioribus afficeret ciuitates, q̃ qui eas haberẽt. Quin & corpore uſus eſt, quod animo cõueniret. cũq; ſummus uenator eſſet, in hoc tamẽ ipſo, eq̃tãdi peritia quæ cuperet aſſequebaẽ. Deniq; uno die quondã quadraginta feras ſubegit. Eſt aũt aprorũ altrix illa regio, ſed magis ceruis & onagris frequẽtaẽ. Bellator aũt erat, qui ſuſtineri nõ poſſet. itaq; multos etiã in exercitatiõe terrebat: quib. & torquendo iaculo directiſsimus, & ſagittarũ librator uidebaẽ egregius. Præter animi autẽ corporisq; uirtutẽ, fortuna quoq; ſecunda uſus eſt. Raro enim cõtra uotũ eius, belli ceſsit euẽtus. & ſi quando id accidit, nõ ipſius culpa, ſed aut proditione quorundã, aut temeritate militũ factum eſt.

De diſsidio Herodis cum filijs Alexandro & Ariſtobulo. Cap. XVII.

Ant. lib. 15. cap. 3. 8. 9. & lib. 16. ca. 13.

AT uero publicam ei felicitatem mœrores inuidere domeſtici, & aduerſi caſus ex muliere cœperunt, quã maxime diligebat. Nam quia regis meruit poteſtatem, repudiata quam prius acceperat uxorem ex Hieroſolymis genus ducentem, quæ Doris uocabatur, Mariammen ſibi coniunxit, Alexandri filiam Ariſtobuli filij: unde domus eius in diſcordiam uenit, & antea quidem, maxime uero poſtquã Roma regreſſus eſt. nam primum Antipatrũ ex Doride filium, eorum cauſa quos è Mariamme ſuſceperat, expulit ciuitate: ſolis feſtis diebus eò cõmeandi facultate cõceſſa. Deinde auum cõiugis Hyrcanum, ex Parthis ad ſe reuerſum, propter inſidiarum ſuſpicionem peremit: quẽ captum quidem, occupata Syria, Barzapharnes abduxerat: miſerati uero gentiles liberauerãt, qui ultra Euphratẽ colebãt. Et ſi monitis eorum paruiſſet, ne ad Herodẽ tranſiret, nõ interiſſet. Verum mortis eius illecebra, fuit neptis matrimoniũ. hoc eñ fretus, multoq; amplius patriam deſiderans, uenit. Herodem autẽ cõmouit, non q̃ regnum affectaret, ſed q̃ ipſi iure deberetur. Quinq; autem filiorũ quos ex Mariamme ſuſceperat, duæ fœminæ, cæteri mares erant. horũq; minimo Romæ in ſtudiis mortuo, duos maiores natu, & propter matris nobilitatẽ, & q̃ iam regnanti ſibi fuiſſent geniti, regie producebat. Sed enim fortior amor his Mariãmes ſuffragabatur: qui in dies ſingulos proficiẽs, adeò ſuccendebat Herodẽ, ut eorum nihil ſentiret quæ propter dilectã ſibi dolerent. Tantum namq; in eum Mariammes erat odium, quantum ipſe illam amabat. Habens igitur ex rebus quidẽ ipſis inimicitiarũ probabiles cauſas, ex amore uerò fiduciam, in os ei, quæ Hyrcano auo ſuo feciſſet obijciebat, quæq; in fratrẽ Ariſtobulum egiſſet. Nec enim uel huic, quanq̃ puer erat, parcebat: quem pontificẽ in decimo ſeptimo ætatis anno creatum, poſt honorẽ ſtatim occidit. Atq; ille quidem cum ſacra ueſte amictus ad arã acceſsiſſet feſto die, populus omnis illachrymauit: & tamen noctu miſſus in Hierichunta, ibi ſicut mandatũ fuerat, lacu ſubmerſus à Gallis interijt. Hæc igitur Herodi Mariamme probro dabat, ſororemq; eius & matrẽ maledictis atrocioribus dehoneſtabat. Sed ille quidẽ amore mutus erat. Graui aũt indignatiõe mulieres ſæuiebãt: & quo maxime cõmoueretur Herodes, inſimulabãt eam adulterij: præter alia multa, quę uerisimilia fingerent, hæc accuſantes, q̃ in Aegyptum imaginem ſuam miſiſſet Antonio: proq; immoderata libidine, abſentẽ ſe properaſſet oſtendere uiro mulierum cupidine inſanienti, & qui uim poſſet inferre. Id ueluti fulmen aliquod emiſſum perturbauit Herodẽ, maxime quidẽ amoris cauſa zelotypia

ſuccenſum

ſuccenſum, deinde etiã cogitantẽ Cleopatræ ſæuitiã, cuius gratia & Lyſanias rex & Malichus Arabs erant perempti. Non enim coniugis amiſsione, ſed morte ſua periculum metiebatur. Itaq; profecturus Ioſepho Salomes ſororis ſuæ uiro, quem fidum habebat, & pro affinitate beneuolum, cõmendabat uxorem: mandato ei clàm, ut eam interficeret, ſi etiã ſe occidiſſet Antonius. Verum Ioſephus nõ maligne, ſed regis amorẽ mulieri cupiẽs demonſtrare, q̃ ab ea nec mortuus patereẽ diuelli, ſecretum ei ſermonem aperit. Et illa reuerſo Herode, multaq; inter fabulas de affectu iurante, quodq; nunq̃ eſſet alterius mulieris amore captus: ualde, inquit, amor erga nos tuus mandatis Ioſepho cõprobatus eſt, quibus ut me occideret præcepiſti. His auditis quæ occulta credebat, amens erat Herodes ilico: nec unquã Ioſephum mandata ſua proditurũ fuiſſe ratus, niſi eam corrupiſſet, præ dolore inſaniebat. Cũq; ſtratis exiluiſſet, in regia ſpatiatur: ibiq; tunc Salome ſoror eius arrepto tẽpore criminandi, ſuſpicionẽ de Ioſepho confirmauit. Vnde Herodes immoderata zelotypia furẽs cõfeſtim utrũq; iuſsit interfici. Deinde pœnitudo ſequebatur inſaniã: & poſtquam iracundia concidit, amor iterum caleſcebat. Tantauis autem cupidinis erat, ut ne mortuã quidem putaret eam, ſed præ ægritudine tanquam uiuam alloqueret: donec proceſſu temporis funere cognito, mœroris magnitudine eum quo ſuperſtitẽ dilexerat æquauit affectũ. Maternæ autem iracundiæ ſuccedunt filij, & immanitatẽ ſceleris reputãtes, non aliter ſuſpectum patrem q̃ ſi hoſtis eſſet, habebãt: idq; & antea, quàm diu Romæ in ſtudijs erant, & multo magis poſtquã in Iudæam reuerſi ſunt. Siquidem cum ætatibus eorum, mentiũ quoq; roborabat affectio. Iam uerò maturi coniugio, unus amitæ ſuę Salomes, quæ matrem amborum accuſauerat, filiam duxit: alter Archelai Cappadocum regis. Vnde acceſsit etiam libertas odio, & occaſiones ex eorũ confidentia delatoribus collatæ ſunt. Itaq; apertius quidam cum rege colloquebant, q̃ ei per utrunq; filium ſtruerentur inſidiæ: & alter quidẽ ultrices materni exitij ſimul cum fratre armaret manus: alter uero, hoc eſt Archelai gener, ſocero fretus etiam fugã pararet, ipſum apud Cęſarẽ accuſaturus Herodem. His igitur criminationibus repletus Herodes, ueluti propugnaculo ſibi futurum aduerſus filios, adducit Antipatrũ ex Doride ſuſceptũ: hisq; illum præponere modis omnibus cœpit. Qui cum hanc mutationem tolerabilem non putarent, ac priuata matre æditũ proficientem uiderent, indignationẽ cohibere pro ſua nobilitate nõ poterant: ſed in ſingulis quibus offenderent, iram prodebant. Et illi quidem in dies ſingulos magis magisq; negligebant. Antipater autem etiam ſui cauſa fauorabilis erat: nã & patri blandiri callide nouerat, & uarias in fratres ſuos calumnias conferebat, quædam ipſe dictitãs, amicos uero ſuos ad alia diuulganda ſubmittens, donec omnino ſpem regni abſcidit fratribus ſuis. In teſtamento eñ ipſe aperte quoque iam ſucceſſor fuerat declaratus. Denique tanquam rex etiam ad Cæſarẽ miſſus eſt, cultuq; regio & cæteris obſequijs præter diadema utebat. Tempore autem ualuit etiã ſuam matrem in cubile Mariammes inducere: duobusq; armorũ generibus in fratres uſus, blanditijs & calũnijs regi obrepſit, ut etiã de filiorum morte cogitaret. Quapropter Alexãdrum quidẽ ſecũ Romam pater abſtractum, ueneni ſibi dati reum apud Cæſarem

Ant. lib. 16 cap. 4

poſtulauit. Ille autẽ uix deplorandi copiam nactus, & licet apud imperitiſsimum iudicẽ, tamen Herode & Antipatro prudentiorem, delicta quidem patris uerecunde ſuppreſsit: in ſe uero delata crimina fortiter diluit: periculorumque ſocio fratre purgato, mox de Antipatri calliditate, & de ſuis iniurijs queſtus eſt: cum præter innocentiæ conſcientiã eloquentia iuuaret. erat em̃ acerrimus in dicẽdo. poſtremo prolocutus q̃ eos pater libẽter occideret, crimen illi obiecit. & lacrymas quidẽ cunctis excuſsit: uerũ Cæſarẽ ſic affecit, ut eorũ accuſationibus ſpretis, Herodẽ ſtatim reuocaret in gratiã. Hac aũt lege reconciliatio facta eſt, ut adoleſcentes quidẽ patri in omnibus obedirẽt, ille aũt relinqueret regnũ cui uellet. Poſtea rex Roma reuerſus, licet ſoluiſſe criminibus filios uideret, nondũ tamen erat ſuſpicionibus liberatus: quoniam argumentũ odij ſequebatur Antipater, etſi uerecundia recõciliatoris palàm proferre inimicitias non auderet. Cum aũt Ciliciã præternauigans Elæuſam delatus eſſet, ſuſcepit eum benigniſsime Archelaus, pro ſalute generi gratiã referens, & redintegratæ cõcordiæ cauſa lętus: quippe nihil moratus amicis Romæ ſcripſerat, ut in cauſa dicenda ſuffragaretur Alexandro: & uſq; ad Zephyrĩ deduxit talẽtis xxx donatũ. Poſtea uero q̃ Hieroſolymam peruenit Herodes, populo cõuocato, tribusq; filijs prope aſtantib. cauſam reddit profectionis: multasq; deo gratias agit, multas etiã Cæſari, qui domus ſuæ perturbationem ſedaſſet: & quod regno maius eſſet, concordiam filijs præſtitiſſet, quam ego, inquit, arctius copulabo. Nam ille quidẽ me regni dominũ & ſucceſſorum iudicem conſtituit. Ego aũt cum mea cõmoditate illi gratias refero, tresq; filios meos reges deſigno, huiusq; ſententiæ meæ ſocium primum deum fieri precor, deinde uos. Namq; huic ætas, illis nobilitas ſucceſsionem regni conciliat, & quidem magnitudo eius etiam pluribus ſufficit. Quos autẽ Cæſar iunxit, & pater inſtituit obſeruate: nõ iniuſtis eos, neq; diſparibus, ſed meritis colentes honoribus. Nec em̃ tanta quis afficiet eum lætitia, cui prẽter ætatẽ obſequiẽ, quantum ei quem deſpiciet doloris infliget, Quos aũt ſingulis coniunctos eſſe oporteat propinquos atq; amicos ego diſtribuam, & concordiæ ſponſores illos conſtituã: pro certo ſciens, ſeditionũ contentionũq; cauſas ex contubernaliũ naſci malitia: hosq; ſi boni fuerint, affectiones tueri. Rogo aũt ut non ſolũ iſti, ſed etiã primates ordinũ exercitus mei, in me ſolo ſpem habeant in præſentia. Non enim regnũ, ſed regni honorẽ filijs meis trado: & iucunditate quidẽ quaſi rectores potient, pondus aũt rerũ tametſi nolim, meum eſt. Conſideret aũt quiſque ueſtrũ ætatem meam, uitæq; inſtitutum, necnõ etiã pietatẽ. nam neq; ſenex adeò ſum, ut de me citò deſperet: neque uoluptatib. aſſuetus, quæ adoleſcentiũ quoq; uitã ſpacio breuiore concludũt. Diuinitatẽ uerò ita coluimus, ut in longũ nos æuũ progreſſuros eſſe credamus. q̃ ſi quis in contemptũ meũ filijs meis placere maluerit, etiã pro illis mihi ſuppliciũ dabit. Ego em̃, nõ q̃ inuideã ex me genitis, honorifice eos haberi ueto: ſed quia noui hæc ſtudia adoleſcentib. ferociæ nutrimenta ſuggerere. Itaq; ſi cogitẽt qui ad eos ſe applicant, bonis quidem apud me paratũ eſſe præmiũ, ſeditioſis uerò apud ipſos etiã quibus lenocinabant, infructuoſam fore malignitatem, omnes profecto mecum, hoc eſt, cum filijs meis ſentient. Namque ipſis expedit me regnantem, meq; his eſſe concordem. Vos

autem

autẽ, ó boni filij, ſacrã primũ retinẽtes mente naturã, cuius affectiones inter feras beſtias ſaluæ ſunt, deinde Cæſarẽ qui nos reduxit in gratiam, meq; tertium qui ea quæ iubere liceat rogẽ: fratres permanete. Iam nũc autem uobis & ueſtimẽta & obſequia dabo regalia: deumq; oro ut cõſeruet iudiciũ meũ, ſi cõcordes eritis. Hæc locutus, ſingulos benigne cõſalutauit, populumq; dimiſit: alios cõuenientia dictis eius optantes: qui uero mutationis erant cupidi, ne audiſſe quidem ſe quicq̃ ſimulantes. Fratres autem diſſenſio nõ reliqt, ſed peiora ſuſpicantes alius de alio digreſsi ſunt. Nanq; Alexander & Ariſtobulus ægre ferebant cõfirmatum eſſe Antipatro meritum, Antipater autem ſuccenſebat uel ſecundo loco fratres haberi. ſed tamen ille pro uarietate morum, & reticere ſecreta nouerat, & quãto ſibi eſſent odio multa fraude celabat. His aũt pro nobilitate generis, in lingua erat quicquid ueniſſet in mentẽ. Et multi quidẽ his inſtigandis operã dabant, plures autẽ amicorũ ſeſe explorandi cauſa inſinuabant. Itaq; omne quod dictũ eſſet apud Alexandrum, ſtatim apud Antipatrũ erat, & ab Antipatro ad Herodẽ cum adiectione deferebatur. Nec uel ſimpliciter aliquid prolocutus, aduleſcens innoxius habebat, ſed cuncta eius uerba in crimina uertebant: maximaq; minimis affingebantur, ſicubi liberior paulo fuiſſet. Semp aũt qui eum iritarent ſubmittebat Antipater, ut mẽdacia ſua ueras occaſiones haberẽt: multisq; falſo uulgatis, unũ quid cõprobatum fidẽ omnibus faceret. Sed huius quidẽ amicorum quiſq; aut natura taciturnus erat, aut muneribus parabat, ne quid occultum expromeret: nec erraſſet aliquis, ſi Antipatri uitã malitię dixiſſet arcanum. Alexandri uero familiares, aut pecunia corruptos, aut impulſos blanditijs, quib. expugnauit omnia, fures ac proditores eorum quæ contra ſe dicerent ſiue agerent, effecerat. Cum autem caute uniuerſa cõmitteret, aſtutis etiam criminationibus aditus ad Herodem moliebat: fratriſq; perſonam gerens alijs delatoribus ſubornatis utebat. Si quid in Alexandrum nunciaſſent fauore ſimulato, id quod primo reprehendiſſet, mox otioſe aſtruendo, regis iracundiã prouocabat: omniaq; ad inſidias referebat, & ut necẽ patris Alexander optare uideret. nihil enim maiorẽ fidem calumnijs ſuggerebat, q̃ ſi eum purgaret Antipater. His accenſus Herodes, quantũ in dies ſingulos de affectu aduleſcentium detrahebat, tantũ adijciebat Antipatro. In eandem uero partẽ inclinati ſunt etiam qui regno parebant: hi uolentes, alij pro imperio, ſicut Ptolemæus amicorũ clariſsimus, regisq; fratres, ac tota ꝓgenies. omnia namq; in Antipatro ſita erant: & quod Alexandro fuit acerbiſsimũ, cuncta in eorum perniciem, matris Antipatri conſilio gerebant. Nouerca enim ſæuior erat, multoq; plus q̃ priuignos oderat, quos regina mater ediderat. Sed quanq̃ omnes, ut Antipatro magis obſequerent, ſpes inducebat: nõ minus tamẽ præcepta regis quenq; ab aduleſcentibus ſeparabant: qui chariſsimis edixerat, ne quis ad Ariſtobulum uel eius fratrẽ accederet, aut ſe ad eos applicaret. nõ ſolum autẽ regalibus erat formidini, uerumetiã externis amicis. Nulli enim regum tantum poteſtatis Cæſar dederat, ut fugitiuos ſuos quãuis ex ciuitatibus non ſubiectis ei liceret educere. Aduleſcentes autẽ delata in ſe facinora neſciebant, hisq; propterea capiebant incautius. Nullus enim palàm incuſabat à patre: ſed affectu refrigeſcẽte paulatim intelligẽtes, aduerſus dolorem

aſperius excitabantur. Eodem autem modo etiam Pheroram patruum, & Salomen amitã, contra illos cõmouit Antipater, aſsidue uelut cum uxore ſermocinando quibus in eos inſtigaret. Huius autem inimicitias augebat Alexandri quoq; uxor Glaphyra, multa de ſua nobilitate cõmemorãs, cunctarumq; ſe quæ in regno uiuerent dominã eſſe dictitãs: paternũ enim genus à Temeno, maternũ autẽ à Dario Hyſtaſpis filio ducere, multumq; ignobilitatem deſpiciens ſororis & uxorum Herodis: quarũ quæq; propter formam, nõ propter nobilitatem eſſet electa. Namq; multas ei fuiſſe diximus uxores: quod liceret Iudęis more patrio plures habere, quodq; rex plurib. oblectare tur. Omnibus igit propter ſuperbiam & cõtumelias Glaphyræ inuiſus erat Alexander. Salomen aũt Ariſtobulus, & ſi ſocrus eius erat, ipſe inimicam ſibi reddidit, & ante quidẽ propter maledicta Glaphyræ ſæuientẽ: frequenter enim humilitatẽ generis obijciebat uxori: quodq; ipſe priuatam, reginã uero frater ſuus duxiſſet Alexãder. Hoc Salomes filia cum fletu matri nũciauit. Addebat autẽ, quod aliorum quoq; fratrum matres idem Alexander & Ariſtobulus, ſi regnũ obtinuiſſent, textrices cum ancillis facere minitarẽtur, ipſos quoq; uicorum ſcribas, ſcilicet irridentes, q̃ literarũ ſtudijs operam darent. His cõmota Salome, q̃ iracundiam cohibere nõ poſſet, Herodi cuncta indicauit. Satis aũt idonea uidebat contra generũ dicens. Et præter hæc alia quædam criminatio diuulgata eſt, quæ ſuccendit animum regis. Audiuit enim Alexandrum & Ariſtobulum crebro matrem implorare, caſumq; eius cum gemitu atq; imprecationibus conqueri: ac ſæpe illo quædã ex Mariammes ueſtimentis poſterioribus diuidente cõiugibus, minitari ſolitos eſſe, q̃ cito pro regalibus delicijs nigris ueſtibus induerent. His de cauſis Herodes licet conſtantẽ animum aduleſcentiũ formidaret, tamen ne ſpem correptionis abſcinderet, ad ſe eos uocauit: Romã enim migraturus erat: & quaſi rex pauca interminatus, pluribus quaſi pater monuit: rogauitq; ut fratres diligerent, promiſſa priorum peccatorũ uenia, ſi poſt hæc meliores fierent. Illi autem criminationum inuidiam deprecando, fictas eas eſſe dicebant, purgationisq; ſuæ fidẽ rebus ipſis poſſe conſtare: uerum ipſum quoq; debere, omiſſa facilitate credendi, aditũ maledictis obſtruere. nunquam enim calumniatores defore, dum cui perſuadeatur extabit. Cum his eum mature placauiſſent, ut patrem, præſenti metu reiecto, de futuris mœrere cœperunt. Etenim cognouere Salomẽ ſibi eſſe infenſam, & patruum Pheroram: uterq; autem ſæui & graues erant: ſed amplius Pheroras, qui totius quidẽ regni præter diadema ſocius eſſet: proprios autẽ reditus haberet centum talentorũ, totiusq; trans Iordanẽ terræ fructus ipſe caperet, à fratre ſibi dono datæ. Quinetiam tetrarcham eum fieri beneficio Cæſaris, idẽ Herodes impetrauerat: regaliq; cõiugio dignatus erat, ſorore uxoris ſuæ nuptum ei collocata. Et poſt illius mortẽ, deſponderat ei filiarum ſuarum maximam, trecẽtis talentis in dotem datis. Sed regale matrimoniũ Pheroras, ancillæ amore captus, refugerat. quã ob rem iratus Herodes, filiam nuptũ dedit fratris filio, qui poſt à Parthis occiſus eſt. Mox autẽ morbo Pheroræ uenia data, indignationem remiſit. De hoc autẽ erat uetus opinio, quòd etiam uiua regina Herodẽ opprimere uoluiſſet ueneno. Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat, ut quãuis amãtiſſimus

Ant. lib. 16 cap. 7

ſimus fratris eſſet Herodes, fide tamen eorũ quæ audiſſet, adduceret ad metum. Itaq; de multis qui ſuſpecti erãt habita quęſtione, poſtremo ad Pheroræ amicos uenit, quorũ nulla quidẽ fuit de maleficijs aperta confeſsio, ſed q̃ cũ amica ſubrepta in Parthos cogitaſſet effugere prodiderũt: huius aũt conſilij & fugæ cõſcium eſſe Ariſtobulum Salomes maritum: cui rex eam tradidit, poſtquã ſuperior adulterij cauſa peremptus eſt. ſed nec Salome crimination libera manſerat. nã & hãc frater Pheroras accuſabat, q̃ cũ Syllæo, procuratore Obodæ regis Arabum de nuptijs cõſtituiſſet, quem inimiciſsimũ Herodes habebat. Conuicta aũt & in hoc, & in omnibus quæ Pheroras detulerat, indulgentiã meruit: itaq; ipſum etiã rex Pheroram criminibus ſoluit. Domus uero tẽpeſtas in Alexandrum tranſijt, totaq; capiti eius incubuit. Tres erant eunuchi regis chariſsimi, & ex genere famulatus neminem id latebat. Vni em̃ uinũ miniſtrare fuit cura, alteri cœnam apponere, tertius aũt dormitum eum collocabat, & cum ipſo cubabat: hos muneribus maximis Alexander cupiditati ſuę ſubiecerat. Itaq; poſtquã regi hæc ſunt indicata, ui tormentorum coacti, & ſtuprũ ſtatim cõfeſsi ſunt, & quibus eſſent ad hoc promiſſis inducti aperuerunt: quõ eos fefelliſſet Alexander, nullã in Herode ſpem habendam eſſe, improbo ſene, cõmemorans, & qui capillos inficeret, ut ob hoc etiam eum iuuenem putarent: uerum ſe coli oportere, qui etiã inuito eo regni eſſet futurus ſucceſſor: neq; multo poſt ab inimicis pœnas repeteret, fortunatosq; amicos ſuos beatosq; faceret, ac præ cęteris ipſos. Quin & obſequia potentiũ Alexandro clàm parere, militũq; rectores, itẽq; ordinũ principes occulte ad eũ cõuenire dixerũt. Hęc Herodes adeò pertimuit, ut nõ auderet ſtatim delata proferre, ſed exploratores die noctuq; ſubmittens, dicta factaq; ſingula ſcrutabat̃: & de quibus ſuſpicio eſſet, ilico trucidabat. Itaq; regnũ eius acerbiſsima iniquitate repletũ eſt. Nã pro ſuo quiſq; odio uel inimicitijs, calumnias finxere, multiq; regis iracũdia cædis cupida cõtra aduerſarios abutebant̃. & mendacio quidẽ confeſtim fides habebatur: erant aũt criminationibus ipſis uelociora ſupplicia. Deniq; accuſabatur qui modo accuſauerat: & cũ eo qui ante ſe cõuictus eſſet, ducebat̃ ad pœnã. De uita namq; periculũ regis quæſtiones breuiore cõpendio terminabat. Ad hoc aũt ſæuitiæ proceſſerat, ut nec eorũ quenquam humanius aſpiceret, qui accuſati nõ eſſent: uerumetiã amicis immitiſsimũ ſeſe præberet. Itaq; multis etiã regno interdixit, & in quos poteſtatẽ nõ habebat, in eos dictis aſperis ſæuiebat. Acceſsit malis Antipater collectaq; propinquorũ caterua, nullũ criminationis genus omiſit. Tantus aũt ineptia ſua regẽ cõmentisq; delatorũ timor inuaſit ut ſtricto inſtare ſibi gladio uideret̃ uidere Alexandrũ. Deniq; ſubito et ipſũ correptũ in uincula cõiecit, & in amicorũ eius tormẽta perrexit: multi aũt tacite moriebant̃, nulla uoce ſupra cõſcientiã prodita. alij uero quibus mendacium impatiẽtia doloris extorſit, de patris eũ inſidijs cũ fratre Ariſtobulo cogitaſſe dixerunt: tẽpusq; obſeruare, ut illo dum uenaret̃ occiſo, Romam profugerẽt. His tametſi ueriſimilia nõ erant, ſed neceſsitate cruciatus ex tẽpore fingebant̃, libenti tamẽ animo rex credebat, pro cõſolatione accipiẽs uincti filij, ne id feciſſe uideretur iniuſte. Verum Alexander quoniam ſuſpicionem patris nullo modo aboleri poſſe arbitrabatur, ultro malis aſſentiendũ puta-

Ant. lib. 17 cap. 8

uit:ac digeſtis aduerſus inimicos quatuor libris,fateť inſidias,earũq; ſe plurimos ſocios habere perſcribit:ante oēs aũt Pheroram & Salomen. Hãc enim etiã ſtupro ſibi quondã eſſe mixtã,cum uim noctu adhibuiſſet inuito.Iamq; libri in manib.erãt Herodis:multa & grauia de optimatib. clamãtes,cũ mature in Iudæã Archelaus uenit, metuẽs genero ſimul ac filiæ, quib. etiã prouidentiſsimo cõſilio ſuccurrit, regisq; minas arte diſſoluit.Mox eñ cum eo congreſſus,ubinã eſt, clamat, exitiabilis gener meus? aut ubi parricidale caput aſpiciã,quod meis manib.ipſe lacerabo: addamq; filiã meã bono marito nouo?nam etſi cõſilij particeps nõ eſt, qa tamẽ eiuſmodi uiri cõiunx fuit,inquinata eſt.Miror aũt patientiã tuã,cuius periculũ agitur, qp adhuc uiuit Alexander: ego namq; ita ex Cappadocia properãs ueniebam, ut qui & illum reperirem olim dediſſe ſuppliciũ,& de filia quęſtionẽ tecum haberẽ,quam tui tuæq; dignitatis cõtemplatione illi deſponderã. At nunc de utroq; nobis cõſulendum eſt: licet nimiũ pater ſis, & ad puniendũ inſidiatorẽ filium minus fortis. Permutemus dexteras, & alter alterius iracundiæ uicarij ſuccedamus. Talibus increpans,quãuis pertinacẽ fallit Herodẽ. Itaq; ille quos Alexander perſcripſerat libros,legẽdos ei præbet,ſingulisq; capitulis inſiſtens,cum eo deliberabat. Vnde occaſionẽ ſui cõſilij nactus Archelaus, paulatim cauſam in eos qui ſcriptis cõtinebantur,& in Pheroram cõtulit. Cum aũt ſibi credere regẽ uideret, cõſiderandũ eſt,inquit, ne forte adoleſcentulus tot nequiſſimorũ inſidijs circumueniatur, nõ tu ab aduleſcentulo.nec enim apparere cauſam,cur in tantũ ruerit ſcelus,qui & nunc regno potiretur,& ſucceſsionem regni ſperaret, niſi aliquos haberet huius perſuaſionis autores, qui ad deteriorẽ partẽ lubricũ ętatis impellerent.Ab eiuſmodi namq; hominib.nõ ſolum aduleſcentulos falli,uerũetiam ſenes, domosq; clariſsimas totaq; regna ſolere ſubuerti.Cõſentiebat dictis Herodes,iramq; paulatim remittebat in Alexandro,& in Pherorã excitabať. nanq; hic erat librorũ quatuor argumentũ. qui ubi propenſiorẽ eſſe regis animũ ſenſit, & in omnib. apud eum amicitiã Archelai præualere, quã honeſte nõ poſſet, ex impudentia ſalutem quæſiuit.relictoq; Alexandro,cõfugit ad Archelaum.& ille negat ſe uidere, quo pacto eximat tot criminib.inuolutum,quibus manifeſte conuinceretur regem inſidijs uoluiſſe decipere, omniumq; malorũ præſentiũ aduleſcenti cauſa fuiſſe: niſi malit omiſsis artibus callidis, & negandi pertinacia, de quibus inſimulareť omnia confiteri,& à fratre, præſertim cui dilectus eſſet, ueniam petere. nanq; ad hoc ei modis omnib. ſe quoq; opem laturum. Paruit Archelao Pheroras,atraq; ueſte cum lacrymis ut q̃ miſerabilis appareret, inſtructus,ad pedes Herodis acceſsit:ueniãq; meruit poſtulans.& ſe quidẽ ſceleratum eſſe fatebať: nanq; omnia quæ ſibi obijcerenť feciſſe. horum autem cauſam eſſe diminutionẽ mentis atq; inſaniã, ex mulieris amore conceptam. Itaq; poſtq̃ ſtetit Pheroras ſuimet ipſe accuſator ac teſtis, tũc eum iam Archelaus excuſando, Herodis iracundiam mitigabat,proprijs uſus exemplis: etenim ſe quoq; à fratre multo grauiora perpeſſum, naturale ius dicebat anteposuiſſe uindictæ. Quippe in regnis, uelut in magnis corporibus, ſemper aliquam partem pondere ipſo tumeſcere: quam recidi quidem non oportere, leniter uero curari. Multa in hunc modum locutus Archelaus, Herodem

Ant. lib. 16 cap. 8.9

rodē quidē Pherorę placidū reddidit. ipſe aūt Alexādro tādiu manebat iratus, filiāq; ab eo diſtractā ſecū abducturū ſe aiebat, donec Herodē cōpulit ultro pro aduleſcētulo deprecari, ut iterū ei filiā deſpōderet. Satis aūt grauatim Archelaus cui uellet eam præter Alexandrū collocari permiſit: maximi enim pēdere, quo iura inter ſe affinitatis inuiolata permaneant. Rege aūt ſibi filiū ab eo donatū affirmāte, niſi matrimoniū diremiſſet, q̄ & liberos iam haberent, uxor quoq; ab aduleſcēte diligereť: quæ ſi remaneret, peccatorū foret obliuio: ſi uerò diſcederet, cauſa de omnib. deſperandi: mollioré nanq; fieri audaciā, ſi domeſticis affectionib. diſtrahať: uix tandē ceſsit, unaq́; & ipſe redijt cū aduleſcēte in gratiā, & patrē eius reduxit. Procul dubio tamē eum Romam mitti debere ait, cum Cęſare collocuturū: de omnib. enim ſeſe literas ad eum feciſſe. Vafrū igiť Archelai conſiliū, quo generū periculo liberauit, peractum erat, & redintegrata cōcordia in epulis & humanitate cōuictus familiariter uerſabanť. Abeuntē aūt munerib. talentorū ſeptuaginta, ſolio quoq; aureo gemmis ornato, & eunuchis, & concubina donat Herodes, quæ Pannychis uocabať: itēq́; amicorū eius quenq; pro merito. quin & cognati regis omnes, iuſſu eius Archelao dona ſplendidiſsima dederunt: eūq́; tam ipſe q̄ optimates Antiochiā uſq; proſecuti ſunt. Non multo poſt quidā in Iudæā ue nit, Archelai cōſilijs multo potentior: qui non ſolum reconciliationē gratiæ Alexandro quæſitā fecit irritam: uerumetiā cauſa fuit ut periret. Laco erat genere, nomine Eurycles, ad regni deſideriū amore pecunię corruptus. Iam enim luxū eius regia tolerare non poterat. Is ampliſsimis donis Herodi oblatis, uelut eorū quæ aucuparetur illecebra, cum ſtatim multiplicata recepiſſet, immaculatam liberalitatē nihil eſſe ducebat, niſi regum ſanguine cōparaſſet. Itaq; regem adulatione falſisq́; de ipſo laudibus, & ſermonis calliditate circumuenit: matureq́; perſpecto eius ingenio, dictis ſimul & factis quæ illi placerent, inter primos eius amicos habetur. Nam & rex & oēs eius comites libenter ciuē Spartæ patriæ cauſa, præcipuo dignū honore ducebant. Ille autē poſtquam fragilitatē domus animaduertit, fratrumq́; inimicitias, & quēadmodum pater in ſingulos eſſet animatus, Antipatri quidē hoſpitio præuentus erat. Simulata ueró amicitia fallebat Alexandrū, olim ſe & Archelai ſocium eſſe mentitus, quo etiam citius quaſi probatus obrepſit. Moxq́; ab eo fratri quoq; Ariſtobulo cōmendatus eſt. Pertentatis autem perſonis omnibus, aliam alio modo ſubibat: ac primum fit Antipatri mercenarius, & Alexandri proditor: illum exprobrando caſtigans, q̄ quum fratrū ſit maximus, ſpei ſuæ negligat inſidiatores: Alexandrū uerò, q̄ regina creatus, & regiæ uir coniugis, filium priuatæ mulieris pateretur regno ſuccedere, præſertim quum haberet magnam occaſionē Archelaum: quæ quidē aduleſcenti bona fide ſuadere uidebatur, q̄ amicitiam ſimulaſſet Archelai. Vnde nec Alexander quicquam metuens, & de Antipatro quæ ſe mouerent apud eum querebatur: & quòd nihil mirū faceret Herodes, ſi cum matrē illorū interemit, ipſis quoq; regnū eius auferret. quorū cauſa Eurycles & miſerari eos & cōdolere ſimulans, etiam Ariſtobulum ad ea dicenda pellexit: atq; ita querelis in patrem utroq; deuincto, referens ad Antipatrū ſecreta diſcedit: affictoq; quoq; inſidiarum mendacio, quas ei fratres paraſſe affirmabat, ac penè iam ſtrictis gladijs

Ant. lib. 16 cap. 11

in eũ irruere. Ob hęc aũt multa pecunia donatus ab Antipatro, laudator eius erat apud patrẽ: & ad extremũ necis Alexãdri & Aristobuli redempta opera, ipse accusatoris partibus fungit. Cumq; adisset Herodẽ, uitã ei se rependere pro beneficijs sibi delatis, & lucẽ referre dixit pro hospitio: olim Alexandrũ exacuisse in eum gladiũ, & cõfirmasse dexterã: uerũ sceleri tanto fuisse impedimento, qꝑ societatẽ facinoris assimulasset. Alexandrũ enim dicere, nõ bene secum Herodẽ actum putare, qꝑ regnum obtinuisset alienũ, & post matris eorum necem principatũ eius dilacerasset, nisi etiam degenerẽ cooptaret hæredem, auitumq; ipsorũ regnum Antipatro spurio traderet. Proinde semet Hyrcani manes & Mariammes ultum ire. Nec enim decere successionẽ regni ab huiusmodi patre sine cæde suscipere: multis aũt rebus ad hoc excitari quotidie, quia nihil sibi omnino loqui sine calumnia liceret. Nã si de nobilitate aliorũ fiat mentio, sine ratione se cõtumelijs affici, patre dicẽte, solus generosus Alexãder, et cui pater sit pro ignobilitate dedecori. In uenationibus quoq; offendere, si taceat: si uero laudet, cauillatorẽ appellari. & prorsus immitem sibi patrem inueniri, soliq; Antipatro indulgentẽ: ob quæ uel emori non recusare, nisi ex uoto insidiæ successissent: sin eũ occidisset, primũ salutis occasionẽ fore Archelaum socerum suum, ad quem facile possit effugere: deinde Cæsarẽ, qui nunc usq; ignoraret mores Herodis. nec enim sic ei adstaturum ut antea, patris præsentiã formidando, nec de suis tantum criminibus locuturũ, sed primũ totius gentis ærumnas, & quod ad necem usq; tributis opprimeret uulgaturũ. deinde in quibus delicijs, quibusq; actibus partæ sanguine pecuniæ consumptæ sint, & qui uel quales ex illis fuerint locupletati, quæ causa ciuitatis afflictæ: ibi aũt lamentaturũ & aui & matris necem, omniaq; scelera regis retecturũ: quibus cognitis nemo se iudicauerit patricidã. His Eurycles in Alexandrũ falso delatis, Antipatri laudes prosequebat, illum solum qui patrem diligeret esse cõfirmans, quiq; adhuc insidias retardasset. Rex aũt nondum præteritæ suspicionis dolore cõpresso, intolerabilis iracundiæ feritate perturbatur. Iterumq; hoc tempus nactus Antipater, alios accusatores fratribus subornauit, qui eos dicerent cũ Iucundo et Tyrannio clàm colloqui solitos esse, equitũ regis olim principibus, tunc uero propter quasdam offensiones ordinibus motis. Hac deniq; indignatione succensus, confestim eos tormentis Herodes subdidit. Illi aũt nihil eorũ se quæ crimini darentur, scire cõfessi sunt. Sed oblata est quædã uelut ad præfectũ castelli Alexandrij ab Alexandro scripta epistola, deprecante ut cũ Aristobulo fratre se in castellum reciperet, si patrem interfeciſſent: tamq; armis q̃ alijs subsidijs eos uti permitteret. Hanc Alexãder Diophanti cõmentũ esse dicebat, qui regis erat notarius, homo audacissimus & cuius libet manus literas imitari peritus. Itaq; multis sæpe falso cõscriptis, ob hoc postremo occisus est. torto aũt castelli præfecto, nec eius indicio quicq̃ Herodes eorũ quæ delata erant uerũ esse cognouit. Sed quãuis nullum documentũ ualidum proferret, filios tamen asseruari præcepit. Euryclem uero domus suæ pestẽ, ac totius sceleris fabricatorẽ, bene de se meritum datoremq; salutis appellans, talentis quinquaginta donauit. Ille autẽ prius quàm certa fama nunciaret, ad Archelaum properat: aususq; dicere, qꝑ Herodem recõciliasset Alexandro, ab illo quoq;

pecunias

pecunias capit. deinde in Achaiã transgressus, ad similia facinora male quęsi tis abusus est. Postremo apud Cæsarẽ accusatus, q̃ dissensionibus repleuisset Achaiã, & ciuitates spoliaret, in exiliũ mittit: atq; hoc eũ modo pœnæ Alexandri & Aristobuli p̃secutæ sunt. Hoc loco dignũ est Coum Euaratũ huic Spartiatæ conferre. Namq; is cum amicissimus esset Alexandro, eodemq́; tempore quo Eurycles ibidẽ erat aduenisset, percontanti regi super his quę ille insimularet, iuratus nihil se ab adulescentib. audisse affirmauit. nec tamẽ id quicq̃ miseris profuit apud Herodẽ, solis maledictis aures paratissimas aperientẽ: eum [illegible]ratiosissimũ sibi iudicantẽ, qui secũ eadẽ crederet: ijsdẽq́; moueret. Incitabat præterea Salome crudelitatẽ eius in filios. Nam ad hanc Aristobolus, quo periculis inuolueret, quam & socrũ habebat & amitã, monitũ miserat, ut saluti suæ cõsuleret: quasi rex eam decreuisset occidere, iterũ insimulatã, quorũ ante fuerat accusata: q̃ Syllæo Arabi nubere cupiens, quẽ sciret eius inimicum, occulte illi secreta regis nunciaret. Et hoc fuit extremũ quo tanq̃ tempestate oppressi adulescentes, nõ secus ac turbine pessundati sunt. Salome em̃ protinus cõtendit ad regẽ, eiq́; monita Aristobuli prodit: atq; ille ulterius durare nõ passus, utrunq; filiũ uinxit, & separatos asseruari præcepit. Deinde Volumniũ militiæ magistrũ, & ex amicis suis Olympũ descripta ferentes iudicia, proficisci iussit ad Cæsarẽ: qui postq̃ Romam naui delati, regis literas reddiderũt, uehemẽter quidẽ Cæsar ob adulescẽtes indoluit, uerũ potestatẽ in filios à patre auferendã nõ duxit. Deniq; rescribit ei, ut ipse sui dominus esset arbitrij: melius tamẽ facturum dicẽs, si in cõmuni consessu propinquorũ suorũ prouincięq́; rectorũ de insidijs quæreret: eosq́; si delato crimini reperiret astrictos, occideret. si uero fugã tantũ esse meditatos, mediocri supplicio cõtentus esset. Paret scriptis Herodes: cumq́; Berytũ quò Cæsar iusserat, pueniisset, cogit iudiciũ. Præsederunt autẽ rectores, quibus à Cæsare scriptũ fuerat, Saturninus & Pedanius legati, & cum his Volumnius procurator, itẽq́; propinqui regis & amici, necnõ & Salome & Pheroras, & post hos optimates Syriæ, præter Archelaũ regẽ: namq; hunc Herodes, q̃ Alexãdri socer esset, suspectũ habebat. Sed filios quidem satis prouido consilio in iudicium nõ produxit: sciebat enim q̃ si tantũ uisi fuissent, omni modo ad misericordiã cunctos impellerent: si uero etiã dicẽdi copiã nacti essent, facillime Alexander obiecta dilueret. Igit̃ illi quidẽ custodiebãtur in Platane, uico Sidoniorũ. Exorsus autẽ rex, ueluti cum præsentibus ageret, cõmouebat̃. & insidias quidẽ timide obijciebat: nã probationibus deficiebat. maledicta uero & p̃bra & iniurias, & peccata plurima in se admissa p̃sequebat̃: eaq́; morte grauiora esse cõsessorib. demonstrabat. postremo cũ nemo cõtradiceret, semetipsum argui miserabiliter questus, acerbãq́; uictoriã uincere, singulos sententiã proferre rogat in filios. & primus Saturninus cõdemnandos esse adulescẽtulos, sed nõ morte p̃nunciauit. Nec em̃ fas esse cũ tres ipse astãtes habeat filios, mortẽ alienis decernere. Idẽ etiã duobus legatis uisum est, eosq́; nõnulli alij secuti sunt. Tristẽ uero sententiam primus Volumnius dixit, cunctiq́; post eũ Herodis æmulatione, uel odio: neq; indignatione quisquã necandos esse adulescentes iudicauit. Tum autẽ uniuersa Iudæa & Syria, suspẽsa quidẽ operiebatur huius tragœdiæ finem: sed nemo existimabat

Ant. lib. 16 cap. 12

Ant. lib. 16 cap. 13

exiſtimabat Herodis crudelitatẽ ad parricidiũ uſq; proceſſuram. Ille tamen filios Tyrum traxit:atq; inde naui Cæſareã deuectos, quo mortis genere perimeret cogitabat.Interea uetus quidã regis miles,Tiro nomine, qui & filiũ habebat Alexandro aſſuetum atq; amicum,& ipſe diligebat aduleſcentulos: præ nimia indignatione mentis poſtremo circũiens clamitabat cõculcatam eſſe iuſtitiã,ueritatẽ perijſſe,naturam eſſe confuſam,uitamq; hominum iniquitatis eſſe plenam,& omnia quæ dolor cõtemptori uitæ dictaſſet. Deinde ipſum etiã regem auſus adire:mihi uero,inquit,omniũ uideris eſſe infeliciſſimus,qui cõtra chariſsimos nequiſsimis credas.Siquidẽ Pheroras & Salome fidẽ apud te aduerſus filios tuos habent, quos ſæpe ipſe mortis ſupplicio dignos eſſe iudicaſti:neq; aduertis hoc eos agere,ut iuſtis ſucceſſorib.deſtitutus,cũ ſolo remaneas Antipatro,capi facile regẽ optantes. Veruntamẽ cogita,ne ille quoq; militibus odioſus ſit,propter cædẽ omniũ fratrũ. Nullus enim eſt,qui nõ aduleſcentiũ miſereat,principum autẽ plurimi etiam palàm grauiter ferunt.hæc dicẽs,ſimul eos quibus res indigna uideret nominabat.

Ant. lib. 16 cap. 13 Rex autẽ ſtatim illos & ipſum cũ filio cõprehendi iubet. Ibiq; tum alius quidam regius tonſor,nomine Tryphõ,neſcio qua exagitatus inſania,ſemetipſum indicans,pfilit:ac mihi quoq; Tiro,inquit,iſte pſuaſit,ut occaſione tondẽdi nouacula te occiderẽ:magnaq; inde Alexandrũ daturũ munera pollicebat.His auditis,Herodes & Tironẽ eiusq; filiũ,& tonſorẽ ſubdidit quæſtioni.Cumq; illi pernegarent,tonſor autẽ amplius nihil diceret, Tironẽ uehementius torqueri iuſsit:tumq; filius eius,patris miſeratione cõmotus, cuncta ſe regi,ſi eum ſibi cõdonaſſet,indicaturũ,pmiſit.Eoq; relaxato,ipſius occidendi patrẽ ſuum habuiſſe uoluntatẽ dixit,impulſum ab Alexandro. Hoc autẽ quibuſdam fictum ab aduleſcente uidebat, quo tormentis eriperet patrem,nonnulli uerum eſſe affirmabant.Herodes tamẽ & militum principibus & Tirone pro cõcione accuſatis in eos armauit populum, ut ibidẽ cum tonſore lignorum & lapidũ ictibus interirẽt.Filios uerò in Sebaſten miſſos, quæ non longo à Cæſarea interuallo diſtaret,præſocari iubet:eaq; re matura perfecta, in caſtellum Alexandrium mortuos aſportari, cum Alexandro materno auo ſepeliendos.Hic finis Ariſtobulo & Alexandro uitæ fuit.

De conſpiratione,Antipatri contra patrem. Cap. XVIII.

Ant. lib. 17 cap. 21 ANtipatrum uerò, cum iam ſine controuerſia ſucceſsionem regni ſperaret,intolerabile gentis excepit odium,cunctis ſcientibus, illũ omnes fratribus ſuis conſeruiſſe calumnias: nihiloq; minus timor eum non mediocris ſolicitabat,creſcente ſobole peremptorum.Erant enim Alexandro ex Glaphyra filij duo,Tigranes & Alexander:itemq; Ariſtobulo ex Berenice Salomes filia,Herodes & Agrippa & Ariſtobulus,filiæq; Herodias & Mariamme.Sed Glaphyram quidem Herodes cũ dote ſua in Cappadociam dimiſit,poſtquam Alexandrum interfecit:Berenicen autem Ariſtobuli coniugem,auunculo Antipatri nuptum dedit:ut enim Salomẽ, quã infenſam habebat,ſibi reconciliaret Antipater,iſtas nuptias excogitauit. Idẽ uerò etiam Pheroram muneribus alijsq; obſequijs,atq; amicos præterea Cęſaris ambiebat,magnas Romam mittendo pecunias. Saturninum enim cum alijs omnibus apud Syriam donis expleuerat. Hoc autem magis inuiſus

erat

erat cunctis, quo plura donabat, uelut opes tantas nõ munificentia largiret, ſed metu cõſumeret. Itaq; eueniebat, ut nec accipientiũ beneuolentia quicquã profecerit: quibusq; nihil dediſſet, acerbiores inimicos haberet. In diſtributionibus autẽ munerũ quotidie largior erat, cum præter ſpem uideret orbos pueros ab Herode curari: quantũq; illum peremptorũ cędis pœniteret, prolis eorũ miſeratione ſignificari. Conuocatis enim propinquis atq; amicis ſuis, & pupillis aſtantibus cũ lachrymis oppleſſet oculos, dixit: Horũ quidem mihi patres fortuna quædã triſtis eripuit, ipſos aũt orbitatis miſericordia cũ natura commendat. Experiar itaq; ut etſi pater infortunatiſsimus fui, auus tamẽ ſim prouidentior, & à quibus poſt me regantur, amiciſsimos mihi relinquã. Deſpondeo igitur filiam tuam Pherora maximo filiorũ Alexandri, ut ei curator ſis neceſſarius: tuo uero Antipater filio, Ariſtobuli filiã: eris em̃ hoc modo pater orbatę. Sororẽ uero eius meus Herodes accipiet, ex põtifice auo materno prognatus. Et de his quidẽ hoc ſit iudiciũ meum, neq; id quiſquã dirimat, qui me amabit. Precor aũt etiã deum bono regni mei, meo rũq; nepotũ copulare nuptias, atq; hos pueros placidioribus, q̃ patres eorũ oculis aſpicere. Poſtquam hæc locutus eſt, fleuit, & puerorum dexteras iunxit, benigniſsimeq; cõſalutatis ſingulis dimiſit conciliũ. Statim diriguit Antipater, quantoq; dolore affectus eſſet neminẽ latuit pupillorum. namq; honorem apud patrem quoq; ſibi derogatum exiſtimabat: iterumq; de rebus cunctis periculũ fore, ſi Alexandri filijs præter Archelaum etiam Pheroram tetrarchã adiutorem habere licuiſſet. Ad hæc reputabat odium ſuum, & orbitatis miſerationẽ, qua tota gens flectebatur, quanto uiuentium puerorum ſtudio, & quanta memoria mortuorũ ipſius ſcelere tenerẽtur Iudęi. Itaq; omnimodo dirimere ſponſalia ſtatuit. & callide quidẽ patri ſurrepere timuit, ſæuienti acriterq; uigilãti ad ſuſpicãdum. palàm uero cum ſupplex adire auſus eſt, corãq; depoſcere, ne ſe honore priuaret, quo dignum eſſe iudicaſſet, nudumq; regis nomen habere uellet, regni autem ſubſtantiam penes alios eſſe. Nec enim poſſe rerum obtinere dominatũ, ſi præter auum Archelaũ, etiam Pheroras Alexandri filijs ſocer eſſet adiũctus. Inſtantiſsime uero precabatur quia numeroſa eſſet regia ꝓgenies, nuptias permutari. Nouẽ nãq; regi uxores erant, ſed harũ ſeptem unde filios ſuſceperat, ipſum Antipatrum ex Doride, Herodem autem ex Mariamme põtificis filia: itemq; Antipam & Archelaum ex Malthace Samaritide, filiãq; Olympiadẽ, quam frater eius Ioſephus habuerat, ex Hieroſolymitide uero Cleopatra Herodem & Philippũ, necnõ ex Pallade Phaſelum. Habebat autẽ filias quoq; alias, Roxanen & Salomen, unam ex Phædra, & alteram ex Elpide: duasq; uxores ſine filijs, cõſobrinam & fratris filiã: & præter has Alexandri & Ariſtobuli ſorores duas ex Mariãme. Cum igitur tanta prolis copia ſupereſſet, aliter nuptias iungi poſtulabat Antipater. Rex aũt perſpecto eius animo, quid de pupillis cogitaret, uehemẽter iratus eſt: quippe filiorũ quos interfecerat caſum reputãs uerebatur ne etiam hi quãdoq; criminationũ Antipatri præmium fierent. Sed tũc quidem ſæuioribus dictis eum protelat. Poſtea uero blanditijs eius adductus, ſponſalia reformauit: ac primum ipſi Antipatro Ariſtobuli filiam collocat, filium uero eius iungit filiæ Pherorę. Hinc licebat aduertere: quantum Antipatri

ualuerit

ualuerit adulatio, quod idē in ſimili cauſa impetrare Salome nō potuit. hanc em̄ quamuis ſoror eſſet, atq; hæc ſæpe intercedente Iulia uxore Cæſaris poſtulaſſet, Arabi Syllæo nubere nō paſſus eſt: ſed inimiciſsimā ſibi fore iurauit, niſi ab hoc ſtudio deſtitiſſet. poſteaq; inuitā Alexę cuidā ex amicis ſuis in matrimoniū dedit: eiusq; filiarum unam Alexandri filio, alteram Antipatri auunculo tradidit. Natarū autē Mariammes una, ſororis filium habebat Antipatrum, altera fratris Phaſelū. Sic interrupta pupillorum ſpe Antipater, & prō ſua cōmoditate affinitatibus iunctis, expectatione certa nitebatur: adiectaq; malignitati fiducia, nequaq̄ erat tolerabilis: nam quia ſingulorū odium uitare nō poterat, ſecuritatē ſibi ex terrore quærebat: cum præterea Pheroras ei ueluti iam cōfirmato regi obſecundaret. Quin & mulierum conflata in aula cōflictio, nouas turbas excitabat. Etenim Pherorę uxor cū matre ac ſorore ſua, necnō & matre Antipatri, multa in regia inſoleter agebat, auſa etiā duas regis filias cōtumelioſe tractare: cui rei maxime ab Antipatro erat obiecta. Itaq; cum illi inuiſæ eſſent, alias quidē morigeras habebant: ſola uero Salome aduerſabat eorum concordiæ: quodq; nō bono regis coirent, apud ipſum inſimulabat. Cognita uerò eius delatione mulieres, quodq; Herodes ęgre tuliſſet aperto quidē conuentu & familiaritate abſtinuerunt, contrà uerò & diſcordare inter ſe rege audiēte ſimulabant: cū his adeo colluderet Antipater, ut palām Pherorā minime dubitaret offendere: occultos autem cœtus & nocturnas comeſſationes agebant: earumq; conſenſionē fecit obſeruatio firmiorem: cum horū nihil ignoraret Salome, ſed Herodi cuncta nunciaret. Ille autē ardens iracundia, maximeq; aduerſus Pherorę coniugem, quam præter cæteras accuſaret Salome, aduocato cognatorū amicorūq; concilio, & alia multa mulieri & filiarū contumelias crimini dedit, quodq; Phariſæis mercedē contra ſe præbuiſſet, fratremq; ſibi hoſtem reddidiſſet expugnatum ueneniſ. Poſtremo conuerſus ad Pherorā, utrum, ait, ſe fratrem an uxorem uellet optare? Cumq; ille ſe citius uita dixiſſet q̄ cōiuge cariturū, incertus quid ageret, ad Antipatrū ſermonem cōtulit: ac nē cum Pherora, uel eius coniuge, aut quouis alio, qui ad eam pertineret, unquā colloqueretē edixit. Verùm ille palām præcepta cuſtodiēs, in occulto cū his pernoctabat: metuensq; obſeruationem Salomes, per amicos in Italia degentes, ut Romam proficiſceretē, effecit ipſorum perlatis literis, ubi Antipatrum aliquanto poſt tempore ad Cæſarem mitti oportere perſcriberent. Igit Herodes nihil moratus, eum miſit: cunctis quæ uſui forent, magnaq; pecunia liberaliter inſtructum, teſtamentūq; unà ei portandū dedit, in quo rex ipſe Antipater inſcriptus erat, & Antipatri ſucceſſor Herodes, ex Mariamme pōtificis filia procreatus. Quin & Syllæus Arabs itidē Romam, neglecto Cæſaris præcepto, nauigauit: de his cum Antipatro certaturus, de quibus cum Nicolao cauſam ante dixerat. Non leue autem cum Areta rege ſuo certamē habebat, cuius & alios amicos interfecerat & Soemum in Petra oppido potentiſsimū, redemptoq; Fabato procuratore Cæſaris fautore utebatur etiam in Herodem. Sed maiore pecunia data Herodes Fabatū à Syllæo alienauit: ac per eum quę Cæſar iuſſerat exigebat. ille aūt cum nihil dediſſet, accuſabat apud Cæſarē Fabatum, diſpenſatorem eſſe dicens, non quæ ipſi, ſed quæ Herodi expedirent.

Ant. lib. 17 cap. 3

Ant. lib. 17 cap. 4

Quibus

Quibus cõmotus ad iracundiam Fabatus, adhuc autẽ apud Herodem in honore maximo habebatur, ſecretorum Syllæi proditor factus eſt: regiq́; indicauit, ꝙ Syllæus Corinthũ eius ſatellitem pecunia corrupiſſet, eumq́; aſſeruari oporteret. Neq; rex id facere dubitauit: quoniam Corinthus iſte, licet in aula regis eſſet educatus, ex Arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non illum ſolum corripi, ſed etiã duos alios Arabas iuſsit apud eum repertos, unũ Syllæi amicum, alterum Phylarchum. Qui ſubditi quæſtioni, magna pecunia Corintho ut Herodẽ occideret, perſuaſiſſe confeſsi ſunt: atq; etiam à Saturnino Syriæ rectore interrogati, Romam tranſmiſsi ſunt.

De ueneno Herodi parato, & quomodo compertum ſit. Cap. XIX

AT Herodes Pheroræ uehemẽtius imminebat, ut repudiaret uxorem: neq; quomodo mulierẽ plecteret inueniebat, cum multas in eam odij cauſas haberet, donec ipſum etiam fratrem cum ea ſupra modum indignatus eiecit. Pheroras autem æquo animo acceptа iniuria, in tetrarchiam ſuam receſsit, iuratus unũ ſibi exilij finẽ fore mortem Herodis, neq; ad eum reuerſurũ eſſe dum uixerit. Deniq; nec ægrotum quamuis ſæpe accitus fratrẽ inuiſere uoluit, cum quibuſdam mandatis eum quaſi moriturus uellet inſtruere. Sed ille quidẽ præter ſpem conualuit. Poſtquam autẽ Pheroras in morbũ incidit, tum Herodis patientia demonſtrata eſt. Nam & uenit ad eum, & humaniſsimè curatum uoluit: ſed morbum ſuperare non quiuit: intra dies enim paucos eſt mortuus. Quem licet uſq; ad ultimum uitæ diem dilexiſſet Herodes, tamẽ quòd illum quoq; ueneno peremiſſet, fama uulgatũ eſt. Verùm eius corpore in Hieroſolymam deportato, luctum maximum cunctæ genti denunciauit, clariſsimaq́; funus ſepultura dignatus eſt. Vnus quidẽ interfector Alexandri & Ariſtobuli, hunc exitũ uitæ ſortitus eſt. Tranſijt autem in Antipatrum autorẽ pœna ſceleris, ex interitu Pheroræ nacta principium. Quidam enim ex eius libertis, cum regem triſtes adijſſent, fratrem ipſius Pheroram ueneno interceptum eſſe dicebant. nam quendam ei cibum obtuliſſe coniugẽ ſuam, non eo quo ſolebat modo conditum: eoq́; ſumpto illum morbo protinus eſſe correptum. Veniſſe aũt ante biduũ, matris ac ſororis eius accitu quandam ueneficam mulierculã ex Arabia, ut uenenum Pherorę conficeret amatoriũ: & pro amatorio dediſſe mortiferum Syllæi conſilio: namq; illi notam fuiſſe. Perculſus igitur plurimis ſuſpicionibus rex, ancillas & nõnullas libertinas quæſtioni ſubiecit. Ibiq́; tum exclamat aliqua doloris impatiẽs: Deus cæli terræq́; rector, in matrẽ Antipatri, quæ horũ nobis malorũ cauſa eſt, uindicet. Hoc rex initium nactus, perſequebatur ulterius indaginẽ ueritatis. Mulier uerò & matris Antipatri familiaritatẽ cum Pherora eiusq́; mulieribus, & occultos eorũ conuẽtus aperuit: quodq́; Pheroras & Antipater redeuntes à rege, tota cũ illis nocte potare ſoliti eſſent, ſeruis omnib. excluſis & ancillis. Vna quidẽ libertinarum hæc indicauit. Cum autẽ ancillæ ſeparatim ſingulæ torquerẽtur, patuit omnium dicta congruere, qua de cauſa Romam quidẽ Antipater ex compoſito, Pheroras uerò trans flumẽ ſecedere curauiſſet. Nam ſæpe illos in ſermone dixiſſe, ꝙ poſt Alexandrum & Ariſtobulum ad ipſos eorumq́; coniuges tranſiturus eſſet Herodes. Nec alicui poſſe parcere, qui Mariammæ eiusque filijs minimè

Ant. lib. 17 cap. 5

peperciſſet:ideoq; melius eſſe,ab hac belua quàm longiſsime fugere. Sæpe aũt dixiſſe matri Antipatrum conquerentem, ꝙ cum ipſe iam canus eſſet,pater in dies ſingulos iuueneſceret, ſeq; fortaſſe prius q̃ regnare incipiat moriturum: aut ſi unquam ille deceſſerit(quando aũt iſtud futurum?)uoluptatem ſibi ſucceſsionis omnino fore breuiſsimam. Pullulare præterea hydræ capita,hoc eſt Alexandri & Ariſtobuli filios: ſibi autem filiorũ quoq; ſpem ademptam eſſe patris iniuria: qui nõ eorum quenquam poſt mortem ſuam regni ſucceſſorem,ſed Mariammes filium ſcripſiſſet hęredem. Qua quidem in re prorſus eum ſenectute delirare, ſi teſtamento ſuo ſtandum arbitraretur. ſe namq; ut ex eius progenie nemo ſupereſſet curaturũ. Quinetiã cum omnes patres,quibus inuiſi unquã filij fuerunt,odio uincat:plus tamen eum etiam fratres odiſſe. Deniq; nuper ſibi ne cum Pherora colloqueretur, centũ talenta donaſſe: atq; cum Pheroras diceret, quid enim per nos lædebatur? reſpõdiſſe Antipatrum, utinam cunctis ablatis nudos ſe dũmodo uiuos relinqueret. Verũ hoc nequaquam fieri poſſe,ut tam peſtiferam beſtiam quiſquam effugiat,ſub qua nec amicis eſſe palàm liceret. Deniq; nũc occulte,inquit,conuenimus: licebit autẽ apertè, ſi uirorum ſpiritum manusq; habeamus. Hæc in tormentis ancillæ prodiderunt,& quòd Pheroras cum illis Petram fugere cogitaſſet. Vt omnibus autem dictis Herodes crederet,centum talentis effectum eſt. De his enim ſoli Antipatro dixerat. Igitur ante alios in Doridem Antipatri matrẽ furor eius erumpit:eamq; omni ornatu, quem illi donauerat,ſpoliatam,multis cõparato talentis, expellit. Deinde ira depoſita,Pheroræ mulieres à tormẽtis recreabat. Timore autẽ pauidus erat, & ad omnes ſuſpiciones excitabatur: multosque innocentes, metu ne quem nocentium prætermitteret;in tormenta ducebat. Hinc ad Samaritam ſe cõuertit Antipatrum, qui procurator erat Antipatri, & ex illius tormẽtis cõperit, necandi ſui cauſa ex Aegypto Antipatrum uenenũ malum petijſſe,per quendam Antiphilì amicum:idq; ab eo Antipatti auunculum accepiſſe Theudionem,ac Pherorę tradidiſſe:cui mandaſſet Antipater ut Herodem occideret, dum ipſe Romæ abeſſet,ac ſuſpicione careret:Pheroram uero uenenũ uxori ſuæ dediſſe ſeruandũ. Itaq; hanc euocatam,ſtatim rex quod acceperat afferre iubet. Illa uero quaſi allatura egreſſa, de tecto ſe præcipitẽ dedit, ut eo modo probationes & regis tormẽta præueniret. Sed dei prouidentia, ſicut apparet,quæ ab Antipatro pœnas repeteret, nõ in caput, ſed in diuerſam delata partẽ, periculũ mortis euaſit. Portataq; ad regem,ubi reſipiſcere potuit (nam caſus eam perturbauerat) quãobrẽ ſe præcipitaſſet interrogata, adiuuante rege,quòd uera dicẽti remitteret omne ſupplicium: ſin falſa promere maluiſſet,corpus eius tormentis abſumeret, neq; ſepulturæ quicquam relinqueret: pauliſper tacuit. deinde: quid,inqt, ſecreta cuſtodio,cum Pheroras obierit,Antipatro qui nos omnes perdidit ſeruitura? Audi rex,& tecũ deus teſtis mihi ueritatis,qui falli non poteſt. Cũ Pheroræ morituro lachrymans aſsiderem,tunc ille me ad ſe uocauit: En multũ,inquit,coniunx de fratris erga me animo ſum deceptus. Nam qui ſic me diligeret,inuiſum habui,& necare cogitaui:qui tanto nunc mei,quamuis necdum mortui,dolore confunditur. Sed ego quidẽ impietatis precium fero: tu uero quod in eum ſeruas,

relictum

relictum nobis ab Antipatro uenenũ,huc affer propere,meq; uidente cõſume, ne ad inferos quoq; ultricẽ huius ſceleris conſcientiam deferam. Ita ut iuſsit attuli: & magnam quidem ueneni partem ſub obtutibus eius in ignem effudi:modicum uero mihi propter dubios caſus, & quę te metuerem,reſeruaui.His dictis, illa quidem omnino paululum quiddam ueneni habentẽ pyxidem profert: rex uero in matrẽ fratremq; Antiphili contulit quæſtionem. Verùm hi quoq; Antiphilum ex Aegypto attuliſſe pyxidẽ fatebant, illumq; uenenũ à fratre apud Alexandriam exercente medicinã accepiſſe dicebant. Totũ autem regnum circumeuntes Alexandri & Ariſtobuli manes, ipſi erãt incertarum rerũ exploratores atq; indices, & à ſuſpicionibus remotiſsimos ad probationes trahebant.Deniq; etiam pontificis filiam Mariammen,conſciam eſſe maleficiorum patuit.Hoc enim tortis eius fratribus demõſtratum eſt.Rex aũt matris audaciam filij quoq; pœna coercuit.Nam quem illa pepererat Herodem,patri ſucceſſorem ſcriptum ex teſtamento deleuit.

De Antipatri in Herodem malignis ſtudijs deprehenſis & ultis. Cap.XX

POſt hæc etiam Bathyllus,nouiſsima conſiliorum Antipatri fides documentis acceſsit. Namque is erat quidem libertus eius:aliud autem uenenum ferens,hoc eſt,aſpidum uirus, aduenerat, aliorumq; ſerpentum ſuccos:ut ſi prius fuiſſet inualidũ, hoc ſe Pheroras cum ſua coniuge in regem armaret. Idem uero præter ſuſceptã contra ſalutem patris audaciam,uelut operam ſubciſiuam, habebat epiſtolas aduerſum fratres cõpoſitas ab Antipatro. Erãt autem Romæ in ſtudijs Archelaus & Philippus,iam adoleſcentuli,magniq; animi,regis filij,quos Antipater uelut imminentes ſpei ſuæ remouere feſtinans, quaſdam in eos literas ipſe finxit,amicorum nomine Romæ degentium. Nonnullis autẽ corruptis ſcribere perſuaſit,q; multis patrem maledictis carperent,ac de Alexandri & Ariſtobuli nece manifeſte quererentur,ſeq; accitos eſſe grauiter ferrent: iam enim pater eos redire præceperat,idq; maximè ſolicitabat Antipatrũ. Quinetiam prius q̃ proficiſcerentur,in Iudæa conſtitutus Antipater, eiuſdem modi contra eos Romæ literas mercabatur:patremq; adeundo uitandæ ſuſpiciõis cauſa,fratres purgare ſimulabat:quædam falſo ſcripta, quædam uero adoleſcentiæ peccata eſſe cõmemorans. Quo quidem tempore ſcriptoribus epiſtolarum,quas in fratrum perniciem ſimulabat,plurimis pecunijs datis,ſumptuũ confundere tentabat indicia,ueſtem precioſam uariaq; ſtragula,poculaq; argentea necnon & aurea comparando,aliaq; plurima inſtrumenta,ut precio-rum magnitudine mercedes falſarijs erogatas cælaret. Deniq; ducenta talẽta retulit expenſa,& eorum maxima fuit occaſio cauſa Syllæi. Vniuerſis autem malis tunc minoribus maiore contectis, cum omnia quidẽ tormenta de parricidio,epiſtolæ uero de iteratis fratricidijs conclamarẽt,nemo tamen ex Iudæa uenientium,quo loco fortunæ domus eſſent ei nunciauit, quamuis inter ſcelus probatum & ipſius reditum ſeptem menſium interualla fluxiſſent. Ita erat inuiſus omnibus. Fortaſſe aũt etiam quibus indicandi uoluntas fuit p interfectorum fratrum manes obmuteſcebant.Deniq; Roma literas miſit, continuo ſe uenturum eſſe, quodq; honorifice dimiſſus eſſet à Cæſare nuncians.Rex aũt inſidiatorem manibus tenere deſiderans: timensq; ne ſi quid

Ant. lib. 18 cap. 8

præſciſſet,forte caueret,ipſe quoq; literis beneuolentiam ſimulans, & alia familiariſsime ſcripſit,& ut reuerſionem ſuam maturaret orauit. Nam ſi properaſſet,matris ſuæ quoq; offenſionē poſſet cōponere, quam expulſam eſſe non ignorauit Antipater. Primam quidē iam de morte Pheroræ ſuſceperat epiſtolam apud Tarentū,eumq; uehementer luxerat: id autem nonnullis de patruo laudabile uidebatur: ſed quantū intelligi datur, cauſa doloris erat, ꝙ inſidiæ pro uoto non ceſſerant:neq; tam Pheroram flebat,q̃ maleficiorū miniſtrum. Præterea metus eum quidam ob ea quæ confecerat occupabat, ne quando fortè deprehenderetur uenenum. Tunc autem in Cilicia patris epiſtola ſibi reddita quam ſuprà memoraui,ſtatim quidem feſtinabat:ſed poſtq̃ in Celenderin delatus eſt,ſubit eum quædam materni caſus cogitatio,animam iam ꝑ ſemetipſam diuinante. Et amicorū quidem prudentiores ei ſuadebāt, ne prius patrem conueniret, q̃ pro certo cognoſceret, quibus ex cauſis matrem ſuam repudiaſſet:namq; timere, ne fortè criminibus matris adderetur. Minus autem prudentes,& uiſendæ patriæ cupidi magis, q̃ quid Antipatro eſſet utile cōſiderantes,ut properaret monebāt,ne ex ipſa mora & patri cauſam prauæ ſuſpicionis, & occaſionem præberet calumniantibus. Nunc em̄ ſi quid motum eſt,in abſentem eſſe factum: nēc enim præſente illo quenquā id auſurum fuiſſe. Abſurdum autem uideri, propter ſuſpiciones incertas certis bonis carere,neq; mature ſe patri reddere, ab eoq; regnū accipere, quod ſolo ipſo niteretur. Paruit his Antipater,impellente fortuna,tranſmiſſusq; in Sebaſtum Cæſariæ portum defertur. Occurrit autem illi præter opinionem maxima ſolitudo cum omnes eum deuitarent,nullusq; auderet accedere. Nā etſi ſemper æque inuiſus erat,odio tamē ut proderetur tunc data libertas eſt. Multos autem auertebat ex rege formido, quoniam cunctas iam ciuitates de Antipatro fama repleuerat,ſolusq; de ſe quid ageretur Antipater ignorabat. Nec enim uel clarius eo quiſquam deductus eſt,cum Romam nauigaret, uel ignobilius inde ſuſceptus eſt. Enimuero clades ille domeſticas intelligēs,calliditate cælabat,metuq; penè mortuus,uultu confidentiam ſimulabat. Et neque fugæ ſpes ulla erat,neq; circumſtantibus malis emergere poterat:certūq; nihil ei de domo,ne ibi quidē nunciabatur: id enim regis interminatio prohibuerat. Vnde interdum etiam ſpes eum pertentabat hilarior, aut nihil eſſe deprehenſum,aut ſi quid eſſet, hoc ſeſe impudentia ſua diluturum, ac dolis, quæ ſola inſtrumēta ſalutis haberet. Itaq; his armatus, ſine amicis in regiam uenit,qui à prima ianua cum ĩniuria ſunt repulſi. Fortè autem Varus Syriæ rector intus aderat. Ingreſſus inde ad patrem, confirmatusq; audacia, uelut eius ſalutandi cauſa,propius accedebat: cum ille obiecta manu, & capite declinato, exclamat: Et hoc parricidæ eſt,ut me amplexari uelis,qui tot maleficijs inuolutus ſis. Diſpereas,impium caput: neq; me attingas, prius q̃ criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudiciū & iudicē, qui opportune præſto eſt, Varum. Abi,& quemadmodū te purges in diem craſtinum meditare. nam & tempus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hæc metu obſtupefactus Antipater, quia reſpondere nihil potuit,reuerſus eſt. Cum autem ad eum ueniſſent mater & uxor,cunctas ei probationes expoſuerunt. Tumq; recepta mente,quo pacto ſeſe defenderet cogitabat. Poſtero autē die rex adhibito propinquo-

rum

rum atq; amicorum concilio, Antipatri quoq; amicos uocat. Ipſe autē cum Varo reſidens, cunctos indices iuſsit adduci, in quibus erant etiam ſerui matris Antipatri quidam pridem cōprehenſi, qui ab ea literas ad eum deportauerunt huiuſcemodi: Quoniam illa omnia patri tuo cognita ſunt, caue ne ad eum uenias, niſi aliquod auxilium à Cæſare impetraueris. Itaque his unà cum alijs introductis, ingreditur Antipater. Cumq; pronus ante pedes patris ceci diſſet: oro, inquit, pater, ne quid de me præiudices, ſed integras aures ſatisfactioni meæ præbeas. Demonſtrabo enim me innoxium, ſi tu uelis. Ille autem magna uoce imperato ei ſilentio, ad Varum locutus eſt: Quod & tu Vare, & quiuis iuſtus iudex, Antipatrum morte dignum iudicauerit, certo ſcio. Vereor autem ne mea quoq; tibi ſit inuiſa fortuna, omniq; calamitate dignum deputes, q̄ tales filios genuerim. Atqui hoc tibi magis miſerandus uideri debeo, q̄ erga tam ſceleſtos indulgentiſsimus pater fui. Nam illis prioribus adhuc adoleſcentulis regnum detuleram, eosq; Romæ educatos amicos Cæſaris feceram: ſed quos alijs inuidendos regibus æmulandosq; cōſtitui, meę ſalutis hoſtes inueni, quorum tamē interitus Antipatro magis profuit. Iſti em q̄ iuuenis & ſucceſſor meus futurus eſſet, maxime ſecuritas quærebat. at uerò hic belua, patientia mea ſuprà q̄ ſatis erat expletus, in me ſatietatem ſuam profudit: eiq; diu uiuere ſum uiſus, meamq; ſenectutem grauiter tulit, rexq; fieri non niſi parricidio paſſus eſt. quæ quidē profectò noui qua ratione cogitauit: quòd eum ex agro abiectum reduxerim, & excluſis quos mihi regina pepererat filijs, regni mei uicariū declarauerim. Equidem tibi Vare confiteor meæ mentis errorem. Ego illos contra me filios irritaui, qui Antipatri gratia ſpes eorum iuſtas abrupi. Quid enim tantum de illis, quantum de iſto bene ſum meritus? cui uiuus etiam poteſtatē meam penè conceſsi: apertè autem regni ſucceſsionē teſtamento reliqui, & præter deſtinatos ei ſeparatim quinquaginta reditus talentorū, ſumptum paſsim mea pecunia ſubminiſtraui: ac nuper Romam quoq; nauigaturo dedi trecenta talenta, quemq; ſolum ex omni familia mea, tanquam patris ſeruatorem, Cæſari commendaui. Aut quid illi tantum ſceleris, quantum Antipater admiſerunt? quód ue de his habui indicium, quale demonſtrauit huius inſidias? etiam approbo, quia auſus eſt aliquid parricida, rurſumq; ueritatem dolis ſperat obtegere: tibi Vare cauendum. nam ego iſtam beluam noui: & q̄ ſit ueriſimilia dicturus, iam nunc proſpicio, fletusq; ſimulatos. Hic eſt qui me quondam monebat, ut uiuum Alexandrū cauerem, neq; meum corpus omnib. crederem. Hic eſt qui uſq; ad cubile meum ſolebat ingredi, & circumſpicere, ne quis mihi forte paraſſet inſidias. Hic ſomni mei cuſtos erat, & ſecuritatis dator, qui conſolaretur luctum peremptorū, & uiuentium fratrum beneuolentiam dijudicaret: hic propugnator & ſatelles meus. Quum eius calliditas Vare in mētem uenit, & quemadmodū ſingula ſimulaſſet, uix me credo uiuere, tamq; grauē inſidiatorem quo pacto effugerim miror. Veruntamen quia fortuna quædam excitat contra me domū meam, mihiq; amiciſsimi ſemper infenſi ſunt, ego quidem fatorum iniquitatem flebo, & mecum ipſe ſolitudinē gemam. Nemo autem qui meum ſanguinem ſitierit elabetur, etiamſi per omnes filios meos indicia uentura ſint. Hæc dicens, ipſe quidē interrupto ſermone tacuit, dolore

confuſus. Nicolaum aũt unum ex amicis probationes iuſsit exponere. Inter hæc aũt Antipater ſublato capite, cum proſtratus ante patris pedes maneret, exclamat: Tu pater meas partes defendiſti. Nam quomodo ego parricida, quẽ tu ſemper ſeruatorẽ te habuiſſe cõmemoras? Aut ſi ficta, ut dicis, ſimulataq; mea pietas fuit, cur in alijs tam callidus, in hoc adeo demens fui, ut nõ intelligerem, q̃ ſi homines lateret tanti ſceleris cogitatio, cæleſtem latere iudicem omnino nõ poſſet, qui ubiq; præſto eſſet, & cuncta conſpiceret? An fratrum exitus ignorabã, quos ob id deus ultus eſt, quia tibi male cogitauerant? Quid aũt fuit cur me tua ſalus offenderet? Spes regni? Sed regnabam. Odij ſuſpicio? Sed diligebar. An ex te metus aliquis? Quin tui ſeruans, alijs timendus eram. Fortaſsis egeſtas cauſa fuit? Multo minus. Quis enim magis expenſarũ habuit poteſtatem? Si aũt omnium hominũ perditiſsimus eſſem, immaniſq; beſtię animũ gererem, certe manſueti patris beneficijs uincerer: quem, ſicut tu dixiſti, reduxeris, totq; filijs antepoſueris, uiuusq; regẽ declaraueris, aliorumq; bonorũ magnitudine reddideris inuidendũ. ó me miſerum, acerbiſsimamq; peregrinationẽ meam, quàm longũ liuori tempus magnumq; inſidiantibus ſpatiũ præbui. Sed tamen tibi pater tuisq; rebus abieram, ne Syllæus tuam contemneret ſenectutẽ. Roma mihi teſtis eſt pietatis, & princeps orbis terræ Cæſar, qui me patris amatorẽ ſæpe uocitabat. Accipe pater has eius literas. hę fictis in me criminationibus ueriores. his me defendo. hæ affectus erga te mei argumenta certiſsima. Recordare q̃ inuitus hinc nauigauerim, latentes in regno contra me inimicitias nõ ignorans. Tu pater imprudens me perdidiſti, tu cõpuliſti ut darem accuſandi tempus inuidiæ. Verũ ad indicia ueniam. Ecce adſum, terra mariq; nihil uſquam parricida perpeſſus. Sed nondũ me hoc argumento diligas. nam & apud deũ, & apud te pater, condemnatum me eſſe ſcio. Condemnatus autem deprecor, ne aliorum tormẽtis fidem habeas: in me feratur ignis, per uiſcera mea pergant inſtrumenta pœnarũ, ne parcas ſceleſto corpori. Nam ſi parricida ſum, tormentorum expers mori non debeo. Talia cum lacrymis ac eiulatu uociferans, & omnes alios, & Varum ad miſericordiam prouocauit: ſolum autem Herodem, quo minus fleret, iracundia continebat, documentis ueris intentum. Ibi aũt Nicolaus, iuſſu regis multa de Antipatri calliditate præfatus, & miſericordiæ ſpem abſtulit, & atrociſsimã accuſationẽ inſtituit, cuncta quidem regni maleficia aſcribens: maxime uero fratrũ interitũ, quos ipſius calumnijs interfectos eſſe demõſtrans, etiam ſuperſtitibus eum inſidiari quaſi ſucceſsionis captatoribus affirmabat. Nam qui patri uenenum paraſſet, multo minus à fratribus abſtineret. Cum autem ad ueneni probationẽ ueniſſet, per ordinem proferebat indicia, etiam de Pherora crimẽ exaggerans, ueluti illum quoq; Antipater fratricidam feciſſet, corruptisq; regis amiciſsimis, ſcelere omnem domum repleuiſſet. Atq; ita multis alijs dictis & probatis perorauit. Varus autem cum reſpondere iuſsiſſet Antipatrum, & ille nihil amplius elocutus, quàm, deus teſtis eſt innocentiæ meæ, ſilensq; iaceret, uenenum petijt, idq; cuipiam damnatorũ capitis ex cuſtodijs bibendum dedit: eoq; ſtatim mortuo, quædã in ſecreto cũ Herode ſermocinatus, geſta in cõcilio Cæſari ſcripſit: poſteroq; die inde diſceſsit. Nihiloq; minus rex Antipa-

tro

tro uinculis tradito, cladis ſuæ nuncios ad Cæſarem miſit. Poſt hęc Salomen appetiſſe inſidijs arguebat Antipater. Quidam enim è ſeruis Antiphili Roma uenerat, epiſtolas ferens cuiuſdã Acmes nomine, ancillæ Iuliæ: quibus ad regem ſcriptis, indicauerat Salomes epiſtola inter literas Iuliæ reperta, clàm ei beneuolentiæ cauſa miſiſſe. Ipſius aũt Salomes epiſtolis & maledicta in regẽ acerbiſsima, & accuſatio maxima continebant. Sed hæ ab Antipatro erant fictæ: isq; Acmen pecunia corruptam, ad Herodẽ eas mittere perſuaſerat. Epiſtola enim eiuſdẽ mulierculæ ad ipſum ſcripta id prodidit, cuius uerba hæc ſunt: Sicut uoluiſti patri tuo ſcripſi, & alias epiſtolas miſi, certo ſciẽs, regem ſorori ſuæ minime poſſe parcere, ſi eas recitauerit. Bene aũt facies, ſi conſummatis omnibus, pollicitationũ tuarum memor fueris. Hac epiſtola & quæ in Salomen ſunt cõpoſita deprehenſis, regẽ ſubijt cogitatio, ne fortè etiam Alexander falſis epiſtolis fuiſſet oppreſſus: quodq; penè ſororẽ propter Antipatrum occidiſſet, anxius erat. Itaq; non eſt ultra cunctatus, quo minus ab eo ſumeret omniũ cauſa ſupplicium: ſed ne propoſitis ſatisfaceret, graui morbo impeditus eſt. De Acme tamen ancilla, & in Salomen fictione cõflata, dedit literas ad Cæſarẽ. ac propterea teſtamẽto mutato, exemit nomen Antipatri, regemq; ſcripſit Antipam, præteritis Archelao & Philippo natu maioribus. nam & hos Antipater inſimulauerat. Cæſari aũt poſt alia pecuniaria munera mille talenta, & uxori eius ac filijs, itemq; amicis & libertis, propè quinquaginta: cæterisq; omnibus agrorũ & pecuniarũ non parum diſtribuit, ac ſororẽ Salomẽ luculẽtiſsimis donis honorauit. In teſtamẽto qdẽ iſta correxit.

De aquila aurea, morteq; Antipatri & Herodis. Cap. XXI

MOrbus autẽ ingraueſcebat, quòd eum ſenectus pariter ac mœror urgeret, & annos iam ſeptuaginta natus eſſet: & filiorum cladibus animum adeò habebat afflictum, ut nec bona ualetudine quicquam iucunditatis admitteret. Acriorem autẽ faciebat ægritudinem, q̃ Antipater uiueret. Hunc enim non obiter & aliud agens, ſed cũ ipſe conualuiſſet, cogitabat occidere. Ad has ei calamitates accidit etiam populi quidam tumultus. Erant in ciuitate ſophiſtæ duo, qui ſumme ſcire leges patrias uidebãtur: & propterea per omnẽ gentẽ maxima gloria prædicabantur: Iudas filius Sepphoræi, & alter Margali Matthias. Hos non pauci adoleſcentium ſectabantur, cum leges exponerent, & in dies ſingulos puberum exercitum congregabant. Qui cum regẽ audiſſent mœrore ac morbo tabeſcere, apud notos loquebantur, opportunum iam tempus eſſe, ut deus uindicaretur, fabricataq; aduerſus leges patrias opera deſtruerentur. Siquidem in tẽplo nefas ſit, imagines, aut uultus, aut cuiuslibet animalis cognomine ſimulachrum haberi. Hoc propterea dicebatur, quòd ſupra maximam portã templi aquilam collocauerat auream. Eumq; tunc monebant ſophiſtæ ut tollerent: pulchrum eſſe dicentes, etiam ſi quod inde periculum immineret, pro legibus patrijs mori non recuſare: ſic enim decedẽtibus, & animam immortalem, & bonarum rerum ſenſum perſeuerare perpetuo: minus autem fortes & ſapiẽtiæ ſuæ neſcios amare animam imperitia: magisq; morbo cupere, q̃ uirtute defungi. Dum hæc illi diſſererent, rumor ſubito peruagatur, regem ferè iam mori: unde etiã confidentius adoleſcẽtes coronã adorti ſunt: ipſoq;

Ant. lib. 17 cap. 8

meridie, quum plurima multitudo uerſaretur in tẽplo, craſsis demiſsi funibus,aquilam ex tecto auream ſecuribus abſcidebant. Qua re ſtatim regis duci nunciata,nõ parua ille manu comitatus ad templum cucurrit: & propè ad quadraginta iuuenes comprehẽſos, regi exhibuit. Qui primum interrogati, an aquilam ipſi auream concidere auſi eſſent,feciſſe cõfeſsi ſunt: deinde quo iubente,lege patria reſponderunt.Cum uero, quid exultarent tantũ, quibus mors immineret,ab his quæreretur:quia poſt mortẽ bonis plurimis frui ſperarent,aſſeruerunt.His itaq; rex cõmotus,magnitudine iracundiæ morbum ſuperat,atq; in concionem procedit.Deinde multum in eos quaſi ſacrilegos inuectus,& quòd occaſione legis patriæ quædam maiora tẽtaſſent, uelut impios ſupplicio dignos eſſe iudicauit.Populus autem metuens, ne per multos quæſtio iret,precabatur,ut primum facinoris ſuaſoribus,deinde in eo deprehenſis pœnæ ſubditis,cæteris indignationẽ remitteret. Tandem igitur exoratus, & ipſos rex qui funibus demiſsi erant cum ſophiſtis uiuos incendi, & reliquos qui unà cõprehenſi ſunt,obtruncandos carnificibus tradidit.Hinc totum eius corpus morbo occupatum uarijs doloribus differebatur.nam febris quidem non mediocris erat:prurigo autẽ intolerabilis habebat omnem corporis ſuperficiem.Aſsiduis aũt uexabatur coli tormentis,pedesq; tanquã ex intercutis uitio tumuerant. Quin & inflatio uentriculi, putredoq; uirilis membri uermiculos generans,ac præterea creber anhelitus, & irrupta eum ſuſpiria membrorumq; omnium contractio fatigabat:ut qui hæc ad diuinitatem referrent,ultionem eam eſſe dicerẽt ſophiſtarum.Ille autem, quamuis cum tot morborũ cruciatibus luctaretur, uitæ tamen cupidus erat, & remedijs excogitatis ſalutem ſperabat.Deniq; Iordanem tranſgreſſus,apud Calliroen aquis calidis utebatur,quæ in lacũ feracem bituminis, qui Aſphaltites uocatur,effluentes,præ dulcedine potui ſunt.Ibi autem corpus eius, quod medicis oleo calidiori foueri placuerat, in ſolium plenum demerſum ita diſſolutum eſt,ut etiã lumina quaſi mortuus reſoluta torqueret.deinde perturbatis qui eum curabant, ad clamorem quidem illorũ reſpicere uiſus eſt. deſperata uero ſalute,militibus quinquagenas drachmas,multamq; pecuniam rectoribus atq; amicis diuidi iuſsit.Cum autem rediens ad Hierichũta uenisſet, atra iam bili correptus,& penè ipſi morti minabatur,factumq; nefarium excogitauit.Collectos enim cuiuſq; uici ex omni Iudæa nobiles,in locum cui nomẽ eſt Hippodromus,concludi præcepit. Deinde Salome ſorore & Alexa marito eius ad ſe uocatis:ſcio,inquit, mortem meam feſtis gaudijs celebraturos eſſe Iudęos. Verum per alios lugeri potero,& pręclariſsimos honorẽs ſepulturæ aſſequi, ſi quæ præcipio feceritis. Hos uiros qui habentur in cuſtodia, cum animam efflauero, ſtatim militibus circũdatos occidite: ut etiam inuita omnis mihi Iudæa,omnisq; domus illacrymet. Et ſimul his mandatis, legatorum quos Romam miſerat,epiſtolæ ſunt allatæ,quibus Acmen ancillã Iuliæ iuſſu Cæſaris interemptam,& Antipatrum morte damnatum eſſe indicabatur.Quin & ſi pater eum in exilium dare mallet,id quoq; permiſiſſe Cæſarem,ſcriptum erat.Herodes autem paululum hoc nuncio recreatus,doloribusq; rurſum uictus (nam inedia tuſsisq; pariter uiolentia diſtendebatur) fatum præuenire conatus eſt: ſumptoq; malo,etiam cultellũ popoſcit: ſectum

Ant.lib.17 cap.9

enim

enim comedere consueuerat. Deinde circumspecto ne quis arbiter impediret, tanq̃ se percussurus dexteram sustulit. Cum uero Achiabus consobrinus eius accurrisset, manumq́; cõtinuisset, ululatus maximus in regia statim, qua si rex mortuus esset, excitatus est. Eoq́; propere audito, Antipater fiduciã recepit: lætusq́; iam custodes promissa etiam pecunia, rogabat, ut se soluerent, atq; dimitterent: quod eorũ princeps non solum ne fieret obstitit, sed etiam regi uelociter nunciauit. Ille autẽ fortius exclamans, quàm uires ægrotantis ualebant, continuo satellitibus missis occidit Antipatrũ: mortuumq́; sepeliri præcepit in Hyrcanio. Deinde rursum corrigit testamẽtum, & successorem quidem Archelaum natu maximũ Antipæ fratrem scripsit, tetrarcham uero Antipam. Post interitum autem filij quinq; diebus exactis moritur: annos quidem triginta quatuor, ex quo interfecit Antigonum, regno potitus: triginta uero septem, postq̃ rex à Romanis declaratus est. Et in alijs quidẽ omnibus, secunda fortuna usus est, si quis alius. Regnum enim quod priuatus sibi quæsierat, tanto conseruatum tempore, filijs suis reliquit. In rebus autem domesticis infelicissimus fuit. Salome autem, antequam resciret mortem regis exercitus, cum marito progressa, uinctos absoluit, quos occidi mandauerat: ipsum dicens mutasse consilium, & unumquemque iussisse domum dimitti. Atq; ita post horum abitum militibus indicatur. Quibus in concionem cum alia turba in amphitheatrum apud Hierichunta collectis, Ptolemæus anuli regis custos, quo signare solitus erat, & fortunatũ illum cœpit dicere, & multitudinem cõsolari. Relictamq́; ab eo militibus epistolam recitauit, in qua multum rogabat, ut beneuolo animo successorẽ suum fouerent. Deinde post epistolam testamentũ legebat, in quo Philippum quidem hæredem Trachonis, proximarumq́; regionum: tetrarcham uerò, sicut suprà diximus, Antipam: regem autem Archelaum scripserat: eidemq́; anulum ad Cæsarẽ ferre mandauerat, assignatamq́; regni administrati notitiam. Omniũ namq; dispositionum suarum dominum & confirmatorem Cæsarem esse uoluit, cætera uerò seruari iuxta superius testamentum. Quo perlecto, cõfestim clamor secutus est omnium Archelao gratulantium: militesq́; per cuneos & populus adeuntes, suamq́; promittebant, deiq́; beneuolẽtiam precabant. Hinc ad sepeliendum regem operã contulerunt. Nihil autem munificẽtiæ prætermisit Archelaus, sed omnem ornatum extulit regium in funeris pompa ducendũ. Lectus quippe totus erat gemmis auroq́; distinctus, thorus autẽ purpura uariatus, corpusq́; super eum uelatum itidem purpura. Capiti autem diadema erat impositum: corona uero desuper aurea, sceptrumq́; in dextera, & circa lectum filij cum propinquis. præterea satellites agmenq́; Thracium, Germaniq́; & Galli, uelut ad bellum instructi omnes antecedebant. Cętera uerò militum manus armata, ducesq́; suos ordinumq́; principes sequebantur decenter. Quingenti autem serui ac liberi odores ferebant: corpus autem per ducenta stadia portatum est in castellum Herodion: ibiq́; secundum ipsius regis mandata sepultum est. Et Herodis quidem regis hic finis fuit.

Ant. lib. 17 cap. 10

Ant. lib. 17 cap. 12

FLAVII

FLAVII IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO
LIBER SECVNDVS.

De ſucceſſoribus Herodis,& ultione direptæ aureæ aquilæ. Caput I

Ant.lib. 17 cap. 11

TVRBARVM autem nouarum principiũ fuit, Archelao Romam proficiſcendi neceſsitas. Diebus enim ſeptem in lugendo patrem conſumptis, epuliſq; feralibus prolixe populo exhibitis (Hic autem mos apud Iudæos neceſſario multos ad inopiam redegit: nam qui eum neglexerat, impius æſtimabatur) candida ueſte indutus, pcedit ad templum. Ibiq; uarijs fauoribus exceptus à plebe, ipſe quoq; in excelſo tribunali, ſolioq; aureo reſidens, humaniſsime uulgus admiſit: eisq; & quòd ſepulturam patris ſedulo curauiſſent, gratias egit, & q̃ ſibi quaſi certo iam regi, magnos honores habuiſſent. Verũ ſe tamen ait nõ poteſtate ſolũ interim, ſed etiam ipſo regis nomine temperare, donec à Cęſare ſibi confirmata fuerit ſucceſsio, qui etiam teſtamẽto rerum eſſet omnium dominus conſtitutus. Idcirco enim ſe apud Hierichunta uoluntati exercitus reſtitiſſe, cum ſibi diadema uoluiſſet imponere. Cæterũ pro alacritate ac beneuolentia, æque militibus ac populo plenam ſe uiciſsitudinem relaturum, ſi ab his quorũ etiam eſſet imperiũ, certus rex declaratus fuiſſet: ſtudiumq; ſibi eſſe, ut erga illos rebus omnib. patre melior appareret. His gauiſa multitudo, ſtatim eius mentẽ magnis tentare petitionibus cœpit. Namq; alij tributa leuari, alia uectigalia tolli, quidam ſolui cuſtodias acclamabant. Cunctis aũt poſtulatis, in gratiam populi facile annuebat Archelaus. Deinde celebratis hoſtijs, cum amicis erat in epulis. Ecce aũt ſubito poſt meridiem congregati nõ pauci nouarum rerum ſtudioſi, ubi cõmunis luctus de rege ceſſauit, propria lamenta ſuſcipiunt, flentes eorũ caſum, quos propter abſciſam ex porta tem-

Ant. lib. 17 cap. 12

pli aquilam auream Herodes morte damnauerat. Dolor autem nõ occultus erat, ſed clariſsimis queſtibus, fletuq; iuſto & planctu ciuitas perſonabat, uirorum cauſa uidelicet, quos pro templo ac legibus patrijs interijſſe dicebãt. Eorum aũt mortis pœnas, ab illis quos Herodes pecunia donaſſet, repetendas eſſe clamitabant: ac primũ, quem is cõſtituerat pontificem reijciendum, aliumq; pietate præſtantem, magisq; purũ optari debere. Quibus etſi mouebatur Archelaus ad ultionem, tamen eum profectionis feſtinatio cõtinebat, metuentẽ, ne ſi ſibi multitudinẽ reddidiſſet inimicam, motu eius impediret. Quamobrem monendo magis q̃ ui experiebatur ſedare turbatos: miſſoque magiſtro militũ, ut quieſcerent, eos rogabat. Sed illum ſeditionis authores, ubi ad templum uenit, prius quàm uerbum faceret, lapidibus proturbarunt: & alijs poſt eum mulcendi ſui gratia miſsis, multos enim legabat Archelaus, iracunde omnia reſponderunt: neq; ſi numero aucti fuiſſent, otioſi fore uidebant. Itaq; inſtante azymorũ die feſto, qui apud Iudęos Paſcha uocitatur, plurima uictimarũ copia plenus, infinita quidem ad templũ ex agris multitudo

tudo religionis cauſa deſcendit: cum illi qui ſophiſtas lugebant in tẽplo con ſiſterent, nutrimẽta ſeditioni quærẽtes. Hoc aũt metu Archelaus, anteq̃ omnem populũ morbus iſte corrumperet, cohortẽ militũ & tribunũ qui etiam ſeditionis principes cõprehenderẽt, eò dirigit: cõtra quos omne uulgus excitatũ, multos lapidũ ictibus interfecit: ſaucius uero tribunus uix elabit̃. Et illi quidẽ ſtatim, ueluti nihil mali actũ eſſet, ad celebranda ſacra conuerſi ſunt. Sed Archelao ſine cæde iam multitudo cõprimi nõ poſſe uidebaẽ. quamobrem totũ illis immiſit exercitũ, pedites p ciuitatẽ ſimul omnes, equitesq; per campũ: qui cum ſacrificijs occupatos ſingulos inuaſiſſent, prope ad tria millia hominũ occidunt: reliquã uero manũ per montes proximos diſiecerũt. præcones aũt ſequebanẽ Archelaũ, iuſſu eius unumquemq; ut domũ recederet admonendo. Itaq; cũcti neglecta diei feſtiuitate, abiere. ipſe aũt cũ matre, necnõ & Popla, & Ptolemæo, & Nicolao amicis, ad mare deſcendit: relicto Philippo regni ꝓcuratore, itemq́; rerũ familiariũ curatore. Vnà uerò egreſſa eſt cum filijs ſuis Salome, fratriſq́; regis filij, generq́;, ſpecie uelut Archelao ad obtinendam ſucceſsionẽ adiumento futuri: certa uero cauſa, quæ contra leges in templũ admiſſa fuerant, delaturi. Interea ſit illis Cæſareæ obuiam Sabinus Syriæ procurator, ad Iudæã ueniens, ad pecunias cuſtodiẽdas Herodis. quẽ ulterius progredi Varus inhibuit, multis accitus Archelai precibus, intercedẽte Ptolemæo. Et tũc quidẽ Sabinus in gratiã Vari, neq; ad arces uenire ꝓperauit, neq; theſauros paternæ pecuniæ clauſit Archelao: ſed uſq; ad cognitionẽ Cæſaris ſe otioſum eſſe pollicitus, apud Cæſaream cõmorabatur. Poſtea uerò quàm ſibi obſtantiũ unus Antiochiam petijt, alter, hoc eſt, Archelaus Romã nauigauit, mature profectus in Hieroſolymã, regiã tenet: cuſtodumq́; principibus, itemq́; diſpenſatoribus euocatis, rationes pecuniarũ diſcutere conabatur, & arces occupare tentabat. Non tñ immemores Archelai mandatorũ cuſtodes erant, ſed in obſeruando ſingula quæque perſeuerabãt, cauſam cuſtodiæ magis Cæſari q̃ Archelao tribuẽtes. Ad hoc aũt Antipas q̃q; de regno certabat, poſteriore ſuperius Herodis teſtamentũ firmius eſſe defendens, in quo rex ipſe Antipas fuerat ſcriptus: eiq́; ſe tam Salome q̃ multi alij cognati, qui cũ Archelao nauigarant, ſuffragio fore promiſerant. Ducebat autem ſecũ matrem, fratremq́; Nicolai Ptolemæum, in quo pro fide apud Herodẽ probata, nonnihil uidebatur eſſe momẽti. Namq; illi fuerat amicorũ chariſsimus. Oratori aũt Irenæo ꝓpter dicendi acrimoniam plurimũ confidebat. unde etiam qui ſe monuerãt, ut Archelao ꝓ ætatis merito & ſecundi teſtamẽti uoluntate cederet, audiendos eſſe non cenſuit. Romæ uerò migrauerunt ad eum cunctorum ſtudia propinquorum, quib. intuiſus erat Archelaus, quiq́; præcipuè liberi omnes ſuiq́; iuris eſſe cupiebãt, & aut Romano magiſtratu adminiſtrari, aut ſi hoc nõ impetrarẽt, Antipam regẽ habere. Ad hoc etiã Sabini ope nitebaẽ Antipas, qui Archelaum per epiſtolas accuſauerat apud Cæſarẽ, Antipam uerò multũ laudauerat. Itaq; digeſta crimina Salome & cæteri q̃ cũ ea ſentirẽt Cæſari tradiderũt, & poſt eos Archelaus geſtorũ ſuorũ perſcripta capitula, patriſq́; anulũ per Ptolemæũ, rationesq́; adminiſtrationis intromiſit ad Cæſarem. Ille aũt ſecum præmeditans ea quæ ab utraq; parte dicerenẽ, ubi & regni magnitudinẽ, multitudinemq́;

Ant. lib. 17 cap. 13

nemq; redituũ animaduertit,atq; inſuper Herodis familiã numeroſam,perlectis etiã Vari ac Sabini literis, optimates Romanorũ ad conciliũ uocat, in quo tunc primũ ex Agrippa ac filia ſua natũ Caiũ ſedere iuſsit, filiũ adoptiuum:atq; ita partibus proſequendi copiam dedit. Igitur Salomes filius Antipater (namq; is erat orator acerrimus eorũ qui aduerſabant Archelao) accuſationẽ propoſuit,inſimulãs Archelaũ, quaſi uerbis quidẽ de regno uideret contendere,re aũt uera iamdudũ rex eſſet effectus,& apud aures modo Cæſaris cauillaretur,quẽ iudicẽ ſucceſsionis exſpectare noluiſſet. Nam poſt Herodis mortem,quibuſdam ut diadema ſibi imponerent ſubornatis, regis eũ more in ſolio aureo reſidentem, partim ordines militiæ permutaſſe, partim cõdonaſſe promotiones:& inſuper his omnia annuiſſe populo, quæ uelut à rege impetranda petijſſet: maximorumq; reos criminũ,quos pater ſuus uinxerat,abſoluiſſe:qui cum iſta feciſſet,modo regni umbram à dño poſtulaturus ueniſſet,cuius ſibi corpus ipſe rapuiſſet, ut non rerũ ſed uocabulorũ dominũ eſſe Cæſarẽ demonſtraret. Ad hæc ei, ꝙ etiam luctũ patris aſsimulaſſet, obijciebat:cum interdiu quidẽ perſonam cõponeret in mœrorẽ, noctu uero ad comeſſationes uſq; potaret. Deniq; ſeditionẽ uulgi ex hac indignatiõe conflatã eſſe dicebat. Totius enim orationis ſuæ uires,eorũ multitudine qui circa templũ cæſi fuerant,aſtruebat. Hos enim ad diem feſtũ quidem ueniſſe: ad hoſtias uero,quas ipſi mactandas uenerant,crudeliter eſſe iugulatos: tantumq; in templo funerũ eſſe congeſtũ, quantũ nullum ab externis illatũ bellum implacabile congeſsiſſet. Itaq; huius crudelitatis Herode prȩſcio,ne ſpe quidẽ regni unq̃ eum dignũ eſſe uiſum,niſi cum ſanæ mentis inops erat, animo deterius ægrotante q̃ corpore,& quem in ſecundo teſtamento ſucceſſorem ſcriberet,ignorabat: præſertim qui priore teſtamẽto ſucceſſorẽ ſcriptũ incuſare nihil poſſet, ꝙ incolumi corpore, omniq; uitio purgata mẽte feciſſet. Vt tamẽ quis firmius eſſe ponat morbo laborantis arbitriũ, ipſum ſe Archelaũ abdicaſſe regia dignitate,multis in eã cõtra leges admiſsis. Nam qualem fore ſi acciperet à Cȩſare principatũ,qui anteq̃ acciperet,tantũ populum peremiſſet? Multa in hunc modũ proſecutus Antipater, multis ex numero circumſtantiũ propinquorũ in ſingula crimina teſtibus exhibitis perorauit. Surrexit aũt Nicolaus defenſor Archelai,& ante omnia cædẽ in tẽplo neceſſario factam eſſe perdocuit:nam quorũ necis argueret,non regni ſolum,ſed etiã ipſius iudicis,id eſt,Cæſaris hoſtes fuiſſe:aliorũ aũt criminũ ſuaſores aduerſarios ipſos demonſtrauit. Secundũ uero teſtamentũ idcirco ratũ manere poſtulabat, ꝙ Herodes in eo ſucceſſoris ſui firmatorẽ Cæſarem cõſtituiſſet. nam qui tantum ſaperet,ut rerum domino poteſtate ſua cederet,nec unquam in hæredis erraſſe iudicio, ſed ſano corde quem conſtitueret elegiſſe, qui per quem conſtitui deberet non ignorauit. Cum aũt omnibus expoſitis, etiam Nicolaus peroraſſet,in mediũ progreſſus Archelaus, ad genua Cæſaris accidit ocyus. Quo perbenigne Cæſar eiecto, ꝙ paterna quidẽ ſucceſsione dignus eſſet, oſtendit: certũ uero nihil pronunciauit. Sed illo die dimiſſo concilio,ſecum ipſe de cognitis deliberabat, utrum ex his qui teſtamẽto continerentur,aliquem regni oporteret conſtitui ſucceſſorem,an toti familiȩ diſtribui principatũ. Multitudo enim perſonarum egere ſubſidio uidebatur.

De

De pugna & ſtrage Hieroſolymis inter Iudæos & Sabinianos. Cap. II

SEd antequam de his quicquam ſtatueretur à Cæſare, mater Archelai Malthace morbo correpta moritur. Et uariæ literæ de Syria perlatæ ſunt, Iudæos defeciſſe nunciantes: quod Varus fore proſpiciens, in Hieroſolymam poſtquam Archelaus nauigarat, aſcendit, ut incẽtores ſeditionis prohiberet. Et quia multitudo ceſſatura nõ uidebatur, ex tribus quas ex Syria duxerat ſecum legionibus, unam in ciuitate reliquit: atq; ita in Antiochiã ipſe remeauit. At Sabinus cum poſtea in Hieroſolymam ueniſſet, cauſas nouarũ rerum Iudæis præbuit: modo uim cuſtodibus, ut ſibi arces traderent, adhibendo, nunc maligne regis exquirẽdo pecunias. Nõ autem ſolis relictis à Varo militibus fretus erat, ſed etiam ſeruorum ſuorum multitudine, quos etiam omnes armatos auaritiæ miniſtros habebat. Feſto autẽ quinquageſimo die, quæ Pentecoſte à Iudæis uocatur, ſepties ſeptem diebus exactis rediens, ex eorum numero uocabulũ nacta, non religionis ſolennitas populũ, ſed indignatio congregauit. Deniq; cõcurſus infinitæ multitudinis ex Galilæa, itemq; Idumęa & Hierichunte, transq; Iordanem poſitis regionibus, factus eſt: cum indigena ex ipſa ciuitate populus Iudæorũ, & numero ſimul & alacritate pręſtaret: & tripartita manu terna caſtra collocauerunt, una in ſeptentrionali regione templi, altera in meridionali Hippodromũ uerſus, tertiaq; in occiduo prope regiam tractu, circumſeſſosq; Romanos undiq; obſidebant. Sabinus aũt multitudine pariter, eorumq; ſpiritu perterritus, crebris quidem Varũ nuncijs precabatur, ut q̃ mature ferret auxilium, quaſi occaſione delenda legione, ſi quid moræ interueniſſet. Ipſe uero in altiſsimam caſtelli turrim, quæ Phaſelus uocabatur, euadit, fratris Herodis cognominem, quem Parthi necauerũt. Hinc legionarijs ut in hoſtes irruerent, ſignũ dabat. Nam præ timore nec ad eos quibus ipſe præerat, deſcendere audebat. Eius autẽ præcepto milites obedientes, in templum uolant, uehementiq; cum Iudæis pugna cõfligunt: in qua dum nemo deſuper adiuuaret, imperitos belli peritia ſuperabant. Poſtea uero q̃ multi Iudæi porticibus occupatis, à uertice telis eos appetebant, plurimi contereban tur: & neq; ex alto iaculantes ulciſci facile poterant, neq; cominus dimicantes ferebant. ab utriſq; tamen afflicti ſuccendunt porticus, opere, magnitudine atque ornatu mirabiles. ibiq; tum multi flamma ſubito cõprehenſi aut ea cõſumebanť, aut in hoſtes deſilientes ab ipſis occidebanť: alij retrorſum cedentes præcipitabanť ex muro: nõnulli deſperata ſalute, incendij periculum ſuis gladijs præueniebant. Qui tñ ex mœnibus obrependo in Romanos feciſſent impetũ, metu attoniti nullo negotio ſubigebanť, donec omnibus aut interemptis, aut timore diſiectis, theſauro dei defenſoribus deſtituto manus milites attulerũt, & XL ex eo talẽta diripuere: quorũ q̃ furto ſublata nõ ſunt, conquiſiuit Sabinus. At Iudæos multo plures, magisq; pugnaces, tam uirorum q̃ opum interitus in Romanos contraxit. Obſeſſaq; his regia minitabantur exitium, niſi quàm primũ indè ſecederent: Sabino, ſi uellet, unà cum legione abeundi copiam pollicentes. Quibus opitulabãtur regiorum plurimi, qui ad eos ſponte transfugerant. Pars tñ bellicoſior erat, Sebaſtenorum tria millia, hisq; Rufus & Gratus præpoſiti, unus peditum rector, at uero equi-

Ant. lib. 17 cap. 14

tum Rufus: quorum uterq; ui corporis atq; prudentia, etiam si nullam manum obedientem haberent, magnum tamen momẽtum belli Romanis addidissent. Itaq; Iudęi quidem instare obsidioni, simul & castelli mœnia tentantes, & ad Sabinum clamantes ut discederet, neu impediret habituros tanto pòst tempore patriam libertatem. Sabinus autem quamuis optaret euadere, fidem tamen pollicitationibus non habebat: sed eorum lenitatem, insidiarũ esse illecebram suspicabatur: simulq; auxilium Vari sperans, obsidionis pe-
Ant. lib. 17 cap. 15 riculũ perferebat. Eodem tempore per Iudæã plurimis locis tumultus erat, multosq; ad regni cupidinẽ tempus impulerat. Nam in Idumæa quidẽ duo millia ueteranorũ, qui sub Herode militauerant, congregati, armisq; instructi cum regijs decertabant: quibus Achiabus regis consobrinus, ex uicis munitissimis repugnabat, campestre prælium declinando. In Sephori aũt Galilææ, Iudas filius Ezechiæ latronum principis, ab Herode quondam rege capti, q tunc illas regiones uastauerat, nõ parua multitudine collecta, ruptisq; regijs armamentarijs, & omnibus quos circa se habebat armatis, contra potentiæ cupidos manus mouebat. Trans flumen quoq; Simon quidam ex regijs seruis, pulchritudine simul & uastitate corporis fretus, imposito sibi diademate, cum latronibus quos cõgregauerat ipse circuiẽs, & apud Hierichunta regiam, & multa alia magnifica diuersoria igni corrupit, facilem sibi prædam ex incendio cõparans. Omnesq; habitationes, in quibus aliquid decoris erat, concremasset, nisi Gratus regiorũ peditum rector, ex Trachone sagittarios, itemq; Sebastenorum pugnacissimos ducens, properasset occurrere. Vbi peditum quidem in pugna multi consumpti sunt: ipse aũt Simonẽ cõpendio præuenit, ardua ualle fugientẽ, & ex transuerso percussum in ceruice deiecit. Incensæ sunt autem & quæcunq; Iordani proximæ fuerunt sedes regiæ, apud Betharantes, quorundam aliorũ manu conflata ex locis ulterioribus. Tunc enim pastor quidã, cui nomen Athrongæus, regnũ affectare ausus est: quod ut speraret, ui corporis animæq; fiducia mortẽ cõtemnentis impulsus est, ac præterea fratrũ quatuor sibi similiũ robore, quorũ singulis tanquam ducibus & satrapis attributa manu armatorum, ad incursus utebatur. Ipse autem ueluti rex maiora negotia procurabat. Et tum quidem etiam diadema sibi imposuit. Non paruo aũt pòst tempore, cum fratribus suis uastando territoria, & occidẽdo præcipue Romanos, itemq; regios perseuerauit: cum nec Iudæorum quisquam effugeret, qui lucrum aliquod ferens ueniſſet in manus. Ausi sunt etiam apud Ammauntem repertum Romanorum agmen circumuenire, qui frumenta legioni atq; arma portabãt. Vbi Arium quidem centurionem & quadraginta fortissimos iaculis confecere: cæteri uerò in eodem periculo constituti, auxilio Grati qui cum Sebastenis aduenit, elapsi sunt. Multis in hunc modum contra indigenas, itemq; alienigenas per omne bellum gestis, post aliquod tempus tres ex his comprehensi sunt: natu quidem maximus ab Archelao, duo uerò qui ætate sequebantur, in manus Grati ac Ptolemæi delati. Nã quartus Archelao pactione concesit. Sed hic finis eos postea secutus est. Tunc autem latrocinali bello cunctam inflammabant Iudæam.

De Vari

De Vari geſtis circa Iudæos crucifixos. Cap. III

VArus aũt acceptis Sabini & principum literis, toti legioni metuẽs, opem his ferre properabat. Itaq; cum duabus reliquis legionibus, & quatuor alis equitum, in Ptolemaida profectus, eódem regum atque optimatum auxilia conuenire iuſsit. Ad hæc à Berytijs etiam, cum per eorũ tranſiret oppidũ, mille & quingẽtos accepit armatos. Vbi uero in Ptolemaidẽ tam cætera manus auxiliorũ, q̃ propter Herodis inimicitias Aretas rex Arabum non cũ exiguo numero equitũ peditumq́; peruenit, ſtatim exercitus partẽ in Galilæã, quæ Ptolemaidi propinqua erat, dirigit, amici ſui Galli filio his rectore præpoſito. Qui mox & aduerſus quos ierat, omnes in fugam uertit: & Sephori ciuitate capta, ipſam quidẽ incendit, incolas uero eius ſeruitio ſubiugauit. Varus aũt ipſe cum omni exercitu Samaria potitus, ciuitate quidem abſtinuit, ꝙ inter aliorũ turbas nihil eam mouiſſe deprehẽdit: caſtris autẽ ad uicum poſitis, qui appellatur Arun, Ptolemæi poſſeſsionem ꝓpterea direptã ab Arabis, qui & amicis Herodis infenſi erant, inde ad Sappho progreditur, alterũ uicũ tutiſsimũ: quem ſimiliter, omnesq́; reditus ibi repertos depopulati ſunt. Cædis aũt ignisq́; plena erant omnia, nec prædationi Arabũ quicq̃ obſtabat. Exuſta eſt & Ammaus iuſſu Vari, necem Arij cæterorumq́; indigne ferentis, habitatoribus eius fuga diſperſis. Hinc progreſſus ad Hieroſolymã cũ exercitu, ſolo uiſu Iudæorũ caſtra diſiecit: & alij quidẽ per agros abiere fugientes: qui uero intra ciuitatẽ degebant, ſuſcepto eo, ſeditionis cauſas in alios conferebant, nihil quidẽ ſe penitus mouiſſe dicentes, ſed propter diem feſtum receptam neceſſario multitudinẽ, in ciuitate obſeſſos eſſe potius cum Romanis, q̃ cum diſsidentibus conſpiraſſe. Ante uerò obuiam ei uenerant Ioſephus, Archelai cõſobrinus, & cum Grato Ruſus, ducentes exercitũ regiũ, & Sebaſtenos, & Romanos milites ornatos habitu conſueto. Sabinus enim nec in os Vari uenire paſſus, iamdudum ex ciuitate ad mare diſceſſerat. Varus autẽ diſpartitũ aduerſus autores tumultus per agros dimiſit exercitũ: multisq́; ſibi exhibitis, quos minus turbulentos inueniſſet, cuſtodiæ tradidit: maximè uerò nocentiũ ꝓpè ad duo millia cruci ſuffixit. Adhuc aũt circa Idumæam ſupereſſe decem armatorũ millia nunciato, cõfeſtim Arabas domũ abire iubet: ꝙ eos non auxiliantiũ more uti militia, ſed pro ſua libidine, & ſupra quàm ipſe uellet, agros uaſtare perſpexit: ſuis autem comitatus agminibus, in aduerſarios properabat. Verum illi ſe Varo prius q̃ in manus ueniretur, Achiabi conſilio tradiderunt. Varus aũt multitudini uenia data, duces eius interrogandos miſit ad Cæſarem. At ille cum ignouiſſet cæteris, in nõnullos regis cognatos (erant em̃ quidã inter eos Herodis propinqui) animaduertit, ꝙ omnino contra regẽ ſuum arma cepiſſent. Varus aũt hoc modo rebus apud Hieroſolymã cõpoſitis, eademq́; legione, quæ dudũ in præſidio ciuitatis fuerat, ibi relicta, Antiochiam redijt. *Ant. lib. 17 cap. 16*

De ethnarcha Iudæorum inſtituto. Cap. IIII

ROmæ autem Archelao alia rurſus cum Iudæis cauſa cõflata eſt: qui ante ſeditionem permiſſu Vari, legati exierant, ius genti ſuæ liberum petituri. Erant autem numero quinquaginta qui uenerant, & aſtabant eis plus quàm octo millia Iudæorum Romæ degentium. Itaq; con- *Ant. lib. 17 cap. 17*

uocato à Cæſare optimatum Romanorum amicorumq; cõcilio in Palatini Apollinis templum, quod priuatum ipſius erat ædificium admirandis opibus exornatũ, multitudo quidem Iudæorũ conſtitit cum legatis, cõtraq; Archelaus cum amicis. Cognatorũ aũt amici ab utraq; parte ſecreti erant. nam & cum Archelao ſtare propter odium atq; inuidiam recuſabant, & cum accuſatoribus conſpici pudore Cęſaris prohibebant. Inter quos erant etiã Philippus Archelai frater, beneuolo animo duabus ex cauſis præmiſſus à Varo, ut & Archelao ſubueniret, & ſi regnũ Herodis nepotibus eius diſtribui placuiſſet, partẽ aliquã mereretur. Iuſsit aũt accuſatoribus exponere, quæ nam contra leges feciſſet Herodes: primũ non ſe regem, ſed omniũ qui uſquam fuiſſent, tyrannorũ crudeliſsimũ toleraſſe dicebant. Deinde multis ab eo trucidatis, ea pertuliſſe ſuperſtites queſti ſunt, ut beatiores mortui putarentur. Non enim tormentis ſolũ eum laceraſſe corpora ſubiectorũ, ſed etiam gentis ſuæ ciuitatibus deformatis exteras ornauiſſe, populisq; alienis Iudææ ſanguinem condonaſſe. Pro antiqua uero felicitate ac patrijs legibus, nationem ſuam tanta egeſtate ſimul ab eo atq; iniquitate repletam, prorſus ut plures ex Herode paucis annis clades ſuſtinuerint, q̃ omni æuo maiores ſui, poſtquã ex Babylone diſceſſere, perpeſsi ſunt, Xerxe tũc regnante ad diſcordias concitati. Verùm ſe tamen ad modeſtiam ex aduerſæ fortunæ cõſuetudine profeciſſe, ut etiam ſucceſsionem uoluntariam acerbiſsimæ ſeruitutis ſubirent: qui & Archelaum tanti tyranni filium, patre mortuo regem appellaſſent nihil morati, & unà cum eo luxiſſent mortem Herodis, ac pro eius ſucceſſore uota celebraſſent. Illum autem quaſi metueret, ne nõ certus eius filius uideretur, à cæde trium millium ciuium regni ſumpſiſſe primordia: & quia principatum meruerit, tot immolaſſe deo hominum uictimas, tot feſto die templum cadaueribus impleuiſſe. Recte igitur eos qui de tãtis malis ſupereſſent, aliquando reſpexiſſe calamitates ſuas, & bẽlli lege cupere uulnerib. excipiendis ora præbere: atq; ab Romanis precari, ut Iudææ reliquias miſericordia dignas exiſtimarent: né ue quod ex ea natione reſtaret, his obijcerent, à quibus crudeliſsime lacerabatur: ſed patriam ſuam coniungi Syriæ finibus, ac per iudices Romanos adminiſtrari decernerent: hoc enim modo probatum iri, Iudæos qui nunc ueluti turbulenti ac belli cupidi reprehendũtur, moderatis rectoribus obedire noſſe. Iudæorum quidem accuſatio eiuſmodi petitione concluſa eſt. Cum autem ſurrexiſſet contrà Nicolaus, primum criminibus quæ in reges erant ꝓpoſita, diſſolutis, nationem cœpit arguere: quia neq; gubernari facilis eſſet, naturaq; regibus uix parêret. unà etiam propinquos Archelai, qui ſe ad accuſatores contulerant, inſimulabat. Sed tum quidem partibus Cæſar auditis, conuentũ diremit. Paucis autẽ diebus pòſt, mediam regni partem ſub ethnarchiæ nomine dedit Archelao: etiam regem, ſi ſe dignum præbuiſſet, facturum eſſe pollicitus. Reliquam uerò dimidiam in duas tetrarchias diuiſit, duobusq; alijs Herodis filijs attribuit: unam Philippo, alterã Antipæ qui cum Archelao de regno certauerat. Huius parti ceſſerat trans flumen regio, & Galilæa: quarum ducẽta talenta reditus erant. Batanæa uero & Trachon, & Auranitis, & quædam partes domus Zenonis, circa Iamniam, Philippo deſtinatæ ſunt: quæ talentorũ centũ reditus miniſtrabant

ſtrabant. Archelài uerò ethnarchia Idumæam, omnemq; Iudæam, & Samariam habebat quarta tributorũ parte leuatam, pro munere quia nõ rebellaſſet cum cæteris. Ac ciuitates quib. imperaret ei traditæ ſunt, Stratonis pyrgus, & Sebaſte, & Ioppe, & Hieroſolyma. Cæteras aũt, Gazam & Gadaram & Hippon, regno auulſas, Syriæ Cæſar adiecit. Erant aũt reditus Archelai, quadraginta talenta. Quin & Salomen præter illa, quæ teſtamento regis ei relicta erant, Iamniæ dominam, & Azoti, & Phaſelidis idem Cæſar conſtituit: regiamq; apud Aſcalonem largitus eſt: ex quibus omnibus talentorum ſexaginta reditus colligebantur. Domũ uero eius ethnarchiæ ſubdidit Archelai. Quum autẽ cęteris quoq; Herodis propinquis teſtamento relicta ſol uiſſet, duas eius filias uirgines extrinſecus quingentis millibus pecuniæ donauit: easq; nuptum Pheroræ filijs collocauit. Diuiſo aũt Herodis patrimonio, etiam ſibi relictas ab eo facultates ad mille talenta eis diſtribuit: exceptis ſuo nomine quibuſdam rebus uiliſsimis propter honorem defuncti.

De ſubditicio falſoq; Alexandro eoq; deprehenſo. Cap. V

INterea quidam iuuenis natione Iudæus, apud quendam libertinũ Romanorum in Sidoniorum oppido educatus, illum ſe formæ ſimilitudine, quem Herodes necauerat, Alexandrum eſſe mentitus, fallẽdi ſpe Romam uenit. Huius autem facinoris habebat ſocium quendam gentilem ſuum, omnes regni actus optime ſcientem: à quo inſtructus, affirmabat eorum ſe miſericordia, qui ſui atq; Ariſtobuli occidendi cauſa miſsi fuerant, ſimilibus corporibus ſubditis, morti eſſe ſubreptos. Deniq; his multos iam Iudæos fefellerat, in Creta degentes: ac liberaliter illic acceptus, Melumq; inde tranſmiſſus, ibiq; ampliore quæſtu cumulatus, etiã hoſpites ſuos magna ueriſimilitudine Romam ſecum nauigare pellexerat. poſtremo delatus Dicæarchiã, multisq; muneribus ab Iudæis eius loci donatus, quaſi rex à paternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei proceſſerat formæ ſimilitudo, ut qui Alexandrum illum uiderant, planeq; nouerant, hunc eum eſſe iurarent. Igitur omnes etiã Romæ Iudæi, uiſendi eius ſtudio circumfuſi properabant: & infinita multitudo per uicorum anguſtias, quocunq; ferebatur, conueniebat. Tanta namq; dementia multos ceperat, ut illum ſella portarẽt, ac regale obſequium proprijs ei ſumptibus exhiberent. Sed Cæſar Alexandri uultum optime ſciens (accuſatus enim apud eum fuerat ab Herode) & ſi prius quàm uideret hominẽ, fallaciam ſimilitudinis aduerterat, hilariori tamen animi ſpei nonnihil indulgendum putauit: & Celadum quendam, qui Alexandrum bene cognoſceret, miſit, ut ad ſe adoleſcentem deduceret. Qui illo conſpecto, ſtatim perſonæ differentiam coniectura deprehendit. Maximè uerò, ubi corporis eius duritiam, & ſeruilem formam conſiderauit, intellexit omne commentum. Valde autem commotus eſt dictorum eius audacia: de Ariſtobulo enim per contantibus, ſaluum quidem illum eſſe commemorabat: conſulto uerò non adeſſe, quia apud Cyprum degeret cauẽdo inſidias: minus enim ſe circumueniri poſſe diſiunctos. Itaq; ab alijs ei ſeparato uitam dixit à Cæſare præmium fore: ſi tantæ fraudis prodidiſſet autorem. Id autem ſe facturum ille pollicitus, ad Cæſarem ſequitur: & Iudæũ indicat, qui formæ ſuæ ſimilitudine abuſus eſſet ad quæſtũ. Tanta enim dona ex ciuita-

Ant. lib. 17 cap. 18

tibus eum ſingulis abſtuliſſe docuit, quanta uiuus Alexander nõ accepiſſet. Riſit his Cæſar: & falſum quidem Alexandrũ, propter habitudinem corporis, remigum numero inſeruit, ſuaſorẽ uero eius interfici iuſsit. Melijs autẽ ſumptuum detrimentum pro amentiæ precio ſatis eſſe iudicauit.

De Archelai exitio. Cap. VI

Ant. lib. 17 cap. 19

EThnarchia uero ſuſcepta, memor diſcordiæ ſuperioris Archelaus, non ſolum Iudæis, ſed etiam Samarienſibus crudeliter abuſus eſt. Nonoq; principatus ſui anno legatis contra ſe ab utriſq; ad Cæſarẽ miſsis, ipſe quidem in exiliũ pellitur Viennam Galliæ ciuitatem: patrimoniũ uero eius fiſco Cęſaris adiudicatur: quem quidem prius q̃ euocaretur ad Cęſarem huiuſcemodi ſomnium uidiſſe cõmemorant: Nouem ſpicas plenas et maximas à bobus comedi ſomniauerat: accitos deinde uates, Chaldæorũq; nõnullos, quidnam illo putarent indicari ſomnio, conſuluerat. Alijs aũt aliter interpretantibus, Simon quidam Eſſenus genere, dixerat ſpicas annos arbitrari, bouesq; rerũ mutationes: eo ꝙ agros arando uerterent ac mutarent. Ideoq; regnaturũ quidem illũ eſſe tot annos, quot ſignificaſſet numerus ariſtarum: uarias aũt rerum mutationes expertũ, eſſe moriturũ. Hisq; auditis, Archelaus quinq; diebus pòſt ad cauſam dicendam eſt euocatus. Dignũ autem memoria duxi, etiã coniugis eius Glaphyræ ſomniũ, Archelai filiæ Cappadocum regis, referre: quam cum Alexander prius habuiſſet uxorẽ, frater huius de quo loquimur, Herodis filius regis, à quo ille interfectus eſt, ſicut iam deſignauimus, poſt illius mortẽ Iubæ regi Libyæ nuptam, eoq; defuncto domum reuerſam, domiq; apud patrẽ in uiduitate degentẽ, Ethnarches Archelaus ubi conſpexit ad hoc amoris accenſus eſt, ut eam ſtatim repudiata coniuge ſua Mariamme, ſibi copularet. Hęc igitur breui tempore poſtquã in Iudæã redijt, uidere uiſa eſt ſuperſtantẽ ſibi Alexandrũ dicere: Satis fuerat tibi Libycum matrimoniũ: ſed tu illo nõ contenta, rurſus ad meos penates reuerteris auidiſsima uiri tertij, & quod grauius eſt, mei fratris iuncta matrimonio. Equidẽ non diſsimulabo contumeliam, teq; licet inuitam recuperabo. Atq; hoc expoſito ſomnio, uix biduum ſuperuixit.

De Simone Galilæo, de tribus ſectis apud Iudæos. Cap. VII

Ant. lib. 18 cap. 12

IGitur Archelai finibus in prouinciam redactis, procurator Coponius quidam eques Romanus miſſus eſt, ea ſibi à Cæſare poteſtate mãdata. Hoc diſceptãte, Galilæus quidã, Simon nomine, defectionis arguebatur: quia indigenas increparet, ſi tributũ Romanis pendere paterentur, dominosq; poſt deum ferre mortales. Erat aũt propriæ ſectæ ſophiſta, nulla in re ſimilis alijs. Etem tria ſunt apud Iudæos genera philoſophiæ. Horum unũ Phariſæi profitentẽ, alterum Sadducæi, tertiũ uero, quod etiam probabilius habetur, Eſſeni colunt, gente quidem Iudæi, uerùm inter ſe mutuo amore coniunctiſsimi: & qui præter cæteros uoluptates quidem quaſi maleficia uitarẽt: continentiã uero ſeruare, neq; cupiditati ſuccumbere, uirtutem maximam ducerẽt. Itaq; nuptias quidẽ faſtidiunt, alienos uerò filios, dum adhuc molles ſunt, eruditioni traditos, ꝙ cognatis habentes, ſuis moribus diligenter inſtituunt: nõ quia coniugia uel humani generis ſucceſsionẽ cenſeant perimendã: ſed quia cauendã putent intemperantiã fœminarũ, nul-

lam

eadem foueа ab onere uentris leuantur, ac deinceps terrã quã effoderãt reducunt:idq; ipſum faciunt in locis ſecretiſsimis: & cum naturalis ſit iſta purgatio,nihilominus tñ ſolenne habent,ut quaſi ab immunditia diluant. Diſcernuntur autẽ inter ſe, ſecundũ ſuſceptæ abſtinentiæ tempora, in ordines quatuor:tantumq; hi qui iuniores ſunt, inferiores præcedentibus æſtimantur,ut ſi aliquos eorũ contigerint,quaſi à contrectatu alienigenę diluantur. Viuunt autem quàm longiſimè, ita ut plurimi eorum uſq; ad centenariam proferantur ætatem,propter ſimplicitatem uictus,ut equidem puto,& inſtitutionẽ bene in omnibus ordinatam. Sunt etiam contemptores aduerſorũ: cruciatus ſiquidem uincunt firmitate conſilij. Mortem uero, ſi cum decore obeunda ſit,iudicant etiam immortalitate meliorem.Prodidit aũt eorum in omnib.negotijs animos,bellũ quod geſtũ eſt cum Romanis. Tunc ſiquidẽ per artuum confractiones & ignes,ac per tormenta omnigena tranſeuntes, ut uidelicet uel in legislatoris aliquid loquerentur iniuriam, uel ciborũ quippiam quod non ſolent ederent,ad neutrũ horum potuerunt cõpelli:ſed neque deprecari ſuos tortores,aut inter ipſa flere ſupplicia:in medijs quinimo cruciatibus ſubridentes,& eis qui torméta admouerant illudentes,conſtantes animas cum quadam hilaritate reddebãt, ſcilicet quaſi qui eas eſſent denuò recepturi.Opinio quippe apud illos firmata cõſiſtit,corruptibilia quidem eſſe corpora,materiamq; eorũ non eſſe perpetuã: animas aũt immortales ſemper manere, & de æthere ſubtiliſsimo cõmeantes, quaſi carcerib.ita corporib.implicari,uelut quas illecebra naturalis attraxerit.Quum uero fuerint à carnalibus releuatæ uinculis, quaſi de ſeruitute lõgiſsima liberatas, ita ilico lætari eas,ſublimesq; ferri. Et quidẽ bonas, cõcinentes in hoc Græcorum ſententijs,pronũciant ultra Oceanũ degere,ubi eis ſit repoſita perfruitio: illic quippe eſſe regionẽ,quæ neq; imbribus,neq; niuibus,neq; æſtibus aggrauetur: ſed quam Oceano oriens Zephyrus, & leniter aſpirans amœnet. Malis aũt animabus procelloſa loca & hyberna delegant, plena gemitibus exercendarũ ſine fine pœnarũ. Videntur aũt mihi ſecundum hanc ipſam intelligentiam Græci quoq; fortibus ſuis,quos Heroas & ſemideos uocauerunt,beatorũ inſulas ſequeſtraſſe:improborũ autẽ animabus locum apud inferos impiorum:in quo etiam cruciari quoſdam cõmentati ſunt,Siſyphos uidelicet,& Tantalos,& Ixiones,& Tityos: principio quidẽ immortales eſſe animas exiſtimantes,ob adhortationem utique uirtutis,dehortationemq; nequitiæ: bonos quippe fieri in huius uitæ cõſeruatione meliores,p ſpem bonorũ etiam poſt lucẽ redhibendorũ:improborum aũt impetum retardàri æſtimantes:quoniã etſi in huius uitæ ſpatio latuerint,poſt obitum tamẽ ſint immortalia torméta paſſuri.Hæc ſunt ergo quæ Eſſeni de diuinitate animæ philoſophantur, planè illecebram ineuitabilẽ eis qui ſemel de eorum ſapiẽtia guſtauerint,reponẽtes.Sunt aũt in eis qui etiam futura noſſe promittant,ſacris uidelicet libris,& uarijs ſanctificationibus,prophetarũq; dictis à primis ætatib.adhęrẽtes:raro aũt accidit ut prędictiões eorũ fruſtratio conſequatur. Eſt aũt aliud etiã Eſſenorũ collegiũ, cibos quidẽ & mores legesq; ſimiles cũ priorib.habẽs,diſtans uero opinione de cõiugio. Maximã ſiquidem uitæ hominũ partem,ſucceſsionẽ ſcilicet, amputare eos qui abſtineant

nuptijs

nuptijs arbitrantur: quippe ſi in eandē uelint omnes ire ſententiam, defecturum confeſtim genus humanū. Nihilominus aūt cum tanta ipſi moderatione conueniunt, ut per trienniū explorent ualetudinē fœminarū: & ſi cōſtanti purgatiōe apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia aſciſcunt. Nemo tamen eorū cum prægnante concumbit: ut oſtendant, q̄ nuptias nō uoluptatis, ſed liberorū cauſa inierint. Lauantibus aūt fœminis, ita ut uiris perizomatum ineſt amictus: Tales ſunt mores huius collectionis. Duorū autem priorū ordinū, Phariſæi dicunt̄, qūi certiorē legalium rituū notitiā profitentur: & hi primū dogma habent, ut fato & deo uniuerſa deputent: & quidem uel agere quæ iuſta ſunt, uel negligere, ſecundū maiorē partē eſſe in hominibus profitent̄: adiuuare tn̄ in ſingulis & fatū. Animam aūt omnem quidem incorruptā eſſe, tranſire aūt in alia corpora ſolas bonorū, improborū uero interminabili ſupplicio cruciari. Sadducæi porrò, ſecundus ordo, fatū omnino negant: & deum extra omnem mali patrationem inſpectionemq́; conſtituunt. Aiūt aūt electioni hominū uel bonū uel malū eſſe propoſitū: & ſecundū uoluntatē propriā, alterutrū unicuiq; contingere. Animarū aūt generaliter uel ſupplicia denegant uel honores. Et Phariſæi quidem ſociales, & q̄ ſtudeant ſe mutua dilectione cōplecti: Sadducæi uero & inter ſe feris moribus diſcrepantes, & cōuerſatio eorū circa exteros inhumana. Hæc ſunt quæ de Iudæorū philoſophis dicenda reperi: nunc ad inceptum reuertor.

De Pilati regimine. Cap. VIII

Ant. lib. 18 cap. 5

ARchelai ethnarchia in prouinciam redacta, reliqui, id eſt, Philippus & Herodes, qui cognominabatur Antipas, tetrarchias ſuas regebant. Salome enim moriens Iuliæ Auguſti coniugi toparchiam quā rexerat, & Iamniam, & in Phaſelide palmeta teſtamento reliquit. Delato aūt ad Tiberium Iulię filium Romano imperio poſt mortem ſcilicet Auguſti, qui præfuit rebus annis ſeptem & quinquaginta, menſibus ſex, diebus duobus, manētes in tetrarchijs ſuis Herodes ac Philippus: hic quidem iuxta fontes ipſos, è quibus Iordanis flumen exoritur, in Panea de condidit ciuitatē, quam Cæſaream uocitauit: aliamq́; in inferiore Gaulanitide, quam Iuliadē nominauit. Herodes uero in Galilæa Tiberiadem, in Pe-

Ant. lib. 18 cap. 5

ræa autem cognominem Iuliæ. Miſſus autem à Tiberio in Iudæam Pilatus, cum curandam accepiſſet regionē, nocte intempeſta opertas in Hieroſolymam intulit imagines Cęſaris, quę res poſt triduū ingentē inter Iudæos ſuſcitauit tumultum: nam qui aderant ſtupore permoti ſunt, quaſi iam profanatas leges ſuas uiderent. Nullū enim fas eſſe collocari in urbe ſimulachrū. Ad querelam autem eorum qui in ciuitate erāt, ſubito etiam ex agris multitudo confluxit. Euntes aūt ilico Cæſaream ad Pilatum, intentiſsime deprecabant̄, ut ab Hieroſolymis auferrentur imagines, & eis iura patria ſeruarentur. Pilato autē ſupplicantibus abnuente, circa domū eius proni corruerunt: & immobiles quinq; diebus continuis noctibusq́; manſere. Poſt aūt Pilatus tribunal aſcendens, ſtudio magno conuocat multitudinē Iudæorū, quaſi qui eis uellet dare reſponſum: cum ſubitò milites accepto ſigno (ſic em̄ iam fuerat præparatū) armati circumſteterunt Iudæos: circundataq́; triplici acie, Iudæi quidē ſtuporis erant pleni, uidētes inſperatā rerū faciem. Tūc Pilatus denuncians

cians trucidaturū ſe omnes, niſi imagines Cęſaris ſuſciperent, annuit militibus ut educerent gladios. Iudæi aūt quaſi uno cōſilio omnes ſubito corruerunt, & ceruices nudatas excipiendis ictibus pararunt, uociferantes uniuerſos ſe interfici magisuelle q̄ legē profanari. Tunc Pilatus circa religionē ſtudium populi demiratus, cōfeſtim de Hieroſolymis ſtatuas iuſsit auferri. Deinde uerò conturbationē alteram cōmouebat: Eſt apud eos ſacer theſaurus quem Corban dicunt, hunc ad inductionē aquarū iuſsit expendere: erat aūt inducēda aqua ab ſtadijs trecentis. ob hoc itaq; uulgi oriebant querelæ: ita ut etiā Pilati qui Hieroſolymā uenerat, cum clamore circumdarēt tribunal. Ille aūt præuiderat tumultū eorū: ſiquidē populo permiſcuit armatos milites, qui tunc eſſent priuatorū ueſtibus induti: præcepitq; ut gladijs quidē nō uterentur, fuſtibus aūt acclamantes ferirent. Sicq; cōpoſitis rebus, dat ex tribunali ſignū, confeſtimq; cædebantur Iudæi: quorū multi quidē plagis, multi uero ſe inuicem conculcantes, in fuga miſera contritione perierunt. Tunc ad calamitatē interfectorū ſtupens multitudo conticuit: atq; ob hoc accuſator Herodis tetrarchæ Agrippa, qui fuit filius Ariſtobuli, quem pater Herodes interfecit, ad Tiberiū uenit. Illo aūt non ſuſcipiente accuſationem, reſidens Romæ & reliquorū quidem potentiū notitias ambiebat: maximis autē colebat officijs Germanici filiū Caium, cum adhuc eſſet priuatus. Et quodā die inter copioſum epularū apparatū, quibus eum demerebatur, ad ultimū extenſis manibus, aperte deum cœpit precari, celeriter illū mortuo Tiberio dominū cunctorū uidere. Hoc cum quidam è familiarib. eius Tiberio nunciaſſet, ſtatim cōcludi iuſsit Agrippam, qui ſub grandi ærumna, uſq; ad mortem Tiberij, in carcere p̄ menſes ſex tenebatur. Sed defuncto eo, poſt regnū annorū duorū & uiginti, ſex menſium, triūm dierū, ſuccedens in imperium C. Cæſar abſoluit Agrippā uinculis; & tetrarchiam Philippi (iam enim is deceſſerat) ei tradidit, regemq; appellauit. Cum ueniſſet aūt in regnū Agrippa, Herodis tetrarchę cupiditates per inuidiā ſuſcitauit. Irritabat aūt eū maxime in ſpē regni Herodias uxor, exprobrans ei ſocordiā, & dicēs, quia p̄ id quod noluerat ad Cæſarem nauigare, careret poteſtate maiore. nam cum Agrippā ex priuato regē feciſſet, quomodo dubitaret illū ex tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes, uenit ad Caium, à quo ob auaritiam uehementer increpitus, ad Hiſpaniam fugit: ſecutus eum quippe fuerat accuſator Agrippa, cui etiam tetrarchiam illius C. Cæſar adiecit. Atq; ita Herodes quidem in Hiſpania, peregrinante ſecum etiam uxore, deceſsit.

Ant. lib. 18 cap. 14

De ſuperbia Caij, & Petronio præſide. Cap. IX

CAius uerò Cæſar intantū contumelioſe abuſus eſt fortuna, ut etiam & deum ſe putaret, & uellet uocari. Patriā quoq; ſuam multorum nobilium cæde truncauit. Extendit aūt impietatem ſuam etiam in Iudæam: Petroniū deniq; cum exercitu Hieroſolymam miſit, præcipiens ut in templo ſtatuas eius locaret: quas niſi ſuſciperēt Iudæi, contradicentes quidē ex his interficeret, reliquam uero multitudinē captiuaret. Permouebat aūt hoc profecto deū. Et Petronius quidem cum tribus legionibus, multisq; è Syria auxiliaribus properabat in Iudæam ex Antiochia. Iudæorū uerò quidam non credebant famæ bellū nuncianti. qui uerò credebant

Ant. lib. 15 cap. 15

credebant,nihil de reſiſtendo poterant comminiſci. Celeriter aũt in omnes peruadit metus,nam iam Ptolemaidem peruenerat exercitus.Eſt autem hæc ciuitas Galilææ littore in magno campo ſita : circundatur autẽ montibus ab orientali plaga per ſexaginta ſtadia diſparatis,ſed ad Galilæam pertinẽtibus: à meridiana autẽ Carmelo,qui abeſt ſtadijs centum uiginti : à ſeptentrionali quoq; monte qui eſt altiſsimus,quẽ uocant incolæ Scalam Tyriorum:& hic autẽ diſtat ſtadijs centum.Ab ea autem urbe diſtans duobus ſtadijs præterlabitur fluuius,quem uocant Beleũ, exiguus prorſus : cui prope eſt ſepulchrũ Memnonis,habens iuxta ſe centum ferè cubitorum ſpaciũ,ſed admiratione digniſsimum.Eſt enim ſpecie uallis rotundæ,uitream emittens arenam:quã cum exhauſerint multæ naues,pariter accedentes, locus idem rurſus impletur. Venti ſiquidem quaſi dedita opera, cõuehunt illuc de circumſtantibus ſupercilijs arenam iſtam,utiq; cõmunem: locus aũt metalli,ſtatim in uitrum quod ſuſceperit mutat.Mirabilius quoq; mihi illud uidetur, quod iam conuerſæ arenæ in uitrũ,quæcunq; pars ſuper margines loci ipſius fuerit iacta, in uulgarẽ arenam denuo cõuertitur. Igitur loci quidẽ illius natura talis eſt. Iudæi aũt cum mulierib.& filijs collecti in campũ , in quo eſt ſita Ptolemais, Petronio ſupplicabant,principio ob patrias leges, deinceps uero etiam pro ſuo ſtatu.Ille autem ob multitudinem precantium & precum inflexus, exercitum quidem & ſtatuas in Ptolemaide reliquit: procedens autẽ in Galilæã, & conuocans in Tiberiadem tam populum Iudæorum q̃ omnes eorum nobiles,& uim Romani exercitus cœpit exponere,& minas Cæſaris:his addẽs, ꝙ & contumelioſa eſſet ſupplicatio Iudæorum: cum omnes ſiquidem gẽtes quæ parerent imperio Romano,in ſuis urbibus inter reliquos deos,imagines quoq; Cæſaris locauiſſent,ſoli Iudæi iſtud abnuerent.hoc ſiquidẽ quaſi ab imperio deficere eſſet,etiam cum iniuria præſidentis.Illis uero cõtra hęc legem moresq; patrios allegantibus:& quia ne dei quidem ſimulachrũ, nedum hominis,nec ſolũ in templo, ſed neq; in profano aliquo totius regiõis loco fas ſibi eſſet locare:arripiens dictum Petronius,reſpondit:Sed & mihi mei domini lex ſeruanda eſt.ſi eam quippe tranſgrediar,uobisq; parcam,iuſte animaduerſionem ſubibo.Impugnabit ſanè uos,non Petronius,ſed ille à quo ſum miſſus . nam & ipſe æque ac uos cogor implere quæ iuſſa ſunt. Ad hæc tota multitudo unanimiter ſucclamauit,ante legis temerationẽ omnem ſe libenter ſubire pernicicm.Sedato aũt eorum clamore, Petronius ait: Pugnare ergo aduerſus Cæſarẽ eſtis parati ? Reſponderunt Iudæi, pro Cæſare quidẽ & populo Rom.ſe per dies ſingulos offerre ſacrificia: ſi aũt in templo imagines æſtimet collocandas, debere eum totam Iudæorũ gentẽ prius immolare:præbere ſe quippe iugulos cum mulieribus & paruulis ei,qui interficere uoluiſſet. Ad hæc admiratio Petroniũ miſeratioq; peruaſit, intuẽtem & inſuperabilem religionẽ uirorũ, & tantũ uulgus ad mortẽ conſtanter paratum.Et tunc quidẽ infectis omnib.receſſerunt.Poſtridie autẽ ac deinceps ſummates eorum priuatim uiritimq; compellans,populum quoque publice alloquens,nunc quaſi conſulens admonebat,interdum etiam minabaẽ, extollens & uirtutẽ Romanam & indignationẽ Cæſaris : inter hæc etiam ſuam neceſsitatem,cui eſſent exequenda præcepta. Sed illis ad nulla horũ experimenta

menta cedentibus, cum uideret etiam ſementē regionis intercipi (ipſum quidem anni tēpus erat, & quinquaginta penè cōtinuis diebus multitudo in urbe otioſa morabat) ad ultimū conuocatis omnibus, ait, ſibimet periculoſam rem ſe uelle aggredi. Aut enim, inquit, deo cooperante placabo Cæſarem, ac uobiſcum ſaluabor libenter: aut illo in ultionē irritato, pro tanta multitudine impendam animā meam. Atq; ita dimiſſis turbis, multa pro eo uota facientibus, Antiochiam ab Ptolemaide reuocauit exercitū: atq; illinc confeſtim miſit ad Cæſarē, referens & quo apparatu in Iudæam irruiſſet, & q̄ tota gens ſupplicaſſet: quibus ſi abnuendū putaret, noſſet cum uiris etiam prouinciam eſſe perdendam. Seruare ſiquidē ipſos legē patriā, & nouis præceptis uehementer obſiſtere. His epiſtolis reſpondit Caius immodice, cōminans Petronio mortē, quoniā iuſsionū ſuarum ſegnis executor fuiſſet. Sed ſcriptorū talium uectores per tres continuos menſes contigit aduerſa tēpeſtate retineri: alij aūt exitium C. Cæſaris nunciantes, proſpere nauigauerunt: deniq; ante ſeptem & uiginti dies epiſtolas Petronius accepit, finem Cæſaris indicantes, q̄ illi peruenirent, qui comminantia ſcripta portabant.

De imperio Claudij & regno Agrippæ ac morte. Cap. X

CAio per dolum interēpto, qui regnauerat annis tribus, menſibus ſex, rapitur in regnū ab eo exercitu q̄ Romæ erat, Claudius. Senatus aūt, referentibus conſulibus Sentio Saturnino & Pomponio Secundo, mā[…] tribus cohortibus urbanis ut eſſent præſidio ciuitati, & ipſe frequens in Capitolium cōuenit: & propter immanitatem Caij, bellum agi cum Claudio decernebat, uolens imperiū ad optimates reducere: ut ſicut olim, ad regendū digniſsimi eligerētur. Accidit interim ut Agrippa aduenire: quem cum & ſenatus in conciliū & in caſtra Claudius euocaſſet, ut ſcilicet eo ſtrenuo adiutore uteretur in quibus res poſceret, uidens Agrippa Claudium iam eſſe opibus Cæſarem, ad eum perrexit: quē ille ilico legatū ad ſenatum miſit, indicātem ſuum propoſitum, quoniā primo quidem inuitus ab exercitu raptus ſit, & iniquum eſſe, ſi militū erga ſe ſtudia tam religioſa deſereret, imò tutam aliter ſuam non eſſe fortunā: iam enim ad inuidiā ſatis fore, quod in regnum uocatus ſit. deinde adminiſtrare paratum eſſe rempublicam non ut aliquis tyrannus, ſed ut princeps benignus: ſufficere ſibi quippe honorē nominis. De ſingulis aūt negotijs cōmunem omnium ſtare ſententiam. nam & ſi non natura eſſet modeſtus, locuples tamen moderandæ potestatis exemplum Caij morte eſſe propoſitum. Quæ cum detuliſſet Agrippa, reſpondit ſenatus, quaſi qui militi ſuo bonisq̄; conſilijs fideret, nolle ſe ſubire uoluntariam ſeruitutē. Sed accepto patrum reſponſo, Claudius rurſus miſit Agrippam, nunciantē eis, ſe nō poſſe adduci ut eos proderet, quorū conſenſu in imperium eſſet accitus. Inuitum aūt ſe initurum eſſe pugnam aduerſus eos, cum quibus confligere minime uellet: proinde eligendū eſſe locum extra ciuitatem in quo confligerent. neq; enim fas eſſe, propter illorū peruicaciam, patriam ciuili cæde fœdari. Et Agrippa quidē iſta ſenatui nunciauit. Inter hæc unus ex illis militibus, qui cum patribus erant, educens gladium: Commilitones, inquit, quibus perturbati cauſis parricidia perpetrare cupimus, & cōcurrere aduerſus propinquos noſtros Claudiū ſecutos? maxime

Ant. lib. 19 cap. 3

Ant. lib. 19 cap. 4

cum habeamus imperatorẽ quẽ in nulla re culpare poſsimus. & ad quẽ cum iuſtis magis allegationib. q̃ cum armis egredi debeamus. Hæc dicẽs, per mediam egreſſus eſt curiã, omnib. ſe militibus conſecutis. Hoc exemplo optimates deſerti, in magno metu eſſe cœperũt. ac deinceps uidentes ſibi aduerſationem tutam nõ eſſe, ſecuti milites, ad Claudiũ tranſierũt. Occurrebant aũt eis pro muris ſtrictis gladijs hi qui fortunę regis ambitioſius adulabant: & pęnè accidit ut progreſsi quinq; interficerẽtur, ante ſcilicet q̃ militũ impetum Cæſar agnoſceret: niſi accurrens Agrippa, imminentis ei facinoris periculũ nunciaſſet: dicens q̃ niſi coercuiſſet exercitũ, iam in ſanguinẽ ciuium furentẽ, cõfeſtim amiſſurus eſſet omnes per quos conſpicuũ eſſet imperium, fieretq; ſolitudinis imperator. Hęc audiens Claudius, continuit militũ impetum. Suſcepit aũt in caſtris aduenientẽ ſenatum, & indulgenti honore cõplexus, egreſſus cum patribus confeſtim obtulit deo hoſtias, ut mos eſt pro imperio ſupplicari. Agrippam quoq; protinus donat regno paterno uniuerſo, adijciens ei etiam illam quæ Auguſtus Herodi donauerat, Trachonitidẽ ſcilicet & Auranitidem: præter hæc aũt aliud quoq; regnum, quod Lyſaniæ uocabatur. Et
Ant. lib. 19 cap. 5 populo quidem donationẽ hanc per edictum indicauit. Patribus aũt præcepit, ut inciſam æreis tabulis in Capitolio collocarẽt. Donat aũt etiam fratrem eius Herodem, qui gener eiuſdem erat, Berenicæ iunctus reginæ Chalcidis. Opinione aũt celerius Agrippæ dati regni cenſus maximus affluebat: qua ſanè pecunia, non ille in rebus exiguis abutebatur, ſed talem murum Hieroſolymis circundare cœpit, qualis, ſi potuiſſet abſolui, irritam prorſus obſidionem Romanis oppugnãtibus effeciſſet. Sed antequam impleret opus, deceſ-
Ant. lib. 19 cap. 7. 8 ſit in Cæſarea. Regnauit aũt annis tribus. Ante quoq; cum tetrarchiam regeret, alijs tribus annis tenuerat poteſtatem. Reliquit filias tres è Cypride natas, Berenicen, Mariammen atq; Druſillam: filium aũt ex eadem ipſa cõiuge, nomine Agrippam. qui cum admodum paruulus eſſet, Claudius regnũ in prouinciam redegit, in cuius procurationem miſſus eſt Ceſtius Feſtus: poſt hũc autem Tiberius Alexander: qui nihil de cõſuetudine patria immutantes, gentem in pace tenuerunt. Poſt hæc uero & Herodes, qui regnabat in Chalcide, deceſsit, relinquens ex fratris quidẽ filia Berenice filios duos, Berenicianum & Hyrcanum: ex priore aũt Mariamme Ariſtobulum. Alius quoq; eius frater Ariſtobulus mortuus fuerat priuatus, relicta filia Iopata. Hi quidem erant (ſicut diximus) liberi Ariſtobuli, qui fuerat Herodis filius. Alexander aũt & Ariſtobulus nati fuerant Herodi è Mariamme, quos ipſe parens occidit. Alexandri autem poſteri in maiori Armenia regnauerunt.

De uarijs tumultibus in Iudæa & Samaria. Cap. XI

POſt obitum aũt Herodis, qui regnauit in Chalcide, Claudius Agrippam filiũ Agrippæ in patrui ſui regno cõſtituit. Alterius aũt prouincię ſuſcepit curã poſt Alexandrũ Cumanus, ſub quo oriri cœperũt tumultus, & denuo Iudęos calamitas cõprehẽdit. Conueniente quippe multitudine ad diẽ feſtũ azymorũ in Hieroſolymam, ſtante cohorte Romana ſuper porticũ templi (armati quippe milites ſemper cuſtodiebant feſtos dies, ne quid cõuenientes populi nouare auderẽt) unus è militibus reductis turpiter ueſtimentis inclinans poſteriora ſua uertit ad faciem

Iudæorum

Iudæorum: & ad hunc habitū uocem emittens ſimilē ſucclamauit. Ob quod factum tota cœpit multitudo conqueri, ita ut circunſtarent Cumanū, ad ſupplicium militē depoſcētes. Ex his aūt inconſulti iuuenes, & quaſi natura apti ad ſeditiones mouendas, in rixam grauiſsimā ꝓſiliebant: cōtinuo quippe ſaxa rapiētes, ꝓcutiebant milites. Tunc ueritus Cumanus, ne totius in eū uulgi impetus fieret, plures euocauit armatos: qui cū eſſent porticibus immiſsi, metus grauis incidit Iudæis. ſtatimq; in fugam uerſi, relicto tēplo refugere cœperunt. Tanta aūt per egreſſus de cōſtipatione obtritio facta eſt, ut cōculcatione mutua ſuper decē milia hominū cōſumpta ſint. Facta eſt aūt uniuerſæ genti luctuoſa feſtiuitas, & planctus per domos ſingulas ꝓſonabat. Succeſsit aūt huic calamitati latrocinātiū tumultus. Iuxta Bethoron quippe, per uiam publicam, Stephanus quidā ſeruus Cæſaris ſuppellectilē quandam uehebat, quæ ab irruentibus latronibus direpta eſt. Cumanus aūt ad inquiſitionē mittens eos qui in proximis uicis eſſent, uinctos ad ſe adduci iuſsit, obijciēs q̄ latrones illos non cōprehendiſſent: qua occaſione quidam militū in uico quodam libros ſacræ legis offenſos diſcidit atq; cōbuſsit. Iudæi aūt quaſi totam religionem inflāmatam uiderent, undiq; confluxerūt: & uelut machinamento aliquo, ita uī ſuperſtitionis attracti, oēs ad unam euocationem ad Cumanum Cæſaream concurrunt: precantes ut militē qui tantam cōtumeliam deo legiq; eius intuliſſet, non relinqueret impunitum. Ad hæc ille (uidebat enim multitudinē nequaquā quieturam, niſi aliqua eſſet ſatisfactione ſedata) adiudicatum militem per medium populum ad ſuppliciū iuſsit abduci: ſicq; Iudæi placatis animis receſſerunt. Denuo aūt Galilæorum & Samaritanorum cōflictus exoritur. In uico em̄ quem Geman uocant, qui eſt in magno Samariæ campo ſitus, quidā Galilæus de numero Iudæorū ad feſtiuitatē aſcendens interficitur. Ad quod factum multi ex Galilæa regione concurrerūt, ut cum Samaritanis confligerent. Horū aūt nobiliores cōuenerunt ad Cumanum, rogantes ut anteq̄ grauis calamitas oriretur tranſiret in Galilęā: & in eos qui autores eſſent homicidij uindicaret. Cumanus uero his negotijs quæ habebat in manib. poſtponens illorū petitiones, ſine effectu precatores remiſit. Nunciato igit̄ homicidio Hieroſolymā, omnis multitudo cōmota eſt: & relicta diei ſolēnitate, in Samariā uulgus impetū fecit, ſine ullo duce, nec cuiquā principum ſuorū retinenti acquieſcētes. Latrocinij aūt eorum & tumultus, quidā Dinæi filius Eleazarus, & Alexander, principes erant: qui in Acrabatenæ regioni cōterminos irruentes, promiſcuā edidere cædem, & à nullius ætatis exitio tēperantes, uicos etiam inflāmauerūt. Cumanus aūt hæc audiens, adduxit ſecum unam equitū alam, quæ uocatur Sebaſtenorū, ut auxilio his qui uaſtabantur eſſet: ſicq; eorum multos qui Eleazarum erāt ſecuti, cōprehendit, plures quoq; interfecit. Ad reliquam aūt multitudinē, qui in uaſtandos Samaritanorū fines irruerant, principes gentis de Hieroſolymis occurrerunt: opertiq; cilicijs, & aſperſis cinere capitibus precabant̄, ut ab incepto deſinerent: nec propter exercendam in Samaritas ultionē, ad Hieroſolymæ pernicie Romanos cōmouerent: miſererētur aūt patriæ ſuæ atq; tēpli, filiorumq; & coniugum propriarum: neq; omnia pariter in diſcrimen adducerent, neq; ob unius Galilæi uindictam cuncta diſperderent. His acquieſcen-

tes Iudæi, à negocio receſſerunt. Multi aũt per idem tẽpus in latrocinia cõſpirabant: ſicut ferè ſolet inſolentia creſcere rebus quietis: per quę in oĩi regione agebant rapinæ, & audaciſsimus quiſq; reliquis uim afferebat. Tunc Samaritarũ primates ad Numidiũ Quadratũ, qui Syriam procurabat, Tyrum uenerunt, uindicari de his qui regionẽ eorũ deprædati fuerant poſtulantes. Præſto aũt fuerãt etiam Iudæorũ nobiles: & Ionathas filius Anani, princeps ſacerdotũ, obiecta diluẽs allegabat, initium quidẽ tumultus Samaritas fuiſſe, qui primi homicidiũ perpetraſſent: cauſam tamẽ calamitatũ poſtea ſecutarũ præbuiſſe Cumanũ, qui inter principia autores cædis noluiſſet ulciſci. Tũc Quadratus utranq; partem interim diſtulit, dicens ſe cũ ad ipſas regiones uenisſet, diligenter ſingula inquiſiturũ: deinceps uero progreſſus Cæſareã, eos omnes quos Cumanus uiuos ceperat, in crucẽ ſuſtulit. Inde cũ Lyddam uenisſet, denuo audiuit Samaritanorũ querelas, & accitos Iudæorũ decem & octo uiros, quos cognouit pugnæ fuiſſe participes, ſecuri percuſsit. Duos autem principes ſacerdotũ, Ionatham & Ananiã, eiusq; filiũ Ananum, & nonnullos alios Iudæos nobiles ad Cæſarem miſit: ſimiliter aũt & Samaritarum nobiliſsimos quoſq;. Præcepit etiã Cumano, & Celeri tribuno, Romam nauigare, reddituros Claudio rationẽ pro his quæ in regione geſſerãt. His ita cõpoſitis à Lydda aſcendebat Hieroſolymã: & inueniens multitudinẽ feſtiuitatem azymorũ celebrantẽ ſine ulla conturbatione, Antiochiam redijt. Romæ aũt Cæſar auditis allegationibus Cumani & Samaritanorũ (aderat aũt etiam Agrippa, Iudæorũ cauſam magna cõtentione defendens: ſiquidem & Cumano multi potentiũ aderant) pronũcians aduerſus Samaritas, tres eorũ nobiliſsimos iuſsit interfici: Cumanum aũt in exilium deportari. Celerem aũt tribunum uinctũ Hieroſolymã miſſum, Iudæis ad ſuppliciũ tradidit, ut per urbem tractus, capite plecteretur. Poſt hæc Felicẽ Pallantis fratrẽ miſit ad Iudæos, qui & eorũ prouinciam cum Samaria & Galilęa curaret. Agrippam uero de Chalcide in regnũ maius trãſtulit, tradẽs ei illam quoq; prouinciã, quæ Felicis fuiſſet. Erat aũt iſta Trachonitis & Batanęa & Gaulanitis. Addidit aũt regnum etiã Lyſaniæ, & tetrarchiã quam Varus rexerat. Ipſe aũt per annos tredecim, menſes octo, dies triginta adminiſtrato imperio, deceſsit, ſucceſſorẽ regni Neronem relinquens, quem ſuadelis Agrippinæ uxoris ſuæ in imperium cooptauerat, & quidem cum legitimum haberet filium Britannicum ex Meſſalina natum, priore ſcilicet coniuge, & Octauiam filiam, quam ipſe priuigno collocarat Neroni. Suſceperat autẽ ex Agrippina Antoniam. Et Nero quidem, quemadmodum per magnitudinem felicitatis & opum, abuſus ſit fortuna: & qualiter fratrem ſuum, atq; uxorem, matremq; interfecerit, poſt quos in omnes proximos immanitatẽ ſuam conuertit; atq; ut ad ultimũ per amentiam ad hiſtrionum opera ſcenamq; peruenerit, quoniam ſcio eſſe narratione moleſtum, ſilentio præterire melius puto.

De tumultibus in Iudæa ſub Felice. Cap. XII

Ant. lib. 20 cap. 11

Onuertar aũt ad narranda quæ ab eo aduerſus Iudęos geſta ſunt. Minorem igitur Armeniam regnandam Ariſtobulo dedit, Herodis filio. Regno autem Agrippæ quatuor urbes addidit cum agris ad ſingulas pertinẽtibus; in Peræa ſcilicet regione, Abilam

&

& Iuliadem: in Galilæa aũt Tarichęam & Tiberiadem. Reliqua aũt Iudęæ Felici procuranda dedit. Hic principem latronũ Eleazarum, qui per uiginti annos regionẽ fuerat deprædatus, aliosq; cũ eo multos cepit, uinctosq; Romã misit: aliorũq; quos in crucẽ sustulit, latronum uel in cõmunione sceleris deprehensorum popularium, fuit penè innumerabilis multitudo. Sic aũt regione purgata, aliud genus latrocinantiũ in Hierosolymis oriebatur. Hi aũt sicarij uocabantur, die claro & in media ciuitate passim quosq; interficientes. Potissimum uero diebus solẽnitate festiuis immiscebant uulgo, sicas sub ueste gestantes. His inimicos interficiebant: ac deinceps collapsis hominibus, illi inter reliquos de scelere querebant: qua fraude extra suspicionẽ manebant, diuq; latuerunt. Primus igit ab eis Ionathas põtifex interficitur. Post hũc aũt quotidie plurimi cædebant, atq; ipsis calamitatibus molestior timor ciuitatem premebat: sicut enim in medio bello per singula momenta oẽs mortem operiebantur. Circumspiciebant autẽ eminus quosq; appropinquantes: & neq; amicis suis fidere poterant, dum tamen in medijs suspicionibus atq; cu stodijs nihilominus interficerentur. Tanta erat latrocinantium temeritas, & ars quædam latendi. Ad hæc aũt alia etiam malorum collectio facta est, cæde quidem abstinẽtium, sed consilijs magis impiorum, quæ pars nõ minus q̃ sicariorum felicitatem urbis statumq; corrupit. Seductores namq; homines & circumuentores, sub specie religionis nouis rebus studentes, uulgus insanire fecerunt. nam in solitudines egrediebantur, promittẽtes deum signa eis ostensurum libertatis. Contra quos Felix (uidebant quippe semina defectionis esse) mittens equites atq; pedites armatos, magnam multitudinem interfecit. Maiore aũt plaga Iudæos afflixit Aegyptius quidã pseudopropheta. Ad ueniens quippe in prouinciam, magus cum esset, prophetæ opinionem sibi arrogans, triginta fermè milia hominũ congregauit, quos uana seductione deceperat. Et circumducens eos de solitudine in montẽ qui uocatur Oliuarum, inde ad Hierosolymã nitebatur ascendere: depulsoq; Romanorũ præsidio, in populares exercere dominationẽ. Vtebatur aũt stipatoribus, qui ad id facinus conuenerant. Præuidit sanè eius impetũ Felix, & occurrẽs cum ipsis Romanis armatis, quos etiã Iudæorum reliqua multitudo iuuabat, inijt cõflictum. Et Aegyptius quidẽ cum paucis fugit. Plurimi aũt qui cum ipso fuerãt comprehensi atq; uinculis traditi sunt. Reliqua uero multitudo in regiones proprias dispersa est. Compressis uerò his etiam, sicut ferè in ægro corpore, rursus pars altera tumescebat. Magi enim quidam & latrones collecti, multis afflictionem inducebant: et quasi ad libertatẽ uocabant, mortem apertissimã comminantes his qui Romanorum principatui obedire uoluissent: ut uel reluctantes auerterent eos, qui spontaneam ferrent seruitutẽ. Dispersi ergo per totam regionem diripiebant quorumq; potentiũ domos, eosq; insuper trucidabant: inflammabant etiam uicos, ita ut desperatione eorum tota Iudæa protinus impleretur. Et hoc quidem bellum indies ingrauescebat. Alter autem tumultus ortus est circa Cæsaream, inter Iudæos scilicet qui ibi permixti habitabant, & Syros, seditione commota. Hi siquidem postulabant, ut eorum fieret ciuitas, Iudæum eius fuisse conditorem dicentes: erat autem rex Herodes. Aemuli uerò conditorem quidem cõfitebantur Iudæum,

Ant. lib. 20 cap. 12

Ant. lib. 20 cap. 12

nemq; redituũ animaduertit, atq; inſuper Herodis familiã numeroſam, perlectis etiã Vari ac Sabini literis, optimates Romanorũ ad conciliũ uocat, in quo tunc primũ ex Agrippa ac filia ſua natũ Caiũ ſedere iuſsit, filiũ adoptiuum: atq; ita partibus proſequendi copiam dedit. Igitur Salomes filius Antipater (namq; is erat orator acerrimus eorũ qui aduerſabant Archelao) accuſationẽ propoſuit, inſimulãs Archelaũ, quaſi uerbis quidẽ de regno uideret contendere, re aũt uera iamdudũ rex eſſet effectus, & apud aures modo Cæſaris cauillaretur, quẽ iudicẽ ſucceſsionis exſpectare noluiſſet. Nam poſt Herodis mortem, quibuſdam ut diadema ſibi imponerent ſubornatis, regis eũ more in ſolio aureo reſidentem, partim ordines militiæ permutaſſe, partim cõdonaſſe promotiones: & inſuper his omnia annuiſſe populo, quæ uelut à rege impetranda petijſſet: maximorumq; reos criminũ, quos pater ſuus uinxerat, abſoluiſſe: qui cum iſta feciſſet, modo regni umbram à dño poſtulaturus ueniſſet, cuius ſibi corpus ipſe rapuiſſet, ut non rerũ ſed uocabulorũ dominũ eſſe Cæſarẽ demonſtraret. Ad hæc ei, q̃ etiam luctũ patris aſsimulaſſet, obijciebat: cum interdiu quidẽ perſonam cõponeret in mœrorẽ, noctu uero ad comeſſationes uſq; potaret. Deniq; ſeditionẽ uulgi ex hac indignatiõe conflatã eſſe dicebat. Totius enim orationis ſuæ uires, eorũ multitudine qui circa templũ cæſi fuerant, aſtruebat. Hos enim ad diem feſtũ quidem ueniſſe: ad hoſtias uero, quas ipſi mactandas uenerant, crudeliter eſſe iugulatos: tantumq; in templo funerũ eſſe congeſtũ, quantũ nullum ab externis illatũ bellum implacabile congeſsiſſet. Itaq; huius crudelitatis Herode prẽſcio, ne ſpe quidẽ regni unq̃ eum dignũ eſſe uiſum, niſi cum ſanæ mentis inops erat, animo deterius ægrotante q̃ corpore, & quem in ſecundo teſtamento ſucceſſorem ſcriberet, ignorabat: præſertim qui priore teſtamẽto ſucceſſorẽ ſcriptũ incuſare nihil poſſet, q̃ incolumi corpore, omniq; uitio purgata mẽte feciſſet. Vt tamẽ quis firmius eſſe ponat morbo laborantis arbitriũ, ipſum ſe Archelaũ abdicaſſe regia dignitate, multis in eã cõtra leges admiſsis. Nam qualem fore ſi acciperet à Cẽſare principatũ, qui anteq̃ acciperet, tantũ populum peremiſſet? Multa in hunc modũ proſecutus Antipater, multis ex numero circumſtantiũ propinquorũ in ſingula crimina teſtibus exhibitis perorauit. Surrexit aũt Nicolaus defenſor Archelai, & ante omnia cædẽ in tẽplo neceſſario factam eſſe perdocuit: nam quorũ necis argueret, non regni ſolum, ſed etiã ipſius iudicis, id eſt, Cæſaris hoſtes fuiſſe: aliorũ aũt criminũ ſuaſores aduerſarios ipſos demonſtrauit. Secundũ uero teſtamentũ idcirco ratũ manere poſtulabat, q̃ Herodes in eo ſucceſſoris ſui firmatorẽ Cæſarem cõſtituiſſet. nam qui tantum ſaperet, ut rerum domino poteſtate ſua cederet, nec unquam in hæredis erraſſe iudicio, ſed ſano corde quem conſtitueret elegiſſe, qui per quem conſtitui deberet non ignorauit. Cum aũt omnibus expoſitis, etiam Nicolaus peroraſſet, in mediũ progreſſus Archelaus, ad genua Cæſaris accidit ocyus. Quo perbenigne Cæſar eiecto, q̃ paterna quidẽ ſucceſsione dignus eſſet, oſtendit: certũ uero nihil pronunciauit. Sed illo die dimiſſo concilio, ſecum ipſe de cognitis deliberabat, utrum ex his qui teſtamẽto continerentur, aliquem regni oporteret conſtitui ſucceſſorem, an toti familiæ diſtribui principatũ. Multitudo enim perſonarum egere ſubſidio uidebatur.

De

De pugna & ſtrage Hieroſolymis inter Iudæos & Sabinianos. Cap. II

SEd antequam de his quicquam ſtatueretur à Cæſare, mater Archelai Malthace morbo correpta moritur. Et uariæ literæ de Syria perlatæ ſunt, Iudæos defeciſſe nunciantes: quod Varus fore proſpiciens, in Hieroſolymam poſtquam Archelaus nauigarat, aſcendit, ut incẽtores ſeditionis prohiberet. Et quia multitudo ceſſatura nõ uidebatur, ex tribus quas ex Syria duxerat ſecum legionibus, unam in ciuitate reliquit: atq; ita in Antiochiã ipſe remeauit. At Sabinus cum poſtea in Hieroſolymam ueniſſet, cauſas nouarũ rerum Iudæis præbuit: modo uim cuſtodibus, ut ſibi arces traderent, adhibendo, nunc maligne regis exquirẽdo pecunias. Nõ autem ſolis relictis à Varo militibus fretus erat, ſed etiam ſeruorum ſuorum multitudine, quos etiam omnes armatos auaritiæ miniſtros habebat. Feſto autẽ quinquageſimo die, quæ Pentecoſte à Iudæis uocatur, ſepties ſeptem diebus exactis rediens, ex eorum numero uocabulũ nacta, non religionis ſolennitas populũ, ſed indignatio congregauit. Deniq; cõcurſus infinitæ multitudinis ex Galilæa, itemq́; Idumęa & Hierichunte, transq́; Iordanem poſitis regionibus, factus eſt: cum indigena ex ipſa ciuitate populus Iudæorũ, & numero ſimul & alacritate pręſtaret: & tripartita manu terna caſtra collocauerunt, una in ſeptentrionali regione templi, altera in meridionali Hippodromũ uerſus, tertiaq́; in occiduo prope regiam tractu, circumſeſſosq́; Romanos undiq; obſidebant. Sabinus aũt multitudine pariter, eorumq́; ſpiritu perterritus, crebris quidem Varũ nuncijs precabatur, ut q̃ mature ferret auxilium, quaſi occaſione delenda legione, ſi quid moræ interueniſſet. Ipſe uero in altiſsimam caſtelli turrim, quæ Phaſelus uocabatur, euadit, fratris Herõdis cognominem, quem Parthi necauerũt. Hinc legionarijs ut in hoſtes irruerent, ſignũ dabat. Nam præ timore nec ad eos quibus ipſe præerat, deſcendere audebat. Eius autẽ præcepto milites obedientes, in templum uolant, uehementiq́; cum Iudæis pugna cõfligunt: in qua dum nemo deſuper adiuuaret, imperitos belli peritia ſuperabant. Poſtea uero q̃ multi Iudæi porticibus occupatis, à uertice telis eos appetebant, plurimi conterebantur: & neq; ex alto iaculantes ulciſci facile poterant, neq; cominus dimicantes ferebant. ab utriſq; tamen afflicti ſuccendunt porticus, opere, magnitudine atque ornatu mirabiles. ibiq́; tum multi flamma ſubito cõprehenſi aut ea cõſumebant̃, aut in hoſtes deſilientes ab ipſis occidebant̃: alij retrorſum cedentes præcipitabant̃ ex muro: nõnulli deſperata ſalute, incendij periculum ſuis gladijs præueniebant. Qui tñ ex mœnibus obrependo in Romanos feciſſent impetũ, metu attoniti nullo negotio ſubigebant̃, donec omnibus aut interemptis, aut timore diſiectis, theſauro dei defenſoribus deſtituto manus milites attulerũt, & XL ex eo talẽta diripuere: quorũ q̃ furto ſublata nõ ſunt, conquiſiuit Sabinus. At Iudæos multo plures, magisq́; pugnaces, tam uirorum q̃ opum interitus in Romanos contraxit. Obſeſſaq́; his regia minitabantur exitium, niſi quàm primũ inde ſecederent: Sabino, ſi uellet, unà cum legione abeundi copiam pollicentes. Quibus opitulabãtur regiorum plurimi, qui ad eos ſponte transfugerant. Pars tñ bellicoſior erat, Sebaſtenorum tria millia, hisq́; Rufus & Gratus præpoſiti, unus peditum rector, at uero equi- *Ant. lib. 17 cap. 14*

tum Rufus: quorum uterq; ui corporis atq; prudentia, etiam si nullam manum obedientem haberent, magnum tamen momẽtum belli Romanis addidissent. Itaq; Iudęi quidem instare obsidioni, simul & castelli mœnia tentantes, & ad Sabinum clamantes ut discederet, neu impediret habituros tanto pòst tempore patriam libertatem. Sabinus autem quamuis optaret euadere, fidem tamen pollicitationibus non habebat: sed eorum lenitatem, insidiarũ esse illecebram suspicabatur: simulq; auxilium Vari sperans, obsidionis pe-
Ant. lib. 17 cap. 15 riculũ perferebat. Eodem tempore per Iudæã plurimis locis tumultus erat, multosq; ad regni cupidinẽ tempus impulerat. Nam in Idumæa quidẽ duo millia ueteranorũ, qui sub Herode militauerant, congregati, armisq; instructi cum regijs decertabant: quibus Achiabus regis consobrinus, ex uicis munitissimis repugnabat, campestre prælium declinando. In Sephori aũt Galilææ, Iudas filius Ezechiæ latronum principis, ab Herode quondam rege capti, q tunc illas regiones uastauerat, nõ parua multitudine collecta, ruptisq; regijs armamentarijs, & omnibus quos circa se habebat armatis, contra potentiæ cupidos manus mouebat. Trans flumen quoq; Simon quidam ex regijs seruis, pulchritudine simul & uastitate corporis fretus, imposito sibi diademate, cum latronibus quos cõgregauerat ipse circuiẽs, & apud Hierichunta regiam, & multa alia magnifica diuersoria igni corrupit, facilem sibi prædam ex incendio cõparans. Omnesq; habitationes, in quibus aliquid decoris erat, concremasset, nisi Gratus regiorũ peditum rector, ex Trachone sagittarios, itemq; Sebastenorum pugnacissimos ducens, properasset occurrere. Vbi peditum quidem in pugna multi consumpti sunt: ipse aũt Simonẽ cõpendio præuenit, ardua ualle fugientẽ, & ex transuerso percussum in ceruice deiecit. Incensæ sunt autem & quæcunq; Iordani proximæ fuerunt ædes regiæ, apud Betharantes, quorundam aliorũ manu conflata ex locis ulterioribus. Tunc enim pastor quidã, cui nomen Athrongæus, regnũ affectare ausus est: quod ut speraret, ui corporis animæq; fiducia mortẽ cõtemnentis impulsus est, ac præterea fratrũ quatuor sibi similiũ robore, quorũ singulis tanquam ducibus & satrapis attributa manu armatorum, ad incursus utebatur. Ipse autem ueluti rex maiora negotia procurabat. Et tum quidem etiam diadema sibi imposuit. Non paruo aũt pòst tempore, cum fratribus suis uastando territoria, & occidẽdo præcipue Romanos, itemq; regios perseuerauit: cum nec Iudæorum quisquam effugeret, qui lucrum aliquod ferens ueniisset in manus. Ausi sunt etiam apud Ammauntem repertum Romanorum agmen circumuenire, qui frumenta legioni atq; arma portabãt. Vbi Arium quidem centurionem & quadraginta fortissimos iaculis confecere: cæteri uerò in eodem periculo constituti, auxilio Grati qui cum Sebastenis aduenit, elapsi sunt. Multis in hunc modum contra indigenas, itemq; alienigenas per omne bellum gestis, post aliquod tempus tres ex his comprehensi sunt: natu quidem maximus ab Archelao, duo uerò qui ætate sequebantur, in manus Grati ac Ptolemæi delati. Nã quartus Archelao pactione concesit. Sed hic finis eos postea secutus est. Tunc autem latrocinali bello cunctam inflammabant Iudæam.

De Varii

De Vari gestis circa Iudæos crucifixos. Cap. III

VArus aũt acceptis Sabini & principum literis, toti legioni metuẽs, opem his ferre properabat. Itaq; cum duabus reliquis legionibus, & quatuor alis equitum, in Ptolemaida profectus, eódem regum atque optimatum auxilia conuenire iussit. Ad hæc à Berytijs etiam, cum per eorũ transiret oppidũ, mille & quingẽtos accepit armatos. Vbi uero in Ptolemaidẽ tam cætera manus auxiliorũ, q̃ propter Herodis inimicitias Aretas rex Arabum non cũ exiguo numero equitũ peditumq; peruenit, statim exercitus partẽ in Galilæã, quæ Ptolemaidi propinqua erat, dirigit, amici sui Galli filio his rectore præposito. Qui mox & aduersus quos ierat, omnes in fugam uertit: & Sephori ciuitate capta, ipsam quidẽ incendit, incolas uero eius seruitio subiugauit. Varus aũt ipse cum omni exercitu Samaria potitus, ciuitate quidem abstinuit, ꝙ inter aliorũ turbas nihil eam mouisse deprehẽdit: castris autẽ ad uicum positis, qui appellatur Arun, Ptolemæi possessionem ꝓpterea direptã ab Arabis, qui & amicis Herodis infensi erant, inde ad Sappho progreditur, alterũ uicũ tutissimũ: quem similiter, omnesq; reditus ibi repertos depopulati sunt. Cædis aũt ignisq; plena erant omnia, nec prædationi Arabũ quicq̃ obstabat. Exusta est & Ammaus iussu Vari, necem Arij cæterorumq; indigne ferentis, habitatoribus eius fuga dispersis. Hinc progressus ad Hierosolymã cũ exercitu, solo uisu Iudæorũ castra disiecit: & alij quidẽ per agros abiere fugientes: qui uero intra ciuitatẽ degebant, suscepto eo, seditionis causas in alios conferebant, nihil quidẽ se penitus mouisse dicentes, sed propter diem festum receptam necessario multitudinẽ, in ciuitate obsessos esse potius cum Romanis, q̃ cum dissidentibus conspirasse. Ante uerò obuiam ei uenerant Iosephus, Archelai cõsobrinus, & cum Grato Rufus, ducentes exercitũ regiũ, & Sebastenos, & Romanos milites ornatos habitu consueto. Sabinus enim nec in os Vari uenire passus, iamdudum ex ciuitate ad mare discesserat. Varus autẽ dispartitũ aduersus autores tumultus per agros dimisit exercitũ: multisq; sibi exhibitis, quos minus turbulentos inuenisset, custodiæ tradidit: maximè uerò nocentiũ, ꝓpè ad duo millia cruci suffixit. Adhuc aũt circa Idumæam supersse decem armatorũ millia nunciato, cõfestim Arabas domũ abire iubet: ꝙ eos non auxiliantiũ more uti militia, sed pro sua libidine, & supra quàm ipse uellet, agros uastare perspexit: suis autem comitatus agminibus, in aduersarios properabat. Verum illi se Varo prius q̃ in manus ueniretur, Achiabi consilio tradiderunt. Varus aũt multitudini uenia data, duces eius interrogandos misit ad Cæsarem. At ille cum ignouisset cæteris, in nõnullos regis cognatos (erant em̃ quidã inter eos Herodis propinqui) animaduertit, ꝙ omnino contra regẽ suum arma cepissent. Varus aũt hoc modo rebus apud Hierosolymã cõpositis, eademq; legione, quæ dudũ in præsidio ciuitatis fuerat, ibi relicta, Antiochiam redijt. *Ant. lib. 17 cap. 16*

De ethnarcha Iudæorum instituto. Cap. IIII

ROmæ autem Archelao alia rursus cum Iudæis causa cõflata est: qui ante seditionem permissu Vari, legati exierant, ius genti suæ liberum petituri. Erant autem numero quinquaginta qui uenerant, & astabant eis plus quàm octo millia Iudæorum Romæ degentium. Itaq; con- *Ant. lib. 17 cap. 17*

uocato à Cæſare optimatum Romanorum amicorumq; cõcilio in Palatini Apollinis templum, quod priuatum ipſius erat ædificium admirandis opibus exornatũ, multitudo quidem Iudæorũ conſtitit cum legatis, cõtraq; Archelaus cum amicis. Cognatorũ aũt amici ab utraq; parte ſecreti erant. nam & cum Archelao ſtare propter odium atq; inuidiam recuſabant, & cum accuſatoribus conſpici pudore Cęſaris prohibebant. Inter quos erant etiã Philippus Archelai frater, beneuolo animo duabus ex cauſis præmiſſus à Varo, ut & Archelao ſubueniret, & ſi regnũ Herodis nepotibus eius diſtribui placuiſſet, partẽ aliquã mereretur. Iuſsit aũt accuſatoribus exponere, quæ nam contra leges feciſſet Herodes: primũ non ſe regem, ſed omniũ qui uſquam fuiſſent, tyrannorũ crudeliſsimũ toleraſſe dicebant. Deinde multis ab eo trucidatis, ea pertuliſſe ſuperſtites queſti ſunt, ut beatiores mortui putarentur. Non enim tormentis ſolũ eum laceraſſe corpora ſubiectorũ, ſed etiam gentis ſuæ ciuitatibus deformatis exteras ornauiſſe, populisq; alienis Iudææ ſanguinem condonaſſe. Pro antiqua uero felicitate ac patrijs legibus, nationem ſuam tanta egeſtate ſimul ab eo atq; iniquitate repletam, prorſus ut plures ex Herode paucis annis clades ſuſtinuerint, q̃ omni æuo maiores ſui, poſtquã ex Babylone diſceſſere, perpeſsi ſunt, Xerxe tũc regnante ad diſcordias concitati. Verùm ſe tamen ad modeſtiam ex aduerſæ fortunæ cõſuetudine profeciſſe, ut etiam ſucceſsionem uoluntariam acerbiſsimæ ſeruitutis ſubirent: qui & Archelaum tanti tyranni filium, patre mortuo regem appellaſſent nihil morati, & unà cum eo luxiſſent mortem Herodis, ac pro eius ſucceſſore uota celebraſſent. Illum autem quaſi metueret, ne nõ certus eius filius uideretur, à cæde trium millium ciuium regni ſumpſiſſe primordia: & quia principatum meruerit, tot immolaſſe deo hominum uictimas, tot feſto die templum cadaueribus impleuiſſe. Recte igitur eos qui de tãtis malis ſupereſſent, aliquando reſpexiſſe calamitates ſuas, & bẽlli lege cupere uulnerib. excipiendis ora præbere: atq; ab Romanis precari, ut Iudææ reliquias miſericordia dignas exiſtimarent: né ue quod ex ea natione reſtaret, his obijcerent, à quibus crudeliſsime lacerabatur: ſed patriam ſuam coniungi Syriæ finibus, ac per iudices Romanos adminiſtrari decernerent: hoc enim modo probatum iri, Iudæos qui nunc ueluti turbulenti ac belli cupidi reprehendũtur, moderatis rectoribus obedire noſſe. Iudæorum quidem accuſatio eiuſmodi petitione concluſa eſt. Cum autem ſurrexiſſet contrà Nicolaus, primum criminibus quæ in reges erant, ppoſita, diſſolutis, nationem cœpit arguere: quia neq; gubernari facilis eſſet, naturaq; regibus uix parêret. unà etiam propinquos Archelai, qui ſe ad accuſatores contulerant, inſimulabat. Sed tum quidem partibus Cæſar auditis, conuentũ diremit. Paucis autẽ diebus pòſt, mediam regni partem ſub ethnarchiæ nomine dedit Archelao: etiam regem, ſi ſe dignum præbuiſſet, facturum eſſe pollicitus. Reliquam uerò dimidiam in duas tetrarchias diuiſit, duobusq; alijs Herodis filijs attribuit: unam Philippo, alterã Antipæ qui cum Archelao de regno certauerat. Huius parti ceſſerat trans flumen regio, & Galilæa: quarum ducẽta talenta reditus erant. Batanæa uero & Trachon, & Auranitis, & quædam partes domus Zenonis, circa Iamniam, Philippo deſtinatæ ſunt: quæ talentorũ centũ reditus miniſtrabant

ſtrabant. Archelài uerò ethnarchia Idumæam, omnemq; Iudæam, & Samariam habebat quarta tributorũ parte leuatam, pro munere quia nõ rebellaſſet cum cæteris. Ac ciuitates quib. imperaret ei traditæ ſunt, Stratonis pyrgus, & Sebaſte, & Ioppe, & Hieroſolyma. Cæteras aũt, Gazam & Gadaram & Hippon, regno auulſas, Syriæ Cæſar adiecit. Erant aũt reditus Archelai, quadraginta talenta. Quin & Salomen præter illa, quæ teſtamento regis ei relicta erant, Iamniæ dominam, & Azoti, & Phaſelidis idem Cæſar conſtituit: regiamq; apud Aſcalonem largitus eſt: ex quibus omnibus talentorum ſexaginta reditus colligebantur. Domũ uero eius ethnarchiæ ſubdidit Archelai. Quum autẽ cęteris quoq; Herodis propinquis teſtamento relicta ſol uiſſet, duas eius filias uirgines extrinſecus quingentis millibus pecuniæ donauit: easq; nuptum Pheroræ filijs collocauit. Diuiſo aũt Herodis patrimonio, etiam ſibi relictas ab eo facultates ad mille talenta eis diſtribuit: exceptis ſuo nomine quibuſdam rebus uiliſsimis propter honorem defuncti.

De ſubditicio falſoq; Alexandro eoq; deprehenſo. Cap. V

INterea quidam iuuenis natione Iudæus, apud quendam libertinũ Romanorum in Sidoniorum oppido educatus, illum ſe formæ ſimilitudine, quem Herodes necauerat, Alexandrum eſſe mentitus, fallẽdi ſpe Romam uenit. Huius autem facinoris habebat ſocium quendam gentilem ſuum, omnes regni actus optime ſcientem: à quo inſtructus, affirmabat eorum ſe miſericordia, qui ſui atq; Ariſtobuli occidendi cauſa miſsi fuerant, ſimilibus corporibus ſubditis, morti eſſe ſubreptos. Deniq; his multos iam Iudæos fefellerat, in Creta degentes: ac liberaliter illic acceptus, Melumq; inde tranſmiſſus, ibiq; ampliore quæſtu cumulatus, etiã hoſpites ſuos magna ueriſimilitudine Romam ſecum nauigare pellexerat. poſtremo delatus Dicæarchiã, multisq; muneribus ab Iudæis eius loci donatus, quaſi rex à paternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei proceſſerat formæ ſimilitudo, ut qui Alexandrum illum uiderant, planeq; nouerant, hunc eum eſſe iurarent. Igitur omnes etiã Romæ Iudæi, uiſendi eius ſtudio circumfuſi properabant: & infinita multitudo per uicorum anguſtias, quocunq; ferebatur, conueniebat. Tanta namq; dementia multos ceperat, ut illum ſella portarẽt, ac regale obſequium proprijs ei ſumptibus exhiberent. Sed Cæſar Alexandri uultum optime ſciens (accuſatus enim apud eum fuerat ab Herode) & ſi prius quàm uideret hominẽ, fallaciam ſimilitudinis aduerterat, hilariori tamen animi ſpei nonnihil indulgendum putauit: & Celadum quendam, qui Alexandrum bene cognoſceret, miſit, ut ad ſe adoleſcentem deduceret. Qui illo conſpecto, ſtatim perſonæ differentiam coniectura deprehendit. Maximè uerò, ubi corporis eius duritiam, & ſeruilem formam conſiderauit, intellexit omne commentum. Valde autem commotus eſt dictorum eius audacia: de Ariſtobulo enim percontantibus, ſaluum quidem illum eſſe commemorabat: conſulto uerò non adeſſe, quia apud Cyprum degeret cauẽdo inſidias: minus enim ſe circumueniri poſſe diſiunctos. Itaq; ab alijs ei ſeparato uitam dixit à Cæſare præmium fore: ſi tantæ fraudis prodidiſſet autorem. Id autem ſe facturum ille pollicitus, ad Cæſarem ſequitur: & Iudæũ indicat, qui formæ ſuæ ſimilitudine abuſus eſſet ad quæſtũ. Tanta enim dona ex ciuita-

Ant. lib. 17 cap. 18

tibus eum ſingulis abſtuliſſe docuit, quanta uiuus Alexander nõ accepiſſet. Riſit his Cæſar: & falſum quidem Alexandrũ, propter habitudinem corporis, remigum numero inſeruit, ſuaſorẽ uero eius interfici iuſsit. Melijs autẽ ſumptuum detrimentum pro amentiæ precio ſatis eſſe iudicauit.

De Archelai exitio. Cap. VI

Ant. lib. 17 cap. 19 ETHnarchia uero ſuſcepta, memor diſcordiæ ſuperioris Archelaus, non ſolum Iudæis, ſed etiam Samarienſibus crudeliter abuſus eſt. Nonoq; principatus ſui anno legatis contra ſe ab utriſq; ad Cæſarẽ miſsis, ipſe quidem in exiliũ pellitur Viennam Galliæ ciuitatem: patrimoniũ uero eius fiſco Cęſaris adiudicatur: quem quidem prius q̃ euocaretur ad Cęſarem huiuſcemodi ſomnium uidiſſe cõmemorant: Nouem ſpicas plenas et maximas à bobus comedi ſomniauerat: accitos deinde uates, Chaldæorũq; nõnullos, quidnam illo putarent indicari ſomnio, conſuluerat. Alijs aũt aliter interpretantibus, Simon quidam Eſſenus genere, dixerat ſpicas annos arbitrari, bouesq; rerũ mutationes: eo q̃ agros arando uerterent ac mutarent. Ideoq; regnaturũ quidem illũ eſſe tot annos, quot ſignificaſſet numerus ariſtarum: uarias aũt rerum mutationes expertũ, eſſe moriturũ. Hisq; auditis, Archelaus quinq; diebus pòſt ad cauſam dicendam eſt euocatus. Dignũ autem memoria duxi, etiã coniugis eius Glaphyræ ſomniũ, Archelai filiæ Cappadocum regis, referre: quam cum Alexander prius habuiſſet uxorẽ, frater huius de quo loquimur, Herodis filius regis, à quo ille interfectus eſt, ſicut iam deſignauimus, poſt illius mortẽ Iubæ regi Libyæ nuptam, eoq; defuncto domum reuerſam, domiq; apud patrẽ in uiduitate degentẽ, Ethnarches Archelaus ubi conſpexit ad hoc amoris accenſus eſt, ut eam ſtatim repudiata coniuge ſua Mariamme, ſibi copularet. Hęc igitur breui tempore poſtquã in Iudæã redijt, uidere uiſa eſt ſuperſtantẽ ſibi Alexandrũ dicere: Satis fuerat tibi Libycum matrimoniũ: ſed tu illo nõ contenta, rurſus ad meos penates reuerteris auidiſsima uiri tertij, & quod grauius eſt, mei fratris iuncta matrimonio. Equidẽ non diſsimulabo contumeliam, teq; licet inuitam recuperabo. Atq; hoc expoſito ſomnio, uix biduum ſuperuixit.

De Simone Galilæo, de tribus ſectis apud Iudæos. Cap. VII

Ant. lib. 18 cap. 12 IGitur Archelai finibus in prouinciam redactis, procurator Coponius quidam eques Romanus miſſus eſt, ea ſibi à Cæſare poteſtate mãdata. Hoc diſceptãte, Galilæus quidã, Simon nomine, defectionis arguebatur: quia indigenas increparet, ſi tributũ Romanis pendere paterentur, dominosq; poſt deum ferre mortales. Erat aũt propriæ ſectæ ſophiſta, nulla in re ſimilis alijs. Etem tria ſunt apud Iudæos genera philoſophiæ. Horum unũ Phariſæi profitent, alterum Sadducæi, tertiũ uero, quod etiam probabilius habetur, Eſſeni colunt, gente quidem Iudæi, uerùm inter ſe mutuo amore coniunctiſsimi: & qui præter cæteros uoluptates quidem quaſi maleficia uitarẽt: continentiã uero ſeruare, neq; cupiditati ſuccumbere, uirtutem maximam ducerẽt. Itaq; nuptias quidẽ faſtidiunt, alienos uerò filios, dum adhuc molles ſunt, eruditioni traditos, ꝑ cognatis habentes, ſuis moribus diligenter inſtituunt: nõ quia coniugia uel humani generis ſucceſsionẽ cenſeant perimendã: ſed quia cauendã putent intemperantiã fœminarũ, nullam

lam earum uni uiro fidē ſeruare credentes. Quin & diuitiarū contemptores ſunt, rerumq́; apud eos cōmunicatio admirationi habetur, neq; inuenias alteri alterū opulentia præſtare: legemq́; ſibi dixerūt, ut qui diſciplinam ſuam ſectari uellent, bona contubernio publicarent. Ita enim fore, ne uel pauperta tis humilitas, uel diuitiarum dignitas appareret: ſed permixtis facultatibus, uelut inter fratres, unū eſſet omniū patrimonium. Probro aūt ducūt oleum, & ſi quis uel inuitus unctus fuerit, munditijs corpus abſterget: quoniā ſqualorem decorē putant, dummodo ſemper in ueſte ſint candida. Deſignatos autem cōmunium rerum procuratores habēt, & ad uſus omnium ſingulos indiuiſos. Non eſt autē illis una ciuitas certa, ſed in ſingulas multi domicilia transferunt: & aliunde aduenientibus ſectæ ſuæ profeſſoribus, quicquid habeant promptū exhibent quaſi proprium. Deniq; tanquam cōſuetiſsimi ad eos ingrediuntur, quos nunquam antè uiderunt. Hinc eſt, quòd cum peregrinantur, propter latrocinia tantum armantur, neq; prēterea quicquam ferunt. In ſingulis aūt ciuitatibus, ex eodem collegio ſpecialis curator hoſpitū conſtituitur: qui eorum ueſtimenta cæteraq́; uſui neceſſaria tueatur. Amictus autem cultusq́; corporis omnibus pueris, in metu & ſub cura magiſtri agētibus, par eſt. Nec uero ueſtitū ſiue calceos mutant, niſi aut omnino conſciſsis prioribus, aut longi temporis uſu conſumptis. Nihil aūt inter ſe mercantur aut uendunt: ſed egenti quiſq; quod habet præbēs, refert ab eo quod ipſe nō habet: quamuis etiam ſine permutatione cunctis libera ſit facultas, à quibus libuerit accipiendi quod opus ſit. Præcipue circa deū religioſi ſunt. Namque ante ſolis ortum nihil profani loquuntur, ſed ei patria quædā uota celebrant, quaſi ut oriatur precantes. Deinde ad quas uenerūt ſinguli artes, à curatoribus dimittunt. Cumq́; ad horam quintam ſtudioſe fuerint operati, rurſus in unum cōgregantur: linteisq́; præcincti uelaminibus, ita corpus aquis frigidis abluunt. Atq; hac luſtratione facta, in eadē ſecreta coeunt, quo neminē alterius ſectæ hominē aſpirare conceſſum eſt, ipſiq́; purificati, uelut in ſanctū quoddam templum in cœnaculum ueniunt: quibus ibi cum ſilentio reſidētibus, piſtor quidem panes ordine, unum autem uaſculum ex uno pulmento ſingulis cocus apponit. Deinde uoce cibum ſacerdos anteuenit: neq; guſtare quenquam fas eſt, niſi prius deo celebretur oratio. Poſt finem quoq; prandij uota repetunt. Nam & cum incipiunt, & cum deſinunt, quaſi datorem uictus, deum laudibus canunt. Tunc ueluti ſacris illis depoſitis ueſtimentis, in opere uſq; ad ueſperam uerſantur. Similiterq́; inde reuerſi cœnant, conſedentibus etiam hoſpitibus, ſi quos fortè interueniſſe repererint. Neq; uero clamor unquā tectum illud, neq; tumultus inquietat: cum etiam loquendi ordine alijs alij cedant: eorumq́; ſilentium, extra tectum conſtitutis arcanum quoddam uideatur uenerabile. Cuius quidem rei perpetua ſobrietas cauſa eſt, quodq́; apud eos edendi aut potandi modus ſaturitate definitur. Sed quamuis aliarū rerum nihil ſine præcepto faciunt curatoris, tamē in his duobus, hoc eſt iuuādo & miſerēdo ſui iuris ſunt. Nā & ſubuenire dignis, cū opus eſt, ſuo arbitrio cuiq; licet, & indigētib. alimēta porrigere. Sanè cognatis dare aliqd ſine curatoribus, interdictū. Iidē iracūdię moderatores iuſti ſunt, indignationē cohibēt, fidē tuent, paci obſecundāt: & omne q̄d

dixerint,iureiurando fortius habent.Ipſum aũt iuſiurandum quaſi periurio deterius uitant. Iam enim mendacij condemnatũ arbitrant̃, cui ſine deo nõ creditur.Summũ autem ſtudium ueterum ſcriptis adhibent: ea maxime inde,quæ animæ & corpori expediant eligentes.Hinc illis morborũ remedia, ſtirpes medicæ,quamq́; uim propriam ſinguli lapides habeant, rimantibus conquirunt̃.Sectæ uero ſuę ſtudioſis nõ ſtatim cum eis una collectio: ſed p annum integrum extrinſecus cõmoranti cuiq; eundem uictus ordinem tribuunt:dolabellam quoq;,& quod prædictum eſt perizoma, & albam ueſtẽ tradentes. Cum uero proceſſu temporis experimentũ continentiæ dederit, accedit etiam ad cõmunem cibum: & purioribus, ob caſtificationẽ ſcilicet, aquis participat: neq; tamen in conuictum aſſumitur.Poſt oſtenſionẽ quippe continentiæ,duobus annis alijs mores eius probant̃.Cumq́; dignus apparuerit,tunc demũ in conſortium aſſumitur.Prius uerò quàm incipiat cõmunem habere cibum, magnis execrationibus adiurat ſe primum quidem colere deum, deinceps quoq; erga homines ſeruare iuſtitiam, & neq; propria ſponte nocere cuiquam,neq; ex præcepto obeſſe: quin imo iniquos omnes odiſſe,& collaborare ſemper iuſtitiæ ſectatoribus,fidem omnibus ſeruare, maxime uero principibus. Neq; enim abſq; uoluntate dei, cuiquam poſſe principatus potentiam contingere.Si uero ipſe cæteris præſit,nunq̃ ſe abuſurum uiribus poteſtatis ad contumeliam ſubiectorũ,ſed neq; ueſte aut ambitioſo aliquo ornatu reliquis eminere, ueritatẽ ſemper diligere, & habere propoſitũ conuincere mentientes.Manus uerò à furto,& animã puram ſeruare ab iniuſtis cõpendijs: & neq; aliquid de myſterijs conſectaneos celare, neq; profanis eorũ quippiam publicare, etiã ſi intentata quiſpiã morte compellat.Super hæc aũt addunt,nihil ſe de dogmatibus aliud q̃ ipſi ſuſceperint tradere.Fugere aũt latrocinia,& conſeruatũ ire ſimul & dogmatis ſui libros & angelorũ nomina.His quidẽ execrationibus explorant, & quaſi præmuniunt accedentes.Deprehenſos uero in peccatis à ſua congregatione depellunt:& q taliter fuerit cõdemnatus, miſerabili pleruq; morte conſumitur. Illis quidẽ ſacramẽtis ac ritib.obligatus, neq; capere ab alijs oblatũ cibũ poteſt.herbas uero pecudũ more decerpens,& fame exeſus p membra corrumpitur.Ob quod etiã plurimos plerunq; miſerati, extremũ ſpiritũ agentes receperunt:ſufficientẽ pro peccatis eorũ quæ uſq; ad mortẽ adduxerit, pœnã luiſſe cenſentes.In iudicijs uero ſunt diligentiſsimi atq; iuſtiſsimi. Diſceptãt aũt nõ minus q̃ centũ in unũ coacti: q̃d aũt his decretũ fuerit,immobile manet.Veneratio quoq; apud eos poſt deũ magna legislatoris eſt:ita ut ſi qs eũ blaſphemauerit,morte damnetur.Senibus uero obedire & pluriũ quorũq; decreto,probabile arbitrant̃ officium.Cum ſimul deniq; ſederint decẽ, nullus unus nouẽ loquit̃ inuitis. Expuere quoq; in medium eorũ, uel in dexteram ſui partem, quiſq; deuitat. Sabbatis quoq; operationẽ aliquã cõtigiſſe, omnibus Iudæis diligentius cauent: neq; cibũ ſibi ſolum pridie præparant, ne uidelicet illo die ignẽ accendant:ſed neq; uas aliquod tranſponere audẽt, imò nec aluũ purgant. Alijs aũt diebus fodientes foueam uno pede altã σκαλίδα, hoc eſt,illa dolabella quã tradi nuper accedẽtib.diximus,demiſſa ueſte ſeſe diligentiſsime contegentes,ne ſcilicet ſplẽdori diuino iniuriã faciant, in

eadem

eadem fouea ab onere uentris leuantur, ac deinceps terrã quã effoderãt reducunt: idq; ipsum faciunt in locis secretissimis: & cum naturalis sit ista purgatio, nihilominus tñ solenne habent, ut quasi ab immunditia diluant. Discernuntur autẽ inter se, secundũ susceptæ abstinentiæ tempora, in ordines quatuor: tantumq; hi qui iuniores sunt, inferiores præcedentibus æstimantur, ut si aliquos eorũ contigerint, quasi à contrectatu alienigenę diluantur. Viuunt autem quàm longissimè, ita ut plurimi eorum usq; ad centenariam proferantur ætatem, propter simplicitatem uictus, ut equidem puto, & institutionẽ bene in omnibus ordinatam. Sunt etiam contemptores aduersorũ: cruciatus siquidem uincunt firmitate consilij. Mortem uero, si cum decore obeunda sit, iudicant etiam immortalitate meliorem. Prodidit aũt eorum in omnib. negotijs animos, bellũ quod gestũ est cum Romanis. Tunc siquidẽ per artuum confractiones & ignes, ac per tormenta omnigena transeuntes, ut uidelicet uel in legislatoris aliquid loquerentẽ iniuriam, uel ciborũ quippiam quod non solent ederent, ad neutrũ horum potuerunt cõpelli: sed neque deprecari suos tortores, aut inter ipsa flere supplicia: in medijs quinimo cruciatibus subridentes, & eis qui torméta admouerant illudentes, constantes animas cum quadam hilaritate reddebãt, scilicet quasi qui eas essent denuò recepturi. Opinio quippe apud illos firmata cõsistit, corruptibilia quidem esse corpora, materiamq; eorũ non esse perpetuã: animas aũt immortales semper manere, & de æthere subtilissimo cõmeantes, quasi carcerib. ita corporib. implicari, uelut quas illecebra naturalis attraxerit. Quum uero fuerint à carnalibus releuatæ uinculis, quasi de seruitute lõgissima liberatas, ita ilico lætari eas, sublimesq; ferri. Et quidẽ bonas, cõcinentes in hoc Græcorum sententijs, pronũciant ultra Oceanũ degere, ubi eis sit reposita perfruitio: illic quippe esse regionẽ, quæ neq; imbribus, neq; niuibus, neq; æstibus aggrauetur: sed quam Oceano oriens Zephyrus, & leniter aspirans amœnet. Malis aũt animabus procellosa loca & hyberna delegant, plena gemitibus exercendarũ sine fine pœnarũ. Videntur aũt mihi secundum hanc ipsam intelligentiam Græci quoq; fortibus suis, quos Heroas & semideos uocauerunt, beatorũ insulas sequestrasse: improborũ autẽ animabus locum apud inferos impiorum: in quo etiam cruciari quosdam cõmentati sunt, Sisyphos uidelicet, & Tantalos, & Ixiones, & Tityos: principio quidẽ immortales esse animas existimantes, ob adhortationem utique uirtutis, dehortationemq; nequitiæ: bonos quippe fieri in huius uitæ cõseruatione meliores, p spem bonorũ etiam post lucẽ redhibendorũ: improborum aũt impetum retardàri æstimantes: quoniã etsi in huius uitæ spatio latuerint, post obitum tamẽ sint immortalia torméta passuri. Hæc sunt ergo quæ Essẽni de diuinitate animæ philosophantur, planè illecebram ineuitabilẽ eis qui semel de eorum sapiẽtia gustauerint, reponẽtes. Sunt aũt in eis qui etiam futura nosse promittant, sacris uidelicet libris, & uarijs sanctificationibus, prophetarũq; dictis à primis ætatib. adhęrẽtes: raro aũt accidit ut prędictiões eorũ frustratio consequatur. Est aũt aliud etiã Essenorũ collegiũ, cibos quidẽ & mores legesq; similes cũ priorib. habẽs, distans uero opinione de cõiugio. Maximã siquidem uitæ hominũ partem, successionẽ scilicet, amputare eos qui abstineant

nuptijs

nuptijs arbitrantur: quippe ſi in eandē uelint omnes ire ſententiam, defecturum confeſtim genus humanū. Nihilominus aūt cum tanta ipſi moderatione conueniunt, ut per trienniū explorent ualetudinē fœminarū: & ſi cōſtanti purgatiōe apparuerint idoneæ partui, ita eas in matrimonia aſciſcunt. Nemo tamen eorū cum prægnante concumbit: ut oſtendant, q̄ nuptias nō uoluptatis, ſed liberorū cauſa inierint. Lauantibus aūt fœminis, ita ut uiris perizomatum ineſt amictus: Tales ſunt mores huius collectionis. Duorū autem priorū ordinū, Phariſæi dicunt, qūi certiorē legalium rituū notitiā profitentur: & hi primū dogma habent, ut fato & deo uniuerſa deputent: & quidem uel agere quæ iuſta ſunt, uel negligere, ſecundū maiorē partē eſſe in hominibus profitent: adiuuare tn̄ in ſingulis & fatū. Animam aūt omnem quidem incorruptā eſſe, tranſire aūt in alia corpora ſolas bonorū, improborū uero interminabili ſupplicio cruciari. Sadducæi porrò, ſecundus ordo, fatū omnino negant: & deum extra omnem mali patrationem inſpectionemq; conſtituunt. Aiūt aūt electioni hominū uel bonū uel malū eſſe propoſitū: & ſecundū uoluntatē propriā, alterutrū unicuiq; contingere. Animarū aūt generaliter uel ſupplicia denegant uel honores. Et Phariſæi quidem ſociales, & q̄ ſtudeant ſe mutua dilectione cōplecti: Sadducæi uero & inter ſe feris moribus diſcrepantes, & cōuerſatio eorū circa exteros inhumana. Hæc ſunt quæ de Iudæorū philoſophis dicenda reperi: nunc ad inceptum reuertor.

De Pilati regimine. Cap. VIII

Ant. lib. 18 cap. 5

ARchelai ethnarchia in prouinciam redacta, reliqui, id eſt, Philippus & Herodes, qui cognominabatur Antipas, tetrarchias ſuas regebant. Salome enim moriens Iuliæ Auguſti coniugi toparchiam quā rexerat, & Iamniam, & in Phaſelide palmeta teſtamento reliquit. Delato aūt ad Tiberium Iulię filium Romano imperio poſt mortem ſcilicet Auguſti, qui præfuit rebus annis ſeptem & quinquaginta, menſibus ſex, diebus duobus, manētes in tetrarchijs ſuis Herodes ac Philippus: hic quidem iuxta fontes ipſos, è quibus Iordanis flumen exoritur, in Paneade condidit ciuitatē, quam Cæſaream uocitauit: aliamq; in inferiore Gaulanitide, quam Iuliadē nominauit. Herodes uero in Galilæa Tiberiadem, in Peræa autem cognominem Iuliæ. Miſſus autem à Tiberio in Iudæam Pilatus, cum curandam accepiſſet regionē, nocte intempeſta opertas in Hieroſolymam intulit imagines Cęſaris, quę res poſt triduū ingentē inter Iudæos ſuſcitauit tumultum: nam qui aderant ſtupore permoti ſunt, quaſi iam profanatas leges ſuas uiderent. Nullū enim fas eſſe collocari in urbe ſimulachrū. Ad querelam autem eorum qui in ciuitate erāt, ſubito etiam ex agris multitudo confluxit. Euntes aūt ilico Cæſaream ad Pilatum, intentiſsime deprecabant̄, ut ab Hieroſolymis auferrentur imagines, & eis iura patria ſeruarentur. Pilato autē ſupplicantibus abnuente, circa domū eius proni corruerunt: & immobiles quinq; diebus continuis noctibusq; manſere. Poſt aūt Pilatus tribunal aſcendens, ſtudio magno conuocat multitudinē Iudæorū, quaſi qui eis uellet dare reſponſum: cum ſubitò milites accepto ſigno (ſic em̄ iam fuerat præparatū) armati circumſteterunt Iudæos: circundataq; triplici acie, Iudæi quidē ſtuporis erant pleni, uidētes inſperatā rerū faciem. Tūc Pilatus denuncians

Ant. lib. 18 cap. 5

cians trucidaturũ ſe omnes, niſi imagines Cęſaris ſuſciperent, annuit militibus ut educerent gladios. Iudæi aũt quaſi uno cõſilio omnes ſubito corruerunt, & ceruices nudatas excipiendis ictibus pararunt, uociferantes uniuerſos ſe interfici magis uelle q̃ legẽ profanari. Tunc Pilatus circa religionẽ ſtudium populi demiratus, cõfeſtim de Hieroſolymis ſtatuas iuſsit auferri. Deinde uerò conturbationẽ alteram cõmouebat: Eſt apud eos ſacer theſaurus quem Corban dicunt, hunc ad inductionẽ aquarũ iuſsit expendere: erat aũt inducẽda aqua ab ſtadijs trecentis. ob hoc itaq; uulgi oriebanť querelæ: ita ut etiã Pilati qui Hieroſolymã uenerat, cum clamore circumdarẽt tribunal. Ille aũt præuiderat tumultũ eorũ: ſiquidẽ populo permiſcuit armatos milites, qui tunc eſſent priuatorũ ueſtibus induti: præcepitq; ut gladijs quidẽ nõ uterentur, fuſtibus aũt acclamantes ferirent. Sicq; cõpoſitis rebus, dat ex tribunali ſignũ, confeſtimq; cædebantur Iudæi: quorũ multi quidẽ plagis, multi uero ſe inuicem conculcantes, in fuga miſera contritione perierunt. Tunc ad calamitatẽ interfectorũ ſtupens multitudo conticuit: atq; ob hoc accuſator Herodis tetrarchæ Agrippa, qui fuit filius Ariſtobuli, quem pater Herodes interfecit, ad Tiberiũ uenit. Illo aũt non ſuſcipiente accuſationem, reſidens Romæ & reliquorũ quidem potentiũ notitias ambiebat: maximis autẽ colebat officijs Germanici filiũ Caium, cum adhuc eſſet priuatus. Et quodã die inter copioſum epularũ apparatũ, quibus eum demerebatur, ad ultimũ extenſis manibus, aperte deum cœpit precari, celeriter illũ mortuo Tiberio dominũ cunctorũ uidere. Hoc cum quidam è familiarib. eius Tiberio nunciaſſet, ſtatim cõcludi iuſsit Agrippam, qui ſub grandi ærumna, uſq; ad mortem Tiberij, in carcere p̃ menſes ſex tenebatur. Sed defuncto eo, poſt regnũ annorũ duorũ & uiginti, ſex menſium, triũm dierũ, ſuccedens in imperium C. Cæſar abſoluit Agrippã uinculis; & tetrarchiam Philippi (iam enim is deceſſerat) ei tradidit, regemq; appellauit. Cum ueniſſet aũt in regnũ Agrippa, Herodis tetrarchę cupiditates per inuidiã ſuſcitauit. Irritabat aũt eũ maxime in ſpẽ regni Herodias uxor, exprobrans ei ſocordiã, & dicẽs, quia p̃ id quod noluerat ad Cæſarem nauigare, careret poteſtate maiore. nam cum Agrippã ex priuato regẽ feciſſet, quomodo dubitaret illũ ex tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes, uenit ad Caium, à quo ob auaritiam uehementer increpitus, ad Hiſpaniam fugit: ſecutus eum quippe fuerat accuſator Agrippa, cui etiam tetrarchiam illius C. Cæſar adiecit. Atq; ita Herodes quidem in Hiſpania, peregrinante ſecum etiam uxore, deceſsit. *Ant. lib. 18 cap. 14*

De ſuperbia Caij, & Petronio præſide. Cap. IX

Caius uerò Cæſar intantũ contumelioſe abuſus eſt fortuna, ut etiam & deum ſe putaret, & uellet uocari. Patriã quoq; ſuam multorum nobilium cæde truncauit. Extendit aũt impietatem ſuam etiam in Iudæam: Petroniũ deniq; cum exercitu Hieroſolymam miſit, præcipiens ut in templo ſtatuas eius locaret: quas niſi ſuſciperẽt Iudæi, contradicentes quidẽ ex his interficeret, reliquam uero multitudinẽ captiuaret. Permouebat aũt hoc profecto deũ. Et Petronius quidem cum tribus legionibus, multisq; è Syria auxiliaribus properabat in Iudæam ex Antiochia. Iudæorũ uerò quidam non credebant famæ bellũ nuncianti. qui uerò credebant *Ant. lib. 15 cap. 15*

credebant,nihil de reſiſtendo poterant comminiſci. Celeriter aũt in omnes peruadit metus,nam iam Ptolemaidem peruenerat exercitus.Eſt autem hæc ciuitas Galilææ littore in magno campo ſita : circundatur autẽ montibus ab orientali plaga per ſexaginta ſtadia diſparatis,ſed ad Galilæam pertinẽtibus: à meridiana autẽ Carmelo,qui abeſt ſtadijs centum uiginti : à ſeptentrionali quoq; monte qui eſt altiſsimus,quẽ uocant incolæ Scalam Tyriorum:& hic autẽ diſtat ſtadijs centum.Ab ea autem urbe diſtans duobus ſtadijs præterlabitur fluuius,quem uocant Beleũ, exiguus prorſus : cui prope eſt ſepulchrũ Memnonis,habens iuxta ſe centum ferè cubitorum ſpaciũ,ſed admiratione digniſsimum.Eſt enim ſpecie uallis rotundæ,uitream emittens arenam:quã cum exhauſerint multæ naues,pariter accedentes, locus idem rurſus impletur. Venti ſiquidem quaſi dedita opera, cõuehunt illuc de circumſtantibus ſupercilijs arenam iſtam,utiq; cõmunem: locus aũt metalli,ſtatim in uitrum quod ſuſceperit mutat.Mirabilius quoq; mihi illud uidetur, quod iam conuerſæ arenæ in uitrũ,quæcunq; pars ſuper margines loci ipſius fuerit iacta, in uulgarẽ arenam denuo cõuertitur. Igitur loci quidẽ illius natura talis eſt. Iudæi aũt cum mulierib.& filijs collecti in campũ , in quo eſt ſita Ptolemais, Petronio ſupplicabant,principio ob patrias leges, deinceps uero etiam pro ſuo ſtatu.Ille autem ob multitudinem precantium & precum inflexus, exercitum quidem & ſtatuas in Ptolemaide reliquit: procedens autẽ in Galilæã, & conuocans in Tiberiadem tam populum Iudæorum q̃ omnes eorum nobiles,& uim Romani exercitus cœpit exponere,& minas Cæſaris:his addẽs, ꝙ & contumelioſa eſſet ſupplicatio Iudæorum: cum omnes ſiquidem gẽtes quæ parerent imperio Romano,in ſuis urbibus inter reliquos deos,imagines quoq; Cæſaris locauiſſent,ſoli Iudæi iſtud abnuerent.hoc ſiquidẽ quaſi ab imperio deficere eſſet,etiam cum iniuria præſidentis.Illis uero cõtra hęc legem moresq́; patrios allegantibus:& quia ne dei quidem ſimulachrũ, nedum hominis,nec ſolũ in templo, ſed neq; in profano aliquo totius regiõis loco fas ſibi eſſet locare:arripiens dictum Petronius,reſpondit:Sed & mihi mei domini lex ſeruanda eſt.ſi eam quippe tranſgrediar,uobisq́; parcam,iuſte animaduerſionem ſubibo.Impugnabit ſanè uos,non Petronius,ſed ille à quo ſum miſſus . nam & ipſe æque ac uos cogor implere quæ iuſſa ſunt. Ad hæc tota multitudo unanimiter ſucclamauit,ante legis temerationẽ omnem ſe libenter ſubire perniciem.Sedato aũt eorum clamore, Petronius ait: Pugnare ergo aduerſus Cæſarẽ eſtis parati ? Reſponderunt Iudæi, pro Cæſare quidẽ & populo Rom.ſe per dies ſingulos offerre ſacrificia: ſi aũt in templo imagines æſtimet collocandas, debere eum totam Iudæorũ gentẽ prius immolare:præbere ſe quippe iugulos cum mulieribus & paruulis ei,qui interficere uoluiſſet. Ad hæc admiratio Petroniũ miſeratioq́; peruaſit, intuẽtem & inſuperabilem religionẽ uirorũ, & tantũ uulgus ad mortẽ conſtanter paratum.Et tunc quidẽ infectis omnib.receſſerunt.Poſtridie autẽ ac deinceps ſummates eorum priuatim uiritimq́; compellans,populum quoque publice alloquens,nunc quaſi conſulens admonebat,interdum etiam minabat, extollens & uirutẽ Romanam & indignationẽ Cæſaris : inter hæc etiam ſuam neceſsitatem,cui eſſent exequenda præcepta. Sed illis ad nulla horũ experimenta

mẽta cedentibus, cum uideret etiam ſementẽ regionis intercipi (ipſum quidem anni tẽpus erat, & quinquaginta penè cõtinuis diebus multitudo in urbe otioſa morabat) ad ultimũ conuocatis omnibus, ait, ſibimet periculoſam rem ſe uelle aggredi. Aut enim, inquit, deo cooperante placabo Cæſarem, ac uobiſcum ſaluabor libenter: aut illo in ultionẽ irritato, pro tanta multitudine impendam animã meam. Atq; ita dimiſſis turbis, multa pro eo uota facientibus, Antiochiam ab Ptolemaide reuocauit exercitũ: atq; illinc confeſtim miſit ad Cæſarẽ, referens & quo apparatu in Iudæam irruiſſet, & q̃ tota gens ſupplicaſſet: quibus ſi abnuendũ putaret, noſſet cum uiris etiam prouinciam eſſe perdendam. Seruare ſiquidẽ ipſos legẽ patriã, & nouis præceptis uehementer obſiſtere. His epiſtolis reſpondit Caius immodice, cõminans Petronio mortẽ, quoniã iuſsionũ ſuarum ſegnis executor fuiſſet. Sed ſcriptorũ talium uectores per tres continuos menſes contigit aduerſa tẽpeſtate retineri: alij aũt exitium C. Cæſaris nunciantes, proſpere nauigauerunt: deniq; ante ſeptem & uiginti dies epiſtolas Petronius accepit, finem Cæſaris indicantes, q̃ illi peruenirent, qui comminantia ſcripta portabant.

De imperio Claudij & regno Agrippæ ac morte. Cap. X

Caio per dolum interẽpto, qui regnauerat annis tribus, menſibus ſex, rapitur in regnũ ab eo exercitu q̃ Romæ erat, Claudius. Senatus aũt, referentibus conſulibus Sentio Saturnino & Pomponio Secundo, mãdat tribus cohortibus urbanis ut eſſent præſidio ciuitati, & ipſe frequens in Capitolium cõuenit: & propter immanitatem Caij, bellum agi cum Claudio decernebat, uolens imperiũ ad optimates reducere: ut ſicut olim, ad regendũ digniſsimi eligerẽtur. Accidit interim ut Agrippa aduenire: quem cum & ſenatus in conciliũ & in caſtra Claudius euocaſſet, ut ſcilicet eo ſtrenuo adiutore uteret in quibus res poſceret, uidens Agrippa Claudium iam eſſe opibus Cæſarem, ad eum perrexit: quẽ ille ilico legatũ ad ſenatum miſit, indicãtem ſuum propoſitum, quoniã primo quidem inuitus ab exercitu raptus ſit, & iniquum eſſe, ſi militũ erga ſe ſtudia tam religioſa deſereret, imò tutam aliter ſuam non eſſe fortunã: iam enim ad inuidiã ſatis fore, quod in regnum uocatus ſit. deinde adminiſtrare paratum eſſe rempublicam non ut aliquis tyrannus, ſed ut princeps benignus: ſufficere ſibi quippe honorẽ nominis. De ſingulis aũt negotijs cõmunem omnium ſtare ſententiam. nam & ſi non natura eſſet modeſtus, locuples tamen moderandæ potestatis exemplum Caij morte eſſe propoſitum. Quæ cum detuliſſet Agrippa, reſpondit ſenatus, quaſi qui militi ſuo bonisq; conſilijs fideret, nolle ſe ſubire uoluntariam ſeruitutẽ. Sed accepto patrum reſponſo, Claudius rurſus miſit Agrippam, nunciantẽ eis, ſe nõ poſſe adduci ut eos proderet, quorũ conſenſu in imperium eſſet accitus. Inuitum aũt ſe initurum eſſe pugnam aduerſus eos, cum quibus confligere minime uellet: proinde eligendũ eſſe locum extra ciuitatem in quo confligerent. neq; enim fas eſſe, propter illorũ peruicaciam, patriam ciuili cæde fœdari. Et Agrippa quidẽ iſta ſenatui nunciauit. Inter hæc unus ex illis militibus, qui cum patribus erant, educens gladium: Commilitones, inquit, quibus perturbati cauſis parricidia perpetrare cupimus, & cõcurrere aduerſus propinquos noſtros Claudiũ ſecutos? maxime

Ant. lib. 19 cap. 3

Ant. lib. 19 cap. 4

cum habeamus imperatorẽ quẽ in nulla re culpare poſsimus. & ad quẽ cum iuſtis magis allegationib. q̃ cum armis egredi debeamus. Hæc dicẽs, per mediam egreſſus eſt curiã, omnib. ſe militibus conſecutis. Hoc exemplo optimates deſerti, in magno metu eſſe cœperũt. ac deinceps uidentes ſibi aduerſationem tutam nõ eſſe, ſecuti milites, ad Claudiũ tranſierũt. Occurrebant aũt eis pro muris ſtrictis gladijs hi qui fortunę regis ambitioſius adulabant: & penè accidit ut progreſsi quinq; interficerẽtur, ante ſcilicet q̃ militũ impetum Cæſar agnoſceret: niſi accurrens Agrippa, imminentis ei facinoris periculũ nunciaſſet: dicens q̃ niſi coercuiſſet exercitũ, iam in ſanguinẽ ciuium furentẽ, cõfeſtim amiſſurus eſſet omnes per quos conſpicuũ eſſet imperium, fieretq; ſolitudinis imperator. Hęc audiens Claudius, continuit militũ impetum. Suſcepit aũt in caſtris aduenientẽ ſenatum, & indulgenti honore cõplexus, egreſſus cum patribus confeſtim obtulit deo hoſtias, ut mos eſt pro imperio ſupplicari. Agrippam quoq; protinus donat regno paterno uniuerſo, adijciens ei etiam illam quæ Auguſtus Herodi donauerat, Trachonitidẽ ſcilicet & Auranitidem: præter hæc aũt aliud quoq; regnum, quod Lyſaniæ uocabatur. Et
Ant. lib. 19 cap. 5 populo quidem donationẽ hanc per edictum indicauit. Patribus aũt præcepit, ut inciſam æreis tabulis in Capitolio collocarẽt. Donat aũt etiam fratrem eius Herodem, qui gener eiuſdem erat, Berenicæ iunctus reginæ Chalcidis. Opinione aũt celerius Agrippæ dati regni cenſus maximus affluebat: quæ ſanè pecunia, non ille in rebus exigũis abutebatur, ſed talem murum Hieroſolymis circundare cœpit, qualis, ſi potuiſſet abſolui, irritam prorſus obſidionem Romanis oppugnãtibus effeciſſet. Sed antequam impleret opus, deceſ-
Ant. lib. 19 cap. 7. 8 ſit in Cæſarea. Regnauit aũt annis tribus. Ante quoq; cum tetrarchiam regeret, alijs tribus annis tenuerat poteſtatem. Reliquit filias tres è Cypride natas, Berenicen, Mariammen atq; Druſillam: filium aũt ex eadem ipſa cõiuge, nomine Agrippam. qui cum admodum paruulus eſſet, Claudius regnũ in prouinciam redegit, in cuius procurationem miſſus eſt Ceſtius Feſtus: poſt hũc autem Tiberius Alexander: qui nihil de cõſuetudine patria immutantes, gentem in pace tenuerunt. Poſt hæc uero & Herodes, qui regnabat in Chalcide, deceſsit, relinquens ex fratris quidẽ filia Berenice filios duos, Berenicianum & Hyrcanum: ex priore aũt Mariamme Ariſtobulum. Alius quoq; eius frater Ariſtobulus mortuus fuerat priuatus, relicta filia Iopata. Hi quidem erant (ſicut diximus) liberi Ariſtobuli, qui fuerat Herodis filius. Alexander aũt & Ariſtobulus nati fuerant Herodi è Mariamme, quos ipſe parens occidit. Alexandri autem poſteri in maiori Armenia regnauerunt.

De uarijs tumultibus in Iudæa & Samaria. Cap. XI

POſt obitum aũt Herodis, qui regnauit in Chalcide, Claudius Agrippam filiũ Agrippæ in patrui ſui regno cõſtituit. Alterius aũt prouincię ſuſcepit curã poſt Alexandrũ Cumanus, ſub quo oriri cœperũt tumultus, & denuo Iudęos calamitas cõprehẽdit. Conueniente quippe multitudine ad diẽ feſtũ azymorũ in Hieroſolymam, ſtante cohorte Romana ſuper porticũ templi (armati quippe milites ſemper cuſtodiebant feſtos dies, ne quid cõuenientes populi nouare auderẽt) unus è militibus reductis turpiter ueſtimentis inclinans poſteriora ſua uertit ad faciem

Iudæorum

Iudæorum: & ad hunc habitū uocem emittens ſimilē ſucclamauit. Ob quod factum tota cœpit multitudo conqueri, ita ut circunſtarent Cumanū, ad ſup plicium militē depoſcētes. Ex his aūt inconſulti iuuenes, & quaſi natura apti ad ſeditiones mouendas, in rixam grauiſsimā ꝓſiliebant: cōtinuo quippe ſaxa rapiētes, ꝓcutiebant milites. Tunc ueritus Cumanus, ne totius in eū uulgi impetus fieret, plures euocauit armatos: qui cū eſſent porticibus immiſsi, metus grauis incidit Iudæis. ſtatimq; in fugam uerſi, relicto tēplo refugere cœperunt. Tanta aūt per egreſſus de cōſtipatione obtritio facta eſt, ut cōculcatione mutua ſuper decē milia hominū cōſumpta ſint. Facta eſt aūt uniuerſæ genti luctuoſa feſtiuitas, & planctus per domos ſingulas ꝓſonabat. Succeſsit aūt huic calamitati latrocinātiū tumultus. Iuxta Bethoron quippe, per uiam publicam, Stephanus quidā ſeruus Cæſaris ſuppellectilē quandam uehebat, quæ ab irruentibus latronibus direpta eſt. Cumanus aūt ad inquiſitionē mittens eos qui in proximis uicis eſſent, uinctos ad ſe adduci iuſsit, obijciēs ꝙ latrones illos non cōprehendiſſent: qua occaſione quidam militū in uico quodam libros ſacræ legis offenſos diſcidit atq; cōbuſsit. Iudæi aūt quaſi totam religionem inflāmatam uiderent, undiq; confluxerūt: & uelut machinamento aliquo, ita uī ſuperſtitionis attracti, oēs ad unam euocationem ad Cumanum Cæſaream concurrunt: precantes ut militē qui tantam cōtumeliam deo legiq; eius intuliſſet, non relinqueret impunitum. Ad hæc ille (uidebat enim multitudinē nequaquā quieturam, niſi aliqua eſſet ſatisfactione ſedata) adiudicatum militem per medium populum ad ſuppliciū iuſsit abduci: ſicq; Iudæi placatis animis receſſerunt. Denuo aūt Galilæorum & Samaritanorum cōflictus exoritur. In uico eñ quem Geman uocant, qui eſt in magno Samariæ campo ſitus, quidā Galilæus de numero Iudæorū ad feſtiuitatē aſcendens interficitur. Ad quod factum multi ex Galilæa regione concurrerūt, ut cum Samaritanis confligerent. Horū aūt nobiliores cōuenerunt ad Cumanum, rogantes ut anteq̄ grauis calamitas oriretur tranſiret in Galilęā: & in eos qui autores eſſent homicidij uindicaret. Cumanus uero his negotijs quæ habebat in manib. poſtponens illorū petitiones, ſine effectu precatores remiſit. Nunciato igit̄ homicidio Hieroſolymā, omnis multitudo cōmota eſt: & relicta diei ſolēnitate, in Samariā uulgus impetū fecit, ſine ullo duce, nec cuiquā principum ſuorū retinenti acquieſcētes. Latrocinij aūt eorum & tumultus, quidā Dinæi filius Eleazarus, & Alexander, principes erant: qui in Acrabatenæ regioni cōterminos irruentes, promiſcuā ediderē cædem, & à nullius ætatis exitio tēperantes, uicos etiam inflāmauerūt. Cumanus aūt hæc audiens, adduxit ſecum unam equitū alam, quæ uocatur Sebaſtenorū, ut auxilio his qui uaſtabantur eſſet: ſicq; eorum multos qui Eleazarum erāt ſecuti, cōprehendit, plures quoq; interfecit. Ad reliquam aūt multitudinē, qui in uaſtandos Samaritanorū fines irruerant, principes gentis de Hieroſolymis occurrerunt: opertiq; cilicijs, & aſperſis cinere capitibus precabant̄, ut ab incepto deſinerent: nec propter exercendam in Samaritas ultionē, ad Hieroſolymæ perniciē Romanos cōmouerent: miſereretur aūt patriæ ſuæ atq; tēpli, filiorumq; & coniugum propriarum: neq; omnia pariter in diſcrimen adducerent, neq; ob unius Galilæi uindictam cuncta diſperderent. His acquieſcen-

tes Iudæi, à negocio receſſerunt. Multi aũt per idem tẽpus in latrocinia cõſpirabant: ſicut ferè ſolet inſolentia creſcere rebus quietis: per quę in oñi regione agebant rapinæ, & audaciſsimus quiſq; reliquis uim afferebat. Tunc Samaritarũ primates ad Numidiũ Quadratũ, qui Syriam procurabat, Tyrum uenerunt, uindicari de his qui regionẽ eorũ deprædati fuerant poſtulantes. Præſto aũt fuerãt etiam Iudæorũ nobiles: & Ionathas filius Anani, princeps ſacerdotũ, obiecta diluẽs allegabat, initium quidẽ tumultus Samaritas fuiſſe, qui primi homicidiũ perpetraſſent: cauſam tamẽ calamitatũ poſtea ſecutarũ præbuiſſe Cumanũ, qui inter principia autores cædis noluiſſet ulciſci. Tũc Quadratus utranq; partem interim diſtulit, dicens ſe cũ ad ipſas regiones uenisſet, diligenter ſingula inquiſiturũ: deinceps uero progreſſus Cæſareã, eos omnes quos Cumanus uiuos ceperat, in crucẽ ſuſtulit. Inde cũ Lyddam uenisſet, denuo audiuit Samaritanorũ querelas, & accitos Iudæorũ decem & octo uiros, quos cognouit pugnæ fuiſſe participes, ſecuri percuſsit. Duos autem principes ſacerdotũ, Ionatham & Ananiã, eiusq; filiũ Ananum, & nonnullos alios Iudæos nobiles ad Cæſarem miſit: ſimiliter aũt & Samaritarum nobiliſsimos quoſq;. Præcepit etiã Cumano, & Celeri tribuno, Romam nauigare, reddituros Claudio rationẽ pro his quæ in regione geſſerãt. His ita cõpoſitis à Lydda aſcendebat Hieroſolymã: & inueniens multitudinẽ feſtiuitatem azymorũ celebrantẽ ſine ulla conturbatione, Antiochiam redijt. Romæ aũt Cæſar auditis allegationibus Cumani & Samaritanorũ (aderat aũt etiam Agrippa, Iudæorũ cauſam magna cõtentione defendens: ſiquidem & Cumano multi potentiũ aderant) pronũcians aduerſus Samaritas, tres eorũ nobiliſsimos iuſsit interfici: Cumanum aũt in exilium deportari. Celerem aũt tribunum uinctũ Hieroſolymã miſſum, Iudæis ad ſuppliciũ tradidit, ut per urbem tractus, capite plecteretur. Poſt hæc Felicẽ Pallantis fratrẽ miſit ad Iudæos, qui & eorũ prouinciam cum Samaria & Galilęa curaret. Agrippam uero de Chalcide in regnũ maius trãſtulit, tradẽs ei illam quoq; prouinciã, quæ Felicis fuiſſet. Erat aũt iſta Trachonitis & Batanęa & Gaulanitis. Addidit aũt regnum etiã Lyſaniæ, & tetrarchiã quam Varus rexerat. Ipſe aũt per annos tredecim, menſes octo, dies triginta adminiſtrato imperio, deceſsit, ſucceſſorẽ regni Neronem relinquens, quem ſuadelis Agrippinæ uxoris ſuæ in imperium cooptauerat, & quidem cum legitimum haberet filium Britannicum ex Meſſalina natum, priore ſcilicet coniuge, & Octauiam filiam, quam ipſe priuigno collocarat Neroni. Suſceperat autẽ ex Agrippina Antoniam. Et Nero quidem, quemadmodum per magnitudinem felicitatis & opum, abuſus ſit fortuna: & qualiter fratrem ſuum, atq; uxorem, matremq; interfecerit, poſt quos in omnes proximos immanitatẽ ſuam conuertit; atq; ut ad ultimũ per amentiam ad hiſtrionum opera ſcenamq; peruenerit, quoniam ſcio eſſe narratione moleſtum, ſilentio præterire melius puto.

De tumultibus in Iudæa ſub Felice. Cap. XII

Ant. lib. 20 cap. 11

COnuertar aũt ad narranda quæ ab eo aduerſus Iudęos geſta ſunt. Minorem igitur Armeniam regnandam Ariſtobulo dedit, Herodis filio. Regno autem Agrippæ quatuor urbes addidit cum agris ad ſingulas pertinẽtibus; in Peræa ſcilicet regione, Abilam

&

& Iuliadem: in Galilæa aũt Tarichęam & Tiberiadem. Reliqua aũt Iudęæ Felici procuranda dedit. Hic principem latronũ Eleazarum, qui per uiginti annos regionẽ fuerat deprædatus, aliosq́; cũ eo multos cepit, uinctosq́; Romã misit: aliorũq́; quos in crucẽ sustulit, latronum uel in cõmunione sceleris deprehensorum popularium, fuit penè innumerabilis multitudo. Sic aũt regione purgata, aliud genus latrocinantiũ in Hierosolymis oriebaẽ. Hi aũt sicarij uocabantur, die claro & in media ciuitate passim quosq; interficientes. Potissimum uero diebus solẽnitate festiuis immiscebanẽ uulgo, sicas sub ueste gestantes. His inimicos interficiebant: ac deinceps collapsis hominibus, illi inter reliquos de scelere querebanẽ: qua fraude extra suspicionẽ manebant, diuq́; latuerunt. Primus igiẽ ab eis Ionathas põtifex interficitur. Post hũc aũt quotidie plurimi cædebanẽ, atq; ipsis calamitatibus molestior timor ciuitatem premebat: sicut enim in medio bello per singula momenta oẽs mortem operiebantur. Circumspiciebant autẽ eminus quosq; appropinquantes: & neq; amicis suis fidere poterant, dum tamen in medijs suspicionibus atq; cu stodijs nihilominus interficerentur. Tanta erat latrocinantium temeritas, & ars quædam latendi. Ad hæc aũt alia etiam malorum collectio facta est, cæde quidem abstinẽtium, sed consilijs magis impiorum, quæ pars nõ minus q̃ sicariorum felicitatem urbis statumq́; corrupit. Seductores namq; homines & circumuentores, sub specie religionis nouis rebus studentes, uulgus insanire fecerunt. nam in solitudines egrediebantur, promittẽtes deum signa eis ostensurum libertatis. Contra quos Felix (uidebanẽ quippe semina defectionis esse) mittens equites atq; pedites armatos, magnam multitudinem interfecit. Maiore aũt plaga Iudæos afflixit Aegyptius quidã pseudopropheta. Ad ueniens quippe in prouinciam, magus cum esset, prophetæ opinionem sibi arrogans, triginta fermè milia hominũ congregauit, quos uana seductione deceperat. Et circumducens eos de solitudine in montẽ qui uocatur Oliuarum, inde ad Hierosolymã nitebatur ascendere: depulsoq́; Romanorũ præsidio, in populares exercere dominationẽ. Vtebatur aũt stipatoribus, qui ad id facinus conuenerant. Præuidit sanè eius impetũ Felix, & occurrẽs cum ipsis Romanis armatis, quos etiã Iudæorum reliqua multitudo iuuabat, inijt cõflictum. Et Aegyptius quidẽ cum paucis fugit. Plurimi aũt qui cum ipso fuerãt comprehensi atq; uinculis traditi sunt. Reliqua uero multitudo in regiones proprias dispersa est. Compressis uerò his etiam, sicut ferè in ægro corpore, rursus pars altera tumescebat. Magi enim quidam & latrones collecti, multis afflictionem inducebant: et quasi ad libertatẽ uocabant, mortem apertissimã comminantes his qui Romanorum principatui obedire uoluissent: ut uel reluctantes auerterent eos, qui spontaneam ferrent seruitutẽ. Dispersi ergo per totam regionem diripiebant quorumq; potentiũ domos, eosq́; insuper trucidabant: inflammabant etiam uicos, ita ut desperatione eorum tota Iudæa protinus impleretur. Et hoc quidem bellum indies ingraueſcebat. Alter autem tumultus ortus est circa Cæsaream, inter Iudæos scilicet qui ibi permixti habitabant, & Syros, seditione commota. Hi siquidem postulabant, ut eorum fieret ciuitas, Iudæum eius fuisse conditorem dicentes: erat autem rex Herodes. Aemuli uerò conditorem quidem cõfitebantur Iudæum,

Ant. lib. 20 cap. 12

Ant. lib. 20 cap. 12

ipſam uerò ciuitatẽ fuiſſe gentiliũ uindicabant. Neq; enim illic ſtatuas & fana potuiſſe cõſtitui, ſi ad Iudęos eam cõditor pertinere uoluiſſet. Ob has ergo cauſas inter ſe populus uterq; iurgabat. Procedebat aũt uſq; ad arma contentio: & quotidie ad confligendum audaces quiq; partis alterutræ proſiliebant. Neq; enim Iudæorum ſeniores cohibere tumultus gentis ſuæ poterãt: & Græcis turpiſsimũ uidebatur, Iudęis inferiores uideri. Præſtabant aũt hi quidem diuitijs & corporum uiribus. Græci uerò auxilio militum: magna ſi quidem pars Romanæ manus, de Syria illò fuerat cõgregata: & quaſi cognati, ad auxiliandum parati erant Syris. Præfecti aũt militum curabant comprimere tumultum: & pugnaces quoſq; cõprehenſos, taureis ulciſcebantur ac uinculis. Nec tamen ſupplicia comprehenſorum, impedimentum aut timorem reliquis inferebant: imò magis hoc ipſo in ſeditionis iritabãtur augmentum. Tunc demum Felix minaci edicto præcepit cõtumaces quoſq; urbe diſcedere: non parentiũ autem immiſsis militibus interfecit non paucos, quorum etiam bona direpta ſunt. Manente autem ſeditione, nobiles utriuſq; partis electos, legatos miſit ad Neronem, de iure diſceptaturos. Succeſsit autem ei Feſtus, & hos qui maxime infeſtabãt prouinciam ſolicite perſecutus: latronum plurimos comprehendit atq; interfecit.

De præſidibus Iudææ Albino & Floro. Cap. XIII

Ant. lib. 20 cap. 15

NErum ſucceſſor huius Albinus nõ eodẽ modo negotijs præfuit, neq; enim fuit aliqua malignitatis ſpecies, quã ille præterierit. Denique; non ſolum cauſis ciuilibus furabatur & diripiebat bona ſingulorum, neq; ſolum tributorum additamentis in cõmune gentem grauabat: ſed etiam quos ob latrocinia decuriones ciuitatum comprehenderũt, uel qui à prioribus iudicibus in cuſtodijs erant relicti, accepta à cognatis eorũ pecunia, liberauit: & is ſolum qui nõ dediſſet, in carceribus quaſi nocentiſsimus remanebat. Per idẽ tempus, eorum quoq; qui res nouare cupiebant, in Hieroſolymis creſcit audacia. Ex quibus ſanè qui erant opulenti Albinum largitione redimebant, ut eis tumultũ mouentibus nõ indignaret: pars aũt popularis quę nõ ſatis gaudebat quiete, Albini participibus iungebatur. Vnuſquiſq; ergo improborum cohorte propria circundatus, ipſe quidem inter cæteros quaſi princeps latronum & tyrannus eminebat: ſtipatoribus uerò ſuis ad direptionem mediocrium abutebatur. Ita fiebat, ut hi quidẽ quorum uaſtabantur domus, tacerent: illi aũt qui extra incommodum ſtetiſſent, metu ne ſimilia paterentur, etiam officijs ambirent eos, quos conſtabat dignos eſſe ſupplicijs. In cõmune autem omnium fuit intercepta fiducia. & erat tunc multiplex dominatio, & ſemina captiuitatis futuræ iam ab illo tempore ſpargebantur. Cum ſanè eiuſmodi morum fuiſſet Albinus, tamen ſuccedens ei Geſsius Florus, optimum eum per cõparationem ſui fecit uideri. Ille ſiquidẽ plura occulte & cum fraude nocuerat: Geſsius uero iniquitates ſuas in uniuerſam gentem, tam palàm quaſi gloriaretur exercuit: ac uelut non ad regendam prouinciã, ſed ad damnatorum pœnas carnifex miſſus, neq; rapinarum ullum morem, neq; afflictionum prætermiſit. In miſeris autem crudeliſsimus erat, in turpibus uero impudentiſsimus. Neq; enim quis illo amplius offendit fallacia ueritatem, neq; commentus eſt callidiores nocendi uias.

Ant. lib. 20 cap. 1

Huic

Huic ſiquidem uiritim illatis diſpendijs lucra quærere exiguũ uiſum eſt: ſed totas ſimul deſpoliabat urbet, & labes populis inferebat, tantũ non uoce per totã regionẽ edicens, liberũ eſſe omnib. latrocinari, dum ipſe prædarũ acciperet portionẽ. Deniq; ob illius auaritiã contigit totam penè deſeri regionẽ, ita ut plurimi ſedes patrias relinquentes, ad externas prouincias commigrarent. Donec aũt in Syria Ceſtius Gallus prouinciã regebat, neq; auſus quiſpiam Iudæorum eſt aduerſus Florum ad eum mittere legatos. Cum uero inſtante azymorũ ſolennitate ipſe Hieroſolymã ueniſſet, occurrẽs multitudo, quæ facile tricies centenorũ miliũ fuit, precabat, ut gentis ſuæ calamitatibus ſubueniret, & peſtem illam prouinciæ Florum ut eijceret clamitabat. Qui tamen cum ſub populi ore eſſet, & Gallo aſsiſteret, nõ ſolum nihil mouebatur ſed uoces illas etiã deridebat. Ceſtius tamen cõpeſcens impetũ populi, & edicens quod deinceps placatiorẽ eis Florum redderet, regreſſus eſt Antiochiam. Deduxit aũt eum uſq; ad Cæſaream Florus, illudẽs mẽdacijs, & Iudæorũ genti bellum ſedulo cõminiſcens, quo ſcilicet ſolo iniquitates ſuas occultari poſſe credebat. Pace ſiquidẽ permanẽte, habiturũ ſe apud Cęſarẽ accuſatores Iudæos: uerũ ſi defectionẽ negotiatus fuiſſet, maiore utiq; malo abducendã à ſe eſſe inuidiã peccatorũ minorũ. Igitur ut gens ab Romano abrũperet imperio, ſedulo indies augebat calamitates. Per idem tẽpus apud Neronẽ Cæſarienſes gentiles uictores extitere, decretũq; iſtud conteſtantes literas attulerunt: perq; hoc bello Iudaico dabatur exordium, duodecimo ſcilicet anno regni Neronis, ſeptimodecimo autem regni Agrippæ menſe Maio.

De Floro ſæuiente in Iudæos Cæſarienſes & Hieroſolymitas. Cap. XIIII

AD magnitudinem aũt excitatorũ de eo malorũ, nequaquã idoneas cauſas habuiſſe deprehenditur. In Cæſarea ſiquidẽ habitantes Iudæi, habebant ſynagogam prope locum, cuius erat dominus gentilis quidã Cæſarienſis. & frequenter quidẽ egerãt, ut ad eorũ ius illa poſſeſsio iungeretur, multis partibus maius preciũ q̃ res meruerat offerentes. dñs aũt loci preces eorũ deſpexiſſe nõ contentus, ad maiorẽ dolorẽ ædificauit in loco tabernas, ita ut anguſtũ eis tranſitũ & prorſus coarctatum relinqueret. Primũ igitur feruẽtiores aliqui iuuenum proſiliẽtes, ædificationem uetabant. Cum uero Florus hos à prohibẽdo cohiberet, non habentes Iudæorũ nobiles quid agerent, inter quos erat etiã Ioannes publicanus, infle ctunt Florum oblatione octo talentorũ, ut ædificationem uetaret. Ille aũt ob capiendum tantummodo, promittens ſe cuncta facturũ, accepta pecunia ſtatim de Cæſarea egreſſus eſt, uenitq; in Sebaſten, ſeditioni tribuens facultatẽ, quaſi qui pugnæ ſpatium Iudæorum ſummatibus uendidiſſet. Sequenti autẽ die, Iudæorum ſabbato, cum plebs ad ſynagogã coiſſet, ſeditioſus quidã Cęſarienſis uas Samium ante ingreſſum eorũ ponens, alites immolabat. Hoc facto Iudæos in coercibiliter accendit, & legem ſuam quippe contumeliam pertuliſſe, & locum ipſum dicebãt fuiſſe pollutũ. pars aũt Iudæorũ quæ erat conſtantior atq; moderatior, denuo apud iudices eſſe conquerendum rebatur. Seditioſi autem & iuuentutẽ turgentes Iudæi, effundebantur in rixam. Stabant autem ad cõfligendum parati etiam Cæſarienſium tumultuoſiores. Ex compoſito quippe miſſus fuerat, qui pro ſynagogæ foribus immolaret:

Ant. lib. 20 cap. 15

ſicq; continuò eſt pugna cõmiſſa. Interueniens aũt Iucundus, qui ad prohibendum erat relictus, præfectus equitum, uas illud quidem quod poſitũ fuerat iuſsit auferri, & tumultũ ſedare pergebat. Cum uerò ſuperatus eſſet præ Cæſarienſium uiolentia, Iudęi ſtatim libros legis rapientes ſeceſſerũt in Narbata: regio quædam eorũ hoc nomine appellatur, dirempta à Cæſarea ſtadijs ſexaginta. Primates aũt eorum duodecim, cum Ioanne in Sebaſten ad Florum uenerunt, de his quæ acciderant conquerentes, & ut auxilio eſſet rogabant, quamuis reuerenter, tamen eum & de octo talentis admonẽtes. Ille uerò ilico cõprehenſos eos uinciri iuſsit, arguens cur leges de Cæſarea auferre auſi fuiſſent. ob hoc igit̃ apud Hieroſolymitas grauiſsima indignatio naſcebatur: ueruntamẽ adhuc iram ſuam frenabãt. Florus uerò, quaſi ad hoc operam ſuam locaſſet, ut bellũ inflammaret, miſit ad ſacrũ theſaurũ, ut inde decem & ſeptem talenta auferrentur, quaſi eam pecuniam impenſæ Cæſaris flagitaret. Tunc uerò ſtatim inuaſit populum multa confuſio: cõcurrentes ad templũ, maximis uocibus nomen Cæſaris appellabant, ut à tyrannide Flori liberarentur orantes. Quidam autem ſeditioſorũ in Florum maledicta iacie bant ultima: & caniſtrum circumferentes ſtipem eius nomine poſtulabant, quaſi inops & miſerrimus talibus indigeret auxilijs. His autẽ omnibus nihil eſt à cupiditate deterritus, ſed multo magis ad deprædandum irritatus eſt. Deniq; cum deberet Cæſaream ueniens ignẽ belli illic naſcentis extinguere, cauſasq; tumultuũ ſubmouere, pro quo etiam mercedẽ acceperat pactus: tamen cum exercitu equitũ atq; peditũ Hieroſolymam contendit, ut Romanis armis ad quod uolebat uteretur, ac timore & minis urbẽ circumdaret. Tũc populus lenire eius impetũ uolens, obuiam militibus proceſsit, cum ſolitis utiq; fauoribus, & Florũ honorare officijs paratus. Ille uerò præmittens cũ equitibus quinquaginta centurionẽ, nomine Capitonem, diſcedere eos iuſsit: Né ue eũ, in quẽ tam grauia maledicta ieciſſent, falſo denuo honore deluderẽt. Oportere quippe eos, ſi uiri ſunt fortes, animiq; cõſtantis, etiã in præſentem effundere cõtumelias: nec ſolũ in uerbis, ſed etiã in armis amorem libertatis oſtendere. His dictis exterrita multitudo, ſimul etiã militibus qui cũ Capitone uenerant, in mediũ uulgus irruentibus, diffugerunt, anteq̃ Florũ ſalutarent, aut militib. officia cõſueta redderent. Diſcedentes igit̃ in domos, cũ metu atq; humilitate peruigilẽ duxere noctẽ. Florus aũt tũc quidẽ deguit in regia, poſtridie autẽ aduerſum eos exſtructo tribunali ſublimius reſedit: cõuenientesq; ſacerdotũ principes, & ciuitatis uniuerſa nobilitas, aſtiterunt tribunali. His præcepit Florus, ut oẽs qui maledicta in eũ ſuccłamaſſent, protinus dederẽt: edicẽs in ipſos eſſe, niſi reos produxerint, uindicandũ. Ad hęc reſpondẽt Iudæi, populũ quidẽ pacifica quæq; ſentire, illis uerò qui errauiſſent in uerbis, ueniã conferendã poſtulabãt. In tanta ſiquidẽ multitudine, nihil eſſe mirandũ, offendi aliquos temerarios, & p ætatẽ inſipientes: eſſe autẽ impoſsibile eorũ q deliquerint, diſcrimẽ agitari, cũ & ſingulos nimirũ pœniteat, & præ timore ad negandũ ſint parati. debere tñ illũ ſi cõſuleret gentis quieti, & uellet Ro. imperio ſeruare urbẽ, magis ꝓpter multos innoxios dare ueniã etiã paucis delinquẽtibus, q̃ propter paucos im ꝓbos perturbare multitudinẽ tantã bonorũ. Ad hæc uerò ille magna indignatione inflammatus, mili-

militibus exclamauit,ut forũ rerũ uenaliũ,quod erat in ſuperiori parte ciuitatis, diriperẽt,ac paſsim obuios trucidarẽt. Illi uero ad lucri ſui cupidinẽ addita autoritate rectoris,nõ ſolũ illũ diripuerunt locũ in quẽ fuerãt immiſsi,ſed in uniuerſas inſiliẽtes domos,interficiebãt habitatores.Fuga aũt erat p angiporta oĩa, & cædes eorũ qui cõprehẽdebant: direptiõis quoq; nulla ſpecies præteribatur.Multos aũt etiã nobiliũ cõprehẽdentes adduxerunt ad Florum, quos ille uerberibus laniatos in crucẽ ſuſtulit.Deniq; oĩs numerus illo interfectorum die cũ paruulis & mulierib. (neq; enim uel lactantibus peperce rant)ſuit ſexcenti & triginta. Grauiorẽ autẽ faciebat calamitatẽ uideri nouitas Romanæ calamitatis: quod enim nemo unq̃ prius, tunc Florus auſus eſt, ut uiros ſcilicet equeſtris ordinis pro tribunali flagellis cæderet, ac patibulis affigeret:quorum etſi origo Iudęa, tamen Romana dignitas erat.

De alia oppreſsione Hieroſolymorum dolo Flori. Cap. XV

PEr idem tẽpus rex quidẽ Agrippa Alexandriã erat ꝓfectus ut Alexandrũ,qui Aegyptũ procurabat miſſus à Nerone, iure hoſpitis cõueniret. Germanã aũt ſuã Berenicen, Hieroſolymis inuẽtam, & iniquitatẽ militũ uidentẽ,grauis ob hoc angor inuaſerat.& frequenter quidẽ præfectos equitũ ſuorum,cuſtodesq; corporis mittẽs ad Florum precabat,ut à cęde deſineret.Ille uerò neq; in multitudinẽ interfectorũ, neq; in nobilitatẽ precatricis, ſed tantũ in lucra ſua, quæ de rapinis cõgregarentur,aſpiciens,contempſit annuere:impetus aũt militũ etiam aduerſum reginam efferatus eſt.Nõ ſolum quippe ſub oculis eius obuios quoſq; mulctabant atq; trucidabãt,ſed etiã ipſam,niſi cõfugiſſet in aulam,interfeciſſent.Ibi aũt peruigilẽ noctẽ cum intenta cuſtodia egit, uerens utiq; irruptionem militum.Venerat aũt Hieroſolymã,ut uota deo ſolueret.His enim qui morbo uel alijs neceſsitatibus implicant,mos eſt orare per triginta dies,antequã immolent hoſtias: abſtinere quoq; uino,& capillos radere. Quem morẽ Berenice regina illis exercens diebus,nudipes etiam ante tribunal ſtetit,deprecans Florum:& prẽter quod nihil honoris habitũ eſt,etiam de uita ſua periclitata eſt. Hæc aũt facta ſunt ſextodecimo die menſis Maij. Poſtridie autẽ conueniens multitudo in forum,quod erat in ſuperiori parte ciuitatis,magnis clamorib. de his qui interfecti fuerant,querebantur: potiſsimum aũt inuidioſæ in Florum uoces erant: quod ueriti primates quiq; & põtifices, diſruptis ueſtibus, & uiritim ſingulos comprehẽdentes,poſtulabant, ut ab his uerbis, quorum cauſa tanta mala pertulerant,deſiſterent,neq; in maiorem indignationẽ Florum mouerent.Sicq; ſedata eſt multitudo, tam reuerẽtia precantium, quàm ſpe quòd nequaquam Florus ultra in eos ſæuiret. Ille autem uidens multitudinis tumultum fuiſſe compreſſum, angebatur, & denuo eam inflammare cupiens, pontifices cum nobilibus aduocauit. Itaq; unum ait argumentum fore, quod nihil ulterius de nouandis rebus cogitaret, ſi populus obuiam procederet militibus de Cæſarea uenientibus: ueniebant autem duæ cohortes.Qui cum cõuocaſſet populum ad occurrendum,mandat centurionibus, ut nullam ſalutationem redderent obuiantibus Iudæis. Ad quod ſi offenſi petulanter quippiam eſſent locuti,ſtatim in eos uterentur armis. Pontifices ergo collecta multitudine in tẽplo,precabantur ut occurrerent Romanis,&

anto

ante graue incõmodũ cohortes ſolenniter ſalutarẽt. His hortationib. ſeditio ſi quiq; abnuebãt, & ob interfectorũ doloꝛẽ reliqua multitudo iungebaꝫ au dacibus. Tunc uero oẽs ſacerdotes omnesq; leuitę ſacra uaſa proferentes or natumq; tẽpli, cithariſtæ etiã & cantores cũ muſicis organis ꝓcidebant ante multitudinẽ, & obnixiſsime precabanꝫ, ut illum tẽpli honoꝛẽ cuſtoditũ eſſe uellent, neq; ad direptionẽ uaſorum ſacrorũ Romanos cõtumelijs incitarẽt. Erat aũt uidere ipſos ſacerdotũ principes ſparſis cinere capitibus, & pectora diſruptis ueſtib. nuda mõſtrãtes, nominatim ſingulos quoſq; nobiliũ cõpellare, ac denuo in cõmune multitudinẽ precari, ne ob modicũ peccatũ patriã ſuam proderent his, qui direptioni eius inhiarẽt. Quam eñ utilitatẽ uel mili tibus eſſe de Iudæorũ ſalutatione tribuendã, uel illis quæ acciderant correctionem, ſi in præſenti ꝓcedere ceſſarẽt? At contrà, ſi officioſe ſuſciperẽt ſolenniter uenientes, auferri Floro occaſionẽ pugnæ: ipſos uero ſaluare patriã ſuam, & prouidere ne quid ultra q̃ pertulerãt, experirenꝫ. His addunt, ꝙ pau cis ſeditioſis ſi tanta multitudo iungaꝫ, hoc magis ad pacificũ conſiliũ ſuam deberent autoritatẽ trãsferre. Tali hortatu multitudinẽ inflectẽtes, etiã ipſos ſeditionis autores quoſdam quidẽ minis, quoſdam aũt ſui reuerentia mitiga uerunt: ac deinceps præcedentes cum quiete omni populo ſequente, militibus obuiam prodierunt. Iamq; cominus factos ſalutauerunt: illis autẽ nihil reſpondentibus, ſeditioſi Iudæorũ aduerſum Florum, cuius hæc fierent con ſilijs, ſuccłamauerunt. cõfeſtimq; milites cõprehendentes eos, cædere fuſtibus adorti ſunt: atq; in fugam uerſos perſequẽtes equites proculcabant. Cor ruebant aũt multi quidem cum à Romanis cæderentur, plures aũt cum ſe mu tuò propellerẽt. In ipſis aũt portis grauis facta eſt cõpreſsio, & uno quoq; alterum præuenire cupiente tardior fuga cunctis fiebat. Collabentiũ uero durus erat interitus. Suffocatu enim atq; conculcatu miſeri diſperibant, & neq; ad ſepulturam quiſquã proximis ſuis cognoſcendus remanebat. Irruebant aũt etiã pariter milites immoderate, eos quos cõprehendiſſent cædentes: & per ingreſſum qui Bezetha uocaꝫ detrudebant multitudinẽ, tranſire cupien tes ut Antoniã & templum obtinerent. Quos etiã Florus conſecutus, eduxit de regia eos qui ſecum erant, & in arcem tranſire nitebaꝫ. Fruſtratus tamen eſt eius impetus. Cõuerſus quippe aduerſum eos populus repugnauit, & per tecta euadẽtes obruebãt ſaxis Romanos. Qui cũ ſuperne uenientibus ſagittis uincerentur, nec poſſent defendere multitudinẽ quæ per anguſtos arctabatur ingreſſus, ad reliquũ ſe exercitũ qui erat in regia receperunt. Seditioſi aũt uerentes, ne ſuperueniẽs denuo Florus tẽplum occuparet, ꝓ Antoniã ex templo aſcẽdentes, porticus à tẽplo ad Antoniã continẽtes interciderũt, qua tenus auaritiã Flori deſperatione cõpeſcerẽt. Nam cùm diuinis inhiaret theſauris, proq; his in Antoniã trãſgredi niteretur, ubi interciſas porticus uidit, ab impetu cõquieuit. & cõuocans ſacerdotũ principes atq; curiã, ſe quidem ait urbe digredi, prę ſidiũ tamen apud eos relinquere quantũ ipſi uoluiſſent. Ad hæc illis reſpondentibus, nihil nouandũ fore, ſi unam tantũ relinqueret apud eos cohortẽ, dum tamen nõ illam quæ cũ ciuibus paulo ante conflixerat: ob ea ſiquidem quæ pertulere populum illis militibus infenſum eſſe: cohorte ſicut precabantur mutata, cũ reliqua manu Cæſaream regreſſus eſt.

De

De Politiano tribuno, & oratione Agrippæ ad Iudæos, ad obediendum Romanis hortantis. Cap. XVI.

ALiud autem denuo pugnæ consilium cõminiscens, retulit ad Cestium, & Iudæos defectionis criminatus est: impudenti mẽdacio illos perpetrasse dicẽs, quæcunq; eos pertulisse cõstabat. Nec sanè principes Hierosolymorũ quæ gesta fuerant, tacuerũt: sed & ipsi & Bernice ad Cestiũ de his quæ Florus inique in urbe egerat retulerũt. Ille aũt susceptis literis partis utriusq;, quid facto opus esset cũ principib. deliberabat. Et quibusdã quidẽ uidebatur, cum exercitu in Iudæã Cestiũ ire debere, & aut uindicare defectionẽ, si fuisset admissa, aut magis fidos reddere Iudæos eorũq; accolas. Ipsi tamẽ magis placuit aliquem de suis præire, qui & negotia & consilia Iudæorũ posset ei fideliter nunciare. mittit ergo tribunũ Politianum, qui ab Alexandria reuertẽti Agrippæ circa Iamniam occurrẽs, & à quo fuisset missus, & ob quas causas indicat. Quo loci Iudæorũ etiã pontifices, & reliqui nobiles, eorũq; curia adesse curauerant, ut circa regem scilicet officia nouarent. Postea uero q̃ illum congrua humanitate coluerũt, conquesti sunt q̃ potuerũt flebiliter de calamitatibus proprijs, & inhumanitatẽ Flori explicauerunt. Quã licet argueret Agrippa, uafre tamen inuectionẽ suam in Iudæos transtulit, quorũ maxime miserebatur, uolens scilicet frenare eorum motus: ut per hoc ipsum quod uiderentur nihil perpessi iniuriæ, ab ultionis desinerent appetitu. Ad hęc ergo quicunq; egregij erant, & propter sua prędia desiderabant quietẽ, intelligebant regis redargutionẽ esse plenam benignitatis. Populus aũt Hierosolymorũ sexaginta stadijs obuiam progressus, officiosè Agrippam & Politianũ suscepit. Lamentabantur tamen interfectos cõiuges mulieres: quarũ plangoribus reliquus quoq; populus ad lamenta conuersus, precabatur Agrippam ut genti cõsuleret. Succlamabant etiam Politiano, ut ingrederetur urbem, uideretq; quæ essent à Floro gesta: & ita ostendebant forum desertũ domosq; uastatas. deinceps uero per Agrippam suasere Politiano, ut is cum uno tantũ famulo ad Siloam usq; totam circuiret ciuitatem: quatenus ipsis cognoscceret oculis, Iudæos omnibus quidem alijs parêre Romanis, soli aũt Floro aduersari propter magnitudinem in eos factę crudelitatis. Ille igitur cum circuisset urbem, & mansuetudinis populi sufficiens documentum teneret, ascendit in templum, quò etiam multitudinẽ conuocauit: & cum plurimis uerbis fidem eorum circa Romanos collaudasset, multa etiã ad conseruationẽ pacis hortatus, adorauit deum eiusq; sancta: in eo tamen consistens loco, in quo licebat per religionẽ: sicq; regressus ad Cestium est. uulgus aũt Iudęorum, ad regem pontificesq; conuersus petebat, ut legati aduersum Florum ad Neronem mitterentur, neq; de tanta cæde tacentes suspicionem suæ defectionis præberent: uisum iri quippe eos principes capiendorũ armorũ fuisse, nisi præuenientes ostendissent illum esse qui dedisset exordium. constabat aũt multitudinẽ non esse quieturã, si legationem aliquis impedisset. Ad hæc Agrippa, ordinari quidẽ legatos, qui Florũ accusarent, inuidiosum putabat: despicere autem Iudęos in bella commotos neq; sibi expedire cernebat. aduocata igitur concione in xystum, & in suggesto constituens germanam suam Berenicen, in Asamonæorum domo (ea si-

quidem

quidem xyſto imminebat contra ſuperiorẽ partem urbis: nam xyſto tẽplum erat ponte coniunctũ) huiuſmodi orationem habuit: Si quidẽ uiderẽ uos omnes ad pugnandũ cum Romanis eſſe incitatos, neq; populi puriorẽ ſynceriſsimamq; partẽ pacẽ uelle ſeruare, neq; proceſsiſſem ad uos, neq; cõſulere cõfiſus eſſem: ſuperuacua quippe de utilib. oratio eſt, quãdo omniũ auditorum conſpirat ad deteriora conſenſus. Quoniã uero aliquos quidẽ ætas, maſorum belli neſcios facit, quoſdam uero incõſiderata ſpes libertatis: nõnullos uero auaritia ſuccendit, & in cõfuſione rerum capiendũ de inferioribus lucrum: quẽadmodum ipſi ab hoc errore corrigantur, & nõ per paucorum improba conſilia etiam boni diſpereant, exiſtimaui oportere, ut omnib. uobis in unũ coactis ea exponerẽ, quæ arbitror expedire. Obſtrepat aũt nemo, ſi non ea audierit quæ ipſius fert libido. His ſiquidẽ qui ſunt ad defectionem irreuocabiliter incitati, licebit etiã poſt meos monitus manere in priſtina uoluntate. mea aũt etiam ad illos qui audire cupiũt intercipietur oratio, niſi ab omnibus uobis ſilentium prębeatur. Noui quidẽ quod multi & iniurias procurantiũ prouincias, & præconia libertatis quaſi tragice proſequant. Ego autem priuſquam diſcutiam qui ſitis, & cõtra quos bellũ ſuſcipere tentetis, primum ſeparabo cauſas, quas cõnexas putatis. Si enim uiolatores ueſtros cupitis ulciſci, cur libertatẽ magna laude attollitis? Si uero iſtud ipſum ſeruire intolerabile ducitis, ſuperflua eſt aduerſum rectores querela. illis ſiquidem uel moderatiſsime agentibus, nihilominus turpe erit ſeruire. Cõſiderate aũt ſingillatim, & uidete q̃ exigua ſit materia bellorum. Et primum quidem ipſa rectorum conſideranda ſunt crimina. Colere ſiquidem officijs, nõ exaſperare oportet iurgijs poteſtatẽ. Cum uero modicorũ peccatorũ exprobratiões maximas facitis, aduerſum uos profecto eos quibus infertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quod antea clanculo & cum quadã uerecundia nocebant, palam uos confidenterq; populantur. nihil aũt ita plagas coercet ut patientia, & uiolatorũ quies uiolantibus inijcit pudorẽ. Fac aũt eos, qui à Romanis in prouincias mittunt, eſſe grauiter moleſtos, nõ tamen etiam Romani oẽs uiolant uos, neq; ipſe Cæſar, aduerſum quem pugnare uultis. Neq; enim ex præcepto illorũ improbus ad uos quiſquam uenit: neq; poſſunt illi, quæ in oriente gerunt, poſiti in occidente conſpicere. ſed neq; facile ea quę hic fiunt, illic audiuntur. eſt aũt importuniſsimũ, & propter exiguas cauſas, tantis, & ea de quibus querimur neſcientibus, uelle confligere. Et quidẽ noſtrorum criminum cito erit futura correctio. neq; enim unus atq; idem prouincię ſemper curam tenebit, & ſucceſſores eius credibile eſt modeſtiores futuros. Motum aũt ſemel bellum, neq; deponere facile eſt abſq; magnis calamitatibus, neq; ſuſtinere. Libertatis uero bona ſitiẽtibus prouidendum atq; certandum eſt, ut principio non ea careant. moleſta enim eſt nouitas ſeruitutis: quam ne utiq; ſubeas, iuſtũ ſuſcipi certamen uidetur. Qui uero ſemel ſubiectus eſt, & deinceps deficit, cõtumax magis ſeruus q̃ amator libertatis oſtẽditur. Tunc igitur oportuit omnia agere, ne ſuſciperentur Romani, cum in prouinciam Pompeius intraret. Maiores uero noſtri eorũq; reges, pecunia, corporibus, animis multo uobis meliores, exiguæ parti potentiæ Romanæ obſiſtere nequiuerunt. uos autẽ qui hæreditariam obedientiam ſuſcepiſtis,

rebus

rebus autē omnibus illis qui primi paruere longe inferiores eſtis, contra omne Romanum regnum obſiſtere poſſe arbitramini? Et Athenienſes quidem, qui ob Græcorum libertatē patriam ſuam quondam ignibus tradere, qui ſuperbiſsimum illum Xerxem per terram nauigantē, per mare uerò ambulantem, & cuius claſſem non caperet amplitudo pelagi, latiorem autem Europa duceret exercitum, hunc inquam cum una naue fugiētem glorioſiſsime perſecuti ſunt: circa paruam autē Salaminam, qui tantas opes Aſiæ confregere, nunc tamen ſeruiunt Romanis, & illam regiam Græciæ ciuitatē adminiſtrāt Italiæ iuſsiones. Lacedæmonij quoq; poſt Thermopylas, & Plateas, & Ageſilaum Aſiam perſcrutatum, eoſdem dominos uenerantur. Macedones uero qui adhuc penè imaginantur Philippum uidere cum Alexandro promittentem ſibi orbis imperium, ferunt tamen rerum mutationem, & adorāt eos ad quos fortuna migrauit. Aliæ quoq; multæ gentes ad libertatē fiducia ſubnixæ, & multo maiores, ceſſerunt tamen & obediunt: uos aūt ſoli ſeruire dedignamini his, quibus uidetis uniuerſa eſſe ſubiecta. Quibus exercitibus, quibus cōfiditis armis? Vbi eſt claſsis ueſtra, quę peruagetur Romanorū maria? Vbi autē qui expenſis poſsint ſufficere theſauri? Contra Aegyptios fortè aut Arabas exiſtimatis uos bellum mouere. Non circumſpicitis Romanorū imperium? Non metimini ueſtram imbecillitatē? Nónne ſcitis ueſtram ciuitatē à conterminis gentibus frequenter eſſe ſuperatam? illorum autem uirtus per totum orbem inuicta percurrit, imò etiam hoc orbe plus aliquid quæſierūt. Neq; enim ſufficit eis ad orientem quidem totus Euphrates, ad ſeptentrionem Iſter, neq; in meridie ſolitudine tenus perſcrutata Libya, neq; in occidente Gades: ſed ultra oceanum aliūm quæſierunt orbem, & uſq; ad Britannias, inacceſſas prius, arma & exercitum tranſtulerunt. Quid ergo? Vósne ditiores Gallis, fortiores Germanis, prudētiores Græcis? poſtremo plures eſtis omnibus in toto orbe degētibus? Quæ uos fiducia aduerſum Romanos erigit? Sed dicet aliquis, ſeruire moleſtiſsimum eſt. At quanto magis id Græcis, qui uniuerſis ſub ſole habitantibus uidebantur præſtare nobilitate: & tam la tam quondam prouinciā poſsidentes, nunc bis ternis faſcibus Romanorum obediunt. Totidem autem etiam Macedones obſequuntur, qui certe multo uobis iuſtius deberent libertatem tueri. Quid autem quingentę Aſiæ ciuitates? nunquid non abſq; ullo præſidio, uni tantummodo rectori parent, & faſcibus cōſulis obſequuntur? Quid autem pergam enumerare Heniochos, & Colchos, & Taurorum gentem: Boſphoranos quoq;, & habitātes circa Ponti litora nationes, Mæoticasq; gentes? apud quas nimirum olim neq; domeſticus aliquis dominus noſcebatur: nunc uerò militum ſubijciunt tantum tribus milibus, & quadraginta naues longę, innauigabile prius mare in pace cuſtodiunt. Quanta autem Bithynia, & Cappadocia, & Pamphyliorum gens, Lydi quoq; & Cilices pro libertate dicere ualerent? tamē nunc ſine armis tributa pendunt. Quid aūt Thraces? quinq; quidem diebus in latum, ſeptem autem in longum commeabilem prouinciam poſsidētes, aſperioremq; multo quàm ueſtra eſt, ac multis partibus fortiorem, altiſsimoq; gelu eos qui irruerint retardantē, duobus milibus Romanorum in præſidio manentibus obſequuntur. Poſt hos Illyrici uſq; ad Dalmatiā, & Iſtro tenus incolentes, dua-

bus tantum legionibus obediunt: cum quibus & ipſi impetus cõpeſcũt Dacorum. Ipſi quoq; Dalmatæ, qui tam multa pro libertate conati, ſæpiusq; capti, rurſum cum maioribus opibus rebellarunt, nunc ſub una Romanorum legione agunt quietẽ. Veruntamen ſi aliquos magnę cauſæ ad defectionem incitare deberent, Gallos potiſsimũ oporteret aſſurgere, quos uidelicet tantis munimentis natura cinxiſſet: ab orientali plaga Alpiũ montibus, à ſeptentrionali Rheno flumine, à meridie Pyrenæis montibus, ab Occidente uero Oceano. ſed tali munitione gaudentes, trecẽtis & quindecim gentib. numeroſi, fontes aũt (ita ut dixerim) felicitatis domeſticæ habẽtes, omnibusq; bonis totũ penè orbẽ irrigantes, ferũt nihilominus uectigales eſſe Romanorũ, ac felicitatem ſuam in eorũ felicitate reponere: idq; ſane ipſum, non per animorum mollitiem, nec ppter ignobilitatem parẽtum (quippe qui per octoginta annos pro libertate pugnauerunt) ſed Romanorũ admirati ſunt horrueruntq; cum uirtute fortunam, qua illi plura ſæpe obtinuere q̃ bellis. deinque ſub mille & ducentis militibus ſeruiunt, quibus penè plures habuerunt ciuitates. Neq; Hiſpanis naſcens in agris aurũ, pro libertate bella gerentibus profuit, neq; tanto terrarũ marisq; ſpatio à Roma diremptę gentes, Luſitani ſcilicet & pugnaces Cantabri: nec uicinus Oceanus, etiã accolis ſuis fragore terribilis: ſed ultra columnas Herculis prolatis armis, & per ipſas nubes Pyrenæorũ montiũ eluctati uertices, ditioni ſuę hos quoq; ſubdiderũt Romani: atq; ita bellicoſis gẽtibus, tantoq; (ut dixi) ſpatio diremptis, legio in præſidio una ſatis eſt. Quis ueſtrũ non audiuit multitudinẽ Germanorũ, uirtutẽ quoq; & magnitudines corporũ (ut arbitror) ſæpe uidiſtis. ſiquidẽ ubique Romani earum gentiũ captiuos habent. Sed illi ita ingentẽ ſpatijs regionem incolentes, ſpiritus aũt maiores corporibus gerentes, & animã quidẽ cõtemptricem mortis, indignationes aũt uehementiores feris, nunc Rhenũ limitẽ habent, & octo Romanorũ legionibus domant: & ſeruiunt quidem qui capti ſunt, reliqua aũt eorum gens uniuerſa ſalutẽ in fuga nõ in armis reponit. Conſiderate aũt etiam Britannorũ muros, qui Hieroſolymæ confiditis muris. Illos ſiquidem circumdatos Oceano, & penè nõ minorem q̃ noſter orbis eſt habitãtes, Romani nauigantes redegerũt in ditionẽ ſuam: quatuorq; legiões tantæ magnitudinis inſulam tuentur. Et quid opus eſt plura dicere? quando etiam Parthi, bellicoſiſsimũ genus, tantis prius populis imperãtes, & tam magnis opibus circundati, obſides tñ mittũt Romanis: eſtq; cernere, ſub ſpecie pacis ſeruientẽ in Italia præcipuam Orientis nobilitatẽ. Vniuerſis penè qui ſub ſole incolunt, Romanorũ arma uenerantibus, uos ſoli bellũ geretis? Neq; Carthaginenſium conſiderabitis finem, qui magnũ illum Annibalem iactantes, & ex nobili Phœnicũ ſtirpe uenientes, tamen ſub Scipionis dextera corruerunt? Sed neq; Cyrenæi Lacedęmone oriundi, neq; Marmaridarũ genus uſq; ad inaquoſas ſolitudines protentũ, neq; terribiles etiã audientibus Syrtes, Naſamones quoq; & Mauri, & innumerabilis multitudo Numidarũ uirtutes impediere Romanas. Sed tertiam partẽ orbis terrarũ, cuius ne numerare quidẽ nationes facile eſt, quæ ſcilicet ſub Atlantico mari & columnis Herculis uſq; ad rubrũ mare infinitos numero & locis Aethiopas continet, totam tamen ceperunt armis: & præter fruges annuas quib. Romanam

nam multitudinē octo menſibus paſcunt, alia quoq; uectigalia pendunt, expenſas quoq; deuotiſsimi imperio miniſtrant, nihil de his quæ iubent, ſicut uos, contumelioſum putantes. & quidem una cum illis tantū legio cōmoratur. Sed quid opus eſt longe petitis exemplis potentiam explicare Romanā? cum eam poſitis de uicina uobis Aegypto diligēter inſpicere. Hæc em̄ cum uſq; ad Aethiopias porrigatur, opulentamq; Arabiā, contigua quoq; ſit Indiæ, quinquaginta & ſeptingētas myriadas incolarū habens, præter Alexandrinorū plebem, tamen uectigalia, quorū magnitudinē de cenſu ſingulorū capitū æſtimari licet, deuotiſsime penditās, Romanū non dedignatur imperium: & certe q̄ magnum ſtimulū defectionis habens, Alexandram ſcilicet, multitudine & diuitijs abundantem, magnitudine quoq; non imparem. Habet ſiquidem in longitudine ſtadia xxx, in latitudine uero nō minus q̄ decem, tributorū uero multo amplius p̄ mēſes ſingulos infert, q̄uos toto anno penditis: & præter pecuniam, quatuor menſiū Romanæ plebi annonā miniſtrat. Munitur aūt undiq; aut incōmeabili ſolitudine, aut importuoſo mari, aut fluminibus, aut cœnoſis paludibus, quorū tamen omniū nihil Romana fortuna fortius fuit. Duæ enim legiones ciuitati inſidentes, profundā Aegyptum cum illa Macedonū nobilitate frenant. Quos igit̄ in bella de ſolitudinibus aliquibus ſocios aſſumetis? Siquidē omnes qui in orbe habitabili degunt, Romani ſunt: niſi fortè quis ueſtrū ſpes ſuas ultra Euphratem porrigat, & Adiabenorū regionem gentiles ſuos æſtimet adiutores. Porrò nec illi propter irrationabilē cauſam tanto ſe bello implicabunt: nec ſi tam probroſo operi aſſenſum darent, Parthus tamen ſineret. Eſt quidem ei cura tuendę cum Romanis amicitiæ, & arbitrabitur fœdus eſſe temeratum, ſi quis de his qui ſubiecti ſunt eius imperio, aduerſum Romanos in bello procedat. Supereſt igit̄ ad diuinū confugiat̄ auxiliū. uerū & hoc apud Romanos eſt. ſine deo quippe impoſsibile eſſet imperiū tale conſiſtere. Conſiderate aūt, quēad modū hæc ipſa erga ipſam religionē immoderatio, etiam ſi cum longe inferioribus bellū geratis, tamen ad diſpenſandū ſit uobis difficillima, atq; eadē tranſgrediendo offendatis deum, per quæ eum auxiliaturū putatis. Si enim ſeruetis ſabbatorum conſuetudinem, & ad nullum actum moueamini, facile profecto capiemini. Sic quippe etiā maiores ueſtri experti ſunt, hos maxime dies Pompeio ad bellum deſtinante: in quibus ſcilicet hi qui oppugnabant̄, otia gerebant. Tranſgredientes aūt in bello legem patriam, neſcio propter quid in reliquum dimicetis. Vna ſiquidem nunc uobis intentio eſt, ne quid de patria inſtitutione ſoluatur. Quemadmodū autem aduocabitis in adiutorium deum, ſi cultum ei debitum ſponte uioletis? Aſſumunt autem ſinguli quiq; bellum, uel diuinæ uirtuti, uel humanis opibus confidentes. Cum uero utraq; hæc, quantū ad ipſam pertinet conſequentiā, deſerunt̄, in manifeſtam utiq; captiuitatē uolentes pugnare proſiliūt. Quid aūt prohibet, p̄prijs manibus filios ueſtros coniugesq; laniare, & hanc pulcherrimā inflammare patriam? Erumpentes ſiquidē in furorē, lucrabimini uel ignominiā ſuperatorum. Bonū eſt, ó amici, bonū eſt, dum adhuc ſtat nauis in portu, præcauere tempeſtatē futuram, & non eo tempore, quo in medias irrueris procellas trepidare. His ſiquidē qui in improuiſa mala inciderint, ſupereſt ut digni uel

miſeratione uideantur: qui uero ſe in apertum diſcrimen iniecerint, etiã exprobratiõibus onerent. Niſi forte aliquis ueſtrũ æſtimet ſecundũ pacta conflictũ ire Romanos, aut poſtq̃ uicerint, moderate uobiſcũ acturos, & nõ in exemplũ aliarum gentiũ ſacram hanc urbem inflammaturos, interfecturos aũt uniuerſum genus ueſtrũ. Neq; enim qui ſuperfueritis armis, uſquã locũ fugæ habebitis, uniuerſis ſcilicet gentibus uel iam habentibus Romanos dominos, uel habere metuentibus. Periculum aũt non ſolũ uos manebit, ſed etiam in reliquis ciuitatib. habitantes Iudæos. Neq; em̃ eſt in toto orbe populus, in quo nõ ueſtra portio ſit: quos certe omnes uobis rebellantibus, cęde crudeliſsima diuerſi quiq; conficient, & propter paucorũ uirorũ praua conſilia, uniuerſæ urbes Iudaico ſanguine redundabunt. Manet aũt uenia eos q̃ talia patrauerint, q̃ ſint nimirũ ueſtro uitio coacti. Si uero eadem exequi ſuperſederint, conſiderate q̃ impiũ ſit, aduerſum tam benignos arma mouiſſe. Subeat aũt uos miſeratio, & ſi non filiorum ueſtrorũ atq; coniugum, ſaltem iſtius ciuitatis, quæ mater urbiũ ueſtræ regionis uocatur. Parcite mœnib. ſacris, parcite uenerabilibus adytis, tẽplumq́; uobis & ſanctaſanctorũ ſeruate. Neq; enim ulterius uictores Romani his abſtinebunt, quibus primo parcentes nullam receperunt gratiam. Ego teſtor quidẽ ſancta ueſtra, ſacrosq́; angelos dei, patriamq́; cõmunem, quod nihil eorum conſiliorum, quæ uobis uiderim expedire, ſubtraxerim. uos aũt decernẽtes quæ oportet, mecum in pace degetis: ſi uero protuleritis iras, abſq; me periculis ſubdemini. His dictis, aſtante etiam ſorore lacrymauit, & multã partẽ de eorũ impetu lacrymis infregit. Succlamabant aũt, non ſe aduerſum Romanos, ſed aduerſum Florum ob ea quę pertuliſſent, bellum gerere. Ad quos rex Agrippa: Sed opera ueſtra, inquit, talia ſunt, qualia aduerſum Romanos pugnantiũ. Neq; enim Cæſari uectigal dediſtis, & Antonianas porticus incendiſtis. Sopietis autem cauſam defectionis, ſi & porticus denuo cõſtruatis, & tributa reddere maturetis. Neq; enim Flori hoc præſidiũ eſt, aut pecuniã Floro dabitis. His conſultis populus acquieuit, & cum rege ac Bernice aſcendentes in templum porticus ædificare adorti ſunt. Per uicos aũt & regiones principes quiq; decurionesq́; diſperſi, uectigal colligebant: celeriterq́; x l talenta (tantũ enim erat reliquũ) redacta ſunt. Et belli quidẽ imminentes minas, eo tunc more Agrippa compeſcuit. Deinceps uero perſuadere populo tentabat, ut pareret Floro, donec ſucceſſor ei à Cæſare mitteret. Ad quam orationẽ multitudo accenſa, nec à uerborũ in regem contumelijs temperauit, ſed protinus eum urbe pepulerunt: auſiq́; ſunt nõnulli ſeditioſorũ etiam ſaxa in eum iacere. Rex aũt uidens tumultuantiũ irreuocabilem impetũ, & conquerendo quòd contumelijs eſſet affectus, principes quidem eorũ unà cum alijs potentibus miſit ad Florũ Cæſaream, ut ipſe ex eis eligeret, qui de tota regione uectigal exigerent. ipſe uero diſceſsit in regnum.

De cœpta rebellione Iudæorum contra Romanos. Cap. XVII

PEr idem tempus quidam eorum qui bellum maxime mouebãt, congregati irruebant in quoddã præſidiũ, quod uocabat Maſſada: & occulte eo peruaſo, Romanos oẽs interfecerũt: alios autẽ de ſuis poſuerunt cuſtodes. In templo quoq; Hieroſolymorum Eleazarus

Eleazarus quidã, filius Ananiæ põtificis, iuuenis audaciſsimus, dux illo tempore militũ, perſuaſit his qui ſacrificijs miniſtrabant, ut nullius munus aut hoſtia, qui non eſſet de Iudæorũ gente ſuſciperetur. Id aũt erat Romani belli ſeminariũ atq; materia. Reiecit ſiquidẽ hoſtias Cæſaris, quæ pro Romano populo offerri ſolitæ erant. Plurimũ aũt ſuper hoc pontificibus, alijsq; nobilibus deprecatis, ut nõ præterirent eum morẽ, quo ſupplicabaẽ pro regibus, nihil tñ acquieuerunt, non parũ quidẽ & ſuæ multitudini confidentes: robur ſiquidẽ omne res nouare cupientiũ, eorum uoluntates iuuabat: maximè aũt aſpiciebant Eleazarum, qui per idem tempus, ut dixi, princeps erat.

Conuenientes igitur potentes quiq; cum pontificibus, & Phariſæorum nobiliſsimis, & uidentes q̃ grauibus malis pergerent ſubijcere ciuitatem, decreuerunt ſeditioſorum animos experiri: & ante portam quæ ærea uocaẽ, concionem aduocantes (erat aũt in interiore parte tẽpli poſita, quæ reſpicit ad ſolis exortũ) ac primo quidẽ multa de temeraria eorum defectione cõqueſti, & q̃ tam graue bellum patriæ commouerent: deinceps irrationabilitatẽ cauſæ ipſius arguebant, dicentes, maiores quidem eorũ ornaſſe templũ ex magna parte de muneribus gentium, ſemperq; eorum qui foris eſſent populorum munera ſuſcepiſſe: & non ſolum nõ prohibuiſſe aliquorũ hoſtias (id ſiquidem eſſe impijſsimum) ſed etiam eas quę uiſerentur permanerentq; ad præſens uſque tempus, oblationes eorum in templi cultibus collocaſſe. At nunc eos qui Romana arma iritarent, & deſponderẽt eorum bella, nouum ſtatuere morem religionis, atq; cum periculis etiam ream facere ciuitatẽ impietatis uideri: ſiquidem ea ſit, in qua præter ſolos Iudæos, nullus alius immolet externus, neq; ad orandũ ſinatur accedere. Et ſiquidẽ circa unius alicuius priuati perſonam lex ferretur eiuſmodi, poſſet nimirũ iure nos inhumanitatis arguere: nunc aũt deſpiciuntur Romani, & iudicatur Cæſar profanus. Vnde uerendũ eſſe, ne qui immolandas pro illis hoſtias repellunt, ipſi in reliquũ etiam pro ſe ſacrificia prohibeantur offerre: fiatq; uere extra principatum ciuitas, niſi celerius reſipiſcẽtes reddiderint hoſtias, ac prius quàm ad eos, in quorũ contumeliam id tentatum eſt, huius auſus perueniat fama.

Simul autẽ iſta dicentes, producebant in medium ſcientiſsimos morum paternorũ, ſacerdotes quoq;, narraturos quomodo omnes eorũ maiores exterarum gentium ſemper ſacrificia ſuſcepiſſent. Attendebat autẽ nemo res nouare cupientium his quæ dicebanẽ, ſed neq; procedebant in medium altaris miniſtri, ut belli materiam præparantes. Videntes igiẽ nobiles quiq; ſeditionem eò iam proceſsiſſe, ut eorum non poſſet autoritate compeſci, & Romanorum armorũ periculum ſe primos eſſe ſenſuros, in quantũ poterant conſulentes, amoliri cauſas parabant. & legatos quidẽ alios ad Florũ miſerunt, quorum erat princeps filius Ananiæ Simon: alios autẽ ad Agrippam, inter quos nobiliſsimi Saulus, & Antipas, & Coſtobarus erant, qui etiam regem propinquitate tangebant. Precabantur aũt utrunq;, ut cum exercitu aſcenderent in ciuitatem, & ſeditionem opprimerent, prius q̃ ea intolerabilis fieret. Et Floro quidem malũ iſtud quaſi bonus nuncius fuit, uolensq; inflammare bellũ, nihil reſpondit legatis. Agrippa autẽ pariter utriſq; parcens, ſcilicet deficientib. & ijs aduerſum quos bellũ mouebatur, uolẽsq; & Romanis

conſeruare Iudæos, & Iudæis templũ atq; patriã, ad hæc aũt nec ſibi conducere talem conturbationẽ ſciẽs, miſit in auxiliũ populo equites ter mille, Auranitas ſcilicet, & Batanæos, & Trachonitas ſub præfecto equitũ Dario, duce uerò Philippo Iachimi filio. His ergo ueniẽtibus, optimates quiq; cũ pontificibus & omni multitudine quæ optabat quietẽ, ſuperiorẽ occupant ciuitatem: inferiorẽ ſiquidẽ & templũ, ſeditioſorum manus tenebat. Miſsilibus igitur & fundis indeſinenter utebantur, & continua erat emiſsio ſagittarum ex utraq; ſcilicet parte. erat aũt quando ex inſidijs procurrentes cominus dimicabant. Prę̃ſtabant aũt audacia quidẽ ſeditioſi, belli uero ſcientia regij. Et his quidẽ erat propoſitũ maxime templũ obtinere, profanatoresq; eius expellere. Seditioſis uero qui cum Eleazaro agebant, ut prę̃ter ea quæ obtinebant, etiam ſuperiorẽ inuaderẽt urbẽ. Per ſeptem igitur dies grauis utriuſq; partis cædes fiebat, & neutri de eo loco quem tenuerant depellebant̃. Deinceps uero aduenięte ea feſtiuitate, quę Xylophorias dicit̃, in qua mos eſt omnibus grandẽ lignorũ materiã conuehere ad templũ, quatenus nunq̃ ignis deficiat eſca (ſemper em̃ inextinguibilis perſeuerat) aduerſarios quidẽ à cultu religionis excluſerũt. inter infirmiorẽ autẽ uulgũ irrumpẽtes multi ſicariorũ (ſic enim uocant latrones, gladios in ſinibus gerentes) recepti audaciſsime proſequebant̃ opus quod adorti erant. Regij aũt audacia & multitudine uincebant̃. Ita ſuperiore ciuitate ceſſerunt, cũ iſti protinus irruẽtes, Ananiæ pontificis domũ, & Agrippæ ac Berenices palatiũ inflammauerunt: poſt quod ignẽ archiuo intulerunt, uolẽtes omnia creditorũ documẽta diſperdere, ne eſſet unde ratio creditæ pecuniæ pateret, utq; omnem ſibi debitorũ adiungerent multitudinẽ, & aduerſum locupletes egenis præberẽt inſurgendi facultatẽ liberã. Fugientibus uero chartarũ publicarũ cuſtodibus, ignẽ ædibus iniecerunt: atq; ita incenſis ciuitatis neruis, in hoſtes irruebant. Quo loco pontificũ atq; nobiliũ quidã in cloacis latuerũt, quidã cum regijs in ſuperiorẽ regiam confugerunt, portas celeriter obſerantes. Inter quos Ananias pontifex, & Eleazarus frater eius erant: & illi quos apud Agrippã functos legatione diximus. Tunc ergo uictoria & inflammatione cõtenti ceſſauerunt. Poſtridie aũt, quintadecima ſcilicet die Auguſti menſis, fecerunt impetum in Antoniam: & omnes in eo præſidio agẽtes, per biduum obſeſſos, ceperunt atq; interfecerunt, prę̃ſidiũq; incẽderunt. poſtea uero tranſierunt in regiã, ad quã confugêre Agrippæ milites: & in quatuor partes agmen ſuũ diuidẽtes, muros euertere moliebant̃. eorum uero qui intus erant, erumpere nullus audebat, ꝓpter multitudinẽ oppugnantiũ: ſed diſtributi per propugnacula & turres, ſubeuntes interficiebant, ac frequẽtes omnino latrones ſub muris cadebant. Nec die aũt conflictus nec nocte ceſſabat: ſeditioſis uidelicet exiſtimantib. in deſperationẽ cogi eos q in præſidio erant, ꝓpter inopiã uictus: regijs uero credẽtib. oppugnatores ſuos ceſſuros labori. Interea Manahemus quidã, filius Iudæ Galilæi, callidiſsimi illius ſophiſtę qui quondã ſub Cyrenio exprobrauerat Iudæis ꝙ poſt deũ ſubijcerent̃ Romanis: aſſumptis quibuſdam nobilium, perrexit in Maſſadam, ubi armamentariũ Herodis regis erat. eoq; perrupto populares aliosq; latrones diligẽter armauit. hisq; utens ſtipatoribus, ueluti rex Hieroſolymam reuertitur: factúſq; prin

ceps

ceps ſeditionis,oppugnationē diſponebat.Machinarū autē inopia erat, nec poterat palàm ſuffodere muros,ſuperne hoſtibus tela iacientibus.cuniculū igitur longe cœptū ſub unam turrim agentes,ſuſpenderūt eam materie ſubiecta: ac poſtea in ſuſtinētia ligna igne immiſſo egreſsi ſunt. Sicq; ſubijcibus exuſtis,turris quidē extemplo emota eſt.alter aūt murus intus ædificatus apparuit.Regij quippe molitiones eorū præſentientes,fortè etiā de concuſsione turris,alium ſibi murum celerius ædificauerunt.Inter hæc aūt hi quidem qui oppugnabāt,& ſtatim ſe uictores credebant, cum uidiſſent alium murū ſtupore defecti ſunt: regij tamen ad Manahemū aliosq; ſeditionis principes mittebant,precantes ut eis diſcedere liceret.Quod cum ſolis regijs eiuſq; religionis reliquis Manahemus annuiſſet,protinus diſceſſerūt.Romanos autē qui ſoli relicti erant, grandis animi occupauit defectus . Neq; enim ui cōtra tantam multitudinē pares erant: & precari ut exire liceret,ignominiā iudicabant: quanquā & ſi permitteretur,nequaquā tutum putabant.Derelinquentes igitur inferiorem locum,qui Stratopedon uocabatur, quippe quaſi capi facilem, in turres regias confugerunt: quarum una appellabatur Hippicos, alia Phaſelus,tertia Mariamme.Hi uero qui cum Manahemo erāt, protinus irruentes in ea loca è quib. milites fugerant, ſi quos eorū comprehenderent trucidantes,omnem reliquum apparatum diripientes,Stratopedum incenderunt.Hæc igitur acta ſunt ſexto die menſis Septembris.

De cæde Ananiæ pontificis,Manahemi,& militum Romanorum. Cap.XVIII

SEquenti autem die pōtifex Ananias circa Euripos regiæ domus latens capitur,& à latronib.interficitur cum Ezechia fratre.Circumſidentes autem etiam turres ſeditioſi, cuſtodiebant ne quis militum poſſet effugere. Manahemū autē & munitorum locorū deſtructio,& pontificis Ananiæ mors,in crudelitatē erexit: & neminē parē ſibi in negotijs arbitrans,intolerabilis erat tyrannus.Inſurrexerūt aūt duo de ſocijs Eleazari: & mutuo collocuti, quod nō decet à Romanis deſiderio libertatis deficiētes,eandē populari ſuo prodere, dominumq; ferre, & ſi nō uiolentū,tamen ſeipſis humiliorem.nam ſi oporteat cunctis aliquē præeſſe, quemuis magis alium q̄ illum decere: atq; ita pacti,adoriunt eum in templo. magno enim faſtu adoraturus acceſſerat,regali habitu indutus, & ſtudioſos ſui in armis habebat.Cum igitur hi qui circa Eleazarū erant, in illum proſiluiſſent,reliquus quoq; populus rapiens ſaxa lapidauit ſophiſtam:exiſtimantes q̄ illo interempto tota ſeditio ſolueret.Paululum aūt ſtipatores Manahemi reſiſtentes,poſtq̄ uiderunt totam aduerſum ſe multitudinē irruere, quiſque quò potuit diffugit . Et cædes quidem erat eorū qui comprehenſi ſunt, perſcrutatio aūt latentiū ſequebatur : pauciq; ex eis clàm in Maſſadam perfugerunt : cum quibus & Eleazarus filius Iairi , propinquus genere Manahemo,qui poſtea etiam in Maſſada tyrannidem egit. Ipſum autem Manahemū cum fugiſſet in locum qui Ophlas uocatur,atque illic humiliter delitеſceret, capientes extraxerunt in publicum, multisq; tormentis excruciatum interfecerunt.Similiter aūt ſub eo agentes principes,præcipuumq; tyrannidis eius adiutorem Abſalomon nomine.Et populus quidē, ſicut dixi, in his adiutor fuit,ſuſpicans aliquā totius ſeditionis correctionē futuram . Hi uero non ut

comprimerent bellũ,ſed ut cum maiori licentia gererent, interfecerunt Manahemum.Deniq; cum populus multũ precaretur, ut oppugnationem mili tum relaxarent,uehementius inſiſtebant,donec ulterius reſiſtere nõ ualentes,Metilius Romanorũ præfectus & reliqui mittunt ad Eleazarum,precantes ut ſolam eorũ paciſceretur uitam: arma aũt & reliqua quæ haberẽt, ipſis tradentibus ſumeret.Qui precationem ilico arripientes,remittũt ad eos Gorionem Nicodemi filium, & Ananiam Sadducęũ,& Iudam Ionathę,ſcilicet eis dextras & ſacramentũ daturos.Quibus actis,deducebat milites Metilius: ſed quandiu Romani arma retinebant,nemo aduerſus eos ſeditioſorũ fraudis aliquid molitus eſt.poſtea uerò q̃ ſecundum pactiones omnes ſcuta gladiosq́; poſuerunt, neq; quicq̃ ulterius ſuſpicantes diſcedebant, facto in eos impetu ſtipatores Eleazari,cõprehenſos trucidabant,neq; reſiſtentes, neq; ſupplicantes, ſolas aũt pactiones & iuramenta quæ dederant inclamantes. Et hi quidem ita crudeliter interfecti ſunt, præter Metiliũ. Hunc em̃ deprecantem,& uſq; ad circunciſionẽ Iudaizare ſe promittentem, ſeruauerũt ſolum.Detrimentum aũt Romanis quidem erat leue : ex copijs ſiquidem ampliſsimis pauci fuerunt interempti : Iudæorũ autẽ captiuitatis illud exordiũ uidebatur.Videntes aũt graues iam inſtare cauſas bellorũ,urbem autem tali facinore fuiſſe reſperſam,ex qũo nimirum diuina indignatio imminebat,etiamſi à Romanis nulla ultio timeretur, lugebant publice, & triſtitia ciuitas premebatur.moderati aũt quiq;, quaſi pro ſeditioſis cauſas reddituri, turbabantur.ſiquidẽ ſabbato illam cædẽ contigerat perpetrari, quo ſcilicet die propter religionem à ſanctis quoq; operibus agunt quietem.

De Iudæorũ maxima ſtrage Cæſareæ & in omni Syria. Cap. XIX

EOdem autem die,eademq́; hora, quaſi aliqua cæleſti prouidentia Cæſarienſes quoq; Iudæos apud ſe habitantes trucidauerunt: ita ut uno tempore ſuper uiginti millia hominum cæderentur,& cunctis Iudæis uacuata Cæſarea remaneret.Nam & eos qui effugerant comprehendens Florus,uinctos in arenam deduxit.Poſt Cęſarienſem uero cladem tota gens efferata eſt.Diuiſiq́ue Iudæi, Syrorum uicos ac finitimas ciuitates protinus uaſtauerunt:id eſt,Philadelphiã,& Gebonitin,& Geraſam,& Pellã,& Scythopolim .Deinceps uero irruerũt & in Gadarã & Hippon & Gaulanitidẽ : & alia quidẽ ſubruẽtes loca,alia uero inflammantes, etiam in Cedaſam Tyriorũ & Ptolemaidẽ,Gabã quoq;,Cæſareamq́; tendebãt. Obſtitit autem eorũ incurſui neq; Sebaſte,neq; Aſcalon:ſed his quoq; flamma uaſtatis Anthedona & Gazã euerterunt. Multa aũt circa fines harum ciuitatum diripiebantur,uici ſcilicet & agri,eorumq́; qui capiebant̃ uirorum immenſa cædes fiebat. neq; tamen Syri minorẽ numero multitudinẽ de Iudæorum gẽte uaſtabant, ſed etiã eos qui in ciuitatibus erant, cõprehenſos diſperdebant: non ſolũ ob uetus odium,ſed ut diſcrimen imminens præuenirent. Grauis ergo cõturbatio totam Syriam peruaſerat,et omnis ciuitas in binos diuidebatur exercitus:unaq́; alterutris ſalus erat,ſi p̃ueniſſent alteros cæde facienda:& dies quidẽ ducebant̃ in ſanguine,noctes aũt moleſtiores formido faciebat.Nam licet uiderẽtur amoliri Iudæos,tamen etiam aliarum gentiũ Iudaizantes cogebant̃ habere ſuſpectos : & ob hoc ipſum quod in eis uidebatur ambiguum

ambiguum,neq; temere eos placebat interfici,& rurſus ob ipſam religionis cõmixtionem quaſi penitus externos timebant. Prouocabat autẽ ad cædes aduerſæ partis,etiã illos qui prius fuerant manſueti,auaritia.ſiquidẽ ſubſtantias cæſorũ paſsim diripiebant: & quaſi uictores eorũ prædam quos trucidauerant, in domos alias transferebant. Glorioſior aũt erat qui plura collegiſſet,quaſi ſcilicet plures uirtute ſuperaſſet.Erat aũt cernere ciuitates plenas cadaueribus inſepultis, & inhumatos paſsim iacere cum paruulis ſenes, fœminas aũt neq; pudenda cõtectas.Et omnis quidẽ prouincia plena erat inenarrabilium calamitatũ. maiorum aũt metus q̃ quæ peracta erant, facinorũ imminebat.Et hactenus quidẽ Iudæis aduerſum alienigenas cõflictus erat.Incurrentes aũt in Scythopoleos fines,etiam Iudæos qui illic habitabant, experti ſunt hoſtes. Hi enim cũ Scythopolitis cõſpirantes,& conſanguinitatẽ utilitati propriæ poſtponẽtes, aduerſum Iudæos cum gentilib.dimicabant. Suſpecta tñ eorum ipſa belli fuit auiditas. Deniq; Scythopolitæ ueriti ne ciuitatem noctu adirent, & magna ſua calamitate ciuib.excuſarẽt defectionẽ, edixerunt eis,ut ſi uellẽt inter eos firmare cõſenſum, & circa alienigenas oſtendere fidẽ,tranſirent cum omnibus filijs ſuis in lucũ.quibus quæ fuerant iuſſa ſine ſuſpicione facientibus,diebus quidẽ ſecutis duobus quieuerũt Scythopolitæ.tertia uerò nocte exploratores,alios incautos, alios uero dormientes inuadunt, ſubitoq; omnes interfecerunt,qui fuerũt numero tredecim millia:poſtq; eorũ bona diripuerunt.Dignum aũt etiam uidet, Simonis interitum enarrare.Hic enim Sauli cuiuſdam non ignobilis uiri filius erat,fortitudine quoq; corporis et audacia animi inſigniſsimus:quibus utriſq; ad incõmoda ſuæ gẽtis abuſus eſt.Multos ſiquidẽ Iudæorũ propinquos Scythopoli,quotidie obtruncabat,& frequenter integros cuneos fudit,ita ut totius aciei momentũ ſolus exiſteret.Comprehendit aũt eum digna ciuili cęde pœna.Nam cum Scythopolitæ circumfuſi Iudæis,paſsim per lucum eos iaculis configerent,educto Simon gladio,in nullũ quidem hoſtiũ impetũ fecit.Nihil enim ſe in tanta multitudine promoturũ uidebat.Exclamans aũt miſerabiliter:digna,inquit,Scythopolitę his quæ geſsi patior:quippe qui tam multa cæde ciuium meorũ,benignitati erga uos noſtrę fidẽ feci.Digne enim nobis extera gens infida eſt,qui in noſtrũ genus tãta impietate deliquimus.morior ego quaſi profanus proprijs manibus:neq; enim decet hoſtili manu cadere. Iſte aũt ipſe finis mihi & ſceleris digna pœna, & idoneũ uirtutis decus erit: ut nemo ſcilicet hoſtium de meo interitu glorietur,neq; inſultet cadẽti. Hæc dicens, miſerantibus ſimul ac furentibus oculis circumſpicit omnẽ familiam ſuam.erat aũt ei uxor & filij,& prouecti in ſenectutem parentes. Ille igitur primũ quidem patrem à cæſarie comprehendens, & ſuper eum ſtans enſe penetrauit: poſt quem non ſane inuitam matrem ſuam interfecit. ſuper hos aũt coniugi & filijs intulit ferrum, ſingulis ſanè horum penè occurrentibus gladio,& hoſtes præuenire cupientibus. Cum uerò omnem ſuam neceſsitudinem trucidaſſet,cæſis ſuperſtans extulit dexteram,ut neminẽ poſſet latere, & totum in uiſcera ſua enſem demerſit: dignus quidem miſeratione iuuenis propter robur corporis atq; animi firmitatem, cæterum quantũ ad fidem,quam alienigenis præſtitit,digno fine conſumptus.

De

De Iudæorum alia graui cæde. Cap. XX

AD cædem autem quæ in Scythopoli facta eſt, reliquæ quoq; urbes in Iudæos apud ſe habitantes irruebant: & duo millia quingẽtos Aſcalonitæ, Ptolemais aũt duo millia interfecit. Vinxerũt quoq; nõ paucos Tyrij: multosq; trucidauerunt: plures aũt eorum uinctos cuſtodijs tradidere. Hippeni quoq; & Gadarẽſes ſimiliter audaciſsimos quidẽ amoliebantur, terribiles aũt ſolicite adſeruabant. Reliquæ quoq; urbes aduerſum Iudæos ſingulæ, prout habebãt, uel timore uel odio mouebanť. Soli aũt Antiocheni, & Sidonij, & Apameni, ſuis cohabitatorib. pepercerunt, & neq; interfecere quempiã Iudæorũ, neq; uinculis tradiderunt. forte aũt & ꝓpter multitudinẽ ſuã deſpexerunt eorũ ſi qui motus fuiſſent. mihi aũt uidenť magis erga eos miſeratione moti, quos utiq; nihil moliri uidebant. Geraſeni aũt neq; in eos q̃ apud ſe remanere delegerũt, quicq̃ geſſerunt mali: & egredi uolentes uſq; ad fines ſuos deduxerũt. Excitata eſt aũt etiã in regno Agrippę aduerſum Iudęos pernicies. Ipſe quidẽ perrexerat ad Ceſtiũ Gallũ Antiochiã, relicta adminiſtratione cuidã ex amicis, nomine Varo, Sohemo regi genere propinquo. Venerũt aũt de Batanæa regiõe ſeptuaginta numero uiri & nobilitate & prudẽtia ciuiũ ſuorũ præſtantiſsimi, poſcendi præſidij gratia: ut ſi qui ſcilicet apud eos quoq; motus fierẽt, haberent idoneam cuſtodiã, per quã poſſent inſurgẽtes quoſq; cõprimere. Hos Varus, quoſdã armatos de regijs præmittẽs, interfecit in itinere omnes. Auſus aũt eſt tale facinus præter conſiliũ Agrippæ, & propter nimiã auaritiam impie in gentiles ſuos agere nõ recuſans, regnũ omne corrupit, perſeuerans poſt tale ſcilicet principiũ in totũ genus exercere iniquitatẽ: donec diſcuſsis Agrippa rebus animaduertere quidẽ in eum ueritus eſt ꝓpter propinquitatem Sohemi, procurãda tñ eum regione ſummouit. Seditioſi aũt capto præſidio, quod appellaťCyprus imminens finibus Hierichuntis, cuſtodes quidem interfecerunt, munimenta aũt deſtruxerunt. Per eoſdẽ dies etiã in Machærũte multitudo Iudæorũ perſuadebat in præſidio relictis Romanis, deſerere caſtellũ, eiſq; tradere. Illi aũt quod rogabanť cogi metuẽtes, pacti ſunt cum eis diſceſsionẽ ſuam: & accipiẽtes fidẽ, tradunt præſidiũ, quod diligentibus cœperunt Machæruntij cuſtodijs obtinere.

Iudæi Alexandriæ occiſi. Cap. XXI

IN Alexandria aũt ſemper quidẽ erat incolis aduerſum Iudæos ſedi tio, iam ab illo tempore, ex quo ſtrenuis Alexander contra Aegyptios uſus Iudæis, præmiũ ſocietatis tradidit eis, & habitandi apud Alexandriam facultatẽ, & ius ciuitatis ęquale cum gentibus: permanebat aũt eis honor iſte apud ſucceſſores quoq; Alexandri: deniq; & in parte urbis locum eis propriũ deputauerunt, quatenus haberẽt conuerſationẽ per omnia mundiorẽ à cõmunione ſcilicet gentiũ ſequeſtratã: præſtiteruntq; eis, ut etiam Macedones appellarenť. deinceps uero cũ in ditionẽ Romanorũ Aegyptus ueniſſet, neq; Cæſar primus, neq; poſt eum quiſpiã, honores quos Alexander Iudæis decreuerat minuit. conflictus aũt eorũ aduerſus Græcos penè cõtinuus erat: & iudicib. in multos quotidie ab utraq; parte animaduertẽtibus, ſeditio accẽdebať. Tunc uero cũ & apud alios turbata res eſſet, illic magis

gis exarſit tumultus. Nam cum Alexandrini in concionẽ ueniſſent, ut ordinarent pro certis negotijs legationẽ ad Neronẽ ferendã, occurrerũt in amphitheatrũ permixti Græcis plurimi Iudæorũ. Quos quum uidiſſent æmuli, extemplo clamare cœperũt, Iudæos hoſtes & exploratores eſſe: ac deinceps inſilientes intulerunt eiſdẽ manus: & reliqui quidẽ fugientes diſsipati ſunt, tres uero ex his cõprehenſos, trahebant quaſi uiuos incenſuri. Cõmoti ſunt aũt uniuerſi Iudæi ad opem ferendam: & primũ quidẽ in Græcos ſaxa iaciebant, poſtea uero etiã facibus raptis in amphitheatrũ impetũ fecerunt, comminantes quod in ipſo loco tantũ ſimul populũ concremarent: & penè minas impleſſent rebus, niſi iras eorũ compreſsiſſet Tiberius Alexander, magiſtratus ciuitatis. Nec tñ ipſe coercendi principiũ ab armis ſumpſit, ſed nobiles eorũ quoſq; ſubmittens, hortabatur ut deſinerẽt, neq; aduerſum ſe milites Romanos cõmouerent. Seditioſi aũt benignã deprecationẽ ridẽtes, Tiberium cõtumelijs appetebant. Qui poſtq̃ uidit abſq; magna calamitate tumultuoſos non poſſe cõpeſci, immiſit in eos duas Romanorũ legiones, quę in ciuitate erant: & cum his alios quinq; millia milites, caſu ad Iudæorũ interitũ de Libya uenientes: præcepitq́; ut non ſolũ interficerent, ſed etiã bona eorũ diriperent, domosq́; inflammarent. Qui protinus concurrentes in locũ qui uocaẽ Delta (illic quippe erat Iudæorũ multitudo collecta) exequebantur ſtrenue iuſſa, nec ſanè ſine cruenta uictoria. Cõglobati emñ Iudæi his quos melius armatos habebant, in fronte poſitis, aliquandiu quidẽ reſtiterunt: ſemel uero in fugã uerſi mactabanẽ: nec unus erat exitij modus, cũ alij ſub diuo atq; in campo deprehenderenẽ, in ædes aũt alij cõcluderenẽ, & eas quoq; ſuccenderẽt Romani, unà etiã diripiendo quę in his reperiſſent: cum neq; illos aut infantũ miſericordia, aut reuerẽtia ſenectutis moueret, ſed in omnes ætates pari cæde ſæuirent. Vnde totus quidẽ ille locus ſanguine redundabat: quinquaginta uero cõgeſta ſunt millia mortuorũ: nec tñ ſaltẽ reliquiæ remanſiſſent, niſi ad preces ſe cõtuliſſent, eorumq́; miſertus Alexander Romanos iuſsiſſet abſcedere. Sed illi quidẽ quibus erat conſuetũ obedire præceptis, primo eius nutu necibus pepercerunt: populares aũt Alexandrini ꝓpter odij magnitudinẽ difficulter ab incepto reuocabanẽ, uixq́; à cadaueribus diſtrahebanẽ. Apud Alexandriam quidẽ talis caſus euenit.

De clade Iudæorum autore Ceſtio. Cap. XXII

CEſtio uero iam quieſcendũ eſſe non uidebatur, infenſis ubiq; Iudæis, ſed duodecimam legionẽ integram ex Antiochia ſecum ducens, & ex reliquis bina milia lecta peditũ, & quatuor alas equitũ: inſuperq́; regũ auxilia, hoc eſt Antiochi duo millia equitũ, & peditũ tria millia, ſagittarios omnes, Agrippæ uero tantundẽ peditũ & equitũ mille, & cum Sohemus ſequeretur, quatuor millibus comitatus, quorũ tertia pars equitũ erat, pluresq́; ſagittarij, Ptolemaida ꝓgreſſus eſt. Plurimi aũt ex ciuitatibus auxilio cõuenere, peritia quidẽ militibus inferiores, quod aũt ſcientiæ deerat, in Iudæos odio, itemq́; alacritate ſupplentes. Aderat aũt ipſe quoq; Agrippa Ceſtio, & eorũ quæ conducerent ſimul & itineris princeps. Ibi cum abducta exercitus parte Ceſtius in ualidiſsimã Galilææ ciuitatẽ contendit Zabulon, quæ appellatur uirorũ, & ab Iudæorũ finibus Ptolemaida

diſcernit

diſcernit. Cumq; offendiſſet eam ciuibus deſtitutam (in montes enim multitudo refugerat) omnigenũ aũt rerum plenam, illas quidem militibus diripiendas cõceſsit: ipſum uero oppidũ, quamuis admiratus eſſet eius pulchritudinẽ, quippe domus habebat ſimiliter ut apud Tyrũ & Sidona & Berytũ ædificatas, incendit. Deinde curſu territorio peragrato, quicquid inueniſſet obuiam depopulatus eſt: inflammatisq; etiam circum eam poſitis uicis, in Ptolemaida reuertit. Syris aũt adhuc prædæ inhærentibus, & præcipue Berytijs, recepta Iudæi fiducia (Ceſtiũ enim receſsiſſe cognouerant) repente in eos qui remanſerant irruunt, & propè ad duo millia cædunt. Ceſtius autẽ ex Ptolemaide profectus, ipſe quidẽ Cæſareã peruenit: in Ioppen uero partem præmiſit exercitus cum præceptis huiuſmodi, ut oppidũ cuſtodirent, ſi eo potiri poſſent: aut ſi oppidani impetũ pręſenſiſſent, tam ſuum q̃ cęterorum militũ præſtolarentur aduentum. Illorum igitur alij mari, alij terra profecti, utrinq; Ioppen facilime capiunt: ita ut ne fugæ quidem habitatores copiam reperirent, nedum ad pugnam ſe pararent. Aggreſsi aũt cunctos interficiũt cum familijs, direptamq; ciuitatem incendunt. Interfectorum aũt numerus octo millia quadringenti fuerunt. Simili modo & in finitimã Samarię Narbatenen toparchiam non paucos miſit equites, qui & partem finium uendicauerunt, magnamq; indigenarũ multitudinem peremerunt: direptisq; patrimonijs, etiam uicos igni dederunt.

De pugna Ceſtij contra Hieroſolymam. Cap. XXIII

IN Galilæam quoq; miſit Cæſennium Gallum, ductorem duodecimæ legionis: eiq; tantam militum manum attribuit, quantam genti expugnandæ ſufficere poſſe credebat. eum ualidiſsima Galilææ ciuitas Sepphoris cum fauore ſuſcepit. Huiusq; prudens conſiliũ ſecutæ ciuitates aliæ, quieſcebant. Qui uero ſeditionibus & latrocinijs operã dabant, in Galilæę montem undiq; medium receſſere, qui eſt contra Sepphorim, & uocatur Aſamon. Aduerſus eos Gallus ductabat exercitum. Illi autem quàm diu ſuperiores erant, facile Romanos ad ſe aſcendẽtes arcebant, & ex his plures quàm ducentos interfecerunt. Vbi uerò eos uiderũt circumacto itinere ad celſiora progreſſos, mature uictoriam conceſſerunt: & neq; pugnam minus armati ferebant, neq;, ſi terga dediſſent, equitum poterant manus effugere: adeò ut pauci locis aſperis deliteſcerent, amplius uero q̃ duo milia trucidarentur. Gallus igitur cum nihil iam tentari nouitatis apud Galilæam uideret, Cæſaream cum exercitu remeabat. Ceſtius uero cũ omni manu reuerſus in Antipatridem perrexit. Cognitoq; non paruam multitudinẽ Iudęorũ in turrim quæ Aphæci uocabatur eſſe collectam, qui cum his congrederentur præmiſit. Sed prius q̃ in manus uenirent, Iudæi metu diſperſi ſunt: eorumq; caſtra iam deſolata milites adorti, cum uicis circũpoſitis incenderũt. Ex Antipatride aũt Ceſtius in Lyddam profectus, uacuam uiris ciuitatẽ offendit. nam ꝓpter ſcenopegiorũ dies feſtos, in Hieroſolymam populus omnis aſcenderat. quinquaginta uerò quos ibi cõprehendit occiſis, exuſtoque oppido ulterius ꝓcedebat: perq; Bethoron ꝓfectus, in quodã loco, cui nomen eſt Gabao, caſtra poſuit, diſtante ab Hieroſolymis ſtadijs L. Iudæi uero cum iam ciuitati propinquare bellum uiderent, omiſsis dierum feſtorum ſolennibus

lennibus,ad arma properabant: ſatisq; freti multitudine, incompoſiti ad pugnam & cum clamore proſiliebant,ne dierũ quidẽ ſeptem habita ratione feriatorum.erat enim ſabbatũ,quod apud eos religiõe maxima curabaẽ. idem aũt furor qui eos ab obſequio pietatis emouerat,in prælio quoq; ſuperiores effecit.Tanto namq; impetu Romanos aggreſsi ſunt,ut eorũ & aciẽ perrumperent,uiaq; aperta cædibus in medios ruerent:ac niſi ei militum parti,quæ necdum locũ amiſerat, equites ex circuitu ſubueniſſent, quiq; nondũ defecerant pedites,in periculo totus Ceſtij exercitus fuiſſet.Interfecti ſunt autem quingenti & quindecim Romani milites:ex quibus quadringẽti pedites, cæteri equites erant: Iudæi uero uigintiduo. fortiſsimi aũt uidebantur Monobazi regis Adiabeni propinqui,Monobazus & Cenedæus, & poſt hos Peraita Niger,& Silas Babylonius, qui ad Iudæos ab Agrippa rege transfugerat,cui pridẽ militabat.A fröte igitur repulſi Iudæi, ad ciuitatẽ reuertebantẽ. Romanos aũt ad Bethoron aſcendentes Gioræ filius Simon inuadit, multosq; poſtremi agminis coactores laniauit: ac multos carros cum ſarcinis captos,in ciuitatẽ reduxit.Ceſtio uero in agris triduo cõmorante, Iudæi locis ſuperioribus occupatis,obſeruabant eius tranſitum:neq; ceſſaturos eos certum erat,ſi Romani proficiſci cœpiſſent.

De obſidione Hieroſolymæ à Ceſtio,& ſtrage. Cap. XXIIII

ITaq; dum Agrippa, infinita hoſtium multitudine montes amplexa,ne Romanos quidẽ à periculo tutos eſſe perſpiceret, uerbis Iudæos experiri decreuit,uel omnes ſibi parituros exiſtimans, ut bello deſiſterent:uel ſi qui aduerſarentẽ,reuocandos qui ab eorum ſentẽtia diſcreparent.Miſit igitẽ ex comitibus ſuis Borcæũ & Phœbum,quos illis ſciebat notiſsimos:utà Ceſtio fœdus amicitiæ,certamq; pro peccatis à pop.Ro.ueniam pollicerentẽ,ſi proiectis armis,ſecum ſentire uoluiſſent.Verũ ſeditioſi metu,ne cuncta multitudo ſpe ſecuritatis ad Agrippam ſeſe conferret, legatos obtruncare ſtatuerunt:& Phœbũ quidẽ,priuſquam uerbũ faceret,peremerunt:nam Borcæus uulneratus effugit:populares aũt,hoc indigne ferentes factum,cædendo fuſtibus atq; lapidibus in oppidum compulerunt. Ceſtius uero,quia inteſtinam eorũ diſcordiam,opportunũ ad irruendum tempus inuenit,totũ in eos duxit exercitum:inq; fugã uerſos, uſq; ad Hieroſolymam perſecutus eſt.Caſtris autẽ in loco poſitis, qui appellaẽ Scopus, interuallo ſeptem ſtadiorum à ciuitate diſcedẽs, nihil per triduum aduerſus oppidum conabaẽ: ſperans fortaſſe intus degẽtes aliquid remiſſuros.In uicos autem circa ciuitatẽ, non paruam militũ manum ad rapienda frumẽta dimiſit. Quarto aũt die,qui triceſimus menſis erat Octobris, ordinatũ in oppidum introduxit exercitũ. Populus quidẽ à ſeditioſis cuſtodiebatur: ipſi autẽ Romanorũ diſciplina territi, exterioribus ceſſere partib.ciuitatis, & in partem interiorẽ templi refugerunt.Ceſtius uero tranſgreſſus Bezethã,quæ ſic uocatur,& Cænopolim & forũ quod appellaẽ materiarũ incendit.deinde cum ad ſuperiorẽ ciuitatẽ ueniſſet,prope aulam regiam caſtra poſuit. Et ſi tũc uoluiſſet intra muros uioleẽter irrumpere,ciuitatẽ ilico poſſediſſet,belloq; finẽ dediſſet.ſed Tyrannus & Priſcus præfectus caſtrorũ & plures equitũ magiſtri,à Floro pecunia corrupti,conatũ eius auerterũt:& Iudæos intolerandis

repleri cladibus contigit. Interea plurimi populariũ nobiliſsimi, & Ananus Ionathæ filius, Ceſtiũ quaſi portas ei patefacturi, uocabant. Ille aũt & ira faſtidiens, & q̃ non ſatis ei credendũ putaret, tam diu id neglexit, donec proditione cõperta, ſeditioſi Ananũ quidẽ cum cæteris, de muro deiectis lapidibus feriendo, in domos ſuas refugere coegerunt: ipſi uero p̃ turres diſpoſiti, murũ tentantibus repugnabant. Per dies igiť quinq; Romanis undique tentantibus fruſtrabaťur conatus. ſexto aũt Ceſtius cum plurimis ſelectis, itẽq; ſagittarijs, à ſeptẽtrionali tractu templũ aggrediť, Iudæis ex porticu reſiſtentibus. qui frequenter quidẽ Romanos ad murũ adeuntes auertẽre, poſtremo aũt repulſi telorũ multitudine, receſſerunt. Itaq; Romanorũ qui anteibant, ſcutis ſuis muro nixi, & qui eos ſequebanť, alijs ac per ordinẽ alijs ſimiliter ſuperadiunctis, quam ſic ipſi appellant, teſtudinẽ contexuerunt. unde ſagittæ in eam delatæ, irritæ delabebanť: & ſine aliqua noxa milites mœnia ſuffodiebant: templiq; portas incendere moliebanť. Vehemens aũt ſeditioſos ſtupor inuaſerat, iamq; multi ex ciuitate diffugiebant, ueluti continuo caperet. His aũt populus alacrior efficiebaťur: & quantũ nequiſsimi cadebant, tantũ ut ipſi portas aperirent, Ceſtiumq; q̃ optime de ſe meritũ, reciperẽt, appropinquabant. Et profecto ſi paululũ in obſidione perſeueraſſet, ſtatim ciuitatem obtinuiſſet. ſed credo iam tunc infeſtus deus peſsimis, eiusq; ſancta illo die finẽ bello dare prohibuerunt. Deniq; Ceſtius, neq; animis populi, neq; obſeſſorũ deſperatiõe perſpecta, repente militẽ reuocat, & ſine ulla ſpei repulſa, incõſulte nimis ac iniuſte diſceſsit. inopinata uero eius fuga, latronũ fiduciam recreauit: inſecutiq; nouiſsimos aliquot equitũ, peditumq; peremere. Et tunc quidẽ Ceſtius in caſtra, quæ apud Scopon munierat, tetendit: altero aũt die ulterius recedendo, magis hoſtes prouocauit: iamq; poſtremos aſſecuti multos necabant, tum utraq; itineris parte uallata, in tranſuerſos tela iactabant. & neq; in eos ſe retorquere, à quibus à tergo ſauciabanť, nouiſsimi audebant, quandã infinitã multitudinẽ inſequi exiſtimãtes: neq; à lateribus inſtantiũ uim repellere ſufficiebant: cum ipſi quidẽ graues eſſent, ordinẽq; interrumpere formidarent: uiderent aũt Iudæos leues, & ad excurrendũ faciles eſſe. unde eueniebat, ut multa mala perpeterenť, cum nihil cõtrà inimicis nocerent. Tota igiť uia perculſi, deiectiq; agmine ſternebanť: donec multis occiſis, in quibus erat Priſcus ſextæ legionis dux, & Lõginus tribunus, & Aemilius Iucundus alæ præfectus, uix in Gabao peruenirẽt, ubi caſtra prius poſuerant, multis impedimẽtis amiſsis. Hic aũt Ceſtius biduum cõmoratus, inops conſilij qd ageret, cum tertio die maiorẽ hoſtium uidiſſet numerũ, & omnia circũ loca plena Iudæis, tarditatem ſibi obfuiſſe cognouit: et ſi adhuc ibi maneret, plures ſe hoſtes habiturũ. Itaq; pro cõpendio fugæ, cuncta quæ militib. impedimento erant, amputari præcepit: occiſisq; mulis atq; aſinis, alijsq; iumentis, præter illa quæ ſagittas & machinas ferrẽt (hæc enim uelut uſui futura ſeruabat, maxime quia timebat ne Iudæis contra ſe capta prodeſſent) Bethoron uerſus antecedebat exercitũ. At Iudæi latioribus quidẽ locis minus inſtabant: cõtractos uero in anguſtias atq; deſcẽſus, alij ab exitu prohibebant, alij poſtremos agminis trudebãt in uallẽ: fuſaq; omnis multitudo p̃ itineris iuga, militẽ ſagittis operiebat. ubi etiã peditib. q̃ pacto ſibimet ſubuenirent

uenirẽt,hæſitãtibus,equitũ periculũ prõptius erat.nec em̃ ordinate uiã ꝓſequi poterãt, obſtãtibus iaculis:& ne cõtra hoſtes irent aſcẽſus ardui ꝓhibebant equitantibus inuij.iaculatorib.aũt rupes ac ualles tenebant̃: in quas deiecti q aberraſſent cõſumebant̃:nullusq; locus aut fugiẽdi aut reſiſtẽdi rationẽ habebat.Itaq; incerti qd agerẽt,ad ululatus,q̃d deſperati ſolẽt,fletusque cõuerſi ſunt: quib.reſonabat Iudęorũ exhortatio,cũ clamore lætantiũ pariter atq; ſæuientium.totusq; penè q cum Ceſtio fuerat,periſſet exercitus, niſi nox adueniſſet qua Romani quidẽ in Bethoron cõfugerunt,Iudęi uerò obſeſsis circũ omnibus locis,eorũ tranſitus cuſtodiebant. Deniq; ubi Ceſtius aperto itinere deſperato, iam de fuga cogitabat, lectos ꝓpè ad cccc omniũ fortiſsimos milites,tectorũ faſtigijs impoſuit. hisq; præcepit,uigilum qui in caſtris excubarẽt, ſigna clamare: ut eo modo Iudæi omnẽ illic militũ numerum arbitrarent̃ remanere. Ipſe autẽ cum cæteris otioſe uſq; ad xxx ſtadia progredit̃. Vnde mane cũ Iudęi locũ quo Romani tetenderãt deſolatũ uidiſſent,in quadringẽtos à quib.decepti fuerant cõcurrerunt. & illos quidẽ ſine mora iaculis cõfecerunt:mox aũt Ceſtiũ perſequi properabãt.ſed ille cũ nocte nõ paruũ ſpatiũ itineris peregiſſet,die uehemẽtius quoq; fugiebat: adeo ut metu ꝓculſi milites,machinas ſiue tormẽta muralia,itẽq; baliſtas, multaq; alia inſtrumẽta relinquerẽt:quib.tũc ablatis Iudæi rurſus cõtra illos q ea reli querãt uſi ſunt.Inſequẽdo aũt Romanos,Antipatridẽ uſq; uenerũt.Deiñ cũ eos aſſeq nõ potuiſsẽt,inde redeũtes et machinas ſecũ aſportarũt mortuoſq; ſpoliarũt,& prędã quæ remanſerat collegerũt:& pęana canẽtes in metropolim remearũt, ſuis quidẽ paucis amiſsis, Romanorũ aũt & auxiliariũ quinq; milibus peditũ ac ccc.itẽq; nongẽtis & octoginta equitibus interẽptis.Hæc quidẽ Nouẽbris mẽſis viii die geſta ſunt, anno xii Neronis principatus.

De Damaſcenorũ ſæuitia in Iudæos,decꝫ Ioſephi ſtudijs in Galilæa. Cap.XXV

POſt Ceſtij uero caſus aduerſos,nobiliũ Iudæorũ multi, tanq̃ è naui peſſum itũra,ex ciuitate enatabãt. Deniq; Coſtobarus & Saulus fratres,unà cũ Philippo Iachini filio, qui princeps erat exercitus regis Agrippæ,inde dilapſi ad Ceſtiũ transfugerunt.Qui uerò cũ his in aula regia fuerat obſeſſus Antipas,fuga deſpecta,quẽadmodũ à ſeditioſis interẽptus ſit aliàs indicabimus.Ceſtius aũt Saulũ & cęteros in Achaiã ad Neronẽ miſit,et ꝓpriã neceſsitatẽ indicaturos, & belli cauſas deriuaturos in Florũ. ſperauit em̃,& iram in illũ excitatũ iri,& ſua pericula ſummouẽda.Tũc aũt Damaſceni,cędeRomanorũ cognita,Iudęos apud ſe degẽtes opprimere ſtuduerunt: et cũ eos in publicis thermis collectos haberẽt (nãq; id ꝓpter ſuſpiciões meditabant̃)facilẽ quidẽ ſui conatus exitũ fore putabãt.uerebant̃ autẽ mulieres ſuas,ferè oẽs p̃ter paucas Iudaizãtes,& eorũ religiõe imbutas.quare hic magna cura fuit eas cælandi,qd agerẽt:Iudæorũ autẽ x milia,quippe ut in angu ſto loco,atq; oẽs inermes aggreſsi,una hora ſine metu iugulauerũt.Qui uerò Ceſtiũ fugauerãt,in Hieroſolymã reuerſi,quos adhuc Romanorũ ſtudioſos inueniſſent,partim ui,partim blãditijs ſibi etiã ſociabãt:et in templũ congregati,plures belli duces eligẽdos eſſe cẽſebãt.Declaratus eſt igit̃ Ioſephus, Gorionis filius,& põtifex Ananus:omnia q̃ in ciuitate gerẽda eſſent,imperaturi:maximeq; ut ciuitatis muros erigerẽt.Filiũ nãq; Simonis Eleazarũ,q̃uis Romanorũ prędã,& ereptas Ceſtio pecunias,& inſup his plurima ex theſau

ris publicis in poteſtate haberet,tñ nullis neceſsitatibus ꝓpoſuerũt:q̃d & ipſum tyrãnidis ſupbia uiderẽt efferri,eiuſq́; ſtudioſos ſiue imitatores,ſatellitũ more uerſari.uerũ paulatim Eleazarus ambitiõe pecuniæ,itẽq́; aſtutia ꝑſuaſit populo ut oñib.parẽrẽt.In Idumeã uerò q̃s mitterẽt,alios militũ duces optarũt,Ieſum filiũ Sapphę,unũ è põtificibus,& Eleazarũ noui põtificis filiũ. Nigro aũt mandauerũt,q̃ tũc Idumæã regebat,ex regiõe trãs Iordanẽ poſita genus ducẽs,unde Peraites cognominabaẽ,ut ducib.obtẽperaret.Sed ne alias q̃dẽ regiões omittẽdas putabãt.nãq; in Hierichuntẽ Ioſephus filiꝰ Simonis,& trãs flumẽ Manaſſes,& Tamnã Ioãnes Eſſæus,toparchias adminiſtraturi miſsi ſunt.huic aũt Lydda,& Ioppe,& Ammaus erãt additę.Gophniticę aũt & Acrabatenę regionũ Ioãnes,filius Ananiæ,rector deſignatꝰ eſt:& utri uſq; Galilæę Ioſephus,Matthię filius.huius aũt ꝑfecturæ iũcta erat & Gamala,munitiſsima ciuitatũ q̃ ibi fuere. Aliorũ igiẽ rectorũ, ꝓ alacritate ac prudẽtia ſua,quiſq; res ſibi creditas adminiſtrabat.Ioſephus aũt cũ in Galilęã ue niſſet,primũ curę habuit,indigenarũ ſibi cõciliare beneuolentiã:multa ſciẽs ea cõfici poſſe,licet in alijs peccauiſſet.Deiñ cõſiderato, ꝙ potẽtiſsimos q̃dẽ amicos haberet ſi eos participes poteſtatis feciſſet,omnẽ uerò multitudinẽ ſi pleraq; ꝓ indigenas et cõſuetos fieri ꝑciperet,LXX de ſeniorib.eius gẽtis prudẽtiſsimos elegit:eoſq́; rectores totiꝰ Galilęę cõſtituit.VII uero ꝓ ſingulas ciuitates minorũ litiũ iudices.nã maiora negotia cauſaſq́; capitales ad ſe referre iuſsit,& illos LXX.cęterũ diſpoſito ꝓ ciuitates iure q̃ inter ſe uterent, etiã quẽadmodũ extrinſecus tuti eſſent animaduertit:certusq́; in Galilęã Romanos eſſe uẽturos,oportuna loca muro cingebat,hoc eſt Iotapatã,et Berſabee & Selamin,necnõ & Pereccho,& Iapha,& Sigoph, & mõtẽ cui nomẽ eſt Itaburio,& Taricheas,et Tiberiada:ad hęc etiã circa Geneſar lacũ ſpelũcas in ea q̃ inferior Galilęa uocabaẽ muniuit.Superioris aũt Galilęę Petrã q̃ Achabrorũ diciẽ,& Seph,& Iamnith,& Mero:in Gaulanitide uerò Seleuciã,& Soganen,& Gamalã munitiõe circũdedit. Solis aũt Sepphoritis ꝓmiſit, ut murũ ſibimetipſis fabricarẽt: ꝙ eos pecunioſos eſſe,& ad bellũ promptos etiã ſine ꝑcepto uideret.Similiter aũt Giſchalã, Ioſephi iuſſu ꝓ ſe muro cinxit Ioãnes Leuię filiꝰ.Cęteris aũt caſtellis omnib.ipſe Ioſephus intererat, iubẽdo ſimul atq; opẽ ferẽdo.Quin & exercitũ ex Galilæa,ſupra c milia uirorũ cõparauit: q̃s oẽs undiq; collectis armis ueterib.inſtruebat. Deiñ reputãs,hoc maxime Romanorũ inuictã eſſe uirtutẽ,ꝙ dicto eſsẽt audiẽtes rectorib.ſuis,& armorũ exercitatiõi operã darẽt,doctrinã q̃dẽ urgẽte neceſsitate deſpexit: parẽdi aũt facultatẽ ratus regentiũ multitudine poſſe cõtingere,ita ut Romani ſolẽt diuiſit exercitũ,plureſq́; fecit ordinũ principes.diuerſiſq́; militũ generib.cõſtitutis,alios decadarchis,alios cẽturionibus,alios tribunis ſubdidit:& inſup his ipſis rectores,maiorũ rerũ adminiſtratores dedit.Docebatq́; ſignorũ diſciplinas,et ꝓuocatiões reuocatiõeſq́; buccinarũ,& principia cornuũ,& circũductiões, & quẽadmodũ oporteret laborãtib.ſuccurrere fortiores, & cũ defatigatis partiri pericula:quęq́; ad fortitudinẽ animi corporiſq́; tolerantiã ꝓtinerẽt,inſtituebat.Maxime uero eos erudiebat ad bellũ, uſq; quaq; Romanorũ referẽs diſciplinã,& ꝙ cũ uiris eſſent ꝓliaturi,q̃ & uirib.corporis & animi obſtinatiõe,totũ penẽ orbẽ terrę ſuperaſſent.His addidit,q̃ pacto belli tẽpore ſuis eſſent parituri ꝑceptis,iam nũc periculũ ſe facturũ, ſi cõſuetis delictis

lictis, hoc eſt, furtis & latrocinijs & rapinis abſtinuiſſent: ſed neq; aut gẽtilib. fraudẽ facerẽt, aut conſuetiſsimorũ damna propriũ quæſtũ putarẽt. Illa enim bella optime adminiſtrari, quorũ milites bonã conſcientiã gererẽt: qui uero p̃ ſe praui fuiſſent, his nõ ſolũ inimicos, ſed etiã deum hoſtẽ futurũ. Multa in hũc modũ admonẽdo perſeuerabat. Et iam q̃dẽ quantũ prẽlio parandũ eſſet, cõſlatũ erat. Nã LX peditũ milia, CCL eq̃tes, ac p̃ter hos etiã mercenarios, q̃b. maximè fretus erat, habebat IIII milia quingẽtos: necnõ & ſexcẽtos circa ſe electos cuſtodes corporis atq; ſatellites. Exceptis aũt mercenarijs, facile cẽteri milites à ciuitatib. alebant. nãq; ſingulẽ quas enumerauimus, cũ mediã ſui multitudinẽ mitterẽt in militiã, reliquos ad cõparandũ eis uictũ tenebant: ut pars armis, atq; alia pars faciẽdis operib. dirimeret, & armati ſecuritatẽ repẽderẽt ſuggerentib. cõmeatum.

De Ioſephi periculis & euaſione, & Ioannis Giſcalei malitia. Cap. XXVI

IOſepho aũt hoc modo adminiſtrãti Galilæã, inſurrexit quidã inſidiator, patria Giſcala ortus, Leuiẽ filiꝰ, noĩe Ioãnes, callidiſsimus, ac dolis plenus, & nequitia quidẽ nobiliſs. omniũ, antea uero pauper, & ali quandiu malitiẽ ſuẽ impedimentũ paſſus inopiã, facile mẽtiri paratus, miruſq; fidẽ adhibere mẽdacio: & q̃ fallaciã uirtutẽ putaret, eaq; aduerſus amiciſsimos uteretur: ſimulator humanitatis, & ſpe lucri appetẽtiſsimus cædiũ: qui ſemp̃ quidẽ immoderata cõcupiſſet, ſpem uero leuiorib. maleficijs aluiſſet. Latro em̃ erat, ſui moris, ac ſolitarius: deiñ etiã comitatũ inuenit audaciæ, primo q̃dẽ paruum, amplioré aũt p̃ficiẽs. Curẽ aũt habebat, neminẽ ignauũ aſciſcere: ſed qui & habitudine corporis, & animi magnitudine, bellorũq; peritia p̃ſtarent, hos eligebat: donec CCCC uirorũ cateruã cõgregauit, quorũ plures ex Tyriorũ finibus & uicis erant. Isq; omnẽ Galilẽã depopulabat̃: & multos futuri belli metu ſuſpẽſos lacerabat. Hũc igiṫ iamdudũ regẽdi milites cupientẽ, & maiora deſiderantẽ, diu pecuniẽ retardabat inopia. cũq; uideret Ioſephũ ſua induſtria lẽtari, p̃ſuadet ei primũ, ut fabricãdi muri patriẽ ſolicitudinẽ ſibi cõmitteret. in qua re quæſtus magnos à locupletib. fecit. Deiñ callidiſsima fraude cõpoſita, uelut oleo, q̃d nõ à gentilib. ſuis tractatũ eſſet, uti cauerẽt oẽs apud Syriã Iudẽi, ut ad confinia oleũ mitteret̃ depopoſcit. nũmoq; Tyrio, q̃ quatuor Atticos faceret, emptis quatuor amphoris, eodẽ precio amphorẽ dimidiũ uenũdabat. cũq; Galilẽa ferax eſſet olei, maxime illo tẽpore magna ubertate redundaret, in ea loca ubi erat penuria ſolus multũq; mittẽdo, infinitã ſummã pecuniẽ cõgregauit: qua mox in eũ uſus eſt, q̃ hoc ſibi beneficiũ prẽſtitiſſet. Deniq; exiſtimãs ſi Ioſephũ depoſuiſſet, rectorẽ ſe Galilæẽ futurũ, quib. prẽerat latronib. imperauit prẽdã uehemẽtius exercere, quo multis reb. nouis p̃ eas regiones excitatis, aut inſidijs alicubi rectorẽ perimeret, ſi cui ferret auxiliũ: aut ſi latrocinia negligeret, ob hoc eũ apud indigenas accuſaret. Iamdudũ aũt rumores diſsipauerat, q̃ res Galilææ Ioſephus Romanis p̃dere cogitaret: multaq; in hũc modũ ad eius pernicieẽ cõparabat. Itaq; illo tẽpore, cum quidã ex uico Dabaritarũ, in magno campo cuſtodias agẽtes, Ptolemẽũ Agrippæ & Berenices p̃curatorẽ aggreſsi, oẽs quas ferebat ſarcinas abſtuliſſent, in quib. erant nõ paucẽ ueſtes precioſæ, plurimaq; argẽtea pocula, et DC aurei. neq; hãc prẽdã occultè adminiſtrare potuiſſent, omia Taricheas ad Ioſephũ comportarunt. Ille aũt reprehẽſa uiolẽtia, quã regijs intuliſſent, reponi res ablatas apud aliquẽ eius ciuitatis potentiſs. iubet: paratus eas dñis opportunè remittere. unde maximũ ei periculũ cõparatũ

eſt.namq; raptores earũ,quia prædæ nullã partẽ accepiſſent,ægre ferentes,& perſpiciẽtes q̃ Ioſephus cogitauerat laborẽ ſuũ regib.cõdonare,p̃ uicos nocte diſcurrũt,omnibuſq; prędicãt Ioſephũ proditorẽ eſſe:eodẽq; tumultu ciuitates p̃ximas repleuerũt,adeò ut c armatorũ milia cõtra Ioſephũ prima luce cõcurrerẽt.Deniq; multitudo qdẽ,in circo apud Taricheas cõgregata, plurima p̃ iracundiã cõclamabat,partim deponi,partim cõcremari uociferãs p̃ditorẽ: pleroſq; aũt incitabat Ioãnes,& cũ eo Ieſus quidã Sapphæ filius,tũc magiſtratus Tiberiadis.Ioſephi igit̃ amici & ſatellites,tantę multitudinis incurſu p̃territi,oẽs p̃ter quatuor diffugerũt.Ipſe uero dormiẽs,propè cũ iam ignis admouereturexurgit:& monẽtibus eũ quatuor q̃ remanſerãt ut fugeret, neq; ſolitudine ſua,neq; illorũ qui cõtra ſe uenerãt copijs p̃turbatus,in conſpectũ illorum proſilit,ueſte diſciſſa,infuſoq; capiti puluere,auerſisq; poſt tergum manibus, ſuoq; ceruici gladio annexo.Hæc aũt amicos ei,maxime Taricheatas ad miſeri cordiã cõmouerãt. ruſtica uero plebs,& finitimorũ, q̃bus moleſtior uidebaṫ, nõ ſine maledictis eũ iubebãt publicas p̃ferre pecunias,& facta proditiõis fateri:nam ex habitu eius opinabanṫ,nihil eorũ de quib.nata fuerat ſuſpicio,penitus negaturũ:& impetrãdæ ueniæ cauſa feciſſe omnia q̃ miſericordiã prouocarẽt.At illius iſta humilitas cõſiliũ prę̃ſtruebat: & cõtra ſe indignãtes arte circũueniens,ut ſup̃ his,unde iraſcerenṫ,inter ſe ipſi diſcordarẽt, oĩa confeſſurũ ſe pollicẽt. Deinde ſibi loquẽdi facultate cõceſſa,ego,inq̃t,has pecunias neq; Agrippę remittere cogitabã,neq; in p̃pria lucra cõuertere:abſit em̃,ut amicũ putẽ unq̃, qui uobis ſit inimicus:aut quę̃ſtũ ex re capiã, q̃ uos cõmuniter lęderet. Sed quia uidebã ó Taricheatæ, maxime ciuitatẽ ueſtrã munitiõis egere,& ad extruẽda mœnia minus habere pecuniæ,timebãq; Tiberienſem populũ,& alias ciuitates raptis pecunijs inhiantes, pedetẽtim eas retinere decreui, ut uos muro circũdarẽ.Si hoc nõ uideṫ,profero q̃ ablata ſunt,& diripiẽda propono. Sin recte cõſului,bene de uobis meritũ coercetis.Hęc Taricheatę quidẽ ab eo dicta,cũ fauore receperũt:Tiberiẽſes uero cũ alijs deprauãdo,inſup̃ etiã minitabanṫ:utriq; aũt relicto Ioſepho,inter ſe litigabãt. Ille aũt fretus iam ſecũ ſentiẽtibus(erãt em̃ propè ad XL milia Taricheatę)cũ multitudine liberius loquebatur : multũq; in eorũ temeritatẽ inuectus,ex p̃ſenti quidẽ pecunia Tarichęã ait eſſe muniendã.curæ aũt ſibi fore ſimiliter,ut etiã cæteræ tutæ ſint ciuitates. nec em̃ pecunias defore,ſi cõcordari uelint in eos,unde parãdæ ſunt,& nõ in eũ moueanṫ q̃ parat.Itaq; tũ alia quidẽ multitudo q̃ decepta fuerat,quãuis irata recedebat:duo uerò armatorũ milia impetũ in eũ fecere.cũq; ſe ille tecto antè recepiſſet,inſtabãt ei minitantes. Iterũ aũt Ioſephus in hos q̃q; altera fraude utiṫ.cũq; in ſummũ tectũ euaſiſſet,cõpreſſo dextera ſtrepitu, neſcire ait ſe, qd peterẽt ſibi prę̃ſtari:uoces em̃ ſe nõ exaudire cõfuſas. oĩa uero q̃ iuberẽt eſſe facturũ,ſi aliq̃s intromiſiſſent,qui ſecũ otioſe colloquerenṫ. His auditis, ilico nobiliores cũ magiſtratibus ad eũ ingrediunṫ.quos ille in intimas ædiũ partes inductos,clauſa ianua tãdiu uerberauit,quoad omniũ uiſcera nudata ſunt:circũſtabat aũt interim populus,exiſtimãs eos p̃lixis allegationib.cõcertare,cũ ſubito Ioſephus forib.patefactis,cruẽtos eos dimiſit.unde tãto terrore qui minabãtur affecti ſunt ut proiectis armis aufugerẽt.Ob hęc Ioãnis etiã atq; etiã creſcebat inuidia,aliasq; nihilominus Ioſepho moliebaṫ inſidias:morboq; ſimulato p̃ epiſtolã poſtulauit,ut ſibi medicinę gratia Tiberiẽſibus aquis calidis uti

per-

permitteret. Ioſephus aũt, qa nondũ ei ſuſpectus erat inſidiator, ad p̃fectos ciuitatis literas fecit, ut & hoſpitiũ & utẽſilia Ioãni prẹberẽt. Quib. ille potitus, bi duo pòſt cuius rei cauſa uenerat agebat: & his fraude circũuentis, alijs uerò pecunia corruptis, ut Ioſephũ deſereret p̃ſuaſit. His aũt cognitis Silas quem Ioſephus cuſtodiẹ p̃poſuerat, ꝓperè de inſidijs ei ſcripſit: atq; ille accepta epiſtola, noctuq; itinere maturato, matutinus ad Tiberiadẽ p̃uenit. Et cętera quidẽ multitudo obuiã ei ꝓceſsit. Ioãnes aũt, quãuis eũ contra ſe uenturũ eſſe ſuſpicaret, tñ miſſo quodã ex notis, infirmitate ſimulata, q̃ lectulo detineret, obſeqo ſeſe defuiſſe mãdauit. Tiberiẽſib. aũt à Ioſepho in ſtadiũ cõgregatis, ut ad eos q̃ ſibi ſcripta fuerãt loqueret, miſsis armatis Ioãnes iuſsit eũ interfici. Quos cũ iam nudare gladios p̃ſpexiſſet, populus exclamauit: atq; ita cõuerſus ad eius uocem Ioſephus, ubi ferrũ ꝓpè iugulo ſuo imminere ꝓſpexit, in littus deſilijt è tumulo, excelſo cubitis ſex, in q̃ uerba faciẽs cũ populo ſteterat: aſcẽſaq; inde nauicula cũ duobus ſatellitib. ſuis, q̃ illuc applicuerat, in mediũ lacũ refugit. milites uero eius, ilico raptis armis, cõtra inſidiatores irruebãt. Mox aũt uerit⁹ Ioſephus ne bello inteſtino cõcitato, ꝓpter paucorũ inuidiã ciuitas cõſumeret, nunciũ ſuis miſit, q eos moneret, ut propriæ tm̃ ſaluti cõſulerent: neq; uero quen q̃uel occiderẽt, uel arguerẽt noxiorũ. Et illi quidẽ dicto parẽtes, conquieuerũt. qui uero circũ ciuitatẽ p̃ agros habitabant, auditis inſidijs, & quis earũ fabricator eſſet, cõtra Ioannẽ ueniebãt. ſed ille prius in Giſcala patriã ſuam fuga receptus eſt. At Galilæi totis iam ciuitatib. ad Ioſephũ cõfluebant, & cũ multa eſſent armatorũ milia cõgregata, q ſe aduerſus Ioannẽ cõmunẽ inſidiatorẽ adeſſe clamabãt: unaq; cũ eo ciuitatẽ q̃ illũ ſuſcepiſſet, ignib. tradituros: ad ea Ioſephus, probare ſe quidẽ eorũ beneuolentiã, impetũ aũt cohibendũ eſſe dicebat: prudẽtia magis inimicos uincere cupiẽs, q̃ perimere. His uerò, qui de ſingulis ciuitatibus cũ Ioanne rebellaſſent, nominatim exceptis, quippe alacri animo ſuos quiſq; populus indicabat, prẹconũ uoce denũciabat, intra v dies eorũ q Ioannẽ nõ reliquiſſent, patrimonia diripiẽda, domosq; eorũ cũ familijs exurẽdas. Et tria quidẽ milia ſtatim ab eo reuocauit, qui ꝓfugi ante pedes eius arma proiecerũt. cũ reliquis aũt Ioãnes propè mille Syris fugitiuis, trãſtulit ſe iterũ in occultas inſidias ex apertis: ac p̃ nũcios in Hieroſolymã clàm miſſos, Ioſephũ accuſabat, ꝙ magnũ exercitũ collegiſſet: iamq; niſi prẹueniat ui, tyrannus metropoleos uẽturus eſſet. Verũ ea populus quidẽ prẹſciẽs negligebat: liuore aũt potẽtes, nõnulliq; magiſtratuũ clàm pecunias ad cõparãdos mercenarios milites miſere Ioãni, ut p̃ eos bellũ cũ Ioſepho gereret. decretũq; inter ſe cõceperunt, quo idẽ Ioſephus militũ adminiſtratiõe decederet: nõ tñ id ſatis eſſe credebãt: ideoq; duo milia & D armatos, & IIII miſerũt nobiles uiros, iuriſperiti filiũ Ioazarũ, & Ananiã Sadducæũ, & Simonẽ & Iudã Ionathę filios, omnes eloquẽtia ualidiſsimos: ut eorũ ſcilicet monitu auerteret ab Ioſepho beneuolẽtia multitudinis: et ſiquidẽ ipſe ſpõte ſua ueniret, paterent eũ rationẽ reddere: ſin remanere cõtenderet, ꝓ hoſte haberẽt. Amici aũt Ioſepho militẽ quidẽ ad eũ uẽturũ eſſe perſcripſerũt, cauſam uerò nõ indicauerũt, qm̃ ſecretũ fuit inimicorũ eius cõſiliũ. unde factũ eſt, ut qa prẹcauere nõ potuit, quatuor ſtatim ciuitates ad inimicos trãſirẽt: hoc eſt, Sepphoris, & Gamala, et Giſcala, & Tiberias: quas tñ continuo ſine armis recepit: captos aũt quatuor duces cõſilijs armatorũq; fortiſsimos, remiſit Hieroſolymã: cõtra q̃s popul⁹ haud mediocri indignatio

ne cõmotus,& ipſos,& à quib.prẽmiſsi fuerãt,interfeciſſet,niſi ante fugiſſent.

Tiberias à Ioſepho recuperatur & Sepphoris. Cap.XXVII

IOannẽ uero iam intra muros Giſchalę,Ioſephi timor cuſtodiebat.Et paucis dieb.pòſt iterũ rebellauit Tiberias,habitatorib.Agrippã regẽ uocãtibus.Et cũ ille cõſtituto die ad eos nõ ueniſſet,pauciq́; Romani equites ibi tũ cõparuiſſent,à Ioſepho defecerũt.Hiſq́; apud Taricheas cognitis, Ioſephus qui milites frumentatũ miſerat,neq; ſolus egredi contra deſertores, neq; ſe cõtinere patiebat̃,metuẽs ne dũ ipſe tardaret, regij ciuitatẽ occuparent. nec em̃ poſtero die obſtãte ſabbato quicq̃ facere poterat.itaq; dolo eos q̃ ſe de ſeruerãt circũuenire cogitabat.Et portas quidẽ Tarichearũ claudi iuſsit, ne q̃s cõſiliũ ſuũ illis ꝓderet,cõtra quos ſuſcipiebat̃.omnib.aũt ſcaphis quas in lacu cõperit cõgregatis(ducentæ aũt & xxx fuerũt,quaterniq́; nautæ nõ amplius ſingulis inerãt)mature ad Tiberiadẽ nauigat.cũq́; tanto ab eo diſtaret ſpacio, unde facile uideri nõ poſſet,inanib.ſcaphis in ſalo relictis,ſeptẽ ipſe ſolos iner mes ſatellites ſecũ habẽs,ꝓpius ut cõſpiceret̃ acceſsit.Quẽ cũ inimici adhuc ma ledicẽtes ei ex muro cõſpexiſſent,metu perterriti,& ſcaphas armatorũ eſſe ple nas exiſtimãtes,arma proijciũt:manusq́; ſupplices agitãtes,ut ciuitati parceret precabant̃.Ioſephus aũt,poſtq̃ multis eos minis & exꝓbratiõib.caſtigauit: pri mùm q̃ bello cõtra po.Ro.ſuſcepto,inteſtinis diſſenſiõib.uires ſuas antè con ſumerẽt,inimicorũq́; uota cõplerẽt: deinde,q̃ ſecuritatis ſuæ curatorẽ de me dio tollere ꝓperarẽt,ciuitatẽq́; nõ erubeſcerẽt ſibi claudere,q̃ eam muro cin xiſſet:nõ repudiaturũ ſe ait,ſi q̃ ſibi ſatisfacerẽt,quib.interueniẽtibus amicitiã cũ ciuitate firmaret. Itaq; ſtatim ad eũ decẽ Tiberiẽſiũ potẽtiſsimi deſcẽderũt. his aũt in unã receptis nauiculã piſcatoriã , & ꝓcul abductis, alios L ſenatores uenire iuſsit,maxime nobiles,uelut illi q̃q; fidẽ ſibi p̃bere deberẽt.Deinde no uas cauſatiões excogitãs, alios inſup̃ atq; alios obtentu fœderis euocabat:utq́; mature Taricheas recurrerẽt,gubernatorib.nauiũ repletarũ imperabat: q̃sq́; auexiſſent,in carcerẽ collocarẽt:donec omnẽ curiã,q̃ DC haberet uiros,duoq́; milia populariũ cõprehẽſa in Taricheas ſcaphis abduxit.Reliq̃s aũt uociferãtibus,Clitũ quendã eſſe p̃cipuũ defectiõis autorẽ,irãq́; ipſius pœna illius precan tib.ſatiari,nullũ quidẽ Ioſephus uolebat occidere:ſuorũ uero ſatellitũ quendã Leuiã egredi iuſsit,q̃ Cliti manus abſcideret.Cũ uero is p̃ timore ſolũ ſe globo inimicorũ cõmiſſurũ negaret,eaq́; cauſa indignari Ioſephũ ſtantẽ in ſcapha ui deret,ipſumq́; uelle deſcẽdere,ac de ſe ſuppliciũ ſumere,ut ſaltẽ unã manũ ſibi cõcideret,orabat.neq; hoc abnuẽte Ioſepho,dũmodo alterã ſibimet Clitus ip ſe p̃cideret,educto ille dextera gladio,leuã ſibi trũcauit.tãtus eũ timor Ioſephi inuaſerat.Ita tũc Ioſephus uacuis ſcaphis,& ſatellitib.VII populo capto,rurſus Tiberiadẽ ſibi ſociauit.Paucis aũt dieb.pòſt,Giſchalã q̃ cũ Sepphoritis defece rat,militib.deprędari ꝓmiſit:omnẽq́; prędã conquiſitã popularibus reddidit. Similiter etiã Sepphoritis & Tiberiẽſibus . Nã & hos captos rapinarũ damno corrigere uoluit: & redhibitione rerũ rurſus eos ad beneuolentiã reuocare.

Quõ Hieroſolymitæ bello ſe prępararuerint:deq̃ Simonis Gioræ tyranníde. Cap.XXVIII

HActenus apud Galilęã motus erat,iamq́; ab inteſtinis diſſenſionib. quieſcentes,aduerſus Rom.inſtruebant̃.Hieroſolymis aũt Ananus põtifex & potẽtiores,qui non cũ Romanorũ parte ſentirẽt,muros inſtaurare properabãt: multaq́; bellica inſtrumẽta,perq́; omne op

pidum

pidũ ſagittę,aliaq́; arma fabricant̃:& exercitatiõib.iuſsis manus iuuenũ operã dabat.Erãtq́; uniuerſa plena tumultus,magnaq́; triſtitia moderatos occupauerat:multiq́; futuras clades ꝓſpiciẽtes, fletũ cohibere nõ poterãt:infeſtáque pacẽ cupiẽtib.oñia uidebant̃.Belli aũt incẽtoribus,q̃ illis placerẽt,ex tẽpore fingebant̃: ſtatusq́; iam tũc quaſi perituręciuitatis erat, anteq̃ Romani uenirẽt.Anano aũt apparatũ belli omittere cura fuit:& ſeditioſorũ,q̃s Zelotas uocabãt,amentiã ad utiliora cõuertere: quî tñ uictus eſt,& q̃s illius finis fuerit,in poſteriorib.explanabimus.At in Acrabatena toparchiaGiorę filiꝰ Simõ,multis nouarũ rerũ cupidis cõgregatis,ad rapinas cõuerſus,nõ ſolũ in domos locupletũ irrũpebat,uerũ etiã corpora uerberib.cõficiebat: iãq́; tũc palàm tyrannidẽ inceptabat.Ab Anano aũt miſsis aduerſus eũ militib.magiſtratuũ,ad latrones q̃ erant Maſadæ,cũ his q̃s habebat,effugit: ibiq́; manẽs, donec Ananꝰ & alij eius inimici perẽpti ſunt,Idumęã cũ cęteris populabat̃: adeo ut magiſtratus eius gẽtis,ꝓpter cędiũ multitudinẽ & prędarũ aſsiduitatem,collecto milite,uicos preſidijs tuerent̃. Et Iudęorũ q̃dẽ res ita habebãt.

FLAVII IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO
LIBER TERTIVS.

De Veſpaſiani ducis aduentu,& clade duplici Iudæorum. Caput I

NERONEM aũt, ubi res apud Iudæã nõ ꝓſperè geſtas accepit,latens quidẽ,q̃d neceſſe fuit,cũ timore ſtupor inuadit: aperte aũt ſuperbiã ſimulãs ultro etiã indignabat̃: magisq́; ducis negligẽtia,q̃ uirtute hoſtiũ q̃ contigerãt facta eſſe dicebat:decere ſe putãs,ꝓpter põdus imperij triſtiora contẽnere,uideriq́; malis omnib.ſuperiorẽ animũ gerere:uerũtamen curis arguebat̃ mentis eius perturbatio,cũ deliberaret cuinam cõmotum crederet orientẽ,q̃ unà & Iudęos rebellantes ulciſceret̃, proximasq́; his natiões ſimili morbo correptas ante caperet.Inuenit igit̃ ſolũ Veſpaſianũ his neceſsitatib.parẽ,& q̃ tãti belli magnitudinẽ ſuſcipere poſſet,uirũ ab adoleſcẽtia uſq; ad ſenectutẽ bellis exercitatũ,& q̃ po.Ro.iam pridẽ pacaſſet occidentẽ,Germanorũ tumultu cõcuſsũ:armiſq́; ante illud tẽpus incognitã Britanniã uẽdicaſſet.unde patri q̃q; ipſius Claudio ꝑſtiterat,ut ſine ꝓprio ſudore triũpharet. Itaq; his omnib.fretus, ætatẽq́; illius cũ peritia ſtabilẽ cernẽs, obſidesq́; fidei liberos,eorũq́; floręmanus eſſe paternę prudẽtię,iam tũ fortaſſe de tota rep.deo aliq̃d ordinãte, mittit eum ad regẽdos exercitus in Syria cõſtitutos,multis ꝓ tẽpore blãdimẽtis atq; obſequijs animatũ, qualia neceſsitas imperare cõſueuit.Ille aũt protinus ex Achaia,ubi cũ Nerone fuerat,Titum quidẽ filiũ ſuũ mittitAlexandriã,ut inde quintã itemq́; decimã legiones moueret.ipſe uero trãſmiſſus ad Helleſpontũ,terreno itinere in Syriã peruenit,ibiq́; Romanas uires,multaq́; à uicinis regib.auxilia cõgregauit.At Iudęi poſt malã Ceſtij pugnã inſperata felicitate ſublati,animorũ impetꝰ cohibere nõ poterãt:ſed tanq̃ fortuna eos exagitãte ꝓciti,bellũ ulterius ꝓducebãt.Deniq; oñi,quãta fuit,manu pugnaciſs.cõgregata, Aſcalonẽ petierũt:ea eſt ciuitas antiqua,DCC et XX ſtadiorũ ſpatio ab Hieroſolyma diſtãs et Iudęis ſemper

per iuuiſa: q̃ res fecit, ut etiã tunc primis eorũ incurſib. propior uideret. tres aũt uiros aggreſsiõis duces habebãt, & corporib. & prudẽtia p̃ſtantiſsimos, Nigrũ Peraitã, & Silã Babyloniũ, & Iohannẽ Eſſenũ. Aſcalon uerò ualidiſsimo quidẽ muro cincta erat, ſed uacua penè p̃ſidijs. una em̃ cohors eã peditũ, & una equitũ ala tuebaṫ, cui prę̃fectus erat Antonius. Illi igiṫ ira multa uelocius itinere peracto, ac ſi ex ꝓpinquo uenirẽt, p̃ſto erãt. Antonius uero (nec em̃ eorũ fore impetũ neſciebat) equites iã ex ciuitate duxerat, & neq; multitudinẽ ueritus uel audaciã, primas hoſtiũ coitiones fortiter ſuſtinuit, murũq; ꝓperantes aggredi refrenauit. Itaq; Iudęi q̃ cũ peritiorib. imperiti, & pedites cũ equitib. cũ ſtipatis aũt inordinati, leuiterq; armati cũ inſtructis, pluſq; indignatiõi q̃ cõſilio tribuẽtes, cũ morigeris et nutu rectoris omnia faciẽtibus dimicabãt, facile ꝓfligant̃. nam ut ſemel eorũ primę ab equitib. turbatæ ſunt acies, fugã petũt: & murũ uerſus ſe à tergo urgẽtib. incidẽtes, ſuimetipſi hoſtes erãt, donec oẽs incurſibus equitũ uicti, p̃ totũ campũ diſperſi ſunt, q̃ fuit plurimus, totuſq; habilis equitantibus: quod q̃dẽ Romanos iuuit, ut magna cęde Iudæos ꝓſternerẽt. nã & fugiẽtes prę̃uertẽdo, curſum in eos flectebãt: et quos occupaſſent, curriculo trãsfigẽdo infinitos peremere. Alij uerò alios quocũq; ſe uertiſſent circũdatos, exagitãtes facile iaculis opprimebãt. Et Iudæis q̃dẽ ꝓpria multitudo, p̃ deſperationẽ ſalutis, ſolitudo uidebaṫ: Romani uero licet ad pugnã pauci eſſent, reb. tñ ſecũdis animati, etiã ſup̃fluere ſe putabãt. Et illi q̃dẽ res aduerſas ſuperare certãtes, dũ pudet cito fugere, mutari fortunã ſperãt: Romani aũt, in his q̃ proſpere agerẽt minime delaſſati, ad maiorẽ uſq; diei partẽ pugnã ꝓtrahũt: donec Iudęorũ q̃dẽ perẽpta ſunt x milia duoq̃; duces Ioãnes & Silas: cęteri uero pleriq; ſaucij, cũ Nigro, q̃ un⁹ reſtabat ex ducibus, in oppidũ Idumæę q̃d Salis diciṫ cõfugêre. nõnulli tñ etiã Romanorũ in illo p̃lio uulnerati ſunt. ſed nõ Iudęorũ ſpiritus clade tãta ſedatus eſt, multoq̃; magis eorũ dolor incitauit audaciã: & cõtemnẽtes quantũ ante pedes mortuorũ iaceret, priſtinis reb. feliciter geſtis ad cladẽ alterã illicieban tur. deniq; paruo tẽpore intermiſſo, q̃d ne curãdis q̃dẽ uulnerib. ſatis eſſet, cũctiſq̃; aggregatis uiribus, maiore cũ indignatiõe multoq̃; plures Aſcalonẽ recurrebãt, eadẽ ſe p̃ter imperitiã aliaq̃; belli uitia, comitãte fortuna. Etenim cũ Antonius quà trãſituri fuerãt, poſuiſſet inſidias, ex im̃ꝓuiſo in eas delapſi & ab equitib. circũdati, prius q̃ ſe ad pugnã cõponerent, iterũ ſup̃ VIII millia ꝓcubuerũt: cęteri uerò oẽs aufugerũt: cũq; his Niger multis dũ fugeret magni animi facinorib. demõſtratis, & q̃m hoſtes inſtarẽt, in turrim quandã tutiſsimã cõpellunt̃ cuiuſdã uici, cui nomẽ eſt Bezedel. Antonius uero cũ ſuis ne uel moras circũ turrim, q̃ inexpugnabilis eſſet, diu tererent, uel ducẽ hoſtiũ fortiſsimũ uiuũ relinquerẽt, ignẽ muro ſupponũt. turriq̃; inflãmata, Romani q̃dẽ exultãtes recedũt, quaſi etiã Nigro cõſumpto: ille aũt in caſtelli ſpecus intimũ ex turri ſaltu demiſſus euaſit: triduoq̃; poſt ſocijs cum fletu eũ ad ſepulturã inueſtigãtib. ſeſe oſtẽdit, gaudioq̃; inſperato repleuit oẽs Iudæos, tanq̃ dei ꝓuidẽtia dux eis in poſterũ ſeruatus. at Veſpaſian⁹ Antiochiã exercitu adducto (q̃ Syriæ metropolis eſt, magnitudine ſimul aliaq̃; felicitate ſine dubio tertiũ inter oẽs quę in Rom. orbe ſunt locũ obtinẽs) ubi etiã aduentũ ſuũ regẽ Agrippã cũ oñi manu ꝓpria offenderat prę̃ſtolari, ad Ptolemaidẽ ꝓperabat. In hac aũt ciuitate occurrerũt ei Sepphoritę ciues oppidũ Galilęę colen-

colentes, ſolimente pacata: qui tam ſuæ ſalutis prouidentia ſoliciti, q̃ Romanarum uiriũ gnari, etiam prius q̃ Veſpaſianus ueniret, Ceſtio Gallo fidẽ dederant, dextrasq́; iunxerant, prę ſidiumq́; militare ſuſceperant. tunc quoque benigniſsime duce ſuſcepto, alacri animo etiam contra gentiles ſuos auxilia promiſerunt: Quibus interim Veſpaſianus præſidij cauſa poſcentibus, equitum peditumq́; tantũ numerũ tradidit, quantũ obſtare poſſe arbitrabat̃ incurſibus, ſi quid Iudæi cõmouere tentaſſent. non enim minimũ eſſe uidebatur futuri belli periculum, auferri ciuitatẽ Sepphorim Galilææ maximam & in loco tutiſsimo conditam, totiusq́; gentis futuram præſidio.

Deſcriptio Galilææ, Samariæ & Iudææ. Cap. II

DVæ ſunt aũt Galilææ, quæ ſuperior & inferior appellant̃, easq́ue Phœnice & Syria cingunt. Diſcernit uero ab occidẽte Ptolemais territorij ſui finibus, & quondam Galilæorũ, nũc autem Tyriorum mons Carmelus: cui cõiuncta eſt Gabaa ciuitas equitũ, quæ ſic appellat̃, eo q̃ equites ab Herode rege dimiſsi, coloni eò deducebantur. A meridie aũt Samaritis & Scythopolis, uſq; ad flumen Iordanẽ. Ab oriente uero Hippene & Gadaris, ſed & Gaulanitis definit, qui etiam regni Agrippæ fines ſunt. Septentrionalis aũt eius tractus Tyro, itemq́; Tyriorũ finibus terminat̃. Inferioris quidem Galilææ longitudo à Tiberiade uſq; ad Zabulon, cui uicina eſt in locis maritimis Ptolemais, protendit̃. Latitudine autem patet à uico Xaloth, qui in magno campo ſitus eſt, uſq; ad Berſaben: unde etiam ſuperioris Galilææ latitudo incipit uſq; ad Baca uicũ, qui terrã dirimit Tyriorũ. Lõgitudo uero eius à Thella uico Iordani ꝓximo uſq; ad Meroth extendit̃. Sed cum tanta ſint utræq; magnitudine, tantisq́; gentibus alienigenis cinctæ, ſemper tamen omnib. belli periculis reſtiterũt. nam & pugnaces ſunt ab infantia Galilæi, & omni tẽpore plurimi, neq; aut formido unquam uiros aut eorũ penuria regiones illas occupauit: quoniã totæ optimæ ac fertiles ſunt, omniumq́; generũ arboribus conſitæ, ut etiam minime agricultu ræ ſtudioſos ubertate ſua prouocẽt, deniq; excultæ ſunt ab incolis totæ, nec pars ulla eſt earũ otioſa: quin & ciuitates ibi crebræ ſunt, & ubiq; multitudo uicorũ propter opulentiã populoſa, ut qui ſit minimus, ſupra quindecim milia colonorũ habeat: prorſus ut etiam ſi quis magnitudine minorẽ Galilæam dixerit, quam trans fluuiũ regionẽ, uiribus tamen eam prætulerit. hæc enim uniuerſa colit̃, tota fructuũ ferax: at illa quæ trans flumen eſt, licet multo maior ſit, pleraq; tamen aſpera atq; deſerta eſt, & nutriendis fructib. manſuetis inhabilis. Peræa ſanè mollicies & ingeniũ fructuoſum, campos habet cum uarijs arboribus cõſitos, tum maxime oliuetis ac uineis & palmetis excultos. irrigat̃ autem abunde montanis torrentibus, & fontib. aquæ perennis, quoties illi Sirio æſtuante defecerint. Et longitudo quidẽ eius eſt à Machærunte in Pellam: latitudo uero à Philadelphia uſque ad Iordanem. Et Pella quidem quã ſuprà diximus, ſeptentrionalis eius eſt tractus: occiduus uero Iordanis: meridianum autẽ Moabitis regio terminat. ab oriente autẽ Arabia & Silbonitide, necnõ & Philadelphia, itemq́; Geraſis claudit̃. Samariẽſis autem regio, inter Iudæam quidẽ & Galilæam ſita eſt: incipiens enim à uico in planicie poſito, cui nomẽ eſt Ginæa, in Acrabatenã deſinit toparchiã: ſed natura

nihil

nihil à Iudæa diſcrepat.nam & utræq; montoſæ ſunt & campeſtres, agroſq; colendo molles atq; optimæ,necnon & arborib.plenæ:pomisq; tam ſylueſtribus q̃ manſuetis abundant, eo q̃ natura ſunt aridæ, imbriumq; ſatis habent. dulces aũt per eas ſupra modũ aquæ ſunt,boniq; graminis copia præter alias earũ pecora lactis abundant: quodq; maximũ uirtutis atq; opulentiæ ſpecimen eſt,utraq; uiris referta eſt.Harũ confiniũ eſt Anuath uicus,qui etiam Borceos appellat̃,Iudæę limes à ſeptentrione.Meridiana uero pars eius,ſi in longitudinẽ metiare,adiacenti uico Arabũ finibus terminatur, cui nomen eſt Iardan.Latitudo ſanè à Iordane flumine uſq; ad Ioppen explicat̃. Media uerò eius eſt Hieroſolyma:unde quidã non ſine ratione, umbilicum eius terræ,eam urbẽ uocauerũt. Sed nec marinis quidẽ Iudæa delicijs caret, ad Ptolemaidẽ uſq; locis extenta maritimis. In undecim aũt ſortes diuiſa eſt: quarũ prima eſt tanq̃ regia Hieroſolyma,præ cæteris inter omnes accolas eminens,uelut caput in corpore.alijs uero poſt hanc toparchię ſunt diſtribu tæ. Gophna eſt ſecunda, & poſt eam Acrabata. adhoc Thamna, & Lydda, itemq; Ammaus,& Pella,& Idumæa,& Engadda,& Herodiũ, & Hiericus: deinde Iamnia & Ioppe finitimis præſunt.& præter has Gamalitica, & Gaulanitis,& Batanæa,& Trachonitis:quæ etiã regni Agrippæ partes ſunt.Eadẽ uero terra incipiẽs à monte Libano & fontibus Iordanis, uſq; ad Tiberiadi proximũ lacum,latitudine pandit̃.à uico aũt qui appellat̃ Arphas,ad Iuliada oppidũ longitudine tendit:& habitat̃ ab incolis Iudæis Syrisq; permixtis.

De auxilio Sepphoritis miſſo & Romanorõ diſciplina militari. Cap.III

DE Iudæa quidẽ,& quibus eſſet cincta regionibus, quàm maximè potui breuiter expoſui. Quod autẽ Veſpaſianus miſerat auxilium Sepphoritis,hoc eſt,equites mille, ſexq; millia peditum, Placido eos regente tribuno,caſtris in magno campo poſitis bifariam diuiduntur.Et pedites quidẽ in ciuitate ipſius tuendæ cauſa,equitatus uero in caſtris degebat. utrinq; autẽ aſsidue prodeundo, & circa eam regionẽ loca omnia incurſando,magnis incõmodis Ioſephum eiuſq; ſocios,quãuis quietos,afficiebant.& præterea ciuitates extrinſecus deprædabant̃:ciuiumq; conatus,ſi quando excurrendi habuiſſent fiduciã, repellebant. Ioſephus tamẽ aduerſus ciuitatẽ impetum fecit,ſperans eam poſſe capere:quam ipſe, anteq̃ à Galilęis deficeret,ita muris cinxerat,ut Romanis quoq; eſſet inuicta.unde etiã ſpe fruſtratus eſt,cum nec ui nec ſuaſu Sepphoritas in ſuas partes pertrahere potuiſſet: magisq; in Iudæa bellũ accendit Romanis indigne ferẽtibus inſidias, & propterea nec die nec nocte ab agrorũ depopulatiõe ceſſantibus, ſed paſsim diripientibus quicqd rerum in his reperiſſent: qui tamen cũ mortem pugnacibus ſemper inferrẽt,imbelles ad ſeruitiũ capiebant: ignis uero & ſanguis Galilæã totam repleuerat, nec quiſquã expers eius acerbitatis aut cladis erat.unam ſalutis ſpem fugiẽtes habebant in ciuitatibus,quas murorũ ambitu Ioſephus cõmunierat.Titus aũt Alexandriam tranſmiſſus ex Achaia citius q̃ per hyemem ſperabat̃,manũ militum cuius cauſa miſſus fuerat ſuſcepit: contentoq; uſus itinere,mature ad Ptolemaidẽ peruenit. Cumq; ibi patrem ſuum reperiſſet,duabus quas ſecũ habebat legionibus (erant aũt nobiliſsimæ quinta & decima)iunxit etiam quam ille adduxit quintamdecimam.

Eas

Has autem ſequebantur decẽ & octo cohortes: quibus acceſſere ex Cæſarea quinq; cum una ala equitum, & alæ quinq; Syrorũ equitum. Decem autem cohortium ſingulæ mille pedites habebãt: in cæteris uero tredecim ſexcenti pedites, & centeni uiceni equites erant. Satis autẽ auxiliorum etiam à regibus congregatum eſt. Antiochus enim & Agrippa & Sohemus bina milia peditum, & ſagittarios equites mille præbuerũt: cum Arabiæ quoq; rex Malchus præter quinq; milia peditum, equites mille miſiſſet, quorũ pars maior erant ſagittarij: ut tota manus computata cum regijs, ſexaginta milia circiter peditum equitumq; colligeret, præter calones: qui plurimi ſequebantur, & meditationi bellicæ aſſueti nihil à pugnaciſsimis aberãt: quòd tẽpore quidẽ pacis dominorũ exercitationibus intereſſent, belli aũt pericula cum ipſis experirẽtur, & neq; peritia, neq; uiribus à quoquam niſi à dominis uincerentur. qua quidem in re nimis admirandã quis exiſtimauerit Romanorũ prouidẽtiam, ita ſeruos inſtituentium, ut non ſolum uitæ miniſterio, ſed belli etiam neceſſitatibus utiles ſint. Quòd ſi quis eorum aliam quoq; reſpexerit militiæ diſciplinam, profecto cognoſcet tantum eos imperium nõ fortunæ munere, ſed propria uirtute quæſiſſe. Armis enim uti nõ in bello incipiunt, neq; ſolum: ſi neceſſe ſit, manus mouent, cum in pacis otio ceſſauerint: ſed armis ueluti natura cohærentes, nullas capiunt exercitatiõis inducias, nec tẽpora præſtolantur. Meditationes autem eorum nihil à uera cõtentione diſcrepãt: ſed in dies ſingulos militum quiſq; omnibus armis, tanquam in procinctu poſitus, exercetur: quo etiam facillime prælia tolerant. Neq; enim ordo neglectus eos à conſueta diſpoſitione diſpergit, neq; metus ſtupefacit, neq; laſsitudo exhaurit, Vnde ſequitur ut ſemper ſuperent, quos non itidem cõfirmatos inuenerint. Nec errauerit ſi quis eorum meditationes cõflictus eſſe dixerit ſine ſanguine, cõtraq; prælia meditationes cum ſanguine. Nam ne repentino quidẽ hoſtium incurſu opprimi poſſunt: ſed quocunq; in hoſtilem terram irruperint, non niſi permunitis caſtris prælio decernunt. quæ quidẽ non leui opere, nec iniquo loco erigunt, nec inordinate deſcribunt: ſed ſi quidẽ inæquale ſolum fuerit, cõplanat: quatuor uero angulis horũ dimẽſio deſignat. Nam & fabrorũ multitudo, & ferramentorũ copia quæ uſus exſtructionis poſtulat, ſequitur exercitum. Et interior quidem pars caſtrorum tabernaculis diſtribuitur, ambitus autem eorum extrinſecus muri faciem præfert: ordinatis etiam turribus pari ſpatio diſpoſitis: quarum interualla catapultis atq; baliſtis, & alijs machinis ſaxa intorquentibus, omnibusq; inſtrumẽtis miſsilium cõplent, ut cuncta ſcilicet iaculorum genera in promptu ſint. portas aũt quatuor ædificant, tam iumẽtis aditu faciles, quàm ipſis, ſi quid urgeat, introcurrentibus latas. Intus autem caſtra uici ſpatijs interpoſitis dirimunt, mediaq; rectorum tabernacula collocant, & inter hæc prætorium diuũm templo ſimillimum: prorſus ut quaſi repentina quędam ciuitas exiſtat: forum quoque & opificum ſtationes: & ſedes militum primatibus, ordinumq; principibus, ubi ſi qua ſit inter alios ambiguitas iudicent. Ipſe uero ambitus, & omnia quæ in eo ſunt, multitudine ſimul & ſcientia fabricantium opinione citius communitur. qui ſi res urgeat, foſſa extrinſecus cingitur, depreſſa cubitis quatuor, pariq; ſpatio lata. Armis autem ſepti, per contubernia cum de-

core atq; otio in tẽtorijs agunt: omniaq; ab his ordinate etiã alia cauteq; per contubernia expediunt: ueluti si ligno aquáue opus sit aut frumẽto. nec enim cœna uel prandiũ cum uoluerit, in potestate cuiusq; est, simul aũt omnibus somnus est, excubias & uigilandi tẽpora buccinę significãt, neq; est omnino quicquã quod sine edicto geratur. Mane aũt milites quidẽ ad cẽturiones, illi uerò ad tribunos conueniunt salutatum: cum quibus ad summũ omniũ ducem uniuersi ordinũ principes. Ille aũt his signum aliaq; dat ex more præcepta proferenda subiectis: quibus etiam in acie circumagunt quò opus est, ac uniuersi pariter incurrunt itemq; sese recipiũt. Cum aũt castris egrediẽdum est, tuba indicium facit: nemoq; otiosus est. sed uel solo nutu moniti, taberna cula tollũt, omniaq; ad profectionẽ instruunt. deinde iterũ tuba ut sint parati significat. Illi aũt cum mulos & iumenta sarcinis onerauerint, uelut in curruli certamine signũ expectant. Castra uero incendunt: eo ꝙ sibi alia munire facile sit, & ne quando hostib. eadẽ usui sint. Et tamẽ tertio quoq; tubæ signo indicant, ut exeatur: urgendo aliqua ex causa morantes, ne quis ordinẽ deserat. Dexteraq; duci præco astans, si ad bellũ parati sunt, uoce patria ter percontatur. illiq; toties alacri & magna uoce paratos esse se respondẽt, interrogantemq; præueniunt: & Martio quodam spiritu repleti cũ clamore dextras erigunt. Deinde otiosę & cũ omni decore progredientes ambulant suũ quisq; ordinem uelut in bello custodiẽs: pedites quidẽ thoracibus & galeis septi, & utroq; latere gladijs accincti. leuus aũt gladius multo est longior, cum dexter mensuram palmæ non excedat. qui uero ducem stipant lecti pedites scuta & lanceas gestant: cætera manus hastas & clypeos longos, serramq; & corbem & sarculum & securim, necnon & habenã & falcem & catenam, triduiq; uiaticum, ut parum interfit inter onusta iumenta & pedites. Equitibus aũt ad dexteram gladius est longior, & contus in manu, trãsuersusq; ad equi latus clypeus: ternaq; in pharetra uel amplius dependent lata cuspide iacula, nihil ab hastis magnitudine differentia. Cassides uero & thoracas peditibus habent similes: nulloq; armorum genere ab equitum alis discrepant lecti, qui circum ducem uersantur. Agmina autem semper cui sorte id obtigerit, antecedit. Talia quidem sunt Romanorum itinera & mansiones, itemq; armorũ uarietas. Nihil uero nec in prælijs inconsultũ aut subitum agunt: sed omnia semper sequuntur facta sententiam: opusq; adhibetur ante decretis. Vnde aut minime peccant: aut si peccauerint, facilis est errati correctio. Fortunę autem successibus meliores cõsiliorum, etiam si aliter successerit, arbitrantur euentus: quasi bonum quidem fortuitũ ad rem inconsulte gerẽdam illiciat: quæ uero ante cogitata fuerint, etiam si aduersus casus exceperit, bene iam meditatos exhibeant ad cauendum ne idem rursus eueniat: & bonorũ quidem fortuitorum non is autor sit cui cõtigerint, tristium uero quæ prẽter sententiam acciderint, saltem recte consulta uideantur esse solatium. Armorũ quidem exercitatione comparant, ut nõ modo corpora, sed animi quoq; militum fortiores sint. Maior autem illis est ex timore diligentia. namq; leges apud eos non desertionis solum, uerumetiam minimæ negligentiæ sunt capitales: ducesq; magis quàm ipsæ leges terribiles. namque bonos honorando redimunt ne in coercendis noxijs uideantur crudeles. Tanto autem obsequio rectoribus

parent

parent, ut & in pace ornaméto ſint, & in acie corpus unũ totius cõſpiciatur exercitus. ſic eorũ copulati ſunt ordines, ita circũduci ſunt mobiles: & acutis auribus ad præcepta, oculisq; ad ſigna, & ad opera manibus: unde facere quidem ſemper ſtrenui ſunt, pati uero tardiſsimi. nec eſt ubi præliãtes aut multitudinẽ hoſtiũ, aut conſilia ſenſere ducũ, aut difficultatẽ regionũ: ſed ne fortunæ quidem ſuccubuere. nam in ea certiorẽ putant eſſe uictoriã. Quorum igitur actus à conſilijs incipiunt, cõſultaq; adeò ſtrenuus exequitur exercitus, quid mirũ ſi Euphrates ab oriente, & Oceanus ab occidente, itemq; à meridiano tractu Africę fertiliſsima regio, & à ſeptentrione Rhenus atq; Danubius ſunt imperij limites, cũ minorẽ eſſe poſsidentibus poſſeſsionẽ recte quis dixerit? Hæc ergo proſecutus ſum, non tam propoſito laudandi Romanos, q̃ ſolatio deuictorũ, & ut nouarum rerum cupidos deterrerẽ: fortaſſe autem & ad experientiam proderunt bonarum artium ſtudioſis, Romanę inſtituta mirãtiæ neſcientibus: redeo tamen unde digreſſus ſum.

Impetus Placidi contra Iotapatam. Cap. IIII

VEſpaſianus quidem unà cum Tito filio in Ptolemaide interim degens, ordinabat exercitum. At uero Galilæam peruaſerat Placidus, ubi maximam eorum quos comprehendiſſet multitudinem, interemit: hæc autem fuit Galilęorum imbellior turba, animisq; deficiens: pugnaciſsimos autem ut uidit ſemper in ciuitates confugere, quas Ioſephus cõmunierat, in Iotapatam, quæ omniũ tutiſsima erat, impetum uertit: exiſtimãs eam repentino aggreſſu facillime captũ iri, magnãq; & ſibi ex ea re alios apud rectores gloriã cõparandam, & illis cõmodum ad reliqua maturius explicãda, quaſi metu ceſſuris alijs ciuitatibus, ſi quæ ualidiſsima eſſet, occupatam uidiſſent. Multum tamẽ opinione deceptus eſt: Iotapateni enim, cum eius impetum præſenſiſſent, prope ciuitatẽ aduenientẽ excipiunt: congreſsiq; cum Romanis ex improuiſo plurimi et ad pugnam parati, necnon & alacres (quippe ut pro ſalute patriæ, item coniugũ liberorũq; dimicantes) in fugam eos uertunt, multosq; ſauciant, ſeptẽ ſolum interfectis: quia neq; inordinate pugna deceſſerãt, ſeptisq; undiq; corporibus leuiter fuerant uulnerati: cum Iudæi quoq; magis eminus iaculari, q̃ manus conſerere inermes cum armatis confiderent. ex ipſis autem Iudæis tres ceciderunt, paucis præterea ſauciatis. Placidus igitur ab oppido repulſus aufugit.

Galilæa à Veſpaſiano inuaditur. Cap. V

VEſpaſianus uerò ipſe Galilæam cupiẽs inuadere, ex Ptolemaide profiſciſcitur, ordinato militum itinere, ſicut Romani conſueuerunt. Auxiliatores enim qui leuius armati eſſent, itemq; ſagittarios pręire iuſsit, ad repentinos incurſus hoſtiũ cohibendos, & ut ſuſpectas atq; opportunas inſidijs ſyluas ſcrutarentur. Hos ſequebatur Romani peditatus equitatusq; pars: poſt quos è ſingulis centurijs deni armaturam ſuam ferẽtes, menſurasq; caſtrorum. Poſt hos ſtratores uiarum ibant, qui aggeris maligna corrigerent, ac aſpera cõplanarẽt, ſyluasq; obſtantes præciderent, ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Deinde ſuas, itemq; ſubiectorum ſibi rectorum ſarcinas, & tutelæ cauſa multos cũ his equites ordinauit. poſt quos ipſe uenie bat, lectos pedites equitesq;, necnon & lancearios ſecum ducens, equitumq;

præterea ſuorum agmine comitatus. De ſingulis enim turmis proprios centum & uiginti equites deputatos habebat. hos ſequebantur, qui expugnādis ciuitatibus machinas & cætera tormenta portarent, deinde rectores, itemq; præfecti cohortibus tribuni, ſtipati lectis militibus. & poſt hos circum aquilam ſigna alia, quæ omnibus apud Romanos agminibus præeſt, q; & uniuerſarum auium regnū habeat, & ſit ualidiſsima. Itaq; illam & principatus inſigne putant, & omen uictoriæ, quoſcunq; bello petierint. Sacras uerò ſignorum effigies ſequebant cornicines, & poſt eos acies, in latitudinē ſenis digeſta militibus. hisq; adhærebat ex more quidam cēturio, diſciplinæ atq; ordinis cuſtos. Serui aūt ſingularum legionū cuncti cum peditibus erant, mulis alijsq; iumentis uehentes militū ſarcinas. Poſtremū agmen, in quo erat mercenaria multitudo, cogebant armati pedites, equitūq; non pauci. Ita peracto itinere, Veſpaſianus cum omni exercitu ad fines Galilææ peruenit: ibiq; poſitis caſtris, quāuis promptos ad bellum milites cōtinebat, unà & oſtēdendo exercitum, quo hoſtes metu percelleret, ſpatiumq; indulgēdo pœnitudinis, ſi quis ante prælium uoluntatem mutaret: nihilominus autem murorum inſtruebat obſidium. Itaq; multos quidem rebelliones fugere uel ſolus fecit ducis aſpectus: metum uero uniuerſis incuſsit. Ioſephi enim ſocij, qui non longè à Sepphori caſtra poſuerant, ubi bellum appropinquare cognouerunt, & iam iamq; Romanos prælio ſecum congreſſuros, non modo ante pugnam, ſed antequā hoſtes omnino cōſpicerēt, fuga diſiecti ſunt. cum paucis autem relictus Ioſephus, ubi animaduertit neq; ſe ad excipiendos hoſtes ſufficientē manum habere, & Iudæorum animos concidiſſe: ac, ſi fides his haberetur, pleroſq; libēter ad hoſtes defectum ire: iam tum quidem bello omni abſtinebat: quàm longiſsime autem periculis abeſſe decreuit: abductisq; qui ſecum remanſerant, in Tiberiada confugit.

Gadaræ expugnatio. Cap. VI

VEſpaſianus autem Gadarenſium ciuitatem aggreſſus, primo impetu capit, q; eam pugnaci multitudine uacuam reperiſſet. Deinde hinc trāſgreſſus interius, cunctos puberes interfecit, cum Romanos odio gentis, & cladis memoria, quam pertulerat Ceſtius, nullius ætatis miſericordia cōmoueret. Incendit autem nō ſolum ciuitatem, ſed etiam omnes circum uicos, & oppidula quædam penitus deſolata, nonnulla quorum habitatores ipſe cepiſſet. Ioſephus autem, quam tuitionis cauſā optauerat ciuitatē, ipſe metu repleuit. Nam Tiberienſes nunquam eum, ni ſi de omni bello deſperaſſet, in fugam uerſum iri credebant: neq; in hoc eos uoluntatis eius fallebat opinio. Videbat enim res Iudæorum quorſum euaderent: unamq; illos uiam ſalutis habere, ſi propoſitum mutauiſſent. Ipſe uero, quamuis adhuc ſibi ſperaret à Romanis ueniam tribuendam, mori tamen ſæpe maluiſſet, quàm prodita patria, cum dedecore adminiſtrationis ſibi creditę, apud illos feliciter agere, contra quos fuerat miſſus. Decreuit igitur Hierosolymam primatibus, quemadmodum ſeſe res haberent, cum fide perſcribere: ne uel nimis extollendo uires hoſtium, timiditatis mox argueretur: uel minus aliquid nunciando, fortaſſe cœpti etiam pœnitentes ad ferociam reuocaret: utq; ſi fœdus eis placeret, cito reſcriberēt: aut ſi bellandum eſſet, dignum

ei contra

contra Romanos exercitum mitterent. Ille quidem hac epiſtola ſcripta, ma ture mittit qui Hieroſolymam literas ferret.

Iotapatæ obſidio. Cap. VII

VEſpaſianus autem Iotapatam excindere cupiens (nam in eam plurimos hoſtiũ refugiſſe cognouerat, et prẽterea ualidiſsimũ hoc eorũ eſſe receptaculũ) prẽmittit pedites cũ equitibus, qui montanũ iter coæquarent, ſaxis aſperum, ac peditibus quoq; difficile, omnino uero equitibus inuium. Et hi quidem quatri duo fecere quod iuſſum eſt, latamq; aperuere exercitui uiã. Quinto aũt die, qui menſis Maij uigeſimus & primus erat, prior Ioſephus in Iotapatam ex Ti beriade uenit, abiectosq; Iudæorũ ſpiritus erigit. Cum uero tranſitũ eius Ve ſpaſiano quidã transfuga nunciaſſet, utq; mox ciuitatẽ peteret incitaret, uelu ti cum ea totam Iudeã capere poſſet, ſi Ioſephum ſubiugaſſet: hoc ille nuncio pro maxima felicitate percepto, dei prouidentia factũ ratus, ut qui hoſtium prudentiſsimus uideretur, ultro ſe etiã in cuſtodiam traderet uoluntariã: ſta tim quidem cum equitibus mille Placidum mittit, uniq; decadarchum Ebu tium, tam manu quàm prudentia uirum inſignem, circumuallare ciuitatem iuſsit, ne clàm inde Ioſephus elaberetur. Poſtero aũt die cuncta manu comita tus ipſe conſequitur, & poſt meridiem uſq; acto itinere, ad Iotapatam perue nit: adductoq; in ſeptẽtrionalem eius partem exercitu, in quodã tumulo ca ſtra ponit, diſtante ab oppido ſtadijs ſeptem. Conſulto autem q̃ maxime con ſpici ab hoſtibus affectabat, ut uiſu attoniti turbarentur. quod etiam factum eſt eosq; tantus continuo ſtupor inuaſit, ut muris egredi nullus auderet. At Romanos tota die ambulando fatigatos, ciuitatem ſtatim aggredi piguit: ob eam cauſam duplici acie circundato oppido, tertiũ extrinſecus agmen equi tum poſuere, oẽs Iudæis exitus obſtruentes. Sed ea res illos in ſalutis deſpera tione audaciores effecit: quippe in bello nihil eſt neceſsitate pugnacius. Itaq; poſtridie impetu in muros facto, Iudæi primo quidem locis ſuis manentes, Romanis caſtra ante muros habẽtibus reſiſtebant. poſtea uero quàm Veſpa ſianus & ſagittarios & funditores, omnemq; iaculatorũ multitudinem adhi bitam, miſsilibus in eos pmiſit uti: atq; ipſe cum peditibus in aduerſum col lem, unde murus expugnabilis erat, niti cœpit: tunc ciuitati metuẽs Ioſephus, & cum eo cuncta Iudæorum proſiluit multitudo: omnesq; in Romanos pa riter irruentes, procul à muris eos deterruere, multa manu ſimul & audacia patrando facinora. Neq; minora tamen patiebantur quàm faciebant. nam quantum ipſos ſalutis deſperatio, tantum pudor incendebat Romanos. & hos quidem peritia cum fortitudine, illos autem duce iracundia ferocitas ar mabat. Deniq; cum tota die pugnatum fuiſſet, prælium nox diremit: in quo Romanorum plurimis ſauciatis, tredecim interfecti ſunt: Iudæorum autem cum ſexcenti eſſent uulnerati, ſeptem & decem ceciderunt. Nihiloq; minus, Romanis poſtridie iterum irruẽtibus occurrunt: multoq; fortius reſtiterũt: ex eo ſcilicet fiduciã nacti, quòd eos pridie præter ſpem ſuſtinuerant. ſed eos quoq; pugnaciores experti ſunt, quòd eorũ iracundiam pudor incenderat, uinci credentium, niſi cito uiciſſent. Itaq; per dies quinq; Romanis minime ab aggreſsione ceſſantibus, etiam Iotapatenorũ excurſus agebantur, muriq;

fortius oppugnabantur. Et neq; Iudæi uires hoſtium formidabant, neq; Romanos difficultas oppidi capiendi laſſabat. Etenim Iotapata paulominus tota rupes eſt, ex alijs quidem partibus undiq; uallibus immenſis præceps, ut ea rum altitudinem oculis deprehendere cupientium aſpectus ante deficiat. Ab una uero tãtum Boreæ parte adiri poteſt, ubi per tranſuerſum latus deſinentis montis ædificata eſt: quod quidem ipſum muro ciuitatis Ioſephus fuerat amplexus, quo inacceſſa eſſent hoſtibus ſuperiora cacumina. Alijs uero circum mõtibus tecta, prius quàm in eam peruenireturà nullo poterat conſpici. Iotapata quidem ſic erat cõmunita. Veſpaſianus autem & cum natura loci ſimul certandum putans, & cum audacia Iudæorum, incipere obſidionem acriter ſtatuit: aduocatisq; rectoribus ſibi ſubditis, de aggreſſu deliberabãt. Cumq; aggerem fieri placuiſſet, qua parte murus facilis erat acceſſui, totum ad comparandã materiam miſit exercitum: oppidoq; propinquis montibus exciſis, magnaq; ui lignorum & lapidum comparata, cratibusq; ad euitanda iacula deſuper miſſa per uallos diſpoſitis, his protecti aggerem conſtruebãt. nulla autem noxa uel minima telorum erat, quæ de muro iacerentur. His autem alij terram ex propinquis tumulis eruentes, ſine intermiſsione ſuppeditabant: cunctisq; trifariam diſtributis, nullus erat otioſus. At Iudæi ſuper eorum tegmina ſaxa ingentia & omne telorum genus curabant immittere: quæ licet minime penetrarent, magnos tamen crepitus dabant, & horribile impedimentum erat operantibus. Tunc igitur Veſpaſianus machinis miſsiliũ circumpoſitis (erant autem omnes centum ſexaginta) in eos qui ſuper murum aſtarent, iuſsit tela cõtendi: ſimulq; ex catapultis lanceæ percurrebant, ſaxaq; tormentis ingentia mittebantur, ignisq; & ſagittarum frequentiſsima multitudo, quæ non ſolum murum, ſed etiam totum intra iactum earum ſpatium Iudæis inacceſſum fecere. Arabum enim ſagittariorum manus, & iaculatores, itemq; funditores & omnes machinæ tela iaciebant. Neq; tamen his Iudæi prohibiti, ne deſuper propugnarent, quieti erant: ſed excurrendo per cuneos more latronum, tegmina operantium detrahebant, nudatosq; feriebãt: & ubi illi ceſsiſſent, aggerem diſsipabant, uallorumq; munimenta cum cratibus igni tradebant: donec Veſpaſianus cognito, huius damni cauſam ex diſtributione operum contigiſſe, quòd interiecta ſpatia Iudæis locum aggredi endi præberent, adunauit tegmina: coniunctisq; pariter uiribus obreptiones hoſtium præpeditæ ſunt. Erecto autẽ propemodum aggere, pauloq; minus æquato propugnaculis, indignum eſſe ratus Ioſephus, nihil contra moliri, quod oppido ſaluti foret, conuocat fabros, murũq; altius iubet extolli. Cũq; illi tam multis obſtantibus iaculis minime ædificare poſſe affirmarent, hanc eis defenſionem excogitauit. Sudibus fixis per eos boum coria recentia extendi præcepit, quæ emiſſos tormentis lapides ſinuata ſuſciperent, quibusq; repulſa tela cætera dilaberentur, & ignis humore langueſceret. hisq; ante fabros oppoſitis, illi murum die noctuq; operando, ad uiginti cubitorum altitudinem erexerunt, crebris etiam turribus in eo cõſtructis, minisq; ualidiſſimis aptatis. Quæ quidem res Romanis iam intra ciuitatem ſe eſſe credentibus, magnum mœrorem comparauit, tam Ioſephi molitione, quàm oppidanorum obſtinatione perterritis.

Obſidio

Obſidio Iotapatenorum à Veſpaſiano, & diligentia Ioſephi: deq; Iudæorum excurſione in Romanos. Cap. VIII

AT Veſpaſianus & calliditate cõſilij, & hoſtiũ audacia magis irritabatur: qui iam recepta ex munitione fiducia, Romanos ultro incurſabant: inq; dies ſingulos prælia cateruatim, & cuiuſq; modi latrocinales doli, & eorũ quæ caſus obtuliſſet rapinæ, aliorumq; incendia fiebant: donec Veſpaſianus retẽto milite à pugna, ſtatuit obſidere ciuitatẽ, ut eam uſui neceſſariorũ penuria caperet. Aut enim coactos inopia ſibi ſupplicaturos, aut ſi ad finẽ uſq; in eadẽ pertinacia durauiſſent, fame conſumẽdos eius habitatores putabat: multoq; faciliores expugnatu fore, ſi poſt interuallũ rurſus anxijs incubuiſſet. Itaq; oẽs exitus eorũ aſſeruari præcepit. Illi aũt frumenti quidem, aliarũq; omniũ rerum intus habebant copiam, præter ſalem. aquæ uero penuria eos affligebat: quia neq; fons erat intra ciuitatẽ, & imbre cõtentis habitatoribus, rara eſt in illo tractu ęſtiuis mẽſibus pluuia. quo tẽpore obſeſſi etiam hoc uehemẽtius afficiebant, quod arcendæ ſiti fuerat excogitatũ: quodq; fieri, uelut omnis aqua iam defeciſſet, ægre ferebant. Ioſephus enim, cum & ciuitatẽ uideret abundare alijs rebus, fortesq; animo uiros eſſe, quo longiorẽ Romanis obſidionem faceret, q̃ ſperabant, iam tum potum menſura ciuibus miniſtrabat. illis aũt cõſeruari aquam penuria grauius eſſe uidebatur: amplioremq; cupiditatẽ mouebat, quòd ius bibendi liberum nõ haberent: ac uelut ad extremam ſitim peruentũ eſſet, labori cedebãt. Hoc aũt modo affecti, Romanos latere nõ poterant, qui ex aduerſo colle trãs murum in unum eos cõfluere locum, & aquæ mẽſuram accipere proſpectabant: quò etiam baliſtarum perueniẽtibus telis, plurimos occidebant. Veſpaſianus quidem nõ multo poſt, exhauſtis puteis, ipſa ſibi neceſsitate traditum iri ciuitatẽ ſperabat. Ioſephus aũt, ut hanc eius ſpem frangeret, iuſsit q̃ plurimos per murorum minas dimerſa undis atq; humida ueſtimenta ſuſpendere, ut oẽs repente aqua perfluerẽt. ex quo mœror ſimul Romanis ac timor erat, cum tantum aquæ uiderent eos ludibrio conſumere, quos potu indigere credebant. Deniq; dux belli etiam ipſe, quia penuria ciuitatẽ poſſe capere deſperaſſet, iterum cõſilium ad uim atq; arma conuertit: Iudæis quoq; id maxime cupientibus: quòd nec ſe nec ciuitatẽ ſaluam fore credebant, & prius q̃ fame uel ſiti perirent, mortem bello optabant. Ioſephus tamen, præter hoc etiam aliud cõſilium, quo ſibi copia pararetur, per quandã uallem deuiam, propereaq; minus curioſe habitam à cuſtodibus, excogitauit. Mittendo enim per occiduas eius partes literas ad quos uellet Iudæos extra ciuitatẽ degentes, ab his omnia uſui neceſſaria, & quæ in ciuitate defecerant, accipiebat: mandato cõmeantibus, ut plerunq; ad excubias reperent, terga uelleribus tecti: quo ſi qui eos nocte uidiſſent, canũ ſimilitudine fallerẽtur. idq; factitatũ eſt, donec eius fraudem uigiles perſenſerunt, uallemq; cinxerũt. Itaq; tunc Ioſephus nõ diu ciuitatẽ ſuſtinere poſſe proſpiciens, ſuamq; pariter ſalutem, ſi uellet remanere, deſperãs, cum optimatibus de fuga tractabat. uerum id populus ſenſit, & circa eum fuſus, ne ſeſe negligeret, precabatur, in quo ſolo recumberent. ipſum enim ſaluti eſſe ciuitati manẽtem, uelut omnes eius cauſa alacri eſſent animo certaturi. quòd ſi etiam capiantur, eundem ſolatio fore. decere autem

illũ nec inimicos fugere, nec amicos deſerere, aut quaſi ex naui tẽpeſtate oppreſſa deſilire, qui ad eã trãquillo mari ueniſſet. ipſum em̃ magis demerſurũ eſſe ciuitatẽ, cum iam nemo audebit hoſtibus repugnare, ſi diſceſsiſſet cui cõ fiderent. Ioſephus aũt ꝙ ſibi caueret occultans, illorum cõmodo ſe exitum parare dicebat. nam intra ciuitatẽ manendo, neq; ſeruatis grande aliquid ſe profuturũ: & ſi caperentur, una cum his eſſe fruſtra periturum: obſidione uero liberatum, extrinſecus maximo eis emolumento fore. maturé enim cõgregatis ex territorio Galileis, alio bello Romanos ab eorũ ciuitate reuocaturũ. nunc aũt non uidere, quid apud eos reſidens utilitatis afferret, niſi ꝙ Romanos ad obſidionẽ magis incitaret, ut ſe caperent magnipendentes: quem ſi fugiſſe cognouiſſent, multũ eſſent de obſidionis impetu remiſſuri. Non flexit his populum Ioſephus, ſed hoc circũſiſtere ſe magis incendit. deniq; pueri & ſenes: itemq́; mulierculæ cum infantibus flentes ad eius pedes accidebant, eumq́; oẽs complexi tenebant, & ut fortunæ ſocius ſibi remaneret, cum ululatibus ſupplicabant: non inuidia ſalutis eius, quantũ ego arbitror, ſed propria ſpe. nihil enim ſe mali, remanente Ioſepho, exiſtimabant eſſe paſſuros. Ille autem ſiquidem paruiſſet, hæc preces eſſe ratus: cuſtodiã uero, ſi per uim cogeretur (multum enim propoſitum diſceſſus etiã querelarũ miſericordia fregerat) remanere ſtatuit. cõmuniq́; deſperatione ciuitatis armatus, & nũc tẽpus eſſe dicẽs pugnã incipere, cum ſpes nulla ſalutis eſt: pulchrũq́; uitam paciſci pro laude, ac forti aliquo patrato facinore in memoriã poſteritatis occumbere: ad opera ſeſe conuertit. Cum pugnaciſsimis ergo egreſſus, diſiectis cuſtodibus, uſq; ad Romanorũ caſtra excurrebat: & nunc pelles aggeribus impoſitas, ſub quibus tendebant, diſcerpere: nunc operibus ignẽ immittere. poſteroq́; die ſimiliter ac tertio & per aliquot deinceps dies ac noctes bellando nõ defatigabatur. Sed Veſpaſianus Romanos his excurſibus male affectos aſpiciens (nam & terga dare Iudeis pudebat, & fugientes inſequi armorum ponere tardabantur: cum Iudæi ſemper aliquid agentes, priuſquã paterentur, in ciuitatem refugerent) armatis imperat, ut eorum impetum declinarẽt, néue cum hominibus mortis auidis manũ cõſererẽt. Nihil eſſe fortius deſperatis. Reſtingui aũt illorum impetus, ſi propoſito fruſtrentur, quaſi flãmam ſi materiam nõ inueniat. Ad hoc oportere Romanos cautius quærere uictoriam, augendæ poſſeſsionis cauſa, non ex neceſsitate pugnãtes. Per ſagittarios autẽ Arabum & Syriæ & funditores, perq́; ſaxa tormẽtis emiſſa plerunq; repellebat Iudæos. nulla enim telorũ machina quieſcebat. Illi aũt his quidẽ male accepti cedebãt: uerum eminus miſſa intra iactum ſubeuntes, ſæuius Romanis inſtabant: cum neq; corpori, neq; animæ parcerẽt: ſed per uicem utrinq; pugnarent, ſuorum quiſq; laborantibus ſubuenientes.

De oppugnatione Veſpaſiani contra Iotapatam, ariete & alijs tormentis bellicis. Cap. IX.

ITur Veſpaſianus ultro ſe exiſtimans longitudine temporis, hoſtiumq́; incurſibus obſideri, cũ prope iam muris aggeres æquarentur, arietem admouere decreuit. Eſt autem aries, immẽſa materia, malo nauis aſsimilis: cuius ſummũ graui ferro ſolidatũ eſt, in arietis effigiem fabricato, unde etiam nomẽ accepit. dependet autem funibus medius ex trabe alia, uelut ex trutina, palis utrinq; fultus, bene fundatis.

retrorſum

retrorſum autem magna uirorum multitudine repulſus, ijſdēq; ſimul rurſus impellentibus miſſus, in fronte prominēte ferro mœnia percutit: nec eſt ulla tam ualida turris, aut murorū ambitus adeò latus, ut etſi priores ictus fortiter ſuſtinuerit, aſsiduos uincat. Ad huius periculum rei duci Romano tranſire placuit ui capere oppidum properanti: quoniā pernicioſa uidebatur obſidio, Iudæis minime quieſcentibus. Itaq; Romani quidem baliſtis cæterisq; miſsilium machinis, ut facilius ferirētur qui de muris obſtare tētaſſent propius adhibitis utebātur: neq; ſagittarij aut funditores longius aberant. cum uero ea cauſa muros nemo auderet aſcēdere, ipſi arietem applicabant cratibus deſuper itemq; pellibus ſeptum, tam pro ſui defenſione quàm machinæ. Et primo quidē impetu mœnia cōcuſſa ſunt: clamorq; oppidanorū, uelut iam capti eſſent, maximus factus eſt. Ioſephus autem eundem locum ſæpe feriri, neq; multo poſt murum diſturbatum iri proſpiciēs, quo cōmento uim machinæ paulatim falleret excogitauit. Saccos enim paleis confertos, quà ſemper impetum arietis ferri uiderēt, demitti iuſsit ex muro: ut eo modo ſecundi ictus errarent, aut etiam excepta uulnera laxitas fruſtraretur. Quæ quidē res multum Romanis moræ attulit. nam quocunq; hi machinam conuertiſſent, contrà illi qui ſuper murum ſtabant, palearum traducētes ſaccos, ictibus ſupponebant, nihilq; murus repercuſsione lædebatur, donec etiam Romani aduerſus hoc aliud machinati ſunt: proceris enim contis expeditis, in his ſummis falces quibus ſaccos abſcinderent alligarunt. Cum aūt hoc modo efficax eſſet opus arietis, ac murus (qui recēs ædificatus erat) ictibus cederet, quod reliquum erat, Ioſephus eiusq; ſocij ad ignis auxilium ſe contulerunt: accenſumq; totum quod aridæ fuit materiæ, tribus ex locis pariter inflammarunt, unaq; machinas & propugnacula Romanorum & aggeres cōcremarunt. Illi uerò non ſine malo ſubueniebāt, audacia ſimul eorū territi, & ne adiumēto eſſent, flāmis proruentibus impediti: quæ aridum māctæ fomitem, & præterea bitumen ac picem, necnō etiam ſulfur, opinione citius uolitabant: operaq; Romanorum multo labore curata, unius horæ ſpatio peſſum dederunt. Hic etiā uir quidam Iudæus, prædicatione ac memoria dignus inuentus eſt, Samæi filius Eleazarus, cui Saab Galilææ patria fuit. Is enim ſaxum ingēs alte ſublatum, tanta ui ſuper arietem ex muro demiſit, ut machinæ caput abrumperet, idq; ex medijs hoſtibus ſaltu ad eos delatus auferret, nulloq; metu reportaret ad murum. Poſtremo tanquā ſignum quò tela mitterent, hoſtibus propoſitus, nudo corpore quinq; ſagittarum uulneribus fixus eſt: earumq; nulla reſpecta, ubi murū aſcendit, unde iam uideri ab omnibus poterat, ſua audacia ibi cōſtitit, cōtractusq; dolore plagarū cum ariete decidit. Poſt hūc fortiſsimi extiterunt duo fratres Netiras & Philippus de uico Ruma Galileæ. Qui cū ſuper milites decimæ legionis proſilijſſent, tanto impetu uiq; irruerunt, ut & aciem Romanorū perrumperent, quiq; aduerſum ierant, omnes in fugam uerterent. Præter hos Ioſephus quoq; & cætera multitudo, raptis ignibus, machinas & refugia, cum operibus quintæ itemq; decimæ, eius quę terga dederat legionis, incendunt. Cæteri autem qui mox cōſecuti ſunt, & inſtrumenta & omne genus materiæ obruerunt. Rurſus aūt Romani ſub ueſperam, erectum arietem ad eam muri partem, quę pridem quaſſata fuerat, appu-

lere

lere: ibiq; propugnatorũ quidam Veſpaſiani plantam ſagitta percuſſam leui ter uulnerat, quia uis teli ſpatio defeciſſet. Maximã tunc id Romanis perturbationem fecit. his em̃ qui propè aderant uiſo ſanguine perterritis, per omnem fama cucurrit exercitũ: relictaq; obſidione, pleriq; cum ſtupore atq; formidine ad ducẽ belli concurrebant: & ante omnes Titus aderat metuens patri. Vnde contigit ut & benеuolentia circa rectorẽ, & filij trepidatio confunderet multitudinem. facile tamen pater & timore filiũ, & perturbatione libe rauit exercitũ. ſuperato em̃ dolore uulneris, & ab omnibus qui ſui cauſa perimuerunt conſpici ſtudens, bellũ in Iudæos ſequius incitauit. nam uelut ultor quiſq; imperatoris omne periculũ adire cupiebat: & clamore alius alium adhortantes, murum petebant. Ioſephus aũt cum ſuis, licet aſſiduis baliſtarum itemq; tormentorũ ictibus caderent, nequaquã tamen deterrebantur à muro: ſed flãmis & ferro & ſaxis eos appetebant, qui arietẽ protecti cratibus impellerent. Nihil aũt aut parum proficiebãt, cum ſine intermiſsione procumberent in cõſpectu hoſtium poſiti, quos ipſi cõtra uidere nõ poſſent. nam & ſuis ignibus collucebãt, tanquam ſi dies eſſet, & certũ erant hoſtibus ſignum quo tela dirigerent: machiniſq; procul nõ apparentibus, miſsilia cauere non poterant. Ergo propterea tam catapultarũ q̃ iaculorũ ui ſimul multi transfigebãtur: miſſaq; machinis ſaxa & murorum minas auferebant, & frangebãt angulos turrium. uirorum aũt nulli tam fortiter conſtipati erant, ut non uſq; ad extremam aciem ſaxi magnitudine ac uiolentia ſternerentur. Sciet aũt aliquis, huius machinæ uis quantum ualeat, ex his quæ illa nocte contigerunt. in muro cuidam ex circũſtantibus Ioſepho, ſaxo percuſſo caput auulſum eſt, eiusq; ad tertium ſtadium ueluti funda excuſſa caluaria. Interdiu quoq; prægnantis fœminæ tranſiecto utero, ad dimidiũ ſtadium infans abactus eſt: tanta tormento uis fuit. Ergo machinis terribilior erat impetus & miſsilium ſtrepitus. Crebri autem mortui, cum per muros deijcerentur, ſonabant. & acerbiſsimus quidem intus excitabatur mulierum clamor: extrinſecus autem occumbentium gemitus concrepabant: totusq; ambitus muri, ad quem pugnabatur, ſanguine cõfluebat: iamq; aſcendi poterat cõgeſtione cadauerũ. montes aũt reſonãtes, multo amplius horrorem augebant: nec quicquã illi nocti defuit, quod uel auribus uel oculis terrorẽ poſſet incutere. Plurimi quidem pro Iotapata decertantes, fortiter ceciderunt, plurimi etiam ſauciati ſunt, & tamẽ uix circa matutinas uigilias murus aſſiduis machinarum ictibus ceſsit. Tumq; illi quidem corporibus atq; armis eam partem quæ deiecta fuerat, priuſquam Romani pontes apponerent, munierunt.

De iterata impugnatione Iotapatenorum. Cap. X

VAne autem Veſpaſianus ad occupandam ciuitatem iam ducebat exercitum, ex nocturno labore paululum recreatum. Idemq; cupiens de cõuulſa muri parte alios propugnatores depellere, equitum quidem fortiſsimos equis depoſitos trifariam collocat: ut tecti armis dirutum latus undiq; obſiderent, contosq; prætenderent: & cum pontes admoueri cœpiſſent, ipſi priores introirent. Poſt illos autem pedites ualidiſsimos ordinauit. Reliquam uero equitum multitudinẽ ſecundũ muri ſpatium per montana loca diſtendit, ne quis fugiens excidiũ ciuitatis lateret.

deinde

Deinde qui hos ſequerentur cõſtituit ſagittarios, paratas ſagittas habere iuſſos: funditores quoq; ſimiliter, & appoſitos machinis. Alijs aũt integris muri partibus ſcalas applicare præcepit, ut qui hos prohibere tẽtaſſent, deiectæ partis defenſionẽ relinquerent: cæteriq; omnibus ſimul telis oppreſsi, uiolentiæ irrumpentiũ cederent. Ioſephus aũt hoc cõſilio cognito, per murum integrum labore fatigatos itemq; ſenes diſpoſuit, quaſi lædi non poſſent: in parte uero collapſa ualidum & potentiſsimũ quemq;: ſenosq; ante omnes uiros, in quibus & ipſe fuit, ad pericula ſubeunda ſortitus eſt: hisq; præcepit, ut agminum ululatibus ne metu quaterentur, aures obſtruerent: contra ſagittarum uero multitudinem cõmuniti protegerentur deſuper ſcutis: paulatimq; recederent, donec ſagittarij pharetras exinanirẽt. Si uero pontes à Romanis apponerẽtur, ipſos proſilire mandauit: atq; hoſtibus perſuaſit per ſua inſtrumenta reſiſtere: unumquenq; uero ita certare debere, non quaſi conſeruandam tueretur, ſed quaſi perditam iam patriam uindicaret: atq; oculis ſuis proponere mactari ſenes ac liberos, coniugesq; ſuas propemodum ab hoſtibus capi: uimq; futurę cladis iam nunc collectã in autores eius effundere. ita quidem in utroq; diſpoſuit. Ciuitatis aũt uulgus imbelle, mulieres ac pueri, poſtquam oppidum triplici acie uidere circundatũ (nullus enim ad pugnã tranſlatus fuerat à cuſtodijs) ſtrictisq; gladijs ad partem muri deiectam hoſtes inſtare, armisq; montana loca omnia deſuper collucere, atq; Arabum quẽdam ſagittarijs tela ſuggerere, tunc extremo ululatu quaſi capta urbe conſonuerunt, nõ ut impẽdere mala, ſed ut adeſſe iam crederes. Quare Ioſephus mulieres, ne miſericordia ſuorũ animos effœminarẽt, intra domos cũ interminatione cõcludit, ſilere iuſſas: ipſe uero ad partẽ muri quæ ſibi obtigerat tranſiuit. & ſcalas quidẽ applicantibus animũ non intendit, ſed tantum ſpeculabat impetum ſagittarũ. Simul aũt ac tubicines uniuerſarũ legionũ cõſonuerunt, & grauiter infremuit exercitus: ſignoq; dato, miſsis undiq; ſagittis lux obſcurari cœpit: Ioſephi ſocij memores præceptorũ, & aduerſus clamorem obſtructis auribus, & cõtra ſagittarum uulnera corporibus cõmunitis, cum admouerentur pontium machinæ, ipſi eas curſu, & antequam hoſtes pedem in his ponerent, occupant: eosq; aſcendere nitentes prælio deturbant, uaria manuum itemq; animi facinora demonſtrãtes: & ne uel in extremis calamitatibus deteriores illis uiderentur, qui ſine periculo fortes contra ſe eſſent, curabãt. nec prius à Romanis diuellebantur, q̃uel caderent uel occiderent. Itaq; Iudæis perpetuo dimicantibus, cum nec unde mutarent propugnatores haberẽt, defeſsis aũtem Romanorum aſsidue ſubſtituerentur: proq; his quos uiolentia repuliſſent, alij ſuccederent: inuicem ſe adhortati latera copulant: protectiq; deſuper lõgiorib. ſcutis, inexpugnabilis globus effecti ſunt: totaq; acie uelut uno corpore repellendo Iudęos, in muro iam pedẽ ponebãt. Tum Ioſephus, his rerũ anguſtijs cõſilio neceſsitatis adhibito, machinis excogitandis cum deſperatione ſtimulatur: feruentiq; oleo perfundi milites iubet, ſcutorũ coniunctione defenſos. id autem Iudæi multi, qui & paratum haberent, & plurimum, cito Romanis infundunt: ipſis etiam in eos ahenis miſsis calore bullientibus. Hæc res Romanorum ardentium aciem diſsipauit, & cum dolore ſæuiſsimo deuoluebãtur à muro. ſiquidem facile à uertice ad pedes uſq;

ſub

ſub armatura oleum per totũ corpus fluebat, carnẽq; nõ ſecus ac flãma depa
ſcebatur: quod natura facile caleſceret, ſeroq; pro ſui pinguedine refrigeſce
ret. Thoracibus aũt & galeis illigatis incendij fuga nõ erat. Nunc aũt ſalien-
tes, nunc incuruati dolore, de pontibus decidebant. Ad ſuos aũt cõtranitẽ-
tes tutò recedere nõ poterant, quoniã facile ab inſequentib. uulnerabantur.
Sed neq; Romanis uirtus in rebus aduerſis, nec Iudæis prudentia defuit. Ro
mani enim licet oleo perfuſi mirabilia pati uiderẽt, tamẽ in eos qui perfude
rant ferebantur, præcedentẽ quiſq; incurſando, tanquã ipſe impetum retar-
daret. Iudæi uero progreſſum eorũ dolo altero deceperunt, cũ fœno græco
decocto pontium tabulata perfunderent: quibus illi dilabentes retrahebant,
ut neq; fugientiũ quiſquã, neq; aggredientiũ firmo poſſet eniti ueſtigio: ſed
alij quidem reſupinati per ipſas pontiũ tabulas calcarentur, multi uero ſuper
aggeres deijcerẽt: & qui cecidiſſent, à Iudæis feriebantur: qui Romanis deſi
lientibus conflictu iam liberi, facillime tela dirigebant. Cum aũt multa milites
mala in hac perpeti pugna dux uideret, ſub ueſperã eos reuocat: quorũ non
paucis trucidatis, plures ſunt uulnerati. Ex Iotapata uero ſex uiris mortuis,
plures q̃ trecenti ſaucij translati ſunt. Hoc aũt modo pugnatũ eſt Iunij men-
ſis die uigeſimo. At Veſpaſianus, eorũ cauſa quæ acciderant, cõſolatus exer-
citum, poſtquam ira uidit accenſum, neq; tam exhortationem q̃ opus depo-
ſcere, aggeres quidem altius tollit. Tres uero turres quinquagenum pedum
in excelſum iubet erigi, ferro undiq; tectas, ut & põdere ſtabiles eſſent, neq;
ignibus expugnarẽt: easq; ſuper aggeres collocat, iaculatoribus & ſagitta-
rijs, itemq; leuiorib. miſsiliũ machinis plenas, funditorũ quoq; fortiſsimis.
Qui cum non cõſpicerentur propter altitudinẽ turrium & loricas, ipſi eos
qui ſuper murum aſtarent facile cõſpicuos, telis feriebant. at illi cum neq; à
uertice uenientes ſagittas facile declinarent, neq; ulciſci poſſent quos non ui
derent: altitudine quidem turrim librata manu iacula ſuperãte: ferro autem,
quo erant ſeptæ, flammis obſtante: ob hæc defenſionẽ muri deſerunt: oppu-
gnationemq; tẽtantibus prompte occurrunt. Et Iotapateni quidẽ ita reſiſte-
bant, quãuis multi in dies ſingulos occũberent, neq; contra mali quicq̃ hoſti
bus facerent, quòd eos ſine periculo prohibere non poterant.

Iaphæ expugnatio à Traiano & Tito. Cap. XI

His autem diebus Veſpaſianus ad finitimam quandam Iotapatæ ci
uitatem euocatus, cui nomen eſt Iapha, nouas res affectantẽ, &
propterea, quòd Iotapatenos prẽter ſpem reſtitiſſe audierat, inſo
leſcentem, mittit eò Traianum decimæ legionis rectorẽ, dans ei
duo milia peditum & equites mille. Ille aũt cum oppidũ contra expugnatio-
nem munitiſsimũ reperiſſet (nam præter naturã qua tutũ erat etiã muro du-
plici cingebat) habitatores uero eius uidiſſet paratos ad pugnã ſibi obuios
proceſsiſſe, prælium cum his cõmittit: eosq; pauliſper reluctatos, in fugam
uertit: quos ueſtigijs cõſecuti Romani, exterioris muri ambitũ quò confuge-
rant, cum ipſis irrũpunt. ſecundũ aũt murum petẽtibus, ciues ſui clauſere ci-
uitatẽ, metu ſcilicet, ne cum his rurſus hoſtes intrarẽt. Profecto aũt deus Ga-
lilæorum clades Romanis donabat, qui etiam tunc ciuitatis eius uniuerſum
populum excluſum mœnibus proprijs, ad interitum hoſtibus dedit auidiſsi-

mis

mis cædiũ. Multi enim ſimul ruentes ad portas, multumq; nominatim prę-poſitos inclamantes, inter ipſas preces mactabant̃, quibus hoſtes unum murum, alterum ciues clauſerant: & inter medios coacti murorũ ambitus, multi quidem ſociorũ gladijs transfigebãtur, infiniti uero à Romanis interficiebantur, ne ad ulciſcendum quidem recepta fiducia. nam præter hoſtilẽ metum, etiam domeſtica proditio eorum animos fregerat. Deniq; moriebant̃, non Romanos, ſed Iudæos execrando, quoad omnes interiere numero hominum, duodecim millia. Vnde Traianus uacuam eſſe ciuitatẽ pugnatoribus reputans, & ſi qui adhuc intus eſſent, nihil eos auſuros eſſe exiſtimans p̃ timore, imperatori excidiũ reſeruauit. eumq; per nuncios rogauit ut filium ſuum Titum mitteret, finem uictoriæ impoſiturũ. ille aũt laboris aliquid ſupereſſe ratus, cum milite filiũ miſit, hoc eſt, quingentis equitibus, & peditibus mille. Qui mature ad ciuitatem profectus ſic ordinauit exercitũ, ut in leuo quidẽ latere Traianũ cõſtitueret, ipſe uero in dextro obſidioni pręeſſet. Itaq; militib. ſcalas muris undiq; applicantibus, cum pauliſper deſuper Galilæi obſtitiſſent, cõtinuo mœnia reliquerunt. Titus uero eiusq; comites ſaltu demiſsi, mature ciuitatẽ obtinuerunt. Tumq; uehemẽs cum his qui ſe intus cõgregauere, pugna cõmiſſa eſt: nunc per anguſta uiarũ irruentib. ualidiſsimis, nunc fœminis ex tectorũ culminibus, quæ forte inueniſſent, tela iactantibus. Et hoc quidẽ modo uſq; ad ſextã horam ſuſtinuere conflictũ. abſumptis aũt bellatoribus, cætera multitudo, & ſub diuo, & per domos, ſenes pariter ac iuuenes mactabant̃. Deniq; uirilis ſexus præter infantes nullus remanſit, qui cũ mulieribus abducti ſunt ſeruitio. Interemptorũ quidẽ in ciuitate, & in primo cõgreſſu, numerus fuit xv millia: captiuorũ aũt duo millia cxxx. Hæc Galilæis clades contigit quinto & uigeſimo die Iunij menſis.

De Samaritis à Cereale deuictis. Cap. XII

SEd ne Samaritæ quidẽ alieni à calamitatibus remanſere. Hi namq; in monte Garizin, qui eſt illis ſanctiſsimus, cõgregati, locis ſuis exſpectabant: belli aũt minas eorũ conuentus ac ſpiritus habere uidebatur: nec ſaltem uicinorũ malis corrigebant̃, ſed inconſulta ſuarũ uiriũ infirmitate, ſecundis Romanorum rebus exterriti, prona in tumultum uoluntate pendebant. Veſpaſiano aũt placebat motus antecapere, eorũq; impetus præuenire. Nam & ſi præſidijs tota Samaritica regio cincta erat, tñ eorum multitudo qui coierant & cõſpiratio timebatur. Eaq; cauſa Cerealẽ quintæ legionis tribunũ, cum ſexcentis equitibus tribusq; peditũ millibus mittit. Ille aũt ad montẽ quidem accedere, prælioq; congredi nequaq̃ tutum eſſe duxit, q̃ hoſtes plurimi deſuper eſſent: milites uero circumuallatis undiq; montis radicibus, tota eos die cuſtodiebant. Euenit aũt aquæ tunc indigentib. Samaritis, etiam graues accendi æſtus (erat enim tempus æſtatis, neq; ſe rebus neceſſarijs uulgus inſtruxerat) adeo ut nõnulli quidem una die ſiti morerentur, multi uero eiuſmodi morti ſeruitiũ præferẽtes, ad Romanos transfugerent: ex quibus cognito Cerealis, illos etiam qui adhuc perſeuerarent, malis infractos, montẽ aſcendit: & circum hoſtes exercitu cõſtituto, primum eos ad fœdera hortabatur, atq; ut ſalui eſſe mallẽt rogabat: ſi arma proieciſſent, tutos fore p̃mittẽs: deniq; quia perſuadere nõ poſſet, aggreſſus eos occidit

omnes. Erant autem undecim millia & ſexcenti. Hæc Iunij menſis uigeſimo & ſeptimo die geſta ſunt: atq; his calamitatibus Samaritæ oppreſsi ſunt.

Iotapatæ excidium. Cap. XIII

IOtapatenis autẽ diu durantibus, & præter ſpem aduerſa tolerantibus, quadrageſimo quidẽ ac ſeptimo die, Romanorũ aggeres ſuper murorũ altitudinẽ ſunt elati. quidam uero ad Veſpaſianum eodem die profugus uenit, paucitatem ciuiũ & infirmitatem ſimul eorũ enuncians: quodq; diuturnis uigilijs, & prælijs aſsiduis conſumpti, minime quidẽ ulterius uim ferre poſſent, uerũ dolo etiã caperent, ſi quis inſtaret. circa extremã namq; uigiliam, qñ & malorum requiem habere uiderent, & maxime defatigatos cuſtodes matutinus ſomnus occupat, dormire eos dicebat, eademq; hora inuadendos eſſe ſuadebat. Veſpaſiano aũt, quia fidẽ noſſet inter ſe Iudæorũ, quantaq; ſuperbia pœnas contẽnerent, trãsfuga ſuſpectus erat: nam & antea quidam ex Iotapata captus, omne tormentorũ genus fortiter pertulit, & cum ne flammis quidẽ coactus, quid intus ageret, hoſtibus exquirẽtibus prodidiſſet, mortẽ deridens cruci ſuffixus eſt. Fidem tñ proditori conie ctura faciebat, fortaſſe illũ uera dicere: ipſe aũt nihil ex eius fallacia magnum ſibi exiſtimans eſſe metuendũ, aſſeruari hominẽ iuſsit, & ad occupandam ciuitatem parabat exercitũ. Hora igit quę fuerat indicata, ſilentio muros petebat: primusq; incedebat Titus cum uno è tribunis Domitio Sabino, paucis ex quintadecima legiõe comitatus. Interfectis aũt uigilibus, in ciuitatẽ ingrediuntur, & poſt eos Sextus Cerealis tribunus, & Placidus, ſubiectos ſibi milites introducebant. Arce uerò occupata, cum hoſtes in medio oppido uerſarentur, iamq; plane dies eſſet, ne tunc quidẽ illi qui capti tenerent, adhuc excidium ſentiebãt, multo labore ſomnoq; pariter diſſoluti. Et ſi quis euigilaſſet, nebula uiſus eius hebetauit, quæ caſu tũc plurima ſe circa oppidũ fuderat, donec totus irrupit exercitus: ſoloq; malorũ periculo exuſcitati ſunt, morientesq; demũ ſe perijſſe crediderũt. Romanos autẽ memores qd obſidiõis tẽpore pertuliſſent, neq; parcẽdi cuiquã, neq; miſerendi quenq̃ tangebat cura. ſed ex arce plebẽ ad prona cõpulſam facilimè trucidabãt, ubi loci difficultas pugnacibus q̃q; negaret copiam reſiſtendi. uiarũ nanq; anguſtijs preſsi, ac p decliuia dilabẽtes, fluente deſuper bello obterebant. Id multos etiã qui circa Ioſephũ lecti erant, ut manib. proprijs liberarent incitauit. nam cum ſe uiderent Romanorũ neminẽ poſſe occidere, ne Romanorũ manibus oppeterent præuenerunt, & in extrema parte ciuitatis cõgregati, ſemet interfecerunt. Quicunq; tñ uigilum primi captam ciuitatẽ ſenſerant, in quandam turrim ſeptentrionalẽ fuga recepti, aliquãdiu quidẽ reſtiterũt. deinde circũfuſi hoſtiũ multitudine, ſero dextras dedere: hisq; inſtantibus, mortẽ ſuam ęquo animo præbuerũt. Potuiſſent aũt incruẽto Romani obſidionis fine gloriari, niſi unus ex ipſis occidiſſet cẽturio, Antonius, peremptus inſidijs. Nam quidam ex his q ad ſpeluncas cõfugerant (erant aũt plurimi) rogabat Antoniũ, dextrã ſibi porrigere, ad fidẽ ſalutis ac præſidiũ, quo tutus aſcẽderet. cũq; is manũ porrexiſſet incaute, haſta ille præuentũ ſub inguine perculit, ſtatimq; cõfecit. Illo quidẽ die cõparentem multitudinem peremere Romani. poſtea uero ſecutis diebus ſcrutando latebras, per cuniculos & ſpeluncas in omnẽ

ſæuie-

ſæuiebant ætatem, præter infantes ac fœminas. Itaq; captiui quidē mille ducenti cōgregati erant: quadraginta uero millia cōnumerata ſunt excidij tempore pugnisq; ſuperioribus mortuorum. At Veſpaſianus ciuitatē ipſam exſcindi iubet, caſtellaq; eius omnia exurit. Iotapata quidem ita deuicta eſt tertiodecimo imperij Neronis anno, calendarum Iuliarum die.

Quomodo Ioſephus captus uitā ſuam redemerit facto & uerbis. Cap. XIIII

ROmani uero Ioſephū requirētes, & propriæ indignatiōis cauſa, & quod imperatori operæpreciū uidebat (captus enim, maxima pars belli eſſet) mortuos itemq; abditos rimabant: ille aūt in exitio ciuitatis fortunæ quodā uſus auxilio, per medios ſe hoſtes ſurripuit, & in quendam profundum puteum ſaltu demiſſus eſt, cui amplum ſpecus adiunctum erat à latere, quod ſupra ſcrutantes uidere nō poſſent: ubi XL inſignes uiros latitantes offendit, rerumq; utiliū apparatū, qui nō paucis diebus ſufficeret. Hoſtibus autē omnia cōplexis, interdiu quidē ſe occultauit: nocte uero ſurſum aſcendens, uigilias explorabat, ut fugeret. Cumq; omnia undiq; ipſius cauſa maxime cuſtodirent, neq; fallendi ſpes eſſet, in ſpeluncā iterū deſcēdebat: biduumq; ibi delituit. Tertia uero die, capta quadā muliere, quę cum ipſis fuerat, indicatus eſt. Tumq; Veſpaſianus properè duos tribunos, Paulinū & Gallicanū, iuſſos pacē dare Ioſepho, & hortari eū ut aſcēderet, mittit. Quibus tñ ille rogantibus, poſtq̄ ad eum uenerūt, fidemq; pro ſalute dantib. minimè paruit. Ex his aūt magis quæ pati meritus eſſet, qui plurima cōmiſiſſet, q̄ ex naturali manſuetudine rogantiū, ſuſpicionē colligens, uelut ad pœnam euocaret, timebat: donec Veſpaſianus tertiū quoq; tribunū Nicanorē, Ioſepho notū, atq; olim conſuetū miſit. Is aūt, q̄ mite in eos Romanorū eſſet ingeniū, quos ſemel ſubiugaſſent, referens: quodque ipſe Ioſephus uirtutis cauſa magis admirabilis, q̄ inuiſus ducibus haberet: eſſetq; imperatori ſtudiū non eum ad ſuppliciū ducere, quod etiam ſine deditione ſibi liceret exigere, ſed conſeruare potius uirum fortem: his addebat, ꝙ nec Veſpaſianus, ſi quid dolo moliret, amicum ad id mitteret, ut rem optimā peſsimæ, hoc eſt, perfidiæ prætexeret amicitiam: neq; ſemetipſum illi, ut amicū falleret, obtemperaturum fuiſſe. Verū Ioſepho etiam poſt Nicanoris dicta hæſitante, milites quidem irati, ſpeluncæ ignē ſubmittere properabant. ſed retinebat eos belli ductor, uiuū Ioſephū capere plurimi pendēs. Nicanore aūt uehemēter inſtāte, ubi etiā hoſtilis multitudinis minas cōperit Ioſephus, nocturna ſomnia reminiſcit: quibus ei deus & futuras Iudæorū clades, & quę Romanis eſſent euentura principibus, oſtēdit. erat aūt interpretādis quoq; ſomnijs idoneus, & cōiectare quæ ambigue diuinitus dicerent, ſciebat: qui & ſacros prophetarū libros nouerat, ꝙ & ipſe ſacerdos eſſet, & parentibus ſacerdotibus procreatus. Illa igit hora quaſi deo plenus, & recentiū ſomniorū, quæ horrēda uiderat, ſimulacra mēte cōplexus, occultas preces deo offert. Et quia Iudęorum, inqt, labefactari tibi rem creator placuit, fortuna uero ad Romanos tota migrauit, animamq; meā quæ futura prædiceret, elegiſti, do quidē manus ſponte Romanis, & uiuo. teſtor aūt, ꝙ nō proditor, ſed tuus miniſter ad eos ibo. Simulq; his dictis, Nicanori cōſentiebat. Verū qui unà cōfugerant Iudęorū, poſtq̄ intellexerunt Ioſephū rogantibus cedere, uniuerſi circumſtan

tes clamabant, certe plurimũ ingemiſcere leges patriæ. Vbi ſunt, quę Iudæis deus annuit, quibus mortẽ contemnentes animas indidit? Vita Ioſephe captus es, lucemq; pateris intueri ſeruientem? q̃ cito tui oblitus es? q̃ multos pro libertate mori perſuaſiſti? falſam profecto opinionem fortitudinis habebas, falſamq; prudentiæ, ſi ſalutẽ apud eos ſperas, cũ quibus ita dimicaſti: aut ſi hæc etiam certa ſunt, ab illis tñ te ſeruari cupis. Sed quamuis te Romanorũ fortuna tui obliuione perfuderit, nos tñ patriæ gloriæ conſulentes, & dexteram tibi & gladium cõmodabimus: Tu uero ſiquidem ſponte moriare, dux Iudæorũ: ſi uero inuitus, proditor morieris. Vix hæc elocuti ſunt, & intentatis ei gladijs, occidendũ illum cõminabantur, ſi Romanis pareret. Timẽs igitur impetũ Ioſephus, & ſe dei præceptorũ proditorem eſſe ratus, ſi ea nõ renunciaſſet morte præuentus, argumentis eos philoſophię neceſſario tractare incipit. Et quid em̃ tantopere, inquit, ó ſocij proprię cædis auidi ſumus? aut cur amiciſſimas inter ſe res, corpus & animam in diſſenſionẽ uocamus? mutatũ me eſſe quiſpiã dicet? ſed Romani hoc ſciunt. Optimũ in bello mori? ſed lege belli, hoc eſt à uictoribus trucidari. Proinde ſiquidẽ Romanorũ ferrum deprecor, uere meo gladio meaq; manu ſim dignus: ſin illi hoſti ſuo parcendũ putant, quanto iuſtius noſipſi nobis pepercerimus? Quippe ſtolidum eſt ea circa nos admittere, pro quibus ab illis diſſenſimus. Pulchrũ em̃ eſſe pro libertate mori, & ipſe fateor, pugnando tñ, & illorũ manibus q̃ eam præripuere: nunc aũt neq; prælio nobis obſtant, neq; nos interficiunt. Itidẽ aũt timidus eſt habendus, qui mori non uult cum opus eſt, & qui uult cũ nõ oportet. Præterea quis nos metus prohibet ad Romanos aſcendere? nempe mortis. Ergo quæ ab hoſtibus dubie ſuſpecta formidini eſt, eam certam ipſi nobis irrogabimus? Verũ ſeruitutẽ dicet aliquis. Valde quidẽ nũc liberi ſumus. At uiri fortis eſt ſemet occidere. Imo uerò ignauiſsimi, quantum opinor. Nam & gubernatorẽ timidiſsimũ puto, qui tempeſtatem metuens, ante uim turbinis nauẽ ſponte ſubmergit. Quinetiã propria manu perire, à cõmuni omniũ animaliũ natura diſcrepat, eoq; modo in creatorẽ noſtrũ deũ ſummum ſcelus admittit. Nullũ eſt animal, quod ex induſtria uel per ſe moriat. Siquidẽ naturæ lex ualidiſsima, ut uelint uiuere, in omnib. ſita eſt: idcirco & qui nobis adimendũ id putant, hoſtes ducimus, & quos noſtros inſidiatores putamus pœna perſequimur. Deũ uerò indigne ferre nõ arbitramini, cũ donum eius homo deſpiciat? Ab illo enim accepimus ut eſſemus: rurſumq; ut eſſe deſinamus, illi reddendũ eſt. Corpora quidẽ cunctis mortalia ſunt, ex caduca materia fabricata: anima uero ſemper immortalis eſt: deiq; particula in corporib. collocata. Si quis ergo depoſitũ hominis ſurripuerit aut maletractauerit, peſsimus ſtatim ac perfidioſus habet. Si dei depoſitũ ex proprio corpore q̃s eiecerit, eum ſe latuiſſe quẽ læſerit æſtimabit? Et ſeruos quidẽ fugientes ulciſci, iuſtũ creditur, quamuis nequã dominos fugerint: ipſi uero deum fugientes, & optimũ deũ, impie facere nõ uidebimur? An ignoratis q̃ eorũ qui lege naturæ uita exeunt, acceptũq; deo debitũ ſoluunt, cũ id qui dedit recipere uoluerit, ꝑpetua laus domusq; ac familia ſtabiles ſunt? purę aũt & q̃ inuocãtes exaudiãt animę, retinẽt locũ in cęlo adeptę ſanctiſsimũ: atq; inde rurſum, uoluẽtib. ſeculis, caſta corpora iubent incolere. Quorũ uero manus in

ſe

ſeipſos inſanierunt, eorũ animas tenebroſior Orcus ſuſcipit. pater autem illorũ deus autores iniuriæ per nepotes ulciſcitur. Hinc & deo inuiſum eſt, & à ſapiẽtiſsimo legis noſtrę cõditore coerceẽ. Deniq; ſi q̃ ſe occiderint, apud nos quidẽ uſq; ad ſolis occaſum inſepultos abijci decretũ eſt, cum etiam hoſtes ſepeliri fas eſſe ducamus: apud alios aũt & dextræ iubentẽ abſcindi eiuſmodi mortuorũ, quæ in ipſos armatæ ſunt: qm̃ ut corpus ab anima, ita manum eſſe à corpore alienã exiſtimarent. Pulchrũ eſt igiẽ, ó ſocij, iuſta ſentire: neq; humanis cladibus addere, ut creatorẽ omniũ impietate lædamus. ſi ſalui eſſe uolumus, ſalui ſimus. nec em̃ ſalus apud eos ignobilis eſt, quib. tantis uirtutẽ operibus demõſtrauimus. ſin mori placet, ab his occidi perpulchrũ eſt q̃ nos ceperint. Nõ migrabo ego in hoſtiũ locũ, ut ipſe mei proditor fiã. multo enim ſtolidior ſim, q̃ qui ad hoſtes ultro profugiunt, ſiquidẽ illi ſalutis ſuæ cauſa id faciũt: ego uero interitus, & quidẽ mei. Romanorũ tamẽ inſidias uotis expeto. nam ſi me & poſt iunctas dextras perimant, magno animo paratoq́; moriar, mendacij perfidiã pro uictoriæ ſolatio mecũ auferẽs. Multa quidẽ in hunc modũ Ioſephus ut à cæde propria ſocios dehortareẽ, dicebat. Illi aũt obſtructis auribus deſperatiõe, qua ſe iamdudũ morti deuouerant, concitanẽ: & alij aliunde cũ gladijs accurrẽtes ignauiã exprobrabãt: & quaſi eum mox percuſſurus, quiſq; adoriebaẽ. Ille autẽ cum aliũ nominatim uocaret, aliũ uultu ducis intueretur, alterius dexterã prehenderet, alium precibus exoraret, uaria mentis affectione (ut in tali neceſsitate) diſtractus, ferrũ omniũ à cæde ſua prohibebat, nõ ſecus ut feræ beſtiæ circumcluſæ, ad eum ſemper qui ſe contingeret, ora cõuertens. Illorum aũt, qui ducẽ in extrema quoq; clade reuerendũ putabant, debilitabanẽ dextræ, gladijq́; de manibus elabebanẽ: multi cũ manus ei afferrent, ſpõte frameas dimittebãt. Ioſepho aũt nõ defuit in deſperatione conſiliũ, ſed fretus dei prouidentia, ſalutẽ in periculũ mittit. Et quoniã mori decretũ eſt, inq̃t, agite, cædes mutuas ſortiamur: & cui obtigerit, manu ſequẽtis occũbat, atq; ita omniũ fortuna perambulet, neq; ſua ſe quis dextera feriat. iniuſtũ eſt enim cæteris interemptis, ex alijs quenq̃, ſi pœnituerit, ſaluũ eſſe. Viſus eſt uera dicere, & quod perſuaſit agitur: ut ſors cuiq; obtigit, paratam ei qui ſequereẽ necem ſuam præbebat, quaſi mox etiã duce perituro. cum Ioſepho enim perire, uita dulcius æſtimabant. Remanſit aũt ipſe cum altero, ſiue fortuna dici poterat, ſiue dei prouidẽtia. Cõſultoq́; proſpiciẽs, ne uel ſorte grauareẽ, uel ſi nouiſsimus receſsiſſet, gentilis cæde polluereẽ: illi quidem, fide interpoſita, ut uiueret perſuaſit: ipſe uero hoc modo & Romanorũ & domeſtico bello liberatus, ad Veſpaſianũ per Nicanorẽ ducebaẽ. Omnes aũt Romani uiſendi eius gratia occurrebãt: et cũ ſe circa ducẽ premeret multitudo, uarius tumultus erat: his exultantibus, q̃ captus eſſet, alijs minitantibus, nõnullis aũt propius eum uidere certantibus. Et qui longius quidẽ aberant, hoſtẽ interficiendũ eſſe clamabant: qui uerò propius erant, facta eius reputantes, mutatiõe ſtupeſcebãt. Rectorũ aũt nemo fuit, qui licet antè iraſceretẽ nomini eius, uiri aſpectu non mitior factus ſit. Titũ uero præter alios & fortis Ioſephi animus in calamitatibus, & ætatis eius miſericordia capiebat: qualisq́; pridẽ fuiſſet in prẽlijs reminiſcenti, & qualis nũc ſit in hoſtiũ manibus poſitus intuenti, ſuccurrebat

quanta eſſet fortunæ potentia, quamq; uelox belli momentũ. humanarũ aũt rerũ nihil firmũ atq; perpetuũ. quãobrẽ multos ad miſerationẽ Ioſephi pertraxit: plurimaq; ſalutis eius pars Titus extitit apud patrem. Veſpaſianus tñ, quaſi miſſurus eum Cæſari, ut cautiſsime cuſtodiretur præcepit. Quo audito, Ioſephus aliquid ei ſoli ſe dicere uelle ait. Summotisq; ab illo omnib. alijs præter filium Titum, ac duos amicos: Tu quidẽ, inquit, Veſpaſiane, tantum hoc putas, Ioſephum te habere captiuum: ego aũt maiorum ad te nuncius uenio, præmiſſus à deo: alioquin Iudæorũ legem ſciebam, & quẽadmodũ duces exercituũ mori deceret. Ad Neronẽ me mittis? quid ita? quaſi qui Neroni uſq; ad te ſucceſſuri ſunt, maneant. Tu es Cæſar Veſpaſiane & Imperator, atq; hic filius tuus: me aũt colligatum arctius tibi aſſeruato: nam dñs quidem non mei ſolius es tu Cæſar, uerumetiã terræ marisq; ac totius hominũ generis. me autem ad maiorẽ pœnam cuſtodiri oportet, ſi ex tẽpore & ſubito in dominũ iſta confingo. His dictis Veſpaſianus ſtatim quidem fidem non habere uidebatur, eaq; Ioſephũ exiſtimabat ſalutis gratia cõminiſci. paulatim uero ad credendũ impellebatur, iampridem illum excitante ad imperiũ deo, ſceptraq; multis præmonſtrante alijs portentis. Sed & in alijs uerũ eſſe Ioſephum deprehenderat. Altero namq; amicorũ qui ſecretis intererant, admirari dicente, quẽadmodũ (niſi hæc deliramenta ſint) neq; Iotapatenis de excidio, neq; ſibi de captiuitate quicq̃ diuinaſſet, ut à ſe irã depelleret: Ioſephus Iotapatenis ait ſe prędixiſſe, q̃ poſt diem ſeptimum & quadrageſimũ eos maneret exitium, quodq; ipſum Romani uiuum eſſent in cuſtodia retenturi. Hæc in ſecreto quæſita, Veſpaſianus ubi uera eſſe comperit à captiuis, etiam quæ de ſe dixiſſet credibilia cœperat exiſtimare: ſed neq; cuſtodiam Ioſepho nec uincula remittebat: ueſtimentis aũt alijsq; muneribus eum donare benigniſsimeq; fouere non deſinebat, etiam Tito magnam honori eius operam cõmodante. Quarto autem die mẽſis Iulij Veſpaſianus in Ptolemaida reuerſus, inde in loca maritima Cæſaream peruenit, Iudææ maximam ciuitatẽ, & quæ maiorem incolarum partem Græcos haberet. Igitur & exercitum & rectorem indigenæ omni fauore ac benignitate ſuſcipiunt, affectu quidẽ quo Romanos diligerent. plus aũt illorũ qui exciſi fuerant odio: unde etiam multi ſimul, ut de Ioſepho ſuppliciũ ſumeret, cum clamore precabantur. Veſpaſianus aũt de iſta quidem petitione, uelut ab inconſulta multitudine oblata, nihil reſpondendo diſſoluit. legionum uero duas quidem hyematum apud Cæſaream poſuit, q̃ opportunam uideret eſſe ciuitatem. Decimam uero & quintam Scythopolim miſit, ne totius exercitus moleſtia Cæſaream premeret. Erat autem illa quoq; aprica per hyemem, quantum æſtatis caloribus æſtuoſa, ut in planicie ſita atq; maritima.

Ioppe denuo capitur. Cap. XV

DVm hæc aguntur, collecta non exigua multitudo, qui uel ab hoſtibus ſeditione defecerant, uel ex ciuitatibus euerſis effugerant, Ioppen ſibi receptaculo renouant, quam antea uaſtauerat Ceſtius. Et quia terra quam uaſtauerat arcebant, migrandum in mare cenſuerunt: ac piraticis nauibus fabricatis, in Syriam ac Phœnicen, itemq; in Aegyptũ commeantes, plurimos latrocinijs prædabantur: omnibusq; nauigijs inuium faciebant

ciebant illarum partium pelagus. Sed Veſpaſianus cognito quid conſtituiſſent, equites in Ioppen necnō & pedites mittit. hiq; nocte in ciuitatem, qꝑ in cuſtodita erat, ingreſsi ſunt. Eius aūt habitatores, poſtq̄ irruptionem prę ſenſerant, ne tunc Romanos arcerēt, metu deterriti, naues ſuga petierunt: & in his, ultra contiguū ſagittæ ſpacium, pernoctauere. Cum uero Ioppe natura eſſet importuoſa (namq; in aſperū cæteraq; arduum littus deſinit, ac ſummis utrinq; cornibus leuiter incuruū, quæ uaſte ſuperſunt, & ingentibus procellis pelagus turbant: ubi etiam nunc Andromedę catenarū ſignis extantibus, fabulæ ueteris fides oſtenditᵉ: aduerſus aūt aquilo feriens littora, ſummos in obiectas cautes fluctus affligit, ſolitudineq; intutiorē efficit ſtationē) in eo ſalo fluctuantibus Ioppenis, prima luce uiolentius, quē illac nauigantes Melamboreā uocant flatus incumbit: & alias quidē naues inter ſe, alias uero colliſit in ſcopulos. multæ aūt cum magna ui aduerſo æſtu niterentᵉ ad pelagus (nam & littus ſaxis infeſtū, & hoſtes in eo conſtitutos timebant) ſublatæ in ſublime gurgite mergebantᵉ. & neq; fugæ uſpiā locus erat, neq; manentibus ſpes ſalutis: cum & mari uentorū, & ciuitate Romanorū uiolentia pellerentᵉ. Itaq; multi ululatus colliſis nauibus audiebantᵉ, & multi crepitus fractis: Ioppenorū aūt fluctibus pars obruti, pars naufragijs implicati moriebantᵉ. nonnulli aūt ferro ſe interficientes, uelut id ſatius eſſet, mare præueniebant: plurimi aūt euecti fluctibus, ſcopulis carpebantᵉ: ut & pelagus ſanguine redundaret, omnisq; ora maritima cadaueribus impleretᵉ: cum etiā ad littus appulſos, in eo ſtantes Romani milites trucidarētᵉ. eiectorū autē corporū quatuor milia ducēta fuerūt. Ita capiā nullo prælio ciuitatē Romani funditus eruunt. Ioppe quidē hoc modo breui tēpore bis à Romanis exciſa eſt. Veſpaſianus aūt, ne rurſus eò piratæ confluerent, caſtris in arce munitis, ibi cum peditib. paucis equitatū reliquit: ut hi quidem locis ſuis manētes, eadē caſtra defenderent: equites uerò omne circū territoriū peragrantes ad fines Ioppes, uicos & oppidula ſimul exurerēt. Illi igiᵗ præceptis obediētes, in dies ſingulos incurſando, exſcindebant totas regiones atq; uaſtabant. Vbi uero Iotapatæ apud Hieroſolymam caſus nūciatus eſt, primò quidē plurimi & pro magnitudine calamitatis, & qꝑ nemo qui ſe uidiſſe diceret quæ iactabantᵉ aduenerat, nō credebant. nec em̄ uel nuncius aliquis ſuperfuerat: ſed ipſa ꝑ ſe fama excidiū prædicabat, uelox nuncia triſtiū: paulatimq; ꝑ finitimos ueritas ambulabat, & apud omnes ambiguitate certior habebaᵗ. quinetiā rebus geſtis plura quæ facta non erant affingebātur: & in excidio ciuitatis peremptus dicebatur eſſe Ioſephus: quæ res maximo luctu repleuit Hieroſolymā: & ꝑ ſingulas domos itēq; cognatiōes, amiſſorū quiſq; lugebatur à ſuis: luctus uerò ducis publicus erat. & hi quidē hoſpites, alij ꝑpinquos, amicos alij, nōnulli etiā fratres flebāt: Ioſephū aūt uniuerſi, adeo ut ꝑ dies xxx nunq̄ lamēta in ciuitate ceſſarēt, magnaq; mercede cōducerentur tibicines næniarū. Tēpore aūt ueritate reuelata, ut de Iotapata qdē ubi res habebat, fictū uero q̄d de Ioſephi morte uulgabaᵗ, eūq; uiuere & cū Romanis eſſe cōpertū eſt, ac ſupra captiui fortunā à ducibus honorari: tantā in eum uiuū iracundiā, quantam prius cum mortuū crederēt beneuolentiā, conceperunt. Et ab alijs quidē ignauię, apud alios proditionis arguebaᵗ: totaq; in eum ciuitas plena erat

indignatione atq; cõuitijs. Vltro aũt his uulneribus excitabanť, magisq́; accendebantur rebus aduerſis: & offenſio quæ prudentibus ne ſimilia perferant cautionis & cuſtodiæ cauſam prębet, ad alias calamitates tanq̃ ſtimulus incitabat: & malorũ ſemper incipiebat ex fine principium. deniq; maiore in Romanos impetu ferebanť, uelut in Ioſephũ pariter uindicaturi. Hieroſolymorum quidem habitatores eiuſcemodi turbis agitabantur.

Deditio Tiberiadis. Cap. XVI

VEſpaſianus aũt ſtudio uiſendi regnũ Agrippæ (nã & ipſe rex inuitabat, rectorẽ cũ exercitu ſimul paratus accipere domeſticis diuitijs, ac per eos ægras partes regni cõpeſcere) motis ex Cæſarea maritima caſtris, in eam quæ Philippi diciť Cæſareã demigrauit: ibiq́; per dies xx milite recreato, ipſe quoq; rerũ geſtarum gratias deo referẽs in epulis erat. Poſtq̃ uero Tiberiada quidẽ nouas res cupere, ac deficere Taricheas audiuit (ad regnũ autẽ Agrippæ utraq; pertinebat) decreto apud ſe undiq; Iudæos exſcindere, opportunũ eſſe credidit aduerſus eos exercitũ ducere, ſimul ut Agrippæ hoſpitio uicẽ rependeret, poteſtati eius ciuitatibus creditis. Igitur filiũ ſuũ in Cæſareã, ut inde militẽ Scythopolim traduceret, mittit. Hæc autẽ ciuitas Decapoleos maxima, & Tiberiadi uicina eſt. Quò cum ipſe ueniſſet, ibi filiũ præſtolabaťur. Deinde cum tribus ultrà legionibus progreſſus, ad trigeſimũ à Tiberiade ſtadiũ, in quadã manſione conſpicua nouarũ rerum ſtudioſis, cui nomen eſt Enabris, caſtra ponit: atq; hinc decadarchũ Valerianũ cum equitibus l mittit, qui pacifico ſermone oppidanos alloqueretť, & ad fidem inuitaret. audierat enim q̃ pacem populus deſideraret: à nõnullis autẽ ad bellũ eum cogentibus, ſeditionẽ pateretť. Itaq; Valerianus ubi muro appropinquauit, & ipſe de equo deſilijt, & ſuos comites idẽ facere iuſsit: ne laceſſendi prælij cauſa, potius ueniſſe uideretť. Sed priuſquã uerbũ faceret, armati excurrêre in eũ ſeditioſi, qui erant ualidiores, rectore quodã nomine Ieſu, Tobiæ filio, latrocinalis agmine principe. Valerianus aũt, neq; præter mandata ducis prælio cõgredi tutũ ratus, etiã ſi de uictoria certus eſſet: pugnamq́; periculoſam eſſe, ſi cũ multis pauci, & inſtructis imparati cõfligerent, inopinata præterea Iudæorũ ſtupefactus audacia, & ipſe pedes refugit, & quinq; alij ſimiliter equis relictis: quos Ieſus eiusq́; ſocij, ueluti pugna nõ inſidijs captos, læti in oppidũ adduxerũt. Id aũt ueriti ſeniores, & q̃ eminere in populo uidebanť, in Romanorũ caſtra profugiũt: adhibitoq́; ſibi rege, ad Veſpaſiani genua ſuppliciter accidũt, ne ſe deſpiceret obſecrantes: néue q̃ paucorũ eſſet, totius eſſe ciuitatis inſaniã exiſtimaret: ſed populo parceret, q̃ ſemp amica Romanis ſentiret: magisq́; ultũ iret defectionis autores, à quib. ipſi olim ad fœdus uenire properantes, nũc uſq; ne id facerẽt aſſeruati fuiſſent. His eorũ precibus, quanq̃ toti ciuitati ꝓpter equorũ rapinã infenſus eſſet, indulſit. nã & Agrippã uidebat eius oppidi cauſa trepidare. Fide aũt per eos populo data, Ieſus eiusq́; ſocij, tutũ ſibi nõ eſſe rati apud Tiberiada cõſiſtere, ad Taricheas cõfugiunt. Poſteroq́; die Veſpaſianus in arcẽ p̃mittit cũ equitib. Traianũ, qui multitudinẽ an oẽs pacẽ cuperẽt, experiretť. cognito aũt populũ eadẽ ſentire q̃ ſupplices, ad ciuitatẽ ducebat exercitũ. Illi aũt portis ei patefactis, cũ fauſtis ominationib. obuiã prodeũt, ſalutis datorẽ ac benemeritum

ritum acclamãtes. Cum uero militem anguſti aditus remorarent, murorum partem dirui Veſpaſianus ex meridiano latere iuſsit, eoq; pacto dilatauit ingreſſum: ut præda tamen & iniurijs abſtinerent, in gratiam regis edixit: eiuſdemq; cauſa muris pepercit, ſpondentis habitatores eius poſthac cum reliqs fore cõcordes: alijsq; modis malis affectã ciuitatẽ ex diſſenſione recreauit.

Tarichearum obſidio. Cap. XVII

DEinde ab ea digreſſus, inter ipſam & Taricheas caſtra poſuit, muróque firmauit, belli ſibi moras illic fore proſpiciẽs: quod omnis turbarum cupiens multitudo ad Taricheas cõflueret, munitione cõfiſa ciuitatis, & lacu qui Geneſar ab indigenis appellat. Etenim ciuitatẽ ita ut Tiberias ſub monte poſitã, qua lacu non alluebat undiq; muro ualidiſsimo, ſed minore tamen q̃ Tiberiada, Ioſephus cinxerat. nam illam quidẽ in principio defectionis, pecuniarũ itemq; uiriũ copia cõmunierat: Taricheis uerò largitatis eius reliquiæ profecerunt. Scaphas aũt plurimas in lacu paratas habebant: ut in eas uidelicet, ſi terreſtri prælio uincerent, refugerẽt: ſimulq; ad nauale bellũ, ſi opus eſſet, inſtructas. Romanis aũt caſtra munientibus, Ieſus eiusq; ſocij neq; multitudine hoſtiũ, neq; diſciplina militiæ perterriti, curſu eos irruũt: primoq; impetu diſiectis muri fabricatoribus, ac parte aliqua ędificij diſsipata, ubi armatos cõgregari uiderũt, anteq̃ mali aliqd paterent, ad ſuos refugiunt: eosq; inſecuti Romani, ad nauigia cõpulere. Et illi quidẽ tantum prouecti, unde Romanos cõtingere miſsilib. poſſent, anchoras iaciũt: & ſicut acies aſſolẽt, denſatis inter ſe nauibus, aduerſus hoſtes in terra cõſtitutos, nauali prælio decertabant. Audito aũt Veſpaſianus magnã eorũ multitudinẽ in proxima ciuitati planicie congregatã, filiũ ſuũ cum ſexcẽtis equitibus lectis eò mittit. Qui cum infinitũ hoſtiũ numerũ reperiſſet, patri quidẽ maiorib. auxilijs opus eſſe mandauit. Ipſe uero equitũ pleroſq;, etiã priuſquã ſubſidia uenirẽt alacres eſſe uidẽs, cũ nõnulli eorũ multitudinẽ Iudęorũ formidarẽt, unde exaudiri poſſet cõſtitit: & ó Romani, ait, pulchrũ eſt nanq; in principio ſermonis admonere uos generis ueſtri, ut qui cum quib. pugnaturi ſimus ſciatis: noſtras enim manus nemo unq̃ toto orbe hoſtis ullus euaſit: Iudæi uero, ut etiã pro his dicamus aliqd, ad hoc uſq; tẽpus uicti nõ defatigantur: itaq; oportet illis in aduerſis rebus cõſtanter dimicantibus, etiã nos in ſecũdis perſeuerantius laborare: aperta quidẽ frõte uobis plurimũ alacritatis ineſſe cõſpiciens, gaudeo: uereor aũt, ne cui ueſtrũ tanta timorẽ multitudo hoſtiũ latẽter incutiat. Igit̃ quiſq; iterũ cogitet, qualis cum quibus decertabit: quodq; Iudæi, licet ſatis ſint audaces, mortemq; contemnant, incõpoſiti tñ bellorumq; imperiti ſunt, uulgus recte potius q̃ exercitus appellandi, de ueſtra uero peritia atq; ordinatiõe referre quid opus eſt? Nempe idcirco ſoli armis exercemur, pacis etiam tẽpore, ut ne in bello nos cum hoſtib. numero conferamus. nam quod perpetuæ militiæ cõmodum, ſi pares cum rudibus cõgrediamur? Quin reputate, q armati cum inermibus, & equites cũ peditibus, & ducis tuti cõſilio cũ uagis neq; rectorẽ habentibus decertabitis: quodq; nos hæ uirtutes multo plures efficiant, multũ autẽ uitia de hoſtiũ numero detrahant. Nec ſola hominũ multitudo, quamuis pugnaciſsimi fuerint, in bello obtinet: ſed etiã ſi uel in paucis ſit fortitudo. hi enim & ordina-

ri faciles ſunt,& ſibimet ſubuenire:numeroſæ aũt copię plus incõmodi ex ſe metipſis,q̃ ex hoſtib.capiũt.Itaq; Iudæos audacia & ferocitas ac deſperatio ſiue mẽtis ſæuitia ducũt,quæ rebus ſecũdis aliquantũ ualent,minimis uero offenſionibus extinguunt.nos aũt uirtus regit,& morigera uolũtas,itẽq; fortitudo,quæ & in proſpera fortuna uiget,nec ad finẽ uſq; inter aduerſa decipit. Ad hoc maiores nobis ſunt,q̃ Iudæis,cauſæ certaminis.nam ſi illi pro libertate ac patria belli pericula ſuſtinẽt,quid eſt nobis inclyta fama præſtantius? & ne poſt orbis terræ imperiũ uideamur hoſtium aduerſariorũ loco Iudęos habere?Præterea cõſiderate,q̃ ne patiendi quidẽ alicuius intolerabilis mali metus eſt.multos enim eosq; in proximo adiutores habemus.Rapere aũt uictoriam poſſumus:& quos à patre mitti nobis ſperamus auxilio, cõuenit antecapere,ut & maior ſit et ſociũ nõ habeat uirtutis effectus.Equidẽ puto nunc de me ac patre meo uobisq; pariter iudiciũ fieri,ſi ille quidẽ rebus ante glorioſo geſtis dignus fuit,ego uero eius ſum filius, uosq; milites mei. nã illi uincere conſuetũ eſt.ego uero reuerti ad eũ perpetiar uictus? quo pacto aũt uos non puduerit,duce ueſtro periculis occurrẽte,nõ ſuperare?appetam em̃ pericula mihi credite, primusq; in hoſtes irrũpam. nemo aũt ueſtrũ à me diſceſſerit, perſuaſum habẽs,impetũ meũ ſuſtentari ope diuina, & manifeſtiſsime præſumite,quod multo plus mixti hoſtib.efficiemus,q̃ ſi extrinſecus pugnaremus. Poſtquã Titus hæc proſequutus eſt, diuina quædam alacritas militibus incidit.Et quia Traianũ aduenire cũ c c c c.equitibus ante præliũ contigit,ægre ferebant,tanquã minueret uictoria ſocietate. Miſit aũt Veſpaſianus & Antonium Silonem cum duobus milibus ſagittariorũ:ut occupato monte, qui ex aduerſo erat oppido,murorũ propugnatores repellerent.Et ab illis quidẽ ita ut præceptũ fuerat,circũuenti ſunt, ex ea parte ſubuenire tẽtantes. Titus aũt primus perrexit citato equo in hoſtes, & poſt eum cæteri cũ clamore, tanto ſpacio fuſi,quantũ aduerſa acies occupauerat,unde multo etiã plures q̃ erant apparuerũt.Iudæi uero, licet incurſu eorũ & diſciplina conterriti, pauliſper quidẽ primos ſuſtinuere cõgreſſus.Perculſi aũt contis,equorũq; impetu deturbati cõculcabant:atq; ita multis paſsim peremptis diſperduntur, & in ciuitatem,ut quiſq; uelocitatis habebat,effugiũt. Titus aũt aliquos à tergo inſtãs, alios per tranſitũ occidebat,nõnullos curſu antecapiens, ictu ora trãſuerberabat.multos aũt,alium ſuper alium lapſos inuoluẽs,cõficiebat: omnesq; ad mœnia cõfugientes præueniens,detorquebat ad campũ,donec ui multitudinis elapſi,in oppidũ confugerũt.Excepit aũt illos acerba diſſenſio.nanq; indigenis,& fortunarũ ſuarum & ciuitatis gratia,& ab initio bellum geſtũ,maximeq; quod male pugnatũ fuerat, non placebat.ſed populus aduenarũ qui plurimus eſſet uim adhibebat, & inter ſe diſcordãtiũ clamor erat, ueluti iam arma caperẽt. Quibus auditis, nec enim procul à muris aberat, Titus exclamat:Hoc tẽpus eſt,quid moramur cõmilitones? deo nobis dedente Iudæos ſuſcipite uictoriã.Nõ auditis clamores? q̃ manus noſtras euaſere, diſcordãt: habemus ciuitatẽ, ſi modo properamus. Veruntamẽ cum uelocitate animis opus eſt. nihil enim magnũ effici ſine periculo conſueuit. non ſolum aũt hoſtium cõcordiã, quos cito neceſsitas in gratiã reuocabit, ſed etiã noſtrorum auxilia præuenire debemus:ut præter uictoriam, qua tantas copias pauci ſu-

peramus

peramus, etiã ciuitate ſoli potiamur. Simul his dictis cõſcendit equũ, atq; ad lacũ decurrit, & p eum properè ciuitatẽ ingreditur, quem cęteri cõſecuti ſunt. pauor aũt eius audaciæ murorũ defenſores inuaſit. & pugnare quidem, uel prohibere uenientẽ, nemo ſuſtinuit. relictis aũt excubijs, Ieſus quidẽ cum ſocijs in agros effugit: alij uero decurrẽtes ad lacũ, in manus hoſtiũ contrà uenientiũ incidebãt. mactabantur autẽ alij cũ ſcaphas ſcanderẽt, itemq; alij, cum iam prouectas aſſequi natando conarentur: plurimaq; p ciuitatẽ fiebat hominum cædes, aduenarũ quidẽ reſiſtentiũ, qui non effugiſſent: indigenarũ uero ſine pugna, qm̃ ſpes eos fœderis, & cõſcientia q̃ belli conſiliũ nõ habuerant, à prælio deterrebat, donec Titus nocentibus interẽptis, miſeratus indigenas ab internecione requieuit. At qui in lacũ confugerant, ubi ciuitatẽ captam uiderunt, q̃ longiſsime ab hoſtibus receſſerũt. Titus uero miſsis equitibus res geſtas patri nũciat. Quibus ille compertis, quod neceſſe fuit, & filij uirtute admodũ lætus, & facinoris claritudine (maxima em̃ belli pars uidebatur exempta) tum quidẽ ſtatim circundari ciuitatẽ cuſtodibus iuſsit, ne qs ex ea ſubterfugeret, cædemq; euaderet. poſtero aũt die cum deſcendiſſet ad lacum, rates aduerſus illos qui eò refugerãt, fabricari iuſsit. quę tam materiarum q̃ artificum multitudine mature contextæ ſunt.

De lacu Geneſar, & fontibus Iordanis. Cap. XVIII

LAcus aũt Geneſar quidem à terra continente appellatur. XL uero ſtadijs in latitudine patens, centumq; in longitudine, aquæ dulcis eſt atq; potabilis. Paluſtri enim craſsitudine tenuiores habet latices: & undiq; in littora ac arenas deſinẽs, purus eſt, ac pręter hoc tẽperatus ad hauriendũ. & fluuio quidẽ ſiue fonte lenior eſt. ſemper aũt frigidior, q̃ lacus diffuſio patitur, manet: æſtiuisq; noctibus eius aquę ſub diuo perflatę, nequaquã æſtibus cedũt: id enim facere indigenis moris eſt. Varia aũt ſunt in eo piſciũ genera, ab alterius loci piſcibus tam ſapore q̃ ſpecie diſcreta: mediuſq; fluuio Iordane ſecatur. Cæterũ Iordanis fons Paniũ eſſe uidetur: ſed re uera huc terra conditus fert ex ea quæ uocatur Phiale. Hæc aũt eſt, quà in Trachonitidẽ aſcenditur ad CXX ſtadiũ à Cæſarea, ad dexteram nõ longe à uia. Et proprie quidem ex rotunditate Phiala dicit lacus, rotæ ſpeciem pręferens. ſemper autem intra eius labra cohibet unda, nunquã deficiens uel exuberans. Cumque interim hoc eſſe Iordanis principiũ neſciret, à tetrarcha quondam Trachonitidis Philippo deprehenſum eſt. Is namq; miſsis in Phialen paleis, inuenit eas apud Paniũ redditas, unde antea fluuius naſci credebat. Naturalis quidẽ pulchritudo Panij, regijs opibus & Agrippæ diuitijs magnificentius accurata eſt. Manifeſtum aũt flumen Iordanis ex hoc antro incipiens, Semechonitis quidem lacus paludes ſecat cœnoſas: centum aũt & uiginti alijs pręteritis ſtadijs, poſt oppidũ Iuliada, Geneſar lacũ mediũ tranſemenſus, deinde multã per ſolitudinẽ in Aſphaltiten lacũ exit. Ad Geneſar uero lacũ eiuſdẽ nominis terra prætendit, natura ſimul & pulchritudine admirabilis. Nullũ enim ipſa pro ubertate ſui negat arbuſtum, totamq; plantis conſeuere cultores. cæli uerò temperies etiam diuerſis aptiſsima eſt. nuces enim, quę arborum maxime frigoribus gaudent, infinitæ floreſcunt: ubi etiam palmæ, quas nutrit calor æſtiuus: has iuxta ficus & oleæ, quibus aura mollior deſtinata eſt: ut natu-

ræ magnificentiã hanc eſſe qs dixerit, uim adhibẽtis ut in unum conueniant inter ſe repugnãtia, anniq; temporũ contentionẽ bonam, ueluti ſingula peculiari ſtudio terræ fauerent. nõ enim ſolũ nutrit prẽter opinionẽ poma uaria, ſed etiam ſeruat, egregia quidẽ, & quodammodo regnãtia. Vuas ſanè & caricas ſine intermiſsione decẽ mẽſibus ſuggerit, cæteros uero fructus, anni ſpacio ſeneſcentes. Nam præter aeris lenitatẽ, & fonte quoq; irrigatur uberrimo, qui Capernaũ ab indigenis appellatur. Eum nõnulli uenam eſſe Nili fluminis opinantur, q; ſimiles coracino Alexandrino generat piſces. Longitudo autẽ regionis ſecundum littora cognominis lacus xxx ſtadijs extenditur, & latitudo xx. Horum quidem natura eiuſmodi eſt.

Tarichearum excidium. Cap. XIX

VEſpaſianus aũt perfectis ratibus, impoſita manu militum, quanta in eos qui lacu effugerant ſatis eſſet, unà prouehitur. Illi autẽ neq; compulſi ad terram euadendi facultatem habebant, infeſtis omnibus, neq; nauali bello pari cõditione pugnãdi. nam & ſcaphæ paruæ, atq; piraticæ aduerſus rates infirmæ erant: & cum pauci ſingulis uherentur, cunctis ſimul inſtantibus Romanis appropinquare metuebant. Veruntamen circum rates nauigando, nonnunq; etiam propè accedendo, lapidibus Romanos eminus appetebant, aut cominus etiam irritando feriebãt: plus aũt ipſis utroq; modo nocebat. nec enim ſaxis quicquã præter crebros ſonitus agebant, quoniã cõtra ſeptos armis iaciebant, cõtiguiq; ſagittis eorum efficiebant: et ſi accedere propius auſi fuiſſent, priuſquã facerent aliq̃d, patiebantur, cumq; ipſis nauigijs mergebantur. Multos aũt uulnera inferre tentantium, qui pilis contingi poſſent, alios deſiliendo in ſcaphas Romani gladijs transfigebant: nõnullos, cõcurrentibus inter ſe ratibus in medio deprehenſos, cum nauiculis capiebant. Submerſorũ aũt qui capita ſuſtuliſſent, aut ſagittis præueniebantur, aut ratibus occupabantur: & ſi deſperatione cõpulſi inimicis adnatare tentaſſent, eis uel manus uel capita truncabantur, plurimusq; paſsim ac uarius erat interitus eorũ, donec in fugã uerſi, cæteri terræ appulſi ſunt, circumcluſis nauiculis ſuis. Excluſi aũt multi quidẽ in ipſo lacu telis cõfigebantur, multos uero in terram egreſſos peremerũt Romani. Mixtũ autem ſanguine, plenumq; cadaueribus cerneres totum lacum. nullus enim ſaluus euaſit. Acerbus aũt ſecutis diebus odor illã regionẽ oppreſsit & facies. nam littora quidẽ naufragijs ſimul plena erant, & corporibus tumidis. caleſcẽtes aũt ac tabefacti mortui, cœli tractũ corrumpebant, ut non Iudæis ſolũ ille caſus miſerabilis uideretur, uerum etiam autoribus ipſis eſſet inuiſus. Iſte quidẽ illius prælij naualis exitus fuit. Perierunt cum his, qui pridẽ in ciuitate ceciderẽ, ſex millia & quingẽti. At Veſpaſianus, pugna peracta, pro tribunali apud Taricheas reſidẽs, aduenã populũ ab indigenis ſecernebat, q autor belli extitiſſe uidebatur: & an hi quoq; ſeruandi eſſent, cũ rectoribus deliberabat. his aũt affirmantibus eorũ liberationẽ, detrimento futurã: nec eũ dimiſſos quieſcere poſſe homines, qui & patrijs careret, uimq; adhibere ac bellũ inferre poſſent ad quos cõfugiſſent: Veſpaſianus ſalute quidem indignos eſſe eos, contraq; ſeruatores ſuos nouerat euaſuros: ſed de eorũ mortis genere cogitabat. Nã ſi ibi occiderent, nõ perpeſſuros ſuſpicabatur indigenas, tot

apud

apud ſe ſupplices obtruncari: fideq́; interpoſita deditis uim pigebat afferre: uerũ ab amicis ſuperabaẽ, nihil in Iudæos non licere dicentibus: quodq́; utile eſſet, honeſto debere præponi, cum utrunq; obtineri nõ poſſet. Indubitata igiẽ conceſſa licentia, ſolo eos itinere, quod Tiberiada duceret, exire permiſit. Cũq́; illi facile his quæ cupierant credidiſſent, & quò iuſſum fuerat comitati, neq; pecunijs ſuis quicq̃ metuentes abirent: totam ad Tiberiada uſq; uiam Romani, ne quis euaderet, occupauerunt: eosq́; in ciuitatẽ concluſos, mox inſecutus Veſpaſianus omnes in ſtadio conſtituit. Et ſeniores quidem cum imbellibus, qui mille ducenti erant, iuſsit occidi: iuuenum aũt ualidiſsimos ſex millia lectos, ad Iſthmon Neroni tranſmiſit. Cæteram uero multitudinem triginta millia & quadringentos uendidit, præter alios quos Agrippæ donauerat. nam his qui ex eius regno eſſent, facere quod uellet ipſe permiſit. Verũ & iſtos rex uendidit. Reliquũ uulgus erant Trachonitæ & Gaulanitæ & Hippeni, pluresq́; Gadaritæ, ſeditioſi & fugitiui, & quibus probra pacis bellum conciliant. Capti ſunt autem VI idus Septembris.

FLAVII IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO
LIBER QVARTVS.

Obſidio Gamalenſium. Caput I

VICVNQVE autem Galilæorum Iotapatis exciſis à Romanis defecerant, hi ſe ad eos poſtq̃ Tarichæatę ſuperati ſunt, applicabant: omniaq́; Romani caſtella & ciuitates ceperant, præter Giſcalã, & qui montem Itaburium occuparant. Cum his autem rebellarat Gamala ciuitas, contra Tarichæas poſita ſupra lacum, quæ ad fines pertinebat Agrippæ, itemq́; Sogane & Seleucia. Et hę quidem Gaulanitidis regionis erant ambæ: Sogane ſuperioris partis, cui nomẽ eſt Gaulana: & inferioris Gamala. Seleucia uero ad lacum Semechonitem, triginta latum, & LX ſtadijs longum, paludesq́; ſuas ad Daphnen uſq; tẽdentem. Quæ regio cum aliàs ſit delicioſa, præcipue tamen fontes habet, qui minorem (quem ſic appellant) Iordanẽ alentes, ſub aureo Iouis templo in maiorem deducũt. Soganen quidẽ ac Seleuciã colentes, in principio defectionis Agrippa ſibi fœdere ſociauerat. Gamala uero ei nõ cedebat, freta locorũ difficultate, amplius q̃ Iotapata. Iugum namq; aſperum, ex alto monte deductum, mediam ceruicem erigit: & ubi ſupereminet, in longitudinem tenditᷣ: tantum contrà decliue, quantum à tergo, ut cameli ſimilitudinem præferat: unde nomen etiam duxit, niſi ꝙ expreſſam uocabuli ſignificationem indigenæ ſeruare non poſſunt. Et à fronte quidem ac lateribus, in ualles inuias ſcinditur. Pars uero qua de monte pendet, paululũ difficultatem refugit. Verùm & hanc partem per obliquum exciſa foſſa, indigenæ inuiam fecerunt. Domus autem crebræ per prona erant ædificatæ, nimioq́; pręcipitio caſurę

ſimilis ciuitas intra ſe decurrebat,in meridiem uergens. Auſtralis uero collis immẽſa æditus altitudine,uſum arcis ſine muro ciuitati prębebat,rupesq́; ſuperior ad profundam pertinens uallem.Fons aũt intra muros erat, in quẽ oppidũ deſinebat. Quãuis autẽ natura inexpugnabilis eſſet ciuitas,tamẽ etiã Ioſephus cum murorũ eam ambitu cingeret,foſsis & cuniculis reddidit firmiorem.Eius autem habitatores,natura quidem loci confidentiores erãt, q̃ Iotapateni:ſed multo pauciores,minusq́; pugnaces:ſitusq́; freti difficultate, plures ſe hoſtibus putabant.nam plena erat ciuitas,multis in eam cõ eſſet tutiſsima,cõfugientibus . Vnde ab Agrippa quoq; præmiſsis ad obſidionem, per menſes ſeptem reſtitere . Veſpaſianus aũt profectus ex Ammaunte , ubi pro Tiberiade poſuerat caſtra(Ammaus autem,ſi quis nomẽ interpretetur, aquę calidę uocantur.Ibi enim eiuſmodi fons eſt, ſanandis corporum uitijs idoneus)Gamalam peruenit.& totam quidem ciuitatem,ita ut diximus poſitam,cuſtodia circũuallare nequibat.quà uero fieri poſſet,excubias collocauit:montemq́; occupat ſuperiorem:in quo milites caſtris,ita ut aſſolet, muro circundatis,opus aggerum poſtremo aggrediunt.Et à parte quidẽ Orientis ſummo ſupra ciuitatẽ loco turris erat:ubi & quintadecima legio,necnon & quinta contra mediam ciuitatẽ operabat. foſſas aũt decima repleuit & uallas.Inter hæc Agrippam regem,cum acceſsiſſet ad muros,eorumq́; defenſoribus de traditione loqui tentaret, funditorum quidam ad dextrum cubitũ lapide percutit . Et ille quidem propterea familiaribus ſuis circumſeptus eſt. Romanos aũt ira ſimul ob regem, ſuiq́; metus ad obſidionem protinus incitauit:nullum Iudæos crudelitatis modum in alienigenas atq; hoſtes prętermiſſum ire credẽtes,qui circa gentilẽ ſuum,& eorum q̃ ipſis cõducerẽt ſuaſorem,tam immanes fuiſſent.Aggeribus autẽ manus multitudine, operisq́; conſuetudine cito perfectis,machinas applicabant.Chares autẽ & Ioſephus (namq; ipſi erant oppidanorum potẽtiſsimi) armatos licet metu perculſos ordinauere:& quanq̃ non diu obſidionem poſſe ſuſtinere arbitrabant,quibus aqua itemq́; alia uſui neceſſaria non ſufficerent, adhortati tamen eos ad mœnia produxerunt.Et pauliſper quidem machinis aduenientib.repugnarunt.baliſtis enim tormentisq́; perculſi, in oppidum receſſerunt . Itaq; Romani tribus ex locis aggreſsi,murum arietibus quatiunt:& qua deiectus fuerat,infuſi magno cum armorum ſtrepitu ac turbarum ſonitu,ipſi quoq; inſuper ululantes cum oppidanis confligebant.illi autẽ ad primos aditus interim pertinaces,Romanis ne ultrà progrederent obſtabant.Cæterũ ui & multitudine ſuperati,undiq; ad excelſa ciuitatis loca fugiunt.deinde reuertentes inſtantibus ſibi hoſtibus incumbunt:illosq́; impingendo per decliuia,locorum difficultate & anguſtia depreſſos interficiebant . Romani aũt cum neq; à uertice imminentibus repugnare , neq; in partẽ aliquam euadere poſſent, pronos eos urgentibus hoſtibus,in domos hoſtiũ plano contiguas refugiebant. ſed hæ repletæ labebant,quod pondus ſuſtinere non poterant: unaq; deiecta multas inferiores,itemq́; illæ alias deturbabant.Ea res plurimos Romanorũ morte conſumpſit.incerti enim quid facerent , q̃uis ſubſidere tecta uiderent,tamen eò conuolabant. atq; ita multi quidẽ ruinis opprimebãtur: non pauci uerò ſubterfugientes,parte corporis mulctabant. Plurimi autem

puluere

puluere ſuffocati moriebantur. Sed ea Gamalenſes pro ſe fieri exiſtimabant: propriaq; incõmoda negligentes, magis inſtabant: hoſtesq; in ſua tecta urgendo cõpellebant. qui uero per anguſtos uiarũ cliuos cecidiſſent, eos telis deſuper miſsis interficiebant. Et ruinæ quidem lapidum copiam, ferrum uero eis mortui hoſtes dabant. cæſorũ enim gladios auferentes, his cõtra ſemineces utebantur. Multi iam procumbentibus tectis, ſemet inde proijciẽdo moriebantur: tergaq; dantibus, ne fuga quidem facilis erat. uiarũ namq; ignorantia, & caligine pulueris alius aliũ nõ agnoſcentes pererrabãt, & circa ſe ſternebantur. Sed illi quidem uix reperto exitu, ab oppido receſſerũt. Veſpaſianus aũt qui laborantibus ſemper interfuit, ſæuiſsimo dolore perculſus, cum ſuper militem ruere ciuitatẽ uideret, propriæ tuitionis oblitus, clàm paulatim ſuperiore in oppido locũ prehendit: ibiq; inter media pericula cũ paucis omnino relinquitur. nec enim aderat tunc ei filius Titus, ad Mutianũ pridẽ in Syriã miſſus. Et dare quidẽ terga, neq; tutũ neq; honeſtũ ſibi putabat. rerum autem quas ab adoleſcẽtia geſſerat, ac propriæ uirtutis memoria, quaſi deo repletus, corpora ſociorum atq; arma condenſat, & cum his bellũ unà à uertice defluens ſuſtinebat: et neq; uirorũ neq; telorum multitudinem formidans manebat, donec eius animi obſtinationem hoſtes diuinã eſſe reputantes, impetũ remiſerunt. illis aũt iam infirmius oppugnantibus, ipſe pedẽ referens, non prius terga oſtendit, q̃ extra muros egreſſus eſt. Plurimi quidẽ Romani milites in ea pugna ceciderunt, & inter eos Ebutius decadarchus, uir non eo tantum prælio quo perijt, ſed ubiq; antea fortiſsimus comprobatus, quiq; plurimis malis Iudęos affeciſſet. In ea pugna centurio quidã nomine Gallus, cum decẽ militibus in quadam domo latuit. Eius autem habitatoribus dum cœnarent, quod in Romanos fuiſſet conſilium populi ſui, inter ſe fabulantibus, hoc audito (nam & ipſe Syrus erat, & hi quos ſecum habebat) nocte illos aggrediũtur: omnibusq; mactatis ad Romanos ſaluus cum militibus euadit. Veſpaſianus aũt mœrere exercitũ aduerſis caſib. uidẽs, quodq; nullam interim tantam experti fuerant cladem: huiusq; rei magis eos pudere, q̃ ſolum ducẽ in periculis reliquiſſent, cõſolandos putabat: de ſe quidem nihil dicens, ne quem uel initio culpaſſe uideret. Oportere autem inquiens, quæ cõmunia eſſent fortiter ferre, naturã belli cogitantes, quodq; nuſquã eueniat ſine cruore victoria, iterũq; habeat fortuna regreſſum. Multis tũc Iudęorũ millibus interfectis, exiguam pro his ſtipem ſe inimicę pepẽdiſſe fortunæ. Atq; ut iactantiũ eſſe, nimis ſecundis reb. inſoleſcere, ita eſſe ignauorum, in offenſionib. trepidare. uelox enim eſt, inquit, in utrunq; mutatio: & ille uir fortis habetur, cuius ſobrius erit animus in reb. quoq; infeliciter geſtis: ut idẽ ſcilicet maneat, rectis conſilijs peccata corrigens. Quanq̃ ea quę nunc acciderũt, neq; mollitia noſtra, neq; Iudæorũ uirtus effecit. nã & illis pugnæ melioris, & nobis deterioris, cauſa fuit difficultas locorũ. Qua in re nimirũ quis reprehẽderit alacritatis ueſtræ temeritatẽ. nam cum hoſtes in excelſiora loca refugiſſent, manus cõtinere debuiſtis, neq; in ſummo uertice cõſtituta ſequi pericula: ſed capta inferiori ciuitate, paulatim eos q̃ refugerãt, ad tutiorem uobis & ſtabilẽ pugnã reuocare. nunc aũt immoderata feſtinatione uincendi, quàm id incautè fieret, nõ curaſtis. Inconſultus autem & furibundus

impetus belli,à Romanis alienus eſt, qui cũcta ordine peritiaq; perficimus, Barbarisq; cõueniens, & quo Iudæi maxime poſsidẽt. Oportet igitur nos ad propriam uirtutẽ recurrere: atq; indignæ offenſioni iraſci potius q̃ mœrere. Optimũ autem quiſq; de ſua manu ſolatium quærat.ita enim fiet, ut & amiſſos ulciſcamur, & in eos à quib.perempti ſunt,uindicemus.Ipſe autem, ita ut nunc feci,experiar æque ac uos pugnando primus ad bella pergere, & nouiſsimus inde diſcedere.Ille quidẽ his dictis recreauit exercitũ.At Gamalenſes bene geſta re,pauliſper animos erexere:quæ nulla ratione, magna magnificeq; prouenerat. mox autẽ reputantes ablatam ſibi eſſe fœderis ſpem, quodq; minime poſſent effugere(iam em̃ uictus eos defecerat)uehementer dolebant,animosq; remiſerant.Nec tñ quatenus ualebant,ſalutem ſuam negligebãt: ſed tam diſturbatas partes muri,qui erant fortiſsimi,q̃ integras, cæteri amplexi cuſtodiebant.Romanis aũt conſtruentibus aggeres, iterũq; tentantibus irruptionem,multi ex ciuitate per ualles deuias , qua nulli cuſtodes erant,& per cloacas diffugiebant: eos , qui metu ne caperẽt ibi remanerẽt, inopia conſumebat.ſolis enim undiq; alimenta qui pugnare poſſent, congerebant. Sed illi quidem in huiuſmodi calamitatibus perdurabant.

Itaburius mons occupatur à Placido. Cap. II

VEſpaſianus aũt inter curas obſidionis, ſubciſiuũ opus aggredit aduerſus eos qui montem Itaburiũ occupauerant,inter campum magnum & Scythopolim ſitum: cuius altitudo quidem xxx ſtadijs conſurgens,ſeptentrionali tractu inacceſſa eſt.in uertice aũt, xx ſtadiorũ planicies patet;tota muro circundata.Hunc aũt tantum ambitũ quadraginta diebus ædificauerat Ioſephus:& alias ei materias, & aquas ſuggerentibus locis inferioribus.ſolam enim incolæ pluuialem habebant. Magna igit̃ in eo multitudine cõgregata, Veſpaſianus Placidũ cũ ſexcẽtis equitibus mittit.Huic aũt ſubeundi quidẽ montis ratio nulla erat.multos aũt fœderis ac ueniæ ſpe hortabat̃ ad pacem:& deſcendebant ad eũ ipſi quoq; inſidias molientes. nam & Placidus eo ſtudio mitiſsime cũ his loquebat̃, ut eos in planicie caperet:illiq; tanq̃ dictis obedientes,ad eum ueniebant,ut incautum aggrederent̃. Vicit tñ aſtutia Placidi.cœpto em̃ à Iudæis prælio,aſsimulat fugam : & poſtq̃ inſequentes ad magnam partem campi pellexit, reflectit in eos equitũ manus:plurimisq; in terga uerſis,aliquos interfecit. ſemotã uero multitudinẽ cæteram,ab aſcenſu prohibet. Itaq; alij quidem Itaburio relicto,in Hieroſolymam refugiebant.indigenę aũt fide accepta,q̃ eis aqua defecerat,& ſe,& montem Placido tradiderunt.

Excidium Gamalæ. Cap.III

APud Gamalam uero degentium audaciſsimi quiq; fuga diſperſi latebant,imbelles autem fame corrumpebant̃. At uerò pugnantium manus obſidionem ſuſtinebat, donec euenit ſecundo & uigeſimo die menſis Octobris, ut tres ex decimaquinta legione milites, circa matutinas uigilias editiſsimam præ cæteris turrim,quæ in ſua parte fuerat, ſubirẽt: eamq; occulte ſuffoderent:cum appoſiti ei cuſtodes neq; adeuntes eos(nox enim erat)nec poſtquam adiere,ſenſiſſent.Iidem autem milites,cauendo ne ſtrepitus fieret,quinq; ſaxis duriſsimis euolutis reſiliũt: ſubitoq; turris cum magno

magno fragore decidit,unaq; cuſtodes præcipitant. At uero qui per alias cuſtodias erant,perturbati fugiebant: multosq; euadere auſos, peremere Romani:inter quos etiam Ioſephũ,ſuper dirutã muri partem quidã iaculo percuſſum,interfecit.Intus aũt in ciuitate degentibus,ſono concuſsis,multus erat pauor atq; diſcurſus, tanq̃ omnes eſſent hoſtes ingreſsi. Tuncq; Chares ægrotus & iacens defecit,cum timoris magnitudo morbum eius plurimum iuuiſſet ad mortẽ.Romani tamen prioris cladis memores, uſq; ad uigeſimã & tertiam diem ſupradicti menſis oppidum non ſunt ingreſsi. Titus autem (iam enim aderat)indignatione uulneris,quod Romanos ſe abſente perculerat,ducentis equitibus præter pedites lectis, otioſe in ciuitatem introiuit. eoq; prætergreſſo,uigiles quidem ubi ſenſerunt,ad arma cum clamore properabant.cognito aũt intus conſtituti eius ingreſſu,alij raptis liberis,trahentes etiam coniuges,cum ululatu & exclamationibus in arcẽ refugiebant: alij Tito occurrentes,ſine intermiſsione trucidabant. qui uerò prohibiti eſſent in arcem recurrere,neſcij quid facerẽt,Romanorũ præſidijs incidebant. ubiq; aũt infinitus erat morientiũ gemitus:perq; prona loca effuſus cruor,totum oppidũ diluebat.In eos aũt,qui arcem occupauerant,omnem Veſpaſianus induxit exercitum.Erat aũt ſaxoſus & acceſſu difficilimus uertex,in immẽſum æditus,& undiq; circũ rupiũ multitudine præceps: unde Romanos ad ſe adeuntes partim telis partim ſaxis deuolutis arcebant Iudæi, cum ipſos in excelſo loco poſitos nullæ ſagittæ contingerent. Verũ ad eorum interitũ diuino munere quodam,turbo exoritur, Romanorũ quidem tela in eos ferens,ipſorum aũt à Romanis repellens,& obliqua traducens:ut neq; in præruptis conſiſtere ꝓpter uiolentiam flatus poſſent,cum nihil eſſet immobile, neq; hoſtes ad ſe accedentes uidere.Itaq; ſupergreſsi Romani, eos circũueniunt:alios quidẽ repugnantes antecapiebant,alios manus dantes.in omnes aũt uehementius ſæuiebant, illorũ memoria quos in primo aggreſſu perdiderant.Multi aũt undiq; circumcluſi,deſperatione ſalutis,filios & coniuges & ſemetipſos in uallẽ præcipites dabant, quæ ſub arce in profundũ patebat. Euenit aũt,ut ipſorũ in ſe qui capti fuerant, immanitate lenior exiſteret iracundia Romanorum. ab his enim quatuor milia perempta ſunt:qui uero ſe præcipitauerunt,quinq; milia ſunt reperti.Neq; quiſquã,præter duas mulieres ſaluus euaſit:quæ ſorores erant,Philippi filiæ: qui Philippus Iachimo genitus erat,inſigni uiro,& qui ſub Agrippa rege dux exercitus fuerat.ſeruatę ſunt aũt,ꝙ excidij tempore Romanorũ impetum latuere.nec enim uel infantibus pepercere, quorũ multos ſinguli raptos ex arce proijciebant. Gamalà quidem hoc modo exciſa eſt,tertio & uigeſimo die menſis Octobris:quę uigeſimo & primo die mẽſis Septembris cœperat rebellare.

Giſcala à Tito capitur. Cap. IIII

IAmq; ſolũ Giſcala oppidulũ Galilææ reſtabat indomitũ:cuius multitudo pacis ſtudio tenebaẽ, quòd erãt pleriq; agricolæ, ſpemq; ſuã ſemper in fructibus collocauerant.non paruæ autem manus latrocinalis permixtione corrupti erant,quo morbo etiam nõnulli ciuium laborabant.Hos autem ad defectionem impellebat atq; conflabat Leuiæ cuiuſdã filius,nomine Iohannes: homo ueneficus & fallax,uariusq; moribus, & im-

moderata ſperare promptus, miroq́; modo quæ ſperaſſet efficiens: atq; omnibus iam cognitus, q̃ affectandæ ſibi potentię cauſa bellum amaret. huic apud Giſcala ſeditioſorum turba parebat: quorum cauſa populus etiam legatos fortaſſe de traditione miſſurus, Romanorum tamen congreſſum in parte belli præſtolabat. At Veſpaſianus contra hos quidem Titum cum equitibus mille, decimam uerò legionẽ circa Scythopolim mittit: cum reliquis autem duabus Cæſaream ipſe regredit, dandam his ex labore continuo requiẽ putans, ex ciuitatũ copijs: eorumq́; corpora, itemq́; animos ad futura certamina exiſtimans eſſe refouendos. nec enim exiguũ ſibi laborem ſupereſſe de Hieroſolymis præuidebat, quæ & regalis eſſet ciuitas, & cũctæ nationi præſtaret. His autẽ qui ex bello fugiſſent in eam confluentibus, etiam naturalis munitio, itemq́; murorũ eius conſtructio, nõ minimam ei ſolicitudinẽ comparabat: cum uirorũ ſpiritum & audaciam, & ſine muris inexpugnabilẽ eſſe cogitaret: ob eamq́; rem milites, uelut athletas, ante certamina oportere curari. Tito aũt ciuitas Giſcala (equitando enim ad eam acceſſerat) aggreſsiõe capi facilis uidebat: ſciens tamen q̃ ea ui capta, paſsim à militib. populus abſumeretur (namq; ſatiatus erat ipſe iam cædibus) miſerans multitudinẽ etiã ipſe ſine ullo diſcrimine cum nocentibus intereuntem, pactione magis ſubigere ciuitatẽ uolebat. Itaq; plenis hominũ muris, quorum pleriq; perditæ factionis erant, mirari ſe ait, quó nam freti conſilio, cunctis iam ciuitatibus captis, illi ſoli Romanorum arma operirent; cum uiderent multo quidem munitiora oppida uno impetu fuiſſe ſubuerſa: ſecuros aũt fortunis ſuis potiri, q̃ Romanorum dextris credidiſſent: quas quidem etiam nunc illis ait ſe porrigere, neq; ob inſolentiam ſuccenſere, quia ſpei libertatis ignoſcẽdum putaret: non tñ, etiamſi quis impoſsibilia uelle perſeueraret. Quòd ſi dictis humanisimis nõ paruiſſent, fidemq́; dextris nõ habuiſſent, experturos arma crudelia: iam iamq́; cognituros eſſe, mœnia ſua ludũ fore machinis Romanorũ, quibus fidentes, ſoli ex Galilæis ſeſe oſtentarent arrogantes eſſe captiuos.

His dictis, populariũ quidem neminem non modò reſpõdere, ſed ne ad murum quidem licuit aſcendere: quia totum latrones occupauerant: & cuſtodes erant portis appoſiti, ne quis uel ad fœdus prodiret, uel equitũ quenq̃ in ciuitatẽ reciperet. Ioannes aũt accipere ſe conditiones ait, & aut perſuaſurũ, aut neceſsitatem belli renitentibus adhibiturũ. Illum tamen diem Iudęorum legi oportere concedi: quoniam ſicut arma mouere, ita etiam de pace cõuenire nefas haberent. Nam & Romanos ſcire, q̃ ab omni ceſſaret opere dierũ ſeptem circuitio, quam ſi temeraſſent, non minus coactos, quàm qui cogerent, piaculum cõmiſſuros, ipſumq́; Titum: nullum enim illi ex mora eſſe dispendium formidandum, q̃ unius noctis ſpacium propter fugæ conſilium ceperit, præſertim cum id obſeruare circũſedentẽ nemo prohibeat: ſibi aũt magnũ eſſe lucrũ, nulla in re deſpicere patrios mores. Et illũ decere, qui pacem nõ ſperantibus indulget, legẽ quoq; ſeruare ſeruatis. His Titũ Ioannes fallere conabaṫ, non tm̃ pro ſeptimi diei religione, quantũ pro ſua ſalute ſolicitus. uerebaṫ autem, ne ſtatim capta ciuitate, ſolus deſtitueret, qui totam in nocte ac fuga uitæ ſpem collocaſſet. Verũ profecto dei nutu in excidiũ Hieroſolymorũ Ioannẽ ſaluũ eſſe cupientis, factũ eſt ut nõ ſolũ induciarũ cauſa

tionem

tionē Titus admitteret, uerumetiā in ſuperiori parte oppidi caſtra poneret, ad Cydœſſam, qui mediterraneus eſt Tyriorū uicus ualidiſsimus, Galilæis ſemper exoſus. Nocte aūt Ioannes, cum nullas Romanorū excubias circa oppidū uideret, arrepta occaſione, nō ſolū his quos circa ſe habebat armatos, ſed etiā ſenioribus plurimis cū familijs abductis, in Hieroſolymā fugiebat. Sed uſq; ad uigeſimū quidem ſtadium fieri poſſe uidebaṫ, ut mulieres ac pueros, aliamq; multitudinē ſecum duceret, homo quem captiuitatis, itemq; ſalutis metus urgeret. ultra uero procedēte eo, relinquebaṫ: & oriebaṫ atrox remanentiū fletus. quanto enim quiſq; longius à ſuis aberat, tanto propiorē ſe hoſtibus eſſe credebat. Iamq; affore qui ſe caperēt exiſtimantes, neceſſario pauitabant: & ad ſtrepitū, quem ipſorū curſus faciebat, aſsidue reſpectabāt, uelut inſtantibus quos fugiſſent: multiq; ſimul ruebant, & circa uiam plurimos certamen præcedentiū conterebat. Miſerabile autem fœminarum & infantium erat exitium. Aut ſi quam iactarent uocem, nōnullæ uiros aut propinquos, ut ſe operirenṫ, orabant. Sed Ioannis exhortatio ſuperabat, ut ſeipſos ſeruarent inclamantis: eoq; confugerent, unde pro remanentib. etiam ſi raperenṫ, pœnas à Romanis peterent. Multitudo quidem eorum qui fugerant, ut cuiq; uiriū fuit, cito diſperſa eſt. Luce uero facta Titus ad muros aderat, fœderis cauſa: populus aūt portis ei patefactis, cum cōiugibus occurrentes, tanq̄ benemerito, & qui cuſtodia ciuitatem liberaſſet, acclamabāt: ſimúlque Ioannis fugam ſignificantes, ut & ſibi parceret obſecrabant, & eos qui ex nouarū rerum cupidis reliqui ſupereſſent, ulciſceretṫ. Ille aūt precibus populi poſtulatus, equitum partem ut Ioannem perſequeretṫ, mittit. Sed eū quidem occupare nequiuere, q̄ antequā uenerant, in Hieroſolymam ſeſe receperat. unà uero fugientiū propè ad duo millia perimunt: mulieres ac pueros paulo minus q̄ tria millia circumactos reducunt. Titus autem indigne ferebat, non ſtatim à Ioanne pœnas fraudis exactas. irato uerò animo ſatis eſſe q̄ ſpe deciderat ad ſolatium putans, captiuorū & qui trucidati fuerant multitudinem, in oppidum cum fauore ingrediṫ: iuſsisq; militibus minimam muri partem iure poſſeſsionis abrumpere, minitando magis q̄ puniendo reprimebat perturbatæ ciuitatis autores. Multos enim propter odia domeſtica, uel ꝓprias inimicitias, delatores innocētię fore credebat, ſi dignos pœna diſcerneret: meliuſq; noxium relinquere metu ſuſpenſum, q̄ immeritum quenquā cum eo perdere, exiſtimabat. Illū enim fortaſsis modeſtiorē futurū, uel metu ſupplicij, uel q̄ erubeſceret præteritorum criminum uenia: ſine cauſa uero morientium pœnas, nullo modo corrigi poſſe. Præſidijs tamen ciuitatē circumdedit, quæ tam nouarum rerum ſtudioſos cōpeſcerent, q̄ pro pace ſentientes, quos ibi relicturus erat, maiore fiducia firmarent. Galilæa quidē tota, poſtquam multo ſudore Romanos exercuit, hoc modo ſubacta eſt.

Hieroſolymitani excidij initium. Cap. V

APud Hieroſolymam uero, ad Ioannis introitū, omnis populus erat effuſus, & circa ſingulos, q̄ unà confugerant, numeroſa turba collecti, quas foris clades experti eſſent, percontabanṫ. Illorū autem feruens quidē adhuc atque interruptus anhelitus, neceſsitatē ſignificabat. Veruntamē in malis quoq; ſibi arrogabant: nō Romanorū

uim fuiſſe dicentes,ſed ſponte ueniſſe,ut cum his ex tutiori loco pugnarent. Inconſultorũ enim atq; inutiliũ eſſe hominũ,incaute pro Giſcalis & inualidis oppidulis periclitari,cũ arma uigorẽq; oporteat pro metropoli ſuſcipere,atq; ſeruare:ſignificando tñ excidiũ Giſcalorum,etiã quam dicebant honeſtam diſceſsionẽ ſuam,ut multi fugam eſſe intelligerẽt,prodiderũt. Auditis aũt quæ captiui pertulere,non mediocris populũ perturbatio tenuit,magnumq; id eſſe argumentũ proprij reputabant excidij. At Ioannes eorũ quidem quos fugiẽtes reliquerat,cauſa minus erubeſcebat. ſingulos aũt circuiẽs ſpe ad bellum incitabat,infirmitatẽ Romanorũ aſſerens,propriasq; uires extollens,& imperitorũ ea cauillatione inſcitiã decipiens,q; etiamſi pennas ſumerent,nunq; Hieroſolymorũ mœnia tranſgrederentur Romani, qui p Galilæorum uicis tanta mala pertuliſſent,atq; in eorum muris machinas cõtriuiſſent. His eius dictis magna quidem corrumpebatur iuuenum manus,prudentiorum aũt atq; ſeniorum nemo erat, qui non futura proſpiciens, uelut iam perditam ciuitatem lugeret. Et populus quidem in ea confuſione tunc erat. At uero per territorium manus agreſtium,ante ſeditionem quæ Hieroſolymis orta eſt,diſcordare iam cœperat. Titus enim à Giſcala Cęſareã, Veſpaſianus aũt à Cæſarea Iamniam & Azotum profectus,utramq; ſubegit:impoſitisq; illic præſidijs,reuertebaẽ,maximam ducens eorum multitudinem, qui ſe fœdere ſociauerant. Singulas aũt ciuitates tumultus bellumq; inteſtinum exagitabat:quantumq; à Rom. reſpiraſſent,in ſemetipſos manus uertebant:cũ inter amatores belli ac pacis cupidos eſſet ſæua cõtentio: dudumq; diſcordiũ pertinacia primo inter domos accenderẽt:deinde inter ſe amiciſsimi populi diſsiderẽt:& ad ſimilia uolentes quiſque conueniens, aperte iam coacta multitudine rebellaret. Itaq; diſſenſiones quidem apud oẽs erant:nouitatis autẽ armorumq; cupientes ſenibus ac ſobrijs iuuentute atq; audacia præſtabant. Primo autem indigenarũ ſinguli prædari cœperunt: deinde ex compoſito cõfertis cuneis,per territorium latrocinabantur:ut quod ad crudelitatem atq; iniuſtitiã ſpectat,nihil à Romanis gentiles abeſſent: atq; ipſis qui uaſtabaẽ,illatum à Romanis excidiũ leuius uideretur. Ciuitatum uerò cuſtodes,partim quia defatigari pigeret,partim odio nationis,aut nulli, aut minimo erant male affectis auxilio:donec rapinarũ ſocietate undiq; cõgregati collegiorũ latrocinalium principes,atq; in agmen cõflati Hieroſolymis irrumpunt. quæ ciuitas à nullo regebaẽ: & more patrio gentiles omnes ſine obſeruatione recipiebat:tunc præcipue cunctis exiſtimantibus, uniuerſos q; ſuperinfluerẽt,adiumẽto ex beneuolẽtia uenire. Quæ quidem res etiam ſine diſſenſione ciuitatẽ poſtea peſſundedit,eo q; iners & inutilis multitudo quę pugnacibus ſufficere poſſent,alimenta conſumpſit:hisq; præter bellum etiã ſeditionẽ famemq; comparauit:alijq; latrones ex agris eò tranſgreſsi,ac multo ſęuioribus quos intus inuenere ſociati,nullũ atrox facinus intermittebãt. Nec enim rapinis & expoliationibus metiebaẽ audaciã,ſed uſque ad cædes ruebant:nõ clàm,neq; per noctẽ,aut quoslibet homines,uerum luce palàm nobiliſsimos quoſq; adoriẽdo. Nam primũ Antipam regij generis uirum,& adeò potentiſsimũ ciuiũ,ut etiã publicos theſauros fidei ſuę permiſſos haberet,cõprehenſum cuſtodiæ tradiderũt:poſt hunc etiam Leuiã quendã,inſignem

gnem uirũ,& Sopham filiũ Raguelis,regalis ſimiliter utrunq; familiæ, omnesq; præterea,qui præſtare alijs uidebant. Grauis aũt metus populũ poſſidebat:& uelut capta ciuitate,ſalutẽ propriam quiſq; curabat.Illi aũt clauſorũ uinculis non fuere contenti,neq; tutum arbitrabant ea potẽtia uiros diutius cuſtodire.nam & ipſos,& domos eorũ non paucis uiris frequentari, ac per hoc ad ulciſcendum eſſe idoneos,& prẽterea rebellaturum fortaſſe populũ, iniquitate cõmotum. Decreto igit eos occidi, mittunt quendam de ſuo numero Ioannem,ad cædes promptiſsimum,qui lingua patria Dorcadis filius dicebat:eumq; alij decem armati gladijs, ſecuti ad carcerẽ, ibi quos reperiſſent interficiunt.Fingebant aũt huius immaniſsimi ſceleris cauſam,cum Romanis eos de traditione ciuitatis collocutos fuiſſe,cõmunisq; libertatis proditores interemiſſe dicebant,prorſus, ut audacia ſua tanq; ſeruatores ciuitatis,ac bene de ea meriti gloriarent. Euenit autem populum quidem ad hoc humilitatis ac formidinis,illos uerò inſolentiæ progredi,ut in eorũ eſſet arbitrio etiam pontificum deſignatio.deniq; familijs abrogatis,unde per ſucceſsionem pontifices creabant,incognitos atq; ignobiles conſtituebant, ut impiorũ facinorũ ſocios haberent. nam qui ſupra meritũ ſummos honores adepti erant,his obediebãt neceſſario, qui ſibi eos præſtiterãt:qm & dignitate præditos,uarijs machinis fictisq; ſermonibus cõmittebant,opportunitatem ſibi ex eorũ qui ſe prohibere poterant,contentione captantes : donec hominũ perſecutione ſatiati, in diuinitatẽ contumelias tranſtulerunt, pedibusq; pollutis in ſanctũ locũ introire cœperunt.Iam uerò populo cõtra eos cõcitato(namq; autor erat Ananus,æuo maximus pontificũ,itemq; ſapientiſsimus:& qui fortaſsis ciuitatẽ conſeruaſſet,ſi inſidiatorũ manus potuiſſet effugere)illi templũ dei aduerſus populi turbam, caſtellũ ac profugiũ ſibi facere,quod pro domicilio habebant tyrannidis . Acerbis aũt malis admiſcebatur etiã cauillatio,quæ præ cæteris eorũ factis erat dolori. tentando enim quanto metu populus teneret,ſuasq; uires explorãdo, ſorte põtifices creare conati ſunt,cũ his(ut diximus)ex familijs ſucceſsio deberet. huic aũt fraudi mos antiquus obtendebat. nam & olim ſorte põtificatũ deferri ſolitũ fuiſſe dicebant.re aũt uera,legis erat abrogatio firmioris, per eos qui ad potẽtiam deſignandorũ magiſtratuũ licentiam cõpararent.Itaq; una ſacratarũ tribuũ accita quæ Eniachin appellat,pontificem ſortiebant: caſuq; ſors exit hominiper quẽ maximè eorũ iniquitas demõſtrata eſt,Phani cuidam,filio Samuelis,ex uico Aphthaſi, non ſolũ non ex põtificibus orto, ſed apertè quid eſſet pontificatus, propter ruſticitatẽ penitus neſcienti. Deniq; inuitũ eum rure abſtractũ,ut in ſcena fieri ſolet,aliena ornauere pſona:indutũq; ſacra ueſte, qd facere deberet,ſubito inſtituebant:ludumq; & iocũ eſſe tantum nefas arbitrabant.cæteri uero ſacerdotes,procul ſpectantes ludibrio legem haberi, lacrymas uix tenebant,honoresq; ſacrorũ ſolui grauiter ingemebant. Populus aũt hanc eorum audaciam nõ tulit,ſed omnes quaſi ad deponendam tyrannidem animos intenderant.nam qui præſtare cæteris uidebant, Gorion Ioſephi filius,& Simeon Gamalielis,tam ſingulos circumeũtes,quàm ſimul uniuerſos in concionibus hortabant,quo tandem aliquando libertatis corruptores ultum irent,ſanctumq; locũ ab hominibus ſceleratis purgare properarent

perarent. Pontifices etiã probatiſsimi, Gamala quidem filius Ieſu, Anani autem Ananus, populũ frequẽter in cœtib. exprobrando eius ſegnitiẽ, contra Zelotas excitauerunt. ita enim ſe ipſi uocabãt, uti bonarũ profeſsionũ æmuli, ac non qui peſsimam facinorũ immanitatem ſuperaſſent. Itaq; in concionem populo congregato, cunctisq; indignantib. occupationes ſanctorum, itemq; rapinas & cædes, nondũ aũt promptis ad ulciſcendũ, ꝓpterea ꝙ inexpugnabiles (id enim uerũ erat) Zelotæ putabantur, ſtans inter eos medius Ananus, & ad legẽ crebro reſpectans, cum lacrymis oppleſſet oculos: Equidem, inquit, mori potius deberẽ, quàm dei domiciliũ uidere tantis refertum piaculis: atq; inacceſſa & ſancta loca ſceleratorũ pedibus frequentari: uerùm tamen ſacerdotali ueſte amictus, & ſanctiſsimũ uenerabiliũ nominũ ferens, uiuo: atq; animæ amore teneor, nec ꝓ ſenectute quidem mea mortẽ ſuſtinẽs glorioſam. Igitur ſolus ibo, & tanquã in ſolitudine animam meam ſolam dabo pro deo. nam quid opus eſt uiuere in populo, clades ſuas minime ſentiente, & apud quos mala præſentia nemo prohibet? ſiquidẽ ſpoliati patimini, ac uerberati reticetis, & ne gemitu quidẽ aperto quiſquã proſequitur interemptos. O acerbam dominationẽ. Quid de tyrannis querar? Nunquid nõ à uobis ueſtra potẽtia nutriti ſunt? nunquid non deſpectis qui primi erant, cum adhuc pauci eſſent, uos dum tacetis, plures eos feciſtis? atq; illis armatis quieſcentes, in uoſmetipſos arma uertiſtis? cum primos eorũ conatus oportuiſſet infringi, quando cognatos conuitijs appetebant. Vos aũt negligendo, ad deprędationẽ noxios irritaſtis, quia uaſtatarũ ędiũ nulla ratio erat. Itaq; iam domini ipſi rapiebant, eisq; cum per mediam ciuitatẽ traherent, nemo erat auxilio. Illi aũt à uobis proditos, etiam uinculis affecere: non dico quales & quantos, ſed ꝙ non accuſatos, indemnatos, uinctos nemo adiuuit. reſtabat eoſdem uidere trucidari. hoc etiam uidimus: uelut è grege brutorum animalium cum prędipua quæq; duceretur hoſtia, ne uocem quidẽ quiſquam emiſit, nedum dexteram mouit. Patiemini ergo, patiemini, etiã ſancta conculcari uidentes? Cumq; omnes audaciæ gradus nefarijs hominibus ſubieceritis, eorũ præſtantiam reueremini? nunc enim profecto ad maiora procederent, ſi quid maius quod euerterent inueniretur. Tenetur quidẽ munitiſsimus ciuitatis locus, fanũ appellatione, re arx quædam ſiue caſtellũ. Tãta igitur contra uos tyrannide munita, & inimicis ſuper uerticẽ poſitis, ut uidetis, qd cogitatis? aut quibus ueſtras ſententias applicatis? An Romanos exſpectatis, ut ſanctis ueſtris opitulentur? Ita quidẽ ſe noſtræ ciuitatis habent res, eoq; iam calamitatis uentũ eſt, ut miſereatur noſtri etiam hoſtis. Nõ exurgetis ó miſeri reſpectisq; uulneribus ueſtris, quod etiã feras beſtias facere uidemus, nõ ultum ibitis in hos, qui uos percuſſere? Nõ ſuas quiſq; recordabitur clades, & ante oculos poſitis quæ ꝓtulerit, ad ultionẽ animos acuet? Perijt apud uos (ni fallor) affectionũ omniũ cariſsima, & maxime naturalis, cupiditas libertatis. ſeruitutis aũt ac dominorũ amantes facti ſumus, tanquã ſubiugari à maiorib. didicerimus. Atq; illi quidẽ multa & maxima bella, ut in libertate uiuerent, pertulerũt, ne aut Aegyptiorũ aut Medorũ potẽtiæ cederent, dummodo ne facerẽt quæ iuberentur. Et quid opus eſt de maioribus loqui? Hoc ipſum bellũ quod cum Romanis nunc gerimus, utrum cõmode an contra incommode

cõmode non referam, palàm quid habet cauſæ, niſi libertatem? Ergo qui dominis totius orbis ſeruire non patimur, gentiles noſtros ferimus tyrannos? Quanq̃ externis obedientes, ad fortunam ſemel id referunt, cuius iniuria uicti ſunt. At uero peſsimis ſuorum cedere, ignauorum eſt, & cupientium ſeruiendi. Ad hæc autẽ, quia Romanorũ mentio facta eſt, non uos celabo, quid dum loquor interuenerit, mentẽq; retraxerit: quod etiam ſi ab his capti fuerimus (abſit aũt huius dicti periculum) nihil acerbius experiemur, quàm iſti nos affecere. Quo pacto aũt non lacrymis dignum ſit, illorũ quidem in templo donaria cernere, gentiliũ uero ſpolia, qui nobilitatẽ huius maximæ omnium ciuitatis compilauerunt: eosq; uiros trucidatos uideri, quibus etiã illi poſt uictoriam obtemperaſſent? Et Romanos quidem nunq̃ tranſgredi auſos eſſe limitem profanorũ, aut ſacratæ quicq̃ conſuetudinis præterire: ſanctorum autem ambitum, quamuis procul aſpectum perhorreſcere: quoſdã uero in his locis natos, ac ſub noſtris moribus educatos, & qui Iudæi uocentur, inter media ſancta deambulare, manibus adhuc ſuis gentili cæde calẽtibus? Quis igitur externum bellum metuat, ex cõparatione domeſtici? Multo nobis æquior eſt hoſtis. nam ſi proprie rebus ſunt aptanda uocabula, fortaſſe reperietur, legum quidem conſeruatores nobis fuiſſe Romanos, hoſtes uero intus haberi. Verũ hos inſidiatores libertatis exitio deberi, neq; facinorum eorum dignũ excogitari poſſe ſupplicium, certũ eſt: idemq; omnib. uobis, & ante orationem meam eſſe perſuaſum, atq; ipſis uos rebus quas pertuliſtis, in eos eſſe cõmotos. pleriq; aũt fortaſſe multitudinem eorũ, atq; audaciam reformidant: & præterea ꝙ in loco ſuperiore conſiſtunt. Sed hęc ut ueſtra negligentia conflata ſunt, ita nunc magis proficient, ſi morabimur. nam & numerus illorum in dies ſingulos alitur, eo ꝙ nequiſsimus quiſq; ad ſimiles profugiat: & audaciam plus accendit, ꝙ nullum adhuc eius impedimentum interuenit: locoq; ſuperiore utentur, & quidẽ cum apparatu, ſi his tempus demus. Quòd ſi aduerſus eos ire cœperimus, humiliores erunt, mihi credite, cõſcientia: & celſioris loci beneficiũ, reputatio ſcelerũ perdet. Fortaſſe aũt dei pariter ſpreta maieſtas, in ipſos tela retorſerit, ſuisq; miſsilibus conſumentur impij. Videãt nos tantũmodo, & deiecti ſunt: quanq̃ pulchrum eſt, ut etiã ſi quod periculũ immineat, pro ſacris ianuis moriamur: ac ſi nõ liberis & coniugibus, pro deo tñ eiusq; ſanctis animas profundamus. Præbebo aũt manũ, atq; ſententiã: & neq; conſiliũ uobis ullũ deerit ad cautionẽ, neq; me corpori meo parcere uidebitis. His Ananus contra Zelotas populũ hortabatur: non quidẽ neſciens iam expugnari uix poſſe propter multitudinẽ ac iuuentutẽ animorumq; pertinaciam, multoq; magis ꝓpter conſcientiã commiſſorũ: nec enim conceſſum iri ueniã his quæ perpetrauerant, ſperabãt: ueruntamen quiduis perpeti præſtabilius exiſtimabat, q̃ in tanta rerũ perturbatione remp. negligere. Populus aũt duci ſe clamabat in eos, cõtra quos rogabatur: & ad ſubeũda pericula quiſq; promptus erat. Sed dum Ananus magis idoneos diſcerneret, atq; ordinaret ad prælium, Zelotæ cunctis conatib. eius cognitis (certos enim qui omnia ſibi nunciarẽt habebant) in pontificẽ commouent: ac modo ꝓ cuneos modo ſimul uniuerſi ꝓſiliunt: neq; obuio cuiq̃ parcebat. Cito autẽ & Ananus populum congregauit, multitudine quidem

ſuperio-

ſuperiorem:armis uero conſtipatis,nõ erant Zelotæ inferiores.alacritas uerò,quod deerat, in utriſq; ſupplebat. nam & ciues armis iram conceperant fortiorem:& qui de templo exierant, quauis multitudine maiorẽ audaciam. quippe illi quidem habitare ſe in ciuitate minime poſſe arbitrabant̃, niſi Zelotas eximerent: hi uero niſi uiciſſent, nullum ſe non ſubituros eſſe ſupplicium.Manus aũt conſeruere,pro ducibus obedientes motibus animorũ.Et primo quidẽ in ciuitate ac pro templo eminus miſsis lapidibus ſemet inuicẽ appetebant.ſi uero aliqua pars terga uertiſſet,uictores gladijs utebant̃. cũq; plurimi ſauciarent̃,multæ cædes utrobiq; fiebant.Et populares quidẽ in domos referebant̃ à ſuis.Zelotarũ autem quicunq; uulneratus fuiſſet, in templum aſcendebat,ſacram humũ cruore perfundens,ut ſolo eorum ſanguine uiolatam religionẽ recte quis dixerit. Semper quidem latrones excurrendo in cõgreſsionibus præualebãt.Irati uerò populares, proficiẽte quotidie numero ſuo,cum deſides increparent,quiq; à tergo ſequebant̃, nõ aperiendo fugientibus uiam inuitos eos repugnare cõpellerent, uniuerſos quidẽ ſuos in hoſtes conuertunt.illis aũt,quia uim ferre nõ poterant, paulatim ad templum recedentibus,irrumpit unà cum ſocijs Ananus.Vnde factũ eſt,ut eos ꝙ ambitu exteriori expulſi eſſent,metus inuaderet:ideoq; in murum interiorem fuga recepti,mature ianuas occluderent. Verũ Anano portis quidẽ ſacris manus afferre non placebat,hoſtibus quoq; deſuper tela torquentibus, nefas eſſe exiſtimanti,etiamſi uiciſſet,non luſtratũ prius populum introducere.Ex omni aũt ſuorum multitudine ſex ferè armatorum milia ſortitus, cuſtodes eos in porticibus collocat.his aũt qui ſuccenderent, in excubijs alios per ordinem ponit.Multi aũt honeſtorum ab optimatibus ad id electi,mercede conductos pauperes uice ſua præſidijs deſtinabant. Fit aũt his omnib. exitij cauſa Ioannes,quem ex Giſcalis effugiſſe prædiximus.is enim dolis plenus,& uehementẽ dominationis cupiditatẽ mente circumferẽs, iamdudum rebus cõmunibus moliebat̃ inſidias. Itaq; tunc eadem qnæ populus ſentire ſe ſimulans,aderat Anano:tam diebus cum proceribus capienti conſilium, quàm noctibus peragranti cuſtodias:omniaq; ſecreta Zelotis renunciabat: nullumq; populi conſilium non prius q̃ caperetur,inimici ſciebant eius indicio.immoderatis uero & Ananũ, & populi principes placabat obſequijs, ne in aliquam ſuſpicionem ueniret affectans.Sed hæc eius honorificentia in contrarium uertebat̃.Erat enim ex adulationũ uarietate ſuſpectior: eoq; ipſo quod etiam nõ accitus aſsiduus erat,arcanorũ proditor habebat̃.Etenim perſpiciebat Ananus,omnia ſua conſilia hoſtes intelligere: & quæ Ioannes faceret,ſuſpicionẽ proditionis habebant. ſubmouere aũt illum non erat facile,neq; poſsibile, ꝙ malitia præualeret:ac præter hoc multorũ non ignobilium, qui ſummis rebus adhibebant̃, patrocinio ſuccinctus erat. Viſum eſt igit̃ ab eo ſacramentum beneuolentiæ cauſa peti:nihilq; dubitans,& fidẽ populo ſe ſeruaturũ iurauit,neq; factum eius inimicis ullũ,neq; conſiliũ prodi turum:unaq; deponendis rebellibus,& manu & uoluntate operam collaturũ.Itaq; Ananus eiusq; ſocij, quoniã iurato crediderũt, nulla iam ſuſpiciõe ſuis eum conſilijs adhibebant:moxq; ab ijſdem concordiæ cauſa legatus intromittitur ad Zelotas.curæ namq; habebãt, ne fanum culpa ſua polluer̃t,

né uo

neue quiſquã in eo procũberet Iudæorũ. Ille aũt, quaſi Zelotis ac nõ contrà pro beneuolẽtia iurauiſſet, ingreſſus ad eos, medius cõſtitit: & ſæpe quidem ſe illorũ cauſa in magno periculo fuiſſe dixit, ne quid ſecretorũ ignorarent, quæ in eos Ananus cũ ſocijs cogitaſſet. nunc aũt ingens cum ipſis omnibus ſubiturũ eſſe diſcrimen, niſi diuinũ quoddã præſto fuerit auxiliũ. nihil enim iam morari Ananũ: ſed perſuaſiſſe quidem populo, ad Veſpaſianum legatos mittere, ut ad capiendã ciuitatẽ quamprimũ uenire properaret, indixiſſe autẽ luſtrationẽ poſtero die, ut religiõe ſimulata intromiſsi, uel etiã ui prælio manus conſererent. Se autẽ non uidere, q̃ diu aut obſidionem ſuſtinebunt, aut cum tanta manu acie cõgrediẽtur. Ad hæc addebat, quod ipſe dei prouidentia trãſactionis eſſet cauſa legatus. hanc enim ſpem Ananum his proponere, quo nihil ſuſpicantes eos ſubito aggrederetur. Itaq; oportere, ſi quis habendam uitæ rationem duceret, aut obſidentibus ſupplicare, aut foris aliquod præſidiũ petere. Quos aũt ſi uicti eſſent, ueniæ ſpes foueret, immemores audaciæ ſuę credere, ſimul ac factores pœnituerit admiſſorum, in gratiam ſtatim eos qui perpeſsi ſunt redituros. Sed nocẽtiũ quidem ſæpe inuiſam etiam pœnitudinem fieri, læſis autem iram in licentia ſæuiorem: imminere autem illis ait interfectorum amicos atq; cognatos, totũq; populum pro diſſolutis legibus ac iudicijs indignatione flagrantẽ: ubi etiam ſi qua pars miſericordiæ fuerit, maiori eam iraſcentium turbæ ceſſuram. Talia quidẽ uariabat Ioannes, terrorem incutiens multitudini. externum uerò auxiliũ aperte quidem indicare quod diceret non audebat: Idumæos autem ſignificabat. utq; principes Zelotarum priuatim etiam commoueret, crudelitatis Ananum arguebat, ipſis eum maxime minitari confirmans.

Idumæorum aduentus pro Hieroſolymitanis & acta. Cap. VI

Rant aũt Eleazarus Simonis filius, qui etiã prẽter alios idoneus eſſe uidẽbatur & rectè cõſulere, & quę cõſuluiſſet efficere, itẽq; Zacharias filius Amphicali, uterq; à ſacerdotibus genus ducẽs. Hi præter cõmunes, etiã priuatis interminationibus cognitis, quodq; Anani factio potentiæ ſibi cõparandæ cauſa Romanos accerſeret (nam & hoc Ioannes affinxerat) diu quidẽ quid agerẽt dubitabãt, anguſtijs tẽporis cõcluſi. populũ em haud multo poſt eos aggredi paratũ eſſe cogitabãt: externi uero ſubſidij facultatẽ, inſidiarũ ſibi celeritate prẽreptã: priusq; fore ut omnia paterent, q̃ auxiliariũ quisq̃ iſta cognoſceret. aduocari tamẽ Idumæos placuit. ſcriptaq; breuiter epiſtola, q̃ circũuẽto populo Ananus uellet Romanis metropolim ꝓdere: ipſi aũt pro libertate diſsidẽtes, in tẽplo obſiderent: minimũq; tẽporis ſalutẽ ſibi promitteret: ac niſi mature ſubuenirẽt, ipſos quidẽ Anano atq; inimicis, at uero ciuitatẽ Romanis ilico ſubiugandã: pleraq; nũcijs ad rectores Idumæorũ referẽda mandãt. Ad hoc aũt lecti ſunt duo uiri ſtrenui, & dicendi peritiſsimi, & ad perſuadẽdũ ſatis idonei: quodq; his rebus eſſet utilius pedum uelocitate prẽſtãtes. nã Idumęos cõfeſtim parituros certũ erat, q̃ turbarum cupiẽs & incõdita eſſet natio, ſemperq; ad motus facilis atq; ſuſpẽſa, & rerũ mutationib. lęta, minimisq; petentiũ blanditijs ad bella prõptiſsima: & uelut ad feſtorũ quandã ſolennitatẽ, ſic ad prælia properãs. celeritatẽ autem nũcij exigebãt: atq; iſtis nihil deerat alacritatis, uterq; autem Ananias uoca-

batur. Iāq; apud rectores aderāt Idumęorū. Illi aūt simul epistola mādatisq; attoniti, quasi furibūdi circūcursare gentē, militiāq; denunciare cœperunt. Itaq; mox & dicto citius multitudo cōuenerat, omnesq; pro libertate metropoleos arma rapiebāt. Cōgregati aūt propè ad x x M, cum ducibus quatuor Hierosolymā ueniunt: hoc est Ioāne & Iacobo Sosæ filijs, & præterea Simone Cathlæ, & Phinea Clusoth filijs. Ananū aūt profectio legatorū, itēq; uigiles eius latuit, sed nō etiā impetus Iudæorū. hoc em̄ antè cognito, portas eis clausit, & muris custodes apposuit. nō tamē uisum est bello cū his congredi, sed uerbis eis ante psuadere cōcordiā. Stans ergo in aduersa turri Iesus, post Ananū æuo pontificū maximus. Cū multæ, inquit, & uariæ turbæ tenuerint ciuitatē, in nulla re sic miranda fortuna est, ut in eo, q̄ pessimis etiā inopinata cōspirāt. etenim perditissimis hominib. cōtra nos auxilio ueniistis, tanta cū alacritate, quanta nec in Barbaros aduocāte uos metropoli uenire decuisset. Et si quidē uiderē consensionē uestram similē esse horū hominū qui uos rogauerūt, nō existimarē impetū carere ratione. nihil em̄ æque ac morū cognatio concordiā firmat. Nunc uero illi quidē, si quis eorū singulos explorauerit, mille mortibus digni reperient. nam ludibria & purgamenta totius rusticæ plebis, luxu absumptis patrimonijs suis, postq̄ in uicis & ciuitatib. proximis audaciā exercuere, postremo in sacrā ciuitatē clām influxere ut latrones, solūq; religiosum immanitate polluerūt scelerū: eosq; uideas sine metu inter sancta ebrios, & auiditate uētris peremptorū spolia cōsumentes. uestra uero multitudo armatorūq; talis ornatus est, qualē deceret esse, si publico uos cōsilio metropolis inuitaret, in alienigenas laturos auxilia. quid igitur hoc esse quis dixerit, nisi fortunæ iniuriā: cū pro nequissimis cōuenisse & integræ nationis uestræ arma uideant cōspirare? Iamdudū quidē reperire nequeo, quid nam fuerit quod uos tā cito cōmouerit. nec em̄ sine magna causa fieri potuisset ut arma pro latronib. aduersus cognatū populū caperetis. quid? Romanos audistis & proditionē? his enim quidā uestrum obstrepebant nunc, liberādæ metropoleos causa uenisse dicentes. unde mirati sumus præter alia, noxiorum tale cōmentū. uiros em̄ natura libertatis amatores, eoq; cū externis hostibus pugnare paratissimos, aliter cōtra nos efferare nō poterāt, q̄ uastatæ libertatis proditione mētita. Sed em̄ uos cōsiderare oportet, qui nos insimulauerint: fidemq; in nos ueritatis ex rebus cōmunibus, non ex ficto sermone colligere. Quid enim passi, nunc demū nos dedimus Romanis, cum ab initio licuerit aut ab his nō deficere, aut quia defecimus, cito redire in gratiā, priusq̄ circa nos omnia uastarent? nāq; iā, ne uolentib. quidē nobis, transactio facilis est: cum & superbos eos effecerit Galilæa sub iugū missa: morteq; grauiorem afferat turpitudinē, appropinquātes placare. Equidē quod in me est, pacem morti antepono. semel aūt bello appetitus, postq̄ pugna cōmissa est, glorioſam mortē uita captiui existimo potiorē. Sed utrum nos populi principes aiunt clām misisse aliquē ad Romanos, an etiā totum populū cōmuni suffragio? Siquidē nobis dicāt, quos amicos miserimus, qui serui fuerint proditionis ministri. Cum iret aliquis deprehensus est, rediens captus est, literas nacti sunt? Quemadmodū aūt tantam ciuium multitudinem lateremus, cum quibus omni hora uersaremur? Paucis aūt, atq; his inclusis, qui de templo ne in

ciuitatem

ciuitatẽ quidem prodire poſſent, quo pacto ſunt cognita, quæ occulte extra ciuitatẽ fierent? An uero nunc cognouere, quando auſorum pœnæ reddendæ ſunt? donec aũt ſine metu fuere, neminẽ noſtrum proditorẽ ſuſpicabanť? Sin ad populũ cauſam referunt, publicũ habuit nempe cõcilium, nemo aberat cõcioni: ideoq; manifeſtior ad uos nuncius fama citius properaſſet. Quid aũt opus erat legatos mittere, cum certa nobis eſſet de tranſactione ſentẽtia? Et quis deſignatus ſit dicant. Sed hæ quidẽ male perituroru, & inſtantes pœnas euitare cupiẽtiũ cauſationes ſunt. Quin etiã ſi ciuitatẽ prodi in fatis eſſet, id quoq; ipſos qui nos criminanť auſuros opinor: quorũ audaciæ unum malum uidetť deeſſe proditio. Vos aũt oportet, quia ſemel cũ armis adeſtis, primum (id quod eſt iuſtiſsimũ) iuuare metropolim, et unà nobiſcũ tyrãnos eximere, per quos iudicia diſſoluta ſunt: qui calcatis legib. iura ſuis gladijs perſequuntur: deniq; nobiles uiros nõ incuſatos, ex medio raptos foro, primũ uinculis cruciarũt: deinde nõ uoce neq; prece eorũ morati, neci tradiderunt. Licet aũt uobis nõ belli lege ingreſsis, horũ uidere argumentũ, quæ dixi, deſolatas domos rapinis, cõiuges in ueſte lugubri ac familias peremptorũ, & per totam ciuitatẽ ululatus & fletus. nullus enim non perſecutionẽ expertus eſt impiorum. Qui ad hoc inſaniæ prorupere, ut latrocinalem audaciam nõ ſolum ex agris atq; alienis ciuitatibus in hanc, quæ & caput & facies gẽtis eſt, ſed in phanum etiã ex ciuitate transferrent. Deniq; hoc ſibi & ad excurſus et ad perfugium elegerunt, isq; fiſcus illis eſt eorũ quæ in nos cõparantur: & locus toti orbi terræ uenerabilis, quiq; ab uniuerſis alienigenis, ab extremo limite mundi ueniẽtibus, honoratť, per hæc quæ apud nos nata ſunt portenta conculcatur. Exultant aũt rebus deſperatis, populos committi populis, & ciuitatibus ciuitates, gentesq; in ſua uiſcera delectũ habere, cũ debueritis (ut dixi) quod factu eſſet optimum ac deceret, nobiſcum nocentes eximere: atq; hanc ipſam fallaciam ultum ire, quod auxilio uos aduocare auſi ſunt, quos metuere uindices debuiſſent. Quòd ſi eiuſmodi hominũ preces reuerendas putatis, attamen licet uobis armis depoſitis, cognatorũ habitu introire ciuitatem: medioq; inter hoſtes atq; auxiliares ſuſcepto nomine, de noſtris diſcordijs iudicare: quanquam reputate quid habebunt cõmodi, cum de manifeſtis ac tantis criminibus apud uos cauſam dicturi ſunt, qui hominibus non accuſatis, ne uerbum quidẽ facere permiſere. Ferant igitur hanc ex ueſtro aduentu gratiã. Si uero neq; nobiſcum indignari neq; iudicare uultis, tertiũ reſtat, ut relictis utriſq; partibus, nec noſtris cladibus inſultetis, nec cum inſidiatoribus metropoleos maneatis. Nam etſi maxime quenq; noſtrũ ſuſpicamini Romanis collocutũ, obſeruare uobis itinera licet: tũq; demũ tueri metropolim, cum factum aliquid huiuſmodi patuerit, quale delatũ eſt, & in autores eius, ſi conuicti fuerint, uindicare. Nõ emi uos præueniunt hoſtes, iuxta ciuitatem ſedibus poſitis. Sin horũ nihil uobis gratũ aut mediocre uidetur, ne portarũ clauſtra miremini, quatenus arma portabitis. Hæc quidẽ Ieſus loquebať. Idumæorum aũt multitudo nequaq; animum aduertebat, ardens iracũdia, quòd non paratũ habuiſſet introitũ: proq; armis inter ſe duces indignabantur, captiuitatem eſſe exiſtimantes, ſi ea quibuſdam iubentibus depoſuiſſent. Vnus autem ducum Simon filius Cathlæ, uix placato ſuorum tumultu, ſtans in eo

loco unde exaudiri à pontificib. posset, nõ iã mirari se ait, si libertatis propugnatores in tẽplo obsiderent incluſi, cũ illi cunctæ genti cõmunẽ clauserint ciuitatẽ: & Romanos quidẽ fortasse, coronatis etiã portis recipere sint parati, Idumęos aũt ex turribus alloquant, captaq; iubeant pro libertate arma proijcere: cognatisq; non credentes custodiã ciuitatis, iudices eos discordiarũ fieri uelint: & alios accusando q̃ indemnatos ciues occiderint, ipsi totã damnẽt ignominia nationẽ. deniq; urbem omnib. alienigenis religionis causã patentem, nunc domesticis præclusistis. Valde em̃ contra uos festinabamus, & ad gerendum cum gentilibus bellũ: qui ob hoc adesse properauimus, ut uos seruaremus liberos. Nempe taliter uos etiã hi q̃os obsidetis lęsere, tamq; ueriſi miles puto suspiciões in illos quoq; colligitis. Deinde q̃ reip. defensores sunt intus in custodia tenentes, genere cõiunctissimis gentibus simul uniuersis ciuitatem præclusam tyrannidẽ perferre dicitis, cũ tam cõtumelioſis nos iubeatis obtẽperare præceptis: nomenq; potentiæ alijs, qui uos tyrannos patiunt, annectitis. Quis cauillationẽ uestri sermonis tulerit, cum rerum repugnantiã uideat? Etenim uobis etiam nunc Idumæos excludentibus ciuitate (namque ipsi nos à patrijs sacris arcetis) recte quis eos incusauerit qui custodiũtur in templo, q̃ cum ausi essent plectere proditores, quos uiros nobiles & innocentes pro societate facinoris dictitatis, nõ à uobis inceperint, summaq; proditionis membra præciderint? Sed licet illi molliores quàm res poscebat inuenti sint, nos tamen domiciliũ dei seruabimus Idumæi, & pro cõmuni patria propugnabimus: tamq; foris irruentes, q̃ intus insidiãtes, hostes pariter ulciscemur. Hic aũt manebimus pro muris armati, donec aut uos Romani respiciendo liberent, aut ipsi recuperata libertatis cura mutemini.

De clade Iudæorum ab Idumæis facta. Cap. VII

His dictis Idumæorũ quidẽ multitudo clamore cõsensit: Iesus aũt tristis recessit, cum nec Idumęos quicq̃ sentire moderatũ, & duplici bello oppugnari ciuitatẽ uideret. Quippe nec Idumæorũ tumor & Spiritus quiescebat, indigne ferentiũ cõtumeliã q̃ essent ciuitate prohibiti: & q̃ Zelotarũ uires esse firmas crediderãt, erubescentiũ, postq̃ nihil eos sibi auxiliari posse uiderẽt, ut iam ueniſſe pœniteret. Pudor autem nulla re penitus gesta redeundi, pœnitudinem superabat. Itaq; ibidẽ prope murum temere tabernaculis positis, manendũ esse statuere. Infinita uerò hyems nocte illa uenit, uentiq; uioléti cum imbribus orti sunt, & crebra fulgura, horrendaq; tonitrua, cõcussæq; terræ uasti mugitus: certũq; erat apud omnes, hominũ exitio mundi statum esse turbatũ, neq; paruum quid rerum hæc signa portẽdere. Vna uerò Idumæis & oppidanis erat opinio: illis quidẽ irasci deũ militiæ causa, exiſtimantibus: neq; se posse euadere, si aduersus metropolim arma mouiſſent: Anano aũt eiusq; socijs, etiã sine prælio uiciſſe, demq; pro se bellũ administrare credẽtibus. Sed profecto falsi erãt interpretes futurorũ, & quæ sui passuri essent, cõtra hostes fore diuinabãt. Verũ Idumæi quidẽ cateruatim densatis corporibus inuicẽ sese fouebãt, scutisq; contextis protecti capita, minus pluuia lædebãtur: Zelotæ autem magis illorum quàm suo periculo cruciabantur: collectiq; deliberabant, si quam reperire subsidij machinam illis possent. Horũ aũt ardentioribus uidebatur, ui armo

rum

rum cuſtodes inuadere: atq; in ciuitatẽ impetu facto palã portas auxiliatoribus aperire. nã & cuſtodes eximprouiſo, & q̃ plures inermes ac belli expertes eſſent, facile turbatũ iri, & multitudinẽ ciuiũ difficulter colligi poſſe: quoniam domi quiſq; propter hyemẽ cõtineret. quin etſi periculũ aliquod interuenerit, quis ſubire ſatius q̃ negligere tot copias ſui cauſa turpiter perituras atqui prudẽtiores erãt, uim adhiberi diſſuadebãt. nõ em̃ ſui tantũ cauſa cuſtodes ampliari, ſed etiã ciuitatis murũ uidebãt propter Idumæos diligẽtius cuſtodiri: & ubiq; adeſſe Ananũ, omnibusq; horis inuiſere cuſtodias exiſtimabant. ſed hoc alijs noctib. ita habuerat. illa uero, nõ ſua deſidia requieuerat, ſed ut & ipſe & cuſtodũ manus fato duce interirẽt. Nãq; iã nocte prouecta, & gliſcẽte hyeme, cuſtodes in porticu diſpoſitos opprimit ſomnus. At Zelotis conſiliũ ſubit, ut ferris tẽplo ſacratis portarũ uectes ſecarẽt. affuit aũt illis, ne exaudiret crepitus, uentorũ ſonus, & crebra tonitrua: fanoq; egreſſi, ad murũ clanculo ueniũt: ſeratãq; portã, quæ uerſus Idumæos erat, aperiunt. Illi aũt primũ Ananũ conari aliquid ſuſpicati, unuſquiſq; dextrã ad gladiũ, quaſi repugnaturi applicant mature: deinde his qui ad ſe uenerãt agnitis, introibant. Qui quidẽ, ſi tunc manus uertere in ciuitatẽ uoluiſſent, nihil obſtabat quo minus totus populus interiret: tãta ira ferebant. uerũ Zelotas primo eximere cuſtodia feſtinabãt: illis quoq; multũ precantibus, q̃ eos receperant ne deſpicerẽt malis obſeſſos, quorũ gratia uenerãt, neq; his acerbius periculum importarẽt. captis em̃ cuſtodibus, facilioré illis in ciuitatẽ impetũ fore: ſed ſi ſemel eos cõcitaſſent, iã illos cõtineri nõ poſſe, quin ſi ſenſerint cõgregent, & per aſcenſus nitentib. ſe opponãt. Idẽ igit Idumæis uiſum eſt: iamq; in templum per ciuitatẽ ſubibãt, cũ ſuſpenſi Zelotæ aduentũ eorũ pręſtolarent. Deniq; his ingreſsis, etiã ipſi cõfidẽter ex interiori fano progreſsi ſunt, mixtiq; Idumæis in cuſtodes irruerũt. Cæſis aũt nõnullis, quos ſomnus oppreſſerat, omnis multitudo ad clamorẽ uigilantiũ ſuſcitata eſt, raptisq; armis ad repugnandum non ſine ſtupore properabant. Ac primũ quidem Zelotas ſolo conari aliquid ſuſpicantes, quaſi eos ſuperaturi numero cõfidebant: ubi uero foris alios circunfundi uiderent, Idumæos irrupiſſe ſenſere. Et maior quidem pars eorũ, armis pariter animisq; depoſitis in queſtibus erant. pauci uero iuuenũ fortiter cõmuniti, occurrẽdo Idumæis, aliquandiu ſegniorẽ multitudinem protegebant: alij cladem ciuitatis habitatoribus nunciabãt. Illorum aũt auxilio uenire nullus audebat, cognito Idumæos irrupiſſe: ſed ipſi quoq; irrita uociferantes, cum fletibus reſpondebant: plurimusq; mulierũ ululatus ſuſcitabatur, ſi quando cuſtodum quiſquã in periculũ aliquod incidiſſet. Quin & Zelotæ Idumæorum clamorẽ geminabant, magisq; horribiles tempeſtas faciebat omnium uoces. Nemini aũt Idumæi pepercere, quod natura crudeliſsimi ad cædes erant, & hyeme grauiter afficiebantur, propterea q; his qui ſe excluſerant ut inimicis utebantur, tam ſupplicantibus quàm repugnantibus infenſi. Multos enim cognationem referentes, utq; cõmune fanum reuererentur orantes, gladijs transfigebant. Nullus autem fugiendi locus, neq; ſpes ſalutis erat. Compulſi autem circa ſe, magis quàm ui oppreſsi laniabantur, cum recedendi ſpatium non daretur, nec interfectores à cædibus temperarent. Incerti autem quid agerent, in ciuitatẽ ſe præcipitabant: miſeri

(ut mihi uidetur) eo quod fugiebant crudelius ſubeuntes exitiũ, donec tem plum exterius ſanguine redundauit. Octo aũt milia & quingentos mortuos dies inuenit. Nec tamen his Idumæorũ ira ſatiata eſt: ſed uerſis in ciuitatẽ ma nibus, oẽs domos diripiebant: quemq; fortuito inueniſſent, morti dabãt. Et cæteræ quidem multitudinis cędem ſuperuacuã eſſe ducebant: pontifices au tem perueſtigabant: & in illos pleriq; ferebantur, ſtatimq; cõprehenſos ob truncabant: ſtantesq; ſuper eorũ cadauera, nunc Anano populi beneuolen tiã, nunc Ieſu quæ de muro dixerat, exprobrabant. Ad hoc aũt impietatis pro greſsi ſunt, ut etiã inſepultos eos abiecerint: cũ præſertim Iudęis tanta ſepul turæ cura ſit, ut etiã iudicio cruci ſuffixos, ad occaſum ſolis deponãt atq; ſepe liant. Et quidem nõ errauerim, ſi Anani mortẽ dixero excidij ciuitatis fuiſſe principiũ, & ex illo die muros euerſos, remq; publicã Iudæorũ perijſſe, quo pontificem rectoremq; ſalutis ſuæ iugulatũ in media ciuitate uiderunt. Erat autem & aliàs uir laudabilis atq; iuſtiſsimus, & præter nobilitatis ac dignita tis & honoris, quo erat præditus, amplitudinẽ, infimis amabat æquari. Liber tatis aũt maxime fautor erat: & is qui populi affectaret imperium. Cõmodis autem proprijs cõmunes ſemper utilitates anteponebat, ſuper oĩa paci ſtu dens. Sciebat enim Romanos non poſſe expugnari: ac proſpiciebat, ſi paciſci utiliter nequiſſent Iudæi, omnino eos perituros. ut aũt breuiter dicam, cum Anano uiuo ad tranſactionem ueniſſent. Mirus enim erat dicere, mirus po pulo perſuadere quę uellet. Iam uero impedientes bellantesq; ſubegerat. Plu rimum autem moræ ſub tali duce attuliſſent Romanis. Huic iunctus erat Ie ſus, illo quidem comparatione inferior, ſed pręſtãs cæteris: ut putem deum, qui tanquam uiolatam ciuitatem perire flammis, purgariq; ſancta uellet, con ſulto defenſores eorum, & qui ea chariſsima ducerent, amputaſſe. Itaq; paulo ante ſacris indumentis amictos, & toto orbe celeberrimæ religionis autores, quiq; undiq; in ciuitatem commeantibus uenerabiles habebantur, iacere nudos prædam canibus ac feris uideres. Quos quidem uiros ipſam puto gemuiſſe uirtutem, tantum licuiſſe uitijs flentem.

FLAVII IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO
LIBER QVINTVS.

De altera ſtrage, & reditu Idumæorum, Zelotarumq; crudelitate. Cap. I

ANano quidem & Ieſu eiuſmodi finis euenit. Poſt illos uerò tam Zelotæ q̃ Idumæi paſsim plebem, quaſi ne fandorũ animalium gregem, irruendo mactabant. Et uulgus quidem in quolibet loco deprehenſum neca bãt: correptos aũt nobiles & adoleſcentes, uinctos in carcerem cõcludebant, ſpe, nõnullos eorũ ſibi poſſe ſociari nece dilata. Verum hæc nullum mouebãt, ſed cuncti mortẽ præoptauerant, dũmodo ne aduerſus patriam cõmunem nequiſsime cõſpirarent: ſæuiſsima tamen ante cædẽ uer-

bera

bera ſuſtinebāt, exulcerati plagis atq; tormētis. cūq; iā corpus non ſufficeret cruciatibus. tandē gladiū merebant. quos aūt die cepiſſēt, eos in cuſtodiā nocte ducebāt: extractosq; inde, ſi quos mori cōtigiſſet abijciebāt, ut uinctis alijs locus eſſet. Tātus aūt populū pauor occupauerat atq; formido, ut ne flere quidē palàm quisq̄, ſiue ſepelire propriū funus auderet, ſed erant occultæ clauſorū etiā lachrymæ, & ne quis inimicorū audiret, circūſpectantes gemebant. paria nanq; his qui lugebant, etiā qui luxiſſent ilico patiebant. exiguam uero nocte ſublatā terrā manibus, corporib. inijciebāt, et nōnunq̄ die, ſi qs fuiſſet audacior. Duodecim aūt milia hoc modo nobiliū periere. Illi aūt iā cędes exoſi, nullo pudore iudicij uim & cognitionis cauillādo imitabant. Itaq; cùm illuſtriū quendā Zachariā Baruch filiū interficere decreuiſſēt (iritabantur em̄ q̄ nequiſſimis inimicus nimis erat, & probis amicus, itēq; locuples) neq; ſolum fortunarū eius direptionē ſperarēt, ſed etiā remotū iri uirum ad ſe deijciendos potentē, ſeptuaginta plebeiorū honeſtiſsimos ex præcepto cō uocant, iudicū ſpecie poteſtate carētes, & apud eos Zachariā, quaſi res proderet Romanis, accuſant: quodq; ad Veſpaſianū proditionis cauſa miſiſſet. Sed neq; argumētū, neq; ulla probatio criminis erat. ipſi aūt miſiſſe dixerūt, & hoc haberi pro fide ueritatis uolebāt. Zacharias aūt ubi nullā ſpē ſalutis ſibi relictā eſſe uidit, per inſidias nō in iudiciū ſed in carcerē ductus, uitæ ſuæ deſperationē libertate nō priuauit: ſed exorſus ueri quidē ſimilitudinē obiectorū deriſit, & illata ſibi crimina breuiter diluit: in accuſatores aūt oratione cōuerſa, oēs eorū iniquitates per ordinē ꝓſecutus eſt, multaq; de perturbatione rerū querebat. Zelotæ uerò obſtrepentes, uix à gladijs tēperabant, ſpeciem cauillationēq; iudicij ſui uſq; ad finē permanere cupiētes, & prēter hoc iudices experiri, an periculoſo tēpore iuſtitiæ memores forent. Igitur oēs ſeptuaginta pro eo ſententiā ferunt, & pro eo mori, q̄ ſibi aſſcribi eius interitū maluere. Illo uerò abſoluto Zelotarū clamor tollitur, & uniuerſi quidē iudicibus iraſcebant, qui ſimulationē datæ ſibi poteſtatis nō intellexerāt. duo uero ex audaciſsimis aggreſsi Zachariā, in medio tēplo interficiunt: & illudendo, habes, inquiunt, & à nobis de abſolutione ſententiā certiorē: eumq; ſtatim in ſubiectam uallem de tēplo proijciunt. Iudices uero, contumeliæ cauſa uerſis gladijs ferientes, tēpli ambitu pepulere. cædi em̄ eorū pepercerant, ut diſſecti per ciuitatē, nuncij fierent apud oēs ſeruitutis. Idumæos aūt iam ueniſſe pœnitebat, neq; his geſta placebant. Quibus collectis, Zelotarū quidā ſecretò indicabat uniuerſa: & quæcunq; hi qui eos aduocauerant ſcelerate feciſſent, omnia demonſtrabat: arma quidē cepiſſe eos, quaſi Romanis à pontificibus metropolis proderetur, reperiſſe aūt nullū proditionis indiciū. Illos uero qui tutari eam ſimularent, & belli facinora auſos & tyrānidis, ab initio quidē prohibendos fuiſſe. Verū quia ſemel in ſocietatē inteſtinæ cædis inciderant, finē delictis adhibendū, neq; uires hominibus ſuggerendas morem patrum deſtruentibus. Nam etſi portas grauiter ferrent ſibi atq; in oppidum aditū eſſe præcluſum, pœnas ab his qui prohibuerāt eſſe repetitas: & Ananū quidem peremptū: una uerò nocte populum totū penè cōſumptū. Quarum rerum multos quidem ſuorum pœnitere ſentirent: eorum autem uiderent, à quibus rogati eſſent, crudelitatē immenſam: ne ipſos quidem per quos ſal-

ui erant erubescētiū.in oculis em̄ auxiliatorū pessima facinora cōmittere,illo rumq; iniurias Idumæis imputari,quatenus ea nō ꝓhibeāt, neq; ab his separent. Debere igitur(quoniā de ꝓditione quæ dicta sunt, calumniā fuisse patuisset,nullusq; Romanorū impetus timeret, aduersus ciuitatē uero inexpugnabilis esset potētia corroborata)illos domū recedere : malorūq; societatē uitando cuncta diluere flagitia, quorū nō sponte,sed decepti participes extitissent.Persuasum est Idumęis .Et primū eos qui erāt in custodijs soluūt,propè ad duo milia populariū,statimq; relicta ciuitate ad Simonē ueniūt,de quo paulo post cōmemorabimus : deinde domū ex Hierosolymis abiere. Euenit aūt eorū discessū utriq; pariter inopinatū uideri.nā & populus nescius pœnitudinis, paululū fiducia recreatus est, ueluti inimicis leuatus : & Zelotarū creuit insolentia,quasi nō auxilijs caruissent,sed ijs essent liberati, quorū pudore ac reuerētia criminib. tēperabant . Deniq; nulla iā erat facinorū mora neq; cunctatio:sed festinatis quidē cōsilijs in rebus singulis utebant:quæ uero placuissent, ipsa cogitatione citius peragebāt . Maxime aūt in uiros fortes atq; insignes cædibus sæuiebant: cū inuidia nobilitatē absumerēt metu uirtutum:unamq; cautionē putarēt, nullū optimatū supereſſe. Itaq; occisus est cū multis alijs Gorion,dignitate simul & genere præstans, & plus posse populum gaudens, plenusq; spiritu,libertatis amator ut nullus alius Iudęorū,quē tamen libertas præter alias uirtutes perdidit.Sed ne Peraita quidē Niger eorum manus effugit,bellis cū Romanis gestis uir strenuus cōprobatus:qui etiam sæpe uociferans,& cicatrices ostendēs, per mediā ciuitatē trahebat. Ductus uerò extra portas,desperata iā salute,ne sepultura careret supplicabat. Illi aūt prius interminati,ꝙ humum ei quā desiderabat concessuri non essent, mox etiā mortē intulere.Qui tamen cum occideret,Romanos eis ultores imprecatus est:famemq; præter bellū ac pestilentiā,& ad hæc omnia ipsorū mutuas manus : eaq; uniuersa cōfirmauit apud impios deus, & quod iustissimū esset effecit, ut audaciam suam q̄ primum experirentur inter se dissidentes. Niger quidem occisus,quem habebant de oppressione sui metu eos leuauit. Pars aūt plebis nulla erat, cui non ad interitū excogitabatur occisio . Namq; alij quòd iamdudum alijs ciuibus restitissent interficiebantur : qui uerò nihil offenderant, subitas pacis tēpore causas excipiebant. Et qui omnino libere eos non adissent,pro contemptoribus:qui uero obsequentes,pro insidiatoribus habebantur : unaq; maximorū criminum & mediocrium pœna,mors erat. neq; euasit quisquam, nisi aut ignobilitate aut fortuna perhumilis.

De intestina discordia Hierosolymorum. Cap. II

ROmani aūt omnes ad ciuitatem animos intendebant, hostiū dissensionē lucrū sibi esse censentes: & Vespasianū, penes quē summa rei potestas erat,incitabāt, diuinæ prouidentiæ dicētes auxilio in semet hostes esse cōuersos: ueruntamē uelox esse momentum,& Iudæos citò in concordiā redituros, aut intestinis malis defessos, aut redactos in pœnitudinē.Ad quos Vespasianus ait:Plurimū eos quid fieri cō ueniat ignorare , tanquam in theatro cupientes quantum armis ac manibus possent ostētare potius cum periculo: quàm secum quid esset utile reputare. Nam si statim ciuitatē aggrederētur,ipsos causam hostibus fore concordiæ,

ac uires eorũ etiã nunc uigentes in ſe prouocaturos. Sin operirentur, paucioribus ac moderatioribꝫ. his uſuros domeſtica ſeditione cõſumptis. Deũ nãq; melius q̃ ipſos diſponere, qui ſine labore Iudæos Romanis traderet, nulloq; periculo exercitui uictoriã cõdonaret. Proinde manib. proprijs intereuntibus inimicis, maximoq; malo, hoc eſt ſeditione turbatis, debere ſe potius periculorũ ſpectatores eſſe, q̃ cũ hominib. mortẽ appetentibus atq; inteſtina rabie inſanientibus cõfligere. Si quis aũt putauerit uictoriæ gloriã ſine prælio fieri uiliorẽ, ſciat, inquit, armorũ incerto exitu cõmodius eſſe cõmode perficere quod intendit. Neq; em̃ manu præclaris eſſe minus laudabiles, qui paria geſſerint moderatione atq; prudentia. Simul aũt dum hoſtes imminuerentur, etiã milites ex laboribus aſsiduis recreatos ualentiores ductũ iri. Prẽterea nõ id eſſe tẽpus, ut maturæ occupanda uideatur uictoriæ claritudo. nec enim armis fabricandis aut muris, uel auxilijs congregandis Iudæos operam dare, atq; ideo moras differentibus nocituras: ſed bello domeſtico ac diſſenſione tumidos, miſerabiliora pati quotidie, q̃ ipſi eos capti afficerent intromiſsi. Proinde ſiue quis ſecuritatẽ conſideret, ſinendos eſſe qui ſemet abſumerent: ſiue facti gloriam clarioré, nequaq̃ manus inteſtino morbo laborantibus afferendas: ſi quidem ratione recta diceretur, non ipſorum ſed diſcordiæ fuiſſe uictoriam. Hæc Veſpaſianus: eiq; dicenti rectores militũ cõſentiebant: moxq; apparuit q̃ utile fuiſſet eius cõſiliũ. Namq; in dies ſingulos multi ad eum cõfluebant fugiẽdo Zelotas. Erat aũt fuga difficilis, q̃ omnes exitus cuſtodibus obſidebantur. Et ſi quis ibi qualibet ex cauſa deprehenſus fuiſſet, uelut ad Romanos ire cuperet, interficiebatur. qui tamen eis dediſſet pecuniam, ſaluus abibat: & qui nõ dabat, ſolus proditor habebatur. Reſtabat igitur, pecunioſis fugam redimentibus, ſolos pauperes iugulari. Mortui uero per omnes uias coaceruabantur innumeri, multiq; etiã transfugere cupientium, rurſus in ciuitate perire præoptabant. nam ſpe ſepulturæ in patria mori tolerabilius uidebatur. Illi aũt ad hoc crudelitatis deuiauerant, ut neq; intus neq; per itinera occiſis humũ cõcederent: ſed ueluti cum patrijs legibus etiã naturæ iura diſturbare pepigiſſent, ſuaq; in homines iniuſtitia diuinitatẽ quoq; polluere, ita ſub ſole putreſcere mortuos relinquebãt. Sepelientibus aũt ſuorum corpora, idem quod transfugis, imminebat ſupplicium mortis: ſtatimq; ſepultura indigebat, qui hanc alteri præſtitiſſet: & ut breuiter dicã, nulla tam bona, q̃ miſericordia, perierat in illis cladibus mentis affectio: hisq; iritabantur noxij, quæ miſeranda uidiſſent, à uiuis in mortuos, à mortuis in uiuos ira cundiã transferẽtes. Modum aũt excedẽte metu, ſuperſtitibus mortui adepti requiem beatiores uidebant: & qui erant in cuſtodijs cõparatione ſui cruciatus, inſepultos quoq; fortunatiſsimos demonſtrabant. Omne quidẽ ab illis ius hominũ calcabatur, ridebatur etiã diuinitas, prophetarũq; reſpõſis tanq̃ uulgaribus fabulis illudebant. Cum uero multa cõtempſiſſent de uirtute ac uitijs ſtatuta maiorũ, etiã quæ de patria olim prædicta fuerant, uera eſſe exitu probauere. Vetus enim quidam ſermo ferebatur, tunc demum ciuitatem captum iri, ſancta quoq; flammis exurenda eſſe lege belli, cum ſeditio fuiſſet exorta, fanumq; dei propriæ manus ante uiolaſſent. Quibus Zelotæ, nihil de eorum fide dubitantes, miniſtros ſe præbuerunt.

De

AT Ioannes iãdudũ tyrannidẽ affectãs, parẽ cũ ſimilibus honorẽ habere dedecus exiſtimabat: paulatimq; ſibi nequiores adiũgẽs, ab eorũ affectione ſeparabat. Semper aũt aliorũ decretis nõ obediendo, ſuaq; iubendo imperioſius, qꝫ ſolus dominari cuperet nõ latebat, eiq; ſociabant nõnulli metu, alij gratia (mirus enim erat oratione atq; fallacia perſuadere quæ uellet) multi uero propterea qꝫ ſibi tutũ eſſe ducebant, priorũ delictorũ cauſas uni potius aſcribi q̃ omnibus. Ad hæc quia manu ſtrenuus erat, & bonus cõſilio, ſatellites nõ paucos habebat, etſi magna pars eum cõtrariæ factionis reliquerat. apud quos etiã liuor nõnihil ualebat, graue putantes ut paulo ante pari ſuccũberent. Plus aũt metus eos, ne ſub unius poteſtate uiuerẽt, exagitabat. nec enim facile ſperabãt eum, ſi ſemel obtinuiſſet, deijci poſſe: occaſionẽq; in ſe habiturũ timebant, quod in principio reſtitiſſent. Proinde quiſq; bello potius quiduis pati decreuerat, q̃ ſponte ſeruiens mancipij loco perire. Hinc igiẽ ſeditio diuidit, & Ioannes in contraria diſſentientibus parte regnabat. Sed inter ipſos quidẽ munita omnia erant cuſtodibus: nihilq; aut parum agebatur, ſi quando armis prælium laceſſebant. in populum uero uel maxime contentionẽ ſuſceperunt, & quis maiorem prædam caperet, utrinq; certabant. Cũ tamẽ ciuitas trium malorũ ingentium tẽpeſtate laboraret, hoc eſt belli, dominatiõis, itemq; ſeditionis, eorum cõparatione bellum popularibus mediocrius uidebatur. deniq; relictis ſedibus patrijs ad alienigenas profugiebant, & Romanorum beneficio ſalutem, quam inter ſuos deſperauerant, aſſequebant. Quartũ uero præterea malum cõmotum eſt gentis exitio. Haud procul ab Hieroſolymis caſtellum erat ualidiſsimum, reponendis opibus ad munimẽta belli, tutandisq; corporibus ab antiquis regibus ædificatum, quod Maſſada dicebatur: id occupauerant qui uocantur ſicarij, qꝫ à rapinis amplioribus timore continebantur. Hi cum Romanorum exercitum otioſum eſſe uiderent, apud Hieroſolymam uero Iudæos dominatione atq; diſcordia ſeceſsiſſe, maiora facinora aggrediuntur. Die feſto azymorum (qui apud Hebrẽos ad memoriam ſalutis, qua ex Aegyptiorum ſeruitio liberati, in terram patriam deuenerunt, ſolenniter celebratur) nocte deceptis qui ſibi erant oppoſiti, municipium quoddam Engaddi inuaſere: ubi pugna quidem Iudæos ante præuentos atq; diſperſos, quàm arma caperent ſiue concurrerent, ciuitate pepulere. eos uero qui in fuga defecerunt, mulieres uidelicet ac pueros, ſupra ſeptingentos interfecerunt. ædibusq; deinde compilatis, fructus quoq; iam maturos depopulati in Maſſada portauerunt. & illi quidem oẽs circum caſtellum uicos, totamq; regionẽ populabantur, nõ paruo undiq; perditorũ ad eos numero in dies ſingulos confluente: ſimul aũt cõcitati ſunt etiã per ſingulos Iudææ tractus in latrocinia, qui interim quieſcebãt. Ac ueluti in corpore, ſi quãdo principale mẽbrũ tumor afficit, omnia pariter ægrotare neceſſe eſt: ita propter ciuitatis tumultũ atq; diſcordiã, etiã qui foris erãt nequiſsimi prædarũ inuenere licentiã. Singuli uero uicis proprijs dilaceratis, deinde in ſolitudinẽ recedebãt. Congregati aũt & caterùatim cõiurantes, exercitu quidẽ pauciores, plures uero q̃ latrocinalis cõſpiratio, in tẽpla & oppida ferebãtur. Et ſequebatur quidem, ut in bello fieri ſolet

ſolet,ab his eos male affici quos petijſſent. uerum præueniebatur ultio,cum mox latrones à præda refugerent: nullaq̃; pars erat Iudææ, quæ nõ unà cum Hieroſolymis præcellentiſsima ciuitate interiret.Hæc Veſpaſiano à trãsfugis indicabãtur. nam licet oẽs exitus à ſeditioſis cuſtodirent̃, & cum quis ad eos acceſsiſſet interficeret̃, tamen erãt qui ad Romanos clàm profugerẽt: ducẽq̃; Romanorũ & opẽ ferre ciuitati,et reſeruari populi reliquias hortarent̃.multos enim, ꝙ bene Romanis uellent, perijſſe, multos adhuc in periculo dicebant eſſe ſuperſtites.Ille aũt iam tũ miſerans eorũ calamitates,propius ad eos uelut Hieroſolymã obſeſſurus accedit,re aũt uera ut ciuitatẽ obſidione liberaret:ſpe aũt ante reliqua ſubigẽdi,nullũq̃; impedimẽtũ extrinſecus obſidioni relinquẽdi.Cũ igitur ueniſſet in Gadara, trãſamnanæ regionis metropolim ualidiſsimã, mẽſis Martij quarta die ciuitatẽ ingredit̃. iam em̃ optimates, ignorantibus ſeditioſis,legatos ad eũ de traditione miſerant, tam pacis deſiderio q̃ ſuis patrimonijs metuẽtes. multi em̃ apud Gadara locupletes habitabãt,quorũ legationẽ inimici neſciebãt, niſi ꝙ Veſpaſiano appropinquãte id cognouerũt.Et ciuitatẽ quidẽ ſe retinere poſſe deſperabãt, ꝙ & inteſtinis inimicis numero inferiores erant, neq; procul abeſſe uidebãt à ciuitate Romanos.ſi uero fugere decreuiſſent,ſine ſanguine id facere, nullaq́; à noxijs pœna repetita,nõ honeſtũ ſibi putabant.Itaq; Doleſum cõprehenſum(nanq; is nõ dignitate ſolũ ac nobilitate ciuitatis princeps habebat̃, ſed etiã legationis autor erat) interficiunt: nimiaq́; iracundia mortuo uerberato, extra ciuitatẽ dilapſi ſunt.Iam uero propius accedẽte Romano exercitu, Gadarenſium populus Veſpaſiano cum acclamationibus in ciuitatẽ recepto, fidei dextras ab eo accepit: equitumq́; & peditum præſidia contra fugitiuorũ excurſus. muros em̃ prius q̃ id Romani peterẽt,ipſi deſtruxerãt:ut eo ſibi fides eſſet,ꝙ pacem diligerent,ſi bellum gerere ne uolentes quidẽ poſſe uiderent̃. Veſpaſianus aũt miſſo Placido cum D. equitibus ac tribus millibus peditum aduerſus eos qui ex Gadaris fugerant,ipſe cũ cęteris militũ copijs Cæſareã regreditur. At fugitiui poſtq̃ equites repẽte à tergo inſequẽtes uidere, prius q̃ in manus uenirent,in uicum quendam,cui nomen eſt Bethenabro,ſe recepere. ubi reperta non paucorũ iuuenum multitudine, hisq́; partim uolẽtibus, partim ui armatis,temere contra Placidum eiusq́; milites proſiliunt. Illi aũt primo quidem impetu paululum receſſerunt,ea ſimul arte, ut eos à muro longius prouocarent.deinde loco opportuno circundatos, telis agentes eminus ſauciabant. Itaq; fugientes quidẽ, ab equitibus præueniebant̃ Iudæi, qui uero manus conſeruiſſent,à peditibus trucidabantur,nihil plus audacię demonſtrantes. cõdenſos enim aggrediendo Romanos, armis nõ ſecus ac muro ſeptos, ipſi quidẽ telis aditum non inueniebant,neq; ſufficiebant aciẽ rumpere:illorum aũt transfigebantur telis, & immaniſsimis feris ſimiles ruebant ultro in ferrum,& ſternebant̃,alij gladijs ora percuſsi, alij ab equitibus diſsipati:quoniam cura erat Placido, curſum eorũ à uico intercludere: aſsidueq́; prætercurrens ea parte,cedentesq́; reflectens,unà etiã libratis ſagittarũ ictibus utebatur:hisq́; ꝓximos interficiebat. metu uero lõge fugiẽtes auertebat, donec elapſi qui fortiores erãt ad murũ effugêre.Eius aũt cuſtodes quid agerent ne ſciebant.Nec em̃ excludi Gadarenſes ſuorũ cauſa patiebantur,& ſi eos recepiſſent

piſſent,unà cum his ſe perituros uidebãt.quod etiã cõtigit. Illis enim cõpulſis ad murũ,penè cum his Romanorũ equites irrupere. Portis aũt antè præcluſis,admoto milite Placidus ad ueſperam uſq; acerrime oppugnato muro pariter ac uico potitus eſt: ibiq; tũc uulgus quidẽ iners occidebat, fortiores uero fugã petebant.domus uero à militibus diripiebant, & uicus igni traditus eſt. Qui uero inde euaſerãt,totã ſecum illam regionẽ ad fugã incitarũt: & extollendo proprias calamitates in maius, totũq; Romanorũ exercitũ aduentare dicẽdo,metu oẽs undiq; cõmouerũt.plurimo aũt numero aucti, in Hierichunta ſeceſſerũt.hæc enim etiã tunc eorũ ſpem ſalutis fouebat, q̃ eſſet ualida et populoſa.Placidus uero equitibus,rebusq; ante proſpere geſtis fretus eos inſequebatur:& uſq; ad Iordanẽ quidem ſemper quos occupabat,morti dabat. omnem uero ad flumen coactã multitudinẽ, fluminis impetu prohibitam, q̃ auctum imbribus uadum tranſire nõ poterãt,aperto prælio aggreditur.Itaq; neceſsitas eos ad pugnã compulit, q̃ fugæ locũ non haberẽt:prętentiq; ad ripæ longitudinẽ, tela equitum & incurſus excipiebant. à quibus multi perculſi,in fluuium ceciderunt.nam qui manibus eorũ cęſi ſunt,trede cim milia fuerunt.alij cùm uim ſuſtinere non poſſent, in Iordanẽ ſponte deſilierunt.erat aũt numerus infinitus.et præterea capta ſunt circiter duo milia uirorum ac ducenti, cum præda maxima ouium & aſinorũ, itemq; camelorum & boum. Iudæis quidẽ hoc uulnus inflictũ quamuis par ſuperioribus, maius tamen ſeipſo uiſum eſt: nõ ſolum q̃ eam totam regionẽ quà fugerant, cædes repleuerant,ſed etiam q̃ refertus mortuis Iordanis peruius nõ erat. & Aſphaltites quoq; lacus repletus erat cadaueribus, quę per multa flumina deuoluta ſunt.Placidus aũt ſecunda fortuna uſus, in uicos proximos & municipia cõtẽdit.captisq; Abila,& Iuliade,& Beſemoth,omnibusq; ad lacũ Aſphaltiten uſq;, idoneos ex trãsfugis ubiq; collocat. deinde milite ſcaphis impoſito, eos qui in lacum refugerant ſubegit. Et trans fluuium quidem tota regio Romanis ceſsit, & ubiq; omnia uſq; ad Machærunta deuicta ſunt.

De captis oppidis quibuſdam,deſcriptioq; ciuitatis Hierichuntinæ. Cap. IIII.

DVm hęc aũt aguntur,motus circa Galliam nunciat,& quòd Vindex unà cum optimatib. indigenarũ à Nerone defeciſſet,de quibus alibi diligentius ſcriptũ eſt. Veſpaſianũ uero ad impetũ belli quæ nunciata ſunt incitarunt, iam tunc futura bella ciuilia totiusq; imperij pericula proſpicientem:cum ſi partes orientis ante pacaſſet,minus Italiæ metuẽdum exiſtimaret.Obſtante aũt hyeme, per ſubactos interim uicos atq; oppida præſidia collocabat: & decuriones ciuitatibus apponens, multa etiam eorũ quæ uaſtata fuerant inſtaurabat. Prius tamen comitatus militum copijs quas Cæſareã adduxerat,in Antipatridem uenit: ibiq; per biduum ciuitate compoſita,tertia die uaſtando,inflammando, omnemq; ſubuertendo circum Thamnam toparchiam, in Lyddam & Iamniam procedebat. Et cùm ſeſe utraq; tradidiſſet, cõſtitutis illic habitatorib. idoneis in Ammaunta peruenit:occupatoq; ad metropolim earũ aditu, caſtra muro circũdat. Quintaq; in his relicta legione cũ cętera manu in Bethleptẽ toparchiam profiſcitur: eaq; & uicina regione itemq; circum Idumæam igne conſumptis, caſtella quidem locis opportunis muniuit. Captis aũt duobus uicis in media

Idumæa

Idumæa positis, hoc est Begabri & Caphartophan, plus q̃ decem milia homi num peremit: propè aũt ad mille cepit. exactaq; inde cætera multitudine, nõ paruam militũ suorum partẽ ibi constituit, qui omnia montana loca incursando uastabant. Ipse aũt cum reliquo exercitu in Iamniam redijt: unde per Samaritidem ac per Neapolim, quæ dicebat̃ ab indigenis Mabortha, secũdo Iunij mensis die in Coream descẽdit: ibiq; positis castris, postridie in Hierichunta peruenit: in qua unus ei rectorũ Traianus quem è locis trans Iordanem ducebat militẽ iungit, cunctis illic deuictis. Sed ex Hierichũte quidem multitudo ante Romanorũ aduentũ in aduersam Hierosolymis montanam regionẽ diffugerat: non pauci aũt qui remansere perimunt̃. Desolatam uerò offenderat ciuitatẽ, cui in planicie sitæ nudus mõs ac sterilis imminet, idq; longissimus. à septentrionali enim regione usq; ad Scythopolitanos agros: à meridiana uerò usq; ad terrã Sodomiticam & Asphaltitis lacus terminos extendit̃. totus aũt asper est: & quod nihil gignat, non habitatur. Huic obiacet circa Iordanẽ mons alius, incipiens à Iuliade ac septentrionali regione, prolixius aũt in meridiẽ usq; ad Bacra, quæ Petrã disterminat Arabiæ ciuitatem. In hoc est etiã Ferreus mons appellatus, ad Moabitidẽ usq; lõgus. Inter duos autẽ montes regio, quæ Magnus campus uocat̃, à Gennabara uico ad lacũ Asphaltitem usq; patens, habet ducentorũ & triginta stadiorũ longitudinem, latitudinem uero centũ & uiginti, mediusq; ab Iordane diuidit̃. Sunt aũt illic duo lacus, Asphaltites & Tiberiẽsis natura contrarij. namq; alter salsus ac sterilis est, Tiberiensis uulgo dulcis & fœcundus. æstatisq; tẽpore illa planicies ardore solis incendit̃, & uitioso opprimit̃ aeris tractu, omnib. circũ aridis præter Iordanẽ. unde euenit, ut palmæ quæ in ripis sunt magis floreant, & fertiliores sint: minus aũt, quæ longe remotæ sunt. Ad ipsam uero Hiericho largissimus fons est, rigandisq; aruis uberrimus, iuxta ueterẽ scaturiens ciuitatẽ: quam Iesus Naue filius, Hebræorũ ductor, primam in Chananæorũ terra bello possederat. Hunc fontẽ aliquando ferunt non solũ terræ atq; lignorũ fructus, sed etiam fœminarũ partũ obtundere solitũ, cunctaq; pariter morbo ac peste corrumpere. Postea uero mansueuisse, contraq; salu berrimũ ac feracissimũ esse factũ ab Helisæo propheta, qui Heliæ notus fuerat atq; successerat. Receptus em̃ hospitio ab Hierichũtinis habitatoribus, q̃ humaniores eos expertus erat, ipsos & omnẽ illam regionẽ perpetua gratia remuneratus est: progressusq; ad fontẽ, lagenam fictilẽ salis plenam in profluentẽ aquã misit. Iuxtà deinde ad cœlũ dexterã tendens, fontiq; inuergens blanda libamina ipsum quidẽ precabat̃ ut fluenta leniret, ac dulciores aquarũ uenas aperiret: deũ uero ut fœcundiorib. auris flumina tẽperaret orabat̃ tamq; ubertatẽ fructuum q̃ successionẽ prolis daret indigenis, nec eos genitrix filiorũ aqua deficeret, quoad iusti manerent. ad has preces ex disciplina manibus quoq; multa operatus, fontẽ immutauit: & qui antea causa erat hisorbitatis ac famis, idẽ uictus ac fœcunditatis autor est effectus. Deniq; rigationis eius tanta potẽtia est, ut si attigerit modo terrã, sapidior sit, aquis diu perseuerantibus. unde eo quæ largius abutuntur, exiguũ emolumentum habẽt: quæ uerò parcius, plurimũ. Amplius tamen q̃ cæteri fontes spaciũ rigat, & septuaginta quidẽ stadijs longam, uiginti aũt latam planiciem permeat.

optimos aũt in ea paradiſos ac denſiſsimos educat, palmarũq; irriguarũ genera, tam ſapore q̃ nominibus uaria: quarum pinguiſsimæ calcibus preſſæ, plurimũ mellis emittunt, non multũ alio melle deterius: quanq̃ & mellis altrix eſt illa regio, & opobalſami ferax, qui omniũ cariſsimus eſt fructus ibi naſcentium. itemq; cyprũ & myrobalanũ gignit: ut qui diuinũ eſſe illũ tractũ dixerit, non errauerit, ubi & larga & optima generant quæ ſunt cariſsima. Sed nec in alijs ei fructib. aliqua facile toto orbe regio certauerit: adeo multiplicatum quod ſatum eſt reddit. Cuius rei cauſa mihi uidetur eſſe aquarum uis læta, & aeris calor: cum hic prouocet quæ nata fuerint atq; diffundat: liquor aũt firmis ſingula radicibus ſtringat, uiresq; ſuggerat. eſtiuo tempore: quo ſic peruſta eſt illa regio, ut nihil facile procedat ac pullulet. aqua tamen, ſi ante ſolis ortũ hauriatur, auræ ſpiritu refrigeſcit, naturamq́ue contrariam aeri ſumit. hyeme uero contepeſcit, eaq; merſis mitiſsima efficitur. Tanta eſt aũt cæli temperies, ut quo tẽpore in alia Iudææ regione ningit, lino illic tantum indigenæ ueſtiantur. Diſtat aũt ab Hieroſolymis CL ſtadijs, & ab Iordane ſtadijs LX, totũq; habet à Hieroſolymis ſpatiũ deſertũ atq; ſaxoſum: ad Iordanem uerò & lacum Aſphaltiten, licet humilius, æque tamen incultum ac ſterile. Sed de Hiericho, quàm ſit fortunatiſsima, ſatis dictum eſt.

Lacus Aſphaltites. Cap. V

COmmemoratione aũt dignũ puto, Aſphaltitis quoq; naturã exponere lacus. Is enim ſalſus quidẽ ac ſterilis eſt: nimia uero leuitate, etiã quæ grauiſsima ſunt, in eum iacta fluitant. demergi aũt q̃s in profundũ nec de induſtria facile poteſt. Deniq; Veſpaſianus, q̃ eius uiſendi cauſa illuc uenerat, iuſsit quoſdam natandi inſcios, uinctis poſt terga manibus, in altum proijci: & euenit omnibus, tanq̃ ui ſpiritus ſurſum repulſos deſup fluitare. Ad hæc mirabilis eſt coloris mutatio, quæ ter in ſingulos dies ſuperficiem uertit, & ſolis radijs uariata reſplendet. Multis aũt locis uomit nigras bituminis glebas, quæ ſuper undam & habitu & magnitudine tauris ſine capitibus aſsimiles natant. Ad eas aũt cum lacus exercitores acceſſerint, nacti quod aggeſtũ eſt, ad naues trahunt: & quia lentũ eſt, repletas eas abrumpere nequeunt: ſed quaſi religata ſcapha, pendet à cumulo, donec menſtruo mulieris atq; urina ſoluat. Eſt aũt utile nõ modò ad cõpagines nauiũ, ſed ad corporũ etiam curationẽ multis remedijs admiſcet. longitudo lacus eſt quingentorũ & octoginta ſtadiorũ, qui ad Zoara uſq; Arabiæ tenditur. latitudo aũt centũ quinquaginta ſtadijs patet. Huic Sodomitica terra uicina eſt: olim quidẽ tam fructibus q̃ diuitijs ciuitatũ fortunata, nunc autẽ omnis exuſta, ut quæ habitatorũ impietate fulminibus conflagraſſe memoratur. Deniq; adhuc in ea diuini reliquias ignis, & oppidorũ quinq; uidere licet imagines, & renaſcentes in fructibus cineres: qui colore quidẽ ſunt edulibus ſimiles, carpentiũ uero manibus in fumũ diſſoluunt & cinerem. Terræ quidem Sodomiticæ fabula eiuſmodi fidem habet ex facie.

Geraſæ deuaſtatio, ſimul de Neronis morte, Galbæ, & Othonis. Cap. VI

AT Veſpaſianus Hieroſolymorũ habitatores cõcludi undiq; cupiẽs apud Hiericho & Adidã caſtellis erectis, utrobiq; auxiliariũ pariter ac Romanorũ præſidia collocat. Mittit autem Geraſam L. Annium

nium, equitatus ei parte multisq; peditib. attributis. Qui primo aggressu ciuitate capta, mille iuuenũ, qui ne fugerent præuenti erant, interficit: familias captiuas ducit, bona militibus prædari permittit. Incensis deinde domibus, proximos petijt. Erat aũt fuga potentiũ & interitus infirmorũ: quodq; occupatũ fuisset, flammis dabatur: omnibusq; tam montanis locis quàm tota planicie bello oppressis, apud Hierosolymã degentes exeundi copiam nõ habebant: cum transfugere quidẽ cupientes à Zelotis asseruarẽt: eos uero, qui etiam tunc à Romanis dissidebant, undiq; ciuitate uallata cohiberet exercitus. Vespasiano aũt Cęsaream reuerso, & cum omnib. copijs in ipsam Hierosolymam proficisci paranti nunciat Nero peremptus, cum per annos trede cim & octo dies imperasset. De quo referre, quemadmodũ dehonestarit imperiũ, nequissimis hominibus Nymphidio & Tigillino, & indignissimis libertorũ permissa republica: quodq; horũ captus insidijs, ab omnib. suis senatoribus destitutus, cũ quatuor libertis fidelibus in suburbanũ fugerit, ibiq; semet occiderit: & q̃ multo pòst tempore, qui eum deposuerãt pœnas dederint: bellumq; per Galliã quo pacto desierit: & q̃ Galba creatus imperator, Romã redierit ab Hispania: & quemadmodũ incusatus à militibus, tanq̃ humilioris esset animi, in medio foro necatus sit, & Otho declaratus sit imperator, militesq; suos contra Vitellij duxerit exercitũ: necnon & Vitellij turbas, & circum capitoliũ pugnam: & quemadmodũ Antonius Primus & Mutianus Vitellium interfecerint, & Germanorũ agmina bellumq; ciuile sedauerint: hæc omnia recusaui narrare, confidens q̃ à multis Græcorũ itemq; Romanorũ ea cuncta copiosè perscripta sunt. ordinis aũt rerũ continuandi gratia, ac ne interciſa pendeat historia, summatim singula designaui. Igit Vespasianus primo quidẽ in Hierosolymam expeditionem differebat, exspectans quó nam uergeret imperiũ post Neronẽ. deinde ubi Galbam imperare cognouit, nihil conari decreuerat, prius q̃ille quoq; ad se de bello aliq̃d perscriberet. Mittit aũt ad eum Titũ filium suũ & salutatũ simul, & ut de Iudęis mandata acciperet. Ob easdem causas & rex Agrippa nauigauit ad Galbam. Sed dum Achaiam, q̃ hyems erat, longis nauibus præteruehunt, interfici Galbã contigit, septẽ mensibus post & totidẽ diebus. Deinde Otho susceptit imperium, ac tres menses rempub. gubernauit. Agrippa uero nihil mutatiõe deterritus, Romã pergere statuit. Titus uero diuino quodã impulsu, ex Achaia ad Syriam nauigat, & mature inde Cęsareã uenit ad patrẽ. Suspẽsi aũt de omnibus, quasi nutante Romano imperio, Iudæorũ militiam negligebant. patriæ quoq; metuentes, aggredi alienigenas importunum arbitrabantur.

De Simone Gerasẽo, nouæ conspirationis principe. Cap. VII

INterea tamen bellum aliud in Hierosolyma excitatur. Erat Simon Gioræ filius, patria Gerasenus, ætate iuuenis, sed calliditate posterior Ioanne, à quo iampridem ciuitas possidebatur, uiribus autem corporis audaciaq; præstantior. ob quam ex Acrabatena quoq; toparchia, cuius rector erat, pulsus ab Anano pontifice, ad latrones peruenerat, q̃ Massadam occuparant. Is autem primo quidem ita suspectus erat, ut eum ad inferius castellum cum mulieribus, quas secum adduxerat, transire permitterẽt, ipsi excelsius incolentes, rursus autem propter necessitudinem morum, fi-

delis esse uidebat̃.nam & ductor erat prædatum exeuntibus,& cum ipsis territorium Massadæ populabat̃.nec tamen eos ad maiora exhortando metuebat. dominandi enim cupidus magnorumq́; appetens, quia mortem Anani cõperit,in montana loca discesit: ac uoce præconũ seruis libertate ꝓmissa, itemq́; liberis præmio,cunctos qui ubiq; fuerant nequissimos congregauit. Iamq́; ualidis cõflatis copijs,mõtanos uicos diripiebat.Semper aũt accedentibus pluribus socijs,audebat etiã in humiliora loca descendere, & ciuitatibus quoq; iam terribilis erat:multosq́; potentiũ uis eius & prospere gesta solicitabant.nec iam seruorum tm̃ siue latronũ exercitus erat, sed multorũ etiã popularium,tanq̃ regi,parebat obsequiũ. Excursus aũt agebat̃ in Acrabatenam toparchiam,& in maiorẽ usq; Idumæã. Vicũ enim cui nomẽ est Nain, muro amplexus,ad tuitionẽ sui pro castello habebat. In ualle aũt quæ appellatur Pharan, multas quidem dilatauit speluncas, multas uero paratas inuenit,atq; his conditorũ prædæ receptaculis utebat̃. Quin & direptos illic fructus reponebat,multæq́; cateruæ diuersabant̃:neq; dubitabat̃, quòd in Hierosolymam copijs & apparatu præluderet. Vnde insidias ueriti Zelotæ, ac præuenire eum qui contra se cresceret cupientes,pleriq; cũ armis egrediuntur.His aũt Simon occurrit, commissoq́; prælio multos occidit,& reliquos cõpellit in oppidũ.Nondum aũt uiribus fretus,ab obsidione deterret̃.Prius aũt Idumæam subiugare conatus est.Itaq; cum xx millibus armatorũ ad fines eius properabat.Idumæorũ aũt principes maturè ex agris uigintiquinq; ferè milibus pugnaciũ ciuiũ congregatis,pluribus aũt qui sua seruarẽt domi relictis,propter sicariorũ qui Massadæ uersabant̃ incursus: Simonẽ in finibus præstolabant̃.ubi cõflictu habito,ac per totum diem tracto prælio neq; uictor neq; uictus absceſsit.Et ipse quidẽ in Nain uicũ, Idumæi uero domũ regressi sunt.Nõ multo aũt post,Simon cũ maioribus copijs eorũ fines petebat: castrisq́; in quodã uico cui nomẽ est Thecue positis,ad custodes Herodij,quod non longe aberat,de socijs suis Eleazarũ misit, ut castellum sibi traderẽt persuasurũ: quẽ quidem sine mora susceperе custodes,causę nescij cur uenisset.mox aũt de traditione prolocutũ,strictis gladijs persequebant̃: donec fugæ locũ non reperiens,de muro in subiectam uallem se proiecit.& ille quidẽ hoc modo statim morit̃. Idumæis aũt uires Simonis formidantib. placuit,priusquam bello congrederent̃ explorare hostium copias.ad hoc autem se ministrũ obtulit parato animo Iacobus, unus è rectoribus, cogitans proditionem.Deniq; profectus ab Oluro(in hoc enim uico tunc Idumæorum collectus erat exercitus)ad Simonem uenit:primumq́; se patriam suam traditurum esse pacisciť;accepta fide ꝙ semper ei charissimus foret.mox etiã de tota Idumæa operam pollicet̃.Ob quas res humanissime apud Simonem cœnatus,amplissimisq́; promissis animatus,ubi ad suos redijt, primo Simonis exercitum multiplici numero mentiebat̃ esse maiorem.deinde rectorib. etiam paulatimq́; multitudine uniuersa perterritis, ut Simonem reciperent suadebat,eiq́; sine pugna rerum omnium permitterent principatum. simul aũt hoc agens,& Simonem ipsum per nuncios euocabat,disiecturũ se pollicitus Idumæos,quod & præstitit. Nam cum iam appropinquaret exercitus, equũ primus inscendit,& cum socijs corruptionis effugit.pauor autẽ occupat

pat uniuerſam multitudinẽ,ac priuſquã ad manus uenirent, domum quiſq; ſuam ſoluti ordine receſſerunt. Simon uero præter opinionẽ ſine ſanguine Idumæam introiuit: primũq; aggreſſus ex improuiſo Chebron municipiũ capit,in quo maxima præda potitus eſt,multosq; fructus diripuit. Chebron aũt indigenæ ferunt non eius terræ modò ciuitatibus,uerumetiam Aegypti Memphi antiquiorem.deniq; duo millia & trecenti eius cõnumerantur anni. hoc aũt narrant Abraham quoq; parenti Iudæorũ fuiſſe domiciliũ, poſteaq; Meſopotamiæ ſedes reliquit:eiusq; poſteros hinc ad Aegyptũ eſſe ꝓfectos: quorũ etiam nunc monumenta extant in eadem ciuitate,peroptimo marmore liberaliter fabricata.Cernitur aũt ſexto ab oppido ſtadio arbor maxima terebinthus:eamq; memorant ab initio mundi creati nunc uſq; durare. Hinc totam Simon peruaſit Idumæam, non modò uicos eius & ciuitates depopulando,ſed excidendo etiam territoria.nam præter armatos XL eum milia ſequebantur,ut his ne uictui quidẽ neceſſaria ſatis eſſent.Ad has aũt neceſsitates accedebat eius crudelitas & inſuper iracundia,quo magis uaſtari cõtigit Idumæam.Et quemadmodũ poſt locuſtas ſylua cerni ſolet frondib.ſpoliata,ſic etiam quà Simonis tranſiſſet exercitus,à tergo ſolitudinẽ relinquebat:& alia quidẽ comburendo, alia diruendo, & quicquid in ciuitate uel in agris natũ eſſet conterendo calcibus, aut depaſcendo delebant:perq; terrã cultam iterum agendo,faciebant eam ſterili duriorẽ, prorſus ut ne ſignũ quidẽ uaſtatis relinqueretur,ꝙ aliquando fuiſſent.Hæc omnia rurſus Zelotas incitauerunt, & aperto quidẽ bello confligere pertimuere:inſidijs uero per itinera collocatis,uxorẽ Simonis rapiunt, eorumq; præterea quos habebat in obſequio plurimos.deinde tanq; Simonẽ ipſum cepiſſent,in ciuitatẽ exultantes redeũt. continuo namq; ſperabant, armis eũ depoſitis,ꝙ uxore ſibi ſupplicaturum. Illũ autem nõ miſericordia,ſed ira coniugis raptæ peruaſerat. cumq; ad muros Hieroſolymorũ ueniſſet,ut fera ſaucia quę percuſſores prẽdere nequiſſet,ita in quos reperiſſet,effundebat inſaniã.deniq; olerũ ſarmentorũq; cauſa progreſſos è porta, imberbes pariter ac ſeniores correptos uerberabat ad necem:ut animi indignatione id ſolũ abeſſe uideret, ꝙ nõ etiam ueſceretur corporibus mortuorũ.multos aũt abſciſsis manibus dimittebat in ciuitatẽ, unà perterrefaciẽs inimicos,& populũ reuocare cupiens à nocẽtibus. Hisq; mandabat ut diceret, iurare Simonẽ per deũ qui cuncta regeret, ꝙ niſi cito ſibi redderent coniugẽ ſuam, muro perrupto omnib. qui in ciuitate eſſent ſimiliter uteretur,neq; cuiq; ætati parceret,aut ab innocentib. diſcerneret noxios,donec his eius mãdatis nõ modò populus,ſed etiã Zelotę metu ꝓculſi, remiſiſſent ei mulierẽ.atq; ita delinitus,pauliſꝑ ab aſsidua cæde requieuit.

De Galba,Othone,Vitellio & Veſpaſiano. Cap.VIII

NOn ſolum aũt per Iudæam erat ſeditio bellumq; ciuile, uerumetiã per Italiã.In medio namq; Romanorũ foro Galba perempto,creatus Otho imperator cum Vitellio imperium affectante pugnabat: quem Germanicæ tunc legiones elegerant.Habito aũt apud Bebriacum Galliæ Ciſalpinæ prælio cum Valente & Cæcinna Vitellij ducibus, primo die Otho ſuperauit,altero Vitelliani:multisq; trucidatis,& aduerſæ partis audita uictoria,Otho apud Brixellum ſemet occidit, poſtquam biduum tresque

menſes imperium tenuit. Acceſſerunt aũt Vitellij ducibus Othonis milites, & ipſe iam Vitellius Romã cum exercitu ueniebat: dum interea Veſpaſianus quinto die Iunij menſis Cęſarea profectus, eas quas nondũ ſubegerat Iudææ partes petiuit: & in montana regione, quo primũ aſcendit, toparchias duas Gophniticã & Acrabatenã ſubegit: deinde poſt has Bethel & Ephrem municipia: ibiq; pręſidijs collocatis, uſq; Hieroſolymã equitabat. multos uero tũc deprehenſos necabat, multosq; capiebat. Ducum aũt unus Cerealis cũ equitum parte ac peditũ, ſuperiorẽ quæ dicit uaſtabat Idumæam, & Caphetram quidem caſtellũ ex itinere captũ incendit. alterum uero quod Capharin dicitur, admoto milite oppugnabat, muro ſatis ualido cinctũ. diutius autẽ ibi ſe moraturum ſperanti, oppidani ſubitò portas aperuere, & ſupplices ei ſe tradidere. Quibus ſubiugatis, Cerealis in Chebron alteram ciuitatẽ antiquiſſimam tendit, ſitam (ut dixi) in mõtanis locis, haud procul ab Hieroſolymis. Vi aũt irrumpens in eam, reliquã multitudinẽ, quã ibi offendit, cum puberibus interemit: oppidũ uero ipſum exurit. Omnibusq; iam captis, præter caſtella Herodiũ & Maſſadã & Machærunta, quæ à latronibus tenebant, ſola iam Hieroſolyma Romanis ante oculos erat, quæ expugnanda reſtabat.

De Simonis geſtis contra Zelotas. Cap. IX

Simon aũt ubi uxorẽ ſuam à Zelotis recepit, ad reliquias Idumææ tendit perſequendas: & undiq; circumacta natione, Hieroſolymam compulit pleroſq; fugere, cum ipſe quoq; ad eam ſequeretur. Deinde muro eius obſeſſo, ſi quẽ operariorũ ex agris adeuntem multitudinem cepiſſet, interficiebat. Eratq; populo foris Simon Romanis terribilior: intus Zelotæ utriſq; ſæuiores: quos etiã Galilæi nouis inuẽtis & audacia factionum corrumpebant. Nam & Ioannem ad potentiã ipſi prouexerant: & Ioannes eis pro potentia quam ſibi cõparauerat, uicẽ referens, omnia quæ deſiderarent ut facerent permittebat. Inſatiabilis aũt rapinarum cupiditas erat, domorumq; locupletum perſcrutatio. Cædes aũt uirorum & fœminarum iniuriæ, pro ludo habebant, prædamq; cum ſanguine deuorantes ſine aliquo metu, poſt ſatietatẽ muliebri libidine caleſcebant: cõptiq; crines, ac fœminarũ ueſte induti, lotiq; unguentis, & ut forma placeret, oculos illiti, non ſolum ornatum, ſed impudẽtiam quoq; mulierũ imitabant: & obſcœnitate nimia nefarios coitus exigentes, ut in lupanari uerſabantur, ciuitatemq; totam impuris facinoribus profanabant. Effœminantes aũt uultum, dextras ad cædẽ promptas habebãt: delicatoq; inceſſu eneruati, ſubita incurſione bellatores fiebant: & de paludamentis uerſicolorib. eductis gladijs, caſu obuios tranſuerberabant. Eos aũt qui Ioannẽ fugiſſent, excipiebat ſæuior in cædibus Simon: quiq; inteſtinũ euaſiſſet tyrannũ, ab eo qui propè erat occidebatur. Omnis aũt fugæ uia trãſire cupientib. ad Romanos, abſciſſa erat. Inter Ioannis aũt copias quantum erat Idumæorum diſſidebant: ſeparatiq; ab alijs, aduerſum tyrannum tam liuore potentię q̃ crudelitatis eius odio armantur. deinde pugna congreſsi, multos Zelotarũ perimunt, cæterosq; in aulam regiam cõpellunt, quam Grapte ædificauerat. hæc aũt fuerat cognata Izatæ regis Adiabenorũ. Vnà uero irrupere Idumæi, atq; inde Zelotis in fanum pulſis, Ioannis pecunias prædabant. in aula cũ ſupradicta & ipſe degebat

bat,& tyrannidis ſpolia depoſuerat.Inter hæc aũt Zelotarum qui per ciuitatem diſperſi erant,ad illos qui in templũ fugerant aggregati ſunt:eoſq; Ioannes aduerſus populũ & Idumæos educere cogitabat. Iſtis aũt non tam impetus eorũ metuendus erat,cum pugna plus poſſent, q̃ confidentia,ne de tempło nocte ſubreperent,ſeq; pariter occiderent, atq; oppidũ concremarent. Itaq; collecti cum pontificibus deliberabant, quó nam pacto impetũ præcauerent.Sed profecto deus ſententias eorũ in deterius uertit, & interitu acerbius excogitabant ſalutis remediũ.nam ut Ioannẽ deijcerent,Simonẽ recipere ſtatuerunt,& cum precibus alterũ ſibi tyrannũ imponere.Itaque decreto obtemperaũt,miſſoq; Matthia pontifice,rogant Simonem ut ad ſe introiret, quem ſæpe timuerant.cum his aũt precatores erant,etiã qui Zelotas Hieroſolymis fugerant,domus quiſq; ſuæ deſiderio & fortunarum . Ille aũt nimis ſuperbe ſe dominũ fore pollicitus,ueluti ciuitatẽ liberaturus ingrediť, cum ſalutis eum latorẽ ac defenſorẽ ſui populi clamor deſignaret . ubi uero cum ſuis copijs introijt,mox de ꝓpria potentia deliberabat:nec minus eos à quibus rogatus erat,q̃ eos cõtra quos fuerat aduocatus,inimicos putabat.Ioannes aũt cum multitudine Zelotarum templo exire prohibitus,amiſsis etiam quæ in ciuitate habebat (nam ſtatim res eorũ Simon cnm ſocijs diripuerat) ſalutẽ iam deſperabat.Templũ tamen adiuuante populo Simon aggreditur. Illi aũt in porticibus,perq; propugnacula ſtantes impetũ propulſabant:multiq; ex Simonis parte oppetebant,multi ſaucij referebaňt,qm̃ Zelotę ad dexteram ſuperiores erant,eoq; ictus impenetrabiles habebant . Et quãuis loco plus poſſent, turres tñ quatuor maximas fabricauerant, ut ex alto uidelicet miſsilia torquerent:unam ad orientalem angulũ,ad ſeptentrionalẽ alteram, ſuper xyſtũ tertiam, in angulo alio contra ciuitatẽ inferiorem . Quarta uero turris ſupra uerticẽ Paſtophoriorũ condita erat:ubi moris eſt unũ de ſacerdotibus aſtantẽ poſt meridiẽ,quod ſeptimus quiſq; dies inciperet,tuba ſignificare:rurſusq; ueſeperi,ꝙ deſineret,nũc ferias populo,nunc ut opus faciat, denunciantẽ.Per turres aũt diſpoſuerunt baliſtas ſaxorũq; tormenta,& ſagittarios,& fundarũ ſciẽtes.Itaq; tũc Simon pigrius ad impetus mouebať, cum ſuorũ pleriq; molleſcerẽt: amplioribus tñ copijs fretus, propius accedebat. machinarũ enim miſsilia delata longius,multos pugnantiũ perimebant.

De Veſpaſiano in imperatorem electo Cap.V

PEr idem tẽpus Romanos quoq; ſæuiora mala circumueniũt,aderat enim ex Germania Vitellius cũ exercitu,aliã prẽterea ingentẽ multitudinẽ ſecum trahens.Et cum eum deſtinata militi ſpacia non caperent,totam urbem pro caſtris habebat, omnemq; domũ repleuit armatis. illi aũt conſpectis Romanorũ diuitijs oculis inſuetis, & auri argentiq; ſtupore perfuſi,uix cupidinẽ continebant, adeo ut in rapinas ſe conuerterent, & eos qui obſtare conarenť occiderent.Et in Italia quidẽ ita res erant.Veſpaſianus aũt poſtq̃ Hieroſolymis proxima depopulatus,Cæſaream reuertebatur, audijt Romanorũ tumultus,& Vitelliũ principẽ.Hoc aũt, licet ipſe imperiũ pati,ſicut bene imperare noſſet,ad indignationẽ perductus eſt:dominumq; dedignať eum qui ueluti deſertũ inuaſiſſet imperium.Dolore autem ſaucius cruciatum ferre non poterat, neq; alijs uacare bellis, cum patria uaſtaretur.

Veruntamen quantum ira impellebat ad ulciſcendum, tantũ longinquitatis cogitatio reprimebat: multa enim fortunã poſſe noua facere, priuſquã ad Italiam, præſertim hyemis tẽpore ipſe tranſiret: plusq; iam creſcentẽ iracundiã cohibebat. Rectores autem cum militibus conuenientes, aperte iam de mutatione tractabant: & cũ indignatione uociferantes, incuſabant Romæ conſtitutos milites, & in delicijs agentes, qui ne famã quidẽ belli ſuſtineant, quibus libuerit decernere principatũ, & ſpe quæſtus imperatores creare. Se aũt laboribus tot exactis ſub galeis ſeneſcentes, alijs condonare poteſtatẽ, cum apud ſe digniorẽ habeant imperio. cui ſi hanc amiſerint, quam iuſtiorẽ, uel quando referrẽt erga ſe beneuolẽtiæ gratiam? Tanto aũt Veſpaſianũ quàm Vitelliũ iuſtius eſſe principẽ fieri, quanto illis qui eum declaraſſent ipſi præſtarẽt. nõ enim ſe minora pertuliſſe bella, q̃ qui ex Germania ueniſſent: neq; illis qui tyrannũ inde deducerẽt, in armis deteriores eſſe. Nullum aũt in creando Veſpaſiano fore certamen. non enim ſenatum populúmue Romanũ, Vitellij libidines pro Veſpaſiani pudicitia perpeſſuros: nec pro bono imperatore crudeliſsimũ tyrannum, aut filiũ pro patre optaturos principẽ. Maximum enim pacis tutamen eſſe, ueram in imperatore præſtantiam. Ergo ſiue peritiæ ſenectutis debeat imperiũ, habere ſe Veſpaſianũ: ſiue adoleſcentię uiribus, Titum. ex amborũ enim ætate quod ſit cõmodum decerpturos. Non ſolum aũt ſe miniſtraturos declarati imperij uires, qui tres legiones, regũq; habeant auxilia: ſed etiam totũ orientẽ partemq; Europæ extra Vitellij timorem conſtitutam: atq; inſuper qui eſſent in Italia propugnatores Veſpaſiani, fratrem atq; alium filium: quorũ alteri multos dignitate prędditos iuuenes ſociatum iri ſperabant, alteri uero etiã urbis eſſet cõmiſſa præfectura: quę pars ad imperij principia non parũ ualeret. Poſtremo ſi ipſi ceſſarent, ſenatũ fortaſſe declaraturũ eum principem, quẽ conſeruatores milites dehoneſtarent. Hæc primo per cuneos milites loquebant. deinde ſe adhortati inuicẽ, Veſpaſianũ imperatorẽ appellant: eumq; ut in periculo conſtitutũ imperiũ cõſeruaret, orabant. Illi aũt olim quidem rerum omniũ cura fuit, nequaquã uero imperare uolebat, dignũ quidem ſe factis exiſtimans, priuatæ aũt uitę ſecuritatem, clarioris fortunæ periculis anteponens. Recuſanti aũt rectores magis inſtabant: & circumfuſi milites cum gladijs mortẽ ei minitabant, niſi uiuere uellet ut dignus eſſet. diu tamẽ reluctatus, quod renuebat imperiũ poſtremo cum his qui ſe deſignauerant minime diſſuadere poſſet accepit.

Aegypti deſcriptio, & Phari. Cap. XI

MVtiano aũt cæterisq; rectoribus, qui eum ad imperium inuitauerant, & exercitu alio uociferante, ut ſe in hoſtes omnes duceret, prius res Alexandrinas procurãdas putauit: ſciens Aegyptũ plurimam eſſe partẽ imperij, propter frumentariam functionẽ: eaq; ſi potitus eſſet, ui quoq;, ſi perſtaret, Vitelliũ deijciendũ ſperabat. nec enim perpeſſurũ eſſe populum fame oppreſſum. Simul etiam duas legiones, quæ apud Alexandriã degerent, ſibi cupiebat adiũgere. Cogitabat etiã propugnaculo ſibi fore illam regionẽ, aduerſus incerta fortunę. Nam & terra difficilis acceſſu, mariq; importuoſa eſt: & ab occidẽte quidẽ aridam Libyam habet obiectã, à meridie uero limitem qui Syenẽ ab Aethiopia dirimit, nauibusq; inuias

inuias Nili fluminis cataractas. itemq; ab oriente mare rubrũ, ad Copton ciuitatem usq; diffusum. Septentrionale uero munimentũ habet terrã usq; ad Syriam, & quod dicit Aegyptiũ pelagus, totũ portubus carẽs. Hoc quidem modo Aegyptus ex omni parte tuta est. Inter Pelusiũ uero & Syenem, p duo millia stadiorũ porrigit. Ex Plinthine autẽ ad Pelusiũ, nauigatio est stadiorũ trium milliũ & sexcentorũ. Nilus aũt ad Elephantinem oppidũ usq; nauibus ascendit. namq; ulterius progredi, ut suprà diximus, cataractæ non sinunt. Portus aũt Alexãdrinus etiã in pace nauibus aditu difficilis est. nam & ostiũ perangustũ habet, saxisq; latentibus à directo cursu deflectit: & læua quidẽ pars manu factis brachijs cingitur: à dextera uero Pharus obiecta insula, turrim maximã sustinet, ad ccc usq; stadia nauigantibus igne lucentẽ, ut q̃ longissime difficultatẽ applicandarũ nauiũ prẽcaueant. Circũ hanc aũt insulam, opere instructo ingentes muri sunt: quibus afflictũ pelagus, & aduersis obicibus fractũ, asperiorẽ facit meatũ, eoq; periculosum per angustiã aditũ. Intus tñ portus ipse tutissimus est, & xxx stadijs magnus. in quẽ tam quæ desunt illi terræ ad beatitudinẽ deuehunt: quàm quæ superãt ex domesticis & indigenis, in totũ orbem diuisa exportant. Itaq; non sine ratione, Vespasianus Alexandrinarũ rerum erat cupidus, ad totius imperij firmamentũ. Proinde statim ad Tiberiũ Alexandrũ literas dedit, qui Aegyptũ & Alexandriã regebat, indicans militũ alacritatẽ: quodq; ipse (quod necesse fuit) susceptο munere principatus, operam atq; adiumentũ eius assumeret. Alexander aũt, simul ut Vespasiani legit epistolam, prompto animo, & legiones eius sacramento rogauit & populũ: utriq; aũt libẽtissime paruere, uirtutẽ uiri ex proxima administratiõe sciẽtes. Et ille quidẽ permissa sibi potestate, omnia quæ imperij usus exigeret, aduentui quoq; principis necessaria iam parabat.

Vespasianus Iosephum captiuitate liberat. Cap. XII

OPinione uero citius declaratum in oriente Vespasianũ imperatorẽ, ubiq; fama nunciauit. Et uniuersæ quidem ciuitates festos dies habebant, nuncijq; lætitiam pro eo simul & sacrificia celebrabant. legiones uero apud Mœsiam Pannoniamq; degentes, quæ propter Vitellij audaciam paulo antè fuerant concitatę, iusiurandũ Vespasiano maiore gaudio præbuerunt. Vespasianus aũt Cæsaream reuersus, iam Berytum uenerat, ubi multæ quidem è Syria, multæq; ab alijs prouincijs legatiões aderant obuiã, coronas ei & gratulatoria decreta à singulis ciuitatibus offerẽtes. Affuit aũt rector etiam prouinciæ Mutianus, populorũ alacritatẽ, iurataq; per ipsum principẽ sacramenta renuncians. Vbiq; aũt Vespasiani uotis obsecundante fortuna, rebusq; ad eum plurima ex parte inclinatis, cogitare cœpit, q̃ nõ sine dei prouidentia sumpsisset imperiũ: sed iusta quædã fati ratio, ad eius potestatẽ circumduxisset rerũ omniũ principatũ. Recordatus aũt signa, & alia (multa enim sibi contigerant imperium præmonstrantia) & Iosephi dicta, quibus eum Nerone uiuo ausus fuerat appellare imperatorẽ, admirabat uirum quẽ adhuc habebat in uinculis: aduocatoq; Mutiano cũ amicis et rectoribus alijs, primùm q̃ strenuus fuisset Iosephus, quantũq; Iotapatenis expugnandis, ppter eum laborasset exponit. deinde uaticinationes eius, quas ipse quidẽ timoris causa suspicaret esse figmenta: tempus aũt diuinas fuisse, & re-

rum

rum exitus probauiſſet. Tumq; inhoneſtũ eſſe ait, ut q̃ ſibi auguraſſet imperium, uociſq; dei miniſter ac nũcius extitiſſet, adhuc captiui loco haberetur, fortunãq; ſuſtineret aduerſam: uocatũq; ad ſe Ioſephũ ſolui iubet. Hoc autẽ facto, alij quidẽ rectores ex ea gratia quam alienigenæ retuliſſet, præclara etiam de ſe ſperãda eſſe arbitrabant. Titus uero, q̃ cum patre aderat, iuſtũ eſt, inquit, pater, unà cũ ferro etiã probro Ioſephũ ſolui. erit enim, tanq̃ nec initio uinctus ſit, ſi nõ diſſoluerimus, ſed inciderimus catenas. namq; id agi ſolet in his qui nõ recte fuerint uincti. Eadẽ Veſpaſiano placebãt. & quidã interueniẽs ſecuri catenas abrupit. Ioſephus quidẽ ꝓ his quæ prædixerat, prẽmio famæ donatus, & de futuris iam dignus cui credendũ eſſet habebat̃.

De Vitellij morte & moribus. Cap. XIII

VEſpaſianus aũt reſponſo legationibus reddito, iuſteq; pro meritis adminiſtratiõibus ordinatis, Antiochiã uenit. Et quonã primum tenderet cogitans, Alexandrino itinere præſtabilius eſſe duxit, quę Romæ agerent̃ curare. Alexandriam enim ſtabilem eſſe, Romanas aũt res à Vitellio perturbari. Mittit igitur in Italiam Mutianũ cum multis equitũ pedi tumq; copijs. qui tamen propter hyemis aſperitatem ueritus nauigare, per Cappadocas & Phrygas ducit exercitũ. Inter hæc aũt Antonius Primus adducta legione tertia ex his quæ apud Mœſiam morabant̃ (illam enim regebat prouinciam) bellũ gerere cum Vitellio properabat. Vitellius aũt cum magna manu Cæcinnam obuiam ei mittit. Is aũt Roma profectus, quamprimũ circa Cremonam Galliæ Antoniũ conſequit̃, quæ confinis Italiæ ciuitas eſt: ibiq; conſpecta hoſtiũ ordinatione ac multitudine prẽlio quidem congredi non audebat. diſceſſum aũt periculoſum reputans, de proditione deliberabat. Conuocatis aũt centurionibus & tribunis ſibi ſubditis, ut tranſirent ad Antoniũ ſuadebat: Vitellij quidẽ rebus detrahẽs, Veſpaſiani aũt uires extollens: & alterũ nomẽ imperij tantũ, alterũ uirtutẽ habere cõmemorans: ipſis quoq; melius eſſe, ſi id ſponte faciant, quod neceſſe eſt: cumq; ſe multitudine ſuperatũ iri ſciant, uoluntate periculũ prẽuenire. Nam Veſpaſianũ quidẽ idoneũ eſſe etiã ſine ipſis ad reliqua uindicanda: Vitelliũ uero ne cum ipſis quidẽ præſentia poſſe ſeruare. Multa locutus in hunc modum quod uoluit perſuaſit: & cũ milite transfugit ad Antoniũ. Eadẽ uero nocte milites pœnitudo ſimul ac metus eius, ſi uiciſſet, à quo miſsi fuerãt, occupauit, eductiſq; gladijs, Cæcinnã obtrũcare uoluerũt. feciſſentq; niſi his aduoluti tribuni ſupplicaſſent. quamobrẽ cẽde quidẽ ſe abſtinuerunt, uinctũ aũt quaſi proditorẽ Vitellio trãſmittendũ habebant. His auditis Primus Antonius cõtinuo ſuos mouet, eosq; cũ armis in defectores ducit. illi aũt inſtructi ad prẽliũ, pauliſp quidẽ reſtiterunt. mox aũt loco pulſi, Cremonã fugerunt. Primus aũt comitatus equitibus curſus eorũ prẽuertit: & ante ciuitatẽ circũcluſam pleraq; multitudinẽ peremit. aggreſſus aũt reliquos, oppidũ militib. prædari permiſit. in quo multi quidẽ hoſpites mercatores, multi uero indigenæ periere, totusq; Vitellij exercitus, uirorũ xxx milia & ducenti. quin & Antonius eorũ quos de Mœſia adduxerat quatuor milia & quingẽtos amittit. ſolutũ aũt uinculis Cæcinnã, rerũ geſtarum nunciũ ad Veſpaſianũ mittit. qui ad eũ intromiſſus & collaudatus eſt, & ꝓditoris dedecus inſperatis protexit honoribus. Romę

autem

autē Sabinus ubi Antoniū appropinquare cognouit, fiducia recreatus eſt: collectisq; uigilū cohortibus, nocte occupat Capitoliū. luce uero facta multi nobiliū ſociati ſunt ei, & Domitianus fratris filius, pars ingens obtinendę uictoriæ. Sed Vitellius de Primo quidē minime curabat. his aūt iratus qui cum Sabino defecerant, & nobiliū ſanguinē pro ingenita crudelitate ſitiens, immittit Capitolio quā ſecū adduxerat militū manū. ubi multa ab his itemq; ab illis qui templū tenebant pugnantibus, audacter admiſſa ſunt: poſtremo aūt Germani, ꝙ multitudine ſuperabant, collē obtinuerūt. Et Domitianus quidem cum multis Romanorū uiris inſignibus, diuina quadam ratione ſaluus euaſit: reliqua uerò multitudo tota laniat̄. Et Sabinus quidē ad Vitelliū ductus occidit̄. milites aūt direptis donarijs, templū incendunt. Tumq; poſtero die cum exercitu uenit Antonius, eumq; Vitellij milites excipiunt: & trifario cōmiſſo intra urbē prælio, omnes interiere. Procedit aūt ebrius de palatio Vitellius, & ut aſſolet in extremis longiore luxu prodigæ menſæ refertus. tractus aūt per populū, uarioq; contumeliarum genere dehoneſtatus, in media urbe iugulat̄, octo mēſes ac dies quinq; potitus imperio: quē ſi uiuere diutius cōtigiſſet, ut opinor, eius luxuriæ minime ſufficere potuiſſet imperium. aliorū uero mortuorū ſupra L millia numerata ſunt. Hæc quidē geſta ſunt die tertio menſis Octobris. Poſtero aūt die Mutianus cum exercitu Romam ingredit̄, & Antonij militib. à cæde repreſsis (adhuc em̄ hoſpitia perſcrutando, & Vitellij milites, & ex populo plurimos qui cum illo ſenſerant, occidebant, examinationis diligentiā iracundia præuenientes) Domitianū productū populo rectorē inſinuat, uſq; ad patris aduentum. populus autem iam timore liberatus, imperatorem prædicat Veſpaſianum: ſimulq; & illum confirmatum, & Vitellium eſſe deiectum feſta lætitia celebrabat.

Titus mittitur contra Iudæos à patre. Cap. XIIII

VM aūt Veſpaſianus Alexandriā ueniſſet, geſta ei Romæ nūciata ſunt, & legati ei ex toto orbe congratulantes affuerūt. cumq; maxima poſt Romam ciuitas eſſet, anguſtior multitudini uidebatur. Firmato aūt iam totius orbis imperio, rebusq; pop. Ro. p̄ter ſpē conſeruatis, Veſpaſianus in Iudææ reliquias intendit animū. Et ipſe quidem exacta hyeme, Romā proficiſci parabat, resq; apud Alexandriā mature cōponere proponebat. filiū uerò Titū cum ſelectis copijs ad excidendam Hieroſolymā mittit. Qui terreno itinere Nicopolim uſq; progreſſus, ab Alexādria ciuitate XX ſtadiorum interuallo diſtantē, inde militem longis nauibus imponit: Niloq; flumine poſt Mendeſium tractum, Thmuin uſq; uehitur. hinc aūt egreſſus in terram, apud Tanin ciuitatem diuertit. unde ſecunda ei manſio fuit ciuitas Heraclea, & Peluſium tertia. Hic aūt milite per biduū recreato, tertio die Peluſiij fines tranſijt: unamq; manſionē profectus per ſolitudines, ad Caſij Iouis templū caſtra poſuit. poſteroq; die apud Oſtracinen, quæ manſio aquæ inops eſt, ob quam cauſam aduectitia utunt̄ indigenæ. Hinc apud Rhinocoluram requieſcit: & inde progreſſus in quartam manſionē, Raphiam uenit, quæ prima occurrit Syriæ ciuitas. Gaza uero quintę manſionis caſtra ſuſcepit: & poſtea in Aſcalonē, atq; hinc Iamniā, deinde Ioppen, & ex Ioppe Cæſareā peruenit: decreto apud ſe, alias militū copias congregare.

FLAVII IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO
LIBER SEXTVS.

De triplici ſeditione apud Hieroſolymam. Caput I

ITVS quidem ad eum modum quem prędiximus, emenſa ultra Aegyptũ ad Syriam uſq; ſolitudine, Cæſaream uenerat. ibi enim exercitum decreuerat ordinare. Illo aũt adhuc apud Alexandriam unà cum patre imperium, quod nuper ei deus permiſerat, diſponente, contigit etiam ſeditionẽ, quæ apud Hieroſolymam erat, auctã trifariam diuidi, & aliam partẽ in aliã uerti. quod ut in malis optimũ quis dixerit, factumq; iuſtitiæ. nam Zelotarũ quidem in populũ dominatio, quæ autor erat excidij ciuitatis, unde cœperit, & per quos creuerit, diligenter ſuperius declaratum eſt. hanc aũt non errauerit quiſquã, dicens ſeditionẽ in ſeditione eſſe factã, ac ueluti rabida fera, externorũ penuria, in ſua uiſcera ſæuire ſolet: ſic Eleazarus Simonis filius, qui & ab initio Zelotas in templũ à populo ſeparauerat, uelut indignari ſimulans ob ea quæ in dies ſingulos Ioannes auderet, cũ ne ipſe quidẽ à cædibus quieſceret: re aũt uera ſeſe poſteriori tyranno ſubiectũ eſſe minime ferẽs, ſummæ rei deſiderio, propriæq; potẽtiæ cupiditate, ab alijs defecit: aſcitis etiam Iuda Chelciæ filio, & Ezronis Simone potẽtiſſimis: pręter quos erat etiã Ezechias Chobari filius, nõ ignobilis. Horũ ſingulos Zelotæ nõ exigui ſequebant̃: occupatoq; interiore templi aditu, ſuper eius portas in ſacris foribus arma ponunt. & abundare quidem ſe ſuis neceſſarijs confidebant: ſacrarũ enim rerũ copia ſuppetebat, nihil impiũ exiſtimãtibus: paucitati uero ſuorũ timentes, pleriq; in locis ſuis otioſi manebant. Ioannes aũt quanto ſuperior erat uirorũ multitudine, tanto loco ſuperabat̃: hoſteſq; habẽs à uertice, neq; ſine metu conabat̃ incurſus, & præ iracũdia ceſſare nõ poterat. Plus aũt mali perferens, q̃ Eleazari partẽ afficiens, tamen non remittebat. crebri enim fiebant impetus, & miſsiliũ iactus, totũq; polluebat̃ cædibus templũ. Filius aũt Gioræ Simon, quẽ rebus deſperatis inuitatũ, ultro ſibi tyrannũ ſpe auxilij populus introduxerat: & ſuperiorẽ ciuitatẽ retinẽs, & inferioris plurimã partẽ, animoſius iam Ioannẽ eiusq; ſocios adoriebat̃, quaſi qui deſuper impugnarent̃. ſubiectus aũt illorũ manibus erat, ſicut & illi ſuperiorũ. Et Ioannẽ eueniebat duplex præliũ perferentẽ, lædi pariter ac lædere: quantoq; uincebat̃, eo q̃ Eleazaro eſſet humilior, tanto plus lædebat, Simone celſior conſtitutus: cum inferiores aggreſſus etiã ſola manu ſine labore prohiberet: deſuper uero ex fano iaculantes, machinis deterreret. Quippe baliſtis & non paucis lanceis utebat̃, ſaxorũq; tormentis: quibus non ſolum bellantes ulciſcebat̃, ſed multos etiam ſacra celebrantiũ perimebat. Quanq̃ enim ad omne impietatis genus rabidi ferebantur, tamen eos qui ſacrificare cuperent recipiebant, cum ſuſpicione & cuſtodibus indigenas perſcrutando. Hoſpites enim etiam qui exoraſſent eorũ crudelitatẽ, poſt exituri ſubciſiua

ſiua ſeditionis opera conſumebant. Miſsilia namq; machinarum ui ad aram uſq; templũq; peruenientia, in ſacerdotes ſacra celebrantes cadebant: ac multi qui properantes ab ultimis finibus terræ ad ſanctiſsimũ locũ ueniſſent, ante ipſas hoſtias procubuerunt: aramq; uniuerſis Græcis & Barbaris adorandam, ſuo ſanguine imbuêre. Indigenis aũt mortuis alienigenæ, ac ſacerdotibus profani miſcebant: perq; atria diuina, ſtagnũ fecerat diuerſorũ cadauerum ſanguis. Quid tantũ paſſa es ó miſerrima ciuitas à Romanis, qui tua inteſtina ſcelera purgaturi flammis introiere? Iam enim dei locus non eras, neq; manere poteras, domeſticorũ funerũ facta ſepulchrũ, & quæ fanũ ciuili bello tumulũ conſtitueras: poteris aũt denuo fieri, poteris, ſi unquam uaſtatorem tui deum placaueris. Sed enim reprimẽda ſunt quæ dolent, lege ſcribendi: quando nõ domeſtici luctus, ſed exponendarũ rerum hoc tẽpus eſt. Proſequar aũt ſeditionis facinora cætera. Ergo diuiſis trifariam inſidiatoribus, Eleazarus quidem eiusq; ſocij, qui ſacras primitias conſeruabant, in Ioannẽ ebrij ferebant. Qui uerò huic parérent, plebẽ diripientes in Simonẽ rebellabant, cum ipſi quoq; Simoni contra diuerſæ partis ſeditioſos adiumento eſſet ciuitas. Si quando igitur ex utraq; parte appetebat Ioannes, obuertebat ſocios ſuos: & de ciuitate quidẽ ſubeuntes, miſsis ex porticibus telis, de templo uero iaculantes, machinis ulciſcebat. Quoties aũt deſuper inſtantiũ moleſtia caruiſſet (frequenter enim ebrietate & laſsitudine ceſſabant) liberius in Simonẽ eiusq; ſocios cum plurib. irruebat. Semper aũt quantũ in ciuitate populiſſet in fugam uerſos, ædes frumenti plenas omniumq; utenſiliũ incendebat: idemq; hoc illo regrediente, Simon inſecutus agebat: ueluti cõſulto pro Romanis omnia corrumperent quæ ad obſidionẽ ciuitatis erant præparata, ſuarumq; uiriũ neruos abſcinderent. Deniq; contigit unà exuri omnia circũ templũ, & inter proprias acies ſolitudinẽ atq; aream pugnæ fieri ciuitatem: concremari aũt paulo minus omne frumentũ, quod non paucis annis ſufficere potuiſſet obſeſsis: denique fame capti ſunt, qua minime quiuiſſent, niſi eam ſibimet cõparauiſſent. Vndiq; aũt inſidiatoribus & confinibus oppugnantibus ciuitatẽ, medius populus uelut aliquod magnũ corpus lacerabatur. Senes uero ac mulierculæ inteſtinis malis attonitę, pro Romanis uota faciebant: externumq; bellũ, quo domeſticis malis liberarentur, expetebãt. Grauis aũt metus ac terror fœdiſsimus occupauerat: & neq; conſilij capiẽdi tempus erat, ut uoluntatẽ mutarẽt, neq; pactionis aut fugæ ſpes cupiẽtibus. Etenim cuſtodiebant omnia: diſsidentesq; latronũ principes, quoſcũq; Romanis pacatos eſſe, uel transfugere ad eos uelle ſentirent, quaſi cõmunes hoſtes interficiebant: ſolũq; in occidendis uita dignis cõcordes erant. Et pugnantium quidẽ nocte dieq; clamor perpetuus erat: ſed metu acerbiores erant lugentiũ queſtus. Et aſsiduas quidẽ lamentatiõis cauſas, calamitates præbebãt: timor aũt includebat ululatus: atq; obmuteſcente dolore præ formidine, tacito gemitu cruciabant: neq; iam aut reuerẽtia uiuis apud domeſticos erat, neq; mortuis cura ſepulturæ adhibebat. Quorũ amborũ hæc cauſa erat; q̃ de ſe quiſq; deſperabat. In omni em̃ re animos remiſerãt q̃ cum ſeditioſis nõ erant, quaſi cõtinuo modis omnibus morituri. At uero ſeditioſi cõgeſta in tumulũ cadauera cõculcantes dimicabant: & ex mortuis hauriẽtes audaciã,

quos ſub pedibus cernerẽt, immanius ſęuiebãt: ſemperq́; aliqd in ſe pnicioſum excogitãtes, & quod uiſum fuiſſet ſine miſeratione faciẽtes, nullã cædis aut crudelitatis uiam p̃termiſere: adeo ut etiã ſacris materijs ad bellica cõficiẽda inſtrumẽta Ioãnes abutereť. Nam cũ olim fulcire templũ populo itẽq́; pontificibus placuiſſet, idq́; xx cubitis altius ædificare, rex quidẽ Agrippa ex mõte Libano aptas ei materias maximis ſumptibus & labore deuexit: hoc eſt, ligna & magnitudine ſimul & directa proceritate ſpectabilia. Interuẽtu aũt belli opere interrupto, Ioannes his ſectis, ꝙ ſufficere longitudinẽ reperit, turres ædificauit: & aduerſus eos cõſtituit, q̃ deſuper à tẽplo pugnarent, poſt muri ambitũ contra exedrã occidentalẽ admotas, quà ſolũ poterant, ꝙ aliæ partes gradibus ex lõginquo fuerũt occupatæ. Et ille quidẽ fabricatis ex impietate machinis ſubactũ iri ſperauit hoſtes. Deus uero laborẽ eius inutilẽ demõſtrauit, & priuſquã in his quicq̃ poneret, Romanos adduxit. Etenim Titus, poſtq̃ partẽ ad ſe collegit exercitus, alijs uero ut ad Hieroſolymam occurrerẽt ſcripſit, Cæſareã profectus eſt. Erant aũt tres legiones, quæ pridem ſub eius patre Iudæã uaſtauerãt; & duodecima, quæ olim cũ Ceſtio male pugnauerat, quæq́; licet p̃ id fortitudine eſſet inſignis, tunc tñ eorũ etiã memoria quę pertulerat, alacrius ad uindictã properabat. Harũ quidẽ quintã legionem iuſsit ſibi p̃ Ammaunta occurrere, decimã uero aſcẽdere p̃ Hierichũta. Ipſe quidẽ cum cæteris egreſſus eſt, quas regũ quoq; auxilia plura q̃ dudum, multiq́; Syri auxiliares comitabanť. Suppletũ eſt aũt quatuor legionũ quantum Veſpaſianus ſelectũ cum Mutiano miſerat in Italiã, ex his qui cum Tito acceſſerant. duo namq; millia de Alexandrino exercitu lecta, tria milia uero ab Euphrate eum ſequebanť, & amicorũ ſpectatiſsimus beneuolẽtia ſimulq́; prudẽtia, Tiberius Alexander, qui antea quidem Aegyptũ adminiſtrauerat, tunc aũt dignus qui exercitũ regeret, ꝓpterea iudicatus, ꝙ primus incipienti fuit hoſpes imperio, & cũ fide clariſsima incertæ fortunę ſociatus eſt: idemq́; conſultor in uſus bellicos ætate ac peritia præcipuus aderat.

Titus explorator Hieroſolymæ pericitatur. Cap. II

PRogredientem uero in hoſtilem terram Titum, antecedebãt regia omniaq́; auxilia, poſt eos uiarũ ſtratores, caſtrorumq́; metatores. Deinde rectorum ſarcinæ atq; armati. Poſt hos ipſe Titus, & alios lectos habens & ſigniferos, quorum agmen equites ſequebanť. Hi uero ante machinas ibant, & ſecundum illos unà cum lectis tribuni, & prę fecti cum cohortibus. Pòſt aũt circum aquilam ſigna, & ante ſigna tubicines, deinde acies ſenum uirorum ordinibus dilatata. Seruile aũt uulgus à tergo cuiuſq; legionis, & ante hos ſarcinæ. Omniũ uero nouiſsimi mercenarij, eorumq; cuſtodes coactores agminis. Procedens aũt decẽter cum exercitu, ita ut mos eſt Romanis, in Gophnam per Samaritidem uenit, quæ & prius ab eius patre fuerat occupata, & tunc præſidijs tenebať. Ibi autem unam moratus ueſperã, mane inde proficiſciť: peractaq́; diei mãſione, caſtra ponit in loco quẽ Iudęi ſermone patrio Acanthonaulona uocitant, iuxta uicũ quendã Gabath Saul nomine, quod ſignificat uallẽ Saul, diſtantẽ ab Hieroſolymis ſtadijs ferè xxx. Hinc ſexcẽtis propè lectis equitibus comitatus, perrexit in ciuitatẽ, q̃ tuta eſſet, Iudęorũq́; animos exploraturus: ſi fortè ſe cõſpecto, priuſquã ad

manus

manus ueniret, metu cederent. audierat enim quod erat uerũ, à seditiosis & latronibus oppressum populũ desiderare quidẽ pacẽ: sed quod rebellãtibus infirmior esset, nihil conari. Quandiu quidẽ per uiam quæ ad murũ duceret equitabat, nemo ante portas apparuit: ubi uero itinere ad turrim Psephinon declinato, trãsuersum agmẽ equitũ duxit, infiniti subito prosiliũt, quà Mulie bres turres uocant: & per eam quæ contra monumentũ Helenæ porta est egressi, equitatũ intercidũt. atq; alios quidẽ etiã tunc uia currẽtes, ne cum his qui diuertebant sese iungerent, à fronte oppositi, prohibuerũt: Titũ uero cũ paucis separant. Ille aũt ultrà quidem minus progredi poterat: à muro enim cuncta fossis patebant, & transuersi erant horti, multisq; macerijs impediti. ad suos aũt in aggere constitutos recursus, intercedẽte hostili manu, desperabatur. Quorũ pleriq; imperatoris periculũ nesciebãt: sed existimantes eũ secum reuerti, etiã ipsi fugiebant. Titus aũt in sua tantũ fortitudine sitam esse prospiciens spem salutis, flectit equũ: & ut se sequerent cum clamore comites adhortatus, in medios hostes irruit, ui ad suos trãsire festinans. Quo quidem tẽpore maxime intelligi potuit, & belli momẽta & imperatorũ pericula deum curare. Tot enim aduersus Titũ missilibus iactis, cum neq; galea neq; thorace septus esset (non bellator eñ sed explorator, ut dixi, processerat) nullum in eius corpus delatũ est: sed tanq̃ ne eum ferirẽt, ex industria mitterentur, omnia præteruolabant. gladio uero semp à laterib. instantes dirimens, multosq; ante ora subuertens, super cadẽtes agebat equũ. Illorũ aũt clamor erat, ꝓpter audaciã Cæsaris, ut eũ aggrederent, cohortatio: fugaq; & discessio repẽtina, quocũq; diuerteret cursum. Huic aũt se periculi participes, cũ à tergo & à laterib. funderent, adiunxerãt. una enim erat unicuiq; spes salutis, uiã cũ Tito patefacere, priusquã circũuentus opprimeret. Deniq; duorũ ex nimis pertinacibus, alter cũ equo ꝓcussus est: altero uero deiecto & occiso, equus eius abductus est. Titus uero cũ cæteris in castra saluus euadit. Iudæis quidẽ, ꝙ aggressione prima superiores fuerant, incõsulta spes animos extulit, magnamq; his in posterũ fiduciã momentũ temporaneum cõparauit.

De eruptionibus Iudæorũ contra Romanos castrametantes. Cap. III

CAesar aũt, postq̃ ex Ammaunte legio sibi coniuncta est nocte, luce inde digressus ad Scopon accedit, unde iam & ciuitas & clara tẽpli magnitudo cõspici poterat: qua parte septentrionalẽ regionem ciuitatis cõtingẽs locus humilior, proprie Scopos nominatus est, distans à ciuitate stadijs VII. ibiq; duabus legionibus simul, quintæ legioni uero retrorsum stadijs tribus castra muniri iubet. labore nãq; nocturni itineris attritos milites progredi uisum est, ut sine formidine murũ struerent. Mox aũt cœpto ædificio, decima quoq; legio per Hierichunta aderat à Vespasiano præoccupatã: ubi quædã pars armatorũ in præsidio fuerat collocata. His aũt prẽceptũ erat sexto ab Hierosolymis stadio castra ponere, qua in parte mons, qui appellat Elæon, cõtra ciuitatẽ ab oriẽte situs est, altaq; interiacente ualle discernit, cui nomen est Cedron. Intra ciuitatẽ uero sine requie confligentiũ dissensionẽ, tum primũ ingens subito bellũ foris interueniens refrenauit: & cum stupore seditiosi Romanorũ castra inspectantes, trifariã distributa mala, inter se iniere concordiã: rationẽq; inuicẽ requirebãt,

quidnam exſpectarent, quidue perpeſsi, tres muros contra uitã ſuã paterent opponi: belloq; tanta ſe fundente licentia, tanq; ſpectatores bonorũ operũ ſibiq; utiliũ reſiderent mœnib. clauſis, remiſsisq; armis ac manibus. In noſmetipſos profecto, exclamat aliquis, tantũmodo fortes ſumus: Romanorũ aũt lucro ex noſtra ſeditione ſine ſanguine oppidũ cedet. His alios atq; alios congregantes exhortabant: raptisq; armis, ſubito in legionẽ decimã ruunt: perq; uallem facto impetu, cum ingẽti clamore murũ ædificantes Romanos aggrediunt. Illi aũt in opere diſtributi, armis ob eam cauſam pleriq; depoſitis (nec em excurſum Iudæos auſuros eſſe credebant, & ſi maxime uellẽt, animos eorũ ſeditione diſtractũ iri arbitrabantur) prẽter opinionẽ perturbati ſunt: atq; opere quiſq; derelicto, confeſtim alij receſſere: multi aũt ad arma properantes, priuſquã ſe in hoſtes cõuerterent, feriebant. Plures aũt Iudæis ſemper adijciebant, eorũ freti uictoria qui præceſſerãt, & quòd cũ pauci eſſent, multiplex numerus & ſibi & hoſtibus uidebant, quòd ſecunda fortuna uterent. Romani aũt maxime ordinari cõſueti, & cum decore atq; prẽceptis bellũ gerere ſcientes, ex perturbatione trepidabant. unde tũc quoq; præuenti aggreſsione cedebant. Si quando tñ ſeſe conuerterent ab inſequentib. occupati, & à curſu reprimebant Iudæos, & ob impetũ minus cautos feriebãt. Semper uero excurſione gliſcente magis magisq; turbati, poſtremo caſtris pulſi ſunt: totaq; legio tunc in periculũ uentura fuiſſe uidebat, niſi hoc mature ſibi nũciato, Titus eis tuliſſet auxiliũ: multisq; increpans ignauiã, & ſuos à fuga reuocaſſet: Iudæisq; à latere ipſe cũ his irruens, quos circa ſe habebat electos, multos quidẽ occidiſſet, plures uero ſauciaſſet, omnes aũt in fugam uertiſſet, atq; in uallẽ præcipites cõpuliſſet. Illi aũt prono in loco multa mala perpeſsi, poſtq; in aduerſam partẽ euaſere, flectunt ſe iterum, & ualle interce dente cum Romanis dimicabãt. Igit ad mediũ diem ita bellatũ eſt. Paulo aũt poſt meridiẽ, Titus his qui ſecũ erant in ſubſidio collocatis, alijsq; de cohortibus aduerſus excurrentes oppoſitis, reliquum agmen ad murũ in ſummo montis ædificandũ remiſit. Iudæis aũt hæc fuga eſſe uidebatur. Cumq; ſpeculator quem in muro poſuerant, amictu agitato ſignũ dediſſet, frequentiſsima multitudo tanto impetu proſilijt, ut eorũ curſus immaniſsimis beſtijs eſſet aſsimilis. Deniq; in aduerſa acie ſtantiũ nemo impetũ ſuſtinuit: ſed tanq; machina percuſsi, continuo diſsipati, pulſiq; in montẽ refugiunt. In aſcenſu aũt medio Titus cum paucis relictus eſt: multumq; monentib. amicis, qui p imperatoris reuerentia contempto periculo perduraverant, ut mortẽ appetentibus Iudæis cederet, neq; pro his in diſcrimen ueniret, quos ante ipſum ſaluos eſſe nõ oporteret: ſed potius fortunã ſuam reputaret, q nõ militis officio fungeret, uerùm & belli & orbis dominus eſſet: né ue in tanta fuga ſubſiſteret, in quo omnia niterent: hæc ne audire quidem ſimulans, & ad ſe accurrentibus obſtabat: eosq; in ora feriens, cum ui obniterent, occidebat, & per decliue repente incũmbens, multitudinẽ proturbabat. Illi aũt & uiribus eius et obſtinatione perterriti, ne tum quidẽ in ciuitatẽ fugêre: ſed in utrũq; latus ab eo declinantes, rurſum fugientes inſequebant. quos tamen aggreſſus à latere, ipſorũ quoq; impetum præpediebat. Dum hæc aguntur, etiam illos qui ſuperiora caſtra muniebant, ubi fugere inferiores uidere, metus ac turba occupat

cupat:totumq; agmen diſpergitur, ſuſpicantium excurſum quidem Iudæorum ferri non poſſe, Titum uero in fugam uerſum:nec enim unquã illo manente alios fugituros fuiſſe.& tanquam Panico terrore circundati,alius aliò ferebantur:donec quidam cum in media pugna uerſari imperatorem uidiſſent,plurimum metuentes,uniuerſę legioni eius periculũ cum clamore nunciauerunt.Itaq; pudore reuocati,& fuga maius aliquid ſibi exprobrantes,q̃ Cæſarem deſeruiſſent,totis uiribus in Iudæos utebant̃, & ſemel impulſos urgebant per decliuia.Illi autem paulatim recedẽtes pugnabant.cumq; Romani plus poſſent,eo q̃ ſuperiores erant,in uallem omnes coacti ſunt.Titus autem contra ſe poſitis imminebat:& legionem quidem ad muri fabricam redire iubet:ipſe uero cum his quibus antea reſiſtendo hoſtes arcebat. Itaq; ſi me nihil addentem obſequio,neq; inuidia detrahentem,uerũ dicere oportet,ipſe Cæſar bis totam legionem periculo liberauit,atq; ita caſtra muniendi copiam militibus præbuit.

De inteſtina pugna azymorum diebus. Cap. IIII

REmiſſo aũt pauliſper bello externo, iterum inteſtinum ſeditio ſuſcitauit.Azymorumq; inſtante die, qui eſt Aprilis menſis quartuſdecimus (hoc enim ſe primũ tempore opinantur Iudæi ab Aegyptijs eſſe liberatos) Eleazarus quidem cum ſocijs portam ſubaperiens, introire cupiebat ex populo qui templum adorare cuperent.Ioannes autem die feſto ad protegendas inſidias uſus eſt:& ſuorum quoſdam ignotiores, armis ſub ueſte latẽtibus inſtructos,quorum pleriq; impuri erant, occulte inter alios ſani occupandi gratia ſubmittit. illi autem poſtquam intrauere, ueſtimentis abiectis, ſubito armati apparuerunt. Magna uero ſtatim turba circa templũ ac tumultus erat,cum alienus quidem à ſeditiõe populus, omnibus ſine diſcrimine putaret, Zelotæ uero ſibimet ſolum inſidias comparatas. Verùm hi quidem relicta portarum cuſtodia,& alij ex propugnaculis deſiliẽtes,priuſquam manus conſerererent,in templi cloacas confugêre.Populares autem ad aram delati,& circum templum appulſi conculcabantur, cum lignis paſsim ferroq; cęderentur.Multos autem occiſorum inimici priuato odio,quaſi diuerſæ factionis ſocios interficiebant. Et quicunq; antehac inſidiatorem aliquem offenderat,tũc agnitus quaſi Zelotes ducebatur ad mortem. Sed qui atrocitate magna innocentes afficerent,inducias cõceſſere nocentibus,progreſſosq; ex cloacis dimiſerunt. ipſi autem interius templum & omnes eius apparatus tenentes,confidentius oppugnabant Simonem. Seditio quidem hoc modo,quæ tripartita fuerat,in duas partes diuiſa eſt.Titus autem caſtra propius ciuitatem transferre cupiens de Scopo,contra excurſus quidem lectos equites ac pedites,quos ſatis eſſe arbitrabatur,poſuit:alium uero exercitum iuſsit totum quod erat uſq; muros ſpacium complanare. Cunctis igitur macerijs ac ſepibus dirutis,quibus hortos ac prædia incolæ præmunierant, omniq; oppoſita quamuis frugifera ſylua exciſa, repletum eſt quicquid erat cauum & uallibus impeditum.ſaxorum autem eminentiſsimis ferro truncatis, humiliorem totum illum tractum à Scopo uſq; ad Herodis monumenta fecerunt,ſerpentiũ ſtagnum continentia, quod olim Bethara uocabatur.

De Iudæorum dolo in Romanorum milites. Cap. V

IIs deniq; dieb. Iudæi Romanis huiuſmodi inſidias parauere. Seditioſorũ audaciſsimi extra muliebres (quæ ſic appellabantur) progreſsi turres, ſimulato ꝙ pacis eos ſtudioſi pepuliſſent, & ꝙ timerent impetũ Romanorũ, ibidem uerſabant̃, & alter ſub altero uitabundi latebant. Alij uero per muros diſpoſiti, populũq; ſe eſſe ſimulantes, clamore pacẽ implorabant, fœdusq; poſcebant: portasq; ſe patefacturos eſſe pollicentes, inuitabant Romanos. Hoc aũt uociferantes, unà etiam contra ſuos, ueluti portis eos abigerent, lapides iaciebant. illiq; ſe ui perrumpere aditus uelle ſimulabant, & ciuibus ſupplicare. cumq; ad Rom. ſæpiſsimè ire conarent̃, reuerſi perturbatis ſimiles uidebant̃. Verũ hæc eorũ calliditas, apud milites quidem fide non carebat, ſed tanq̃ hos quidẽ in manibus haberent paratos ad ſuppliciũ, illos uero ciuitatem ſibi aperturos ſperarẽt, opus aggredi feſtinabant. Tito aũt ſuſpecta erat inuitatio, quia rationẽ non haberet. pridie nãq; prouocatos eos ad pactionẽ per Ioſephũ, nihil mediocre ſentire cognouerat, etiã tunc igit̃ milites manere loco ſuo præcepit. Iam uero quidã operibus appoſiti, raptis armis ad portas excurrere cœperant. Hi aũt qui expulſi uidebant̃, primo quidẽ cedebãt: deinde ubi ad turres portæ propinquabant, curſu eos circumueniunt, & à tergo perſequebant̃. qui uero in muro ſtabant, lapidũ his multitudinẽ, omnigenũq; telorũ ſimul infundunt: adeo ut multos quidẽ necarent, plurimos uero ſauciarent. nec em̃ facile erat à muro diffugere, alijs retro uiolenter inſtantibus. & præter hoc pudor ꝙ rectores peccauerant, itemq; metus, in delicto perſeuerare ſuadebat. Quamobrẽ cum hoſte diu decernẽtes, multis uulneribus acceptis, neq; paucioribus redditis, poſtremo eos à quibus circumuenti fuerant repulere. quos tñ recedentes uſq; ad Helenæ monumentũ, Iudæi urgendo iaculis ſequebant̃. deinde inſolenter fortunę maledicentes, & Romanos uituperabãt fraude pellectos: ſcutaq; alte ſublata criſpantes tripudiabant, & cum lætitia uociferabant̃. Milites aũt interminatio principũ, & Cæſar iratus, huiuſmodi oratione corripuit: Iudæi quidẽ, quos ſola regit deſperatio omnia cũ delibe ratione faciũt atq; prudentia, fraudes & inſidias cõponendo, eorũq; dolos fortuna proſequit̃, ꝙ ſunt morigeri, ſibiq; inuicẽ beneuoli ac fideles: Romani uero, quibus ob diſciplinã & conſuetudinẽ obediendi rectorib. fortuna famulatur, nunc contrà peccant, & intẽperantia manuũ debellant̃: quod omnium eſt peſsimũ, præſente Cæſare, ſine rectore dimicantes. Certe, inquit, plurimũ ingemiſcẽt militiæ leges, plurimũ pater, cum hoc uulnus audierit. ille quod cum bellando ſenuerit, nunq̃ iſto modo peccarit. leges aũt, ſi cum in eos qui minimũ quid præter ordinẽ mouerint, morte uindicent, nunc totum deſertorẽ exercitũ uideant. Modo aũt ſcituros eſſe eos ait, qui arroganter egere, quòd apud Romanos etiam uincere ſine præcepto ducis, infamiæ eſt. Hæc Titus ad rectores locutus cum indignatione, certus erat, qua lege in omnes erat uſurus. Et hi quidẽ abiecerunt animos, quaſi iamiamq; iuſte moriturí. circumfuſæ uero legiones Titũ pro cõmilitonib. obſecrabãt: paucorumq; temeritatẽ condonari cunctorũ obedientiæ precabant̃: emẽdaturos enim peccatũ præſens, futuræ cõpenſatione uirtutis. Placatus eſt Cæſar utilitate

tate ſimul ac precibus. namq; unius hominis animaduerſionẽ uſq; ad factũ promouendam putabat, multitudinis uero ad ueniã. Militibus quidẽ reconciliatus eſt, multũ monens ut poſt hæc prudentius agerent. ipſe uero, quẽad modum Iudæorũ ulciſceretẽ inſidias, cogitabat. Interuallo aũt, quod uſq; ad muros ciuitatis erat, per quatriduũ coæquato, ſarcinas aliamq; multitudinẽ cupiens tutò traducere, militũ ualidiſsimos à ſeptentrionali tractu in occiduum ſeptemplici ordine cõtra murũ prætendit, peditibus in fronte, ac poſt eos equitibus acie terna diſpoſitis, medijsq; inter utroſq; ſagittarijs. Excurſibus aũt Iudæorũ tanto præſidio præcluſis, impedimenta trium legionum, itemq; alia multitudo ſine timore tranſijt. Ipſe quidẽ Titus cum propè duobus ſtadijs abeſſet à muro, ad anguli eius partẽ contra turrim quę appellatur Pſephinos, caſtra ponit: ad quã muri ambitus ex aquilone pertinens, flectitẽ ad occidentẽ. altera uero pars exercitus eam turrim uerſus, quæ appellatur Hippicos, muro circumdatẽ, duũm ſtadiorũ ſpacio ſimiliter à ciuitate diſcedens. decima tamen legio in Elæon monte, ubi erat, manebat.

Deſcriptio Hieroſolymorum. Cap. VI

CIuitas aũt trino muro circumdata erat, niſi quà uallib. inuijs cingebatẽ. ex ea namq; parte, unius muri habebat ambitũ. & ipſa quidem ſuper duos colles erat cõdita, contrarijs frontib. ſemet inſpicientes, interueniẽte ualle diſcretos, in quã domus creberrimæ deſinebant: colliũ uero alter, quo ſuperior ciuitas ſedet, multo eſt excelſior, & in prolixitate directior: adeo ut qm̃ tutus erat, caſtellũ à Dauid quondam rege uocaretẽ (is pater Salomonis fuerat, qui primus templũ ædificauerat) à nobis aũt forũ ſuperius. alter aũt, qui appellatẽ Acra, inferiorẽ ſuſtinet ciuitatẽ, & undiq; decliuis eſt. Cõtra hunc aũt tertius collis erat, natura humilior q̃ Acra, & alia lata ualle antè diuiſus. uerũ poſtea qua tẽpeſtate Aſamonæi regnabant, & uallẽ aggeribus repleuerũt, ut tẽplo coniungerẽt ciuitatẽ, & Acræ altitudinẽ cæſam humiliorẽ fecerunt, ut ex ea quoq; fanũ ſuperemi nens cerneret. Vallis aũt quæ Tyropœon appellatur, qua diximus ſuperioris ciuitatis collẽ dirimi ab inferiori, uſq; ad Siloam pertinet. ita enim fontẽ, qui dulcis eſt ac plurimus, uocabamus. Foris aũt ciuitatis duo colles profundis uallibus cingebantẽ, & utrinq; obſtantibus rupibus, nulla ex parte adiri poterant. Triũ uero murorũ uetuſtiſsimus quidẽ, ꝓpter ualles imminentẽq; his deſuper collẽ quo erat cõditus, facile capi nõ poterat. ad hoc aũt ꝙ loco præſtabat, etiam firmiſsime ſtructus erat, Dauid & Salomonis, aliorumque interea regũ largiſsimis impenſis operi inſumptis. Hac autẽ parte incipiens à turri, cui nomen eſt Hippico, & ad eam quæ dicitẽ Xyſtus pertinens: deinde curiæ coniunctus, in occiduam templi porticũ deſinebat. parte aũt altera ad occidentẽ ex eo loco ductus, per eum qui uocatẽ Betiſo deſcendens in Eſſenorũ portã: deinde ſupra fontẽ Siloam in meridiẽ flexus, atq; inde rurſus in orientẽ uerſus, qua ſtagnum Salomonis eſt, & uſq; ad locum pertinens, quem Ophlan uocant, cum orientali porticu templi coniungitẽ. Secũdus autem murus, à porta quidem habebat initiũ, quam Genath appellabant. hæc aũt fuerat muri prioris. ſeptentrionalem uero tantummodo tractũ ambiẽs, uſq; ad Antoniã aſcendebat. Tertio muro turris Hippicos principiũ dabat:

unde ad Boreæ tractū pertinens, deinde ad Pſephinā turrim ueniens, contra munimentū Helenæ, quæ Adiabenorū regina fuerat, Izatæ regis mater, & p ſpeluncas regias in longū ductus, à turri quidē in angulo poſita flectebatur contra Fullonis quod dicit monumentū. cum uetere aūt ambitu iunctus in Cedron uallē, quæ ſic dicit, deſinebat. Hoc muro eam partē ciuitatis, quam ipſe addiderat Agrippa cinxerat, cum eſſet omnis antè nuda. exuberans enim multitudine, paulatim extra mœnia ſerpebat: tēpliq; ſeptentrionali regione colli proxima ciuitati adiuncta nō paululū proceſſerat. quin & quartus collis incolebaṫ, cui nomē eſt Bezetha, ſitus quidem ex aduerſo Antoniæ, foſsis aūt altiſsimis ſeparatus: quæ de induſtria ductæ ſunt, ne Antoniæ fundamentis colli cohærētibus, & acceſſui facilis ſit, & minus edita: unde etiā foſſę altitudo plurimū turribus celſitudinis adijciebat. Nominata eſt aūt pars addita ciuitati uoce indigena Bezetha, quod latino ſermone dicit noua ciuitas. Eius aūt partes incolis protegi deſiderantibus, pater huius regis eodem nomine Agrippa, murū quidē ita ut prædiximus inchoarat. ueritus aūt Claudiū Cæſarem, ne magnificentiā conſtructionis ad nouarū rerum ac diſcordiæ ſuſpicionem traheret, fundamētis tantūmodo iactis, ab opere deſtitit. Nec enim expugnabilis eſſet ciuitas, ſi perfeciſſet muros ut cœperat. Saxa enim xx cubitis longa, & decē lata contexebanṫ: quæ neq; ferro facile ſuffodi poſſent, neq; machinis dimoueri: hiſq; murus dilatabaṫ. profecto autem altitudinis quoq; plus habuiſſet, ſi eius magnificētia q ædificiū aggreſſus erat, minime fuiſſet inhibita. Rurſus autē idem murus, etiam Iudęorū ſtudio fabricatus, ad xx cubitos creuit. & minas quidem binis cubitis, propugnacula uero trinis habebat: totaq; altitudo ad xxv cubitos erigebaṫ. Murum aūt ſupereminebant turres, uiginti quidē cubitis in latitudinē, uiginti uero in altitudinem, quadratis angulis ſtructæ, & ſicut ipſe murus plenæ ac ſolidæ. præterea ſtructura ac pulchritudo ſaxorū nihil erat tēplo deterior. poſt altitudinem uero turris ſolidam, uiginti cubitis elatam, cellæ deſuper ac cœnaculā erāt, aquarumq; pluuialiū receptacula, & tortuoſi latiq; ſingularū aſcenſus. Eiuſmodi quidē turres nonaginta tertius murus habebat: earū autem interualla cubitos ducentenos. medius uero murus in quatuordecim turres, & antiquus in ſexaginta, diuiſi erant. omne aūt ciuitatis in gyro ſpaciū trigintatribus ſtadijs finiebaṫ. Cum aūt totus admirabilis eſſet tertius murus, admirabilior Pſephina turris ad ſeptentrionē occidentemq; ſurgebat in angulo, qua parte Titus caſtra poſuerat. ex ea namq; per LXX cubitos ædita, ſole orto Arabia proſpici poterat, & uſq; ad mare, itemq; ad ultima finium Hebræorū. Erat aūt octo angulis. Contra eam uero turris Hippicos, & iuxtà duę, quas Herodes rex in antiquo muro ędificauerat: quæq; magnitudine ſiue pulchritudine ac firmitate, uniuerſis quæ toto orbe eſſent, præſtabant. nam præter naturalē animi liberalitatē, rex p amore ciuitatis, operū excellentiā proprijs affectib. indulgebat: perſonisq; tribus chariſsimis, quarū nominib. turres appellauit, fratri & amico, & cōiugi memoriā dedicādo: huic quidē, ut dixi, amoris cauſa peremptæ, ijs aūt bello amiſsis, cū fortiter decertaſſent. Hippicos quidem turris, amici uocabulo dicta, quatuor angulis erat. Singulæ autē xxv cubitos in latitudine itēq; longitudine habebāt, & excelſæ xxx cubitos erant, nuſquam

inanes

inanes. ſupra ſoliditatẽ uero ſaxisq; adunatã compaginẽ puteus xx cubitis altus erat imbribus excipiẽdis: ſuper hanc aũt duplici tecto domus, xxv cubitis alta, inq; uaria membra diuiſa: & deſuper eam minę quidem binis, propugnacula uero ternis cubitis ambiebant: ut omnis altitudo ad octoginta quinq; cubitos numeraret. Secunda uero turris, quam fratris nomine Phaſelon appellauerat, ęque lata fuerat ac longa, cubitis quadragenis: per totidem autem cubitos in pilæ modum facta & ſolida eius altitudo ſurgebat. & ſuper hanc decem cubitis ædita porticus erat, inſtructa brachijs, itemq; propugnaculis ſepta. In media uero porticu ſupereminens alia turris ſtabat, in mẽbra magnifica & balneas diuiſa, ne quid regalis ei uſus uideret deeſſe: in ſummo aũt propugnaculis miniſq; erat ornata, cum omnis eius celſitudo propè ad xc cubitos tolleret. & ſpecie quidem uidebat aſsimilis Phari turri, quę Alexandriam nauigantibus ignem procul oſtendit: ambitu uero ampliore dilatabat. tunc autem tyrannicum domicilium exhibebat Simoni. Tertia uero turris Mariammes (ſic em regina uocabat) uſq; ad xx cubitos farta, per xx alios cubitos in latitudinẽ tendebat, & magnificentiora cæterisq; ornatiora diuerſoria ſuſtinebat: cum id propriũ, ſeq; dignũ eſſe rex putauiſſet, ut uxoris nomine appellata turris, plus haberet pulchritudinis, q̃ quę uirorũ nominibus uocitatæ ſunt: ſicut illæ hac munitiores erant, cui fœmina nomen dederat, & cuius omnis altitudo per lv cubitos erigebatur. Sed quanq̃ tres turres tantæ magnitudinis erant, ex loco tamen, quo erant ſitæ, multo uidebantur eſſe maiores. nam & ipſe antiquus murus, in quo erant, excelſo loco fuerat cõditus, & ipſius collis uelut quidam uertex alius propè ad xxx cubitos eminebat, ſupra quem turres poſitæ multum ſublimitatis aſſumpſerant. Mirabilis etiam fuit lapidũ magnitudo. nec enim ex uulgaribus ſaxis, aut quę homines ferre poſſent, uerũ ſecto marmore candido, & ſingulis per x x cubitos longis, latisq; decem, ac per v altis erant ædificatæ. quæ ita inter ſe copulata erant, ut ſingulæ turres, ſingula ſaxa uiderent: ſic aũt manibus artificum in faciẽ angulosq; formata, ut nuſquã iunctura cõpaginis appareret. His aũt in ſeptentrionali parte poſitis, intus aula regia coniungebat: narratiõe omni præſtantior. Nec enim magnificentia uel ſtructura operis, aliqua ex parte ſuperari poterat: ſed tota quidẽ muro p xxx cubitos edito cincta erat. æqualis aũt diſtantiæ turribus ornatiſsimis ambiebat, ornata uirorũ receptaculis & cœnaculis lectorũ centũ capacibus. Inenarrabilis aũt fuit marmorũ uarietas in ea, collectis ibi plurimis quę ubiq; rara uidebant, & faſtigia ſimul proceritate trabiũ & ornamentorũ claritudine mirabilia. membrorũ etiã multitudo, & innumeratæ ſpecies ædificij, plenaq; omnia ſupellectilis, cũ pleraq; in ſingulis ex auro eſſent, atq; argẽto. ad hæc multæ porticus, alia p aliã in circulũ flexæ, colũnæq; in ſingulis, & quæ inter eas ſub dio patebãt ſpacia, cum eſſent utiq; uiridarijs ſyluisq; uariata. tũ plixas ambulatiões habebat, altis euripis cinctas, ciſternas ubiq; ſignorũ æneorũ plenas, quib. aqua effundebat: multaſq; turres manſuetarũ circũ latices columbarũ. Sed em neq; p merito exponi regia, qualis fuerit, poteſt: habetq; memoria cruciatũ, referẽs, quãtas res latrocinalis flãma cõſumpſerit. nec em hęc à Rom. incẽſa ſunt, ſed ab inſidiatorib. inteſtinis, ut ſuprà memorauim⁹ in principio diſſenſiõis. et ab Anto-

nia

nia quidē omnia corripuit ignis: trāſijt aūt in regiā, triumq́; turriū tecta corripuit. Fanū aūt conditū erat, ut dixi, ſupra duriſsimū collem. Et initio quidē uix templo atq; areę ſufficiebat, iacēs in ſummo planicies, quod undiq; prę-ceps erat atq; decliuis. Cum aūt rex Salomon, qui etiā templū ædificauerat, muro eius partē ab oriente cinxiſſet, una porticus aggeri eſt impoſita: & manebat ex alijs partibus nudū, quoad ſeculis poſterioribus, ſemp aliqd aggeris accumulāte populo coæquatus collis latior effectus eſt. Perrupto aūt ſeptentrionali quoq; muro, tantū aſſumpſere ſpaciū, quantū poſtea totius fani ambitus incluſerat. Triplici aūt muro colle circūdato, ſpe maius opus extructū eſt: in quo longa ſecula cōſumpta ſunt, omnesq́; theſauri ſacri, quos toto orbe miſſa deo munera ſepleuerant, tam in ſuperiore ambitu, q̄ inferiore tēplo ædificatis: cuius quod humilimū fuit, trecētenis cubitis munierāt, in quibuſdam uerò locis pluribus. nō tñ omnis altitudo fundamētorū uideri poterat, multū uallibus obrutis, ut anguſtas uias oppidi coęquarēt. Saxa uero quadra genū cubitorū magnitudinis erant. nam & pecuniarū copia, & populi largitas, maiora dictu conabaī: quodq́; nunq̄ poſſe perfici ſperabaī, diuturnitate ac perſeuerātia explicabile uidebaī. Tantis aūt fundamētis digna erāt opera impoſita. Duplices porticus omnes, quas columnæ ſuſtinebant quinis & ui cenis cubitis altæ, de ſingulis ſaxis marmore candido, & laquearia cedrina protegebant. quorū naturalis magnificētia, quodq́; ligno raſili erant, apteq́; cohærebāt, operæpreciū ſpectantib. exhibebat: nulloq́; aut pictoris aut ſculptoris opere extrinſecus ornabaī. Latæ aūt per xxx cubitos erant: omnisq́; gyrus earū, ſex mēſura ſtadiorū cum Antonia cōcludebaī. Totū aūt ſub dio ſpaciū uariabaī, omniū quidē generū lapidibus ſtratū: quà uero ad ſecundū templū ibatur, cancellis ſeptū ſaxeis ad tres cubitos altis, nimiūq́; grato opere factis: ubi æquis depoſitæ interuallis colūnæ ſtabāt, legē caſtimoniæ prę-monētes, aliæ Græcis, aliæ Latinis literis, in locū ſanctū tranſire alienigenas nō debere. Sanctū enim uocabatur alterū fanū, & quatuordecim gradibus aſcēdebaī à primo: quadratūq́; ſurſum erat, & proprio muro circundatū, cuius exterior celſitudo, quamuis xl cubitis ſurgeret, tamen gradibus tegebatur. interior aūt xxv cubitorū erat: quoniā in altiori loco per gradus ædificata nō tota pars interior cernebaī, colle obtecta. Poſt xiiii aūt gradus, ſpacium erat uſq; ad murū ccc cubitis planū. Hinc rurſum alij quinq; gradus, & ſcalæ ad portas ducebant: à ſeptentrione quidē ac meridie octo, quaternę utrinq; uidelicet, duæ uerò ex oriēte. Neceſſario nāq; ꝓprius locus, religionis cauſa mulierib. deſtinatus, muro diſcernebatur: altera quoq; porta opus eſſe uidebaī. Cōtra primā uerò, ſecreta erat ex alijs regionib. una porta meridiana, & una ſeptētrionalis, quib. ad mulieres introibatur: per alias em trāſire ad mulieres nō licebat. Sed nec ſuā portā interiecto muro tranſgredi licebat. Patebat em locus ille pariter indigenis & hoſpitibus fœminis, religionis cauſa ueniētibus. occidua uerò pars nullā portā habebat, ſed ꝓpetuus ibi murus erat extructus. Inter portas aūt porticus, à muro intrò propè à theſauro aduerſæ, magnis & pulcherrimis colūnis ſuſtinebantur. erāt aūt ſimplices. ac ꝓter magnitudinē nullare ab inferioribus aberāt. Portarū aūt, aliæ quidē auro & argēto undiq; tectæ erant, itēq́; poſtes ac frōtes: una uero extra templū

ære

ære Corinthio, quæ multũ argento incluſas & inauratas honore ſuperabat. Et binę fores quidẽ in ſingulis ianuis erant tricenis cubitis altæ, quiniſdenis etiam latæ. poſt introitũ uerò, ubi latiores fiebãt, tricenis utrinq; cubitis exedras habebant: exẽplo quidem turriũ longas & latas, ſupra uero q̃uiginti cubitis celſas. ſingulas aũt binæ columnæ duodenũm cubitorũ craſsitudine ſuſtinebant. Et aliarũ quidem portarũ magnitudo par fuit. quæ uero ſupra Corinthiã poſita, quò mulieres conueniebant, ab oriente aperiebaẽ, porta tẽpli ſine dubio maior erat, quinquaginta enim cubitis ſurgens, quadraginta cubitorũ fores habebat, ornatũq; magnificentiorem: qm̃ craſsiori argẽto atq; auro ueſtiebaẽ: quod quidẽ nouem portis infuderat Tiberij pater, Alexãder. Gradus aũt quindecim à muro, qui mulieres ſegregabat, ad maiorem portã ducebant. namq; illis qui ad alias portas iter dirigerent, quinq; gradibus erant breuiores. Ipſum uero templũ in medio poſitũ, hoc eſt, fanum ſacroſanctum, duodecim gradibus aſcendebaẽ. Et à frõte quidem altitudo eius & latitudo, centenos cubitos habebat: pone aũt XL cubitis anguſtius erat. aditus enim, ueluti quibuſdam humeris, utrinq; uicenũ cubitorũ producebantur. Prima uero eius porta LXX cubitis alta erat, & XXV lata, neq; fores habebat. cælum enim undiq; cõſpicuum lateq; patens ſignificabat. erantq; totę frontes inauratæ: ac prima ędes omnis perlucebat extrinſecus: auroq; circum interiorem fani partem ſplẽdida cuncta cernẽtibus occurrebant. Cum autem interior eius pars contignatione interſepta eſſet, adiacens ei prima ędes patebat in altitudinem perpetuam: perq; nonaginta cubitos tollebaẽ, cum longa XL cubitos eſſet, ac XX tranſuerſa. Interior uero porta tota inaurata erat, ut dixi, & circũ eam auratus paries. deſuper aũt habebat aureos pampinos, unde racemi ſtatura hominis pendebant. & quia cõtignatio iam intercedebat, templum exteriore humilius uidebaẽ: & fores habebat aureas, quinquaginta & quinq; cubitis altas, ſexdecim uero latas. ad hæc aulæum lõgitudine pari: hoc eſt, uelum Babyloniũ, hyacintho, & byſſo, & cocco, & purpura uariatum, mirabili opere factum, neq; cõtemplationis expers colorũ permixtione, ſed uelut omnium rerum imaginem præferens. cocco enim uidebaẽ ignẽ imitari, & byſſo terram, & hyacintho aerem, ac mare purpura, partim quidẽ coloribus, byſſo autem ac purpura origine: quoniam byſſum quidem terra, mare autẽ purpuram gignit. eratq; in eo perſcripta omnis cæli ratio, præter ſigna. Introgreſſos aũt inferior pars excipiebat: cuius altitudo quidẽ habebat LX cubitos, & longitudo totidem, ac latitudo XX. rurſus autem XL cubiti diuiſi erant. Et prima quidem pars ad XL cubitos auulſa, hæc tria mirabilia & prædicanda opera cunctis hominibus habebat, candelabrum, & menſam, & thuribulum. Septem uero lucernæ, ſtellas errantes ſignificabant: tot enim ab ipſo candelabro oriebanẽ. Duodecim uero panes in menſa poſiti, ſignorum circulum, atq; annum. Thuribulum aũt per tredecim odores, quibus replebaẽ, ex mari & inhoſpito & inhabitabili, deſignabat oĩa dei eſſe, deoq; ſeruire. Intima uero templi pars, XX cubitorum erat. diſcernebaẽ aũt ſimiliter uelo ab exteriore, nihilq; prſus in ea erat poſitũ: inacceſſa uero, & inuiolata, & inuiſibilis omnibus habebaẽ, ſanctiq; ſanctum uocabaẽ. Circa latera uero inferioris tẽpli, multa erant membra peruia, triplici tecto ſuſpẽſa: & ad

utrunq;

utrumq; latus, ad ea introitus à porta patebat. Superior aũt pars eadẽ mẽbra non habebat, quo minus erat anguſtior, celſior aũt xl cubitis, nec ita ut inferior ambitioſa. Colligit enim centũ cubitorũ celſitudo uniuerſa, cũ in ſolo xl cubitos habuerit. Exterior aũt facies, nihil quod animus aut oculi mirarentur non habebat. cruſtis em̃ aureis grauiſsimis undiq; tecta, ultra primos ortus igneo ſplendore lucebat: ut cum intuerent̃ contendentiũ oculi, quaſi ſolis radijs auerterent̃. Hoſpitibus quidẽ adeuntibus, procul monti niueo ſimilis uidebat̃. nam ubi deauratũ nõ erat templũ, candidiſsimum erat. In ſummo aũt aureis uerubus horrebat acutiſsimis, ne ab inſidentib. auibus polluerẽt. Nonnullorũ aũt ſaxorũ eius, longitudo xlv cubitorũ erat, altitudo quinq;, & latitudo ſex. Ara uero pro templo, xv cubitis alta, lata uero & longa cubitis quadragenis, quadrataq; ſtans, ueluti cornutis angulis eminebat, & à meridie aſcenſus in eam clementer arduus reſupinabat̃. ſine ferro autem conſtructa erat, nec unquam eam ferrũ tetigerat. Templũ autẽ aramq́ue eingebat ex pulcherrimo ſaxo lorica gratiſsima, uſq; ad cubitũ ſurgens, quæ populũ à ſacerdotib. ſegregabat. Gonorrhœos, hoc eſt, ſemine fluẽtes, itẽq; leproſos tota ciuitas arcebat, & fœminis menſtrua ſoluentibus clauſa erat. prædictũ aũt limitẽ, ne puris quidẽ mulieribus tranſgredi permittebatur. Viri aũt, qui non per omnia caſti fuiſſent, ab interiori aula, & q̃ puri eſſent, à ſacerdotibus prohibebant̃. Qui uero ex origine ſacerdotũ genus ducẽtes, cæcitatis cauſa munere non fungebant̃, cum incolumibus intra limitẽ aderant, partesq́; generis conſequebant̃: ueſtibus tantũ utebant̃ plebeijs: quoniam ſacerdotali ſolus qui ſacra celebrabat amiciebat̃. Ad altare uero templũq́; accedebant carẽtes omni uitio ſacerdotes, ueſte quidẽ amicti byſſina: maxime uero mero abſtinẽtes, ac ſobrij religionis metu, ne q̃d rem diuinã faciendo peccarent. Pontifex aũt cum ipſis non tamen ſemper aſcendebat, ſed diebus quibuſq; ſeptimis, & per ſingulos menſes Calendis: uel ſi qñ patria feſtiuitas atq; annua ab omni populo agebat̃. Et ſacrificabat uelamine præcinctus, eoq́; tectus femora uſq; ad genitalia: lintheũ uero habẽs intrinſecus demiſſum uſq; ad pedes, & hyacinthinũ deſuper indumentũ rotundũ, ex quo fimbriæ pendebant, alternis nodis aurea tintinnabula, malaq́; granata ſuſtinẽtes: tintinnabulis quidẽ tonitrua, malis uero fulgura deſignantibus. Pectoris aũt ueſtimentũ uittæ cingebant, quinq; uariatæ coloribus: hoc eſt, auri, purpuræ, cocci, byſſi, & hyacinthi: quibus etiã uela tẽpli diximus eſſe cõtexta. ijſdem aũt habebat etiã epomidem temperatã, in qua plus auri erat: & habitu quidẽ indumento thoraci ſimilis uidebat̃: duabus aũt fibulis aureis, aſpidum ſpecie uinciebatur: quibus incluſi erãt optimi, maximiq́; ſardonyches, ſcripta tribuũ gentis Iudææ nomina præferẽtes. ex altera uero parte, duodecim pendebant alij lapides, in quatuor partes terni diuiſi. hoc eſt, ſardius, topazius, ſmaragdus: carbunculus, iaſpis, ſapphirus: achates, amethyſtus, lyncurium: onyx, beryllus, chryſolitus. quorũ ſingulis ſingula itẽ cognomina erant ſcripta. Caput aũt byſſina tiara tegebat, hyacinthis coronata. Et circa eam alia corona erat aurea, ſcriptas forẽs ſacras literas, quæ ſunt quatuor elementa uocalia. Ea quidẽ ueſte nõ ſemper, ſed alia ambitioſa utebatur, illa uero ſi qñ adyta introibat. ſolus aũt atq; ſemel in anno intrabat, quo die cun-

ctos

ctos ieiunare deo mos erat. Sed de ciuitate ac tẽplo & moribus & legibus iterum diligẽtius referemus. nõ em̃ pauca ſuper his exponẽda ſunt. cęterũ Antonia in angulo quidẽ duarum porticuũ ſita erat prioris tẽpli, quæ ad occidentem ſeptẽtrionemq; ſpectarent. in ſaxo aũt fuerat extructa, quinquaginta cubitis alto, & undiq; prærupto: quod opus Herodis regis fuit, ubi maxime ingenij ſui magnificẽtiã demõſtrauit. Primũ em̃ à radicibus ſaxũ ipſum leuibus cruſtis obtegebat, quo & decus adderet operi, & facile dilaberentur, qui uel aſcendere uel deſcẽdere tentauiſſent. deinde ante turris ædificiũ murus erat cubitorũ trium. intra hunc omne ſpatiũ Antonię in quadraginta cubitos erigebatur. Intus aũt regiæ latitudinẽ ad deſcriptionẽ habebat, diuiſam in omnẽ uſum habitationũ & ſpeciẽ, id eſt, atria, & balnea, & aulas caſtris aptiſsimas: ut quantũ ad uſum neceſſariũ pertinet, ciuitas uideretur, magnificentia uero palatiũ. inſtar uero turris toto habitu formata, quatuor alijs per angulos turribus cingebatur: quarũ cæteræ quinquaginta cubitis erant altæ: quę uero ad meridianũ orientaleq; angulum ſita erat, L x x. cubitis eminebat, ut ex ea totum tẽplum uideri poſſet. Quà uero porticibus iungebatur, utrinq; deſcenſus habebat, unde cuſtodes cõmeabant. ſemper nãq; in ea Ro. milites reſidebãt: & cũ armis appoſiti cuſtodes, ne quid populus feſtis diebus noui cõmitteret obſeruabant. caſtrũ enim erat impoſitum oppido quidẽ templum, templo uero Antonia. In hac aũt porticu cuſtodes erãt, & ſuperioris ciuitatis aliud caſtellum, regia Herodis erat. Bezetha autem collis, ut ita dixi, ab Antonia ſeparabatur: qui cum omniũ eſſet altiſsimus, etiam parti nouæ ciuitatis coniungebatur, temploq; ſeptentrionali ſolus obſtabat. De ciuitate quidem, ac muris eius, iterum ſcribere plenius cupiens, in præſentia ſatis dixi.

Deditionem Iudæi recuſant, & Romanos adoriuntur. Cap. VII

PVgnaciſsima aũt maximeq; diſſentiens, multitudo circa Simonem erat, hominũ decem milia, præter Idumæos: quinquaginta uero decem miliũ duces, quibus ipſe quaſi dñs omniũ præerat. Idumæi aũt qui erant eius partiũ, cum eſſent numero quinq; milia, duces decẽ habebãt. Horum aũt principes uidebãtur, Soſæ Iacobus, & Cathlæ filius Simon. Ioannes aũt qui templum occupauerat, ſex armatorũ milia habebat, quos uiginti duces regebant: tunc aũt illi acceſſerant etiam Zelotarum, depoſitis diſcordijs, duo milia quadringenti: qui Eleazaro, quem ante habuerant, & Simone Arini filio utebantur ducibus. His autem (ut diximus) bellum inter ſe gerentibus, populus erat præmiũ: & plebis pars, quæ nõ eadem quæ illi cõmitteret, ab utriſq; diripiebatur. Tenebat aũt Simon quidem ſuperiorẽ ciuitatem, murumq; maiorem uſq; ad Cedronem, & antiquioris muri, quantum à Siloa flectitur ad orientẽ, & uſq; ad Monobazi aulam deſcendit. Is rex erat Adiabenę gentis, ultra Euphratem habitantis. Tenebat etiam montem Acræ, quæ inferior eſt ciuitas, uſq; ad Helenę regiam, quæ Monobazi fuerat mater. Ioannes autem, templum & circum templum aliquatenus, itemq; Ophlam, & uallem quæ Cedron appellatur. & alijs quæ interiacebant incenſis, medium bello quod inter ſe gerebant ſpacium aperuere. Nec enim caſtris Romanorũ prope murum poſitis, intra ciuitatem ſeditio quieſcebat: ſed ad primum eorum impetum pauliſper ſanitate recepta, mox ad priſtinum morbum rediere. Rur

ſusq; diſcreti, pro ſua quiſq; parte pugnabat: oĩa faciẽdo, quæ obſidẽtes optarẽt. nihil em̃ acerbius à Romanis paſsi ſunt, q̃ ipſi ſe tractarũt: neq; poſt illos ciuitas aliquid nouæ calamitatis experta eſt. Sed illa quidẽ grauiores prius calſus pertulit, anteq̃ ſubuerteret. qui uero eam debellarũt, maius aliquid p̃fecere. Dico em̃, quod ſeditio ciuitatẽ, Romani uero ſeditionẽ cepere, quę multo erat mœnib. tutior. & res quidẽ aduerſas ſuis, iuſticiã uero recte quis Romanis aſcriberet. intelliget aũt quod dies cuiq; ſuggeſſerit. Veruntamẽ his intra ciuitatẽ ita ſe habẽtibus, Titus cũ lectis equitib. foris circuiens, quà muros aggrederet explorabat. Hæſitãti aũt, quia nec ab ea parte adiri poterat pedibus, quà ualles erãt, & ab alio latere, prior murus machinis firmior uidebat, placuit ad Ioãnis põtificis monumentũ (hic em̃ tantũmodo & primus humilior erat, nec ſecũdo muro cõiungebatur) inuadere. neglecta em̃ fuerat munitio, propterea quia nõ ſatis noua ciuitas frequentabat. Sic in tertiũ murum facilis aditus illac erat: per quẽ, ſuperiorẽ ciuitatẽ, & per Antoniam, tẽplum capi poſſe cogitabat. Hæc eo colluſtrãte, quidã ex amicis eius, Nicanor nomine, ad humerũ læuũ ſagitta percutit: cũ propius unà cũ Ioſepho acceſsiſſet: pacemq; in muro ſtantibus (dicẽdi em̃ peritus erat) ſuadere tentaret. Vnde cognitis eorũ conatibus Cæſar ex eo, quod nec ad ſalutẽ ſe hortantib. abſtinuere, excitatur in obſidionẽ: ſimulq; ſuburbana militib. uaſtare permittit. colle ctaq; omni materia, iubet aggerẽ conſtrui. Tripartito aũt exercitu ad opera, medios in aggeribus iaculatores & ſagittarios cõſtituebat, & ante eos balliſtas, aliasq; machinas atq; tormẽta: quib. & excurſus hoſtiũ in opera prohiberet, & qui ex muris obſtare tentarent. Cęſis aũt arboribus, momẽto ſuburbana nudata ſunt: Collectis aũt lignis in aggeres, cũ totus operi intẽtus eſſet exercitus, nec Iudęi ſegnes erant. populũ quidẽ in rapinis ac cædibus conſtitutum fiducia tũc habebat, quod reſpiraturus eſſet: illis aduerſus hoſtes diſtractis, exiſtimantẽ pœnas ſe ab noxijs repeturũ, ſi Romani ſuperaſſent. Ioãnes aũt quãuis in externos ſocij ſui irrũpere properarẽt, metu tamẽ Simonis manebat. Verũ Simon nõ quieſcebat, p̃ximus em̃ erat obſidioni, miſsilibus per murũ diſpoſitis, quæ pridẽ Romanis abſtulerat, quæq; apud Antoniã capta fuerãt. Sed horũ poſſeſsio, propter imperitiã pleriſq; nõ erat utilis. pauci aũt à transfugis docti, male utebant inſtrumẽtis. Sed cũ lapidibus & ſagittis aggerem iacientibus militib. imminebant, perq; cuneos excurrẽtes, manus etiam cõſerebãt. Operãtes aũt crates ſuper uallum oppoſitæ protegebãt, oĩbusq; legionibus contra excurſus erãt machinæ cõparatæ mirabiles. p̃cipue uero decimæ legionis balliſtæ uehemẽtiores, & tormẽta ſaxorũ, quib. nõ ſolum irruentes, ſed etiã ſuper murum ſtantes auertebant. nam & ſingula ſaxa talenti pondus æquabãt, & ultra ſtadij modũ torquebant. ictus aũt nõ ſolum primis quos offendiſſet, ſed aliquãdo poſteriorib. quoq; intolerabilis erat. Iudæi ſanè cauebant à lapidibus, quod erãt candidi: nec tantũ ſono ac fremitu noſcebantur, ſed etiã claritudine proſpiciebantur. deniq; ſpeculatores in turribus præſidẽtes, prædicebant, quãdo impelleret machina, ſaxũq; ferret: patria lingua clamãtes, filius uenit. itaq; præſciebãt, in quos ueniret, atq; ita uitabãt: & hinc eueniebat, ut illis declinãtibus, lapis irritus intercideret. Proinde Romani excogitant, atramento decolorare lapides. tunc enim miſsi, non ſimiliter

incertos

incertos ictus habebãt,multosq; simul unius impetu corrũpebãt. Sed ne ma le quidẽ affecti Iudæi, aggeris instruẽdi Romanis copiã dabãt. omi uero eos molitione atq; audacia,die noctuq; prohibebãt.Perfectis aũt operibus,plũbo & lino ab aggerib. iacto,fabri quod erat ad murũ spaciũ metiuntur.nec enim alioqui id fieri poterat,qm̃ desuper telis petebantur.Cumq; pares interuallo arietes inuenissent,eos applicant:propiusq; dispositis machinis,Titus, ne ex muro arietes prohiberẽtur,ex tribus partibus murũ pulsari iubet.Sonitu aũt circũstrepente ciuitatẽ, clamor ingẽs ciuiũ sublatus est, itẽq; seditiosos pauor inuasit.Et quia periculũ cõmune utrisq; uidebatur, cõmuniter iam re pugnare cogitabãt.uociferantib. inter se discordibus, quia omia pro cõmoditate hostiũ facerent: cum si nõ perpetuã concordiã sibi deus præbeat, saltẽ in præsentia cõtra Romanos oporteat cõspirare. Simon aũt præcone misso, uolentibus ex tẽplo ad murũ egrediendi copiã dedit:idemq; & Ioannes, licet minus crederet,permisit.Illi aũt obliti odiorũ,ac discordiarũ suarũ,in unum corpus coeunt:murũq; amplexi, faces inde quãplurimas iaciebant cõtra machinas Romanorũ, cõtraq; impulsores arietũ: eosq; sine intermissione telis petebant.audacissimi uero cateruatim ꝓsilientes,machinarũ tegmina dissipabant:hisq; appositis irruentes,peritia quidẽ pauca,plura uero audacia perficiebant. Semper aũt aderat adiumẽto laborantib. ipse Titus: & iuxta utrasq; machinas equitib.ac sagittarijs ordinatis,ignẽ quidẽ ferẽtes, ꝓhibebat: iaculantes uero à turribus, reprimebat, nocẽdi tẽpus arietibus faciens: & tamen murus ictibus nõ cedebat, nisi quod quintæ legionis aries cõmouit angulũ turris:murus aũt stabat incolumis.nec em̃ statim cum turri periculum sensit, quæ multo altius eminebat, nullãq; partẽ muri secũ trahere poterat in ruinã. Cum aũt ab excursib. paululũ quieuissent, obseruato Romanos per opera & castra esse dispersos,quia labore & formidine Iudęos discessisse arbitrarent, excurrunt oẽs quã turris erat Hippicus,porta latẽter:ignẽq; operib. injiciũt. Vsq; ad castrorũ quoq; munimẽta,in Romanos animati ꝓcedebãt.Horũ aũt periculo mature,& qui erant propius excitati sunt,& qui procul aberant cõ uenere.Romanorũ aũt disciplina uincebat audaciam Iudæorũ:& quos prius offenderant in fugã uersis, alijs qui colligerent instabant. Grauis aũt circum machinas pugna cõmissa est,illis incẽdere,his incendiũ ꝓhibere certantibus, incertusq; clamor utrinq; tollebat, & multi qui in fronte steterãt, ceciderũt. Sed Iudæi cõfidentia superiores erant,ignisq; opera tetigerat, incensaq; omnia cũ instrumentis penitus essent, nisi lecti de Alexãdria restitissent pleriq;, præter opinionẽ sui uiriliter dimicãtes.nam glorioſissimis in hoc bello prælati sunt,donec imperator equitũ ualentissimis comitatus,in hostes irruit:& ipse quidẽ duodecim repugnatores ꝑmit: metu aũt cladis eorũ cætera multitudine in fugam uersa,oẽs cõpulit in ciuitatẽ, eoq; modo aggeres liberauit incendio.In hac aũt pugna,unum ex Iudæis uiuum capi cõtigit,eumq; Titus crucifigi pro muro iussit, si forte reliqui uel hoc spectaculo territi cõcederent.Post eius uero discessum,etiam dux Idumæorũ Ioannes, dum ante muros cum noto milite loquitur,à quodam Arabe pectus sagitta percussus, continuo perijt:magnumq; & Iudęis luctum,& seditiosis mœrorẽ reliquit. nam & manu promptus erat,& sapientia nobilis.

De casu turris & duorum murorum obtentu. Cap. VIII

NOcte uero quæ secuta est, incredibilis tumultus Romanis incidit. Nam cũ tres turres imperator Titus quinquagenũm cubitorũ construi præcepisset, ut his per aggeres singulos positis, hinc hostes in muro stãtes facilius in fugã uerteret, una earũ spõte suã nocte intẽpesta lapsa est, ingẽti uero sonitu facto, metus occupauit exercitũ. Conari aũt aliquid Iudæos suspicati, ad arma currebãt, eaq; re turba in legionib. ac tumultus erat. cũq; nemo quid accidisset referre posset, diu queruli alius aliud opinabant: nullisq; interuenientib. hostibus semetipsos timebãt: signũq; diligẽter singuli à proximis requirebãt, tanquã Iudæi iã castra possiderẽt: Panicoq; terrore capti uidebant, donec Titus, cognitis quæ res erãt, uerũ cunctis indicari iussit: tandẽq; tumultus eo nuncio cõquieuit. Iudæi quidẽ cætera fortiter sustinẽtes, male turribus affecti sunt. machinis em leuioribus, & iaculatoribus, ac sagittarijs, saxorũq; tormẽtis inde feriebant. Sed neq; harũ æquare ipsi poterant celsitudinẽ, & turres excidẽdi spes nõ erat, cũq; neq; euerti propter grauitatẽ, neq; incẽdi propterea quod ferro tegebant, facile possent, ultra iactũ teli fugiẽtes, arietũ impetus nõ uetabant: qui sine intermissione feriẽtes, paulatim aliquid proficiebãt. Itaq; muro iã cedẽte magno arieti Romanorũ, quẽ Iudæi Nicona uocabãt, quod omnia uinceret, quãuis & antea defessi erãt pugna & uigilijs, cũ lõge ab oppido pernoctarẽt: tamẽ etiã negligẽtia, uel quod male cõsulerent, murũ sibi superuacuũ esse credentes, quibus alia duo munimenta supererant, lassatiq; plurimi recessere. cũ aũt Romani, quà primũ murum Nicon perruperat, ascẽdissent, ad secundũ oẽs Iudæi relictis custodijs refugerunt. portis aũt Romani qui trãsierunt patefactis, exercitũ recepere. Et hi quidẽ hoc modo potiti muro, quinto nonas Maij, & partẽ eius maximã diruunt, & septẽtrionalẽ ciuitatis regionẽ, quã ante Cestius uastauerat. Titus aũt notato quà Assyriorũ castrũ est, militẽ transfert, occupato omni quod inter Cedrona fuerat spacio: & ultra sagittæ iactũ à secundo muro separatus, oppugnationẽ statim aggressus est. Tunc igit partiti murũ Iudæi, fortiter restiterunt. Et Ioãnes quidẽ, eiusq; socij ex Antonia & septentrionali porticu tẽpli ab Alexandri monumẽto pugnabãt. Simonis aũt manus iuxta monumẽtum Ioãnis aditũ clauserant, usq; ad portã, qua in Hippicon turrim aqua inducebatur. Sæpe aũt prosiliẽtes è portis, comĩus dimicabãt: cõpulsiq; intra muros in cõflictu quidẽ Romanorũ disciplina, propter imperitiã uincebant: in murali aũt certamine superabãt. eos em fortuna atq; scientia, Iudæos uero audacia, quã timor aleret, sustentabat: q natura erant in calamitatibus duri. Ad hæc aũt, & istis suberat spes salutis, & Romanis citæ uictoriæ. neutros aũt lassitudo fatigabat: sed aggressiones, murorũq; oppugnationes, & excursus crebri per cuneos, diebus totis agebant: nullaq; præliorũ species aberat, cũ à prima luce incipiẽtia utrisq; insomnis & die grauior nox dirimeret: his quidem occupatũ iri murũ cõtinuo metuentibus, illis uero ne Iudæi castra peruaderent. Itaq; in armis pernoctantes, prima luce utriq; pugnæ parati erant. Et Iudæi quidẽ certabant, quis esset prõptior ad periculũ, eoq; modo gratia emineret apud duces suos. maxime uero Simonis eos metus ac reuerẽtia cõmouebat, eoq; modo illũ singuli subiectorũ colebant, ut ad semet quoq; interfi-

ciendos

ciendos parati eſſent, ſi hoc ille iuſsiſſet. Romanos aũt ad uirtutẽ hortabaẽ cõ ſuetudo uincendi, & quia uinci nõ aſſueuerãt, crebrçq; militiæ, exercitationesq; ꝓpetuæ, & imperij magnitudo: ante oĩa uero Titus ſemper ubiq; præſens. nam & inertia, ſpectãte atq; opitulante Cæſare, grauiſsimũ facinus uidebatur: & ei qui bene decertaſſet, teſtis aderat, qui repẽderet prçmiũ. prçterea fructus erat, uel cognoſci ſolũ principi uirũ fortẽ: idcirco multorũ maior uiribus alacritas demõſtrata eſt. Deniq; iſtis ipſis diebus, ualidiſsima Iudæorũ acie inſtructa pro mœnibus, telisq; utrinq; miſsis, quidã Lõginus de numero equitũ ex acie Ro. progreſſus, in mediã aciem Iudæorũ irruit: hisq; diſiectis, hoc impetu duos fortiſsimos perimit, unius obuiã tendẽtis ore percuſſo, alterius eodẽ telo quod priori extraxerat, trãsfixo latere refugientis: & ex medijs hoſtibus ad ſuos primus occurrit. Ille igitur ob uirtutẽ inſignis erat: æmuli aũt eius fortitudinis multi extiterũt. Et Iudæi quidẽ negligentes quid paterentur, tantũmodo qualiter afficerent cõſiderabant: morsq; his leuiſsima ducebaẽ, ſi quo interfecto hoſte cecidiſſent. Titus aũt nõ minus ſaluti militis, q̃ uictoriæ cõſulebat: & temerarios impetus deſperationẽ dicẽs, ſolã uero eſſe uirtutẽ, ſiquis prudenter & caute ſine proprio incõmodo fortiter faceret, in ea re potius, quæ periculum nõ haberet, uiros eſſe præcipiebat.

De Caſtore Iudæo Romanis illudente. Cap. IX

ITaq; à ſeptentrionali parte, mediæ turri applicat arietẽ: in qua Iudęus quidã uerſutus ac ſubdolus, Caſtor nomine, cũ decẽ alijs militib. ſuis delituerat, fugatis cæteris formidine ſagittarũ. Hi cũ pauidi ſub loricis aliquãdiu quieuiſſent, cõcuſſa turri ſurgũt. extẽtisq; manibus, Caſtor ueluti ſupplex Cæſarẽ implorabat: & uoce miſerabili, ut ſibi parceret, obteſtabatur. Cui Titus pro ſimplicitate ſua credulus, iamq; Iudæos exiſtimans belli pœnitere, arietes quidẽ impulſiõe ceſſare iubet, ac ſagittarios ſupplicib. prohibet. Caſtori aũt quid uellet eloqui ꝑmittit. Cũq; ille reſpõdiſſet, ad fœdus uelle deſcẽdere: Titus gratulaturũ ſe ait, ſi oẽs eadem ſentire uoluiſſent: paratoq; animo fidẽ pacis etiã ciuitati daturũ. Sed cũ ex illis decẽ Caſtoris ſocijs quinq; itidem ſupplices eſſe ſimularent, cæteri nunq̃ ſe Romanis ſeruituros clamant, dum mori liberis liceat. Deniq; illis ſuper hoc ambigentibus, ceſſabat expugnatio. Caſtor aũt interea Simonẽ per internuncios admonebat, ut dum uacuũ eſſet tẽpus, de rebus urgentibus cõſilium caperet: pauliſper enim ſe illudere imperatori Romano. Simul aũt hoc agẽs, ad pacẽ hortari cõtradicentes ſocios uidebatur. illi aũt uelut ægre ferentes, in thoracas nudos fixere gladios: hisq; percuſsis uelut interfecti ceciderũt. Titus uero eiusq; ſocij obſtupuere tanta eorum pertinacia, cum ex inferiori loco quod factum erat, uere uidere non potuiſſent: mirabanturq; ſimul audaciã, & calamitatem miſerabantur. Interea Caſtorem ad natem quidam ſagitta percutit. tumq; ille telum extractũ imperatori oſtendẽs, iniqua ſe perpeti querebatur. At Titus incuſato qui hoc emiſerat, aſtantẽ Ioſephum mittit, ut Caſtori dexterã porrigeret. uerum is neq; ſe iturum, nihil enim ſanum ſupplices cogitare, reſpondit & amicos qui uoluere ire prohibuit. Cum uero quidam ex perfugis Aeneas, iturum ſeſe dixiſſet ad eum, inuitante Caſtore, ut etiam ſecum in quo ferret argẽtum aliquid ſuſciperet: ad hæc ille ſtudioſe aperto ſinu accurrit: alter uero

ſuper eum ſaxum demiſit. Et ipſum quidē, quoniā præcauerat, ferire non potuit: ſed alium militē qui aderat, uulnerauit. Cęſar uero fallaciā reputās, intellexit miſericordiā in bello nocere. minusq; decipi calliditate ſæuitiā: arietisq; impulſionibus, iracūdia fraudis, uehemētius utebatur. Caſtor aūt eiusq; ſocij turrim ictibus iam cedentē incendūt: perq; flāmas in eiuſdem miſsi cuniculos, iterū magni animi opinionē apud Romanos habuere, tanquā ſe ignibus tradidiſſent. Capit aūt hac parte murū Titus, die quinto poſtquā primū ceperat: fugatisq; inde Iudæis, intro cum lectis mille tranſiit, quos circa ſe habebat, armatis: ubi noua ciuitas & lanæ uenditores erant, fabriq; ęrarij, ueſtiūq; mercatus, & ad murum anguſtæ uiæ tranſuerſæ tendebant. Enimuero ſi uel ſtatim muri diſturbaſſet maximā partem, uel quæ ceperat lege belli uaſtaſſet, nullum credo damnum uictoriæ fuiſſet admixtum. nunc aūt Iudæos exoratum iri ſperans, cum liceret capere facilem diſceſsioni aditum dilatauit. nec enim quibus conſulebat, inſidiaturos ſibi putabat.

De ſecundo muro bis obtento à Romanis. Cap. X

DEniq; poſtquā ingreſſus eſt, neq; occidi quenquā permiſit eorū qui cōprehendebantur, neq; domus incendi: ſed tam ſeditioſis, ſi pugnare uellent, ſine populi detrimento copiā dabat, q̄ ipſi populo fortunas proprias ſe redditurū pollicebatur. Plurimi nāq; petebant ſibi ciuitatē ſeruari, tēplum uero ciuitati. At ēm populū quidē ad ea quæ hortabatur & antea paratū habebat, bellicoſi aūt pro inertia ducebant humanitatē: Titūq; imbelli animo, quod cæterā ciuitatē tenere non poſſet, has proponere cōditiones putabant. mortē aūt populo denunciantes, & ſi uerbum quiſquā de traditione feciſſet, pacēmue nominaſſet, mox interficiendū eum eſſe minitantes, Romanis qui introiere, alij per uiarū anguſtias obſtabāt, alij ex ædibus: alij murū per ſuperiores portas egreſsi, pugnare cœperāt. quibus rebus perturbati cuſtodes, de muro ſeſe demiſerunt, relictisq; turribus in caſtra receſſerunt. clamor aūt audiebaī militū intra ciuitatē, quod ab hoſtibus cingerent: foris aūt degentiū clauſis cōtubernalibus metuentiū. creſcēte aūt numero Iudæorum, & propter locorū peritiam uiarumq; ſcientiā prævalente, multi Romanorū trucidabant, & ab incumbentibus pellebantur, cum magis neceſsitate reſiſterent. nec enim multis ſimul fugiendi copia per anguſtias muri patebat: omnesq; penē qui trāſierant, perempti fuiſſent, niſi Titus eis opem tuliſſet. Diſpoſitis ēm per ſumma uiarū ſagittarijs, & ubi plus erat multitudinis aſtans, miſsilibus hoſtes abigebat, & cū eo Domitius Sabinus, uir bonus etiā in illo prælio cōprobatus: durauitq; tā diu, ſagittis eos prohibens irruere, donec oēs milites reçeſſere. Romani quidē ita ſecūdo muro potiti, ad extremū pulſi ſunt. Oppidanis uero qui pugnaces erant, ſpiritus creuit: & ſecundis rebus amentes erant, neq; Romanos auſuros eſſe ad ciuitatē accedere ſuſpicātes, neq; uinci ſe poſſe, ſi ad prælīū proceſsiſſent. nā quia iniqui erant, officiebat eorū ſentētijs deus: & neq; Romanorū uim, multo maiorē illa quę pulſa fuerat, ſupereſſe cernebant: neq; famē, iamiamq; ſerpentē. adhuc enim malis publicis alebātur, & ſanguinē ciuitatis bibebāt. boni aūt iamdudū inopia laborabant, & penuria uictus iam multi defecerāt. populi tamen interitū, ſeditioſi pro leuamine ſui ducebant: & ſolos eos qui pacem non probarent,

ſaluos

ſaluos eſſe cupiebãt, quiq; uiuere cõtra Romanos optarent. cõtrariam uero multitudinẽ, uelut onus quoddã, cõſumi gratulabant. & ita quidẽ circa ſuos affecti erant. Romanos aũt, quod ciuitatẽ iterum ingredi conabantur, armati prohibuerunt, diſiectis muri partibus obiectu corporũ præmunitis: ac per triduũ ſuſtinuere fortiter dimicantes. Quarto aũt die, Titum uehemẽtius aggreſſum nequaquã ferre potuerunt: ſed ui coacti, rurſum quò antea refugerunt. ille aũt interim muro potitus, totam eius ſeptẽtrionalem partem ſtatim depoſuit: in meridiana uero per turres præſidia collocauit.

De aggeribus in tertium murum, & oratione prolixa Ioſephi pro deditione facienda, & fame obſeſſorum. Cap. XI

IAmq; tertium murum Titus aggredi cogitabat. Videbatur aũt breuiſsimi tẽporis eius obſidio: ſpaciũq; cõſilij ſeditioſis eſſe dãdum, ſi quid diſturbatione ſecundi muri aut famis metu remitterẽt. nec enim diutius eis prædas poſſe ſufficere: ipſe ocio cõmode utebat. Nam cum dies adueniſſet, quo militibus oportebat alimẽta diſtribui, in cõſpicuo hoſtibus loco ductis, iuſsit duces ordinato exercitu pecuniam ſingulis numerare. Illi aũt prolatis armis ex inuolucris muniti procedũt, equitib. ornatos equos ducentibus: locaq; ſuburbana per multũ ſpaciũ auro argẽtoq; lucebant. Illo aũt ſpectaculo nihil aut iucundius ſuis, aut horribilius hoſtibus uidebatur. ſpectantibus em̃ & uetera plena erant mœnia, & ſeptẽtrionalis regio. quin & domos refertas intuentibus cerneres, nullãq; ciuitatis partẽ quam nõ infuſa multitudo tegebat. metus aũt quamuis audaciſsimos ceperat, omnem ſimul exercitũ armorũq; pulchritudinẽ cõſpicientes, & ordinationẽ uirorum. Et fortaſſe ad illam ſpeciem ſeditioſi animos mutauiſſent, niſi malorũ immanitate, quæ in populum cõmiſerant, dandã ſibi ueniã à Romanis deſperaſſent: imminente aũt, ſi deſtitiſſent, morte ſupplicij, bello mori præſtabilius eſſe ducebant. præualebat etiã fatũ, quod innocentes cũ nocentibus, & ciuitatẽ cũ ſeditioſis perire decreuerat. Quatriduo per ſingulas legiones alimẽta cõſecuti ſunt. Quinto aũt die, cum omnia faciens Titus, nihil Iudæos pacatum cogitare ſenſiſſet, bifariã diuiſo exercitu, Antoniã uerſus ad Ioannis monumentum aggeres inchoauit: iſta parte ſuperiorẽ ciuitatẽ captum iri cogitãs, & per Antoniam templum, nanq; hoc niſi cepiſſet, ne oppidũ quidẽ tutũ erat obtinere. In utraq; aũt parte duo aggeres erigebant, à ſingulis legionibus ſinguli. Et iuxta monumentũ quidẽ operantes, à Iudæis & Simonis ſocijs infeſtantibus prohibebantur: ad Antoniã uero ab Ioannis ſocijs cum multitudine Zelotarum, nõ ſolum quia de ſuperiore loco pugnabant, uerumetiã quia machinis iam uti didicerãt. paulatim enim uſus quotidianus aluit peritiã. Habebãt aũt baliſtas trecentas, & quadraginta tormẽta ſaxorũ, quibus difficiliorẽ aggerũ extructionẽ Romanis efficiebant. Titus aũt ſibi ſaluã fore fortunã ſciens, & periturã eſſe ciuitatẽ, unà & obſidioni uehemẽter inſtabat: nec pœnitudinẽ Iudęis ſuadere ceſſabat: conſiliũq; factis admiſcẽs, & orationẽ ſæpe armis efficaciorẽ cognoſcẽs, tã ipſos ut ſaluari uellent rogabat, tradita ſibi ciuitate, quę iam capta uideret, q̃ & Ioſephũ allegabat, patria lingua uerba facturũ, ſperãs eos hominis gẽtilis monitu aliquid remiſſuros. Itaq; Ioſephus murũ circuiẽs, ſimulq; extra teli iactum ſtans, unde exaudiri facilius poſſet, multis orabat,

ut ſibi ac populo parcerẽt,tẽplo ac patriæ, néue cõtra hęc fierent alienigenis duriores.Romanos em̃ ſancta reuereri, cum quibus nulla ſibi ſocietas eſſet, manusq; ſuas ad hoc uſq; cohibere.ipſos uero in his edoctos, cum ſeruare poſſent,ſponte ad eorũ interitũ ruere.quin potius uiderent muros cõcidiſſe firmiores,exciſis uero infirmiores ſupereſſe: Romanorũq; uires cognoſcerent ſuſtinere nõ poſſe,hisq; ſeruire nõ eſſe nouũ,neq; inexpertũ Iudæis.Nã licet pulchrũ ſit ꝓ libertate pugnare, tamẽ id in principio decere fieri.ſemel aũt ſubditũ,qui multo tẽpore paruiſſet imperio,iugũ excutientẽ,malæ mortis cupidũ,nõ libertatis amatorẽ uideri.Debere aũt dedignari dominos humiliores, nõ quorũ in poteſtate ſunt omnia. Nam quid Romanos effugiſſe, niſi quod propter æſtus aut frigora eſſet inutile? imò uero trãſiſſe ad eos undiq; fortunã,deumq; per ſingulas nationes ducentẽ imperiũ, nũc eſſe in Italia.Hãc aũt ualidiſsimã legẽ,tam feris beſtijs q̃ hominib. eſſe præfinitã,potentioribus cedere:apud eosq; eſſe uictoriã,apud quos robur fuerit armorũ.Id circo etiã maiores eorũ, quanquã multũ & animis & corporibus & alijs ſubſidijs meliores,ceſsiſſe Romanis:quos niſi deum ſciſſent illis fauere,nunquã perpeſsi fuiſſent.ipſos uero qua tunc re fretos reſiſtere,cũ ex magna parte capta ſit ciuitas:ciues aũt etiam ſi muros integros haberent, excidio pariter affecti ſint.Nec enim latere Romanos,quæ fames teneat ciuitatẽ:& modo quidẽ conſumi populũ,cõtinuo uero etiã bellatores interituros : nam etſi Romani deſierint,& ab obſidione ceſſauerint, neq; ciuitatẽ ſtrictis gladijs irruerint, Iudæis tamẽ inexpugnabile bellũ intus aſsidere, quod horis ſingulis aleret: niſi forte cõtra famẽ quoq; arma caperent ac dimicarẽt, ſoliq; poſſent etiam infortuniũ ſuperare. His addebat, optimũ eſſe ante intolerabilẽ calamitatem mutare ſententiã: dũq; liceret,ſalutare cõſilium ſequi.Nec enim antea geſtorum cauſa ſuccenſere Romanos, niſi ad finẽ uſq; inſolẽtes eſſent: natura eos eſſe in imperio mãſuetos,atq; iracundiæ præferre quod utile eſt.Vtile aũt putare,neq; ciuitatẽ uacuam uiris,neq; deſertã habere prouinciã: idcirco uelle imperatorẽ cum his dexterã iungere:nec enim cuiquã ſalutem daturũ ſi uicerit ciuitatẽ,præſertim qui nec in extremis ei cladib. rogati paruerint. Breui autem murum quoq; tertiũ captum iri,priores qui capti ſunt, fidem facere.& quãuis perrũpi tutamina non poſsint, famẽ pro Romanis pugnaturam. His monentem Ioſephũ multi in muro ſtantes uituperabãt,multi uero cõuicijs,nõnulli etiã iaculis appetebant. Ille aũt cum manifeſtis eos calamitatibus minime flecteret,ad gentiles trãſit hiſtorias: O miſeri,uociferãs, ueſtrorũq; auxiliatorũ immemores,armis & manib.cum Romanis bellum geritis,quaſi quem aliũ ſic uicerimus.Quando aũt non deus omniũ conditor,Iudæorum deſenſor eſt,ſi lædantur? Nõ reſipietis? Vnde progreſsi pugnatis, quantũq; auxiliatorẽ uiolatis? Non recordamini opera diuina parentũ, atq; hunc ſanctum locũ,quãta bella nobis aliquãdo peremit? Ego aũt facta dei narrare auribus indignis horreſco:ſed tamẽ audite,ut cognoſcatis nõ ſolũ uos Romanis,ſed etiã deo reſiſtere. Nechias, qui tũ erat rex Aegyptiorũ, idẽq; Pharao uocabatur,cum infinita manu deſcendit,reginãq; Saram materni noſtri generis rapuit. Quid igitur uir eius Abraham proauus noſter? Armis credo ultus eſt iniuriam? Atqui CCC & XVIII præfectos habebat,quorum ſingulis

infinita

infinita multitudo parebat. An ipſe quidē quieſcere maluit abſente deo? puras aūt manus ad hūc locū tendēs, quē uos polluiſtis, inuictū ſibi auxiliatorē ad militiā legit? Nōne ſecunda ueſpera incorrupta regina remiſſa eſt ad maritum? Adorās aūt quē uos gētili cæde cruētaſtis locū, ac tremēs nocturnis ſomnijs Aegyptius exagitatus aufugit, auroq; & argēto amatiſsimos deo donauit Hebræos. Dicā trāslata in Aegyptū maiorū noſtrorum domicilia. Qui cū annos quadringētos tyrānis an regib. alienigenis ſubiacerēt, armis ac manibus ulciſci poſſent, ſemetipſos deo potius pmiſere. Quis neſcit Aegyptum repletā oīi genere ſerpentiū, oīiq; morbo corruptā? Quis terrā infructuoſam? quis Niſi defectionē, & cōtinuas decē plagas? & ob hoc parētes noſtros cū præſidio incruentos, & ſine periculo deduci, quos deus ſibi ſacerdotes ducebat? An nō ab Aſſyrijs raptam nobis ſanctā arcam, Palæſtina & Dagon ſimulacrū gemuit, & tota gens quæ rapuerat? corruptis uero occultis corporum, ac per ea cū cibo uiſceribus exhauſtis, cymbalorū ac tympa noſtrū ſono manibus noxijs reportauerūt, ſanctū placationibus expiantes? de us erat qui hæc parentib. adminiſtrabat, propterea quod omiſsis armis ac manibus, eius ſe iudicio pmiſere. Rex Aſſyriorū Senacherib, cum totam ducens Aſiam ad hanc urbem caſtra poſuiſſet, num manib. humanis cecidit? nónne ab armis quieſcentes in uotis erant, & angelus dei in una nocte infinitū deleuit exercitum? poſteroq; die excitatus Aſſyrius CLXXXV. milia reperit mortuorū, atq; ita cū reliquis Hebræos inermes, nec perſequentes fugiebat? Scitis etiā in Babylone ſeruitiū, ubi per annos LXX. populus exulans, nō ante libertatē recepit, q̄ eam deo Cyrus donaret: qui eos etiā eſt proſecutus, iterūq; auxiliatorī ſuo ſacerdotū more ſeruiebant. Breuiter dicam, nullū eſt operæpreciū quod armis parētes noſtri fecerint, aut nō ſine armis deo permiſſa poteſtate impetrauerint. Domi aūt manentes, ut placebat iudici ſuperabant. Pugnantes uero, ſemper de ſpe deciderūt. Nam ubi rege Babyloniorū urbē obſidente, cōtra Hieremiæ prædicationē Sedechias rex noſter cum eo cōgreſſus eſt, tam ipſe captus eſt, q̄ cū tēplo ciuitatē uidit excindi. Atqui uidete, quāto ille rex ueſtris ducibus, eiusq; populus uobis erat moderatior. Deniq; Hieremiā uociferantē, inuiſos eſſe eos deo propter delicta quæ in eum cōmiſerāt, captū iri aūt niſi traderēt ciuitatē, neq; rex neq; populus interfecit. Sed uos (ut intus geſta prætermittā, neq; digne poſſum iniquitates ueſtras exponere) me, qui uobis ſalutē ſuadeā, querimini, telisq; appetitis irati, qd uos ueſtrorū cōmonefacio peccatorū, hec dici ea toleratis, quorū quotidie facta cōmittitis. Idē tūc fuit, cū Antiocho qui dictus eſt Epiphanes obſidēte ciuitatē, multis modis offenſa diuinitate, maiores noſtri cum armis pgreſsi, ipſi quidē in pugna perēpti ſunt, oppidū uero ab hoſtibus direptū eſt: ſanctūq; per trienniū ſexq; menſes penitus deſolatū eſt. Et quid pluribus opus eſt? Ipſos Romanos quis cōtra Iudæorū gētes ad militiā prouocauit? nónne indigenarū impietas? Vnde ſeruire cœpimus? Nónne à ſeditione maiorū, quando Ariſtobuli & Hyrcani furor, & inter eos cōtentio, Pompeiū intulit ciuitati, et Romanis deus indignos libertate ſubiecit? Deniq; tres menſes obſeſsi, quanq̄ nihil quale uos in ſanctum legesq; deliquerant, & maioribus ad bellum ſubſidijs utebantur, ſeſe tradiderunt. Antigoni aūt filij Ariſtobuli neſcimus exitum? quo regnum

gnum obtinente, deus iterũ captiuitate perſequebaẽ populũ delinquentem. Et Herodes quidẽ Antipatri filius, Soſium & Romanũ adduxit exercitũ. circundati uero per ſex mẽſes obſidebant, donec capti peccatorũ ſuorũ ſupplicia pependerũt: direptaq; eſt ab hoſtib. ciuitas. Ita nunq̃ genti arma data ſunt. Oppugnationi uero ſine dubio cohæret excidiũ. Oportet ergo, ut opinor, ſacri loci poſſeſſores iudiciũ deo de omnib. permittere: manusq; tũc humanas cõtemnere, cũ à ſuperno ipſi iudice nõ recedãt. Vos aũt quid ex his, quæ legis cõditor bene dixit, egiſtis? Quid, quod is execratus eſt, prætermiſiſtis? Quantũ aũt illos, qui cito periere, impietate ſuperaſtis? nã occulta dedignãtes peccata, hoc eſt furta, inſidiasq; atq; adulteria, rapinis, cædibus certatis, nouasq; maleficiorũ excogitaſtis uias. Sanctũ uero tẽplũ, factũ eſt omniũ receptaculum: & indigenarũ manib. pollutus eſt locus, quẽ Romani ex tam longinquo adorabant, multa per legẽ noſtrã de ſuis moribus derogantes. Deinde poſt hæc in quẽ fuiſtis impij, hunc auxiliatorẽ ſperatis? Valde quidẽ iuſti eſtis, ſupplices, puriſq; manib. adiutorẽ ueſtrũ rogatis. Talibus rex noſter precibus aduerſum Aſſyriũ ſupplicauit, cuni magnũ illum exercitum deus una nocte pſtrauit. Similia uero Aſſyrijs Romani cõmittunt, ut etiã ſimilẽ uſtionem ſperetis? Nam ille quidẽ ab rege noſtro accepta pecunia, ut uaſtitati parceret ciuitatis, neglecto iureiurando ad incendiũ tẽpli deſcẽdit: Romani aũt ſolenne poſcunt tributũ, quod parentes noſtri eorũ parentib. penſabant. Et ſi hoc impetrauerint, neq; populantur ciuitatẽ, neq; ſancta omnino tangunt. Concedunt aũt uobis familias liberas & poſſeſsiones tenere, ſacrasq; leges ſaluas manere patiũtur. Inſania eſt profecto, ſperare deum talem circa iuſtos fore, qualis iniuſtis apparuit: præſertim qui ſtatim ulciſci nouerit cum oportet. Deniq; Aſſyrios prima nocte, qua caſtra ciuitati admouerãt, fregit. Quod ſi etiã ueſtrã progeniẽ liberaret, Romanos uero dignos pœna iudicaret, confeſtim eis illo tẽpore ſicut Aſſyrijs iraſceretur, quo genti manus Pompeius attulit, quo poſt illum Soſius aſcẽdit, quo Galilæã Veſpaſianus excidit, poſtremo nõ nunc Titus ciuitati appropinquaret. Sed neq; Magnus, neq; Soſius quicquã paſsi ſunt, & ciuitatem uictoria ceperunt. Veſpaſianus aũt ex bello quod nobiſcum geſsit, etiã imperiũ adeptus eſt. Nam Tito quidẽ etiã fontes nunc uberiores profluunt, qui prius uobis aruerant. Deniq; ante eius aduentum ſcitis & Siloam & oẽs extra ciuitatẽ fontes adeo defeciſſe, ut ad utrũq; aqua mercaret. nunc aũt ita hoſtibus noſtris largi ſunt, ut nõ modo ipſis & iumentis eorũ, ſed etiã hortis ſufficiant. Deniq; huius prodigij & ante periculũ factum eſt in excidio ciuitatis, quãdo ſupra memoratus Babylonius rex cum exercitu aduenit, qui & captã ciuitatẽ incẽdit & tẽplum: quãuis ut opinor nihil tunc illi tantũ, quantũ nos impie nũc, cõmiſiſſent. Itaq; ſanctis relictis, deum fugiſſe putauerim: hiſq; nũc adeſſe, quib cũ bellum geritis. An bonus qui dẽ uir domũ flagitioſam fugiet, et domeſticos oderit: Deũ uero malis ueſtris inhęrere arbitramini, q etiã occulta cõſpicit, & audit oĩa quæ tacent? Quid aũt apud uos tacetur? quid celatur? quid nõ etiã inimicis planũ factũ eſt? Iniquitates em̃ ueſtrę uelut in prõptu neminẽ latent: inq; dies ſingulos, qs peior ſit, certamẽ habetis, atq; ita nequitiam, ut uirtutem demõſtrare contenditis. Veruntamen reliqua ſalutis uia eſt, ſi uelitis, & diuinitas confeſsis ac pœnitentibus

tentibus ſolet ſeſe placabilis offerre. Arma, pijcite, pudeat uos patriæ iã diru
tæ. cõuertite oculos, & aſpicite eius quã proditis pulchritudinẽ, quale oppi-
dum, quale tẽplũ, q̃ multarũ gentiũ munera. Quis in hæc flãmas adducit? q̃s
hæc iam nõ eſſe deſiderat? Et quid eſt hoc quod ſaluũ eſſe debeat dignius? ô
duri & lapidib. ſtupidiores. Si hæc nõ ueris luminib. cernitis, ſaltẽ familiarũ
ueſtrarũ miſeremini. Verſentur in cõſpectu cuiuſq; filij, cõiuges, & parẽtes,
quos paulo poſt aut bellũ aut fames abſumpſerit. Scio quia una cũ his pericli
tabit mihi mater & cõiunx, & familia nõ ignobilis, domusq; olim clariſsima.
Et fortaſſe propterea me quis q̃ hæc ſuadere crediderit. Interficite illos, acci-
pite mercedẽ ſalutis ueſtræ ſanguinẽ meum. Ipſe quoq; mori paratus ſum, ſi
poſt me reſipiſcitis. Hęc Ioſepho uociferãte cũ lacrymis, ſeditioſi quidẽ neq;
animos flexerũt, neq; tutã ſibi mutationẽ fore iudicauerũt. Populus uero ad
profugiendũ cõmotus eſt, & alij poſſeſsionib. ſuis, alij rebus chariſsimis exi
guo precio uenundatis, aureos, ne latrones eos deprehẽderent, tranſglutie-
bant. quũ uero ad Romanos elapſi fuiſſent, exonerato uẽtre habebãt uſui ne
ceſſaria. Titus em̃ pleroſq; per agros, quo uellet quiſq; pergere, dimittebat:
idq; magis eos ad perfugiũ hortabat, quod et inteſtinis malis carebãt, nec Ro
manis ſeruiebant. Ioãnes aũt & Simon cũ ſocijs, ne his magis pateret exitus,
q̃ Romanis aditus, obſtruebant: & qui uel umbram ſuſpicionis dediſſet, con
tinuo necabatur. Ditioribus quidẽ manere etiam ſicut profugere, par cauſa
erat pereundi: nam quaſi trãsfugere uoluiſſet, propter patrimoniũ quiſq; oc
cidebatur. Cũ fame aũt creſcebat deſperatio ſeditioſorũ, & in dies ſingulos
utrũq; malũ amplius accendebat. Et palàm quidẽ nulla erant frumẽta, irrum
pentes aũt ſcrutabantur domos. Et ſi quidẽ inueniſſent aliquid, eos qui nega
uerant uerberabãt: ſi uero nihil inueniſſent, quaſi diligẽtius celauiſſent, tor-
mentis itidem afficiebant. Habendi aũt argumẽto erant corpora miſerorum,
cum ea quæ ſolidis uiribus ſtarẽt, abundare cibo putarẽtur. Tabidi aũt tranſ-
figebant: nec rationis eſſe uidebatur, ſtatim famẽ morituros occidere, multi
uero clàm uniuerſa bona ſua uno frumẽti modio, qui ditiores eſſent, itemq;
pauperes ordei pmutarunt. Incluſi deinde intimis ædium tectis, quidã ſum-
ma penuria infectũ triticũ comedebant. panẽ alij cõficiebãt, ut neceſsitas me
tusq; monuiſſet. Et menſa quidẽ nuſquã apponebatur, ſed incoctum ſubtra-
hentes igni cibum diripiebãt. Miſerabilis aũt erat uictus, dignũq; lachrymis
ſpectaculum, cum potentiores quidẽ plus haberent, infirmiores aũt iniuri-
am deplorarent, quippe cũ fames ſuper omnes clades haberetur. Nihil enim
ſic perdit hominẽ ut pudor: nam quod reuerentia dignũ eſt, in fame negligi-
tur. Deniq; uxores uiris, & filij parentibus, & quod miſerrimum, matres ci-
bum infantibus ex ipſo ore rapiebant: & marceſcẽtibus inter manus chariſsi
mis nemo parcebat, quin uitæ guttas auferret. Edẽtes uero talia nõ latebant,
ſed ubiq; aderant qui iſta diriperent. Nam ſicubi clauſam domum uidiſſent,
eos qui intus erant, cibũ capere hoc ſuſpicabantur indicio: ſtatimq; ruptis fo
ribus irruebant, uictũq; iam cõtuſum dentibus, ex gutture penè reuocabãt,
ipſos faucib. ſtrãgulantes. Pulſabant aũt ſenes ne cibũ defenderẽt: lacerabant
mulieres, ea quę haberẽt in manib. occulentes: nullaq; miſeratio uel cani erat
capitis, uel infantiæ: ſed abſtractos pueros & ex bucella pendentes, humo
allidebant

allidebant. Si quis aũt incurrẽtes anteueniſſet, quodq; rapturi fuerant deuoraſſet, tanq̃ læſi cruentiores erant. Acerbiſsimos aũt cruciatus excogitabant, dũmodo alimẽta reperirẽt: nunc excruciãtes genitaliũ uias, nũc uirgis acutis podices trãsfigendo, horrendaq; etiã auditu quis patiebaṫ: in unius panis cõfeſsionẽ, & ut unũ pugnũ farinę abditũ indicaret. Tortores aũt nec eſuriebãt (minus em̃ crudele uideret, quod neceſsitas impetraret) exercẽtes aũt demẽtiam ſuã, ſexq; ſibi dierum cõmeatum præparantes, hisq; occurrẽtes, qui per Romanorũ cuſtodias agreſtis oleris herbarũq; gratia colligẽdarũ nocte erupſiſſent, cũ iam ſe hoſtes euaſiſſe credebãt, quæ attuliſſent eripiebãt: multũq; ſupplicantibus, & horribile dei nomen implorantibus, ut aliquã partem ſibi cõcederent eorũ, quæ cũ periculo ſibi collegiſſent, nihil penitus dabãt: gratumq; uidebaṫ, ſi ſpoliati nõ perirent. Hæc quidẽ humiliores à ſatellitibus patiebantur. Honorati uero ac diuites ad tyrãnos perducebaṅ, quorũ alij inſidiarũ falſo accuſati occidebaṅ, alij quia Romanis proderent ciuitatẽ. Et plerunq; delator ſubornatus indicabat, quod profugere uoluiſſent. Si uero quẽ Simon expilaſſet, eum ad Ioannẽ remittebat: & quẽ Ioãnes expoliaſſet, eũ Simon excipiebat: ſibiq; inuicẽ propinabãt ſanguinẽ populariũ, miſerorũq; cadauera partiebaṅ. Et dominandi quidẽ cauſa erat in utroq; diſſenſio, ſcelerum uero cõcordia. Nã qui ex alienis malis partẽ alteri, ſibi totũ uendicãs, nõ dediſſet, nequiſsimus uidebaṫ. Et qui nõ accepiſſet, uelut boni alicuius dãno dolebat, quia crudelitatis parte caruiſſet. Singillatim quidẽ iniquitates eorũ explanare nõ potero: ut aũt breuiter dicã, neq; aliam ciuitatẽ unquã talia perpeſſam puto, neq; ullam nationẽ poſt hominũ memoriã malicia ferociorem fuiſſe. Poſtremo etiã genti Hebræorũ maledicebãt, ut minus impij uideręṅ in alienos. Veruntamẽ, quod erant, & ſeruos ſe, & cõuenas & degeneris gentis abortiones eſſe cõfeſsi ſunt. Deniq; ciuitatẽ ipſi euertere, & Romanos inuitos hanc triſtẽ admittere uictoriã coegere: tardiusq; uenientẽ in templum ignem penè traxere. Deniq; cũ hi ardere ſuperiorẽ ciuitatẽ uidiſsẽt, neq; doluere, neq; illachrymauere: ſed apud Romanos qui hæc paterentur inuenti ſunt. Verum hæc quidẽ ſuo loco poſtea cum rerum documentis dicemus.

De Iudæis crucifixis & aggeribus combuſtis. Cap. XII

TIto aũt aggeres proficiebant, quãuis à muro milites male afficerentur: parte uero equitatus miſſa, iuſsit per ualles ad alimẽta cõportanda exeuntibus inſidias tendi. Erant aũt in his nõnulli etiã pugnatores, quib. iam minime præda ſufficeret: maior uero pars ex populo pauperes, quos profugere deterrebat pro affectibus ſuis metus. nec clàm enim ſeditioſis fieri poſſe ſperabãt, ut cum cõiugibus ac liberis diffugerent: eosq; latronibus relinquere nõ patiebaṅ uice ſua iugulandos. Audaciores aũt faciebat ad exeundum fames, reſtabatq; iam latitantes egredi, & ab hoſtibus capi. Deprehenſi autem neceſsitate repugnabant: metu ſupplicij, ſeroq; uidebantur ſupplicare: poſt pugnam itaq; uerberati, & ante mortem modis omnibus excruciati, contra murum cruci ſuffigebantur. Tito quidem miſerabilis uidebatur iſta calamitas, cum Iudęi in dies ſingulos quingenti, nonnunquam etiam plures caperentur. Sed neq; captos dimittere tutum erat, tantãq; aſſeruare multitudinem cuſtodum uidebat eſſe cuſtodiam: maxime uero propterea nõ prohibuit

habuit, citius eos existimans ea facie remissuros, tanq̃ similia passuros, nisi se dedidissent. Milites aũt diuersis modis suffigebãt, ira & odio & ludibrij causa: & propter multitudinẽ quã cepissent. iã spaciũ crucib. deerat, & corporibus cruces. Seditiosis uero tantũ defuit, ut ea clade mouerent, quod etiam in contrariũ eis cesit, ad deterrendã reliquã multitudinẽ. Transfugarũ enim familiaribus ad murũ tractis, & si qui erãt populariũ proniores ad pacẽ, & quę paterentur qui ad Romanos profugerẽt, demonstrabãt: & qui cõprehensi tenebantur, eos supplices nõ captiuos esse dicebãt. Ea res multos perfugere cupientiũ, donec uerũ cognosceret inhibuit. Fuerũt aũt qui statim dilapsi sunt, quasi ad uerũ suppliciũ properantes. Illatã enim ab hostibus mortẽ, cõparatione famis requiem esse ducebant. Multis aũt captiuorũ Titus etiã manus abscidi præcepit, eosq; ad Ioannẽ & Simonem intromisit, ut propter calamitatem nec uiderentur profugi, nec crederent: saltẽ nunc desineret admonens, néue se cõpellerent ad excidiũ ciuitatis: sed lucrarẽtur in extremis mutata uoluntate, & proprias animas, & patriã tantam & tẽplum, cuius participem non habebant. simul aũt aggeres circũeundo, operantes urgebat, ueluti factis uerba non multo post secuturus. Ad hæc in muris stantes, & ipsi Cæsari, & patri eius maledicebant, mortemq; se contemnere clamabant, eamq; seruituti recte præferre, multa uero mala Romanis facere dum sperant, nec se nec patriã curantes, utipse diceret, perituros: mundũq; deo tẽplũ hoc melius esse: quam uis & id seruaturus sit qui incoleret: quem ipsos quoq; auxiliatorẽ habentes, omnibus interminationibus illusuros. quibus facta non adfore: finem enim dei esse. Talia cõuicijs admiscentes uociferabantur. Et inter hæc Antiochus quoq; aderat Epiphanes, multos alios armatos secum ducens, & præterea caterua stipatus qui Macedones appellabantur, oẽs ætate pares & paulo maturiores adolescentibus, more Macedonum instructi armis & eruditi. unde etiam nomen habebant, pleriq; tamen famã gentis æquare non poterant. Omnium enim regũ qui Romanis parebant, feliciſsimũ Comagenum fieri contigit, prius q̃ fortuna mutaretur. Ostendit aũt ille quoq; in senecta ætate, nullum ante mortẽ beatũ dici oportere. Cæterũ filius eius adhuc eo uigente præsens se mirari aiebat, quidnã esset quod Romanos adire pigebat muros. erat enim bellator ipse naturaq; promptiſsimus, tãtusq; uiribus, ut multũ peccaret audacia. Cũ uero Titus ad hoc subrisisset, laborẽq; cõmunẽ esse dixisset, sicut erat Antiochus cũ Macedonibus in murum impetũ fecit. & ipse quidẽ pro uiribus suis ac peritia cauebat tela Iudæorũ, sagittis eos appetens: adolescẽtes aũt oẽs præter paucos attriti sunt. Nã pudore ꝓmissionis diutius pugna certauerant, & ad extremũ multi saucij receſſere: hoc reputantes, quod etiã uiris Macedonibus uincere cupientibus, fortuna opus sit Alexãdri. A Romanis enim duodecimo die mensis Maij aggeres inchoati, uix nono & uigesimo perfecti, suntcũ totos dies septem & decẽ laborassent: ingentes em̃ quatuor iacti sunt. & unus quidẽ qui erat ad Antoniam, & à quinta legione fuerat extructus, contra medium stagnum, quod Struthium uocatur: alter uero à duodecima uiginti cubitis distans. Decima uero legio, quæ supra memoratis præstat, in septentrionali parte opus erexerat, ubi stagnum est quod appellatur Amygdalon. Ab hoc autem quintadecima legio triginta discedentem

dentem cubitis aggerē fecit ad pōtificis monimentū. Iam uero admotis aggeribus, Ioānes ſubfoſſa intus terra uſq; ad aggeres Antoniā uerſus, diſpoſitis per cuniculū ſudibus, opa ſuſpēdit: illataq; ſylua pice ac bitumine illita, ignē immittit: ſuccēſis aūt fulcimētis, foſſa repēte ſubſedit, cūq; magno ſonitu in eam aggeres decidēre. ac primo quidē cū puluere fumus ex alto excitatus eſt, cū ignē ruina cōcluderet. pereſa uero materia qua premebat, flāma iam clarior apparebat. Et Romanos repētini quidē facti ſtupor occupat: molitionē uero Iudæorū ægre ferebāt, iamq; ſe uiciſſe credentiū & ſpes eo caſu refrixit, & in poſterū ſubuenire aduerſus ignē minus utile uidebāt, etiā ſi eſſet extinctus ſemel aggeribus deuoratis. Biduo uero poſt, alios etiā aggeres Simon cū ſocijs aggreditur. illa enim parte Romani admotis arietibus cōcutere murū cœperant. Tephthæus aūt quidam ex Garſi ortus, ciuitate Galilææ, & Megaſſarus ex regalibus famulis Mariammes, cūq; his Adiabenus quidā, filius Nabatæi, nomē habēs ex fortuna Agiras, cuius eſt interpretatio claudus, raptis facibus in machinas euolarunt. hisq; uiris neq; audaciores in illo bello extra ciuitatē apparuere, neq; magis horrendi. nam uelut in amicos, nō in agmen hoſtium excurrerēt, nihil cunctati ſunt aut ſubſtitere: ſed per medios inimicos facto impetu, machinas incendēre. acti aūt miſſilibus, & gladijs detruſi, non prius à piculo demoti ſunt, q̄ ignis inſtrumenta corriperet. Sublata uero iam flamma, Romani quidē cōcurrentes è caſtris, auxilio properabant: Iudæi uero ex muro eos prohibebant, manusq; cū his cōſerebāt, qui flāmas extinguere conarent, proprijs corporibus nullo modo parcentes. Et illi quidē arietes igni ſubtrahere, cum eorū tegmina cremarentur: Iudæi uero etiā per flāmas eos retinere certabant. & quāuis feruens nacti eſſent ferrum, tamē arietes nō amiſere. Hinc aūt flamma tranſiit in aggeres, & auxiliātes præueniebat incendium. Itaq; Romani flāma circundati, quoniā ſeruare poſſe opera deſperabant, in caſtra diſcedūt. Iudæi uero magis inſtabāt, cū ſemper eorū numerus creſceret, ex ciuitate accedentibus adiumētis, minusq; cautos haberēt impetus, freti uictoria. progreſsi aūt uſq; ad munimēta caſtrorū prælio cum eorū cuſtodibus decertabant. Eſt enim ſtatio pro caſtris per uices ſuccedentiū armatorū, et acerbiſsima in eos ſanctio Romanorū, ut qui loco de qualibet cauſa ceſsiſſet, occideretur. hi pœnali exitio glorioſa morte prælata, ſteterunt fortiter: eorumq; neceſsitate ſimul ac pudore, plurimi fugientiū redierunt: balliſtisq; in muro diſpoſitis, ex ciuitate accedentē multitudinē prohibebant, nihil pro cautione ſiue tutamine ſuorū corporū prouidentē. nam quoſcunq; obuios habuiſſent, cū his cōgrediebant Iudæi: & in ſpicula irruētes incaute, ipſis corporibus inimicos feriebāt. Sed neq; hi actis magis q̄ fiducia ſuperabant, & Romani plus audaciæ q̄ quod male tractarentur, cedebant. Iam uero Titus aderat ab Antonia, quò ſeceſſerat, locum alijs aggeribus proſpiciens: multūq; increpatis militibus, ſi cum hoſtium muros obtinerent, in ſuis periclitarētur, & uelut ex carcere cōtra ſe dimiſsis Iudęis, obſeſſorū paterent ipſi fortunā, ipſe cū electis militibus hoſtes à latere circūuenit, illi aūt cū in ora ferirentur, contra eum conuerſi durabant. mixta uero acie, puluis quidem lumina, clamor uero aures exuperabat, neq; aut amicum quiſquā internoſcere poterat aut inimicum. Iudæis autē non tam uirium fiducia, quantum ſalutis

deſpe

deſperatiõe perſeuerãtibus, etiã Romanos pudor armorũ et glorię & prçſen tia periclitãtis Cęſaris reddidit fortiores. Itaq; putauerim eos ad extremũ nimia ferocitate animorũ, uel totã multitudinẽ Iudæorum fuiſſe rapturos, niſi præuẽto pugnæ momẽto, in ciuitatẽ ſe recepiſſent. Corruptis aũt aggeribus Romani mœrore tenebanť, quod tam longũ laborẽ una hora perdidere, & multi quidẽ ſolutis machinis captum iri ciuitatem iam deſperabant.

De muro extructo ab exercitu Romano circum Hieroſolymam triduo. Cap. XIII

TItus aũt cũ ducibus quid fieret deliberabat. Et callidioribus quidẽ placebat, oñi admoto milite ui muros experiri: adhuc eñ Iudæos cum exercitus parte dimicaſſe, uniuerſi uero militis impetum tolerare nõ poſſe, uerũ ſagittis eſſe obruendos. Prudentiores aũt rurſus aggeres fieri ſuadebãt: alij & ſine aggeribus aſsideri, egreſſus eorũ tantũmodo obſeruando, ac ne uictus intro ferretur monebãt, & ciuitatẽ fami relinquere, neq; cum hoſte manu cõfligere: nec eñ expugnari eorũ cõfidentiã poſſe, quibus optatum eſt ferro procũbere, uel etiã ſine hoc interficere, quæ ſæuior eſt cupiditas. Ipſi aũt Tito, ceſſare quidẽ prorſus tanto cum exercitu, honeſtũ non uidebatur: & pugnare cum his ſuperuacuũ, qui ſemetipſos perdituri eſſent. Aggeres aũt fieri, impendiorũ penuria operoſum iudicabat, egreſſus uero ciuitatis obſeruari, operoſius. Nec eñ circundari eam propter magnitudinem locorumq; difficultatẽ, ab exercitu poſſe, & præterea ad excurſus incautum: contra manifeſtã enim uiam obſeruatã, occultas uias excogitaturos Iudæos, tam neceſsitate q̃ locorum ſcientia. Si quid aũt clàm eſſet illatum, diutius obſidionem trahendam, uerendumq;, ne uictoriæ gloriam diminuat temporis longitudo. Hæc enim cuncta quidem effici poſſe, ſed celeritatẽ ante gloriam duci: debere tamẽ ſi celeritate uti uelit & cautione, totã muro cingere ciuitatem. Hoc enim modo oẽs exitus poſſe præcludi: & Iudæos aut omnib. modis ſalute deſperata, ciuitatẽ tradituros, aut fame uictos facillime capiendos. aliter enim ſe nõ poſſe quieſcere. Verũ & aggeres curaturũ eſſe, cum infirmiores habeat qui prohibeant. Quod ſi cuiquam magnũ opus & inextricabile uideatur, eum conſiderare debere, quod neq; paruũ opus Romanos decebat facere: & ſine labore magnũ quid perficere, ne deo quidẽ facile ſit. His dictis duces exhortatus, iubet eos exercitus in opera diſtribuere. Diuinus aũt quidam impetus militibus incidit: ambitũq; partiti, non ſolum rectores inter ſe, uerum ipſi etiam ordines certabant. Et miles quidem decadarcho, decadarchus aũt hecatontarcho, isq; chiliarcho placere properabat: chiliarchorum uero oſtentatio, ad duces uſq; pertinebat, ducum uero certamina Cæſar ipſe dijudicabat. In dies enim ſingulos circuiẽs, opus ſæpiſsime inſpiciebat. Cœptum eñ à caſtris Aſſyriorũ, ubi ipſe tendebat, ad inferiorẽ Cænopolim murum duxit. Hinc per Cedronẽ ad Eleôn montem reuertens, à meridie montem cõplectitur, uſq; ad ſaxum quod Periſtereonos uocatur, eiq; proximum collem, qui ſuper uallem imminet Siloam, ac inde ad occidentem flexo ædificio, ad uallem fontis deſcendit. Hinc ſubiens ad Anani pontificis monumentum, circundato monte, ubi Pompeius caſtra poſuerat, ad ſeptentrionalem redit regionem. Et cum prçceſsiſſet ad uicum, cui nomen eſt Erebinthonicus, poſt illum Herodis monumentũ ab oriente clauſum caſtris ſuis coniun-

xit,unde cœperat.Murus quidē uno minus XL.ſtadiorū erat.Ad hoc aūt foris caſtella tredecim ædificata ſunt:eorū gyrus denis ſtadijs numerabat. Totum aūt opus triduo cōſtructū eſt,ut id quidē dignū menſibus uideret, celeritas uero fide careret.Muro aūt circūcluſa ciuitate,per caſtella cuſtodib.collocatis,primā quidē uigiliā noctis ipſe circuiēs explorabat:ſecundā uero Alexandro permiſerat: tertia uero obtigit legionū ducibus. Somnos aūt uigiles inter ſe ſortiebantur, totaq; nocte per caſtellorum ſpacia circuibant.

De fame Hieroſolymorum & ſecundo aggere extructo. Cap. XIIII

IVdæis aūt cum exeundi facultate, omnis etiā ſpes ſalutis adēpta eſt: auctaq; iam fames,totas domos ac familias depaſcebat. Et tecta quidem plena erant mulierib.exanimatis,atq; infantibus:uiarū aūt angulta ſenibus mortuis.Adoleſcētes aūt ac iuuenes turgidi,uelut umbræ mortuorū,per fora uerſabant:& ubi quē caſus occupauerat,decidebant.Sepelire aūt funera,neq; poterāt præ labore,& eos quibus aliqua uis ſupererat,pigebat,& propter multitudinē mortuorū, & quod de ipſis erat incertū. Deniq; ſuper eos quos ſepelierāt,multi moriebant.Multi aūt ad ſepulchra, priuſquā fati dies ueniret, & uiui properabant: neq; luctus in illis calamitatibus, neq; fletus erat,ſed fame ſuperabantur affectus.Siccis aūt oculis, & corruptis oribus,qui tardius morerētur,eos qui ante ſe requieſcerēt,tuebant.Altū uero ſilentiū ciuitatē,plenaq; mortuis nox eōprehenderat, & latrones his acerbiores.domos ēm,quę tum ſepulchra erant,& cadauera ſpoliabant,& uelamina corporibus detrahētes,cū riſu egrediebant.hisq; gladiorū mucrones probabant:nōnullosq; iacentiū adhuc ſpirātes, ferro experiendi cauſa tranſuerberabant.Si quis aūt manum rogaſſet aut ferrū ſibi cōmodari,quo famē euaderet,ſuperbiſsime negligebat. Animas uero efflantiū quiſq;, in morte tēplum obtutibus intuebat,cum uiuos relinqueret ſeditioſos.Illi aūt,primo quidem ſumptu publico iubebant mortuos ſepeliri, cum fœtorē ferre non poſſent: deinde quod non ſufficiebant,in ualles eos ex muro præcipitabāt. Quas circuiens Titus ubi plenas cadaueribus uidit, altāq; ſaniem tabefactis corporibus defluentē,ingemuit:& extentis manibus deum teſtabatur,factū illud ſuū non eſſe.Ciuitas quidē ita erat affecta.Romani uero, cum iam nemo ſeditioſorū auderet excurrere (nam etiā eos mœror, fameſq; tangebat) dies lætos agebant:frumēti,aliarūq; rerum neceſſariarū habētes copiam,de Syria proximisq; prouincijs.multi aūt iuxta murū ſtantes, magnāq; alimētorū abundantiam demonſtrantes, ſatietate ſui famem hoſtium incēdebant. Seditioſis aūt nihilo magis calamitate cedentibus,Titus reliquias populi miſeratus, & properans ſaltem hoc liberare quod ſupereſt, iterū aggeres inchoabat, quanquā difficulter materiā reperiret.omnes enim ciuitati proximas ſyluas,opera prima conſumpſerant. à nonageſimo uero ſtadio milites alias congerebant: & ad Antoniā ſolam ex quatuor partibus, maiores prioribus aggeres ſtruebantur.Cæſar aūt agmina circuiens,atq; opus urgens, quod in manibus eos haberet latronibus oſtendebat. Sed illis pœnitudo planē perierat: & animis ac corporibus ſeparati,utriſq; uelut alienis utebantur. Nec enim uel animas affectio manſueta, uel corpora dolor tangebat, qui etiam mortuam plebem, quaſi canes lacerabant, replebantq; languentibus careerem.

De

De cæde Iudæorum intra & extra Hierosolymam. Cap. XV

DEniq; Simon Matthiã, per quẽ obtinuerat ciuitatẽ, excruciatũ peremit. Boethi filius erat, ex põtificibus populo maxime fidelis & charus. Is, cũ à Zelotis male populus tractaret, quibus iam Ioãnes accesserat, ut adiutorẽ Simonem reciperet, populo persuasit: nulla cũ eo prius habita pactione, nec aliquid mali metuens. Ingressus aũt ille, postquã obtinuit ciuitatẽ, inimicũ eum æque atq; alios esse dicebat, qui pro se cõsiliũ dederat, uelut hoc simplicitate suasisset: productũq; eum & accusatũ, quod cũ Romanis sentiret, morte damnauit, ne purgationis quidẽ ei facultate cõcessa, cũ tribus filijs suis. quartus enim ad Titum ante profugerat. Prius aũt se occidi, q̃ filios obsecrantem, atq; hanc pro illa, quod ciuitatẽ ei aperuisset, gratiã postulantem, ut augeret eius dolorem, nouissimũ iussit interfici. Ille quidem super cæsos in cõspectu suo filios iugulatur, coram Romanis productus: ita enim Simon Anano Bamadi filio præceperat, qui erat eius satellitũ crudelissimus, cauillatus si quid eum iuuarẽt, ad quos exire uoluisset. corpora uero sepeliri prohibuit. Post hos Ananias quidam, põtifex, filius Masbali, nobilis, & scriba curiæ, uir fortis, ex Ammaunte genus ducẽs, & cum his quindecim ex populo clariores necant. Iosephi uero patrẽ cõclusum asseruabant: missoq; præcone denunciant, ne quis in ciuitate degentiũ uel colloqueretur cum eo, uel in unum ueniret, proditiõis metu proposito: & eos qui hæc cũ illo deflerent, ante quæstionẽ perimebant. Ista uidens quidã Iudas filius Iudæ, unus ex numero præfectorũ Simonis, qui turrim ab eo sibi creditã custodiebat, fortasse quidem nõnihil etiã misericordia crudeliter pereuntium, magis aũt sui prouidentia, cõuocatis decem fidissimis cõtubernalium: quousq; tandẽ, inquit, hæc mala sustinebimus? quámue salutis spem habemus, seruantes pessimo fidem? Ecce iam fames oppugnat. Romani uero penè intus sunt. Simon aũt bene quoq; meritis infidelis est: metusq; etiã apud eũ pœnæ, & apud Romanos certa fœderis dextera. Ergo age, tradito muro & nosmet seruemus & ciuitatẽ. Nihil aũt graue Simon patietur, si cum de se desperauerit, pœnas citius pendet. His ubi decem assensi sunt, mane cæteros quos subiectos habebat, per diuersum dimittit, ne quid eorũ quæ cogitauerat proderetur. ipse uero de turri hora tertia Romanos inuocabat. illorũ aũt alij præ superbia contemnebant, alij non credebant, alios etiam pigebat, uelut mox capturos ciuitatem nullo periculo. Interea uero, cum Titus ad murum cum armatis succederet, ante rẽ Simon cognouit, turrimq; uelociter occupat: Romanisq; eos inspectãtib. custodes peremit, & per murũ proiecit corpora mortuorũ. Ibiq; circuiens Iosephus (nec em̃ rogare cessabat) caput uulneratũ lapide, statimq; attonitus cadit. Excursus aũt ad eius casum factus est Iudæorum: abreptusq; esset in ciuitatẽ, nisi Cæsar misisset qui eum protegerẽt. Illis aũt pugnantibus, Iosephus quidẽ tollitur, parum quod ageretur intelligẽs. seditiosi uero, tanquam interfecto quẽ maxime cupiebãt, cum lætitia cõclamauerunt. Spargit aũt hic rumor per ciuitatẽ: ex quo residuã multitudinẽ mœror tenuit, uere perisse credentẽ, cuius fiducia profugere cogitabãt. Audito autẽ Iosephi mater in carcere, mortuum esse filium suum, ad custodes quidẽ, ex Iotapatis hoc ait certo se credere, nec enim uiuo potiri. Secreto autem flens, ad ancillas:

hunc,inquit,fœcũditatis recepiſſe fructũ,quod ne ſepelire quidẽ ſibi filiũ licuiſſet,à quo ſepeliri ſperaſſet. Verũ ne illã quidẽ mẽdaciũ diutius cruciauit, neq; latrones refecit.Cito em̃ curato uulnere Ioſephus reſipuit:progreſſusq; clamabat, illos ſibi nõ multo poſt uulneris pœnas daturos. populũ aũt rurſum ad fidẽ hortabat.unde populo quidẽ fiducia, ſeditioſis uero ſtupor incidit eius aſpectu. Profugorũ aũt alij ſtatim de muro neceſsitate proſiliebant: alij uelut ad pugnã cũ lapidibus progredi ſimulantes,mox ad Romanos profugiebant.Hos aũt ſæuior ea q̃ intus pertulerant fortuna cõſequebatur: & fame, quã domi reliquerãt, uelociorẽ apud Romanos inueniebãt ad exitium ſatietatẽ.aderant nanq; inflati ex inedia,& uelut morbo intercutis aquæ turgidi.deinde uacuata replentes corpora diſrũpebantur:niſi qui periti deſideria cohibuiſſent,paulatimq; cibum defueto corpori obtuliſſent. Verũ & eos qui hoc modo ſeruarent̃,alia plaga ſuſcepit. Quidã apud Syros ex transfugis deprehendit̃,è ſimo uentris aureos colligens. Tranſglutientes aũt (ut ſuprà diximus) eos ueniebãt, quod cunctos ſeditioſi ſcrutabantur: & maxima uis auri fuerat in ciuitate:deniq; duodecim atticis cõparabant,quod antea uiginti quinq; ualebat. Verũ hac arte per unum detecta, totis caſtris fama percrebuit,quod auro transfugæ pleni uenirẽt.Arabum aũt multitudo & Syri,ſciſſis uentribus ſuppliciũ minitabant̃.Et hac ego clade nullã credo ſæuiorẽ cõtigiſſe Iudæis:una deniq; nocte duorũ miliũ patefacta ſunt uiſcera.Et hac Titus iniuſtitia cognita, penè iuſsiſſet autores circũfuſo equitatu iaculis appeti, niſi magna fuiſſet multitudo noxiorũ multoq; plures puniendi, q̃ qui fuerãt interẽpti. Cõuocatis aũt auxiliariũ ducibus,itemq; militũ Romanorũ (nam etiam militum quoſdã hæc tangebat inuidia)utriſq; iratus dicebat: ſi qui militum ſuorũ hæc cõmitterent lucri cauſa incerti, nec arma propria quiſquam erubeſceret auro argentoq; facta: Arabes aũt & Syri, primo in alieno bello licenter calamitates inferrẽt: deinde crudelitatẽ in cædibus & in Iudæos odia Romanis aſcriberent.hæc em̃ quoſdã ſuorũ milites infamia participare.et his quidẽ mortẽ interminatus eſt, ſi quis in eadẽ poſtea repertus fuiſſet audacia. ad legiones aũt mandata dedit,ut ſuſpectos inueſtigarẽt,atq; ad ſe deferrent. Verum profecto auaritia contẽnit om̃e ſuppliciũ,ſæuisq; hominib.lucrandi amor innatus eſt: nullaq; omnino calamitas plus habẽdi cupidini cõparatur. Imò uero hæc aliàs,& modũ habẽt,& metu ſubiugantur.Deus aũt, qui damnauerat populũ, omnẽ uiam ſalutis ad interitũ uerterat: deniq; id quod cum pœna interdixerat Cæſar, occulte in profugos admittebat̃.Et ſi quis transfugiſſet,circũſpectantes ante ne quis Romanorũ uideret,eos ſcindebant, & ex uiſceribus quęſtũ nefarium trahebant.in paucis aũt reperiebatur,& pleroſq; ſola ſpes conſumebat.Hic quidem caſus multos transfugarum reduxit.

De ſacrilegio circa tẽplum & relatis ex urbe cadaueribus & fame. Cap. XVI

IOannes aũt,ubi rapinæ ex populo defuere,ad ſacrilegiũ ſeſe cõuertit: multaq; donaria templi retinens, multaq; uaſa diuinæ rei miniſterio neceſſaria, crateras, & lances, & menſas,ne urceolis quidem abſtinuit, quos Auguſtus eiusq; uxor miſerat. Romanorum quidem imperatores honorauerunt ſemper templum atq; ornauerunt:tunc autem Iudęus etiam alienigenarũ dona diſtrahebat, ad ſocios autẽ dicebat, ſine metu diui-

nis

nis abuti debere, qui pro deo, qui p tẽplo militarẽt, & ex ipso ali. Propterea q; sacrũ uinũ, et oleũ, quod sacerdotes sacrificijs reseruabãt, tutũ erat effudisse. nãq; in tẽplo & multitudini distribuit, & illi sine horrore ungebant & potabãt. Nõ equidẽ recusabo dicere, quæ dolor iubet. Puto si Romani cõtra noxios uenire tardassent, aut hiatu terræ deuorandã fuisse ciuitatẽ, aut diluuio periturã, aut fulminũ ac Sodomæ incẽdia passurã. multo em magis impiam progeniẽ tulit, q̃ quæ illa pertulerat. deniq; cum eorũ pertinacia desperata, totus populus interijt. Et quid opus est singulatim narrare clades? Mannæus Lazari filius, trãsgressus ad Titum, per unã portã quæ sibi credita fuerat centum & quindecim milia & octoginta dixit elata cadauera, ex quo die castra propè ciuitatẽ posita sunt, ex die quartadecima mẽsis Aprilis, usq; ad calẽdas Iulij. hæc aũt immẽsa est multitudo: nec tamẽ ipse fuit appositus portæ, sed publicam mercedẽ diuidens, mortuos ex necessitate numerabat. cæteros enim propinqui sepeliebãt, sepultura aũt fuit, elatos ex oppido proijcere. Post hũc aũt nobiles profugi, omnia mortuorũ egenorũ sexcenta milia portis eiecta nunciabant: aliorũ uero numerũ minime posse cõprehẽdi: cum aũt pauperibus efferendis non sufficerent, congesta in maximis ædibus cadauera esse inclusa, & frumenti quidẽ modiũ uenijsse talento. post aũt ubi muro circundata ciuitate, ne herbas quidẽ legere iam liceret, ad hoc necessitatis quosdam fuisse cõpulsos, ut cloacas rimarentur, boumq; ueterẽ fimum alimentũ haberent. stercusq; collectum, quod ne uisui quidẽ tolerabile fuerat, cibus erat. Hæc Romani quidem audientes miserati sunt: seditiosos aũt ne uidentes quidem pœnitebat, sed patiebantur usq; ad ea progredi. fatum enim eos reddiderat cæcos, quod iam & ipsis imminebat & ciuitati.

FLAVII IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO
LIBER SEPTIMVS.

De suffossione murorũ, succensione aggerũ & Sabino oppugnante murũ. Cap. I

Lades quidẽ Hierosolymorũ in peius quotidie procedebant, cũ & seditiosi magis accenderent aduersis inclusi, postquã populũ fames ipsosq; iam possederat. Quin & multitudo cõgestorũ in ciuitate cadauerũ, & uisu horrenda erat, odorẽq; pestiferũ emittebat, cum excursus etiam pugnantiũ moraretur. Nam ueluti per aciem ruerent, plurima tẽde excitata: cõculcare mortuos cogebantur: & qui super eos pedem ponerent, neq; miserabantur, neq; horrebãt: nec saltem sibi augurio fore putabãt contumeliam mortuorũ. Gentili aũt cæde polluti, dexteras ad externum bellum præparabant, tanquam exprobrantes deo (ut mihi uidetur) supplicij sui tarditatem. non enim spe uictoriæ maior pars eorum, sed desperatione salutis ferocius ferebatur. Romani autem quamuis plurimum in aggreganda materia laborarent, tamen intra uiginti & unum dies aggeres erexerunt, atton-

ut ſibi ac populo parcerẽt, tẽplo ac patriæ, néue cõtra hęc fierent alienigenis duriores. Romanos em̃ ſancta reuereri, cum quibus nulla ſibi ſocietas eſſet, manusq; ſuas ad hoc uſq; cohibere. ipſos uero in his edoctos, cum ſeruare poſſent, ſponte ad eorũ interitũ ruere. quin potius uiderent muros cõcidiſſe firmiores, exciſis uero infirmiores ſupereſſe: Romanorũq; uires cognoſcerent ſuſtinere nõ poſſe, hisq; ſeruire nõ eſſe nouũ, neq; inexpertũ Iudæis. Nã licet pulchrũ ſit p̃ libertate pugnare, tamẽ id in principio decere fieri. ſemel aũt ſubditũ, qui multo tẽpore paruiſſet imperio, iugũ excutientẽ, malæ mortis cupidũ, nõ libertatis amatorẽ uideri. Debere aũt dedignari dominos humiliores, nõ quorũ in poteſtate ſunt omnia. Nam quid Romanos effugiſſe, niſi quod propter æſtus aut frigora eſſet inutile? imõ uero trãſiſſe ad eos undiq; fortunã, deumq; per ſingulas nationes ducentẽ imperiũ, nũc eſſe in Italia. Hãc aũt ualidiſsimã legẽ, tam feris beſtijs q̃ hominib. eſſe præfinitã, potentioribus cedere: apud eosq; eſſe uictoriã, apud quos robur fuerit armorũ. Id circo etiã maiores eorũ, quanquã multũ & animis & corporibus & alijs ſubſidijs meliores, ceſsiſſe Romanis: quos niſi deum ſciſſent illis fauere, nunquã perpeſsi fuiſſent. ipſos uero qua tunc re fretos reſiſtere, cũ ex magna parte capta ſit ciuitas: ciues aũt etiam ſi muros integros haberent, excidio pariter affecti ſint. Nec enim latere Romanos, quæ fames teneat ciuitatẽ: & modo quidẽ conſumi populũ, cõtinuo uero etiã bellatores interituros: nam etſi Romani deſierint, & ab obſidione ceſſauerint, neq; ciuitatẽ ſtrictis gladijs irruerint, Iudæis tamẽ inexpugnabile bellũ intus aſsidere, quod horis ſingulis aleret: niſi forte cõtra famẽ quoq; arma caperent ac dimicarẽt, ſoliq; poſſent etiam infortuniũ ſuperare. His addebat, optimũ eſſe ante intolerabilẽ calamitatem mutare ſententiã: dũq; liceret, ſalutare cõſilium ſequi. Nec enim antea geſtorum cauſa ſuccenſere Romanos, niſi ad finẽ uſq; inſolẽtes eſſent: natura eos eſſe in imperio mãſuetos, atq; iracundiæ præferre quod utile eſt. Vtile aũt putare, neq; ciuitatẽ uacuam uiris, neq; deſertã habere prouinciã: idcirco uelle imperatorẽ cum his dexterã iungere: nec enim cuiquã ſalutem daturũ ſi uicerit ciuitatẽ, præſertim qui nec in extremis ei cladib. rogati paruerint. Breui autem murum quoq; tertiũ captum iri, priores qui capti ſunt, fidem facere. & quãuis perrũpi tutamina non poſsint, famẽ pro Romanis pugnaturam. His monentem Ioſephũ multi in muro ſtantes uituperabãt, multi uero cõuicijs, nõnulli etiã iaculis appetebant. Ille aũt cum manifeſtis eos calamitatibus minime flecteret, ad gentiles trãſit hiſtorias: O miſeri, uociferãs, ueſtrorũq; auxiliatorũ immemores, armis & manib. cum Romanis bellum geritis, quaſi quem aliũ ſic uicerimus. Quando aũt non deus omniũ conditor, Iudæorum deſenſor eſt, ſi lædantur? Nõ reſipietis? Vnde progreſsi pugnatis, quantũq; auxiliatorẽ uiolatis? Non recordamini opera diuina parentũ, atq; hunc ſanctum locũ, quãta bella nobis aliquãdo peremit? Ego aũt facta dei narrare auribus indignis horreſco: ſed tamẽ audite, ut cognoſcatis nõ ſolũ uos Romanis, ſed etiã deo reſiſtere. Nechias, qui tũ erat rex Aegyptiorũ, idẽq; Pharao uocabatur, cum infinita manu deſcendit, reginãq; Saram materni noſtri generis rapuit. Quid igitur uir eius Abraham proauus noſter? Armis credo ultus eſt iniuriam? Atqui CCC & XVIII præfectos habebat, quorum ſingulis

infinita

infinita multitudo parebat. An ipſe quidē quieſcere maluit abſente deo? puras aūt manus ad hūc locū tendēs, quē uos polluiſtis, inuictū ſibi auxiliatorē ad militiā legit? Nōne ſecunda ueſpera incorrupta regina remiſſa eſt ad maritum? Adorās aūt quē uos gētili cæde cruētaſtis locū, ac tremēs nocturnis ſomnijs Aegyptius exagitatus aufugit, auroq; & argēto amatiſsimos deo donauit Hebræos. Dicā trāslata in Aegyptū maiorū noſtrorum domicilia. Qui cū annos quadringētos tyrānis an regib. alienigenis ſubiacerēt, armis ac manibus ulciſci poſſent, ſemetipſos deo potius pmiſere. Quis neſcit Aegyptum repletā oīni genere ſerpentiū, oīniq; morbo corruptā? Quis terrā infructuoſam? quis Nili defectionē, & cōtinuas decē plagas? & ob hoc parētes noſtros cū præſidio incruentos, & ſine periculo deduci, quos deus ſibi ſacerdotes ducebat? An nō ab Aſſyrijs raptam nobis ſanctā arcam, Palæſtina & Dagon ſimulacrū gemuit, & tota gens quæ rapuerat? corruptis uero occultis corporum, ac per ea cū cibo uiſceribus exhauſtis, cymbalorū ac tympa noīū ſono manibus noxijs reportauerūt, ſanctū placationibus expiantes? de us erat qui hæc parentib. adminiſtrabat, propterea quod omiſsis armis ac ma nibus, eius ſe iudicio pmiſere. Rex Aſſyriorū Senacherib, cum totam ducens Aſiam ad hanc urbem caſtra poſuiſſet, num manib. humanis cecidit? nónne ab armis quieſcentes in uotis erant, & angelus dei in una nocte infinitū deleuit exercitum? poſteroq; die excitatus Aſſyrius CLXXXV. milia reperit mortuorū, atq; ita cū reliquis Hebræos inermes, nec perſequentes fugiebat? Scitis etiā in Babylone ſeruitiū, ubi per annos LXX. populus exulans, nō ante libertatē recepit, q̄ eam deo Cyrus donaret: qui eos etiā eſt proſecutus, iterūq; auxiliatori ſuo ſacerdotū more ſeruiebant. Breuiter dicam, nullū eſt operæpreciū quod armis parētes noſtri fecerint, aut nō ſine armis deo permiſſa poteſtate impetrauerint. Domi aūt manentes, ut placebat iudici ſuperabant. Pugnantes uero, ſemper de ſpe deciderūt. Nam ubi rege Babyloniorū urbē obſidente, cōtra Hieremiæ prædicationē Sedechias rex noſter cum eo cōgreſſus eſt, tam ipſe captus eſt, q̄ cū tēplo ciuitatē uidit excindi. Atqui uidete, quāto ille rex ueſtris ducibus, eiusq; populus uobis erat moderatior. Deniq; Hieremiā uociferantē, inuiſos eſſe eos deo propter delicta quæ in eum cōmiſerāt, captū iri aūt niſi traderēt ciuitatē, neq; rex neq; populus interfecit. Sed uos (ut intus geſta prætermittā, neq; digne poſſum iniquitates ueſtras exponere) me, qui uobis ſalutē ſuadeā, querimini, telisq; appetitis irati, qđ uos ueſtrorū cōmonefacio peccatorū, hec dici ea toleratis, quorū quotidie facta cōmittitis. Idē tūc fuit, cū Antiocho qui dictus eſt Epiphanes obſidēte ciuitatē, multis modis offenſa diuinitate, maiores noſtri cum armis pgreſsi, ipſi quidē in pugna perēpti ſunt, oppidū uero ab hoſtibus direptū eſt: ſanctūq; per trienniū ſexq; menſes penitus deſolatū eſt. Et quid pluribus opus eſt? Ipſos Romanos quis cōtra Iudæorū gētes ad militiā prouocauit? nónne indigenarū impietas? Vnde ſeruire cœpimus? Nónne à ſeditione maiorū, quando Ariſtobuli & Hyrcani furor, & inter eos cōtentio, Pompeiū intulit ciuitati, et Romanis deus indignos libertate ſubiecit? Deniq; tres menſes obſeſsi, quanq̄ nihil quale uos in ſanctum legesq; deliquerant, & maioribus ad bellum ſubſidijs utebantur, ſeſe tradiderunt. Antigoni aūt filij Ariſtobuli neſcimus exitum? quo regnum

gnum obtinente, deus iterũ captiuitate perſequebat populũ delinquentem. Et Herodes quidẽ Antipatri filius, Soſium & Romanũ adduxit exercitũ. circundati uero per ſex mẽſes obſidebant, donec capti peccatorũ ſuorũ ſupplicia pependerũt: direptaq; eſt ab hoſtib. ciuitas. Ita nunq; genti arma data ſunt. Oppugnationi uero ſine dubio cohæret excidiũ. Oportet ergo, ut opinor, ſacri loci poſſeſſores iudiciũ deo de omnib. permittere: manusq; tũc humanas cõtemnere, cũ à ſuperno ipſi iudice nõ recedãt. Vos aũt quid ex his, quæ legis cõditor bene dixit, egiſtis? Quid, quod is execratus eſt, prætermiſiſtis? Quantũ aũt illos, qui cito periere, impietate ſuperaſtis? nã occulta dedignãtes peccata, hoc eſt furta, inſidiasq; atq; adulteria, rapinis, cædibus certatis, nouasq; maleficiorũ excogitaſtis uias. Sanctũ uero tẽplũ, factũ eſt omniũ receptaculum: & indigenarũ manib. polluitus eſt locus, quẽ Romani ex tam longinquo adorabant, multa per legẽ noſtrã de ſuis moribus derogantes. Deinde poſt hæc in quẽ fuiſtis impij, hunc auxiliatorẽ ſperatis? Valde quidẽ iuſti eſtis, ſupplices, puriſq; manib. adiutorẽ ueſtrũ rogatis. Talibus rex noſter precibus aduerſum Aſſyriũ ſupplicauit, cum magnũ illum exercitum deus una nocte pſtrauit. Similia uero Aſſyrijs Romani cõmittunt, ut etiã ſimilẽ ultionem ſperetis? Nam ille quidẽ ab rege noſtro accepta pecunia, ut uaſtitati parceret ciuitatis, neglecto iureiurando ad incendiũ tẽpli deſcẽdit: Romani aũt ſolenne poſcunt tributũ, quod parentes noſtri eorũ parentib. penſabant. Et ſi hoc impetrauerint, neq; populantur ciuitatẽ, neq; ſancta omnino tangunt. Concedunt aũt uobis familias liberas & poſſeſsiones tenere, ſacrasq; leges ſaluas manere patiũtur. Inſania eſt profecto, ſperare deum talem circa iuſtos fore, qualis iniuſtis apparuit: præſertim qui ſtatim ulciſci nouerit cum oportet. Deniq; Aſſyrios prima nocte, qua caſtra ciuitati admouerãt, fregit. Quod ſi etiã ueſtrã progeniẽ liberaret, Romanos uero dignos pœna iudicaret, confeſtim eis illo tẽpore ſicut Aſſyrijs iraſceretur, quo genti manus Pompeius attulit, quo poſt illum Soſius aſcẽdit, quo Galilææ Veſpaſianus excidit, poſtremo nõ nunc Titus ciuitati appropinquaret. Sed neq; Magnus, neq; Soſius quicquã paſsi ſunt, & ciuitatem uictoria ceperunt. Veſpaſianus aũt ex bello quod nobiſcum geſsit, etiã imperiũ adeptus eſt. Nam Tito quidẽ etiã fontes nunc uberiores profluunt, qui prius uobis aruerant. Deniq; ante eius aduentum ſcitis & Siloam & oẽs extra ciuitatẽ fontes adeo defeciſſe, ut ad utrũq; aqua mercaret. nunc aũt ita hoſtibus noſtris largi ſunt, ut nõ modo ipſis & iumentis eorũ, ſed etiã hortis ſufficiant. Deniq; huius prodigij & ante periculũ factum eſt in excidio ciuitatis, quãdo ſupra memoratus Babylonius rex cum exercitu aduenit, qui & captã ciuitatẽ incẽdit & tẽplum: quãuis ut opinor nihil tunc illi tantũ, quantũ nos impie nũc, cõmiſiſſent. Itaq; ſanctis relictis, deum fugiſſe putauerim: hiſq; nũc adeſſe, quib cũ bellum geritis. An bonus qui dẽ uir domũ flagitioſam fugiet, et domeſticos oderit: Deũ uero malis ueſtris inhærere arbitramini, q etiã occulta cõſpicit, & audit oẽia quæ tacent? Quid aũt apud uos tacetur? quid celatur? quid nõ etiã inimicis planũ factũ eſt? Iniquitates em̃ ueſtrę uelut in pr̃optu neminẽ latent: inq; dies ſingulos, qs peior ſit, certamẽ habetis, atq; ita nequitiam, ut uirtutem demõſtrare contenditis. Veruntamen reliqua ſalutis uia eſt, ſi uelitis, & diuinitas confeſsis ac pœnitentibus

tentibus ſolet ſeſe placabilis offerre. Arma, pijcite, pudeat uos patriæ iã diru tæ. cõuertite oculos, & aſpicite eius quã proditis pulchritudinẽ, quale oppidum, quale tẽplũ, q̃ multarũ gentiũ munera. Quis in hæc flãmas adducit? qs hæc iam nõ eſſe deſiderat? Et quid eſt hoc quod ſaluũ eſſe debeat dignius? ô duri & lapidib. ſtupidiores. Si hæc nõ ueris luminib. cernitis, ſaltẽ familiarũ ueſtrarũ miſeremini. Verſentur in cõſpectu cuiuſq; filij, cõiuges, & parẽtes, quos paulo poſt aut bellũ aut fames abſumpſerit. Scio quia una cũ his pericli tabit̃ mihi mater & cõiunx, & familia nõ ignobilis, domusq́; olim clariſsima. Et fortaſſe propterea me quisq̃ hæc ſuadere crediderit. Interficite illos, accipite mercedẽ ſalutis ueſtræ ſanguinẽ meum. Ipſe quoq; mori paratus ſum, ſi poſt me reſipiſcitis. Hęc Ioſepho uociferãte cũ lacrymis, ſeditioſi quidẽ neq; animos flexerũt, neq; tutã ſibi mutationẽ fore iudicauerũt. Populus uero ad profugiendũ cõmotus eſt, & alij poſſeſsionib. ſuis, alij rebus chariſsimis exiguo precio uenundatis, aureos, ne latrones eos deprehẽderent, tranſglutiebant. quũ uero ad Romanos elapſi fuiſſent, exonerato uẽtre habebãt uſui neceſſaria. Titus em̃ pleroſq; per agros, quo uellet quiſq; pergere, dimittebat: idq́; magis eos ad perfugiũ hortabat̃, quod et inteſtinis malis carebãt, nec Romanis ſeruiebant. Ioãnes aũt & Simon cũ ſocijs, ne his magis pateret exitus, q̃ Romanis aditus, obſtruebant: & qui uel umbram ſuſpicionis dediſſet, continuo necabatur. Ditioribus quidẽ manere etiam ſicut profugere, par cauſa erat pereundi: nam quaſi trãsfugere uoluiſſet, propter patrimoniũ quiſq; occidebatur. Cũ fame aũt creſcebat deſperatio ſeditioſorũ, & in dies ſingulos utrũq; malũ amplius accendebat̃. Et palàm quidẽ nulla erant frumẽta, irrumpentes aũt ſcrutabantur domos. Et ſiquidẽ inueniſſent aliquid, eos qui negauerant uerberabãt: ſi uero nihil inueniſſent, quaſi diligẽtius celauiſſent, tormentis itidem afficiebant. Habendi aũt argumẽto erant corpora miſerorum, cum ea quæ ſolidis uiribus ſtarẽt, abundare cibo putarẽtur. Tabidi aũt tranſfigebant̃: nec rationis eſſe uidebatur, ſtatim famẽ morituros occidere, multi uero clàm uniuerſa bona ſua uno frumẽti modio, qui ditiores eſſent, itemq́; pauperes ordei pmutarunt. Incluſi deinde intimis ædium tectis, quidã ſumma penuria infectũ triticũ comedebant. panẽ alij cõficiebãt, ut neceſsitas metusq́; monuiſſet. Et menſa quidẽ nuſquã apponebatur, ſed incoctum ſubtrahentes igni cibum diripiebãt. Miſerabilis aũt erat uictus, dignũq́; lachrymis ſpectaculum, cum potentiores quidẽ plus haberent, infirmiores aũt iniuriam deplorarent, quippe cũ fames ſuper omnes clades haberetur. Nihil enim ſic perdit hominẽ ut pudor: nam quod reuerentia dignũ eſt, in fame negligitur. Deniq; uxores uiris, & filij parentibus, & quod miſerrimum, matres cibum infantibus ex ipſo ore rapiebant: & marceſcẽtibus inter manus chariſsimis nemo parcebat, quin uitæ guttas auferret. Edẽtes uero talia nõ latebant, ſed ubiq; aderant qui iſta diriperent. Nam ſicubi clauſam domum uidiſſent, eos qui intus erant, cibũ capere hoc ſuſpicabantur indicio: ſtatimq́; ruptis foribus irruebant, uictũq́; iam cõtuſum dentibus, ex gutture penè reuocabãt, ipſos faucib. ſtrãgulantes. Pulſabant̃ aũt ſenes ne cibũ defenderẽt: lacerabant̃ mulieres, ea quę haberẽt in manib. occulentes: nullaq; miſeratio uel cani erat capitis, uel infantiæ: ſed abſtractos pueros & ex bucella pendentes, humo allidebant

allidebant. Si quis aũt incurrẽtes anteueniſſet, quodq; rapturi fuerant deuoraſſet, tanq̃ læſi cruentiores erant. Acerbiſsimos aũt cruciatus excogitabant, dũmodo alimẽta reperirẽt: nunc excruciãtes genitaliũ uias, nũc uirgis acutis podices trãsfigendo, horrendaq; etiã auditu quis patiebaṫ: in unius panis cõfeſsionẽ, & ut unũ pugnũ farinę abditũ indicaret. Tortores aũt nec eſuriebãt (minus em̃ crudele uideret, quod neceſsitas impetraret) exercẽtes aũt demẽtiam ſuã, ſexq; ſibi dierum cõmeatum præparantes, hisq; occurrẽtes, qui per Romanorũ cuſtodias agreſtis oleris herbarũq; gratia colligẽdarũ nocte erepſiſſent, cũ iam ſe hoſtes euaſiſſe credebãt, quæ attuliſſent eripiebãt: multũq; ſupplicantibus, & horribile dei nomen implorantibus, ut aliquã partem ſibi cõcederent eorũ, quæ cũ periculo ſibi collegiſſent, nihil penitus dabãt: gratumq; uidebaṫ, ſi ſpoliati nõ perirent. Hæc quidẽ humiliores à ſatellitibus patiebantur. Honorati uero ac diuites ad tyrãnos perducebaṅ, quorũ alij inſidiarũ falſo accuſati occidebaṅ, alij quia Romanis proderent ciuitatẽ. Et plerunq; delator ſubornatus indicabat, quod profugere uoluiſſent. Si uero quẽ Simon expilaſſet, eum ad Ioannẽ remittebat: & quẽ Ioãnes expoliaſſet, eũ Simon excipiebat: ſibiq; inuicẽ propinabãt ſanguinẽ populariũ, miſerorũq; cadauera partiebaṅ. Et dominandi quidẽ cauſa erat in utroq; diſſenſio, ſcelerum uero cõcordia. Nã qui ex alienis malis partẽ alteri, ſibi totũ uendicãs, nõ dediſſet, nequiſsimus uidebaṫ. Et qui nõ accepiſſet, uelut boni alicuius dãno dolebat, quia crudelitatis parte caruiſſet. Singillatim quidẽ iniquitates eorũ explanare nõ potero: ut aũt breuiter dicã, neq; aliam ciuitatẽ unquã talia perpeſſam puto, neq; ullam nationẽ poſt hominũ memoriã malicia ferociorem fuiſſe. Poſtremo etiã genti Hebræorũ maledicebãt, ut minus impij uiderenṫ in alienos. Veruntamẽ, quod erant, & ſeruos ſe, & cõuenas & degeneris gentis abortiones eſſe cõfeſsi ſunt. Deniq; ciuitatẽ ipſi euertere, & Romanos inuitos hanc triſtẽ admittere uictoriã coegere: tardiusq; uenientẽ in templum ignem penè traxere. Deniq; cũ hi ardere ſuperiorẽ ciuitatẽ uidiſsẽt, neq; doluere, neq; illachrymauere: ſed apud Romanos qui hæc paterentur inuenti ſunt. Verum hæc quidẽ ſuo loco poſtea cum rerum documentis dicemus.

De Iudæis crucifixis & aggeribus combuſtis. Cap. XII

ITo aũt aggeres proficiebant, quãuis à muro milites male afficerentur: parte uero equitatus miſſa, iuſsit per ualles ad alimẽta cõportanda exeuntibus inſidias tendi. Erant aũt in his nõnulli etiã pugnatores, quib. iam minime præda ſufficeret: maior uero pars ex populo pauperes, quos profugere deterrebat pro affectibus ſuis metus. nec clàm enim ſeditioſis fieri poſſe ſperabãt, ut cum cõiugibus ac liberis diffugerent: eosq; latronibus relinquere nõ patiebaṅ uice ſua iugulandos. Audaciores aũt faciebat ad exeundum fames, reſtabatq; iam latitantes egredi, & ab hoſtibus capi. Deprehenſi autem neceſsitate repugnabant: metu ſupplicij, ſeroq; uidebantur ſupplicare: poſt pugnam itaq; uerberati, & ante mortem modis omnibus excruciati, contra murum cruci ſuffigebantur. Tito quidem miſerabilis uidebatur iſta calamitas, cum Iudęi in dies ſingulos quingenti, nonnunquam etiam plures caperentur. Sed neq; captos dimittere tutum erat, tantãq; aſſeruare multitudinem cuſtodum uidebat eſſe cuſtodiam: maxime uero propterea nõ prohibuit

habuit, citius eos existimans ea facie remissuros, tanq̃ similia passuros, nisi se dedidissent. Milites aũt diuersis modis suffigebãt, ira & odio & ludibrij causa: & propter multitudinẽ quã cepissent. iã spaciũ crucib. deerat, & corporibus cruces. Seditiosis uero tantũ defuit, ut ea clade mouerent, quod etiam in contrariũ eis cessit, ad deterrendã reliquã multitudinẽ. Transfugarũ enim familiaribus ad murũ tractis, & si qui erãt populariũ proniores ad pacẽ, & quę paterentur qui ad Romanos profugerẽt, demonstrabãt: & qui cõprehensi tenebantur, eos supplices nõ captiuos esse dicebãt. Ea res multos perfugere cupientiũ, donec uerũ cognoscerẽt inhibuit. Fuerũt aũt qui statim dilapsi sunt, quasi ad uerũ suppliciũ properantes. Illatã enim ab hostibus mortẽ, cõparatione famis requiem esse ducebant. Multis aũt captiuorũ Titus etiã manus abscidi præcepit, eosq; ad Ioannẽ & Simonem intromisit, ut propter calamitatem nec uiderentur profugi, nec crederent: saltẽ nunc desinerẽt admonens, néue se cõpellerent ad excidiũ ciuitatis: sed lucrarẽtur in extremis mutata uoluntate, & proprias animas, & patriã tantam & tẽplum, cuius participem non habebant. simul aũt aggeres circũeundo, operantes urgebat, ueluti factis uerba non multo post secuturus. Ad hæc in muris stantes, & ipsi Cæsari, & patri eius maledicebant, mortemq; se contemnere clamabant, eamq; seruituti recte præferre, multa uero mala Romanis facere dum sperant, nec se nec patriã curantes, utipse diceret, perituros: mundũq; deo tẽplũ hoc melius esse: quam uis & id seruaturus sit qui incoleret: quem ipsos quoq; auxiliatorẽ habentes, omnibus interminationibus illusuros. quibus facta non adfore: finem enim dei esse. Talia cõuicijs admiscentes uociferabantur. Et inter hæc Antiochus quoq; aderat Epiphanes, multos alios armatos secum ducens, & præterea caterua stipatus qui Macedones appellabantur, oẽs ætate pares & paulo maturiores adolescentibus, more Macedonum instructi armis & eruditi. unde etiam nomen habebant, pleriq; tamen famã gentis æquare non poterant. Omnium enim regũ qui Romanis parebant, felicissimũ Comagenum fieri contigit, prius q̃ fortuna mutaretur. Ostendit aũt ille quoq; in senecta ætate, nullum ante mortẽ beatũ dici oportere. Cæterũ filius eius adhuc eo uigente præsens se mirari aiebat, quidnã esset quod Romanos adire pigebat muros. erat enim bellator ipse naturaq; promptissimus, tãtusq; uiribus, ut multũ peccaret audacia. Cũ uero Titus ad hoc subrisisset, laborẽq; cõmunẽ esse dixisset, sicut erat Antiochus cũ Macedonibus in murum impetũ fecit. & ipse quidẽ pro uiribus suis ac peritia cauebat tela Iudæorũ, sagittis eos appetens: adolescẽtes aũt oẽs præter paucos attriti sunt. Nã pudore ꝓmissionis diutius pugna certauerant, & ad extremũ multi saucij recessere: hoc reputantes, quod etiã uiris Macedonibus uincere cupientibus, fortuna opus sit Alexãdri. A Romanis enim duodecimo die mensis Maij aggeres inchoati, uix nono & uigesimo perfecti, suntcũ totos dies septem & decẽ laborassent: ingentes em̃ quatuor iacti sunt. & unus quidẽ qui erat ad Antoniam, & à quinta legione fuerat extructus, contra medium stagnum, quod Struthium uocatur: alter uero à duodecima uiginti cubitis distans. Decima uero legio, quæ supra memoratis præstat, in septentrionali parte opus erexerat, ubi stagnum est quod appellatur Amygdalon. Ab hoc autem quintadecima legio triginta discedentem

dentem cubitis aggerē fecit ad pōtificis monimentū. Iam uero admotis aggeribus, Ioānes ſubfoſſa intus terra uſq; ad aggeres Antoniā uerſus, diſpoſitis per cuniculū ſudibus, opa ſuſpēdit: illataq; ſylua pice ac bitumine illita, ignē immittit: ſuccēſis aūt fulcimētis, foſſa repēte ſubſedit, cūq; magno ſonitu in eam aggeres decidēre. ac primo quidē cū puluere fumus ex alto excitatus eſt, cū ignē ruina cōcluderet. pereſa uero materia qua premebat, flāma iam clarior apparebat. Et Romanos repētini quidē facti ſtupor occupat: molitionē uero Iudæorū ægre ferebāt, iamq; ſe uiciſſe credentiū & ſpes eo caſu refrixit, & in poſterū ſubuenire aduerſus ignē minus utile uidebāt, etiā ſi eſſet extinctus ſemel aggeribus deuoratis. Biduo uero poſt, alios etiā aggeres Simon cū ſocijs aggreditur. illa enim parte Romani admotis arietibus cōcutere murū coperant. Tephthæus aūt quidam ex Garſi ortus, ciuitate Galilææ, & Megaſſarus ex regalibus famulis Mariammes, cūq; his Adiabenus quidā, filius Nabatæi, nomē habēs ex fortuna Agiras, cuius eſt interpretatio claudus, raptis facibus in machinas euolarunt. hisq; uiris neq; audaciores in illo bello extra ciuitatē apparuere, neq; magis horrendi. nam uelut in amicos, nō in agmen hoſtium excurrerēt, nihil cunctati ſunt aut ſubſtitere: ſed per medios inimicos facto impetu, machinas incendēre. acti aūt miſsilibus, & gladijs detruſi, non prius à piculo demoti ſunt, q̄ ignis inſtrumenta corriperet. Sublata uero iam flamma, Romani quidē cōcurrentes è caſtris, auxilio properabant: Iudæi uero ex muro eos prohibebant, manusq; cū his cōſerebāt, qui flāmas extinguere cōnarent, proprijs corporibus nullo modo parcentes. Et illi quidē arietes igni ſubtrahere, cum eorū tegmina cremarentur: Iudæi uero etiā per flāmas eos retinere certabant. & quāuis feruens nacti eſſent ferrum, tamē arietes nō amiſere. Hinc aūt flamma tranſiit in aggeres, & auxiliātes præueniebat incendium. Itaq; Romani flāma circundati, quoniā ſeruare poſſe opera deſperabant, in caſtra diſcedūt. Iudæi uero magis inſtabāt, cū ſemper eorū numerus creſceret, ex ciuitate accedentibus adiumētis, minusq; cautos haberēt impetus, freti uictoria. progreſsi aūt uſq; ad munimēta caſtrorū prælio cum eorū cuſtodibus decertabant. Eſt enim ſtatio pro caſtris per uices ſuccedentiū armatorū, et acerbiſsima in eos ſanctio Romanorū, ut qui loco de qualibet cauſa ceſsiſſet, occideretur. hi pœnali exitio glorioſa morte prælata, ſteterunt fortiter: eorumq; neceſsitate ſimul ac pudore, plurimi fugientiū redierunt: balliſtisq; in muro diſpoſitis, ex ciuitate accedentē multitudinē prohibebant, nihil pro cautione ſiue tutamine ſuorū corporū prouidentē. nam quoſcunq; obuios habuiſſent, cū his cōgrediebant Iudæi: & in ſpicula irruētes incaute, ipſis corporibus inimicos feriebāt. Sed neq; hi actis magis q̄ fiducia ſuperabant, & Romani plus audaciæ q̄ quod male tractarentur, cedebant. Iam uero Titus aderat ab Antonia, quò ſeceſſerat, locum alijs aggeribus proſpiciens: multūq; increpatis militibus, ſi cum hoſtium muros obtinerent, in ſuis periclitarētur, & uelut ex carcere cōtra ſe dimiſsis Iudæis, obſeſſorū paterent ipſi fortunā, ipſe cū electis militibus hoſtes à latere circūuenit, illi aūt cū in ora ferirentur, contra eum conuerſi durabant. mixta uero acie, puluis quidem lumina, clamor uero aures exuperabat, neq; aut amicum quiſquā internoſcere poterat aut inimicum. Iudæis autē non tam uirium fiducia, quantum ſalutis

deſpe

deſperatiõe perſeuerãtibus, etiã Romanos pudor armorũ et glorię & prę ſen tia periclitãtis Cęſaris reddidit fortiores. Itaq; putauerim eos ad extremũ nimia ferocitate animorũ, uel totã multitudinẽ Iudæorum fuiſſe rapturos, niſi præuẽto pugnæ momẽto, in ciuitatẽ ſe recepiſſent. Corruptis aũt aggeribus Romani mœrore tenebanť, quod tam longũ laborẽ una hora perdidere, & multi quidẽ ſolutis machinis captum iri ciuitatem iam deſperabant.

De muro extructo ab exercitu Romano circum Hieroſolymam triduo. Cap. XIII

TItus aũt cũ ducibus quid fieret deliberabat. Et callidioribus quidẽ placebat, oñi admoto milite ui muros experiri: adhuc eñ Iudæos cum exercitus parte dimicaſſe, uniuerſi uero militis impetum tolerare nõ poſſe, uerũ ſagittis eſſe obruendos. Prudentiores aũt rurſus aggeres fieri ſuadebãt: alij & ſine aggeribus aſſideri, egreſſus eorũ tantũmodo obſeruando, ac ne uictus intro ferretur monebãt, & ciuitatẽ fami relinquere, neq; cum hoſte manu cõfligere: nec eñ expugnari eorũ cõfidentiã poſſe, quibus optatum eſt ferro procũbere, uel etiã ſine hoc interficere, quæ ſæuior eſt cupiditas. Ipſi aũt Tito, ceſſare quidẽ prorſus tanto cum exercitu, honeſtũ non uidebatur: & pugnare cum his ſuperuacuũ, qui ſemetipſos perdituri eſſent. Aggeres aũt fieri, impendiorũ penuria operoſum iudicabat, egreſſus uero ciuitatis obſeruari, operoſius. Nec eñ circundari eam propter magnitudinem locorumq; difficultatẽ, ab exercitu poſſe, & præterea ad excurſus incautum: contra manifeſtã enim uiam obſeruatã, occultas uias excogitaturos Iudæos, tam neceſsitate q̃ locorum ſcientia. Si quid aũt clãm eſſet illatum, diutius obſidionem trahendam, uerendumq;, ne uictoriæ gloriam diminuat temporis longitudo. Hæc enim cuncta quidem effici poſſe, ſed celeritatẽ ante gloriam duci: debere tãmẽ ſi celeritate uti uelit & cautione, totã muro cingere ciuitatem. Hoc enim modo oẽs exitus poſſe præcludi: & Iudæos aut omnib. modis ſalute deſperata, ciuitatẽ tradituros, aut fame uictos facillime capiendos. aliter enim ſe nõ poſſe quieſcere. Verũ & aggeres curaturũ eſſe, cum infirmiores habeat qui prohibeant. Quod ſi cuiquam magnũ opus & inextricabile uideatur, eum conſiderare debere, quod neq; paruũ opus Romanos decebat facere: & ſine labore magnũ quid perficere, ne deo quidẽ facile ſit. His dictis duces exhortatus, iubet eos exercitus in opera diſtribuere. Diuinus aũt quidam impetus militibus incidit: ambitũq; partiti, non ſolum rectores inter ſe, uerum ipſi etiam ordines certabant. Et miles quidem decadarcho, decadarchus aũt hecatontarcho, isq; chiliarcho placere properabat: chiliarchorum uero oſtentatio, ad duces uſq; pertinebat, ducum uero certamina Cæſar ipſe dijudicabat. In dies enim ſingulos circuiẽs, opus ſæpiſsime inſpiciebat. Cœptum eñ à caſtris Aſſyriorũ, ubi ipſe tendebat, ad inferiorẽ Cænopolim murum duxit. Hinc per Cedronẽ ad Eleôn montem reuertens, à meridie montem cõplectitur, uſq; ad ſaxum quod Periſtereonos uocatur, eiq; proximum collem, qui ſuper uallem imminet Siloam, ac inde ad occidentem flexo ædificio, ad uallem fontis deſcendit. Hinc ſubiens ad Anani pontificis monumentum, circundato monte, ubi Pompeius caſtra poſuerat, ad ſeptentrionalem redit regionem. Et cum pręceſsiſſet ad uicum, cui nomen eſt Erebinthonicus, poſt illum Herodis monumentũ ab oriente clauſum caſtris ſuis coniun-

xit, unde cœperat. Murus quidē uno minus XL. ſtadiorū erat. Ad hoc aūt foris caſtella tredecim ædificata ſunt: eorū gyrus denis ſtadijs numerabat. Totum aūt opus triduo cōſtructū eſt, ut id quidē dignū menſibus uideret, celeritas uero fide careret. Muro aūt circūcluſa ciuitate, per caſtella cuſtodib. collocatis, primā quidē uigiliā noctis ipſe circuiēs explorabat: ſecundā uero Alexandro permiſerat: tertia uero obtigit legionū ducibus. Somnos aūt uigiles inter ſe ſortiebantur, totaq; nocte per caſtellorum ſpacia circuibant.

De fame Hieroſolymorum & ſecundo aggere extructo. Cap. XIIII

IVdæis aūt cum exeundi facultate, omnis etiā ſpes ſalutis adepta eſt: auctaq; iam fames, totas domos ac familias depaſcebat. Et tecta quidem plena erant mulierib. exanimatis, atq; infantibus: uiarū aūt angulta ſenibus mortuis. Adoleſcētes aūt ac iuuenes turgidi, uelut umbræ mortuorū, per fora uerſabant: & ubi quē caſus occupauerat, decidebant. Sepelire aūt funera, neq; poterāt præ labore, & eos quibus aliqua uis ſupererat, pigebat, & propter multitudinē mortuorū, & quod de ipſis erat incertū. Deniq; ſuper eos quos ſepelierāt, multi moriebant. Multi aūt ad ſepulchra, priuſquā fati dies ueniret, & uiui properabant: neq; luctus in illis calamitatibus, neq; fletus erat, ſed fame ſuperabantur affectus. Siccis aūt oculis, & corruptis oribus, qui tardius morerētur, eos qui ante ſe requieſcerēt, tuebant. Altū uero ſilentiū ciuitatē, plenaq; mortuis nox cōprehenderat, & latrones his acerbiores. domos em, quę tum ſepulchra erant, & cadauera ſpoliabant, & uelamina corporibus detrahētes, cū riſu egrediebant. hisq; gladiorū mucrones probabant: nōnullosq; iacentiū adhuc ſpirātes, ferro experiendi cauſa tranſuerberabant. Si quis aūt manum rogaſſet aut ferrū ſibi cōmodari, quo famē euaderet, ſuperbiſſime negligebat. Animas uero efflantiū quiſq;, in morte tēplum obtutibus intuebat, cum uiuos relinqueret ſeditioſos. Illi aūt, primo quidem ſumptu publico iubebant mortuos ſepeliri, cum fœtorē ferre non poſſent: deinde quod non ſufficiebant, in ualles eos ex muro præcipitabāt. Quas circuiens Titus ubi plenas cadaueribus uidit, altāq; ſaniem tabefactis corporibus defluentē, ingemuit: & extentis manibus deum teſtabatur, factū illud ſuū non eſſe. Ciuitas quidē ita erat affecta. Romani uero, cum iam nemo ſeditioſorū auderet excurrere (nam etiā eos mœror, fameſq; tangebat) dies lætos agebant: frumēti, aliarūq; rerum neceſſariarū habētes copiam, de Syria proximiſq; prouincijs. multi aūt iuxta murū ſtantes, magnāq; alimētorū abundantiam demonſtrantes, ſatietate ſui famem hoſtium incēdebant. Seditioſis aūt nihilo magis calamitate cedentibus, Titus reliquias populi miſeratus, & properans ſaltem hoc liberare quod ſupereſt, iterū aggeres inchoabat, quanquā difficulter materiā reperiret. omnes enim ciuitati proximas ſyluas, opera prima conſumpſerant. à nonageſimo uero ſtadio milites alias congerebant: & ad Antoniā ſolam ex quatuor partibus, maiores prioribus aggeres ſtruebantur. Cæſar aūt agmina circuiens, atq; opus urgens, quod in manibus eos haberet latronibus oſtendebat. Sed illis pœnitudo planē perierat: & animis ac corporibus ſeparati, utriſq; uelut alienis utebantur. Nec enim uel animas affectio manſueta, uel corpora dolor tangebat, qui etiam mortuam plebem, quaſi canes lacerabant, replebantq; languentibus careerem.

De

De cæde Iudæorum intra & extra Hierosolymam. Cap. XV

DEniq; Simon Matthiã, per quẽ obtinuerat ciuitatẽ, excruciatũ peremit. Boethi filius erat, ex põtificibus populo maxime fidelis & charus. Is, cũ à Zelotis male populus tractaret, quibus iam Ioãnes accesserat, ut adiutorẽ Simonem reciperet, populo persuasit: nulla cũ eo prius habita pactione, nec aliquid mali metuens. Ingressus aũt ille, postquã obtinuit ciuitatẽ, inimicũ eum æque atq; alios esse dicebat, qui pro se cõsiliũ dederat, uelut hoc simplicitate suasisset: productũq; eum & accusatũ, quod cũ Romanis sentiret, morte damnauit, ne purgationis quidẽ ei facultate cõcessa, cũ tribus filijs suis. quartus enim ad Titum ante profugerat. Prius aũt se occidi, q̃ filios obsecrantem, atq; hanc pro illa, quod ciuitatẽ ei aperuisset, gratiã postulantem, ut augeret eius dolorem, nouissimũ iussit interfici. Ille quidem super cæsos in cõspectu suo filios iugulatur, coram Romanis productus: ita enim Simon Anano Bamadi filio præceperat, qui erat eius satellitũ crudelissimus, cauillatus si quid eum iuuarẽt, ad quos exire uoluisset. corpora uero sepeliri prohibuit. Post hos Ananias quidam, põtifex, filius Masbali, nobilis, & scriba curiæ, uir fortis, ex Ammaunte genus ducẽs, & cum his quindecim ex populo clariores necant. Ioseph uero patrẽ cõclusum asseruabant: missoq; præcone denunciant, ne quis in ciuitate degentiũ uel colloqueretur cum eo, uel in unum ueniret, proditiõis metu proposito: & eos qui hæc cũ illo deflerent, ante quæstionẽ perimebant. Ista uidens quidã Iudas filius Iudæ, unus ex numero præfectorũ Simonis, qui turrim ab eo sibi creditã custodiebat, fortasse quidem nõnihil etiã misericordia crudeliter pereuntium, magis aũt sui prouidentia, cõuocatis decem fidissimis cõtubernalium: quousq; tandẽ, inquit, hæc mala sustinebimus? quámue salutis spem habemus, seruantes pessimo fidem? Ecce iam fames oppugnat. Romani uero penè intus sunt. Simon aũt bene quoq; meritis infidelis est: metusq; etiã apud eũ pœnæ, & apud Romanos certa fœderis dextera. Ergo age, tradito muro & nosmet seruemus & ciuitatẽ. Nihil aũt graue Simon patietur, si cum de se desperauerit, pœnas citius pendet. His ubi decem assensi sunt, mane cæteros quos subiectos habebat, per diuersum dimittit, ne quid eorũ quæ cogitauerat proderetur. ipse uero de turri hora tertia Romanos imuocabat. illorũ aũt alij præ superbia contemnebant, alij non credebant, alios etiam pigebat, uelut mox capturos ciuitatem nullo periculo. Interea uero, cum Titus ad murum cum armatis succederet, ante rẽ Simon cognouit, turrimq; uelociter occupat: Romanisq; eos inspectãtib. custodes peremit, & per murũ proiecit corpora mortuorũ. Ibiq; circuiens Iosephus (nec em̃ rogare cessabat) caput uulnerat lapide, statimq; attonitus cadit. Excursus aũt ad eius casum factus est Iudæorum: abreptusq; esset in ciuitatẽ, nisi Cæsar misisset qui eum protegeret. Illis aũt pugnantibus, Iosephus quidẽ tollitur, parum quod ageretur intelligẽs. seditiosi uero, tanquam interfecto quẽ maxime cupiebãt, cum lætitia cõclamauerunt. Spargit aũt hic rumor per ciuitatẽ: ex quo residuã multitudinẽ mœror tenuit, uere periisse credentẽ, cuius fiducia profugere cogitabãt. Audito autẽ Iosephi mater in carcere, mortuum esse filium suum, ad custodes quidẽ, ex Iotapatis hoc ait certo se credere, nec enim uiuo potiri. Secreto autem flens, ad ancillas:

hunc, inquit, fœcũditatis recepisse fructũ, quod ne sepelire quidẽ sibi filiũ licuisset, à quo sepeliri speraſſet. Verũ ne illã quidẽ mẽdaciũ diutius cruciauit, neq; latrones refecit. Cito em̃ curato uulnere Ioſephus reſipuit: progreſſusq; clamabat, illos ſibi nõ multo poſt uulneris pœnas daturos. populũ aũt rurſum ad fidẽ hortabaṫ. unde populo quidẽ fiducia, ſeditioſis uero ſtupor incidit eius aſpectu. Profugorũ aũt alij ſtatim de muro neceſsitate proſiliebant: alij uelut ad pugnã cũ lapidibus progredi ſimulantes, mox ad Romanos profugiebant. Hos aũt ſæuior ea q̃ intus pertulerant fortuna cõſequebatur: & fame, quã domi reliquerãt, uelociorẽ apud Romanos inueniebãt ad exitium ſatietatẽ. aderant nanq; inflati ex inedia, & uelut morbo intercutis aquæ turgidi. deinde uacuata replentes corpora diſrũpebantur: niſi qui periti deſideria cohibuiſſent, paulatimq; cibum defueto corpori obtuliſſent. Verũ & eos qui hoc modo ſeruarent̃, alia plaga ſuſcepit. Quidã apud Syros ex transfugis deprehendit̃, è ſimo uentris aureos colligens. Tranſglutientes aũt (ut ſuprà diximus) eos ueniebãt, quod cunctos ſeditioſi ſcrutabantur: & maxima uis auri fuerat in ciuitate: deniq; duodecim atticis cõparabant, quod antea uigintiquinq; ualebat. Verũ hac arte per unum detecta, totis caſtris fama percrebuit, quod auro transfugæ pleni uenirẽt. Arabum aũt multitudo & Syri, ſciſſis uentribus ſuppliciũ minitabant̃. Et hac ego clade nullã credo ſæuiorẽ cõtigiſſe Iudæis: una deniq; nocte duorũ miliũ patefacta ſunt uiſcera. Et hac Titus iniuſtitia cognita, penè iuſſiſſet autores circũfuſo equitatu iaculis appeti, niſi magna fuiſſet multitudo noxiorũ multoq; plures puniendi, q̃ qui fuerãt interẽpti. Cõuocatis aũt auxiliariũ ducibus, itemq; militũ Romanorũ (nam etiam militum quoſdã hæc tangebat inuidia) utriſq; iratus dicebat: ſi qui militum ſuorũ hæc cõmitterent lucri cauſa incerti, nec arma propria quiſquam erubeſceret auro argentoq; facta: Arabes aũt & Syri, primo in alieno bello licenter calamitates inferrẽt: deinde crudelitatẽ in cædibus & in Iudæos odia Romanis aſcriberent. hæc em̃ quoſdã ſuorũ milites infamia participare. et his quidẽ mortẽ interminatus eſt, ſi quis in eadẽ poſtea repertus fuiſſet audacia. ad legiones aũt mandata dedit, ut ſuſpectos inueſtigarẽt, atq; ad ſe deferrent. Verum profecto auaritia contẽnit om̃e ſuppliciũ, ſæuisq; hominib. lucrandi amor innatus eſt: nullaq; omnino calamitas plus habẽdi cupidini cõparatur. Imò uero hæc aliàs, & modũ habẽt, & metu ſubiugantur. Deus aũt, qui damnauerat populũ, omnẽ uiam ſalutis ad interitũ uerterat: deniq; id quod cum pœna interdixerat Cæſar, occulte in profugos admittebaṫ. Et ſi quis transfugiſſet, circũſpectantes ante re quis Romanorũ uideret, eos ſcindebant, & ex uiſceribus quęſtũ nefarium trahebant. in paucis aũt reperiebatur, & pleroſq; ſpla ſpes conſumebat. Hic quidem caſus multos transfugarum reduxit.

De ſacrilegio circa tẽplum & relatis ex urbe cadaueribus & fame. Cap. XVI

IOannes aũt, ubi rapinæ ex populo defuere, ad ſacrilegiũ ſeſe cõuertit: multaq; donaria templi retinens, multaq; uaſa diuinæ rei miniſterio neceſſaria, crateras, & lances, & menſas, ne urceolis quidem abſtinuit, quos Auguſtus eiusq; uxor miſerat. Romanorum quidem imperatores honorauerunt ſemper templum atq; ornauerunt: tunc autem Iudęus etiam alienigenarũ dona diſtrahebat, ad ſocios autẽ dicebat, ſine metu diui-

nis

nis abuti debere, qui pro deo, qui p tẽplo militarẽt, & ex ipso ali. Propterea q̃ sacrũ uinũ, et oleũ, quod sacerdotes sacrificijs reseruabãt, tutũ erat effudisse. nãq; in tẽplo & multitudini distribuit, & illi sine horrore ungebant & potabãt. Nõ equidẽ recusabo dicere, quæ dolor iubet. Puto si Romani cõtra noxios uenire tardassent, aut hiatu terræ deuorandã fuisse ciuitatẽ, aut diluuio periturã, aut fulminũ ac Sodomæ incẽdia passurã. multo em magis impiam progeniẽ tulit, q̃ quæ illa pertulerat. deniq; cum eorũ pertinacia desperata, totus populus interijt. Et quid opus est singulatim narrare clades? Mannæus Lazari filius, trãsgressus ad Titum, per unã portã quæ sibi credita fuerat centum & quindecim milia & octoginta dixit elata cadauera, ex quo die castra propè ciuitatẽ posita sunt, ex die quartadecima mẽsis Aprilis, usq; ad calẽdas Iulij. hæc aũt immẽsa est multitudo: nec tamẽ ipse fuit appositus portæ, sed publicam mercedẽ diuidens, mortuos ex necessitate numerabat. cæteros enim propinqui sepeliebãt, sepultura aũt fuit, elatos ex oppido proijcere. Post hũc aũt nobiles profugi, omnia mortuorũ egenorũ sexcenta milia portis eiecta nunciabant: aliorũ uero numerũ minime posse cõprehẽdi: cum aũt pauperibus efferendis non sufficerent, congesta in maximis ædibus cadauera esse inclusa, & frumenti quidẽ modiũ uenijsse talento. post aũt ubi muro circundata ciuitate, ne herbas quidẽ legere iam liceret, ad hoc necessitatis quosdam fuisse cõpulsos, ut cloacas rimarentur, boumq; ueterẽ fimum alimentũ haberent. stercusq; collectum, quod ne uisui quidẽ tolerabile fuerat, cibus erat. Hæc Romani quidem audientes miserati sunt: seditiosos aũt ne uidentes quidem pœnitebat, sed patiebantur usq; ad ea progredi. fatum enim eos reddiderat cæcos, quod iam & ipsis imminebat & ciuitati.

FLAVII IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO
LIBER SEPTIMVS.

De suffossione murorũ, succensione aggerũ & Sabino oppugnante murũ. Cap. 1

Lades quidẽ Hierosolymorũ in peius quotidie procedebant, cũ & seditiosi magis accenderent aduersis inclusi, postquã populũ fames ipsosq; iam possederat. Quin & multitudo cõgestorũ in ciuitate cadauerũ, & uisu horrenda erat, odorẽq; pestiferũ emittebat, cum excursus etiam pugnantiũ moraretur. Nam ueluti per aciem ruerent, plurima cæde excitata: cõculcare mortuos cogebantur: & qui super eos pedem ponerent, neq; miserabantur, neq; horrebãt: nec saltem sibi augurio fore putabãt contumeliam mortuorũ. Gentili aũt cæde polluti, dexteras ad externum bellum præparabant, tanquam exprobrantes deo (ut mihi uidetur) supplicij sui tarditatem. non enim spe uictoriæ maior pars eorum, sed desperatione salutis ferocius ferebatur. Romani autem quamuis plurimum in aggreganda materia laborarent, tamen intra uiginti & unum dies aggeres erexerunt, atton-

ſis omnibus ad nonaginta uſq; ſtadia circa oppidũ lucis. Erat aũt miſerabilis terræ facies: nam quæ antea arborib. & paradiſis ornata fuerat, ea tũc deſerta præciſis undiq; arborib. cernebatur: nec ullus qui pridẽ Iudęã uiderat alieni gena & ſuburbana pulcherrima ciuitatis, cũ eius ſolitudinẽ tunc uideret, cõtinere lachrymas poterat, uel nõ gemere mutationẽ quãtũ priſtinis derogaſſet. Omnia nanq; inſignia pulchritudinis, bellũ deleuerat: nec ſi quis ſubito adueniſſet, qui locũ prius ſcierat, eum cognoſceret, ſed præſens quæreret ciuitatẽ. Romanis aũt ac Iudæis, finitum opus aggerum, par faciebat timoris initium, nanq; hi, niſi eos quoq; exurerent, captum iri ciuitatẽ putabant: Romani aũt, fortaſſe nec uoluntatẽ ſibi fore illis incenſis alios parare. nam & materię defecerant: & labori quidẽ corpora militũ, crebris uero offenſionibus animi ceſſerant. Verũ ciuitatis cladibus triſtius Romani q̃ ciues in ea degentes afficiebantur. ad mala enim quę hinc accidebant, etiã pugnatoribus nihilo ſegnioribus utebãtur. Sed eorũ ſpes frangebat, cum aggeres inſidijs, machinæ ſoliditate muri, manus uero cõflictus audacia repugnantiũ ſuperaret: & præcipue, quod cũ ſeditione fameq; ac bello totq; malis præſtantiores Iudæorũ animos inuenirent, uirorũ quidẽ inexpugnabiles eſſe impetus arbitrabãtur, inuictam uero animorũ magnitudinẽ quæ calamitatibus aleretur. nam quis eos in rebus ſecũdis ſuſtineat, qui malis ad uirtutẽ incitarent? Illi quidẽ propterea cautius cuſtodias præparabãt. Ioannis aũt factio apud Antoniã, ſimul & quæ futura timebant, ſi diſſiceretur murus cauebat, & antequã arietes admouerentur operibus inſtabat: niſi quia conatus eorũ irritus fieret. Aggreſſi enim cũ faucibus aggerẽ, ſpe decepti remeauere. Nam primũ ne cõcordare quidẽ eorũ uidebatur cõſilium, paulatim & per interualla, & cõtanter, nõ ſine metu proſilientiũ, neq; Iudæorũ more, ut breuiter dicã. deerant em̃ quæ propria gẽtis eſſent, audacia, curſus, & omniũ ſimul impetus: & ut non ſine offenſione recederent. Languidiores uero progreſſi q̃ ſolebant, etiã Romanos ſolito prõptiores offendere: qui corporibus quidẽ atq; armis ita undiq; aggeres ſepſere, ut nuſquam igni aditum relinquerent: animũ uero ita cõfirmauerunt, ne quis loco antequã occũberet moueret. nam præter omniũ rerum deſperationẽ ſi etiã illud opus eſſet exuſtũ, acerbiſsimus pudor milites occupauerat, ſi aut calliditati uirtus cederet, aut arma temeritati, aut peritia multitudini, aut Iudæis Romani. Simul aũt miſsilia pro illis faciebãt in proſiliẽtes delata: & qui cecidiſſet, poſteriores impediebat, ac periculũ antecedẽtis molliores eos efficiebat. Qui uero intra teli iactum uenire properaſſent, alij diſciplina hoſtiũ & denſitate perterriti, alij cõfixi haſtis retrocedebãt: & ad extremũ alius aliũ timiditatis arguens, re infecta reuertebant. Calendis aũt Iulij tentata fuerat expugnatio. Iudæis aũt inde digreſsis, Romani machinas admouere: quãuis ab Antonia ſaxis atq; igni ferroq; peterentur, & quodcunq; hoſtibus telum neceſsitas attuliſſet. nam licet multũ mœnibus Iudæi cõfiderent, machinasq; cõtemnerent, tamẽ eas applicare prohibebãt Romanos. Illi aũt Iudæis ſtudiũ eſſe rati, ne murorũ infirmitate Antonia læderetur: & fragilibus eam fundamentis ſuſpicantes, contra certabant. Nec tamen quod ferie batur, ictibus obediebat: ſed ipſi quidẽ crebris in ſe miſsilibus iactis, cũ nullis periculis deſuper uenientibus laſſarẽtur, arietum opus urgebant. cum uero

infe

inferiores essent, ac lapidib. frangerent, alij scutis super corpora cõcamera-tis, fundamẽta manib. & uectibus suffodiebant. Itaq; saxis quatuor obstinato labore cõcussis, quietẽ utrisq; nox attulit: & in ea murus arietib. labefactatus, ex qua parte prioribus Ioãnes aggeribus insidiando murũ suffoderat, subsidente cuniculo repente labitur. Verũ præter spẽ utrorũq; animi affecti sunt. Nam Iudæi quidẽ quibus mœrorẽ esse oportebat, quod ruina præter spem acciderat, & aduersus eam præcauti nõ fuerant, tanquã maneret Antonia cõfidebant. Romanorũ aũt inopinatã lætitiã ex celeri subuersione natam, cõspectus alius murus, quẽ intrinsecus Ioãnes ædificauerat, cito restinxit. Verùnta men priore facilior oppugnatio uidebat. Tunc enim & ascensum per ruinas promptiorẽ, & Antonia esse infirmiorẽ murũ qui recens erat, citoq; destrui posset arbitrabant. Nemo tamen eum audebat ascẽdere: quod ei qui primus id tentauisset, certissimũ esset exitiũ. Titus uero spe atq; oratione putans alacritatem pugnantium excitari, & adhortatione atq; promissis sæpe quidem periculorum nasci obliuia, interdum aũt mortem solere contemni, in unum congregatos fortissimos experiebatur dicens: Cõmilitones, hortari quidem ad ea quæ periculum nõ afferũt, aperte & ipsis qui rogãtur, & qui eos rogãt, ignauiæ reprehensionẽ parit. exhortatione aũt opus est in solis rebus ambiguis: quippe illa per se quenq; gerere dignum est. Itaq; difficilẽ uobis in murum esse ascensum ipse profiteor: quod aũt uel maxime oporteat gloriæ cupidos pugnare cũ difficillimis rebus, pulchrũq; sit cũ laude mori, nec erit infructuosum si qui primi fortiter fecerint, prosequar. Primũ quidẽ uos illud hortetur, quod nonnullos fortasse deterreat, Iudæorũ patiẽs animus, & in aduersis rebus dura cõstantia. Romanos em̃ eosq; milites, quib. in pace bella discere, in bello aũt uincere cõsuetũ est, à Iudæis manu uel animo superari turpissimum est: idq; in fine uictoriæ, cũ etiã dei nitamur auxilio. nanq; offensiones nostræ, Iudaicæ desperationes sunt. Illorũ aũt clades, fauore dei uestrisq; uirtutibus crescunt. Etenim seditio, fames, obsidio, murorũq; sine machinis casus, quid sit aliud q̃ in illos ira dei, nostrumq; adiumentũ. Igitur non solum deterioribus inferiores uideri, sed etiam diuinũ præsidiũ prodere, uobis non conuenit. Quo pacto aũt non turpe uideatur, Iudæos quidem quibus nõ magni pudoris est uinci, qui seruire didicerint, quo minus in posterum id patiantur, mortẽ contemnere atq; in nos medios frequenter excurrere, non uictoriæ spe, sed ostentationis gratia: nos aũt totius penè terræ marisq; uictores, quibus etiã non uincere probro habetur, ocioso sedentes, ne semel quidem in hostes aliquid audaciter expertos, famem ac fortunam cum his armis operiri? maxime cum paruo discrimine totum posse citis efficere. Deniq; in Antoniam si ascẽderimus, habebimus ciuitatẽ. Nam & si pugnandum sit aduersum intus positos, quod nõ arbitror, attamẽ capiti ac respirationi hostiũ insedere uictoriã nobis plenissimã repromittit. Equidem prętermissa nunc eorũ laude, qui in bello cecidere, & immortalitate, qui Martio furore prostrati sunt, ex morbo pacis tempore mortem aliter sentientibus imprecor, quorum anima cum corpore sepultura damnatur. Quis enim uirorũ fortiũ nescit, quod animas in acie ferro corporibus absolutas, purissimum elementum æther hospitio receptas inter sidera collocat: manesq; se bonos ac propitios heroas,

uiden

ſis omnibus ad nonaginta uſq; ſtadia circa oppidũ lucis. Erat aũt miſerabilis
terræ facies: nam quæ antea arborib. & paradiſis ornata fuerat, ea tũc deſerta
præciſis undiq; arborib. cernebatur: nec ullus qui pridẽ Iudęã uiderat alien
gena & ſuburbana pulcherrima ciuitatis, cũ eius ſolitudinẽ tunc uideret, c
tinere lachrymas poterat, uel nõ gemere mutationẽ quãtũ priſtinis dero
ſet. Omnia nanq; inſignia pulchritudinis, bellũ deleuerat: nec ſi quis ſu
adueniſſet, qui locũ prius ſcierat, eum cognoſceret, ſed præſens quære
uitatẽ. Romanis aũt ac Iudæis, finitum opus aggerum, par faciebat tim
tium, nanq; hi, niſi eos quoq; exurerent, captum iri ciuitatẽ putaban
ni aũt, fortaſſe nec uoluntatẽ ſibi fore illis incenſis alios parare. na
rię defecerant: & labori quidẽ corpora militũ, crebris uero offen
nimi ceſſerant. Verũ ciuitatis cladibus triſtius Romani q̃ ciues in
afficiebantur. ad mala enim quę hinc accidebant, etiã pugnato
gnioribus utebãtur. Sed eorũ ſpes frangebat, cum aggeres in
ſoliditate muri, manus uero cõflictus audacia repugnantiũ
cipue, quod cũ ſeditione fameq; ac bello totq; malis præ
animos inuenirent, uirorũ quidẽ inexpugnabiles eſſe i
inuictam uero animorũ magnitudinẽ quæ calamitatil
eos in rebus ſecũdis ſuſtineat, qui malis ad uirtutẽ in
pterea cautius cuſtodias præparabãt. Ioannis aũt f
& quæ futura timebant, ſi diſiiceretur murus ca
mouerentur operibus inſtabat: niſi quia conat
ſi enim cũ faucibus aggerẽ, ſpe decepti reme
re quidẽ eorũ uidebatur cõſilium, paulatin
ſine metu proſilientiũ, neq; Iudæorũ mo
propria gẽtis eſſent, audacia, curſus, & c
offenſione recederent. Languidiores u
nos ſolito prõptiores offendere: qui c
aggeres ſepſere, ut nuſquam igni aditu
mauerunt, ne quis loco antequã occ
rum deſperationẽ ſi etiã illud opus c
occupauerat, ſi aut calliditati uirtu
multitudini, aut Iudæis Romani. S
tes delata: & qui cecidiſſet, poſte
molliores eos efficiebat. Qui uer
diſciplina hoſtiũ & denſ per
extremũ alius aliũ tim arg
lij tentata fuerat expug lud
mouere: quãuis ab A fax
hoſtibus telum nece tul
rent, machinasq; cõ rent
aũt Iudæis ſtud
libus
b

es militũ cõ-
itũ, & tubi-
s ad Antoniã
ſsis, murũ ob
les ſubito exu-
erat, cernerent.
ſtium numerum
pere armat exerci
dit. Cũ aũt Iudæi
rruperunt, quẽ Io-
itiq; amborũ agmi-
nma ui atq; alacritate
penetraſſe Romanos,
ytum ualidiſsima pugna
bus, Iudæis uero Antoni
naſtæ utriſq; inutiles erant,
liſcerni poterat, ex qua parte
guſtias permutatis, cũ & uocis
nors eſſet utrinq;, armaq; ſimul
præliantes. Semper aũt ſi bellũ flu
exhortatio & inferiorũ conqueſtio
oni locus erat: ſed propinquæ muta-
ermixte fiebant exercitus. Qui uero in-
ut moriendi neceſsitatẽ habebant, quod
iores utriuſq; partis, ſuos in frontẽ urge-
llo uacuũ interuallum reliquerant. Cũ autẽ
iam uincerẽt, iamq; omnino tota acies pelle
ad ſeptimã uſq; diei pugnabant) hi quidẽ ſi-
pro nutrimẽto uirtutis habebant: Romani ue
aſcenderant legiones, illisq; ſpes pugnantiũ ni-
n præſentia, Antoniam obtinere.

no milite inſigni fortitudine. Cap. III

dam cẽturio ex Bithynia nõ ignobilis, quẽ in illo
peritia & uiribus corporis & animi ſpiritu omniũ
gnoui, ubi Romanos iam cedere & male repugna
um aũt apud Antoniã ſtabat) ſubito proſilijt, iamq;
d interiorem uſq; templi angulum perſecutus eſt.
multitudo, neq; uim eius neq; audaciam hominis
per medios ruens, quos alios aliò diſiecerat, ipſos
ciebat: eaq; facie nihil Cæſari admirabilius, aut alijs
erũ & ipſum profecto fata perſequebant, quæ ab ho
alceos nãq; habens, creberrimis atq; acutis clauis,
ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo curreret, labitur: ma-
tus, in tergũ fugientes reduxit. Et Romano-

rum

rum quidē clamor ex Antonia ſublatus eſt, ſaluti eius metuentiū: Iudæi uero multi ſimul gladijs & haſtis undiq; feriebāt. Ille aūt multā quidē ferri uim ſcu to excipiebat: ſæpe aūt conatus erigere ſe, percutientiū multitudine reuolutus eſt, & iacens tamen gladio multos perculit. nec enim cito peremptus eſt, quādo galea & thorace ōmnia mēbra neci opportuna ſeptus erat. nanq; diu ceruicē cōtraxerat, donec cōciſis alijs eius mēbris remiſit uires, cum ei nemo auderet ſuccurrere. Nimius aūt dolor Cæſarem tenuit, ubi tantæ fortitudinis uirum in cōſpectu tantæ multitudinis uidit occidi: & quod locus ſe quidē in tercludebat auxiliū ferre cupientē: alios aūt: ne poſſent, metus impediebat. Iulianus igitur diu cū morte luctatus, cū non paucos interfectorū ſuorū ſauciōs reliquiſſet, ægre peremptus eſt: magna ſui gloria, non apud Romanos tantum & Cæſarē, uerū apud hoſtes quoq; relicta, Iudæi uero etiā mortui rapto corpore, Romanos in fugā uerſos, in Antoniā concluſere. Fortiter aūt in eo prælio decertauere, Alexas quidē & Gyphthæus, ex agmine Ioānis: ex parte uero Simōis, Malachias, & Mertonis filius Iudas, & Soſæ filius Iacobus, dux Idumæorum: Zelotæ uero fratres duo filij Iairi Simon & Iudas.

Ioſephi oratio pro deditionē Iudæorum & profugium eorum. Cap. IIII

TItus aūt militib. ſuis imperat Antoniæ fundamēta diruere, facilēq; aſcenſum cuncto exercitui præparare. Ipſe uero Ioſepho ad ſe uocato (nāq; audierat eo die qui erat menſis Iulij ſeptimus decimus, diuinā obſeruantiā, quæ entelechiſmos uocaſ, uirorū penuria defuiſſe, eaq; re populū nimis dolere) iterū dici Ioāni præcepit quæ ante mādauerat: quod etiam ſi quis eū pugnandi ſæuus amor teneret, cū qua placeret ei multitudine, ad bellū progredi liceret: dum modo nō unà ſecum & ciuitas interiret ſimul & tēplum: ſanctū tamē locū uiolare deſineret, néue in deum nefas admitteret. Poteſtatē aūt haberet ſi uellet, ſacra intermiſſa celebrare p Iudæos quos ipſe delegiſſet. Itaq; Ioſephus, ne ſoli Ioāni hęc intimarent, ſed etiā pluribus, unde exaudiri poſſet conſtitit, & mandata Cæſaris Hebraico ſermone diſſeruit. Multū aūt eos quo patriæ parcerēt precabatur, ignēq; depellerēt iam tem plo contiguum, deoq; uota redderent conſueta. His dictis populus triſtitia ſimul & ſilentio tenebaſ. Multis aūt cōuicijs tyrānus Ioſepho cū execrationib. lacerato, poſtremo addidit, nunquā ſibi excidiū eſſe metuendū, qm̄ dei ciuitas eſſet. Atq; cū exclamatione: ſanè uero, inquit Ioſephus, eam purā deo conſeruaſti, inuiolataq; ſancta manſere: nec in eum cuius ſperas auxiliū, quicquā impium deliquiſti: ſed ſolēnia ſacra conſequiſ. Et ſi quidē tibi quiſquā quotidianum auferat cibum, impiū eum hoſtem putabis: deū uero, quem perpetua religione priuaueris, belli auxilio ſperas futurū? Et Romanis peccata imputas? qui noſtras leges etiā nunc tuentur: & quæ ipſe intercidiſti ſacra, deo reddi cōpellunt. Quis nō inopinatæ mutationis cauſam gemat, ac defleat ciuitatē? cum alieni quidē, hoſtesq; impietatē tuā corrigant: tu uero Iudęus, & inter leges educatus, illis quoq; in has ſæuior inueniaris. Atqui Ioannes etiā pœnitere malorū, non eſt turpe in rebus extremis, bonūq; tibi exemplum patriā ſeruare cupienti propoſitum eſt, Iechonias rex Iudæorum: qui quondam Babylonijs bellum ſibi inferentibus, ſponte ciuitate priuſquam caperetur exceſſit, & cum cognatione ſua uoluntariam captiuitatem ſuſtinuit, ne hæc ſancta

hoſtibus

hoſtibus proderet,deiq; domũ uideret exuri.Ob hoc ſacra Iudæorũ cõmemoratione laudatur:eumq; memoria tranſmiſſa per ſecula ſemper noua immortalem poſteris tradidit.Bonũ ó Ioannes exemplar,& ſi periculũ præſto ſit:ego aũt ueniam quoq; tibi à Romanis ſpondeo,dum memíneris, q̃ gentilis moneam,& Iudæis iſta promittam,ſpectariq; oporteat,quis ſit author, & unde cõſilium.Abſit enim unquam me ita captiuum uiuere,ut genus aut leges patrias obliuiſcar.Rurſum indignaris & clamas,mihiq; maledicis. Etiam acerbiora mereor,qui hæc aduerſus fata ſuadeo, deiq; ſententia condemnatos ſeruare contendo. Quis ignorat ſcripta ueterum prophetarum, & reſponſum impendens miſerrimæ ciuitati?Iam tunc enim eius excidiũ prædixere, cum quis homicidium gentile cœpiſſet. Veſtrorum aũt cadauerum non ciuitas tantũ,ſed etiam templum omne repletum eſt. Deus planè, deus ipſe cum Romanis ignem ſibi luſtrationis infert,totq; ſcelerum plenam exurit ciuitatem.Hæc Ioſepho cum fletu & lacrymis proſequente, uox eius ſingultibus interrupta eſt. Et Romani quidem miſerati dolorẽ,admirati ſunt. Ioannes aũt eiusq; ſocij magis contra Romanos irritabantẽ, illum quoq; capere cupientes.Nobilium tamen plurimos cõmouit eius oratio. Et nõnulli quidem ſeditioſorũ cuſtodias formidantes,locis ſuis manebãt, iamdudum certi de ſuo pariter & ciuitatis exitio.Fuerunt autem, qui capto diſceſsionis tempore,ad Romanos cõfugêre: in quibus erant pontifices Ioſephus & Ieſus.Filij uerò pontificum,tres quidem Iſmaelis, cui apud Cyrenen fuerat caput abſciſum,& Matthiæ quatuor:alterius uerò Matthiæ unus,qui poſt interitum patris aufugerat,quem Simon Gioræ cum tribus filijs, ut ſuprà dictũ eſt,interemit.Multi autẽ nobiles cum pontificibus defecere: eosq; imperator cùm per alia humane ſuſcepit,tum ſciens in alienigenis morib.illis uerſari moleſtũ eſſe,in Gophnam dimiſit,ut ibi manerẽt interim, multas etiam pollicitus poſſeſsiones cuiq; peracto bello ſe redditurum.Illi quidem in deſtinatum municipium læti cum omni cautione diſcedunt.His autem in ciuitate non uiſis,rumor ſeditioſis iterum diffamatus eſt, q̃ Romani transfugas occidiſſent,ut hoc metu uidelicet à fuga reliquos deterrerent. Et pauliſper quidem hæc calliditas eorũ,ſicut antea,ualuit, timor aũt profugere cupientes inhibuit.Rurſus autẽ poſtquam eos Titus reuocatos à Gophna cum Ioſepho murum circumire,& populo conſpici iuſsit,multi ad Romanos fugiebant.In unum uerò congregati,& ante Romanos ſtantes,cum lacrymis atq; ululatu ſeditioſos rogabant,primo quidẽ ut in ciuitatẽ Romanos ſuſciperẽt, patriamq; ſeruarent.ſi hoc diſpliceret,ſaltem de fano exirent,templumq; ſibi liberarent.Nec enim auſuros ſine maxima neceſsitate Romanos ignẽ ſanctis immittere. His illi magis aduerſabantẽ, multaq; in transfugas uociferati conuitia,ſupra ſacras portas iacula & baliſtas & ſaxorũ diſpoſuere tormenta, ut omne quidem circum fanum ſpacium multitudine mortuorum ſepulchro,templum uero ipſum caſtello ſimile uideretẽ.In loca uerò ſancta & inacceſſa,cum armis adhuc & manibus gentili cæde calentibus inſiliebant: & ad hanc proceſſere legis iniuriam,ut quam Iudæos indignationem oporteret exercere ſi hæc Romani admitterent:ea tunc in Iudæos propria ſacra temerãtes,uterentẽ Romani milites.Nemo ſanè fuit eorũ, qui nõ cum honore

templũ aſpiceret,atq; adoraret:latronesq; optaret,anteq̃ immedicabile malum contingeret,pœnitere. Titus aũt dolens uicem eorũ, iterum Ioannem eiusq; ſocios increpabat,dicens: Nónne uos, ó ſceleratiſsimi,cancello ſanctum locum protexiſtis?Nónne literis Grecis ac noſtris inciſas tabulas conſtituiſtis,quibus ne ſepta cuiquã tranſgredi liceret edicitur? Nónne eos qui tranſiſſent, quamuis Romanus quis eſſet, uobis necare permiſimus? Quid igit̃ in eo etiam mortuos conculcaſtis,ô nocentiſsimi? Aut cur templũ & externi & gentilis ſanguinis confuſione polluiſtis? Teſtor ego patrios deos,et ſi quis unquam hunc locum antè aſpexit(nunc enim neminẽ credo)itemq; teſtor & exercitũ meũ & Iudæos qui apud me ſunt, & uoſipſos, q̃ non ego uos uiolare hæc cõpellam:quin & ſi locum acies ueſtra mutauerit,neq; accedet ad ſancta quiſpiam Romanorũ,neq; quicq̃ in eorum contumeliã faciet. ſeruabo autem uobis etiam templum nolentibus.

De iterata pugna,exſtructis aggeribus,& excurſionibus Iudæorum. Cap. V

HAec Ioſepho internũciante principis dicta,latrones ac tyranni exiſtimantes non beneuolentia, ſed timiditate hos ſermones fieri, in ſuperbiam tollebant̃. Titus aũt,qui neq; ſeipſos miſerari eos, neq; templo parcere proſpiciebat,rurſus bellum gerere decreuit.Sed uniuerſum quidem his militem,quòd locus eum non caperet,inferre non poterat. Tricenis autem de ſingulis centurijs uiris fortiſsimis lectis, etiã chiliarchis ſingulis millenos attribuit:hisq; duce præpoſito Cereali,hora noctis nona iubet in cuſtodias impetum fieri.Cum autem ipſe quoq; in armis eſſet,unáque deſcendere ſtatuiſſet, amici eum propter periculi magnitudinem ducumq; dicta continuerunt. plus enim operis eum in Antonia præſidẽtem militum certamini facturum eſſe dixerunt,quàm ſi periculum ſubiſſet: omnes enim fore ſub oculis imperatoris optimos bellatores. His dictis paruit. Deinde ob hoc ſolum ſe manere locutus ad milites, ut de eorũ uirtute iudicaret: ne aut fortis quiſquam indonatus abiret,aut contra impunitus ignauus lateret, ſed omniũ ſpectator ac teſtis fieret ipſe, qui & ulciſcẽdi & remunerãdi eſſet dominus:illos quidem ad aciem hora qua ſuprà memoratũ eſt,dimiſit.Progreſſus autem ad ſpeculam in Antonia quid fieret exſpectabat. Verùm hi q̃ miſsi fuerant,nõ ita,ut ſperabant,ſomno oppreſſos inuenere cuſtodes: ſed coortis cum clamore, confeſtim manus conſeruere, excubitorũ autem tumultu exciti cęteri cateruatim excurrẽre.Itaq; primorum quidem impetum excipiebant Romani:qui aũt illos ſequerent̃,in agmen proprium incidebãt, multisq; ſuorum uelut hoſtibus utebant̃. Vocis namq; agnitionem cõfuſus partium clamor,oculorũ autem ſingulis nox ademerat:cum prętera quoſdam furor cæcos,alios iracundia,alios timor efficeret:idcirco obuiũ quẽq; ſine diſcretione feriebant.Romanis quidem ſcutorum coniunctione ſeptis, & per globos proſiliẽtibus,ignoratio minus nocebat: ſigni enim ſui quiſq; meminerat.Iudæi uerò diſiecti, tam impetus quàm receſſus temere faciẽtes, ſæpe imaginem inter ſe hoſtium alijs alij demonſtrabant: cum reuertentem ſuum quiſq; per tenebras,quaſi Romanum aggrediẽtem exciperet. Deniq; plures à ſuis quàm ab hoſtibus ſauciati ſunt,donec orto die,uiſu iam pugna diſcerneretur:& in acie ſtantes ordine,ſagittis atque telis uterentur. Neutri

uero

uero cedebant, neq; labore fatigabant. Sed Romani quidem & ſigillatim, & multi ſimul in cõſpectu imperatoris de uirtute certabant: illumq; diem ſibi quiſq; promotionis initium fore putabat, ſi fortiter dimicaſſet. Iudæis autẽ & proprium cuiuſq; periculum, & q templo metuerent, miniſtrabat audaciam: quod tyrannus ſtans hos rogaret, alios uerberaret, & ad pugnandum interminationibus incitaret. Cominus aũt plerunq; pugnatũ eſt, ſed cito & breui momento prælia mutabant. neutra enim pars prolixum fugę ſpacium uel perſecutionis habebat. Pro ſuorum aũt euẽtu ex Antonia tumultus erat, & confidere ſuperantibus, & ſtare ſi fugerent, acclamantium: eratq; ueluti quoddam belli theatrum. nec enim uel Titum uel alios, qui unà erant quicq̃ eorum quę in pugna gerebãtur latebat. Poſtremo nona hora noctis cœpto prælio, quinta diei diſſoluti ſunt, cum neutri eo loco unde pugnam iniere certa fuga ceſsiſſent, uerùm mediam in ancipiti prælio uictoriã reliquiſſent. Romanorum quidem plurimi nobiliter decertarunt. Iudæorũ uero partis quidem Simonis, Iudas Mertonis filius, & Simon Ioſiæ: Idumæiq; Iacobus, & Simon, hic Cathlæ filius, Iacobus aũt Soſæ: de Ioannis aũt ſocijs Gyphthæus & Alexas: & de Zelotis, Simon filius Iairi. At Romanorũ reliqua manus, die ſeptimo ſubuerſis Antoniæ fundamentis, latam uiam uſque ad templum fecit. admotæq; muro legiones, mox aggeres inchoabant: unum contra interioris templi angulum, qui ad ſeptentrionem orientemq; ſpectabat: alterum contra exedram, ad aquilonis partem inter duas portas ædificatam. aliorum duorũ unum contra porticum occidentalem templi exterioris, alterum contra ſeptentrionalẽ. Magno tamen opus cum labore ac miſerijs proficiebat, cum materias à centeſimo uſq; ſtadio deportarẽt. Interdum autem inſidijs lædebant, cum ipſi quidẽ uincendi facultate minime cauerẽt, Iudęis uero propter deſperationẽ ſalutis audacioribus uterent. Nonnulli eñ equitum, quoties ad ligna ſiue fœnũ colligendũ exiſſent, interea dum id facerẽt, equos ſuos frenis exutos paſci ſinebant: quos Iudæi per cuneos erumpentes rapiebant. Itaq; cum id crebro fieret Cæſar exiſtimans, quod erat uerũ, negligentia ſuorum magis q̃ Iudæorũ uirtute rapinas contingere, triſti animad uerſione cęteros ad equorum cuſtodiam reuocare ſtatuit: unoq; milite qui equum perdiderat morte damnato, eo metu equos ſuos cæteris cõſeruauit. Nunquam enim eos poſthac in paſcua dimittebant, ſed tanq̃ natura his connexi ad neceſsitatẽ egrediebant. Illi quidẽ templum oppugnabant, aggereſq; erigebant. Altera uero die poſt eorũ aſcenſum, multi ſeditioſorũ, quos rapinæ defecerant & fames urgebat, congregati, in præſidia Romanorum, quæ Eleôn montem uerſus collocata erant, circa undecimam diei horam impetum faciunt. ſperabant enim primo quidem inopinatos, deinde curandi corporis cauſa quieſcẽtes, facile decipi poſſe. Verùm cognito illorum conatu, Romani de proprijs cuſtodijs celeriter collecti obſtabãt eis, murũ tranſcendere ac perrumpere uiolenter ambitũ conatis. Conflato aũt uehemẽti prælio, & alia multa ab utraq; parte fortiter geſta ſunt: cum Romani præter fortitudinem etiam bellandi peritia, Iudęi uerò immoderato impetu & effrenatis animis uterent. Dux aũt his pudor erat, illis neceſsitas. nam & amittere Iu-

dæos,ueluti laqueis irretitos,Romanis turpiſsimum uidebatur:et illi unam ſpem ſalutis,ſi murum ui perrumpere poſſent,habebant.& quidam ex ala equitum,Pedanius nomine,Iudæis in fugam uerſis,atq; in uallem coactis equo in aduerſum montem à latere incitato prætercctus, rapit unum ex hoſtibus fugam petentem,iuuenem et grauem corpore,& armis undiq; ſeptũ, talo comprehenſum.Tantum ſe inclinauit equo currẽte, tantamq; dexteræ uim itemq; cæteri corporis, & equeſtris peritiæ demonſtrauit. Iſte quidem tanquã munus aliquod rapuiſſet,captiuum ferens, ad Cæſarem uenit. Titus autem uires eius qui ceperat admiratus,& captiuo, quia murũ aggredi tentauerat ſupplicio tradito,ipſe templi oppugnationem curabat, utq; aggeres mature fierent perurgebat.Inter quæ Iudæi aduerſis prælijs male tractati,tum meſcente paulatim bello & in templi ſerpẽte perniciem, ſicut in putrefacto corpore aſſolet,membra peſte occupata, præuenientes ne ulterius procederet,abſcindebant.Porticus enim parte,quæ ab Aquilone in orientem pertinens Antoniæ iungebat,incenſa,deinde ad xx ferè cubitos abrupere, immiſſo ſanctis incendio manibus ſuis.Biduo aũt poſt,prædicti menſis uiceſimo & quarto die,Romani porticum inflammauere:& uſq; ad quartumdecimum cubitum igne progreſſo,Iudæi ſimiliter culmen abijciunt, neq; omnino recedentes ab operibus,& Antoniæ continentiæ dirimẽtes,cum liceret eis ac deberent incendium prohibere. Itaque immiſſo igne,curſum eius otioſe pro ſua utilitate metiebantur. Circa templum autem nunq̃ prælia ceſſauere:ſed frequens erat paulatim contra ſe excurrentium pugna. Iiſdem autem diebus,quidam ex Iudæis,uir & corpore breuis, & uultu deſpicabilis, tamq; genere q̃ rebus alijs uiliſsimus,Ionathas nomine,progreſſus ad Ioannis pontificis monumentum, cum alia multa ſuperbe ad Romanos prolocutus eſt, tum quem fortiſsimum haberent ad ſingulare prælium prouocauit. At qui contrà ſtetere, multi quidem dedignabantur:erant aũt inter eos (ut aſſolet) etiam qui timerent: quoſdam uero non inconſulta mouebat ratio, cum mortis cupido non debere confligere.Nam qui de ſalute deſperaſſent, eos neq; cautos impetus habere,neq; deum uereri: & cum his in diſcrimen uenire,quos neq; uincere magnum ſit,& uinci cum dehoneſtamento periculoſum,non fortitudinis ſed ferocitatis uideri.Quum autẽ diu nemo procederet, multaq; Iudæus eorum timiditati illuderet, homo arrogans & ſuperbus,Romanus ex ala equitum nomine Pudens, inſolentiam eius exoſus, fortaſſe autem etiam corporis breuitate ſublatus,inconſulte proſilijt:& cæteris cõmiſſa cum eo pugna riſum præbuit,à fortuna proditus. Lapſum em Ionathas interfecit:deinde pede ſupra mortuum poſito, læua ſcutum, dextraq; cruentum gladium coruſcabat:armisq; cum fremitu concuſsis,exercitui & iacenti inſultans, ſpectantes Romanos increpabat: donec eum triputdiantem & uana iactantem,Priſcus centurio ſagitta transfixit:eoq; facto,& Iudæorum & Romanorum clamor uarius excitatus eſt.Ille autem dolore in uertiginem tortus,ſupra corpus hoſtis incubuit: belliq; felicitatem ratione carentem quàm uelox ultio ſequeretur oſtendit.

Romani

Romani flammis pereunt dolo Iudaico, & de Artorio quodam. Cap. VI

SEditioſi uero templum tenentes aperte quidem & quotidie militibus in aggeribus poſitis repugnabãt. Viceſimo autem ſeptimo die prædicti menſis, huiuſmodi dolum excogitant. Occidentalis porticus ſpacium, quod inter culmen & trabes erat uacuũ, ſyluis aridis, itemq; ſulfure ac bitumine repleuere. Deinde uelut oppreſsi cedebant. Quare multi quidem temerarij fugientibus inſtabant, & in porticum aſcendere poſitis ſcalis nitebantur. qui uero prudentiores erant, nullam fugæ cauſam Iudæis fuiſſe cogitantes, locis ſuis manebant. Verùm porticu repleta his qui aſcenderant, ignem immittunt Iudæi. excitataq; undiq; ſubito flamma Romanos & qui extra periculũ ſteterunt ingens ſtupor inuaſit, & deſperatio quos incendiũ ceperat occupauit. flammis enim cincti ſemetipſos retrorſum in op pidum, alij uero in hoſtes præcipitabant: multi ſpe ſalutis deſilientes in puteos, ilico debilitabãtur: alios, dum conantur, præueniebat incendium: alij ferro flammam anteuertebant. ſtatim uero & alios fugientes ignis comprehendebat, plurimũ peruagatus. Cæſarem uero licet morientibus indignaretur, q̃ iniuſsi porticum aſcenderant, miſericordia tamẽ eorum tetigit. Cũq; nemo prohibere poſſet incendium, hoc erat tamen ſolatio pereuntibus, qa uidebant eius dolorem, pro quo ipſi animam perderent. Vociferans enim, & ante alios proſiliens, & comites ſuos q̃ poſſent auxilium ferre obſecrans, cernebat̃. Eiusq; uoces & affectiones quiſq;, uelut aliquam præclariſsimam ſepulturam, ſecũ auferens moriebat̃. Nonnulli tamen recepti in partem porticus latiorem, flammarũ quidem periculũ euaſere. obſeſsi autem à Iudæis, cum diu ſaucij reſtitiſſent, poſtremo uniuerſi cecidere. Poſt omnes aũt quidam iuuenis, nomine Longus, toti huic ornamẽto fuit calamitati: & quamuis ſigillatim digni ſint memoria qui periere, omnium tamẽ fortiſsimus demonſtratus. Quem Iudæi quidẽ, & quia fortis erat, & quia interficere eũ cupiebant, ad ſe deſcendere promiſſa fide hortabant̃. Frater uero eius Cornelius, qui ex altera parte ſtabat, ne gloriam ſuam Romanamq; militiam dehoneſtaret orabat: cui magis obtemperauit, ſublatoq; altius gladio, ut ab utriſq; partibus cerneretur, ſemetipſum occidit. Eorum aũt quos ignis obſederat, Artorius quidam, callĩditate ſeruatus eſt. Appellato enim clara uoce Lucio quodam, cõmilitone & contubernali ſuo: hæredem te, inquit, relinquo totius patrimonij mei, ſi me exceperis. Cum aũt ille prompto animo accurriſſet, ipſe quidem qui ſe in eum proiecerat, uixit: Lucius uero põdere oppreſſus, conſtratoq; lapidibus ſolo alliſus, continuo morit̃. Ea calamitas pauliſp quidem Romanis triſtitiam comparauit, in poſterum tamen cautiores effecit, & aduerſus Iudæorũ inſidias iuuit, quibus plerunq; loca moresq; homi num neſcientes lædebant̃. Exuſta eſt uero porticus ad turrim uſq; Ioannis, quam ille belli tempore quod cum Simone gerebat, ſupra poſtes qui in Xyſtum ducerent ædificauerat. reliquum uero Iudæi, poſtquam cõſumpti fuerant qui aſcenderant, abſciderunt. Poſtero aũt die Romani quoq;, porticũ quæ in Boreæ parte fuit, ad orientalem uſq; totam incendunt: continentem angulos eius, quæ appellatur Cedronos, ſuper uallem ædificata: unde etiam profunda erat & horribilis eius altitudo.

ſis omnibus ad nonaginta uſq; ſtadia circa oppidū lucis. Erat aūt miſerabilis terræ facies. nam quæ antea arboribus & paradiſis ornata fuerat, ea tūc deſerta præciſis undiq; arboribus cernebatur: nec ullus qui pridē Iudeā uiderat alieni geña & ſuburbana pulcherrima ciuitatis, cū eius ſolitudinē tunc uideret, cōtinere lachrymas poterat, uel nō gemere mutationē quātū priſtinis derogaſſet. Omnia nanq; inſignia pulchritudinis, bellū deleuerat: nec ſi quis ſubito aduenisſet, qui locū prius ſcierat, eum cognoſceret, ſed præſens quæreret ciuitatē. Romanis aūt ac Iudæis, finitum opus aggerum, par faciebat timoris initium, nanq; hi, niſi eos quoq; exurerent, captum iri ciuitatē putabant: Romani aūt, fortaſſe nec uoluntatē ſibi fore illis incenſis alios parare. nam & materię defecerant: & labori quidē corpora militū, crebris uero offenſionibus animi ceſſerant. Verū ciuitatis cladibus triſtius Romani q̄ ciues in ea degentes afficiebantur. ad mala enim quę hinc accidebant, etiā pugnatoribus nihilo ſegnioribus utebātur. Sed eorū ſpes frangebat, cum aggeres inſidijs, machinæ ſoliditate muri, manus uero cōflictus audacia repugnantiū ſuperaret: & præcipue, quod cū ſeditione fameq; ac bello totq; malis præſtantiores Iudæorū animos inuenirent, uirorū quidē inexpugnabiles eſſe impetus arbitrabātur, inuictam uero animorū magnitudinē quæ calamitatibus aleretur. nam quis eos in rebus ſecūdis ſuſtineat, qui malis ad uirtutē incitarent? Illi quidē propterea cautius cuſtodias præparabāt. Ioannis aūt factio apud Antoniā, ſimul & quæ futura timebant, ſi diſſiceretur murus cauebat, & antequā arietes admouerentur operibus inſtabat: niſi quia conatus eorū irritus fieret. Aggreſſi enim cū faucibus aggerē, ſpe decepti remeauere. Nam primū ne cōcordare quidē eorū uidebatur cōſilium, paulatim & per interualla, & cōtanter, nō ſine metu proſilientiū, neq; Iudæorū more, ut breuiter dicā. deerant em̄ quæ propria gētis eſſent, audacia, curſus, & omniū ſimul impetus: & ut non ſine offenſione recederent. Languidiores uero progreſſi q̄ ſolebant, etiā Romanos ſolito prōptiores offendere: qui corporibus quidē atq; armis ita undiq; aggeres ſepſere, ut nuſquam igni aditum relinquerent: animū uero ita cōfirmauerunt, ne quis loco antequā occūberet moueret. nam præter omniū rerum deſperationē ſi etiā illud opus eſſet exuſtū, acerbiſsimus pudor milites occupauerat, ſi aut calliditati uirtus cederet, aut arma temeritati, aut peritia multitudini, aut Iudæis Romani. Simul aūt miſsilia pro illis faciebāt in proſilientes delata: & qui cecidiſſet, poſteriores impediebat, ac periculū antecedētis molliores eos efficiebat. Qui uero intra teli iactum uenire properaſſent, alij diſciplina hoſtiū & denſitate perterriti, alij cōfixi haſtis retrocedebāt: & ad extremū alius aliū timiditatis arguens, re infecta reuertebant. Calendis aūt Iulij tentata fuerat expugnatio. Iudæis aūt inde digreſsis, Romani machinas admouere: quāuis ab Antonia ſaxis atq; igni ferroq; peterentur, & quodcunq; hoſtibus telum neceſsitas attuliſſet. nam licet multū mœnibus Iudæi cōfiderent, machinasq; cōtemnerent, tamē eas applicare prohibebāt Romanos. Illi aūt Iudæis ſtudiū eſſe rati, ne murorū infirmitate Antonia læderetur: & fragilibus eam fundamentis ſuſpicantes, contra certabant. Nec tamen quod ferie batur, ictibus obediebat: ſed ipſi quidē crebris in ſe miſsilibus iactis, cū nullis periculis deſuper uenientibus laſſarētur, arietum opus urgebant. cum uero

infe

inferiores essent, ac lapidib. frangerent, alij scutis super corpora cõcameratis, fundamẽta manib. & uectibus suffodiebant. Itaq; saxis quatuor obstinato labore cõcussis, quietẽ utrisq; nox attulit: & in ea murus arietib. labefactatus, ex qua parte prioribus Ioãnes aggeribus insidiando murũ sufloderat, subsidente cuniculo repente labitur. Verũ præter spẽ utrorũq; animi affecti sunt. Nam Iudæi quidẽ quibus mœrorẽ esse oportebat, quod ruina præter spem acciderat, & aduersus eam præcauti nõ fuerant, tanquã maneret Antonia cõfidebant. Romanorũ aũt inopinatã lætitiã ex celeri subuersione natam, cõspectus alius murus, quẽ intrinsecus Ioãnes ædificauerat, cito restinxit. Verùntamen priore facilior oppugnatio uidebat. Tunc enim & ascensum per ruinas promptiorẽ, & Antonia esse infirmiorẽ murũ qui recens erat, citoq; destrui posset arbitrabant. Nemo tamen eum audebat ascẽdere: quod ei qui primus id tentauisset, certissimũ esset exitiũ. Titus uero spe atq; oratione putans alacritatem pugnantium excitari, & adhortatione atq; promissis sæpe quidem periculorum nasci obliuia, interdum aũt mortem solere contemni, in unum congregatos fortissimos experiebatur dicens: Cõmilitones, hortari quidem ad ea quæ periculum nõ afferũt, aperte & ipsis qui rogãtur, & qui eos rogãt, ignauiæ reprehensionẽ parit. exhortatione aũt opus est in solis rebus ambiguis: quippe illa per se quenq; gerere dignum est. Itaq; difficilẽ uobis in murum esse ascensum ipse profiteor: quod aũt uel maxime oporteat gloriæ cupidos pugnare cũ difficillimis rebus, pulchrũq; sit cũ laude mori, nec erit infructuosum si qui primi fortiter fecerint, prosequar. Primũ quidẽ uos illud hortetur, quod nonnullos fortasse deterreat, Iudæorũ patiẽs animus, & in aduersis rebus dura cõstantia. Romanos em̃ eosq; milites, quib. in pace bella discere, in bello aũt uincere cõsuetũ est, à Iudæis manu uel animo superari turpissimum est: idq; in fine uictoriæ, cũ etiã dei nitamur auxilio. nanq; offensiones nostræ, Iudaicæ desperationes sunt. Illorũ aũt clades, fauore dei uestrisq; uirtutibus crescunt. Etenim seditio, fames, obsidio, murorũq; sine machinis casus, quid sit aliud q̃ in illos ira dei, nostrumq; adiumentũ. Igitur non solum deterioribus inferiores uideri, sed etiam diuinũ præsidiũ prodere, uobis non conuenit. Quo pacto aũt non turpe uideatur, Iudæos quidem quibus nõ magni pudoris est uinci, qui seruire didicerint, quo minus in posterum id patiantur, mortẽ contemnere atq; in nos medios frequenter excurrere, non uictoriæ spe, sed ostentationis gratia: nos aũt totius penè terræ marisq; uictores, quibus etiã non uincere probro habetur, ocioso sedentes, ne semel quidem in hostes aliquid audaciter expertos, famem ac fortunam cum his armis operiri? maxime cum paruo discrimine totum positis efficere. Deniq; in Antoniam si ascẽderimus, habebimus ciuitatẽ. Nam & si pugnandum sit aduersum intus positos, quod nõ arbitror, attamẽ capiti ac respirationi hostiũ insidere uictoriã nobis plenissimã repromittit. Equidem prætermissa nunc eorũ laude, qui in bello cecidere, & immortalitate, qui Martio furore prostrati sunt, ex morbo pacis tempore mortem aliter sentientibus imprecor, quorum anima cum corpore sepultura damnatur. Quis enim uirorũ fortiũ nescit, quod animas in acie ferro corporibus absolutas, purissimum elementum æther hospitio receptas inter sidera collocat: manesq; se bonos ac propitios heroas,

uiden

uidendos offerunt posteris suis? Quas uero morbus corporis tabesq; cõsum perit, & si maxime probris ac piaculis purgatæ sint, subterraneæ tenebræ operiunt, altaq; obliuio suscipit, corporis simul & uitæ ac memoriæ fine circunscriptas. Quod si necessario mors homini decreta est, ad hoc autem omni morbo leuius est, ferri ministerium, cui non uideatur ignauum negare usui, quod debito redditurus sit. Et hæc quidem ueluti seruari nequeant, uel qui conati fuerint, prosecutus sum. est aũt salutis spes in maximis quoq; periculis qui uirilem animum gerunt. Primum enim quod decidit patet incessui: deinde totum quod ædificatum est, facillime dissolui potest. Vosq; plures hoc opus aggredientes, alius alij pro adhortatione fietis atq; subsidio: uestraq; obsti natio breui animos hostium franget: ac fortasse nobis, si eam tantũ cœperimus, incruenta res efficietur. Etenim ascendentes quidẽ nos prohibere scilicet conabuntur. si uero clàm, uel etiam per uim aliquid egerimus semel, quãuis paucos non sustinebunt. Me autem profecto pudeat, nisi qui primus hoc fecerit, inuidendum remunerationibus fecero: & qui uixerit quidem nunc æqualibus præsit: beatissima uero præmia sequant occisos. Talia dicente Tito, cætera quidem multitudo periculi magnitudinem timuit: eorum uero unus, qui in cohortibus militarent, Sabinus nomine, genere Syrus, uir & manu simul & animo fortis apparuit: licet si quis eum ante uidisset, quantum ex habitu corporis, ne specie quidem militem esse credidisset. erat enim colore nigro, exilis habitudine: sed anima quædam heroica in macro corpore, atq; angustiore uiribus suis habitabat. Cum primus itaq; surrexisset, dedo me, inquit, tibi alacri animo Cæsar, & ante omnes in murum ascendo: atq; opto quidem, ut uires ac uoluntatem meam sequatur fortuna tua. quod si cœpto casus inuiderit, scito me non præter spem, quod res aliter cesserit, sed quod sic decreuerim, pro te moriturũ. His dictis, & scutum læua manu capiti prætendens, strictoq; dextera gladio, circa horam diei sextam murũ petebat. sequebant aũt ex alijs, qui soli eius uirtutis æmuli esse cupiebãt, undecim uiri. Multo aũt omnes antecedebat diuino quodã impetu excitatus, cum de muro custodes iaculis & sagittis undiq; infinitis appeterẽt, atq; ingentia saxa deuolue rent, quæ nõnullos de undecim deiecerunt. Sabinus aũt missilibus occurrẽs, licet obrueretur sagittis, non tamen ante impetum cohibuit, q̃ summa muri prehenderet, hostesq; in fugam uerteret. uiribus enim eius atq; animi pertinacia territi, pluresq; ascendisse rati non steterunt. Qua in re fortunam quis ueluti uirtutibus inuideat, semperq; præclaris facinoribus officiat non incusauerit? Siquidem hic uir neq; ab incepto errauit, & offensione lapidis cum maximo crepitu pronus decidit. Vnde factũ est, ut Iudæi reuersi, ubi solum & iacentem uidere, ex omni eum parte iaculis peterent. Ille uero genibus nixus, & scuto protectus, primo quidẽ ulciscebatur hostes, multosq; ad se appropinquantes sauciauit: uulnerum autem multitudine remisit dexteram: & ad extremum priusquam redderet animã sagittis est obrutus, uir dignus pro fortitudine qui meliori fortuna uteretur. pro mensura uero cœpti facinoris cecidit. Cæteri autem tres penè iam summa tenentes, obtriti lapidibus perierunt, & octo sauciati detracti, & in castra relati sunt. Hæc quidem tertia die mensis Iulij gesta sunt.

Roma

Romani Antoniam inuadunt, & à Iudæis repelluntur. Cap. II

BIduo aũt poſt, uiginti de numero excubantiũ per aggeres militũ cõgregati, ſigniferũ ordinis ſui, & duos quoſdã ex ala equitũ, & tubicinem unũ ad ſe uocant: nonaq; noctis hora per ruinas ad Antoniã ocioſe procedunt. occiſis aũt primis cuſtodibus ſomno oppreſsis, murũ obtinent, ac buccina ſignũ dari præcipiũt: quo cæteri quidẽ uigiles ſubito excuſcitantur, & fugiunt priuſquã multitudinẽ quæ murũ aſcenderat, cernerent. nam & timor illis, & tuba imaginẽ quandã, ut magnum hoſtium numerum aſcendiſſe crederent, oſtendit. Cęſar aũt ſigno audito, propere armat exercitum: & cũ ducibus primis lictorũ caterua comitatus, aſcendit. Cũ aũt Iudæi ad templũ interius cõfugiſſent, ipſi quoq; per cuniculũ irruperunt, quẽ Ioannes aduerſum Romanorũ aggeres aperuerat. Diſpoſitiq; amborũ agminum ſeditioſi, tam Ioannis q̃ Simonis, arcebant eos ſumma ui atq; alacritate repugnandi. ſiquidẽ excidij finẽ putabant, locũ ſanctũ penetraſſe Romanos, quod & his uictoriæ principiũ fuit. Ad ipſum aũt adytum ualidiſsima pugna cõmittitur: his quidem tẽplum ui occupare certantibus, Iudæis uero Antoniam uerſus eos repellentibus. Et ſagittæ quidẽ ac haſtæ utriſq; inutiles erant, ſtrictis aũt enſibus dimicabant. Neq; cõflictu diſcerni poterat, ex qua parte quiſq; pugnaret, permixtis uiris & propter anguſtias permutatis, cũ & uocis intellectũ magnitudo cõfunderet, multaq; mors eſſet utrinq;, armaq; ſimul & cadauera iacentiũ cõculcata frangerent præliantes. Semper aũt ſi bellũ fluctuans grauaſſet alteram partẽ, potiorũ exhortatio & inferiorũ conqueſtio naſcebatur. Neq; aut fugæ aut perſecutioni locus erat: ſed propinquæ mutationes cõfligentiũ, & inclinationes permixte fiebant exercitus. Qui uero inter primos ſtetiſſent, aut occidendi aut moriendi neceſsitatẽ habebant, quod refugere nõ dabatur. nam & poſteriores utriuſq; partis, ſuos in frontẽ urgebant, nullũq; inter dimicantes bello uacuũ interuallum reliquerant. Cũ autẽ Iudæorũ animi Romanorũ peritiam uincerẽt, iamq; omnino tota acies pelleretur (à nona enim hora noctis ad ſeptimã uſq; diei pugnabant) hi quidẽ ſimul omnes excidij periculum pro nutrimẽto uirtutis habebant: Romani uero exercitus parti (nondũ em̃ aſcenderant legiones, illisq; ſpes pugnantiũ nitebatur) ſatis eſſe uiſum eſt in præſentia, Antoniam obtinere.

De Iuliano Romano milite inſigni fortitudine. Cap. III

IVlianus uero quidam cẽturio ex Bithynia nõ ignobilis, quẽ in illo bello & armorũ peritia & uiribus corporis & animi ſpiritu omniũ fortiſsimũ ipſe cognoui, ubi Romanos iam cedere & male repugnare conſpexit (propter Titum aũt apud Antoniã ſtabat) ſubito proſilijt, iamq; Iudæos uincentes ſolus ad interiorem uſq; templi angulum perſecutus eſt. Fugiebat autem uniuerſa multitudo, neq; uim eius neq; audaciam hominis eſſe opinantes. At ille per medios ruens, quos alios alio diſiecerat, ipſos quos occupaſſet interficiebat: eaq; facie nihil Cæſari admirabilius, aut alijs horribilius uiſum eſt. Verũ & ipſum profecto fata perſequebant, quæ ab homine uitari nõ poſſunt. Calceos nãq; habens, creberrimis atq; acutis clauis, ut cæteri ſolẽt milites, fixos, dũ ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo curreret, labitur: magnoq; cum armorũ ſono deiectus, in tergũ fugientes reduxit. Et Romanorum

rum quidē clamor ex Antonia ſublatus eſt, ſaluti eius metuentiū: Iudæi uero multi ſimul gladijs & haſtis undiq; feriebāt. Ille aūt multā quidē ferri uim ſcu to excipiebat: ſæpe aūt conatus erigere ſe, percutientiū multitudine reuolutus eſt, & iacens tamen gladio multos perculit. nec enim cito peremptus eſt, quādo galea & thorace ōmnia mēbra neci opportuna ſeptus erat. nanq; diu ceruicē cōtraxerat, donec cōciſis alijs eius mēbris remiſit uires, cum ei nemo auderet ſuccurrere. Nimius aūt dolor Cæſarem tenuit, ubi tantæ fortitudinis uirum in cōſpectu tantæ multitudinis uidit occidi: & quod locus ſe quidē in tercludebat auxiliū ferre cupientē: alios aūt: ne poſſent, metus impediebat. Iulianus igitur diu cū morte luctatus, cū non paucos interfectorū ſuorū ſauciōs reliquiſſet, ægre peremptus eſt: magna ſui gloria, non apud Romanos tantum & Cæſarē, uerū apud hoſtes quoq; relicta, Iudæi uero etiā mortui rapto corpore, Romanos in fugā uerſos, in Antoniā concluſere. Fortiter aūt in eo prælio decertauere, Alexas quidē & Gyphthæus, ex agmine Ioānis: ex parte uero Simōis, Malachias, & Mertonis filius Iudas, & Soſæ filius Iacobus, dux Idumæorum: Zelotæ uero fratres duo filij Iairi Simon & Iudas.

Ioſephi oratio pro deditionē Iudæorum & profugium eorum. Cap. IIII

TItus aūt militib. ſuis imperat Antoniæ fundamēta diruere, facilēq; aſcenſum cuncto exercitui præparare. Ipſe uero Ioſepho ad ſe uocato (nāq; audierat eo die qui erat menſis Iulij ſeptimus decimus, diuinā obſeruantiā, quæ entelechiſmos uocat, uirorū penuria defuiſſe, eaq; re populū nimis dolere) iterū dici Ioāni præcepit quæ ante mādauerat: quod etiam ſi quis eū pugnandi ſæuus amor teneret, cū qua placeret ei multitudine, ad bellū progredi liceret: dum modo nō unà ſecum & ciuitas interiret ſimul & tēplum: ſanctū tamē locū uiolare deſineret, néue in deum nefas admitteret. Poteſtatē aūt haberet ſi uellet, ſacra intermiſſa celebrare p Iudæos quos ipſe delegiſſet. Itaq; Ioſephus, ne ſoli Ioāni hęc intimarent, ſed etiā pluribus, unde exaudiri poſſet conſtitit, & mandata Cæſaris Hebraico ſermone diſſeruit. Multū aūt eos quo patriæ parcerēt precabatur, ignēq; depellerēt iam tem plo contiguum, deoq; uota redderent conſueta. His dictis populus triſtitia ſimul & ſilentio tenebat. Multis aūt cōuicijs tyrānus Ioſepho cū execrationib. lacerato, poſtremo addidit, nunquā ſibi excidiū eſſe metuendū, qm̄ dei ciuitas eſſet. Atq; cū exclamatione: ſanè uero, inquit Ioſephus, eam purā deo conſeruaſti, inuiolataq; ſancta manſere: nec in eum cuius ſperas auxiliū, quicquā impium deliquiſti: ſed ſolēnia ſacra conſequit. Et ſi quidē tibi quiſquā quotidianum auferat cibum, impiū eum hoſtem putabis: deū uero, quem perpetua religione priuaueris, belli auxilio ſperas futurū? Et Romanis peccata imputas? qui noſtras leges etiā nunc tuent: & quæ ipſe intercidiſti ſacra, deo reddi cōpellunt. Quis nō inopinatæ mutationis cauſam gemat, ac defleat ciuitatē? cum alieni quidē, hoſtesq; impietatē tuā corrigant: tu uero Iudęus, & inter leges educatus, illis quoq; in has ſæuior inueniaris. Atqui Ioannes etiā pœnitere malorū, non eſt turpe in rebus extremis, bonūq; tibi exemplum patriā ſeruare cupienti propoſitum eſt, Iechonias rex Iudæorum: qui quondam Babylonijs bellum ſibi inferentibus, ſponte ciuitate priuſquam caperetur exceſſit, & cum cognatione ſua uoluntariam captiuitatem ſuſtinuit, ne hæc ſancta

hoſtibus

hoſtibus proderet,deiq; domũ uideret exuri.Ob hoc ſacra Iudæorũ cõmemoratione laudatur:eumq; memoria tranſmiſſa per ſecula ſemper noua immortalem poſteris tradidit.Bonũ ó Ioannes exemplar,& ſi periculũ præſto ſit:ego aũt ueniam quoq; tibi à Romanis ſpondeo,dum memíneris, q̃ gentilis moneam,& Iudæis iſta promittam,ſpectariq; oporteat,quis ſit author, & unde cõſilium.Abſit enim unquam me ita captiuum uiuere,ut genus aut leges patrias obliuiſcar.Rurſum indignaris & clamas,mihiq; maledicis. Etiam acerbiora mereor,qui hæc aduerſus fata ſuadeo, deiq; ſententia condemnatos ſeruare contendo. Quis ignorat ſcripta ueterum prophetarum, & reſponſum impendens miſerrimæ ciuitati?Iam tunc enim eius excidiũ prædixere, cum quis homicidium gentile cœpiſſet. Veſtrorum aũt cadauerum non ciuitas tantũ,ſed etiam templum omne repletum eſt. Deus planè, deus ipſe cum Romanis ignem ſibi luſtrationis infert,totq; ſcelerum plenam exurit ciuitatem.Hæc Ioſepho cum fletu & lacrymis proſequente, uox eius ſingultibus interrupta eſt. Et Romani quidem miſerati dolorẽ,admirati ſunt. Ioannes aũt eiusq; ſocij magis contra Romanos irritabant̃, illum quoq; capere cupientes.Nobilium tamen plurimos cõmouit eius oratio. Et nõnulli quidem ſeditioſorũ cuſtodias formidantes,locis ſuis manebãt, iamdudum certi de ſuo pariter & ciuitatis exitio.Fuerunt autem, qui capto diſceſsionis tempore,ad Romanos cõfugêre: in quibus erant pontifices Ioſephus & Ieſus.Filij uerò pontificum,tres quidem Iſmaelis, cui apud Cyrenen fuerat caput abſciſum,& Matthiæ quatuor:alterius uerò Matthiæ unus,qui poſt interitum patris aufugerat,quem Simon Gioræ cum tribus filijs, ut ſuprà dictũ eſt,interemit.Multi autẽ nobiles cum pontificibus defecere: eosq; imperator cùm per alia humane ſuſcepit,tum ſciens in alienigenis morib.illis uerſari moleſtũ eſſe,in Gophnam dimiſit,ut ibi manerẽt interim, multas etiam pollicitus poſſeſsiones cuiq; peracto bello ſe redditurum.Illi quidem in deſtinatum municipium læti cum omni cautione diſcedunt.His autem in ciuitate non uiſis,rumor ſeditioſis iterum diffamatus eſt, q̃ Romani transfugas occidiſſent,ut hoc metu uidelicet à fuga reliquos deterrerent. Et pauliſper quidem hæc calliditas eorũ,ſicut antea,ualuit, timor aũt profugere cupientes inhibuit.Rurſus autẽ poſtquam eos Titus reuocatos à Gophna cum Ioſepho murum circumire,& populo conſpici iuſsit,multi ad Romanos fugiebant.In unum uerò congregati,& ante Romanos ſtantes,cum lacrymis atq; ululatu ſeditioſos rogabant,primo quidẽ ut in ciuitatẽ Romanos ſuſciperẽt, patriamq; ſeruarent.ſi hoc diſpliceret,ſaltem de fano exirent,templumq; ſibi liberarent.Nec enim auſuros ſine maxima neceſsitate Romanos ignẽ ſanctis immittere. His illi magis aduerſabant̃, multaq; in transfugas uociferati conuitia,ſupra ſacras portas iacula & baliſtas & ſaxorũ diſpoſuere tormenta, ut omne quidem circum fanum ſpacium multitudine mortuorum ſepulchro,templum uero ipſum caſtello ſimile uideret̃.In loca uerò ſancta & inacceſſa,cum armis adhuc & manibus gentili cæde calentibus inſiliebant: & ad hanc proceſſere legis iniuriam,ut quam Iudæos indignationem oporteret exercere ſi hæc Romani admitterent:ea tunc in Iudæos propria ſacra temerãtes,uterent̃ Romani milites.Nemo ſanè fuit eorũ, qui nõ cum honore

templũ aſpiceret,atq; adoraret:latronesq; optaret,anteq̃ immedicabile malum contingeret,pœnitere. Titus aũt dolens uicem eorũ, iterum Ioannem eiusq; ſocios increpabat,dicens: Nónne uos, ó ſceleratiſsimi,cancello ſanctum locum protexiſtis? Nónne literis Gręcis ac noſtris inciſas tabulas conſtituiſtis,quibus ne ſepta cuiquã tranſgredi liceret edicitur? Nónne eos qui tranſiſſent, quamuis Romanus quis eſſet, uobis necare permiſimus? Quid igiť in eo etiam mortuos conculcaſtis,ô nocentiſsimi? Aut cur templũ & externi & gentilis ſanguinis confuſione polluiſtis? Teſtor ego patrios deos,et ſi quis unquam hunc locum antè aſpexit(nunc enim neminẽ credo)itemq; teſtor & exercitũ meũ & Iudæos qui apud me ſunt; & uoſipſos, q̃ non ego uos uiolare hæc cõpellam:quin & ſi locum acies ueſtra mutauerit,neq; accedet ad ſancta quiſpiam Romanorũ,neq; quicq̃ in eorum contumeliã faciet. ſeruabo autem uobis etiam templum nolentibus.

De iterata pugna,exſtructis aggeribus,& excurſionibus Iudæorum. Cap. V

HAec Ioſepho internũciante principis dicta,latrones ac tyranni exiſtimantes non beneuolentia, ſed timiditate hos ſermones fieri, in ſuperbiam tollebanť. Titus aũt,qui neq; ſeipſos miſerari eos, neq; templo parcere proſpiciebat,rurſus bellum gerere decreuit.Sed uniuerſum quidem his militem,quòd locus eum non caperet,inferre non poterat. Tricenis autem de ſingulis centurijs uiris fortiſsimis lectis, etiã chiliarchis ſingulis millenos attribuit:hisq; duce præpoſito Cereali,hora noctis nona iubet in cuſtodias impetum fieri.Cum autem ipſe quoq; in armis eſſet,unáque deſcendere ſtatuiſſet, amici eum propter periculi magnitudinem ducumq; dicta continuerunt. plus enim operis eum in Antonia præſidẽtem militum certamini facturum eſſe dixerunt,quàm ſi periculum ſubiſſet: omnes enim fore ſub oculis imperatoris optimos bellatores. His dictis paruit. Deinde ob hoc ſolum ſe manere locutus ad milites, ut de eorũ uirtute iudicaret: ne aut fortis quiſquam indonatus abiret,aut contra impunitus ignauus lateret, ſed omniũ ſpectator ac teſtis fieret ipſe, qui & ulciſcẽdi & remunerãdi eſſet dominus:illos quidem ad aciem hora qua ſuprà memoratũ eſt,dimiſit.Progreſſus autem ad ſpeculam in Antonia quid fieret exſpectabat. Verùm hi q̃ miſsi fuerant,nõ ita,ut ſperabant,ſomno oppreſſos inuenere cuſtodes: ſed coortis cum clamore, confeſtim manus conſeruere, excubitorũ autem tumultu exciti cęteri cateruatim excurrẽre.Itaq; primorum quidem impetum excipiebant Romani:qui aũt illos ſequerenť,in agmen proprium incidebãt, multisq; ſuorum uelut hoſtibus utebanť. Vocis namq; agnitionem cõfuſus partium clamor,oculorũ autem ſingulis nox ademerat:cum prętera quoſdam furor cæcos,alios iracundia,alios timor efficeret:idcirco obuiũ quẽq; ſine diſcretione feriebant.Romanis quidem ſcutorum coniunctione ſeptis, & per globos proſiliẽtibus,ignoratio minus nocebat: ſigni enim ſui quiſq; meminerat.Iudæi uerò diſiecti, tam impetus quàm receſſus temere faciẽtes, ſæpe imaginem inter ſe hoſtium alijs alij demonſtrabant: cum reuertentem ſuum quiſq; per tenebras,quaſi Romanum aggrediẽtem exciperet. Deniq; plures à ſuis quàm ab hoſtibus ſauciati ſunt,donec orto die,uiſu iam pugna diſcerneretur:& in acie ſtantes ordine,ſagittis atque telis uterentur. Neutri

uero

uero cedebant,neq; labore fatigabant̃.Sed Romani quidem & ſigillatim,& multi ſimul in cõſpectu imperatoris de uirtute certabant: illumq; diem ſibi quiſq; promotionis initium fore putabat, ſi fortiter dimicaſſet. Iudæis autẽ & proprium cuiuſq; periculum, & ꝙ templo metuerent,miniſtrabat audaciam:quod tyrannus ſtans hos rogaret,alios uerberaret, & ad pugnandum interminationibus incitaret. Cominus aũt plerunq; pugnatũ eſt, ſed cito & breui momento prælia mutabant̃.neutra enim pars prolixum fugę ſpacium uel perſecutionis habebat.Pro ſuorum aũt euẽtu ex Antonia tumultus erat, & confidere ſuperantibus, & ſtare ſi fugerent,acclamantium: eratq; ueluti quoddam belli theatrum.nec enim uel Titum uel alios,qui unà erant quicq̃ eorum quę in pugna gerebãtur latebat. Poſtremo nona hora noctis cœpto prælio, quinta diei diſſoluti ſunt, cum neutri eo loco unde pugnam iniere certa fuga ceſsiſſent,uerùm mediam in ancipiti prælio uictoriã reliquiſſent. Romanorum quidem plurimi nobiliter decertarunt. Iudæorũ uero partis quidem Simonis,Iudas Mertonis filius,& Simon Ioſiæ:Idumæiq; Iacobus, & Simon, hic Cathlæ filius, Iacobus aũt Soſæ: de Ioannis aũt ſocijs Gyphthæus & Alexas:& de Zelotis,Simon filius Iairi. At Romanorũ reliqua manus,die ſeptimo ſubuerſis Antoniæ fundamentis,latam uiam uſque ad templum fecit.admotæq; muro legiones, mox aggeres inchoabant: unum contra interioris templi angulum,qui ad ſeptentrionem orientemq; ſpectabat: alterum contra exedram,ad aquilonis partem inter duas portas ædificatam. aliorum duorũ unum contra porticum occidentalem templi exterioris,alterum contra ſeptentrionalẽ.Magno tamen opus cum labore ac miſerijs proficiebat,cum materias à centeſimo uſq; ſtadio deportarẽt. Interdum autem inſidijs lædebant̃,cum ipſi quidẽ uincendi facultate minime cauerẽt,Iudęis uero propter deſperationẽ ſalutis audacioribus uterent̃.Nonnulli eñ equitum,quoties ad ligna ſiue fœnũ colligendũ exiſſent, interea dum id facerẽt, equos ſuos frenis exutos paſci ſinebant: quos Iudæi per cuneos erumpentes rapiebant.Itaq; cum id crebro fieret Cæſar exiſtimans, quod erat uerũ, negligentia ſuorum magis q̃ Iudæorũ uirtute rapinas contingere,triſti animad uerſione cęteros ad equorum cuſtodiam reuocare ſtatuit:unoq; milite qui equum perdiderat morte damnato, eo metu equos ſuos cæteris cõſeruauit. Nunquam enim eos poſthac in paſcua dimittebant,ſed tanq̃ natura his connexi ad neceſsitatẽ egrediebant̃.Illi quidẽ templum oppugnabant,aggereſq; erigebant.Altera uero die poſt eorũ aſcenſum, multi ſeditioſorũ,quos rapinæ defecerant & fames urgebat,congregati,in præſidia Romanorum, quæ Eleôn montem uerſus collocata erant,circa undecimam diei horam impetum faciunt.ſperabant enim primo quidem inopinatos,deinde curandi corporis cauſa quieſcẽtes,facile decipi poſſe. Verùm cognito illorum conatu, Romani de proprijs cuſtodijs celeriter collecti obſtabãt eis, murũ tranſcendere ac perrumpere uiolenter ambitũ conatis. Conflato aũt uehemẽti prælio,& alia multa ab utraq; parte fortiter geſta ſunt:cum Romani præter fortitudinem etiam bellandi peritia,Iudęi uerò immoderato impetu & effrenatis animis uterent̃.Dux aũt his pudor erat,illis neceſsitas.nam & amittere Iu

dæos, ueluti laqueis irretitos, Romanis turpissimum uidebatur: et illi unam spem salutis, si murum ui perrumpere possent, habebant. & quidam ex ala equitum, Pedanius nomine, Iudæis in fugam uersis, atq; in uallem coactis equo in aduersum montem à latere incitato præterrectus, rapit unum ex hostibus fugam petentem, iuuenem et grauem corpore, & armis undiq; septũ, talo comprehensum. Tantum se inclinauit equo currẽte, tantamq; dexteræ uim itemq; cæteri corporis, & equestris peritiæ demonstrauit. Iste quidem tanquã munus aliquod rapuisset, captiuum ferens, ad Cæsarem uenit. Titus autem uires eius qui ceperat admiratus, & captiuo, quia murũ aggredi tentauerat supplicio tradito, ipse templi oppugnationem curabat, utq; aggeres mature fierent perurgebat. Inter quæ Iudæi aduersis prælijs male tractati, tum escente paulatim bello & in templi serpẽte perniciem, sicut in putrefacto corpore assolet, membra peste occupata, præuenientes ne ulterius procederet, abscindebant. Porticus enim parte, quæ ab Aquilone in orientem pertinens Antoniæ iungebat, incensa, deinde ad xx ferè cubitos abrupere, immisso sanctis incendio manibus suis. Biduo aũt post, prædicti mensis uicesimo & quarto die, Romani porticum inflammauere: & usq; ad quartumdecimum cubitum igne progresso, Iudæi similiter culmen abijciunt, neq; omnino recedentes ab operibus, & Antoniæ continentiæ dirimẽtes, cum liceret eis ac deberent incendium prohibere. Itaque immisso igne, cursum eius otiose pro sua utilitate metiebantur. Circa templum autem nunq̃ prælia cessauere: sed frequens erat paulatim contra se excurrentium pugna. Iisdem autem diebus, quidam ex Iudæis, uir & corpore breuis, & uultu despicabilis, tamq; genere q̃ rebus alijs uilissimus, Ionathas nomine, progressus ad Ioannis pontificis monumentum, cum alia multa superbe ad Romanos prolocutus est, tum quem fortissimum haberent ad singulare prælium prouocauit. At qui contrà stetere, multi quidem dedignabantur: erant aũt inter eos (ut assolet) etiam qui timerent: quosdam uero non inconsulta mouebat ratio, cum mortis cupido non debere confligere. Nam qui de salute desperassent, eos neq; cautos impetus habere, neq; deum uereri: & cum his in discrimen uenire, quos neq; uincere magnum sit, & uinci cum dehonestamento periculosum, non fortitudinis sed ferocitatis uideri. Quum autẽ diu nemo procederet, multaq; Iudæus eorum timiditati illuderet, homo arrogans & superbus, Romanus ex ala equitum nomine Pudens, insolentiam eius exosus, fortasse autem etiam corporis breuitate sublatus, inconsulte prosilijt: & cæteris cõmissa cum eo pugna risum præbuit, à fortuna proditus. Lapsum em Ionathas interfecit: deinde pede supra mortuum posito, læua scutum, dextraq; cruentum gladium coruscabat: armisq; cum fremitu concussis, exercitui & iacenti insultans, spectantes Romanos increpabat: donec eum triputiantem & uana iactantem, Priscus centurio sagitta transfixit: eoq; facto, & Iudæorum & Romanorum clamor uarius excitatus est. Ille autem dolore in uertiginem tortus, supra corpus hostis incubuit: belliq; felicitatem ratione carentem quàm uelox ultio sequeretur ostendit.

Romani

nis abuti debere, qui pro deo, qui p tẽplo militaret, & ex ipso ali. Propterea q; sacrũ uinũ, et oleũ, quod sacerdotes sacrificijs reseruabãt, tutũ erat effudisse. nãq; in tẽplo & multitudini distribuit, & illi sine horrore ungebant & potabãt. Nõ equidẽ recusabo dicere, quæ dolor iubet. Puto si Romani cõtra noxios uenire tardassent, aut hiatu terræ deuorandã fuisse ciuitatẽ, aut diluuio periturã, aut fulminũ ac Sodomæ incẽdia passurã. multo em magis impiam progeniẽ tulit, q̃ quæ illa pertulerat. deniq; cum eorũ pertinacia desperata, totus populus interijt. Et quid opus est singulatim narrare clades? Mannæus Lazari filius, trãsgressus ad Titum, per unã portã quæ sibi credita fuerat centum & quindecim milia & octoginta dixit elata cadauera, ex quo die castra propè ciuitatẽ posita sunt, ex die quartadecima mẽsis Aprilis, usq; ad calẽdas Iulij. hæc aũt immẽsa est multitudo: nec tamẽ ipse fuit appositus portæ, sed publicam mercedẽ diuidens, mortuos ex necessitate numerabat. cæteros enim propinqui sepeliebãt. sepultura aũt fuit, elatos ex oppido proijcere. Post hũc aũt nobiles profugi, omnia mortuorũ egenorũ sexcenta milia portis eiecta nunciabant: aliorũ uero numerũ minime posse cõprehẽdi: cum aũt pauperibus efferendis non sufficerent, congesta in maximis ædibus cadauera esse inclusa, & frumenti quidẽ modiũ uenijsse talento. post aũt ubi muro circundata ciuitate, ne herbas quidẽ legere iam liceret, ad hoc necessitatis quosdam fuisse cõpulsos, ut cloacas rimarentur, boumq; ueterẽ fimum alimentũ haberent. stercusq; collectum, quod ne uisui quidẽ tolerabile fuerat, cibus erat. Hæc Romani quidem audientes miserati sunt: seditiosos aũt ne uidentes quidem pœnitebat, sed patiebantur usq; ad ea progredi. fatum enim eos reddiderat cæcos, quod iam & ipsis imminebat & ciuitati.

FLAVII IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO
LIBER SEPTIMVS.

De suffossione murorũ, succensione aggerũ & Sabino oppugnante murũ. Cap. I

Lades quidẽ Hierosolymorũ in peius quotidie procedebant, cũ & seditiosi magis accenderent aduersis inclusi, postquã populũ fames ipsosq; iam possederat. Quin & multitudo cõgestorũ in ciuitate cadauerũ, & uisu horrenda erat, odorẽq; pestiferũ emittebat, cum excursus etiam pugnantiũ moraretur. Nam ueluti per aciem ruerent, plurima cæde excitata: cõculcare mortuos cogebantur: & qui super eos pedem ponerent, neq; miserabantur, neq; horrebãt: nec saltem sibi augurio fore putabãt contumeliam mortuorũ. Gentili aũt cæde polluti, dexteras ad externum bellum præparabant, tanquam exprobrantes deo (ut mihi uidetur) supplicij sui tarditatem. non enim spe uictoriæ maior pars eorum, sed desperatione salutis ferocius ferebatur. Romani autem quamuis plurimum in aggreganda materia laborarent, tamen intra uiginti & unum dies aggeres erexerunt, atton-

ſis omnibus ad nonaginta uſq; ſtadia circa oppidũ lucis. Erat aũt miſerabilis terræ facies. nam quæ antea arborib. & paradiſis ornata fuerat, ea tũc deſerta præciſis undiq; arborib. cernebatur: nec ullus qui pridẽ Iudęã uiderat alieni genæ & ſuburbana pulcherrima ciuitatis, cũ eius ſolitudinẽ tunc uideret, cõtinere lachrymas poterat, uel nõ gemere mutationẽ quãtũ priſtinis derogaſſet. Omnia nanq; inſignia pulchritudinis, bellũ deleuerat: nec ſi quis ſubito adueniſſet, qui locũ prius ſcierat, eum cognoſceret, ſed præſens quæreret ciuitatẽ. Romanis aũt ac Iudæis, finitum opus aggerum, par faciebat timoris initium. nanq; hi, niſi eos quoq; exurerent, captum iri ciuitatẽ putabant: Romani aũt, fortaſſe nec uoluntatẽ ſibi fore illis incenſis alios parare. nam & materię defecerant: & labori quidẽ corpora militũ, crebris uero offenſionibus animi ceſſerant. Verũ ciuitatis cladibus triſtius Romani q̃ ciues in ea degentes afficiebantur. ad mala enim quę hinc accidebant, etiã pugnatoribus nihilo ſegnioribus utebãtur. Sed eorũ ſpes frangebaẽ, cum aggeres inſidijs, machinæ ſoliditate muri, manus uero cõflictus audacia repugnantiũ ſuperaret: & præcipue, quod cũ ſeditione fameq́; ac bello totq́; malis præſtantiores Iudæorũ animos inuenirent, uirorũ quidẽ inexpugnabiles eſſe impetus arbitrabãtur, inuictam uero animorũ magnitudinẽ quæ calamitatibus aleretur. nam quis eos in rebus ſecũdis ſuſtineat, qui malis ad uirtutẽ incitarenẽ? Illi quidẽ propterea cautius cuſtodias præparabãt. Ioannis aũt factio apud Antoniã, ſimul & quæ futura timebanẽ, ſi diſiiceretur murus cauebat, & antequã arietes admouerentur operibus inſtabat: niſi quia conatus eorũ irritus fieret. Aggreſſi enim cũ faucibus aggerẽ, ſpe decepti remeauere. Nam primũ ne cõcordare quidẽ eorũ uidebatur cõſilium, paulatim & per interualla, & cõtanter, nõ ſine metu proſilientiũ, neq; Iudæorũ more, ut breuiter dicã. deerant emm quæ propria gẽtis eſſent, audacia, curſus, & omniũ ſimul impetus: & ut non ſine offenſione recederẽnt. Languidiores uero progreſſi q̃ ſolebant, etiã Romanos ſolito prõptiores offendere: qui corporibus quidẽ atq; armis ita undiq; aggeres ſepſere, ut nuſquam igni aditum relinquerent: animũ uero ita cõfirmauerunt, ne quis loco antequã occũberet moueret. nam præter omniũ rerum deſperationẽ ſi etiã illud opus eſſet exuſtũ, acerbiſsimus pudor milites occupauerat, ſi aut calliditati uirtus cederet, aut arma temeritati, aut peritia multitudini, aut Iudæis Romani. Simul aũt miſsilia pro illis faciebãt in proſiliẽtes delata: & qui cecidiſſet, poſteriores impediebat, ac periculũ antecedẽtis molliores eos efficiebat. Qui uero intra teli iactum uenire properaſſent, alij diſciplina hoſtiũ & denſitate perterriti, alij cõfixi haſtis retrocedebãt: & ad extremũ alius aliũ timiditatis arguens, re infecta reuertebanẽ. Calendis aũt Iulij tentata fuerat expugnatio. Iudæis aũt inde digreſsis, Romani machinas admouere: quãuis ab Antonia ſaxis atq; igni ferroq́; peterentur, & quodcunq; hoſtibus telum neceſsitas attuliſſet. nam licet multũ mœnibus Iudæi cõfiderent, machinasq́; cõtemnerent, tamẽ eas applicare prohibebãt Romanos. Illi aũt Iudæis ſtudiũ eſſe rati, ne murorũ infirmitate Antonia læderetur: & fragilibus eam fundamentis ſuſpicantes, contra certabant. Nec tamen quod ferie batur, ictibus obediebat: ſed ipſi quidẽ crebris in ſe miſsilibus iactis, cũ nullis periculis deſuper uenientibus laſſarẽtur, arietum opus urgebant. cum uero

infe

inferiores essent, ac lapidib. frangerent, alij scutis super corpora cõcameratis, fundamẽta manib. & uectibus suffodiebant. Itaq; saxis quatuor obstinato labore cõcussis, quietẽ utrisq; nox attulit: & in ea murus arietib. labefactatus, ex qua parte prioribus Ioãnes aggeribus insidiando murũ sufloderat, subsidente cuniculo repente labitur. Verũ præter spẽ utrorũq; animi affecti sunt. Nam Iudæi quidẽ quibus mœrorẽ esse oportebat, quod ruina præter spem acciderat, & aduersus eam præcauti nõ fuerant, tanquã maneret Antonia cõfidebant. Romanorũ aũt inopinatã lætitiã ex celeri subuersione natam, cõspectus alius murus, quẽ intrinsecus Ioãnes ædificauerat, cito restinxit. Verùntamen priore facilior oppugnatio uidebat. Tunc enim & ascensum per ruinas promptiorẽ, & Antonia esse infirmiorẽ murũ qui recens erat, citoq; destrui posset arbitrabant. Nemo tamen eum audebat ascẽdere: quod ei qui primus id tentauisset, certissimũ esset exitiũ. Titus uero spe atq; oratione putans alacritatem pugnantium excitari, & adhortatione atq; promissis sæpe quidem periculorum nasci obliuia, interdum aũt mortem solere contemni, in unum congregatos fortissimos experiebatur dicens: Cõmilitones, hortari quidem ad ea quæ periculum nõ afferũt, aperte & ipsis qui rogãtur, & qui eos rogãt, ignauiæ reprehensionẽ parit. exhortatione aũt opus est in solis rebus ambiguis: quippe illa per se quenq; gerere dignum est. Itaq; difficilẽ uobis in murum esse ascensum ipse profiteor: quod aũt uel maxime oporteat gloriæ cupidos pugnare cũ difficillimis rebus, pulchrũq; sit cũ laude mori, nec erit infructuosum si qui primi fortiter fecerint, prosequar. Primũ quidẽ uos illud hortetur, quod nonnullos fortasse deterreat, Iudæorũ patiẽs animus, & in aduersis rebus dura cõstantia. Romanos em̃ eosq; milites, quib. in pace bella discere, in bello aũt uincere cõsuetũ est, à Iudæis manu uel animo superari turpissimum est: idq; in fine uictoriæ, cũ etiã dei nitamur auxilio. nanq; offensiones nostræ, Iudaicæ desperationes sunt. Illorũ aũt clades, fauore dei uestrisq; uirtutibus crescunt. Etenim seditio, fames, obsidio, murorũq; sine machinis casus, quid sit aliud q̃ in illos ira dei, nostrumq; adiumentũ. Igitur non solum deterioribus inferiores uideri, sed etiam diuinũ præsidiũ prodere, uobis non conuenit. Quo pacto aũt non turpe uideatur, Iudæos quidem quibus nõ magni pudoris est uinci, qui seruire didicerint, quo minus in posterum id patiantur, mortẽ contemnere atq; in nos medios frequenter excurrere, non uictoriæ spe, sed ostentationis gratia: nos aũt totius penè terræ marisq; uictores, quibus etiã non uincere probro habetur, ocioso sedentes, ne semel quidem in hostes aliquid audaciter expertos, famem ac fortunam cum his armis operiri? maxime cum paruo discrimine totum positis efficere. Deniq; in Antoniam si ascẽderimus, habebimus ciuitatẽ. Nam & si pugnandum sit aduersum intus positos, quod nõ arbitror, attamẽ capiti ac respirationi hostiũ insidere uictoriã nobis plenissimã repromittit. Equidem prætermissa nunc eorũ laude, qui in bello cecidere, & immortalitate, qui Martio furore pstrati sunt, ex morbo pacis tempore mortem aliter sentientibus imprecor, quorum anima cum corpore sepultura damnatur. Quis enim uirorũ fortiũ nescit, quod animas in acie ferro corporibus absolutas, purissimum elementum æther hospitio receptas inter sidera collocat: manesq; se bonos ac propitios heroas,

uiden

uidendos offerunt posteris suis? Quas uero morbus corporis tabesq; cõsum pserit, & si maxime probris ac piaculis purgatæ sint, subterraneæ tenebræ operiunt, altaq; obliuio suscipit, corporis simul & uitæ ac memoriæ fine circunscriptas. Quod si necessario mors homini decreta est, ad hoc autem omi morbo leuius est, ferri ministerium, cui non uideatur ignauum negare usui, quod debito redditurus sit. Et hæc quidem ueluti seruari nequeant, uel qui conati fuerint, prosecutus sum. est aũt salutis spes in maximis quoq; periculis qui uirilem animum gerunt. Primum enim quod decidit patet incessui: deinde totum quod ædificatum est, facillime dissolui potest. Vosq; plures hoc opus aggrediẽtes, alius alij pro adhortatione fietis atq; subsidio: uestraq; obstinatio breui animos hostium franget: ac fortasse nobis, si eam tantũ cœperimus, incruenta res efficietur. Etenim ascendentes quidẽ nos prohibere scilicet conabuntur. si uero clàm, uel etiam per uim aliquid egerimus semel, quãuis paucos non sustinebunt. Me autem profecto pudeat, nisi qui primus hoc fecerit, inuidendum remunerationibus fecero: & qui uixerit quidem nunc æqualibus præsit: beatissima uero præmia sequant occisos. Talia dicente Tito, cætera quidem multitudo periculi magnitudinem timuit: eorum uero unus, qui in cohortibus militarent, Sabinus nomine, genere Syrus, uir & manu simul & animo fortis apparuit: licet si quis eum ante uidisset, quantum ex habitu corporis, ne specie quidem militem esse credidisset. erat enim colore nigro, exilis habitudine: sed anima quædam heroica in macro corpore, atq; angustiore uiribus suis habitabat. Cum primus itaq; surrexisset, dedo me, inquit, tibi alacri animo Cæsar, & ante omnes in murum ascendo: atq; opto quidem, ut uires ac uoluntatem meam sequatur fortuna tua. quod si cœpto casus inuiderit, scito me non præter spem, quod res aliter cesserit, sed quod sic decreuerim, pro te moriturũ. His dictis, & scutum læua manu capiti prætendens, strictoq; dextera gladio, circa horam diei sextam murũ petebat. sequebant aũt ex alijs, qui soli eius uirtutis æmuli esse cupiebãt, undecim uiri. Multo aũt omnes antecedebat diuino quodã impetu excitatus, cum de muro custodes iaculis & sagittis undiq; infinitis appeteret, atq; ingentia saxa deuolue rent, quæ nõnullos de undecim deiecerunt. Sabinus aũt missilibus occurrẽs, licet obrueretur sagittis, non tamen ante impetum cohibuit, q̃ summa muri prehenderet, hostesq; in fugam uerteret. uiribus enim eius atq; animi pertinacia territi, pluresq; ascendisse rati non steterunt. Qua in re fortunam quis ueluti uirtutibus inuideat, semperq; præclaris facinoribus officiat non incusauerit? Siquidem hic uir neq; ab incepto errauit, & offensione lapidis cum maximo crepitu pronus decidit. Vnde factũ est, ut Iudæi reuersi, ubi solum & iacentem uidere, ex omni eum parte iaculis peterent. Ille uero genibus nixus, & scuto protectus, primo quidẽ ulciscebatur hostes, multosq; ad se appropinquantes sauciauit: uulnerum autem multitudine remisit dexteram: & ad extremum priusquam redderet animã sagittis est obrutus, uir dignus pro fortitudine qui meliori fortuna uteretur. pro mensura uero cœpti facinoris cecidit. Cæteri autem tres penè iam summa tenentes, obtriti lapidibus perierunt, & octo sauciati detracti, & in castra relati sunt. Hæc quidem tertia die mensis Iulij gesta sunt.

Roma

Romani Antoniam inuadunt,& à Iudæis repelluntur. Cap. II

BIduo aũt poſt, uiginti de numero excubantiũ per aggeres militũ cõgregati,ſigniferũ ordinis ſui,& duos quoſdã ex ala equitũ, & tubicinem unũ ad ſe uocant:nonaq; noctis hora per ruinas ad Antoniã ocioſe procedunt.occiſis aũt primis cuſtodibus ſomno oppreſsis, murũ ob tinent,ac buccina ſignũ dari præcipiũt: quo cæteri quidẽ uigiles ſubito exuſcitantur,& fugiunt priuſquã multitudinẽ quæ murũ aſcenderat,cernerent. nam & timor illis, & tuba imaginẽ quandã, ut magnum hoſtium numerum aſcendiſſe crederent, oſtendit. Cęſar aũt ſigno audito,propere armat exercitum:& cũ ducibus primis lictorũ caterua comitatus, aſcendit. Cũ aũt Iudæi ad templũ interius cõfugiſſent, ipſi quoq; per cuniculũ irruperunt, quẽ Ioannes aduerſum Romanorũ aggeres aperuerat. Diſpoſitiq; amborũ agminum ſeditioſi,tam Ioannis q̃ Simonis, arcebant eos ſumma ui atq; alacritate repugnandi.ſiquidẽ excidij finẽ putabant,locũ ſanctũ penetraſſe Romanos, quod & his uictoriæ principiũ fuit.Ad ipſum aũt adytum ualidiſsima pugna cõmittitur:his quidem tẽplum ui occupare certantibus,Iudæis uero Antoniam uerſus eos repellentibus. Et ſagittæ quidẽ ac haſtæ utriſq; inutiles erant, ſtrictis aũt enſibus dimicabant. Neq; cõflictu diſcerni poterat, ex qua parte quiſq; pugnaret,permixtis uiris & propter anguſtias permutatis,cũ & uocis intellectũ magnitudo cõfunderet, multaq; mors eſſet utrinq;, armaq; ſimul & cadauera iacentiũ cõculcata frangerent præliantes.Semper aũt ſi bellũ fluctuans grauaſſet alteram partẽ, potiorũ exhortatio & inferiorũ conqueſtio naſcebatur.Neq; aut fugæ aut perſecutioni locus erat:ſed propinquæ mutationes cõfligentiũ, & inclinationes permixte fiebant exercitus. Qui uero inter primos ſtetiſſent,aut occidendi aut moriendi neceſsitatẽ habebant,quod refugere nõ dabatur.nam & poſteriores utriuſq; partis, ſuos in frontẽ urgebant,nullũq; inter dimicantes bello uacuũ interuallum reliquerant. Cũ autẽ Iudæorũ animi Romanorũ peritiam uincerẽt, iamq; omnino tota acies pelleretur(à nona enim hora noctis ad ſeptimã uſq; diei pugnabant) hi quidẽ ſimul omnes excidij periculum pro nutrimẽto uirtutis habebant: Romani uero exercitus parti(nondũ em̃ aſcenderant legiones,illisq; ſpes pugnantiũ nitebatur)ſatis eſſe uiſum eſt in præſentia, Antoniam obtinere.

De Iuliano Romano milite inſigni fortitudine. Cap. III

IVlianus uero quidam cẽturio ex Bithynia nõ ignobilis, quẽ in illo bello & armorũ peritia & uiribus corporis & animi ſpiritu omniũ fortiſsimũ ipſe cognoui,ubi Romanos iam cedere & male repugnare conſpexit(propter Titum aũt apud Antoniã ſtabat)ſubito proſilijt,iamq; Iudæos uincentes ſolus ad interiorem uſq; templi angulum perſecutus eſt. Fugiebat autem uniuerſa multitudo, neq; uim eius neq; audaciam hominis eſſe opinantes. At ille per medios ruens, quos alios aliò diſiecerat, ipſos quos occupaſſet interficiebat: eaq; facie nihil Cæſari admirabilius, aut alijs horribilius uiſum eſt.Verũ & ipſum profecto fata perſequebant, quæ ab homine uitari nõ poſſunt. Calceos nãq; habens, creberrimis atq; acutis clauis, ut cæteri ſolẽt milites,fixos,dũ ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo curreret, labitur:magnoq; cum armorũ ſono deiectus, in tergũ fugientes reduxit. Et Romanorum

rum quidē clamor ex Antonia ſublatus eſt, ſaluti eius metuentiū: Iudæi uero multi ſimul gladijs & haſtis undiq; feriebāt. Ille aūt multā quidē ferri uim ſcu to excipiebat: ſæpe aūt conatus erigere ſe, percutientiū multitudine reuolutus eſt, & iacens tamen gladio multos perculit. nec enim cito peremptus eſt, quādo galea & thorace ōmnia mēbra neci opportuna ſeptus erat. nanq; diu ceruicē cōtraxerat, donec cōciſis alijs eius mēbris remiſit uires, cum ei nemo auderet ſuccurrere. Nimius aūt dolor Cæſarem tenuit, ubi tantæ fortitudinis uirum in cōſpectu tantæ multitudinis uidit occidi: & quod locus ſe quidē in tercludebat auxiliū ferre cupientē: alios aūt: ne poſſent, metus impediebat. Iulianus igitur diu cū morte luctatus, cū non paucos interfectorū ſuorū ſauciōs reliquiſſet, ægre peremptus eſt: magna ſui gloria, non apud Romanos tantum & Cæſarē, uerū apud hoſtes quoq; relicta, Iudæi uero etiā mortui rapto corpore, Romanos in fugā uerſos, in Antoniā concluſere. Fortiter aūt in eo prælio decertauere, Alexas quidē & Gyphthæus, ex agmine Ioānis: ex parte uero Simōis, Malachias, & Mertonis filius Iudas, & Soſæ filius Iacobus, dux Idumæorum: Zelotæ uero fratres duo filij Iairi Simon & Iudas.

Ioſephi oratio pro deditionē Iudæorum & profugium eorum. Cap. IIII

Itus aūt militib. ſuis imperat Antoniæ fundamēta diruere, facilēq; aſcenſum cuncto exercitui præparare. Ipſe uero Ioſepho ad ſe uocato (nāq; audierat eo die qui erat menſis Iulij ſeptimus decimus, diuinā obſeruantiā, quæ entelechiſmos uocat, uirorū penuria defuiſſe, eaq; re populū nimis dolere) iterū dici Ioāni præcepit quæ ante mādauerat: quod etiam ſi quis eū pugnandi ſæuus amor teneret, cū qua placeret ei multitudine, ad bellū progredi liceret: dum modo nō unà ſecum & ciuitas interiret ſimul & tēplum: ſanctū tamē locū uiolare deſineret, néue in deum nefas admitteret. Poteſtatē aūt haberet ſi uellet, ſacra intermiſſa celebrare p Iudæos quos ipſe delegiſſet. Itaq; Ioſephus, ne ſoli Ioāni hęc intimarent, ſed etiā pluribus, unde exaudiri poſſet conſtitit, & mandata Cæſaris Hebraico ſermone diſſeruit. Multū aūt eos quo patriæ parcerēt precabatur, ignēq; depellerēt iam templo contiguum, deoq; uota redderent conſueta. His dictis populus triſtitia ſimul & ſilentio tenebat. Multis aūt cōuicijs tyrānus Ioſepho cū execrationib. lacerato, poſtremo addidit, nunquā ſibi excidiū eſſe metuendū, qm̄ dei ciuitas eſſet. Atq; cū exclamatione: ſanè uero, inquit Ioſephus, eam purā deo conſeruaſti, inuiolataq; ſancta manſere: nec in eum cuius ſperas auxiliū, quicquā impium deliquiſti: ſed ſolēnia ſacra conſequit. Et ſi quidē tibi quiſquā quotidianum auferat cibum, impiū eum hoſtem putabis: deū uero, quem perpetua religione priuaueris, belli auxilio ſperas futurū? Et Romanis peccata imputas? qui noſtras leges etiā nunc tuent: & quæ ipſe intercidiſti ſacra, deo reddi cōpellunt. Quis nō inopinatæ mutationis cauſam gemat, ac defleat ciuitatē? cum alieni quidē, hoſtesq; impietatē tuā corrigant: tu uero Iudęus, & inter leges educatus, illis quoq; in has ſæuior inueniaris. Atqui Ioannes etiā pœnitere malorū, non eſt turpe in rebus extremis, bonūq; tibi exemplum patriā ſeruare cupienti propoſitum eſt, Iechonias rex Iudæorum: qui quondam Babylonijs bellum ſibi inferentibus, ſponte ciuitate priuſquam caperetur exceſſit, & cum cognatione ſua uoluntariam captiuitatem ſuſtinuit, ne hæc ſancta

hoſtibus

hoſtibus proderet,deiq; domũ uideret exuri.Ob hoc ſacra Iudæorũ cõmemoratione laudatur:eumq; memoria tranſmiſſa per ſecula ſemper noua immortalem poſteris tradidit.Bonũ ó Ioannes exemplar,& ſi periculũ præſto ſit:ego aũt ueniam quoq; tibi à Romanis ſpondeo,dum memineris, ꝙ gentilis moneam,& Iudæis iſta promittam,ſpectariq; oporteat,quis ſit author, & unde cõſilium.Abſit enim unquam me ita captiuum uiuere,ut genus aut leges patrias obliuiſcar.Rurſum indignaris & clamas,mihiq; maledicis. Etiam acerbiora mereor,qui hæc aduerſus fata ſuadeo, deiq; ſententia condemnatos ſeruare contendo. Quis ignorat ſcripta ueterum prophetarum, & reſponſum impendens miſerrimæ ciuitati?Iam tunc enim eius excidiũ prædixere, cum quis homicidium gentile cœpiſſet. Veſtrorum aũt cadauerum non ciuitas tantũ,ſed etiam templum omne repletum eſt. Deus planè, deus ipſe cum Romanis ignem ſibi luſtrationis infert,totq; ſcelerum plenam exurit ciuitatem.Hæc Ioſepho cum fletu & lacrymis proſequente, uox eius ſingultibus interrupta eſt. Et Romani quidem miſerati dolorẽ,admirati ſunt. Ioannes aũt eiusq; ſocij magis contra Romanos irritabant, illum quoq; capere cupientes.Nobilium tamen plurimos cõmouit eius oratio. Et nõnulli quidem ſeditioſorũ cuſtodias formidantes,locis ſuis manebãt, iamdudum certi de ſuo pariter & ciuitatis exitio.Fuerunt autem, qui capto diſceſsionis tempore,ad Romanos cõfugêre: in quibus erant pontifices Ioſephus & Ieſus.Filij uerò pontificum,tres quidem Iſmaelis, cui apud Cyrenen fuerat caput abſciſum,& Matthiæ quatuor:alterius uerò Matthiæ unus,qui poſt interitum patris aufugerat,quem Simon Gioræ cum tribus filijs, ut ſuprà dictũ eſt,interemit.Multi autẽ nobiles cum pontificibus defecere: eosq; imperator cùm per alia humane ſuſcepit,tum ſciens in alienigenis morib.illis uerſari moleſtũ eſſe,in Gophnam dimiſit,ut ibi manerẽt interim, multas etiam pollicitus poſſeſsiones cuiq; peracto bello ſe redditurum.Illi quidem in deſtinatum municipium læti cum omni cautione diſcedunt.His autem in ciuitate non uiſis,rumor ſeditioſis iterum diffamatus eſt, ꝙ Romani transfugas occidiſſent,ut hoc metu uidelicet à fuga reliquos deterrerent. Et pauliſper quidem hæc calliditas eorũ,ſicut antea,ualuit, timor aũt profugere cupientes inhibuit.Rurſus autẽ poſtquam eos Titus reuocatos à Gophna cum Ioſepho murum circumire,& populo conſpici iuſsit,multi ad Romanos fugiebant.In unum uerò congregati,& ante Romanos ſtantes,cum lacrymis atq; ululatu ſeditioſos rogabant,primo quidẽ ut in ciuitatẽ Romanos ſuſciperẽt, patriamq; ſeruarent.ſi hoc diſpliceret,ſaltem de fano exirent,templumq; ſibi liberarent.Nec enim auſuros ſine maxima neceſsitate Romanos ignẽ ſanctis immittere. His illi magis aduerſabant, multaq; in transfugas uociferati conuitia,ſupra ſacras portas iacula & baliſtas & ſaxorũ diſpoſuere tormenta, ut omne quidem circum fanum ſpacium multitudine mortuorum ſepulchro,templum uero ipſum caſtello ſimile uideretẽ.In loca uerò ſancta & inacceſſa,cum armis adhuc & manibus gentili cæde calentibus inſiliebant: & ad hanc proceſſere legis iniuriam,ut quam Iudæos indignationem oporteret exercere ſi hæc Romani admitterent:ea tunc in Iudæos propria ſacra temerãtes,uterentẽ Romani milites.Nemo ſanè fuit eorũ, qui nõ cum honore

templũ aſpiceret,atq; adoraret:latronesq; optaret,anteq̃ immedicabile malum contingeret,pœnitere. Titus aũt dolens uicem eorũ, iterum Ioannem eiusq; ſocios increpabat,dicens: Nónne uos, ó ſceleratiſsimi,cancello ſanctum locum protexiſtis? Nónne literis Græcis ac noſtris inciſas tabulas conſtituiſtis,quibus ne ſepta cuiquã tranſgredi liceret edicitur? Nónne eos qui tranſiſſent, quamuis Romanus quis eſſet, uobis necare permiſimus? Quid igit̃ in eo etiam mortuos conculcaſtis,ô nocentiſsimi? Aut cur templũ & externi & gentilis ſanguinis confuſione polluiſtis? Teſtor ego patrios deos,et ſi quis unquam hunc locum antè aſpexit(nunc enim neminẽ credo)itemq; teſtor & exercitũ meũ & Iudæos qui apud me ſunt, & uoſipſos, q̃ non ego uos uiolare hæc cõpellam: quin & ſi locum acies ueſtra mutauerit,neq; accedet ad ſancta quiſpiam Romanorũ,neq; quicq̃ in eorum contumeliã faciet. ſeruabo autem uobis etiam templum nolentibus.

De iterata pugna,exſtructis aggeribus,& excurſionibus Iudæorum. Cap. V

HAec Ioſepho internũciante principis dicta,latrones ac tyranni exiſtimantes non beneuolentia, ſed timiditate hos ſermones fieri, in ſuperbiam tollebant̃. Titus aũt,qui neq; ſeipſos miſerari eos, neq; templo parcere proſpiciebat,rurſus bellum gerere decreuit. Sed uniuerſum quidem his militem,quòd locus eum non caperet,inferre non poterat. Tricenis autem de ſingulis centurijs uiris fortiſsimis lectis, etiã chiliarchis ſingulis millenos attribuit:hisq; duce præpoſito Cereali,hora noctis nona iubet in cuſtodias impetum fieri. Cum autem ipſe quoq; in armis eſſet,unáque deſcendere ſtatuiſſet, amici eum propter periculi magnitudinem ducumq; dicta continuerunt. plus enim operis eum in Antonia præſidẽtem militum certamini facturum eſſe dixerunt,quàm ſi periculum ſubiſſet: omnes enim fore ſub oculis imperatoris optimos bellatores. His dictis paruit. Deinde ob hoc ſolum ſe manere locutus ad milites, ut de eorũ uirtute iudicaret: ne aut fortis quiſquam indonatus abiret,aut contra impunitus ignauus lateret, ſed omniũ ſpectator ac teſtis fieret ipſe, qui & ulciſcẽdi & remunerãdi eſſet dominus:illos quidem ad aciem hora qua ſuprà memoratũ eſt,dimiſit. Progreſſus autem ad ſpeculam in Antonia quid fieret exſpectabat. Verùm hi q̃ miſsi fuerant,nõ ita,ut ſperabant,ſomno oppreſſos inuenere cuſtodes: ſed coortis cum clamore, confeſtim manus conſeruere, excubitorũ autem tumultu exciti cęteri cateruatim excurrẽre. Itaq; primorum quidem impetum excipiebant Romani:qui aũt illos ſequerent̃,in agmen proprium incidebãt, multisq; ſuorum uelut hoſtibus utebant̃. Vocis namq; agnitionem cõfuſus partium clamor,oculorũ autem ſingulis nox ademerat:cum prętera quoſdam furor cæcos,alios iracundia,alios timor efficeret:idcirco obuiũ quẽq; ſine diſcretione feriebant. Romanis quidem ſcutorum coniunctione ſeptis, & per globos proſiliẽtibus,ignoratio minus nocebat: ſigni enim ſui quiſq; meminerat. Iudæi uerò diſiecti, tam impetus quàm receſſus temere faciẽtes, ſæpe imaginem inter ſe hoſtium alijs alij demonſtrabant: cum reuertentem ſuum quiſq; per tenebras,quaſi Romanum aggrediẽtem exciperet. Deniq; plures à ſuis quàm ab hoſtibus ſauciati ſunt,donec orto die,uiſu iam pugna diſcerneretur: & in acie ſtantes ordine,ſagittis atque telis uterentur. Neutri

uero

uero cedebant,neq; labore fatigabant̃.Sed Romani quidem & ſigillatim,& multi ſimul in cõſpectu imperatoris de uirtute certabant: illumq; diem ſibi quiſq; promotionis initium fore putabat, ſi fortiter dimicaſſet. Iudæis autẽ & proprium cuiuſq; periculum, & ꝙ templo metuerent,miniſtrabat audaciam:quod tyrannus ſtans hos rogaret,alios uerberaret, & ad pugnandum interminationibus incitaret. Cominus aũt plerunq; pugnatũ eſt, ſed cito & breui momento prælia mutabant̃.neutra enim pars prolixum fugę ſpacium uel perſecutionis habebat.Pro ſuorum aũt cuẽtu ex Antonia tumultus erat, & confidere ſuperantibus, & ſtare ſi fugerent,acclamantium: eratq; ueluti quoddam belli theatrum.nec enim uel Titum uel alios,qui unà erant quicq̃ eorum quę in pugna gerebãtur latebat. Poſtremo nona hora noctis cœpto prælio, quinta diei diſſoluti ſunt, cum neutri eo loco unde pugnam iniere certa fuga ceſſiſſent,uerùm mediam in ancipiti prælio uictoriã reliquiſſent. Romanorum quidem plurimi nobiliter decertarunt. Iudæorũ uero partis quidem Simonis,Iudas Mertonis filius,& Simon Ioſiæ:Idumæiq; Iacobus, & Simon, hic Cathlæ filius, Iacobus aũt Soſæ: de Ioannis aũt ſocijs Gyphthæus & Alexas:& de Zelotis,Simon filius Iairi. At Romanorũ reliqua manus,die ſeptimo ſubuerſis Antoniæ fundamentis,latam uiam uſque ad templum fecit.admotæq; muro legiones, mox aggeres inchoabant: unum contra interioris templi angulum,qui ad ſeptentrionem orientemq; ſpectabat: alterum contra exedram,ad aquilonis partem inter duas portas ædificatam. aliorum duorũ unum contra porticum occidentalem templi exterioris,alterum contra ſeptentrionalẽ.Magno tamen opus cum labore ac miſerijs proficiebat,cum materias à centeſimo uſq; ſtadio deportarẽt. Interdum autem inſidijs lædebant̃,cum ipſi quidẽ uincendi facultate minime cauerẽt,Iudęis uero propter deſperationẽ ſalutis audacioribus uterent̃.Nonnulli eñ equitum,quoties ad ligna ſiue fœnũ colligendũ exiſſent, interea dum id facerẽt, equos ſuos frenis exutos paſci ſinebant: quos Iudæi per cuneos erumpentes rapiebant.Itaq; cum id crebro fieret Cæſar exiſtimans, quod erat uerũ, negligentia ſuorum magis q̃ Iudæorũ uirtute rapinas contingere,triſti animad uerſione cęteros ad equorum cuſtodiam reuocare ſtatuit:unoq; milite qui equum perdiderat morte damnato, eo metu equos ſuos cæteris cõſeruauit. Nunquam enim eos poſthac in paſcua dimittebant,ſed tanq̃ natura his connexi ad neceſsitatẽ egrediebant̃.Illi quidẽ templum oppugnabant,aggereſq; erigebant.Altera uero die poſt eorũ aſcenſum, multi ſeditioſorũ,quos rapinæ defecerant & fames urgebat,congregati,in præſidia Romanorum, quæ Eleôn montem uerſus collocata erant,circa undecimam diei horam impetum faciunt.ſperabant enim primo quidem inopinatos,deinde curandi corporis cauſa quieſcẽtes,facile decipi poſſe. Verùm cognito illorum conatu, Romani de proprijs cuſtodijs celeriter collecti obſtabãt eis, murũ tranſcendere ac perrumpere uiolenter ambitũ conatis. Conflato aũt uehemẽti prælio,& alia multa ab utraq; parte fortiter geſta ſunt:cum Romani præter fortitudinem etiam bellandi peritia,Iudęi uerò immoderato impetu & effrenatis animis uterent̃.Dux aũt his pudor erat,illis neceſsitas.nam & amittere Iu

dæos,ueluti laqueis irretitos,Romanis turpiſsimum uidebatur:et illi unam ſpem ſalutis,ſi murum ui perrumpere poſſent,habebant.& quidam ex ala equitum,Pedanius nomine,Iudæis in fugam uerſis,atq; in uallem coactis equo in aduerſum montem à latere incitato præterūectus, rapit unum ex hoſtibus fugàm petentem,iuuenem et grauem corpore,& armis undiq; ſeptū, talo comprehenſum. Tantum ſe inclinauit equo currēte, tantamq; dexteræ uim itemq; cæteri corporis, & equeſtris peritiæ demonſtrauit. Iſte quidem tanquã munus aliquod rapuiſſet,captiuum ferens, ad Cæſarem uenit. Titus autem uires eius qui ceperat admiratus,& captiuo, quia murū aggredi tentauerat ſupplicio tradito,ipſe templi oppugnationem curabat, utq; aggeres mature fierent perurgebat.Inter quæ Iudæi aduerſis prælijs male tractati,tumeſcente paulatim bello & in templi ſerpēte perniciem, ſicut in putrefacto corpore aſſolet,membra peſte occupata, præuenientes ne ulterius procederet,abſcindebant.Porticus enim parte,quæ ab Aquilone in orientem pertinens Antoniæ iungebat,incenſa,deinde ad xx ferè cubitos abrupere, immiſſo ſanctis incendio manibus ſuis.Biduo aūt poſt,prædicti menſis uiceſimo & quarto die,Romani porticum inflammauere:& uſq; ad quartumdecimum cubitum igne progreſſo,Iudæi ſimiliter culmen abijciunt, neq; omnino recedentes ab operibus,& Antoniæ continentiæ dirimētes,cum liceret eis ac deberent incendium prohibere. Itaque immiſſo igne,curſum eius otioſe pro ſua utilitate metiebantur. Circa templum autem nunq̃ prælia ceſſauere:ſed frequens erat paulatim contra ſe excurrentium pugna. Iiſdem autem diebus,quidam ex Iudæis,uir & corpore breuis, & uultu deſpicabilis, tamq; genere q̃ rebus alijs uiliſsimus,Ionathas nomine,progreſſus ad Ioannis pontificis monumentum, cum alia multa ſuperbe ad Romanos prolocutus eſt, tum quem fortiſsimum haberent ad ſingulare prælium prouocauit. At qui contrà ſtetere, multi quidem dedignabantur:erant aūt inter eos (ut aſſolet) etiam qui timerent: quoſdam uero non inconſulta mouebat ratio, cum mortis cupido non debere confligere.Nam qui de ſalute deſperaſſent, eos neq; cautos impetus habere,neq; deum uereri: & cum his in diſcrimen uenire,quos neq; uincere magnum ſit,& uinci cum dehoneſtamento periculoſum,non fortitudinis ſed ferocitatis uideri.Quum autē diu nemo procederet, multaq; Iudæus eorum timiditati illuderet, homo arrogans & ſuperbus,Romanus ex ala equitum nomine Pudens, inſolentiam eius exoſus, fortaſſe autem etiam corporis breuitate ſublatus,inconſulte proſilijt:& cæteris cōmiſſa cum eo pugna riſum præbuit,à fortuna proditus. Lapſum em Ionathas interfecit:deinde pede ſupra mortuum poſito, læua ſcutum, dextraq; cruentum gladium coruſcabat:armisq; cum fremitu concuſsis,exercitui & iacenti inſultans, ſpectantes Romanos increpabat: donec eum tripudiantem & uana iactantem,Priſcus centurio ſagitta transfixit:eoq; facto,& Iudæorum & Romanorum clamor uarius excitatus eſt.Ille autem dolore in uertiginem tortus,ſupra corpus hoſtis incubuit: belliq; felicitatem ratione carentem quàm uelox ultio ſequeretur oſtendit.

Romani

Romani flammis pereunt dolo Iudaico,& de Artorio quodam. Cap. VI

SEditioſi uero templum tenentes aperte quidem & quotidie militibus in aggeribus poſitis repugnabãt. Viceſimo autem ſeptimo die prædicti menſis,huiuſmodi dolum excogitant. Occidentalis porticus ſpacium,quod inter culmen & trabes erat uacuũ, ſyluis aridis, itemq́; ſulfure ac bitumine repleuere. Deinde uelut oppreſsi cedebant. Quare multi quidem temerarij fugientibus inſtabant,& in porticum aſcendere poſitis ſcalis nitebantur. qui uero prudentiores erant, nullam fugæ cauſam Iudæis fuiſſe cogitantes,locis ſuis manebant. Verùm porticu repleta his qui aſcenderant,ignem immittunt Iudæi. excitataq́; undiq; ſubito flamma Romanos & qui extra periculũ ſteterunt ingens ſtupor inuaſit, & deſperatio quos incendiũ ceperat occupauit. flammis enim cincti ſemetipſos retrorſum in op pidum,alij uero in hoſtes præcipitabant: multi ſpe ſalutis deſilientes in puteos,ilico debilitabãtur:alios, dum conantur, præueniebat incendium: alij ferro flammam anteuertebant. ſtatim uero & alios fugientes ignis comprehendebat,plurimũ peruagatus. Cæſarem uero licet morientibus indignaretur, q̃ iniuſsi porticum aſcenderant,miſericordia tamẽ eorum tetigit. Cũq́; nemo prohibere poſſet incendium,hoc erat tamen ſolatio pereuntibus, q̃a uidebant eius doſorem,pro quo ipſi animam perderent. Vociferans enim, & ante alios proſiliens, & comites ſuos q̃ poſſent auxilium ferre obſecrans, cernebaẽ. Eiusq́; uoces & affectiones quiſq;,uelut aliquam præclariſsimam ſepulturam,ſecũ auferens moriebaẽ. Nonnulli tamen recepti in partem porticus latiorem,flammarũ quidem periculũ euaſere. obſeſsi autem à Iudæis, cum diu ſaucij reſtitiſſent,poſtremo uniuerſi cecidere. Poſt omnes aũt quidam iuuenis,nomine Longus,toti huic ornamẽto fuit calamitati: & quamuis ſigillatim digni ſint memoria qui periere,omnium tamẽ fortiſsimus demonſtratus. Quem Iudæi quidẽ,& quia fortis erat,& quia interficere eũ cupiebant,ad ſe deſcendere promiſſa fide hortabanẽ. Frater uero eius Cornelius,qui ex altera parte ſtabat,ne gloriam ſuam Romanamq́; militiam dehoneſtaret orabat: cui magis obtemperauit,ſublatoq́; altius gladio,ut ab utriſq; partibus cerneretur,ſemetipſum occidit. Eorum aũt quos ignis obſederat, Artorius quidam,callĩditate ſeruatus eſt. Appellato enim clara uoce Lucio quodam,cõmilitone & contubernali ſuo:hæredem te,inquit, relinquo totius patrimonij mei,ſi me exceperis. Cum aũt ille prompto animo accurriſſet,ipſe quidem qui ſe in eum proiecerat,uixit: Lucius uero põdere oppreſſus,conſtratoq́; lapidibus ſolo alliſus,continuo moriẽ. Ea calamitas pauliſp quidem Romanis triſtitiam comparauit,in poſterum tamen cautiores effecit,& aduerſus Iudæorũ inſidias iuuit, quibus plerunq; loca moresq́; homi num neſcientes lædebanẽ. Exuſta eſt uero porticus ad turrim uſq; Ioannis, quam ille belli tempore quod cum Simone gerebat,ſupra poſtes qui in Xyſtum ducerent ædificauerat. reliquum uero Iudæi,poſtquam cõſumpti fuerant qui aſcenderant,abſciderunt. Poſtero aũt die Romani quoq;, porticũ quæ in Boreæ parte fuit,ad orientalem uſq; totam incendunt: continentem angulos eius,quæ appellatur Cedronos,ſuper uallem ædificata: unde etiam profunda erat & horribilis eius altitudo.

De fame Iudæorum. Cap. VII

CIrca templum quidem ita ſe res habebant. Eorũ uero qui per ciuitatem fame corrumpebantur, infinita multitudo moriebatur. Inenarrabiles aũt clades eueniebant. Per ſingulas namq; domos ſi cubi aliqua ueſtigia cibi apparuiſſent, bellũ ilico gerebat̃: & amiciſsimi inter ſe ad manus ueniebant, miſeris diripiẽtes animis uiaticũ. Fides aũt penuriæ nec morientibus habebatur: ſed etiam quos uiderent exſpirare, ſcrutabantur latrones: ne quem fortè cibum ſinu occultans quiſpiam, moreretur. Ipſos aũt ſpes egeſtate uictus hiantes, ueluti canes rabidos decipiebat: & impingentes in oſtia, tanq̃ ebrij ferebant̃, eaſdemq́; domos bis aut ter eodem momento deſperatione inquietabant: omniaq́; dentibus neceſsitas ſubigebat: & ea colligentes quæ nullum, quamuis ſordidiſsimum mutorum animalium, nõ horreret, comedere patiebant̃. Deniq; nec cingulis nec calciamentis abſtinuere, coriaq́; ſcutis detracta mandebãt. Quin etiam fœni ueteris laceramenta uictui habebantur: cuius nõnulli exiguum põdus quatuor Atticis uenundabant. Et quid opus eſt famis improbitatem ex rebus anima carentibus demonſtrare? Factum enim relaturus ſum, neq; apud Græcos, neq; apud Barbaros cognitum, & dictu quidem horrendum, auditu uero incredibile. Itaq; libenter hanc calamitatẽ intermitterem, ne mentiri me poſteri æſtimarẽt, niſi teſtes multos haberem, & fortaſſe patriæ frigidam referrem gratiam, parcius ea differens, quorũ fata perpeſſa eſt.

De muliere quæ per famem filium coxerat. Cap. VIII

MVlier quædam ex numero trans Iordanem habitantium incolarum, Maria nomine, Eleazari filia de uico Vetezobra, quod ſignificat domus hyſſopi, genere ac diuitijs nobilis, cum alia multitudine refugiens in Hieroſolymam recepta, cum cæteris obſidebatur. Huius alia quidem bona tyranni diripuerunt, quæ ex tranſamnanis locis in oppidũ comportauerat. Reliquias uero conditorũ, & ſi alimẽta reperiſſent, irrumpentes domum eius ſatellites, quotidie auferebant. Grauiter aũt mulier indignabatur: propterea q́; ſæpiſsime raptoribus maledicens, & imprecans, eos contra ſe uehementius iritabat: cum neq; iratus, neq; miſerans, eam quiſquã uellet interficere. Sed uictũ quidẽ parando alijs parabat: undiq; aũt adempta iam erat ei etiam rapiẽdi facultas, famesq́; uiſceribus & medullis irrepſerat. Plus uero quàm fames iracundia ſuccendebat. Igitur ui animi ac neceſsitate impulſa, rebus aduerſis contra naturam excitat̃: raptoq́; filio, quem lactentem habebat, miſerum te, ait, infans, in bello & fame & ſeditione cui te ſeruauero? Apud Romanos etiã ſi uixeris, ſeruiturus es: fames aũt præuenit ſeruitutẽ: his uero ſeditioſi ſæuiores ſunt. Eſto igit̃ mihi cibus, & ſeditioſis furia, & humanæ uitæ fabula, quæ ſola deeſt calamitatib. Iudæorum. Et hoc ſimul dicens, occidit filium, coctumq́; medium comedit. adopertum uero reliquum ſeruauit. Ecce autem aderant ſeditioſi, & cõtaminatiſsimi nidoris odore capti, mortem ei ſtatim, niſi quod paraſſet, oſtẽderet, minabant̃. Illa uero bonam partem ſe reſeruaſſe reſpondens, aperit filij reliquias. Illos aũt confeſtim horror cepit atq; demẽtia, uiſuq́; ipſo diriguerũt. At mulier: & hic, inquit, eſt uere filius & facinus meum. comedite: nam &

ego

ego comedi. Nolo ut ſitis aut fœmina molliores, aut matre miſericordiores. Quòd ſi uos pietatem colitis, & mea ſacrificia repudiatis, ego quidem comedi. Reliquum eius me manebit. Poſt hoc illi quidē trementes exierūt, ad hoc ſolum timidi, uixq; hoc cibi matri ceſſere. Mox aūt repleta eſt eo ſcelere tota ciuitas: & unuſquiſq; ante oculos ſibi cladem illam proponens, tanquā hoc ipſe admiſiſſet, horrebat. Ab omnibus aūt quos fames urgebat, properabaē ad mortem: & beati appellabantur, qui priuſquā id paterentē interijſſent. Cito aūt Romanis etiam nunciata eſt illa calamitas: eorumq; alij non credebāt, alij miſerabantē, multos aūt uehementius eius gentis odium cœpit. Cæſar autem ſuper hoc deum placabat: ſiquidem Iudæis pacem obtuliſſet, eisq; liberam propoſuiſſet omnium obliuionem quæ cōmiſerant. Illos aūt pro concordia ſeditionem, bellū pro pace, pro ſatietate atq; opulentia famē optaſſe: & qui proprijs manibus templum, quod ipſe eis ſeruaſſet, incendere cœperant, huiuſmodi alimentis eos eſſe digniſsimos. Veruntamē ſcelus huius nefandi uictus, ruina ſeſe patriæ operturū: neq; relicturū in orbe terræ, ut ſol inſpiciat ciuitatem, in qua matres ſic ueſcerentur. Ante matres aūt patribus huiuſmodi alimenta deberi: qui nec poſt eiuſmodi clades arma deponerēt. Simul hæc dicens, deſperationem hoſtium reputabat, nec eos ſanam mentē recepturos exiſtimabat, qui cuncta iam pertuliſſent, quibus anteq̄ paterent, mutare ſententiam ſperabantur.

De expugnatione muri, & incendio templi. Cap. IX

OCtauo autem die menſis Auguſti, cum duæ legiones aggeres perfeciſſent, ad exedram occidentalem templi exterioris admoueri arietes iuſsit: cū diebus antè ſex, qui firmiſsimus erat aries, parietē ſine intermiſsione pulſando, nihil omnino profeciſſet. Verùm & huius & cæterorum magnitudinem ſtructura lapidum ſuperabat. Septentrionalis autem portæ alij fundamenta ſuffodiebant: multumq; fatigati, exteriores tantum lapides euellere potuere, ab interioribus autē portæ ſuſtinebantur. tamq; diu manſere, donec inſtrumentorū & uectium conatibus deſperatis, Romani ſcalas porticibus applicuere. Iudæi uero præuenti, ne eas ſubire prohiberēt, cum his congreſsi dimicabant. Et alios quidem retro depellentes præcipitabant, accedentes alios ſubſidio trucidabant. multos de ſcalis egredientes, prius quàm ſe ſcutis obtegerent, ferientes gladijs præueniebant, nonnullas aūt ſcalas armatorum plenas, in latus declinantes, deijciebant. Vnde Romanorum quoq; non parua cædes ſequebatur. Alij ſignis ablatis pro his decertabant, rapinam eorū grauiſsimæ fore turpitudini ducentes. Poſtremo tamen Iudæi & ſignis potiuntur: & eos qui unà aſcenderant interficiunt, cæteri uero clade intereuntium perterriti deſcendūt. Romanorum quidem nemo non aliquo facto opere procubuit. Seditioſorū autem, qui priorib. prælijs etiam tunc fortiter pugnauerunt, & præterea Eleazarus fratris Simonis tyranni filius. Titus autem cum uideret ſe alieno templo cum damno & nece militum parcere, ignem portis ſubijci iuſsit. Inter hęc aūt ad eum profugi ueniūt, Ananus Ammauntinus, Simonis ſatelles crudeliſsimus, & Archelaus filius Magadati, idcirco ſperātes ueniā, q̄ Iudæos uictores reliquerāt. Titus aūt, cū hanc eorū in Iudæos crudelitatē audiuit, utrūq; obtrūcare decreuit.

Dicebat enim neceſsitate,nõ uoluntate ueniſſe:nec ſalute dignos eſſe,incen ſam ipſorum cauſa patriam deſerentes. Veruntamen cohibuit iracundiam fides,eosq; dimiſit:ſed non eo loco habendos,quos etiã alios credidit.Iam uero portis milites ignẽ admouerant, liquefactoq; argento cito lignũ flammæ abſumpſerant,cum ſubito auctæ proximas inde porticus corripuere.Iudæis uero ignem circũ ſe uidentibus,corpora ſimul animiq; ceciderunt: & ſtupore attoniti,adiuuare quidem uel extinguere nemo conatus eſt: ſtantes uero aſpiciebant,nec tamen his quæ abſumerẽtur dolentes, ſaltem ut quod reliquum eſſet ſaluum haberent,animũ colligebant.Illo quidem die,& quæ ſecutá eſt nocte,creſcebat incendium: paulatim enim nec ſimul undiq; inflammari porticus potuerunt. poſtero autem die Titus parte militum iuſſa incendium reſtinguere,perq; proxima portis loca uiam ſternere,ut facilior agminibus eſſet aſcenſus, rectores ad ſe conuocat: ſexq; collectis qui erant proceres,Tiberio Alexãdro totius militiæ præfecto,& Sexto Cereali quintæ legionis præpoſito,& Largio Lepido decimæ, & Tito Frigio quintædecimæ,cum quibus erat etiam Aeternius Fronto magiſter duarum Alexandrinarum legionum,& Marcus Antonius Iulianus procurator Iudææ, congregatisq; præterea chiliarchis & procuratoribus, conſiliũ de templo propoſuit. Alijs quidem uidebatur lege belli utendum eſſe: nunquam enim Iudæos à nouis rebus poſſe deſinere templo manente, quò omnes ubicunq; eſſent colligerent.Nõnulli ſi templum reliquiſſent Iudęi,neq; armis pro eo quiſquam certaret,conſeruandum eſſe ſuadebãt:ſi uero id pugna obtinuiſſent,ignibus conſumendum:quoniam caſtellum iam uideret eſſe non templum:& piaculum non ipſe,uerùm illi qui id fieri coegere,cõmitterent. Tito autem,nec ſi ſuper ſtantes dimicarent Iudęi,pro hominibus anima carentia ulciſcendum eſſe dicente, neq; ſe unquam tantũ opus incenſurum: iam enim Romanorum fore hoc damnum,ſicut ornamentum quoq; fore imperij,ſi maneret:iam certi quid uellet,ad eius accedunt ſententiã,Fronto,Alexander & Cerealis.Tunc quidem conſilium dimiſit:iuſsisq; militibus quieſcere,itemq; ducibus ut his in procinctu ualidioribus uteretur,uiam ſternere per ruinas lectis ex cohortibus imperat,ignemq; reſtinguere.Illo quidem die Iudæos labor timorq; ab impetu continuit.Poſtero autem collectis uiribus,& recepta fiducia, per orientalem portam contra templi exterioris cuſtodes,ſecunda hora diei procurrunt.Illi autem primam quidem coitionem fortiter excepere:ſeptiq; ſcutis,à fronte murum cõdenſa acie imitantur: certum tamen erat eos non diu duraturos, ꝙ & multitudine infeſtantiũ & animis uincerentur.Cæſar aũt priuſquã uerteret acies (nam pugnam ex Antonia proſpectabat)cum equitibus lectis uenit auxilio, impetum uero eius nõ ſuſtinuere Iudæi:ſed primis interfectis,pleriq; fugam petunt:& cedentibus quidem Romanis,reuertentes inſtabant:cum aũt illi retorſiſſent,iterũ refugiebant:donec circa horam quintã, Iudæi uí coacti templũ introire cõcluſi ſunt.Titus aũt diſceſsit in Antoniam,decreto poſtridie mane cum omni exercitu aggredi, templumq; oppugnare. Sed id planè dei ſententia iamdudũ igne damnauerat:euolutisq; tẽporib.aderat fatalis dies, q erat decimus menſis Auguſti,quo etiã prius à rege Babyloniorũ fuerat cõcrematũ.A domeſti

cis

cis autem cauſam principiumq; ſumpſit id incendium. Nam cum pauliſper Titi diſceſſu ſeditioſi quieuiſſent, Romanos rurſus aggrediunt, cuſtodũq; templi cum ignem exterioris fani reſtinguentibus pugna cõmittitur. Hiq́ue Iudæis in fugam uerſis, uſq; ad templum acceſſerunt.

Quemadmodum templum incenſum eſt inuito Tito. Cap. X

Ilc itaq; tunc militum quidam, non expectato cuiuſquam edicto, neq; tantum facinus ueritus, ſed diuino quodam motus impetu, à contubernali ſuo ſuſtollitur, & ex ardente materia raptum ignẽ in feneſtram inſerit auream, unde ad membra circum templum ædificata de ſeptẽtrionali regione aditus erat. Flamma uero excitata, Iudęorum quidem calamitate dignus clamor exoritur, & ad ſubueniendum properabãt: neq; iam uitæ parcendum rati, neq; uiribus temperandum, amiſſo eo cuius gratia cautiſsimi uidebantur: mature autem hoc Tito quidam nunciat. Et ille (namq; caſu in tabernaculo quieſcebat ſicut à pręlio redierat) exilit, templumq́; curriculo petit, prohibiturus incendium: omneſq́; poſt eum duces, & hos agmina perterrita ſequebantur. Clamor autẽ ac tumultus erat tanto exercitu ſine ordine concitato. Cæſar autẽ uoce ſimul ac dextera pugnantibus ſigno dato, ignem iubebat extingui. Sed neq; uox eius audiebatur, quòd aures eorũ maior clamor obſtrueret, nutumq́; dexteræ non attendebant, cum alios bellum, alios ira diſtraheret. Introcurrentium uero agminum impetum, nõ præcepta neq; interminationes continebant: ſed quò furor eos duceret, ſequebantur. Ad ipſos autem introitus conferti, multi quidẽ ſeſe inuicem conculcabant: multi uero ardentibus adhuc & fumantibus porticuum incidentes ruinis, eadem quæ uicti patiebantur. Cum uerò ad templum acceſsiſſent, edicta quidem Cæſaris non audire ſimulantes, præcedentem quiſq; ut ignem immitteret hortabatur: ſeditioſis autem iam ſubuenien di quidem ſpes nulla erat, ſed fuga & cædes omnia poſsidebat. Magna uero populi multitudo inualida & inermis, ubicunq; occupati fuerant, interficiebantur. Et circum aram quidem ingens mortuorum numerus congerebatur: per gradus uero templi, & ſanguis multus profluebat, & eorũ corpora qui ſuprà ceciderant delabebant. Cæſar autem ubi neq; impetum inſanientium militũ continere poterat, & flamma dominabatur, intrò cum rectoribus ingreſſus, & ſanctum templi, & quæcunq; illic erant aſpexit, ea quidem quæ apud alienigenas erat fama meliora, iactatione uero & opinione domeſtica non minora. Cum aũt flamma nondum ex ulla parte ad interiora penetraſſet: nec membra quæ circũ templum erant depaſceret, quod erat uerũ, exiſtimãs adhuc illud poſſe ſeruari, & ipſe proſiluit, militesq́; rogare ut ignẽ reſtinguerent conabatur: & Liberalem centurionem de ſtipatoribus ſuis, fuſte mulctatos qui non obediret iuſsit arcere. Illorũ autem furor belliq́; impetus quidam uehementior, Iudæorumq́ue odia, & Cęſaris reuerentiam & prohibentis metũ ſuperabant: pleroſq; autem prædarũ ſpes incitabat, ſuſpicantes intus omnia pecunia referta eſſe: quoniam fores auro factas cõſpicerent. Præterea quidam miles ex his qui intraverant, cum Cæſar ad inhibendum incendium cucurriſſet, ignem iam cardinibus portæ ſubiecerat. tumq́;

ſubito

ſubito, poſtq̃ flamma intus apparuit, & duces cũ Cæſare diſcedebant, & ſtantes extrà ſuccendere nemo prohibebat. Templũ quidem hoc modo inuito Tito exuriẽ. Sed quamuis hoc multũ quis deflendũ putet, ut opus omnium quæ audiuimus aut uidimus maxime admirabile, tam exſtructionis genere, quàm magnitudinis, itemq; munificẽtiæ in ſingulis rebus, & gloriæ quę de ſanctis habebatur, maximum tamen ex fato capiet ſolatium: quod ut animalibus, ita operibus locisq; fatũ ſit ineluctabile. Mirabitur aũt in eo etiam circumacti temporis & fidẽ. Nam & menſem, ut dictũ eſt, eumq; diem ſeruauit, quo primũ à Babylonijs templũ erat incenſum. Et à prima quidẽ ſtructione templi, quam Solomon rex inchoauerat, uſq; ad hoc excidiũ, quod euenit ſecundo anno principis Veſpaſiani, mille centũ triginta colliguntur anni, & ſeptẽ menſes, ac dies quindecim. A poſteriore uero, quã ſecũdo anno Cyri regis Aggæus fecerat, uſq; ad excidiũ quod Veſpaſiano imperante ſuſtinuit ciuitas, anni ſexcenti trigintanouẽ, & dies quadragintaquinq;.

De ſacerdotibus, gazophylacioq; & porticu. Cap. XI

VM templum autem incẽderetur, etiam quicquid in manus fortè ueniſſet rapiebatur, & cædes erat infinita deprehẽſorum. Nec actæ fuit ætatis miſeratio, aut reuerentia caſtitatis: ſed & pueri & ſenes & ſacri & profani ſimiliter interficiebantur, atq; omne genus hominũ belli calamitas perſequebatur, unaq; ſupplices cum repugnantibus necabantur: flammaq; ulterius progrediens, cum gemitu occumbentium concrepabat. Et pro altitudine quidem collis, ardẽtisq; operis magnitudine, totam quis ardere crederet ciuitatem. Illo autem clamore nihil maius aut horribilius excogitari poteſt. Nam & Romanorum legionum fremitus erat, & ſeditioſorum ferro igniq; clauſorũ clamor ingens, & populi ſurſum deprehenſi ad hoſtes fuga cum ſtupore, ac calamitatis conqueſtio: in colle autem conſtitutis, etiam multitudo oppidi conſonabat. Iam uero multi fame marcidi, in mortem penè luminibus clauſis, poſtq̃ ignem templi uidere, in queſtus interim uires clamoremq; receperunt. Reſonabat autem & trans fluuium regio, & montes circumpoſiti grauiorem ſonitum reddebãt: & tamen erant clades acerbiores tumultu. Nam collem quidem in quo templum erat exuri radicitus quis putaret, ita undiq; flamma plenum: uidebat autem ſanguis igne largior eſſe, pluresq; interfectoribus interfecti: omniſq; terra cadaueribus tegebatur, & ſupra corpora mortuorum gradientes milites curſum fugientium ſequebantur. Latrocinalis quidem multitudo, tandẽ pulſis Romanis, in exterius templum, deinde in ciuitatem inuadit: populi autem quod fuit reliquum, in exteriorem porticum confugerat. Sacerdotũ autem nonnulli, primũ uerubus, itemq; ſedibus ſuis, quæ ex plumbo factæ erant, auulſis, in Romanos pro miſſilibus utebantur: deinde cum nihil proficerent, ignisq; in eos euomeretur, in parietem ſecedẽtes octo cubitis latum ibi manebant. Duo tamen ex nobilibus, cum ad Romanos tranſeundo ſeruari poſſent, aut cõmunẽ cum cæteris durare fortunam, ſemetipſos in ignẽ iniecere, & cum templo concremati ſunt, Meirus filius Belgæ, & Ioſephus Dalæi. Romani autem, quòd fruſtra ſe circum templum ædificijs parcere iudicabant

dicabant, cum ipſum templũ arderet, omnia ſimul incendunt, & quicquid ex porticibus reliquum erat, & portas: præter unam ex parte orientali, alteram ex meridiana, quamuis eas quoq; poſtea funditus euerterint. Quinetiã arculas, quæ gazophylacia uocant, incendunt, in quibus magna uis erat pecuniæ, ac plurimum ueſtium, aliaq; bona, & (ut breuiter dicam) omnes Iudæorum congeſtæ diuitiæ, ꝙ opulẽtiſsimus quiſq; illuc totas domos exhauſerant. Venerunt autem etiam in eam quæ reſtabat unam porticum, extra templum quò confugerant ex populo mulierculæ, itemq; pueri & ꝓmiſcua multitudo, propè ad ſex hominũ millia. Sed prius q̃ de his Cæſar quicquam decerneret, uel ducibus imperaret, ira flagrantes milites incendunt porticum. Hinc contigit, ut alij quum ſe ex flamma præcipitarent morerent̃, alios ipſa corrumperet: ex tanto autem numero nemo ſeruatus eſt. His cauſa interitus quidam pſeudopropheta fuerat, qui eo die prædicauerat in ciuitate, ꝙ eos in templum deus aſcendere ſigna ſaluti accepturos iuberet. Multi enim à tyrannis tunc ſubornati prophetæ, populo denunciabant, ut exſpectarent dei auxilium, quo propterea minus profugerent̃, & eos qui ſupra timorẽ & cuſtodiam fierent, ſpes retineret. Cito aũt in aduerſis homini perſuadetur. Quòd ſi etiam malorum inſtantium liberationem polliceatur qui fallit, neceſſario qui ea patitur, ſpei totus efficitur.

De prodigijs excidium Hieroſolymæ præcedentibus & præſagijs. Cap. XII

DEniq; miſerabilis populus, illis quidem fallacibus deumq; calumniantibus, credulus erat. Certis uero prodigijs & futuram ſolitudinem prænunciantibus, neq; attendebant animo, neq; credebant: ſed uelut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animas, edicta dei diſsimulauere: modò cum ſupra ciuitatem ſidus ſtetit ſimile gladio, & per annũ perſeuerauit cometes: modò cum ante defectionẽ primiq; belli motus ad diem feſtum Azymorũ populo conueniente (octauus autem dies erat Aprilis menſis) nona hora nocturna, circum aram itemq; templum tantum lumen effulſit, ut clariſsimus dies putaretur: & hoc uſq; ad mediam permanſit horam: quod imperitis quidem bonum augurium eſſe uidebatur: ſacrorũ uero peritis, prius quàm eueniret, ſtatim dijudicatũ eſt. Eodemq; feſto die etiam bos cum ad hoſtiam duceret̃, agnum in medio fani peperit. Orientalis aũt porta interioris templi, cum eſſet ænea atq; grauiſsima, & ſub ueſperam uix à xx uiris clauderet̃, ſerisq; ferro uinctis obſeraretur, peſſulosq; altos haberet in ſaxeum limẽ demiſſos, uno perpetuo lapide fabricatum, uiſa eſt noctis hora ſexta ſponte pateſcere. His aũt curriculo per cuſtodes tẽpli magiſtratui nunciatis, aſcendit ille, uixq; eam potuit claudere. Verùm & hoc iterum ignaris quidem ſignum optimum uidebat̃. Deum nanq; bonorũ portam aperuiſſe dicebant. Prudentiores uero templi tutamen ſponte ſua diſſolutum iri cogitabant: & hoſtium donum eſſe, portas aperiri: ſolitudinemq; illo oſtento ſignari inter ſe pronunciabant. Poſt dies aũt feſtos diebus paucis, uiceſimo primo die menſis Maij uiſio quędã apparuit fidẽ excedẽs. Pro fabula aũt fortaſſe quod dicturus ſum haberetur, niſi qui uiderunt ſupereſſent, & clades dignæ præſagijs ſecutæ fuiſſent. namq; ante ſolis occaſum uiſi ſunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & ciui-

tati

tati circumfuſæ. Feſto autem die, quam pentecoſten uocant, nocte ſacerdotes intimũ templum more ſuo ad diuinas res celebrandas ingreſsi, primum quidem motũ quendamq́; ſtrepitum ſenſerunt, poſtea uero ſubitam uocem audiere, quæ diceret, Migremus hinc. Quod autẽ his horribilius fuit, Ieſus quidam, filius Anani, plebeius & ruſticus, quadriennio prius quàm bellum gereretur, in ſumma ciuitatis pace atque opulentia, cum ad feſtum diem ueniſſet, quo ategias in honorẽ dei componi in templo ab hominib. mos eſt, repentè exclamare cœpit: Vox ab oriẽte: Vox ab occidente: Vox à quatuor uentis: Vox in Hieroſolymam & templum: Vox in maritos nouos nouasq́; nuptas: Vox in omnem hunc populum. Atq; hæc interdiu noctuq́; clamitãs omnes ciuitatis uicos circuibat. Nonnulli autem uirorum inſigniũ, aduerſum omen indigne ferentes, corripiunt hominem, multisq́; uerberibus affi ciunt. Ille autem neq; pro ſe, nec ad eos qui ſe mulctabant, ſecretò quicq̃ loquutus, eadẽ quæ prius uociferans perſeuerabat. Magiſtratus aũt rati, quod erat uerũ, magis diuinum eſſe hominis motum, ducunt eum ad Romanorũ prę̃fectum: ubi plagis uſq; ad oſſa laceratus, neq; ſupplex cuiquam fuit, neq; lacrymauit: ſed ut poterat inclinans maxime flebiliter uocem ad ſingulos ictus reſpondebat: Veh ueh Hieroſolymis. Albino aũt interroganti (is nãq; iudex erat) quis eſſet, uel unde ortus, aut cur iſta diceret, nihil retulit. Non prius autem ceſſauit à luctu miſeræ ciuitatis, donec eum Albinus furere iudicatum dimiſit. Ille autem ad belli uſq; tempus neq; adibat quenq̃ ciuium, neq; loqui uiſus eſt: ſed quotidie uelut orationem quandã meditatus, Veh ueh Hieroſolymis querebatur. Sed neq; imprecatus eſt cuiquã, cum in dies ſingulos mulctaret, nec uictũ offerentibus bene dicebat. Sola uerò eius reſponſio ad omnes erat, triſte præſagium. Maxime autem diebus feſtis uociferabatur: idq́; per annos ſeptem, & quinq; menſes continuos faciens, neq; uoce raucior fuit, neq; delaſſatus eſt, donec obſidionis tempore ipſa re perſpectis augurijs ipſe quieuit. Supra murũ enim circumiens iterum, Veh ueh ciuitati ac phano ac populo, uoce maxima clamitabat. Cum autem ad extremum addidit, ueh etiam mihi, lapis tormento miſſus eum ſtatim peremit, animamq́; adhuc illa omnia lugentem dimiſit. Hæc ſi quis reputet, profectò inueniet deum quidem hominibus conſulere, modisq́; omnibus præmonſtrare quæ ſint eorum generi ſalutaria: ipſos autem ob dementiam ſuam malis uoluntarijs interire: quandoquidem & Iudæi poſt Antoniam captã quadratum phanum fecerant: cum in ſacris libris ſcriptum haberent, capiendã ciuitatem ac templum, ſi fanum quatuor angulis eſſet effectum. Sed quod maxime eos ad bellum excitauerat, reſponſum erat ambiguum, itidem in ſacris libris inuentum, quod eò tempore quidam eſſet ex eorum finibus orbis terrę habiturus imperium. Id enim illi quidem quaſi proprium acceperunt, multiq́; ſapientes interpretatione decepti ſunt. Hoc aũt planè reſponſo, Veſpaſiani deſignabat imperium, qui apud Iudæam creatus eſt imperator. Sed enim homines fatum uitare non poſſunt, etiamſi præuiderint. At uerò hi ſignorum quædam pro ſua libidine interpretati ſunt, alia contempſere: donec patriæ excidio ſuaq́; pernicie, eorum iniquitas confutata eſt.

De

De imperio Titi, & sacerdotum interfectione. Cap. XIII

ROmani quidem, postquã seditiosi ad ciuitatẽ cõfugêre, templo itẽq; omnibus circum locis ardentibus, signa in fano reposuere contra portam orientalem: hiq; ibi sacrificio celebrato, maximis cum clamoribus declarabant Titum imperatorẽ. Vsq; adeo uero præda satiati sunt milites uniuersi, ut in Syria dimidio q̃pridem fuerat pretio pondus auri uæniret. Ex his aũt sacerdotibus, qui in templi pariete perduraverant, puer sitiens à Romanis custodibus pacem petebat, sitimq; fatebatur. Sed ubi illi tam ætatis q̃ necessitatis miserti, dedere ei dexteram, & ipse bibit, & quam secum attulerat lagena repleta, sursum refugiẽs abijt ad suos: nec eum quisquam custodum assequi ualuit, sed eius perfidiæ maledicebant. Ille aũt nihil se præter placita feciſſe dicebat. Dexteram enim sibi datã, non ut apud ipsos remaneret, sed ut tantum descenderet, atq; ut aquam acciperet: quæ cum fecerit, in fide manſiſſe. Astutiam quidem propter ætatẽ, maxime pueri, qui decepti fuerant, mirabantur. Quinta uero die sacerdotes oppressi fame descendunt, & à custodibus ad Titum perducti, ut salutem sibi cõcederet orabant. Ille aũt ueniæ quidem tempus illis præteriſſe fatus, periſſe uero id cuius eos gratia merito conseruasset, decere aũt sacerdotes interire cum templo, duci homines ad supplicium iubet. Sed tyranni cum socijs, quoniam bello undiq; tenebantur, circundatis autem nusquam erat fugæ copia, Titum ad colloquia prouocant. Ille autem pro humanitate naturali semper oppidum seruare cupiens, & amicis præterea suadentibus (latrones enim iam moderatiores factos esse arbitrabantur) in parte occidua templi interioris consistit. Hic enim super Xystum erant portę, ac pons qui ciuitatem superiorẽ templo iungebat, isq; tunc inter tyrannos ac Titum interueniebat. Multi autem militum utrinq; densi astabant: Iudæi quidẽ circum Simonem ac Ioannẽ suspensi spe uenię: Romani uero ad Cæsarem speculandi studio, qualiter eos reciperet. Edicto autem dato militibus, Titus, ut & iracundiam & sagittas continerent, adhibitoq; interprete, quo argumento superior ostendebatur, prior alloqui cœpit. Etiamne saturati estis patriæ malis, ô uiri? quibus neq; uirtutis nostræ, neq; infirmitatis propriæ uenit in mentẽ: sed inconsulto impetu ac furore perditis populum & ciuitatẽ simul ac templum, ipsi quoq; iuste perituri: qui primũ quidem, postquã uos Pompeius fortiter debellauerat, nouas res affectare nõ destitistis, deinde etiam bellum apertum contra Romanum populum extulistis: utrúmne multitudine freti? atqui parua manus uobis Romani exercitus satis restitit. Auxiliatorum fide? Et quæ gens imperio nostro libera, Iudæos præ Romanis optaret? Sed uiribus corporum? Atqui scitis nobis seruire Germanos. Firmitate murorũ? Et qui maior Oceano murus, atq; obstaculum? quo septi Britanni, adorant arma Romanorum. Animorum obstinatione, uel astutia ducum? Atqui Carthaginenses captos esse noueratis. Itaq; uos contra Romanos ipsorum excitauit humanitas, qui primum uobis & terram dedimus possidendam, & gentiles imposuimus reges, deinde leges seruauimus patrias, & uiuere uos non solum discretos, sed cum alijs etiam uestra uoluntate concessimus: quodq; maximum est, tributum capere dei nomine, ac donaria colligere permisimus: eaq; offerentes neq; monuimus, neq; prohi-

buimus, ut hoſtes nobis efficeremini ditiores, noſtraq; pecunia uos contra nos inſtrueretis. Ergo tãtis bonis affecti, ſatietatẽ in eos qui hęc uobis præſtiterãt, extuliſtis, & immitiũ exẽplo ſerpentiũ uirus blandientibus infudiſtis. Eſto, Neronis negligentiã cõtempſiſtis, & ueluti ruptũ aliquod mẽbrum, ſiue contractũ aliàs, male quieti in maiore uitio detecti eſtis, & ad ſpes improbas, etiã cupiditates immodicas explicaſtis. Venit pater meus ad patriã ueſtrã nõ ut pœnas à uobis ob ea quæ in Ceſtium cõmiſeratis, exigeret, ſed monitis emendaret. Deniq; cũ deberet, ſi depopulandæ nationis cauſa ueniſſet, ſtirpẽ ueſtrã petere, atq; hanc delere ciuitatẽ, Galilæã & circa eam loca uaſtare maluit, ut pœnitendi uobis præberet inducias. Sed hæc eius humanitas infirmitas uidebat, noſtraq; lenitate aluiſtis audaciã. Et Nerone mortuo, feciſtis qd nequiſsimi ſolẽt, & ex inteſtinis noſtris diſſenſionib. fiduciã præſumpſiſtis: meq; ac patre meo digreſsis ad Aegyptũ, ad ſtruendũ bellum tẽpus illud utile putauiſtis. Neq; uos puduit perturbare principes declaratos, quos etiã duces humaniſsimos fueratis experti. Deniq; ubi ad nos confugit imperiũ, & omnibus in eo quieſcẽtibus, per legatos aũt gratulantib. exteris nationibus, ecce iterum hoſtes Iudæi: & legationes quidẽ à uobis trans Euphraten uſq;, nouarum rerũ gratia miſſæ, murorũ aũt noui ambitus: ſeditio etiam, tyrannorũq; contentio, & bellũ inteſtinũ, quæ ſola huiuſcemodi nequiſsimos decẽt. Iuſſus ergo ab inuito patre cũ mandatis triſtibus ad ciuitatẽ uenire, lętabar, cognito populũ de pace ſentire. Ante bellum rogabã uos deſiſtere, pugnantib. aliquandiu parcebã, ſponte ad me uenientibus dexterã dedi, fidem ſeruaui cõfugientibus, multos captiuos miſeratus, uerberibus urgentes bellũ coercui, muris ueſtris machinas inuitus admoui, ſemper cædis ueſtrę cupidos milites continui. Quoties uici, toties uos ad pacẽ tanq; uictus prouocaui. Cum propè ad templũ acceſsiſſem, conſultò iterũ legis belli oblitus parcere uos proprijs ſanctis orabã, tẽplumq; ſeruare, data uobis exeũ di copia & fide ſalutis: uel etiã pugnare alio tẽpore ſi uęlletis, in alio loco facultatẽ præbui. Iſta oẽia ſpreuiſtis, & tẽplum manibus ueſtris incendiſtis. Deinde ſceleratiſsimi nunc me ad colloquiũ prouocatis, ut quid tale cõſeruetis quale perijt? Qua uoſmet ipſos ſalute dignos eſſe poſt tẽpli excidium iudicatis? Quinetiã nunc armati ſtatis, & nec in extremis ſupplices aſsimulatis. O miſeri, qua fiducia? Nónne populus ueſter exanimatus? Templum uero perijt, mihiq; ſubdita eſt ciuitas: in manibus aũt meis habetis animas ueſtras. Et tamen fortitudinis eſſe gloriã mortem arbitramini? Nõ cõtendã cũ pertinacia ueſtra. Proiectis aũt armis, traditisq; corporibus, uitam uobis indulgeo, & ſicut in priuata domo, domi nus mitis ultus grauiora, cætera mihi ſeruo. Ad hæc illi mihi reſpõderũt, fidẽ quidẽ ſe ab eo minime poſſe accipere: nam iuraſſe nunq; id eſſe facturos: exeundi uero per munitiones, quà murũ ſepſerat, cũ cõiugibus ac liberis facultatẽ petebãt. Ituros em ſe in ſolitudinẽ, ipſisq; oppidũ relicturos. Ob hoc Titus uehemẽter iratus, q; in ſorte captorũ cõſtituti, uictorũ ſibi cõditiones ponerent, declarari quidem his iuſsit uoce præconis, ne ulterius ad ſe profugerent, néue fidem ſperarent: nulli enim eſſe parcendum: cunctis autẽ uiribus dimicarent, & quantum poſſent, ſaluti ſuæ cõſulerent: iam enim ſe omnia iure belli geſturum. Militibus autem diripere ciuitatem, atq; inflammare permiſit

misit. Illi aũt ipso quidẽ die nihil egerũt, postero aũt die Archiuũ, & Acram, & curiã, & qui uocaẽ Ophla, succẽdere: & progrediebaẽ ignis usq; ad Helenę regiam, quæ in media erat Acra: nec minus ciuitatis mortuis plenæ uici domusq; ardebant. Eodẽ die Izatæ regis filij, & fratres, cũq; his multi nobiles ex populo cõgregati, ut fidẽ sibi daret, Cæsari supplicarũt. Ille aũt, quanquã cæteris omnibus iratus erat, mores tamẽ non mutauit, sed eos suscepit. Et tunc quidem omnes in custodia habebat: regis aũt filios ac propinquos postea uinctos Romam perduxit, fidem obsidium præstaturos.

De præda seditiosorum & succensione interioris ciuitatis. Cap. XIIII

Seditiosi aũt ad domũ regiam profecti, ubi (quia tuta erat) multi facultates suas deposuerant, & Romanos hinc pellunt, & omnib. popularibus qui eò cõuenerant propè ad octo milia & quadringentos occisis, pecuniã etiã diripuere. Viuos aũt duos milites Romanos cepere, unum equitẽ, alterum peditẽ. & peditẽ quidem interfectũ per omnẽ traxere ciuitatem, uelut uno corpore omnes Romanos ulciscerentur. eques uero quidam his quod saluti foret, suadere pollicitus deducitur ad Simonẽ, cumq; ibi quæ diceret nõ haberet, Ardalæ cuidam ex numero ducũ traditur puniẽdus. Is aũt eum reuinctis post terga manibus, oculisq; fascia obstrictis, in conspectum Romanorũ ueluti capite cæsurus produxit. Verum ille dum gladiũ Iudæus educeret, ad Romanos refugit. Hunc Titus quoniã ab hostibus esset elapsus, non est passus quidẽ occidi, indignũ uero esse Romanorũ militem iudicauit, quia uiuus fuerat captus: & armis ablatis eũ agmine pepulit, quæ res prudenti uiro grauior esse morte uidebatur. Postero aũt die Romani, uersis in fugam ex inferiori ciuitate latronibus, omnia Siloam usq; igni tradidere. & oppidum quidem gaudebant absumi, rapinis uero carebant: quoniã latrones exinanitis prius omnibus, in superiorẽ ciuitatem recedebant. Erat namq; illis malorum quidem nulla pœnitudo: arrogantia autem tanquã in rebus secundis. Deniq; ardere ciuitatem lætis uultibus aspicientes, alacri uoto mortem se expectare dicebant, q̃ perempto populo, incenso tẽplo, & flagrãte oppido, nihil essent hostibus relicturi. Sed tamen Iosephus in extremis eorum rebus, pro reliquijs ciuitatis obsecrãdo laborat. Sed multa quidẽ in eorũ crudelitatem atq; impietatẽ locutus, multa uero pro salute adhortatus, nihil amplius q̃ elusus est: quia neq; se tradere propter iusiurandum patiebãtur, neq; pugnare cum Romanis ex æquo iam poterant, ueluti custodia circumuallati: cædisq; insuper consuetudo dexteras commouebat. Dispersi autem per ciuitatem, per ruinas latitabant, profugere parati insidiantes. Multi autem capiebantur, omnesq; interficiebantur: nam propter inediam fugere non ualebant: mortuos autem canibus proijciebant. Omne autem pereundi genus, fame leuius uidebatur: adeo ut ad Romanos quoq; sine licentia, etiam desperata misericordia, tamen fugerent: atq; in seditiosos à cæde non cessantes, sponte inciderent. nullusq; in ciuitate locus uacuus erat: sed cuncta mortuos habebant, quos fames aut latrones cõfecerant, & cadaueribus eorum plena erant, qui alimentorũ penuria uel seditione perierant. Tyrannos autem fouebat, factionemq; latronũ, spes ultima sita in cloacis: quò si fugissent, minime inueniri posse arbitrabantur: sed peracto excidio, post Romanorum digres-

ſum prodire ac fugere cogitabãt. Id autẽ planè illis erat ſomnium. Nec enim uel deum, uel Romanos fuerãt latituri. Tũc quidem ſubterraneis freti, plura quàm Romani cõcremabant, & qui ex incendijs fugientes in cuniculos deſcendiſſent, eos improbe necabant, itemq; ſpoliabant. Quinetiam cibũ ſi cubi reperiſſent concretum ſanguine rapiẽtes, deuorabant. Erat autem inter ſe illis iam rapinarũ cauſa bellũ: eosq; putauerim, niſi excidio præuenti eſſent, nimia crudelitate mortuorum quoq; corpora deguſtaturos fuiſſe.

Superior pars ciuitatis oppugnatur, & confugiunt aliqui Iudæorum ad Titum. Cap. XV

CAeſar aũt fieri nõ poſſe proſpiciẽs, ut ſine aggeribus ſuperiorem caperet ciuitatẽ, in prærupto undiq; loco ſitã, diſtribuit operib. militẽ uicesimo die mẽſis Auguſti. Erat aũt tranſuectio materiæ difficilis: omnibus, ut dictũ eſt, circũ ciuitatẽ uſq; ad cẽteſimũ ſtadiũ in priorũ aggerũ exſtructionẽ detõſis. Quatuor quidẽ legionũ opus in occidentali parte ciuitatis cõtra aulã regiã erigit: auxiliariũ uero manus, & cętera multitudo xyſtũ uerſus, ac pontẽ, & Simonis turrim: quã cũ Ioanne bellum gerens, pro caſtello ſibi ædificauerat. His autẽ diebus, Idumæorũ duces clàm congregati, conſiliũ de ſui traditione cepere: miſsisq; ad Titum quinq;, ut dexteram ſibi daret, precabantur. Ille uero tyrãnos ſperãs eſſe ceſſuros Idumæis abſtractis, quoniã belli pars uidebantur, fero quidẽ, ueruntamẽ uitã his pollicitus, legatos remiſit. Diſceſſum aũt parantibus Simõ præſenſit, & eos quidẽ, qui ad Titum perrexerãt, quinq; uiros ſtatim occidit: duces uero, quorũ nobiliſſimus erat Soſæ filius Iacobus, correptos in cuſtodiã cõijcit. Nec multitudinem Idumæorum, abductis rectoribus, quid ageret neſciẽtem, ſine cuſtodia habebat: ſed diligẽtioribus eam cuſtodijs amplectebatur: & tamen cuſtodes profugientibus obſtare non poterant. Quamuis enim multi necarentur, plures tamen erant qui fugerent. Omnes aũt ſuſcipiebantur à Romanis, quod Titus nimia lenitate priora præcepta neglexerat: ipſiq; milites iã & ſpe lucri, & ſatietate, cædibus temperabant. Sola enim relicta plebe, aliud uulgus cum coniugibus ac liberis, paruo quenq; pretio uenũdabant. Cum multi autem diſtraherentur, & emptores pauci eſſent, quanq; uoce præconis edixerat, ne quis ſolus transfugeret: ut eo modo familias ſuas educerẽt, tamẽ hos quoq; recipiebat: appoſitis, qui ab his ſecernerẽt, ſi quis dignus ſupplicio uideretur. Et infinita quidẽ multitudo uænijt. Ex populo uero ſeruati ſunt plus q̃ quadraginta milia, quos imperator quomodo cuiq; gratum erat, dimiſit. Iiſdem autẽ diebus, etiam ſacerdotũ unus, filius Thebuthi, nomine Ieſus, accepta fide ſalutis à Cæſare, ut de ſacris donarijs quædã traderet, egreditur, ac tradit ex fani pariete cãdelabra duo, his quæ in templo erant poſita, ſimilia: menſasq; & crateras, & pateras, omnia ex auro ſolido & grauiſsimo facta. Tradit etiam uela, et põtificum indumenta, cum gemmis, & uaſa multa ſacrificio cõparata. Quin etiam cuſtos ſacræ pecuniæ comprehenſus, Phineas nomine, ueſtes & cingula ſacerdotum oſtendit, multamq; purpuram & coccum, quæ ad uſum repoſita catapetaſmatis ſeruabant. Cum quibus aliquantum cinnami erat, caſiæ, pigmentorumq; aliorum multitudo, quibus commixtis deo in dies ſingulos adolebãt. Tradita ſunt autem ab eo & ex alijs opibus multa, & ſacra ornamẽta nõ pauca: quorum gratia: licet ui capto, ut transfugæ tamen data eſt uenia.

De

ret magna hominũ multitudo, purpureis ueſtibus atq; inauratis ornata. Ipſi etiã qui ad pompam fuerant ab alia turba diſcreti, præcipua & mirabili ornamentorũ magnificentia culti erant. Inſuper his, ne captiuorũ quidẽ uulgus inornatũ uideres, ſed uarietas & pulchritudo quidẽ ueſtiũ natam ex fatigatione corporum deformitatẽ, oculis ſubtrahebat. Maxime aũt ſtupori erat, pegmatum quæ portabantur fabricatio, pro cuius magnitudine timendum uiribus portantium occurrentes putabant. multa enim in tertiũ nidum quartumq; ſurgebant: & magnificentia fabricæ cum admiratiõe delectabat: multis aurata ueſte circundatis, cum aurũ præterea factum atq; ebur omnib. eſſet affixum. Multis aũt imitationibus bellũ aliter in alia diuiſum, certam ſui faciem demonſtrabat. Erat enim cernere uaſtari quidem fortunatiſsimam terram, totas uero interfici acies hoſtiũ: & alios fugere, alios captiuos duci: murosq; excellẽtes magnitudine machinis dirui, & caſtellorũ excindi munimina, & populoſarũ ciuitatũ mœnia diſturbari, exercitumq; intra muros infundi: cædisq; omnia loca plena, & eorũ qui manu reſiſtere nõ poterãt preces: ignemq; tẽplis immiſſum, ædiũq; ſuper dominos poſt multam uaſtationem euerſiones: atq; amnis triſtitiam, defluentis non in arua culta, neque ad hominum uel pecorũ potum, ſed per terram ex omni parte flagrantem. Hęc enim Iudæi bello paſsi ſunt: ars aũt & confectorum operũ magnitudo, neſcientibus adhuc facta tanq̃ præſentibus oſtendebant. Erat autem per ſingula pegmata captæ ciuitatis dux, ita ut captus fuerat ordinatus. Multæ etiã naues ſequebantur. Spolia uero alia quidẽ paſsim ferebant. eminebant autem ea quæ apud Hieroſolymam in templo reperta ſunt, menſa aurea ponderis talenti magni, & candelabrũ ſimiliter quidem auro factum, ſed opere cõmutato ab uſus noſtri conſuetudine. nam media quidẽ columna baſi hærebat, tenues aũt ab ea cannulæ producebantur, formatæ ad ſimilitudinẽ fuſcinæ, ad ſummũ quæq; in lychni ſpeciem fabricatæ. erant aũt numero ſeptẽ, ſeptimi diei, qui apud Iudæos eſt, indicantes honorẽ. Poſt hæc aũt portabatur lex Iudæorum, nouiſsima ſpoliorũ. Deinde tranſibant plurimi uictoriæ ſimulacra portantes, omnia ex auro & ex ebore facta. Poſt hæc Veſpaſianus prior ibat, & Titus deinde ſequebatur. Domitianus aũt adequitabat, ipſe quoq; ornatus pulchritudine, dignũq; ſpectari exhibens equũ. Pompæ aũt finis fuit Capitolini Iouis templũ, quò poſtq̃uentũ eſt, conſtitere. Erat aũt uetus mos patrius, operiri donec ducis hoſtiũ mortẽ quiſpiã nunciaret. Is erat Simon Gioræ, tunc inter captiuos in pompa traductus: laqueo uero circundatus per forum trahebatur, quo eum ſimul cæderent qui ducebant. Lex autẽ Romanis eſt, ibi necare criminũ reos morte damnatos. Poſtq̃ igitur eum finem uitæ habere nunciatũ eſt, omniũq; fauor ſecutus eſt, tũc hoſtias inchoauere. hiſq; ſecundo per uota ſolennia omine peractis, in palatiũ receſſere. Et alios quidem epulis ipſi excepere, alijs aũt omnibus domi cõuiuiorũ inſtructi erant apparatus. Hunc enim diem urbs Romana celebrabat, uictoriæ quidẽ in hoſtes gratulatoriũ, finẽ uero malorũ ciuiliũ, & ſpei bonæ pro felicitate principium. Poſt triumphos uerò, & Romani imperij firmiſsimũ ſtatũ, Veſpaſianus Paci templũ ædificari decreuit. Itaq; mira celeritate, & quæ hominũ cogitationẽ ſuperaret, effectũ eſt. Magna enim diuitiarũ largitate uſus, inſuper

set: nulla tamẽ alia re tantis infelicitatib. digna, nisi q̃ talem progeniẽ qua sub uersa est, edidit. Intro aũt Titus ingressus, & alia, & ciuitatis munitiões ac turrium cautes miratus est, quas tyrãni per dementiã deseruerant. Cõspecta quidem earum solida altitudine, itemq; magnitudine, subtiliq; lapidum cõpagine singulorum, quantumq; paterent uel quantũ erigerentur, deo, inquit, plane adiuuante pugnauimus, & deus erat, qui detraxit ab istis munimentis Iudæos. Nam quæ hominũ manus, aut quæ machinæ ad istas ualerent? Tunc quidem multa eiusmodi cum amicis collocutus est, quos uero à tyrannis uinctos in castellis reperit, relaxauit. Cũ aũt alia ciuitatis deleret, muroq; subuerteret, eas turres fortunæ suæ monimentũ reliquit: qua cõmilitãte his potitus fuisset, quæ capi nõ potuissent. Quia ergo milites interficiẽdo defatigabãtur, magnaq; adhuc extabat superstitũ multitudo, solos quidem armatos Cæsar, & qui manum opponerent, iubet interfici, reliquã uero multitudinẽ saluam esse. Illi aũt cum his, quos occidi mandatum fuerat, etiã senes, ac debiles trucidabãt: uegetos aũt atq; utiliores coactos in tẽplum, in destinatũ mulieribus ambitum cõcluserunt. Custodem aũt his Cæsar apposuit unum ex libertis, & amicum suum Frontonem, qui fortunã quam quisq; meritus esset, decerneret. Ille aũt latrones quidem omnes, atq; seditiosos, cum alius ab alio indicaretur, occidit: iuuenes aũt lectos, qui procero atq; formoso essent corpore, triumpho seruabat: ex residua multitudine septẽ & decẽ maiores annis, uinctos mittit ad Aegyptũ, operib. deputãdos. Plurimos aũt per prouincias Titus distribuit, in spectaculis ferro & bestijs cõsumendos. Qui uero infra decimũ & septimũ annũ ætatis agerent, uenditi sunt. Iisdem aũt diebus, quibus secernebãtur à Frontone, mortui sunt fame duodecim milia, quibus partim odio custodũ non præbebatur cibus, partim ipsi uictus fastidio tenebantur. Erat autem præ multitudine hominũ frumenti penuria.

Denumero captiuorum & peremptorum. Cap. XVII

TCaptiuorũ quidẽ omniũ qui toto bello cõprehensi sunt, nonaginta & septẽ miliũ cõprehensus est numerus. mortuorũ uero per omne tẽpus obsidionis undecies centũ milia. Horũ pleriq; gentiles fuere, sed nõ indigenæ: ab omnibus em̃ regionibus ad azymorũ diem festũ cõgregati, bello subito circũfusi sunt: ubi primo quidẽ illis pestifera lues ex loci angustia nasceretur, deinde citius fames. Quod aũt caperet tantam hominũ multitudinẽ ciuitas, certum erat ex his, qui sub Cestio fuerãt enumerati. Is em̃ tunc uires ciuitatis ac florem Neroni significare cupiens, conẽnenti nationem, à pontificib. petijt, ut si quo modo possent multitudinẽ numerarẽt. Illi aũt, cum dies festus adesset, qui Pascha uocatur, quando à nona quidem hora usq; ad undecimã hostias cædunt, per singulas uero contubernia nõ pauciorum quàm decem uirorum fiunt: solum enim epulari non licet, multi etiam uiceni conueniunt: hostiarum quidem ducenta & quinquaginta sex milia & quingentas numerauere. Fiunt autem, ut denos epulatores per singulas imputemus, uicies centena ac septingenta milia, sancti omnes ac puri: nec enim leprosis siue uitiliginosis, aut semine fluentibus, quos gonoroicos uocant, neq; mulieribus mẽstruo cruore pollutis, neq; alijs inquinatis participare sacrificia permittebatur: sed nec alienigenis quidẽ, nisi qui religionis causa

ſa ueniſſent. Magna uero hæc multitudo ab extraneis cõgregabat. Tunc tamen uelut in carcere tota gens fato cõcluſa eſt, et farta hominib. ciuitas bello obſidebat. Itaq; ſuperat omnẽ humanã, & diuinitus emiſſam peſtẽ numerus peremptorũ, quos partim palàm occidêre, partim cepere Romani. Rimantes enim cloacas, & ſepulchra eruentes, quos offendiſſent iugulabant. Inuẽti aũt ſunt ibi quoq; plus q̃ duo milia, quorũ alij manu ſua, plures autem mutuis ſe uulneribus interfecerãt, cũ alios fames corrupiſſet. Fœdus aũt corporũ odor introeuntibus occurrebat, adeò ut ſtatim multi recederẽt: alij plura habendi cupidine, cõgeſta cadauera calcantes, ſe immergerẽt, multę nãq; opes in cuniculis inueniebant, nefaſq; omnẽ uiã lucri faciebat. Subducebantur aũt multi, quos tyrãni uinxerãt: nec enim in extremis à crudelitate ceſſauerãt. Vltus eſt aũt deus utrunq; merito. Et Ioãnes quidẽ oppreſſus fame cũ fratribus in cloacis, quam ſæpe deſpexit, à Romanis dexterã ſibi dari precatus eſt. Simon uero multa ui cũ neceſsitate luctatus ſicut infra deſignabimus, ſemet tradidit. Seruatus aſt aũt alter triumpho. Ioannes aũt uinculis ſempiternis. Romani uero extremas urbis partes incendunt, murosq; ſubuertunt.

Hieroſolymæ urbis hiſtoria breuis. Cap. XVIII

TAquidẽ Hieroſolyma capta eſt, ſecundo anno principatus Veſpaſiani, Septẽbris menſis octauo die. Quinquies aũt prius capta, tunc iterũ uaſtata eſt. Aegyptiorũ quidẽ rex Aſochæus, & poſt eum Antiochus, deinde Pompeius, & poſt hos cum Herode Soſius captã urbem ſeruauere. Antea uero rex Babyloniorum ea potitus excidit: poſt annos ex quo ędificata eſt, mille trecẽtos ſexaginta, & mẽſes octo, & dies ſex. Primus aũt cõditor eius fuerat Chananæorũ dynaſta qui patria lingua iuſtus appellatus eſt rex. Erat quippe talis. Ideoq; ſacerdotiũ deo primus exhibuit, & fano primũ ædificato, Hieroſolymã ciuitatẽ uocauit, cùm antè Solyma uocaretur. Chananæorũ quidẽ populo rex Iudæorũ Dauid pulſo, colendam ſuo populo tradidit: & quadringenteſimo ſexageſimoquarto anno poſt, ac mẽſibus tribus, à Babylonijs euerſa eſt. A rege aũt Dauide qui primus Iudæus in ea regnauit, uſq; ad id quod Titus fecit excidium, anni mille centũ ſeptuagintanouẽ. Ex quo primum autem condita eſt, uſq; ad excidium, anni duo milia centum ſeptuagintaſeptem. Sed enim neq; antiquitas, neq; ingentes diuitiæ, neq; per totum orbẽ terræ diffuſa fama, nec magna religionis gloria quicq̃ iuuit quo minus periret. Talis quidem finis Hieroſolymorũ obſidionis fuit. Poſtquam uero quos occideret quidúe raperet, nõ habebat exercitus, q̃ iratis animis omnia deerant (nec enim parcendo ſi eſſet quod agerent, abſtinuiſſent) iubet eos Cæſar totam funditus iam eruere ciuitatẽ ac templum: relictis quidẽ turribus, quæ præter alias eminebãt, Phaſelo, & Hippico, & Mariamme: muriq; tanto, quantum ciuitatem ab occidente cingebat. Id quidem, ut eſſet caſtrum illic cuſtodiæ cauſa relinquendis: turres autem, ut poſteris indicarent qualem ciuitatem, quámue munitiſsimam, Romanorum uirtus obtinuiſſet. Alium uero totum ambitũ ciuitatis ita cõplanauere diruentes, ut qui ad eam acceſsiſſent, habitatã aliquando eſſe uix crederent. Hic quidem finis eorum dementia, qui nouas res mouere tentauerũt, Hieroſolymis fuit, clariſsimę ciuitati, & apud omnes homines prædicatiſsimæ.

De præmio militum. Cap. XIX

CAeſar autem præſidio quidem illic ſtatuit relinquere decimã legionem, nõnullasq́; alas equitum, ac peditum cohortes. Omnibus aũt belli partibus adminiſtratus, & laudare uniuerſum cupiebat exercitum, pro rebus fortiter geſtis, & debita uiris fortibus præmia perſoluere. Cõ poſito aũt in medio ante caſtra magno tribunali, ſtans in eo cum procerum eminentiſsimis, unde ab omni milite poſſet audiri, magnam illis ait habere ſe gratiam, ꝙ beneuolentia erga ſe utendo perſeueraſſent. Laudabat autẽ, ꝙ per omnia bella morigeri fuiſſent, quodq́; præliando fortitudinem in multis magnisq́; periculis monſtraſſent, patriæ per ſe amplificantes imperiũ: omnibusq́; planum facientes hominibus, quia neq; hoſtiũ multitudo, neq; munitiones regionũ, neq; magnitudines ciuitatum, uel audacia incõſulta, & immanitates efferæ aduerſantiũ, poſsint unquam Romanorũ uires, uel manus effugere, quamuis in multis rebus aliqui fortunam opitulantem habuerint. Pulchrum quidẽ eſſe, ait, illos etiam bello finem imponere, quod multo tempore geſtum ſit. nec enim optaſſe his quicquam melius, cum id ingrederentur. Hoc autem pulchrius atq; præclarius, quod duces Romani & adminiſtratores imperij, ab his declaratos ac præmiſſos in imperium cuncti libenter ſuſcipiunt. & his quæ ipſi decreuere, ſtandum putant, agentes his gratias, qui legiſſent. Mirari autem ſe eos ac diligere omnes, quia nemo uiribus alacritatẽ habuit tardiorem. Et illis tamẽ, qui pro maiore ui clarius decertaſſent, uitãq́; ſuam cõdecoraſſent fortibus factis, & re bene geſta militiam ſuã nobiliorem feciſſent, dixit ſe & honores & præmia redditurum: nec ullum eorũ qui plus alio laborare uoluiſſet, iuſta uiciſsitudine carituru: magnamq́; ſibi huius rei fore diligentiam, quòd magis uellet honorare uirtutes eorum, qui militiæ ſocij fuiſſent, q̃ punire peccata. Confeſtim ergo iuſsit eos quorum partes ſunt, indicare, quoſnam ſcirent fortiter aliquid in bello feciſſe: & nominatim ſingulos appellãs, præſentes collaudabat, quaſi qui domeſticis recte geſtis nimium lætaretur: & coronas eis aureas imponebat, & torques longasq́; haſtas, & ſigna ex argento facta donabat, & uniuſcuiuſq; ordinem mutabat in melius. Quin & ex manubijs aurum & argentũ, itemq́; ueſtes, aliamq́; prædam largiter diſtribuebat. Omnibus autem ita donatis, ut quiſq; ſe meritum præbuerat, uotisq́; cum uniuerſo exercitu factis, magno fauore deſcendit uertitq́; ſe ad ſacra pro uictoria celebrãda: magnaq́; aſtante boum multitudine circum aras, immolatos omnes exercitui dedit ad epulas, ipſe uero cũ honoratis per triduum lætatus, milites quidem alios quò quenq; cõueniret, dimittit. Hierosolymorum autem cuſtodiam decimæ legioni credit: neq; ad Euphratem, ubi pridem fuerat, eam remiſit. Duodecimam uero legionem, memor ꝙ Ceſtio duce Iudæis ceſſerat, totam Syria pepulit: erat enim olim apud Raphanæas: ad Meliten autem, quæ ſic uocatur, miſit. Hæc ad Euphratem in confinio Armeniæ & Cappadociæ ſita eſt. duas uero ſibi obſequi ſatis eſſe duxit, donec ad Aegyptum perueniret, quintam & quintamdecimam legiones. Deinde cum ad maritimam Cæſaream cum exercitu deſcendiſſet, in eam manubiarum multitudinem repoſuit, captiuosq́; ibi aſſeruari præcepit, quòd ad Italiam nauigare tempus hyemis prohibebat.

De

De nauigatiõe Veſpaſiani, deq; cõprehenſo Simone & ſpectaculo die natalitio exhibito. Ca. XX.

PEr idẽ uero tẽpus, quo Titus Cæſar obſidionis cauſa apud Hieroſolymã cõmorabat, aſcenſa naui oneraria Veſpaſianus Rhodũ tranſmittit. Hinc aũt uectus triremibus, poſtq; oẽs quas præternauigauit ciuitates inuiſit, ab his cũ uotis exceptus, in Græciã ex Ionia tranſit. Egreſſus deinde Corcyra in Iapygiã delatus eſt, unde iã terra iter agebat. Titus autẽ ex maritima Cæſarea reuerſus, in Cæſareã quæ Philippi uocat, aduenit, diuq; ibi cõmorabatur, celebrãs omnia genera ſpectaculorũ: multiq; in ea captiui cõſumpti ſunt, alij beſtijs obiecti, alij aũt cateruatim more hoſtiũ inter ſe depugnare coacti. Hic Simonẽ etiã Giorę filiũ cõperit hoc modo cõprehẽſum. Iſte Simõ cum Hieroſolyma obſideret in ſuperiore ciuitate cõſtitutus, poſtq; muros ingreſſus exercitus totã uaſtare ciuitatẽ cœperat, tũc fideliſsimis amicorũ aſcitis, et lapidarijs cũ ferramẽtis eorũ neceſsitati cõgruis, & alimẽtis quę multis dieb. ſufficere poſſent, unà cũ illis omnib. in quandã occultiorẽ cloacã ſeſe demittit. et quoad foſſa patebat, illi progrediebant: ubi uero ſoliditas obſtitiſſet, eã ſuffodiebãt, ſperãtes poſſe ulterius progreſſos tuto emergere, atq; ita ſeruari. Sed hãc expectationẽ uerã nõ eſſe, rei periculũ refellebat. Vix em̃ paulũ foſſores proceſſerãt, iãq; alimẽta, quãuis parce his uterentur, eos deficiebãt. tũc igit̃ uelut ſtupore poſſet Romanos fallere, albis tunicis, innexaq; fibula, ac chlamyde purpurea indutus, illo in loco ex terra editus ubi tẽplũ antea fuerat apparuit. Ac primo quidẽ obſtupuere qui eũ uiderũt, locisq; ſuis manebãt. deinde propius cũ acceſsiſſent, quis eſſet, percõtati ſunt. & id quidẽ Simõ nõ dicebat. iubebat aũt ad ſe ducẽ uocari, ſtatimq; accerſitus ab his qui ad eũ cucurrerãt, uenit Terẽtius Rufus: nãq; is rector militiæ relictus erat. Omni aũt ab eo ueritate cõperta, ipſum quidẽ uinctum cuſtodiebat: Cæſari uero quẽadmodũ eſſet cõprehenſus, indicauit. Simonẽ quidẽ in ultionẽ crudelitatis, qua in ciues ſuos amarè ac tyrãnice fuerat uſus, in poteſtate hoſtiũ quibus maxime inuiſus erat ita deus poſuit, nõ ui ſubditũ eorũ manibus, ſed ſua ſponte ad ſuppliciũ adductũ: propterea q; plurimos ipſe crudeliter interemerat falſis criminationib. inſimulatos, defectionis ſcilicet ad Romanos. Nec enim poteſt iram dei effugere nequitia, nec inualida res eſt iuſtitia, ſed quãdoq; ſui temeratores ulciſcit̃, & grauiorẽ pœnã ingerit criminoſis, cũ iã ſe liberatos eſſe crediderint, eo quod nõ ſtatim luere cõmiſſa. Id etiã Simõ didicit, poſtq; in iras Romanorũ incidit. Illius aũt aſcẽſus è terra, magnã etiam aliorum ſeditioſorum multitudinẽ ijſdem diebus fecit in cloacis deprehẽdi. Cæſari aũt maritimam Cæſaream reuerſo, uinctus Simõ oblatus eſt. & illum quidẽ triũpho, quem Romæ acturus erat, ſeruari iuſsit. Ibi aũt moratus, fratris ſui natalẽ diẽ clariſsime celebrabat, multam partem damnatorũ eius honori attribuẽs. Numerus enim eorum qui cum beſtijs depugnarũt, quiq; ignibus cremati ſunt, & inter ſe digladiatores periere, duo milia quingẽtos exceſsit. Omnia tñ Romanis uidebant̃ hæc licet mille modis illi conſumerent̃, minus eſſe ſupplicij. Poſtea Cæſar Berytũ uenit (hęc aũt eſt ciuitas Phœnices prouinciæ, colonia Romanorũ) & in hac quoq; diutius demoratus eſt, maiore uſus claritudine circa natalẽ patris diẽ, tã magnificẽtia ſpectaculorũ, q; ſumptibus alijs excogitatis, cum etiam captiuorum multitudo eodem quo antea modo periret.

De

De calamitate Iudæorum apud Antiochenſes. Cap. XXI

EVenit autem per idem tempus, Iudæos qui apud Antiochiam reliqui erant, acerba & exitioſa pericula perpeti, concitata in eos Antiochenſium ciuitate, tam propter criminationes illatas eis in præſentia, quàm propter ea quæ fuerant nõ multo ante cõmiſſa. De quibus neceſſarium mihi uidetur pauca prædicere, ut etiã quæ poſtea geſta ſunt, cõſequenti narratione referamus. Iudæorũ namq; gens multũ quidẽ totius orbis indigenis aſſeminata eſt. Plurimũ aũt Syris uicinitate permixta, præcipue apud Antiochiã uerſabat, propter magnitudinẽ ciuitatis. maxime uero his liberã domicilij facultatẽ reges, qui poſt Antiochũ fuerant, præbuerũt. Namq; Antiochus quidẽ, qui Epiphanes dictus eſt, uaſtatis Hieroſolymis tẽplum ſpoliauit. Qui uero poſt eum regnũ aſſecuti ſunt, quicquid æneum in donarijs fuit, hoc Iudæis apud Antiochiã degentib. reddidere, in eorũ ſynagoga dedicatũ: conceſſeruntq; ut pari cum Græcis iure ciuitatis uterentur. A ſecutis quoq; poſtea regibus eodẽ modo tractati, & multitudine profecere, & exſtructione itemq; magnificentia munerũ templũ clarius reddidere: ſemperq; religione ſibi ſociãtes magnam paganorũ multitudinẽ, etiam illos quodãmodo ſui partẽ fecere. Quo tẽpore aũt bellum fuerat conclamatũ, & recens in Syriam Veſpaſianus delatus eſt nauigio, Iudæorũ uero odium apud oẽs pullulabat, tunc unus eorũ Antiochus quidã plurimũ patris cauſa honorabilis (erat em̃ princeps apud Antiochiam Iudæorũ) cum Antiochenſium populus concionaretur in theatro, progreſſus in mediũ, patrẽ ſuũ & cæteros deferebat, inſimulans eos q; una nocte totam ciuitatẽ incendere ſtatuiſſent: & uelut huius conſilij participes quoſdam hoſpites Iudæos tradidit. His aũt auditis, populus iram cohibere nõ poterat: ſed in eos quidẽ qui traditi fuerant, ignẽ iuſsit afferri: ſtatimq; omnes in theatro cõcremati ſunt. In multitudinẽ uero Iudæorum properabat irruere: ſi eos celeriter ulti eſſent, patriam ſuam ſeruatũ iri exiſtimantes. Antiochus aũt iracundiam magis accendere, mutatæ uoluntatis argumentũ, quodq; Iudæorum mores odiſſet, exhibere ſe credens, ſi paganorum ritu ſacrificaret: idemq; iuſsit & cæteros cõpelli facere: renuendo enim manifeſtos inſidiatores fore. Huius aũt rei periculo ab Antiochenſib. facto, pauci quidem cõſenſerunt: alij uero qui noluerunt, perempti ſunt. Antiochus aũt acceptis à Romanorum duce militibus, ſæuius inſtabat ſuis ciuibus, nequaq̃ eos die ſeptimo ab opere ceſſare permittens, ſed omnia cogens facere, quæ diebus alijs agerent. Tamq; ualidam neceſsitatẽ impoſuit, ut non modo apud Antiochiam ſeptimi diei feriæ ſoluerẽtur, ſed ab hoc exordio in cæteris quoq; ciuitatibus ad breue ſimiliter tẽpus fieret. Iudæis aũt apud Antiochiam tũc eiuſmodi mala perpeſsis, altera denuo calamitas accidit: de qua narrare conati, hęc quoq; perſecuti fuimus. Namq; quod quadratum forum exuri contigit, & archiua monimentorumq; receptacula publicorũ, itemq; baſilicas, uixq; ignis inhibitus eſt ſuper omnem ciuitatem magna nimis uirens, huius facti Antiochus Iudæos accuſat: & Antiochenſes, quos ſcilicet ſi his infeſti antea non fuiſſent, recenti tamen ex incendij tumultu facile calumnia perpuliſſet, multo magis ex anteactis fidem habere dictis ſuis perſuaſit, ut penè ſe uidiſſe ignem à Iudæis inijci arbitrarentur: & tanquam furore

correpti

correpti, magno cũ ardore cũcti aduersus eos qui accusabant, impetus face-
rẽt. Vix aũt motus eorũ potuit reprimere Collega adhuc iuuenis legatus, po
stulans sibi permitti referre ad Cæsarẽ gesta. Rectorẽ nãq; Syriæ Cæsennium
Pętum iam quidẽ Vespasianus ad eam miserat, nondũ aũt ille peruenerat. Ha
bita uero diligẽti quæstione Collega reperit ueritatẽ. & eorũ quidẽ Iudæorũ
quos Antiochus accusauerat, nemo cõscius fuit. omne aũt facinus admisere
homines quidã nocentissimi necessitate debitorũ: rati q̃ si forum & scripta
publica cõcremassent, exactione liberarentur. Iudæi quidẽ pro suspensis crimi
nationibus futura expectantes, magno timore fluctuabant.

Quomodo Vespasianus rediens à Romanis exceptus est. Cap. XXII

ITus aũt Cæsar à patre sibi allato nũcio, quod uniuersis quidẽ Italię
ciuitatibus desiderabilis peruenisset: maxime uero, q̃ urbs eum Ro
ma summa cum alacritate & claritudine suscepisset, in maximam læ
titiam uoluptatẽq; translatus est, curis de eo ita ut sibi erat suauissimũ libera-
tus. Vespasianũ enim etiã longe absentẽ, omnes homines Italię uoluntatibus
ut præsentẽ colebant: expectationẽ suam, q̃ nimis eum uenire cupiebãt, pro
eius aduentu ducentes, & omni habentes necessitate liberam erga illũ bene,
uolentiam. Nam & senatus memor calamitatũ, quæ mutatione principũ cõ-
tigissent, optabat imperatorẽ suscipere senectutis honore bellicorũq; gesto-
rum maturitate decoratũ, cuius præsentiã sciebat soli saluti subiectorũ cõmo
daturã: & populus malis intestinis solicitus, magis eum uenire cupiebat: tunc
se calamitatibus quidem pro certo absoluendũ esse confidens, antiquã uero
libertatẽ cum opulentia recepturũ. Præcipue milites ad eum respiciebant. hi
enim maxime bellorũ per illum patratorũ nouerant magnitudinẽ. imperitiã
uero aliorum ducum experti atq; ignauiã, magna quidẽ se optabant turpitu-
dine liberari. eũ uero qui se & seruare & honestare solus posset, recipere pre
cabantur. Cum uero hac beneuolentia diligeret ab omnibus, honore quidẽ
præcipuis uiris ulterius expectare intolerabile uidebatur, sed eum longissi-
me ab urbe Roma cõuenire antè properabant. Nec tamẽ quisquã moras eius
cõueniendi ferebat, sed ita simul oẽs effundebantur, & uniuersis facilius &
promptius ire q̃ manere uidebatur, ut etiam ciuitas ipsa tunc primũ inter se
iucundam sentiret hominum charitatẽ. Erant aũt pauciores abeũtibus rema
nentes. Vbi uero eum appropinquare indicaretur, quamq; mansuete singu-
los suscepisset, qui præcesserant, nunciatũ est, omnis iam reliqua multitudo
per uias cum cõiugibus & liberis præstolabant: & quò trãsiens aduenisset, ui
dendi eius uoluntatẽ, uultusq; lenitatẽ omniũ generũ uocibus prosequeban
tur, benemeritũ & salutis datorem, solumq; dignũ Romanorũ principẽ ap-
pellantes. Tota uero ciuitas ueluti tẽplum erat, sertis atq; odoribus plena. Cũ
uero uix per circunstantẽ multitudinẽ in palatiũ uenire potuisset, ipse quidẽ
penatibus dijs aduentus sui gratulatoria sacra celebrauit. Vertunt autẽ se ad
epulas turbę, perq; tribus & cognationes & uicinias cõuiuia exercẽtes, deo li
babant, & ab eo precabant ipsum Vespasianum quamplurimũ temporis in
Romano imperio perseuerare, & filium eius, & qui ex his nascerentur seruа-
ri inexpugnabilem principatum. Vrbs quidem Romana Vespasiano ita su-
scepto, statim maxima felicitate crescebat.

Domitiani

Domitiani gesta contra Germanos & Gallos. Cap. XXIII

ANte hæc uero tempora, quibus Vespasianus quidem apud Alexandriam erat, Titus uero Hierosolymã obsidebat, magna pars Germanorum ad defectionem mota est: quibus etiam Gallorum proximi conspirantes, magnam spem contulerant, quod etiam Romanorum dominio liberarentur. Germanos aũt deficere uelle, bellumq; inferre, sustulit primo natura bonis consilijs uacua, parua spe appetens periculorum: deinde odium principum, quoniam solis sciunt gentẽ suam ui coactam seruire Romanis: nec non equidem maximam tempus eis fiduciam dedit. Nam cum uiderent Romanum imperium crebris imperatorum mutationibus intestina seditione turbari, omnemq; his subditam orbis terrę partem pendere ac nutare cognoscerẽt, hoc sibi optimum tempus ex illorum rebus aduersis atq; discordijs oblatum esse putauerunt. Id autem cõsilium dabant, & hac eos spe decipiebant, Classicus quidam & Ciuilis, ex eorum potentissimis: qui olim quidem res nouas cupiebant: occasione autem inducti, suam sententiam prodidere. Iamq; alacriter affectæ multitudinis periculum facturi erant: uerum maxima parte Germanorum defectionẽ pollicita, & cæteris fortasse non dissentiẽtibus, ueluti quadam diuina prouidentia, Vespasianus ad Petilium Cerealem, qui pridem Germaniam rexerat, literas mittit, quibus eum consulem declarauit, iussitq; ad Britannias administrandas proficisci. Igitur ille quò iussus erat abiens, audita rebellione Germanorum, eos iam congregatos aggressus magna clade affecit, depositaq; amentia ad sobrietatem coegit. Sed etiã si ille ad ea loca non perueniisset, tamen haud multo post erant supplicia luituri. Nam ut primum defectionis eorũ nuncius allatus est Romam, Domitianus Cæsar hoc audito, non sicut alter in illa ætate feciſſet (nam admodum adulescens erat) tantam rei magnitudinem suscipere non detrectauit: sed à patre habens ingenitam fortitudinem, & supra ætatem exercitatus, ilico tendebat in Barbaros. Illi autem expeditionis fama perculsi, ei se permiserunt: lucrum hoc ex ea re maximum nacti, ut sine clade pristino iugo subijcerentur. Omnibus ergo circa Galliam ut oportuit ordinatis, ne facile rursus unquam turbarentur, Domitianus clarus atq; insignis, ætatem superantibus factis, & patrium decus afferentibus, Romam regreditur. Cum supradicta uero Germanorũ defectione, ijsdem diebus etiam Scytharum conuenit audacia. Nam qui appellant Sarmatæ, maxima multitudine clàm transgressi flumen Istrum, uiolenti atq; sæuissimi, propter inopinatum impetum multos Romanorũ quos in præsidijs offendêre, interficiunt: & consularem legatum Fonteium Agrippam, qui fortiter his obuius pugnauerat, occidũt: proximasq; regiones totas ferendo atq; agendo, omniaq; incendendo peruagabantur. Vespasianus autem hoc facto, & uastitate Mœsiæ cognita, Rubrium Gallum mittit pœnas de eis sumpturũ. à quo multi quidem in prælijs trucidati sunt. qui uero salui esse potuere, cum timore domũ refugêre. Hoc autem bello magister militũ finito, etiã futuri tẽporis cautioni consuluit. Pluribus em & maioribus præsidijs loca circundedit, ut omnino Barbaris esset impossibilis transitus. In Mœsia quidem ea celeritate debellatum est.

De amne

De amne ſabbatico & triumpho Veſpaſiani ac Titi celeberrimo. Cap. XXIIII

PRinceps uero Titus aliquandiu quidem Beryti cõmorabatur, ita ut diximus: inde aũt reuerſus, & per omnes quas obiret Syrię ciuitates magnificẽtiſsima celebrans ſpectacula, Iudæorum captiuis ad oſtentationẽ cladis eorum abutebatur. Conſpicit autẽ in itinere fluuium cognitione digniſsimum. Is fluit medius inter Arcas & Raphanæas Agrippæ regni ciuitates. Habet autẽ quoddam peculiare miraculum. Nam cum ſit quando fluit plurimus, neq; meatu ſegnis, tamen interpoſitis ſex diebus à fontibus deficiens, ſiccum exhibet locum uidere. Deinde quaſi nulla mutatione facta, ſeptimo die ſimilis exoritur: atq; hunc ordinem ſemper eum obſeruare pro certo compertũ eſt. Vnde etiam Sabbaticus appellatus eſt, à ſacro Iudæorũ ſeptimo die ſic denominatus. Ciuitatis autẽ Antiochenſium populus, poſtq̃ Titum aduentare cognouit, manere quidẽ intra mœnia præ gaudio non ſuſtinebat. omnes aũt obuiam ei pergere properabant, & uſq; ad triceſimũ uel eo amplius ſtadiũ progreſsi, non modo uiri, ſed etiam fœminæ cum pueris exſpectabant. Et cum appropinquantẽ uidiſſent, ex utroq; uiæ latere ſtantes dextras cum ſalutatione tendebãt: multisq; fauoribus exultãtes, cum ipſo reuertebant̃. Crebro autem inter omnes alias laudes precabantur, ut Iudæos expelleret ciuitate. Titus quidem nihil precibus iſtis indulſit, ſed otioſe quę dicebant̃ audiebat. Incerti aũt quid ſentiret, quidúe facturus eſſet, Iudæi magno & atroci metu tenebant̃. Nec enim commoratus eſt Antiochiæ Titus, ſed continuo ad Zeugma Euphratem uerſus iter contendit. Quò miſsi etiam ab rege Parthorum Vologeſo uenere, aureã ei ferentes coronam, q̃ Iudæos uiciſſet. Eaq; ſuſcepta etiam conuiuium exhibuit regijs, atq; ita Antiochiam remeauit. Senatu uero & populo Antiochenſi multũ petentibus ut in theatrum ueniret, ubi omnis eum multitudo præſtolabatur, humaniſsime paruit. Rurſus aũt fortiter ijſdem inſtantibus, & crebro poſtulantibus expelli ciuitate Iudæos, ingenioſe reſpondit, patriã eorũ dicens quò expellendi fuerant interijſſe, nullumq; iam eſſe locum qui eos reciperet. Vnde ad aliam petitionem ſeſe conuertunt Antiochenſes, q̃ priorem impetrare non potuerunt. Aeneas enim tabulas eum precabant̃ exi mere, quibus inciſa eſſent priuilegia Iudęorũ. Sed ne id quidẽ Titus annuit. uerùm in eodem ſtatu relictis omnibus quæ habebant apud Antiochiã Iudæi, ad Aegyptũ inde diſceſsit. Iter aũt agendo cum ad Hieroſolymam ueniſſet, triſtemq; ſolitudinẽ quam uidebat, antiquæ ciuitatis claritudini compararet, diſiectorũ operũ magnitudinem & ueterem pulchritudinẽ recordatus, miſerabatur excidium ciuitatis, non ſicut alius feciſſet exultans, q̃ talem ac tantam funditus excidiſſet, uerùm multa imprecans ſeditionis authoribus, & qui hanc pœnam ei inferre coegere: ita certus erat, q̃ nunq̃ uirtutẽ ſuam uoluiſſet punitorũ calamitate clareſcere. Ex magnis enim diuitijs, non minima pars in ruinis adhuc inueniebat̃. Quædam enim eruebant Romani, plura uero captiuis indicantibus auferebant, aurũ atq; argentum, aliaq; inſtrumẽta pretioſiſsima, quæ domini propter incertam belli fortunam terræ condidere. Titus autem propoſitũ iter ad Aegyptum tendens, emenſa uelociter ſolitudine, peruenit Alexandriã: decretoq; ad Italiam nauigare, cum ſe

duæ legiones comitarent, utramq; unde uenerãt remisit: quintam quidem in Mœsiam, quintam uero decimam in Pannoniam. Captiuorũ autẽ duces Simonẽ & Ioannẽ, & alios numero septingentos uiros electos, tam magnitudine corporum q̃ pulchritudine præstantes, ilico ad Italiam portari præcepit, cupiẽs eos in triumpho traducere. Peracta uero nauigatione pro uoto, similiter quidẽ Roma in eo suscipiendo erat affecta, & occursus exhibuit ei quos patri. Claritudinẽ uero Tito pater attulit, qui uenit obuiã, eumq; suscepit. Multitudini aũt ciuium diuinã quandã lætitiã suggerebat, q̃ uidebat in unum tres conuenisse. Non multis autem diebus pòst, unum communem triumphũ ob res gestas agere statuêre, quamuis utriq; senatus propriũ decreuisset. Prædicto aũt die, quo futura erat pompa uictoriæ, nemo ex tam infinita ciuitatis multitudine domi remãsit. Omnes aũt cum exissent, loca ubi tantũ stare possent occupauerant, quantus spectandis imperatorib. modus sufficeret, concesso necessario transitu. Cũcta uero turba militari ãnte lucẽ per turmas atq; ordines progressa cum rectoribus suis, & circa ostia cõstituta non palatij superioris, sed prope Isidis templum (ibi enim principes nocte illa quiescebant) prima iam aurora incipiente procedũt Vespasianus & Titus lauro quidẽ coronati, amicti uero patria ueste purpurea: & ad Octauianas ambulationes transeunt. ibi enim senatus, & ducũ proceres, & honorati equites, eorũ præstolabant aduentum. tribunal aũt ante porticus factũ erat, sellęq; eburneæ in eo præparatæ. Quò cum ascendissent, consederunt. Statimq; eos militaris fauor excepit, multis uirtutẽ testimonijs prædicãs. Illi aũt inermes erãt, in ueste serica laureis coronati. Perceptis aũt laudibus eorum Vespasianus, cũ dicere adhuc uellent, silentij signũ dedit. Magnaq; omnium quiete facta surrexit, & amictu magnam partẽ capitis adopertus, solennia uota celebrauit: idemq; Titus fecit. Perfectis autẽ uotis, Vespasianus in cõmune omnes breuiter allocutus, milites quidem ad prandiũ, quod his ex more ab imperatore parari solet, dimittit. ipse uero ad portã recedit, quæ ab eo quod per illam semper triumphorũ pompa ducit, nomen accepit. Ibi & cibũ prius capiebant, & triumphalibus uestib. amicti, dijs ad portã collocatis cæsa hostia, inter spectacula transeuntes triumphũ ducebant, ut multitudini facilior præberet aspectus. Pro merito aũt narrari multitudo eorũ spectaculorũ & magnificentia non potest, in omnibus quæ quisq; cogitauerit, uel artiũ factis, uel diuitiarũ opibus, uel naturę nouitate. Nam penè quęcũq; hominibus qui usquam sunt fortunatis paulatim quæsita sint, alijs alia mirabilia atq; magnifica, hæc uniuersa illa die Romani imperij magnitudinem probauere. Etenim argenti auriq; necnon eboris in omni specie operũ multitudinem, nõ ut in pompa ferri cerneres, sed ut ita dixerim omnia fluere. & alias quidẽ uestes ex rarissimis generibus purpuræ portari, alias diligẽtissima pictura uariatas arte Babylonia: gemmæ aũt clarissimæ tam multæ, aliæ coronis aureis, aliæ alijs operib. inclusæ traductæ sunt, ut appareret frustra nos earũ usquam rerum esse aliquid suspicari. Ferebant etiã simulacra, quæ illi deos habent, & magnitudine mirabili, & arte nõ defunctorie facta. horumq; nihil nõ ex pretiosa materia. Quin & animalium diuersa genera producebantur, proprijs ornamẽtis induta. Erat aũt etiam quæ singula portaret

ret magna hominũ multitudo, purpureis ueſtibus atq; inauratis ornata. Ipſi etiã qui ad pompam fuerant ab alia turba diſcreti, præcipua & mirabili ornamentorũ magnificentia culti erant. Inſuper his, ne captiuorũ quidẽ uulgus inornatũ uideres, ſed uarietas & pulchritudo quidẽ ueſtiũ natam ex fatigatione corporum deformitatẽ, oculis ſubtrahebat. Maxime aũt ſtupori erat, pegmatum quæ portabant fabricatio, pro cuius magnitudine timendum uiribus portantium occurrentes putabant. multa enim in tertiũ nidum quartumq; ſurgebant: & magnificentia fabricæ cum admiratiõe delectabat: multis aurata ueſte circundatis, cum aurũ præterea factum atq; ebur omnib. eſſet affixum. Multis aũt imitationibus bellũ aliter in alia diuiſum, certam ſui faciem demonſtrabat. Erat enim cernere uaſtari quidem fortunatiſsimam terram, totas uero interfici acies hoſtiũ: & alios fugere, alios captiuos duci: murosq; excellẽtes magnitudine machinis dirui, & caſtellorũ excindi munimina, & populoſarũ ciuitatũ mœnia diſturbari, exercitumq; intra muros infundi: cædisq; omnia loca plena, & eorũ qui manu reſiſtere nõ poterãt preces: ignemq; tẽplis immiſſum, ædiũq; ſuper dominos poſt multam uaſtationem euerſiones: atq; amnis triſtitiam, defluentis non in arua culta, neque ad hominum uel pecorũ potum, ſed per terram ex omni parte flagrantem. Hęc enim Iudæi bello paſsi ſunt: ars aũt & confectorum operũ magnitudo, neſcientibus adhuc facta tanq̃ præſentibus oſtendebant. Erat autem per ſingula pegmata captæ ciuitatis dux, ita ut captus fuerat ordinatus. Multæ etiã naues ſequebant. Spolia uero alia quidẽ paſsim ferebant. eminebant autem ea quæ apud Hieroſolymam in templo reperta ſunt, menſa aurea ponderis talenti magni, & candelabrũ ſimiliter quidem auro factum, ſed opere cõmutato ab uſus noſtri conſuetudine. nam media quidẽ columna baſi hærebat, tenues aũt ab ea cannulæ producebant, formatæ ad ſimilitudinẽ fuſcinæ, ad ſummũ quæq; in lychni ſpeciem fabricatæ. erant aũt numero ſeptẽ, ſeptimi diei, qui apud Iudæos eſt, indicantes honorẽ. Poſt hæc aũt portabat lex Iudæorum, nouiſsima ſpoliorũ. Deinde tranſibant plurimi uictoriæ ſimulacra portantes, omnia ex auro & ex ebore facta. Poſt hæc Veſpaſianus prior ibat, & Titus deinde ſequebat. Domitianus aũt adequitabat, ipſe quoq; ornatus pulchritudine, dignũq; ſpectari exhibens equũ. Pompæ aũt finis fuit Capitolini Iouis templũ, quò poſtq̃ uentũ eſt, conſtitere. Erat aũt uetus mos patrius, operiri donec ducis hoſtiũ mortẽ quiſpiã nunciaret. Is erat Simon Gioræ, tunc inter captiuos in pompa traductus: laqueo uero circundatus p forum trahebat, quo eum ſimul cæderent qui ducebant. Lex autẽ Romanis eſt, ibi necare criminũ reos morte damnatos. Poſtq̃ igitur eum finem uitæ habere nunciatũ eſt, omniũq; fauor ſecutus eſt, tũc hoſtias inchoauere. hiſq; ſecundo per uota ſolennia omine peractis, in palatiũ receſſere. Et alios quidem epulis ipſi excepere, alijs aũt omnibus domi cõuiuiorũ inſtructi erant apparatus. Hunc enim diem urbs Romana celebrabat, uictoriæ quidẽ in hoſtes gratulatoriũ, finẽ uero malorũ ciuiliũ, & ſpei bonæ pro felicitate principium. Poſt triumphos uerò, & Romani imperij firmiſsimũ ſtatũ, Veſpaſianus Paci templũ ædificari decreuit. Itaq; mira celeritate, & quæ hominũ cogitationẽ ſuperaret, effectũ eſt. Magna enim diuitiarũ largitate uſus, inſuper

perfectis id picturæ ac figmentorũ operibus exornauit. Omnia namq; in illud fanum collecta ac depoſita ſunt, quorum uiſendorum ſtudio per totum orbem, qui ante nos fuerunt, uagabantur: quomodo aliud apud alios ſitum eſſet, uidere cupientes. Hic autem repoſuit etiam quę Iudæorum fuerant inſtrumenta, his ſe magnifice ferens. Legem uerò eorum, & penetralium uela purpurea in palatio condita ſeruari præcepit.

Herodium & Machærus à Baſſo captá. Cap. XXV

IN Iudæam uero legatus miſſus Lucilius Baſſus, ſuſcepto à Cereali Vetiliano exercitu, caſtellũ quidẽ Herodion cũ præſidio deditiõe cepit. Pòſt aũt omni manu militari collecta, multi aũt in partes diui ſi erant, & legione decima bellũ inferre Machærunti ſtatuit. Valde enim neceſſariũ uidebaẽ id excindi caſtellũ, ne multos ſui munimine ad defectionẽ inuitaret. Nam & ſalutis ſpem habitatorib. certã, & aggredientib. hæſitationem atq; formidinẽ, natura loci præſtare maxime poterat. Nam ipſum quidem quod muro cinctũ eſt, ſaxoſus eſt collis, in procerã altitudinẽ ſurgens, & ob hoc etiã capi difficilis uideẽ: ſed ne uel accedi poſſet eò natura excogitarat, quæ uallibus eum ex omni parte uallauerat, quarũ altitudo oculis comprehendi nõ poſſet: nec tranſire erat facile, nec aggeſtu ulla ratione cõpleri poſsibile. Nam ea quæ ab occidente ſecat uallis, LX ſtadijs diſtendiẽ, unde Aſphaltites lacus ei limitẽ facit. ex hoc uero tractu ipſe Machærus altiſsimo uertice ſupereminet. A ſeptentrione aũt & meridie, ualles magnitudine quidem ſupradicta cingunt, ſimiliter uero ſunt inextricabiles ad oppugnationem. eius uero uallis quæ ab oriente eſt, altitudo nõ minor centũ cubitis inuenitur: monte uero ex aduerſo Machærunti poſito terminaẽ. Ea loci natura perſpecta rex Alexander, primus in eo caſtellũ cõmuniuit, quod poſtea Gabinius bello cũ Ariſtobulo geſto depoſuit. Herodi aũt regnanti, omnib. locis dignior cura uiſus eſt, & cõſtructione tutiſsima, propter Arabũ præcipue uicinitatẽ. namq; opportune ſitus eſt, eorũ fines proſpectans. Magno ergo locũ muro amplexus ac turribus, ciuitatẽ illic fecit incolis, unde in arcẽ ipſam ferebat aſcenſus. Quin & circa ipſum uerticẽ rurſus murũ ædificauerat, turresq; in angulis ſexagenorũ cubitorũ erexerat. In medio aũt ambitu regiã ſtruxerat, magnitudine ſimul habitationũ & pulchritudine locupletẽ. Multas uero ciſternas recipiẽdis aquis abundeq; ſuppeditandis, locis maxime idoneis fecerat: ueluti cum natura certaret, ut quod illa ſitu loci expugnabile fecerat, ipſe manu ſtructis munitionibus ſuperaret. Inſuper enim & ſagittarũ multitudinẽ machinarũq; repoſuit: & omnẽ apparatũ excogitauit, q̃ habitatorib. poſſet magnæ obſidionis præſtare contemptũ. Erat aũt in ipſa regia ruta mirabilis magnitudinis: à nulla eñ ficu uel celſitudine uel magnitudine uincebaẽ. Ferebant aũt eam ex Herodis tẽporibus perſeueraſſe: manſiſſetq; ulterius profecto, ſed ab Iudæis qui locum ceperant exciſa eſt. Vallis autẽ, qua ciuitas à parte ſeptentrionali cingiẽ, quidam locus Baaras appellatur, ubi radix eodem nomine gignitur: quæ flammæ quidẽ aſsimilis eſt colore, circa ueſperã uero ueluti iubare fulgurans, accedentibus eamq; euellere cupientibus facilis nõ eſt: ſed tam diu refugit, nec prius manet, q̃ ſi quis urinam muliebrem uel menſtruum ſanguinem ſuper eam fuderit. quinetiam

tunc

tunc ſi quis eam tetigerit,mors certa eſt, niſi forte illam ipſam radicē ferat de manu pendentē.Capitur autem alio quoq; modo ſine periculo, qui talis eſt: Totam enim circūfodiunt,ita ut minimum ex radice terra ſit conditum.dein de ab ea religant canem: illoq; ſequi eum à quo religatus eſt cupiente,radix quidē facile euellitur:canis uero continuo moritur,tanquam eius uice à quo herba tollenda erat,traditus.nullus enim poſtea accipiētibus metus eſt.Tantis autem periculis propter unam uim capi eam operæpretium eſt.Nam quæ uocātur dæmonia,peſsimorum hominum ſpiritus,uiuis immerſa,eosq; necantia quibus ſubuentum nō fuerit:hæc cito,etiam ſi tātummodo admoueatur ægrotantibus,abigit.Fluunt autem ex eo loco aquarum fontes etiam calidarum,multū inter ſe ſapore diuerſi. Alij namq; amari ſunt,alijs nihil dulcedinis deeſt.Multi autem frigidæ aquæ ortus, non ſolū in humilioribus locis fontes alternos habent:ſed quod amplius quis miretur,in proximo quædam ſpelunca cernitur,non quidem alte caua,ſaxo autē imminēte protecta:ſuper hoc ueluti duæ māmæ inter ſe paululum diſtantes eminent:& altera quidem frigidiſsimum fontem,altera calidiſsimū fundit:qui mixti lauacrum ſuauiſsimum præbent,multisq; morbis ac uitijs ſalutare:maxime uero neruorum curationi cōueniens:habetq; idem locus metalla ſulfuris & aluminis. Baſſus autem contēplatus undiq; regionem,ualle orientali repleta acceſſum parare ſtatuit:opusq; inchoauit,properans aggerem quamplurimū extollere, facilēq; per eum oppugnationem facere.Qui uero intus fuerāt deprehenſi,ab externis ſegregati Iudæi,illos quidem coegere,inane uulgus eſſe exiſtimātes, inferiorem obſeruare ciuitatē,ac pericula priores excipere:ſuperius uero caſtellum ipſi occupatū tenebant,& propter munitionis firmitatē, & ut ſaluti ſuæ conſulerent.Impetraturos enim ſe ueniā opinabantur, ſi locum tradidiſſent Romanis.Prius aūt uolebant ſpem declinandæ obſidionis experiēdo cōuincere:ideoq; alacri animo in dies ſingulos excurſus habebāt, & cum his quos ſors obtuliſſet conſertis manibus,multi moriebātur, multosq; Romanos interficiebant.ſemper autē utriſq; ex tempore plus uictoriæ captabatur:Iudæis quidem,ſi incautiores aggrederētur:in aggere autem poſitis,ſi improuiſum excurſum eorum bene ſepti armis exciperēt. Sed non is erat finis obſidionis futurus.Res autē quædam fortuito geſta,inopinatā caſtelli tradendi neceſsitatem Iudæis impoſuit.Erat inter obſeſſos iuuenis & audacia ferox, & manu ſtrenuus,Eleazarus nomine.is autem fuerat excurſibus nobilis,multos egredi aggeſtūq; prohibere cogitās,& in prælijs ſemper grauiter Romanos afficiens:audaciaq; ſua ſocios proſequens,impetum quidem facilem his,periculo autem uacuū diſceſſum efficiebat nouiſsimus recedēdo.Itaq; diſcreta quodam die pugna,& utraq; parte digreſſa,ipſe tanq̄ deſpiciēs omnes, exiſtimās neminem tunc hoſtium prelium excepturū,extra portā remanſit:& in muro ſtantes alloquebatur,tota mente illos attendens.Hanc aūt opportunitatē uidit quidam ex caſtris Romanorū Aegyptius,nomine Rufus: & quod nemo ſperaſſet,impetu facto cum ipſis eum armis repente correptum, cū hoc uiſo ſtātes in muro ſtupor teneret,in caſtra Romanorū traduxit. Poſtq̄ uero dux nudum præcepit extendi,& in aperto conſtitutū,ut ex ciuitate cōſpicereī,cædi uerberibus,uehemēter Iudæos cōfudit caſus iuuenis,uniuerſaq; ciuitas in

fletu erat & queſtibus, unius uiri clade perculſa. Id ubi Baſſus animaduertit cõſiliorũ aduerſus hoſtes hoc principiũ ſumpſit: eorumq; miſerationẽ augere cupiẽs, quatenus coacti pro eius ſalute caſtelli traditionem facerẽt, q̃ ſperauit adeptus eſt. Nã ipſe quidẽ, uelut mox Eleazarũ ſuſpenſurus, crucẽ defigi iuſsit. ea uero cõſpecta, maior caſtellanos dolor inuaſit, & ululando querebãtur, intolerabilẽ eſſe calamitatẽ uociferantes. Tunc igitur Eleazarus eos orabat, ne uel ſe deſpicerẽt, mortem miſerrimã ſubiturum, ſibiq; ipſis ſalutẽ præberẽt, poſtq̃ iam ſubacti omnes Romanorũ uiribus ac fortunæ concederent. Illi autẽ & eius ſermone fracti, & quod multi intus pro eo precabantur (ex magna enim & numeroſa cognatione genus ducebat) & contra ingeniũ ſuũ miſericordia uicti ſunt: & quibuſdã celeriter miſsis colloquebãtur, caſtelli traditionem facere petẽtes, ac reddito ſibi Eleazaro, ſine metu dimitti. Cum autẽ his aſſenſus eſſet dux Romanorũ, multitudo ciuitatis inferioris, inita ſeparatim cũ Iudæis cognita pactiõe, ipſi clàm nocte aufugere ſtatuere. Cũ uero portas aperuiſſent, ab his qui deditionẽ promiſerant ad Baſſum nuncius uenit, ſiue inuidia ſalutis eorũ ſiue formidine, ne eorum fugę cauſam ipſi præſtarent. Sed fortiſsimi quidem fugiẽtium, qui præceſſerant, euaſere. reliquorũ autem uiri quidem mille ſeptingenti perempti ſunt, mulierculæ uero & pueri in ſeruitium ducti. Spõſiones autem cum his qui caſtellum dedidere habitas, Baſſus conſeruandas eſſe ratus, & ipſos dimiſit, & Eleazarum reddidit.

De Iudæis à Baſſo interemptis & Iudæa diuendita. Cap. XXVI

His autem adminiſtratis, in ſaltũ, qui appellatur Iardes, ducere properabat exercitum. multi enim illuc congregati eſſe nunciabantur, qui pridem tempore obſidionis, ex Hieroſolymis & Machærunte profugerant. Ergo cum ad locum ueniſſet, neq; falſum fuiſſe nũcium reperiſſet, primo quidem omnem locum cum equitibus cingit: ut ſi quis Iudæorum conatus fuiſſet euadere, fugiendi per equites copiam non haberet. pedites autẽ ſyluam iuſsit cædere, in quam confugerant. Hoc modo ad neceſsitatem adducti ſunt fortiter aliquid faciendi, uelut ex audaci certamine fortaſſe fugam etiam reperirent. Itaq; ſimul uniuerſi, & cum clamore impetu facto, in eos à quibus cincti fuerant, irruunt. Illi autem fortiter excipiebant: multaq; his audacia illis contentione uſis, diu quidem prælium tractum eſt, non autem ſimilis euenit finis pugnæ certantibus. Nam Romanorum quidem duodecim tantum contigit occumbere, neq; multos ſauciari: Iudæorũ uero ex illo prælio nullus euaſit. Sed cum non eſſent pauciores tribus milibus, proſtrati ſunt omnes: eorumq; dux Iudas Iairi filius, de quo ſupra meminimus, qui ordini quidam præpoſitus cum Hieroſolyma obſideretur, quibus demerſus fuerat cloacis, latenter effugit. Eodem uero tempore Cæſar etiam ad Liberiũ Maximum ſcripſit (erat aũt procurator) ut oẽm terrã uẽderet Iudæorũ. nec enim ciuitatem in ea condidit proprium ſeruans ſibi eorũ agrum. Solis autẽ octingentis militibus illic relictis, locum dedit quem incolerent, qui uocatur Ammaus. diſtat autem ab Hieroſolymis triginta ſtadijs. Stipendium uero ubicũque degerent Iudæis indixit: binasq; drachmas ſingulis annis deferre in Capitolium iuſsit, ita ut antehac Hieroſolymorum templo pendebant. Et res quidem Iudæorum illo tempore hunc ſtatum habebant.

De

De cláde Antiochi regis & eruptione Alanorum in Armeniam. Cap. XXVII

IAm uero quarto anno Veſpaſiano adminiſtrãte imperiũ, contigit Comagenes regẽ Antiochum in maximas clades cum tota domo incurrere, ex cauſa huiuſmodi. Ceſennius Petus, qui tunc Syriã adminiſtrabat, ſiue re uera, ſeu propter inimicitias Antiochi (certum nõ ualde patefactũ eſt) literas ad Cęſarẽ miſit, Antiochũ dicẽs deficere ab Romanis cũ Epiphane filio decreuiſſe, pactis habitis cũ rege Parthorũ: propterea q; debere illos antè capere: ne ſi priores nouas res adorti eſſent, totũ Romanorũ imperiũ bello perturbarẽt. Nõ erat aũt Cæſar huiuſmodi nunciũ ad ſe perlatum neglecturus. Nam uicinitas regũ, maiore negotiũ prouidentia dignũ eſſe faciebat. Samoſata enim Comagenes maxima ciuitas iuxta Euphraten ſita eſt, ut eſſet Parthis (eo namq; id cogitauere) facillimus trãſitus, tutum aũt receptaculũ. Fide igit habita, & poteſtate ſibi permiſſa, ut ageret quod expedire uideretur, negligẽdũ nõ putauit. Subito tamẽ, Antiocho eiusq; ſocijs nihil opinantibus, in Comagenẽ ingreſſus eſt, ex legionibus quidẽ ſextã ducẽs, & inſuper quaſdã cohortes alasq; equitũ. habebat aũt auxilio reges, Chalcidicæ Ariſtobulũ, Emeſæq; Sohemũ. Introitus autẽ illis erat ſine certamine, quod nemo indigenarũ manus ualebat opponere. Antiochus em̃ inſperato perculſus nũcio, bellum quidem cõtra Romanos nec cogitatione concepit. Decreuit aũt, toto regno in eo quo erat ſtatu relicto, cũ cõiuge ac liberis egredi, hoc ſe Romanis purũ ab ea ſuſpiciõe quæ ſibi ingereretur probaturũ eſſe ratus. progreſſusq; de ciuitate centum triginta propemodũ ſtadijs, in campo tabernaculum ponit. Petus autẽ in Samoſatam qui eam capeſſerent mittit, & per eos ciuitatẽ tenebat. ipſe uero cum alio milite in Antiochum ire tẽdebat. Non tamen rex uel ipſa neceſsitate adductus eſt aduerſum Romanos aliquid bellicũ gerere: ſed fortunã ſuã queſtus, quiduis pati ſuſtinebat. adoleſcentib. aũt, belliq; peritis, uiq; corporis præſtantibus filijs eius non erat facile in calamitate ſine pugna durare. Itaq; ad uirtutem ſe conferunt Epiphanes & Callinicus. Vehementi autem pugna per totã diem habita, inſigni fortitudine demonſtrati ſunt: nullaq; parte ſuarum uiriũ diminuta diſcedunt. Antiocho uero neq; pugna hoc modo peracta manere domi tolerabile uidebaẽ: ſed abducta cõiuge cũ filiabus in Ciliciã fugit, atq; hoc facto militũ ſuorũ animos fregit. nam ueluti deſperato ab eo regno defecere, & ad Romanos ſe trãſtulere, omniumq; erat deſperatio. Ergo priuſquam penitus deſtituerentur auxilijs, Epiphani cum cæteris ſeruare ſe ex hoſtibus erat neceſſarium. fiuntq; omnes equites decẽ, qui cum his unà trãſgreſsi ſunt flumen Euphratẽ. hinc iam ſine metu profecti, cũ ad Vologeſem Parthorum regem ueniſſent, nõ quaſi profugi deſpecti ſunt: ſed ac ſi fortunam priſtinam retinerẽt, omni honore digna ti ſunt. Antiochũ uero, ubi Tarſum Ciliciæ uenit, miſſo centurione Petus uinctum Romam tranſmiſit. Veſpaſianus aũt ita regem ad ſe deduci non paſſus eſt: dignius eſſe ratus, ueteris amicitiæ habere rationẽ, q̃ belli occaſiõe inexorabilem iracundiã ſeruare. Itaq; iubet ei iter agẽti auferri uincula, intermiſſaq; interim profectione Romam, apud Lacedæmonem degere: magnos uero ei pecuniæ reditus præbet, ut nõ modo copioſe, ſed etiam regie uictũ haberet. His Epiphanes & cęteri cognitis, qui patri ante metuebãt, magna cura & in-

extricabili animos relaxarſit, & ipſi quoq; ſpem recõciliandi cũ Cæſare concepere. Cum autem etiã Vologeſes de his ſcripſiſſet ad Cæſarẽ (nec em̃ quàm uis feliciter agerẽt, extra Romanum uiuere patiebantur imperiũ) & cum Cæſar his manſuete facultatem dediſſet, Romã uenerunt. patre autem ad eos ex Lacedæmone ſtatim aduecto, cũ omnis honor eis haberetur, ibi mãſere. Alanorum autem natio, quod quidem Scythæ ſint, iuxta flumen Tanain & Męotides paludes ſedes habentes, iam quodam loco memorauimus. His uero temporibus inito cõſilio, ut terram Mediam, & ulterius prædãdi cauſa peruaderent, cum rege Hyrcanorum colloquũtur. namq; is eſt illius tranſitus dominus: quem rex Alexãder ita fecerat, ut portis ferreis clauderetur. Aditu autem ſibi præbito, uniuerſi nihil ſuſpicãtibus Medis incumbũt: eorumq; fines populoſos, omnigenumq; pecorum plenos diripiebant, cum reſiſtere nullus auderet. Nam qui regnũ eius terræ obtinebat Pacorus, metu perculſus, in difficiliora loca refugiẽs, cæteris quidem bonis omnibus ceſſerat: uix autem ab illis coniugem ac concubinas ſuas captas, datis centũ talentis redemerat. Summa ergo facultate ſine pugna prædabundi, & uſq; ad Armeniã uaſtantes omnia proceſſere. Eius autem Tyridates rex erat. Qui cum his obuius bello conflixiſſet, nõ multum abfuit quin uiuus in illa acie caperetur. Procul enim quidam miſſo eũ laqueo circũdatũ tracturus fuerat, niſi celeriter gladio rupiſſet laqueum, atq; ita fugiſſet. Illi autem pugna multo magis efferati, terrã quidẽ depopulati ſunt: magnã uero hominum multitudinẽ, aliamq; ducentes prædam ex utroq; regno, ad ſua domicilia rediere.

Excidium Maſſadæ caſtelli munitiſſimi. Cap. XXVIII

APud Iudæã uero mortuo Baſſo, Flauius Silua in adminiſtratione ſuccedit. & aliã quidem terrã bello ſubactã uidens, unum aũt adhuc rebelle ſupereſſe caſtellũ, omni quæ in illis locis habebat manu collecta, aduerſus id militẽ mouit. Nomẽ eſt aũt caſtello Maſſada. Princeps uero ſicariorũ, à quibus fuerat occupatũ, erat uir præpotẽs Eleazarus, ex origine Iudæ, qui nõ paucis Iudæis perſuaſerat, ut ante diximus, ne profeſsionẽ facerẽt, quando cenſor Cyrenius in Iudæam miſſus eſt. Tunc enim ſicarij conſpirauerunt in eos, qui Romanis dicto audientes eſſe uellẽt: omniq; modo his quaſi hoſtibus utebãtur, diripiendo quidem & abigendo eorum bona, ignem uero domibus inijciẽdo. Nihil enim illos ab alienigenis differre dicebãt, qui pugna etiam petendam Iudęorum libertatem tanta ignauia prodidiſſent: magisq; ſe optare ſub Romanis ſeruitiũ profeſsi eſſent. Erat autem id plane cauſatio, & crudelitatis atq; auaritiæ dicebatur obtentu: manifeſtum aũt rebus effectum eſt. Nam ijdem illi & defectionis ſocij fuerunt, & bellum cum Romanis cõmuniter ſuſcepere. Cauſa uero peior illorũ in eos facta eſt: & cum mẽtita prior eorum refelleretur occaſio, peius tractabant eos, qui nequitiæ ſuæ iuſtis aſſertionibus exprobrarẽt. Fuit enim quodãmodo illud tẽpus apud Iudæos omniũ generũ malitiæ fœcundiſsimũ: ut nullũ opus intermitteretur infectũ: nec ſi quis excogitãdo fingere uoluiſſet, haberet quo magis nouũ aliquid inueniret. Ita & priuatim & communiter omnes unum erant, & exuperare alium alius tam impietate q̃ iniquitate in proximos certabant: potẽtes quidẽ multitudinem male tractando, multitudo uero ad interitum

tum potentium properando. Illis aũt erat dominandi cupiditas, his aũt uim faciendi, bonaq́; locupletũ diripiẽdi. Primi quidẽ ſicarij fuere iniquitatis in propinquos & crudelitatis autores, nullo neq; uerbo indicto ad iniuriam, neq; facto intentato ad exitiũ eorũ quibus inſidiarent̃ penitus prætermiſſo. Verũ & hos Ioannes moderatiores eſſe demonſtrauit. Non ſolũ enim omnes interficiebat qui neceſſaria & profutura ſuaderent, tanq̃ inimiciſsimos maxime ciues eiuſmodi impetens, ſed etiam patriã malis plurimis cumulauit: qualia facturus fuerat qui deũ quoq; iam eſſet auſus impietate cõtemnere. Nam & menſa nefaria ueſcebat̃, & legitimã patriamq́; exterminauerat ca ſtimoniam: ut iam ſit minime mirũ, ſi manſuetudinis cõmunionem minime ſeruabat hominibus, qui dei pietatem furore contempſerat. Rurſus Simon Gioræ, quid mali non cõmiſit, quá ue liberorum corporum iniuria temperauit, qui eum creauere tyrannum? Quæ uero eos amicitia, quę́ue cognatio ad quotidianas cædes non ferociores effecit? namq; alienos quidẽ male tractare, inertis nequitiæ opus eſſe arbitrabant̃: clariſsimam uero gloriam parere crudelitatẽ in familiariſsimos exiſtimabant. Horũ furoris æmuli, etiam Idumæi fuere: illi enim ſceleratiſsimi peremptis põtificibus, ne qua pars conſeruaret̃ pietatis in deũ, totũ quod ex ciuitatis facie ſupererat, abſcidere, ſum mamq́; per omnia iniuſtitiam induxerunt: in qua illud hominũ genus, qui Zelotæ appellati ſunt, uiguit: qui nomen factis uerũ probauerunt. Omne enim malitiæ facinus æmulati ſunt, nullo inæmulato, quod ante commiſſum memoria tradidit, prætermiſſo: quamuis nomen ſibi ex bonorũ æmulatiõe impoſuiſſent: qui eos quos læderent, propter efferam ſui naturã cauillando fallebant, qui malorũ quæ maxima eſſent, bona ducebant. Itaq; debitũ uitæ finẽ inuenere, merita illis omnibus pœna dei uoluntate decreta. Cuncta em̃ quæ natura hominis poſſet ferre ſupplicia, in eos uſq; ad extremũ uitę termi nũ congeſta ſunt, quæ uarijs perempti cruciatibus pertulere. Fortaſſe dixerit aliquis minora eos q̃ commiſere perpeſſos, uerũ qua tandẽ digna tantis ſceleribus pœna affici poterant? De illis aũt qui in eorũ crudelitatem incidẽ runt, nõ eſt huius temporis pro merito conqueri. Rurſum igit̃ ad eam narrationis partẽ redeo, unde digreſſus ſum. Venit em̃ dux Romanorũ contra Eleazarũ, & qui cum eo Maſſadam tenebant, ſicarios, exercitũ ducens. & fines quidẽ ſtatim omnes obtinuit, præſidijs ubiq; locis opportuniſsimis collocatis: caſtellũ aũt muro circundedit, ne quis obſeſſorũ fugiendi facultatẽ haberet, utq́; cuſtodes perſeuerarent. ipſe uero caſtris locũ occupat, ad obſidionem quidem idoneũ, quem delegerat, qua parte caſtelli rupes mõti proximo applicabant̃, cæterum difficilem ad copias utenſilium. Non ſolũ enim cõmeatus ex longinquo, & cum labore Iudæorum maximo portabant̃, quibus hæc fuerat cura mandata, uerumetiam potus aliunde in caſtra ducebat̃, quoniam in eo loco nullus fons proximus naſcebatur. His autem diſpoſitis, Silua obſidionem aggreſſus eſt, artis ac laboris gentẽ, propter caſtelli munitionem, cuius natura huiuſmodi eſt: Saxum gyro non exiguum, & excelſum longitudine, undiq; abruptis atq; altis uallibus cingitur inuiſibili ſuper fundo habens ſcopulos: ipſæq́; omnium ſunt animaliũ greſsibus inacceſſæ, niſi quod duobus modis idem ſaxum in difficilem explicatur aſcenſum. Eſt

autem

autem unũ iter ab lacu Aſphaltite ad ſolis ortũ, & alterũ ab occidẽte facilius ambulari. Vocaſ autem unũ coluber, ex anguſtia crebrisq; flexibus capta ſimilitudine. Quæ enim prominet rupes, frangit, ac ſæpe in ſe reuertens, paulatim rurſum producit: uixq; illo itinere gradiens promouet pedem. namq; mutanti ueſtigiũ, neceſſe eſt altero pede niti. Eſt aũt certa pernicies, ſi quis labaſ. altitudo enim rupiũ utrinq; dehiſcit, ut quæ horrore quemuis terrere audaciſsimũ poſsit. Per eiuſmodi uiam cum xx ſtadijs aſcenderis, quod reſtat uerticis eſt non in acutũ finẽ coacti, ſed ut habeat in ſummo planicie. In hac primus quidẽ Ionathas pontifex caſtellũ ædificauit, & appellauit Maſſa dam. Poſt aũt Herodi magno ſtudio fuit loci illius ſtructio. Nam & murum per omnem eius gyrũ erexit, ſtadiorũ ſpacio ſeptem, è candido lapide factũ, & duodecim altum, latumq; octo cubitis: & xxvii turres quinquagenorũ cubitorum in eo ſtabant: ex quibus aditus erant in ædes circa omnem murũ intus ædificatas. Rex enim uerticem, q; fœcundus, omniq; planicie mollior eſſet, culturæ deſtinauerat: ut ſi quando externorũ alimentorũ penuria cõti giſſet, ne hac quidẽ laborarent, qui ſalutem ſuam caſtello credidiſſent. Quin & regiam ſibi ædificauerat, ab occidentalis partis aſcenſu, intra mœnia quidem arcis poſitã, uergentem aũt ad ſeptentrioũẽ. regiæ uero murus erat magnus, ac firmiſsimas quatuor celſitudine ſexagenorũ cubitorum in angulis turres habebat. Membrorũ autem intus, & porticuũ itemq; balnearũ uaria erat & ſumptuoſa conſtructio, columnis quidem è ſingularibus ſaxis undique ſubſtitutis, parietibus aũt membrisq; ſolida cõpage lapidũ uariatis. Ad ſingula uero habitacula, & in ſummo, & circa regiam, & ante turres multos magnosq; puteos in ſcopulis exciderat, cuſtodes aquarum: tantam molitus abundantiam, quantam qui fontibus uterent haberent. Foſſę uero iter ex regia in arcem ſummã ducebant, quas foris nemo cernebat. Sed ne manifeſtæ quidem uiæ facilẽ ſui uſum præbere hoſtibus poterant. Nam orientalis quidem uia natura eſt inacceſſa, ut ſuprà memorauimus. Occidentalẽ uero, magna in anguſtia poſita turri concluſit, quæ non minore mille cubitorũ ſpacio ab arce diſtaret, quam neq; tranſire poſſe, neq; capi facile uidebaſ. Inextricabilis aũt, quamuis licenter ambulantibus, fuerat fabricata. Ita quidẽ aduerſus hoſtiles impetus natura ſimul & manu caſtellũ erat cõmunitũ. Intus aũt repoſiti apparatus, magis & diuturnitatẽ & opulentiam iuuere. nam & frumentũ multum erat conditũ, & quod in longũ tempus ſufficere poſſet: uinumq; multũ & oleum: inſuper aũt cuiuſq; leguminis fructus, & palmulę coaceruatæ. Cunctaq; reperit Eleazarus, caſtello per dolũ cum ſicarijs occupato, matura, nihilq; recens depoſitis deteriora: quanq; ferè ex quo apparata ſunt, ad excidiũ à Romanis illatum, cẽtum annorũ tempus agebaſ. Quinetiã Romani fructuũ reliquias incorruptas offendêre. Si quis aũt cauſam diuturnitatis auram eſſe exiſtimet, nõ errauerit, quod arcis altitudine ab omni terrena ac fœculenta materia ſit remota. Inuenta eſt autem omnigenũm quoq; armorũ multitudo, ab rege cõdita, quæ decem millibus uirorũ ſufficerent, ferrumq; infectũ, necnon æris & plumbi materia: quippe ut magnis de cauſis factũ crederes apparatum. Aiunt enim Herodem idipſum caſtellum ſibi ad refugiũ parauiſſe, duplex periculũ ſuſpicantem: unũ quidem ab Iudæorum

rum populo:ne ſe depoſito,illos qui antea reges fuerant,ad principatū redu ceret.Alterū uero maius atq; atrocius,ab regina Aegypti Cleopatra.Hęc em̄ ſuam ſententiā non celabat,ſed cum Antonio ſæpe uerba faciebat, poſtulās Herodē interfici,ſibi aūt obſecrans regnū Iudæorū donari.Et magis qs miraretur,nondū eius imperio Antoniū paruiſſe,male eius amore mancipatū q̄ non donaturū ſperaſſet.Propter eiuſmodi metus Herodes conditā Maſſa dam,extremum belli contra Iudæos Romanis opus reliquit.Nam quia foris iam locū omnem muro cinxerat dux Romanorū,ſicut ſuprà diximus, ac ne quis effugeret diligentiſsimè procurauerat:incipit oppugnationē,uno tantum loco reperto,qui aggerum iactū poſſet excipere.Nam poſt eam turrim quæ iter ab occidente,quod ad regiam ſummumq́; montē duceret,præcludebat,erat quædam continentia ſaxi uaſtior latitudine,multumq́; porrecta: celſitudine aūt Maſſadæ trecentis cubitis inferior,quam Leucen appellabāt. Hanc igitur Silua ut aſcendit ac tenuit aggerem apportare militibus iuſsit:illis aūt alacri animo & magna manu operantibus, ſolidus ad ducentos cubitos erectus eſt tumulus. Verū neq; firma neq; ſufficiens machinis ferendis hæc menſura uidebat:ſed ſuper eum tribunal, conſtructis ſaxis ingentibus, factū eſt,altū itemq́; latū cubitis L. Erat aūt & aliarū machinarum fabrica illis aſsimilis, quas primo quidē Veſpaſianus ad oppugnationes,poſtea uerò Titus excogitauerat:& turris LX cubitorum effecta eſt,tota ferro conſepta, unde multis baliſtarum tormentorumq́; iaculis Romani cito eos repulere, qui de muro pugnabāt,& caput exerere prohibuere. Simul aūt ingenti etiā ariete fabricato, Silua crebro murū pulſari iubet:ac uix quidem tamen aliquam eius deijcit partem interruptam.Cito aūt præuenere ſicarij muro intus altero conſtituto,qui ne machinis quidem ſimile aliquid pateret:mollis enim adhuc erat,& impetus laxare uiolentiam poterat, hoc modo conſtructus.Trabes proceritate magnas, & quà fectæ ſunt continentes cōpoſuere: earū autē ordines erant duo ſimiles,tantumq́; diſtantes quanta eſſet muri latitudo:& inter eos ambos replebant aggere ſpatiū.ne uero creſcente cumulo terra deflueret,alijs trāſuerſis trabibus quas in longitudinē poſuerāt colligabant.Erat ergo illis opus quidem ædificio ſimile:ſed quod cedenti inferebant machinarū ictus euaneſcebant,lutoq́; ſubſidente ſtrictiorē fabricam faciebant. Hoc ubi Silua conſiderauit, igni magis murū captum iri putans, multas quidē ardentes faces militibus intrò iaculari præcepit:murus autem, quippe ut magna ex parte lignis conſtructus,ignē cito cōprehendit: & uſq; ad limū ſui laxitate calefactus,ingenti flamma colluxit. Incipiente quidē adhuc incendio,ſpirans aquilo Romanis erat horribilis: auertens em̄ deſuper flammam in eos abigebat,& penè machinas quaſi iam conflagraturas deſperauerant.deinde flatu mutato,ueluti diuina prouidētia excitatus auſter,multa ui in aduerſum eum murum repulit:iamq́; totus ardebat ex alto. Romani quidē cum dei uterent auxilio,ad caſtra lęti digrediebant,decreto hoſtes luce aggredi,& nocte uigilias accuratiores facere,ne quis eorū clàm ſubterfugeret.Sed neq; ipſe Eleazarus de fuga cogitabat, neq; alij cuiquā permiſſurus erat ut faceret. Videns autem murum igne conſumptum, alium uero nullum ſalutis modum neque uirtutis excogitans: ſed his quæ Romani in ſe

liberosq́;

liberosq; ſuos & coniuges facturi eſſent ſi uiciſſent, ante oculos poſitis, de omniũ morte conſiliũ cepit:idq; ex præſentibus fortiſsimũ ratus,ualidioris animi ſocijs ueſperi cõgregatis,talibus eos uerbis ad facinus inuitabat.Cum olim uobis decretũ ſit,uiri fortes, neq; Romanis,neq; cuiq̃ alij ſeruire, niſi deo:is enim ſolus eſt uerus & iuſtus dominus hominũ: ecce nunc tẽpus adeſt,quod factis ueſtros probare animos iubeat. Ne igit̃ nos dehoneſtemus, antè quidẽ ſeruitutẽ nec ſine periculo paſsi, nunc aũt cum ſeruitute intolerabiles pœnas ſubituri:ſi uiuos in Romanorũ poteſtatẽ uenire cõtingat.primi enim omniũ ab his defecimus,& nouiſsimi cũ his bellũ gerimus.Puto aũt et hanc nobis à deo gratiã datã,ut bene ac liberè poſsimus mori,quod alijs nõ euenit præter ſpem ſuperatis.Nobis aũt certũ eſt,orto die futurũ excidium. Libera eſt aũt ſtrenua mortis cõditio cum affectibus: nec em̃ prohibere id hoſtes poſſunt,qui profecto nos optant uiuos abducere,neq; nos illos iam poſſumus ſuperare pugnãdo. Nam fortaſſe quidẽ ab initio ſtatim oportuit, quando libertatẽ defendere cupiẽtib.omnia & à nobiſipſis acerba peioraq; ab hoſtib.eueniebant,de dei uolũtate cõijcere,& ſcire q̃ amica ei quondam Iudæorũ natio damnata eſſet interitu:manens em̃ propitius, uel ſaltẽ nobis leuiter infenſus, nunq̃ tantorũ quidem hominũ pernicie neglexiſſet: ſacratiſsimã uerò urbẽ ſuam igni hoſtiũ excidioq; prodidiſſet.Nos autem ſoli ſci licet ex omni genere Iudæorũ ſperauimus ſeruata libertate ſuperare,tanquã nil in deũ deliquiſſemus,nulliusq; culpæ participes fuiſſemus,q̃ alios quoq; docuimus.Itaq; uidetis quemadmodũ nos uana exſpectaſſe redarguit,fortiore nobis ſperatis reb.malorũ neceſsitate illata.Nec em̃ quicq̃ nobis caſtelli natura inexpugnabilis profuit ad ſalutẽ:ſed & alimentorũ copiam,& armorum multitudinẽ,aliumq; habẽtes abundantiſsimũ apparatũ,ipſo deo manifeſtiſsime auferẽte ſpem ſalutis perdidimus. Ignis em̃ qui ferebat̃ in hoſtes, in ædificatũ à nobis murũ non ſponte reuerſus eſt.Sed hęc multorũ ira ſunt ſunt criminũ,quæ furore capti contra gentiles auſi ſumus:pro quib.quæſo ne Romanis inuictiſsimis pœnas,ſed per nos ipſos deo pręſtemus.iſtæ autẽ illis moderatiores ſunt.morientur enim coniuges iniuria uacuæ, liberi ſeruitutis expertes.Poſt illos aũt ipſi nobis honeſtã inuicẽ gratiam prębeamus, libertate ſeruata optima ſepultura. Prius tamen & pecunias & caſtellũ igne exuramus.Mœrebunt enim Romani,certe ſcio, ſi neq; corpora noſtra tenuerint,cõpendioq; caruerint.Alimẽta ſola relinquamus. hæc enim nobis erunt teſtimonio mortuis,q̃ non penuria uicti ſumus: ſed ita ut ab initio ſtatueramus, mortẽ ſeruituti prætulimus. Hæc dicebat Eleazarus:ſed non in eundẽ modum præſentiũ ſententiæ congruebant. Sed alij quidẽ ei obedire properabant,& quaſi uoluptate replebant̃,pulchrã eſſe mortẽ exiſtimantes. Qui uero molliores erant coniugũ ac familiarũ ſuarum miſericordia, uel etiam proprius quemq; apertiſsimus deterrebat interitus,aliusq; aliũ intuẽs, contrariũ uoluntatis ſuæ motum lacrymis deſignabant. Quos cum uidiſſet Eleazarus formidare,ac magnitudinẽ conſilij animis frangi,ptimuit ne etiã eos qui fortiter dicta perceperũt, effœminarẽt flentes ipſi ac deplorantes. Ergo exhortationẽ nõ intermiſit:ſed erectior,multoq; repletus ſpiritu,clariorẽ de immortalitate animę orationẽ incipit:magnaq; uſus exclamatione,

lachry-

lachrymãtes attẽtius aſpectans: Plurimũ,inquit,opinione deceptus ſum: qui putarẽ uiros fortes pro libertate certãtes,mori bene malle,q̃ uiuere. Vos aũt ne cuilibet quidẽ homini quicquã neq; audacia neq; uirtute prẽſtatis,qui etiã magna mala effugituri,mortẽ timetis:cũ oporteret uos ſuper hoc neq; cũctari,neq; expectare monitorẽ. Olim em̃ & à primo ſenſu nos erudire ſacræ patriæ orationes,maiorũ quoq; noſtrorũ factis & animis cõfirmãtibus,perſeuerabãt:quod uiuere hominis eſt,non mori,calamitas. Nã mors quidem libertatẽ animis præſtans,ad propriũ purũq; locum eas dimittit,ab omni clade futuras intactas. Donec aũt mortali corpore uinctę ſunt,unaq; malis eius implentur,quod ueriſimile dicitur mortuæ ſunt. Diuino enim cũ mortali ſocietas turpis eſt. Multũ quidẽ poteſt anima iuncta cũ corpore:inſtrumentum enim facit ſuum,latenter id mouẽs,& ultra mortalem naturam geſtis producẽs: Veruntamẽ cum pondere,quo in terrã detrahitur,quodq; ab ea pendet, abſoluta,propriũ locũ receperit,tunc beatã & undiq; liberam participat fortitudinẽ:humanis oculis,ut ipſe deus,inuiſibilis manẽs: nec enim cum eſt in corpore,conſpicitur. Nã & accedit occulta,neq; rurſus cum recedit uidetur, unam quidem ipſa habens incorruptã naturã, corpori autẽ cauſam præbens mutationis. Nã quod anima attigerit,hoc uiuit atq; uiget:unde uero digreſſa fuerit,hoc marcidũ moritur:tantũ immortalitatis ei ſuperat. Et huius orationis argumẽtũ uobis ſit ſomnus:in quo in ſe collectæ animæ,nuſquã eas diſtrahẽte corpore,iucundiſsimã quietẽ agunt:cũ deo uero pro cognatiõe degẽtes,ubiq; adſunt,ac multa futura prædicũt. Cur igitur mortẽ timere conueniat,qui ſomni diligimus quietẽ? quẽadmodũ autem nõ ſit dementiſsimum, breuitatẽ uitæ ſequẽtes,ſibimet inuidere perpetuã? Oportebat quidẽ nos domeſtica inſtitutione meditatos,alijs eſſe exẽplo promptæ uoluntatis ad mortem, Attamẽ ſi ab alienigenis etiã rei fides petẽda eſt,Indorũ uideamus ſapiẽtiæ profeſſores. Illi enim cũ ſint boni uiri,uitæ quidẽ tempus, quaſi quoddã neceſſariũ naturæ munus, inuiti ſuſtinent: properãt aũt animos corporibus ſoluere:nulloq; urgẽte neq; exagitãte malo,propter immortalis conuerſationis deſideriũ,alijs quidẽ prædicũt ſe eſſe abituros,nec eſt qui prohibeat quiſquam,ſed omnes fortunatiſsimos appellãtes eos,ad familiares ſuos mandata mittunt:ita certã ueramq; animis eſſe inter ſe cõſuetudinẽ credidere:ipſi autem cũ mandata perceperint,igni traditis corporibus, ut immaculata puraq; anima ſecernat̃,laudati moriunt̃. Facilius enim ad mortẽ illos amiciſsimi proſequunt̃,q̃ exterorũ hominũ quiſquam ſuos ciues,in longinquam peregrinationẽ ituros. Et ſe quidẽ ipſos deflent:illos aũt beatos dicunt,quòd immortalitatis ordinẽ iam recipiãt. Non ergo nos pudebit,ſi deterius Indis ſapiamus, propriaq; ignauia leges patrias,quæ omnibus hominibus æmulandæ uidentur,inhoneſte deſpiciamus? quãquã & ſi cõtraria nos à principio inſtituiſſet eruditio,quod ſummũ bonum eſt hominibus uiuere,mors aũt calamitas:attamen tẽpus nos adhortat̃ eam bono animo & facile tolerare, dei uoluntate & neceſſario morituros. Olim enim quantũ apparet,cõtra omne Iudæorum genus hoc decretũ poſuit deus,ut uita careremus,qui ea nõ eramus quemadmodum oportebat uſuri. Nõ auſim em̃ nobiſmetipſis aſcribere,neq; Romanis gratificari,quod nos omnes eorũ bellũ abſumpſerit. Nõ enim uiribus il-

lorũ hæc accidêre:ſed cauſa fortior interueniẽs,illis præſtitit ut uincere uide rent. Quibus enim armis Romanorũ perempti ſunt,qui Cæſareã incolebant Iudæi? ac ne defecturos quidẽ ab illis,dum diem ſeptimũ celebrarẽt,aggreſſa Cæſarienſiũ multitudo,neq; repugnãtes cum coniugibus ac liberis mactaue rũt:nec uel ipſos erubuere Romanos,qui nos tantũmodo hoſtes, quod defe ceramus,putabãt. Sed dicet aliquis,Cæſarienſibus ſemper cũ ſuæ ciuitatis Iu dæis fuiſſe diſcordiã,tẽpusq; nactos uetus odiũ exſaturaſſe:quid ergo de Scy thopolitanis dicemus? Nobiſcũ em̃ illi ꝓpter Græcos bellũ gerere auſi ſunt, ac non cũ propinquis noſtris Romanos ulciſci. Multũ igitur his fides illorũ ac beneuolentia profuit:ſiquidẽ ab ipſis cũ totis familijs acerbiſsime trucida ti ſunt,ac pro auxilijs gratias eis reddidere:nam quæ illos à nobis pati prohi buere,hæc paſsi ſunt,uelut ea ipſi cõmittere uoluiſſent. Lõgum fiet, ſi uelim nũc ſeparatim de ſingulis dicere. Noſtis enim,quod Syriæ ciuitatũ nulla eſt, quæ nõ Iudæos apud ſe habitantes occiderit, nobis q̃ Romanos plus inimi cos. Vbi etiã Damaſceni, cũ ne cauſam quidem probabilẽ cõfingere potuiſ ſent,ciuitatẽ ſuam cæde nefaria repleuere,octodecim milibus Iudęorũ cũ cõ iugibus ac familijs iugulatis. Eorũ aũt multitudinẽ plagis in Aegypto perem ptorum LX. miliũ numerũ audiebamus excedere. Illi quidẽ fortaſſe in aliena terra,cũ nullũ inueniſſent hoſtibus aduerſariũ,ita ſunt mortui. At omnibus qui domi cũ Romanis bellũ ſuſcepere,nihil deerat eorũ,quæ ſpem totã poſ ſent præbere uictoriç. Arma enim & muri,& caſtellorũ inexpugnabiles fabri cæ,atq; interriti ſpiritus ad pericula pro libertate ſubeunda,cunctos ad defe ctionem reddũt fortiores:ſed hæc ad paucũ tempus cũ ſuffeciſſent,ſeq; ſuſtu liſſent,maiorũ malorum extitere principiũ. Omnia enim capta ſunt,omniaq; hoſtibus ſuccubuerunt, uelut illorum nobilioris cauſa uictoriæ,nõ ad eorũ ſalutẽ,à quib. inſtructa fuerãt,apparata ſint. Et in prælio quidẽ mortuos bea tos exiſtimari oportet:repugnãtes enim & libertate nõ perdita periere. Eorũ uero multitudinis,qui à Romanis ſubiugati ſunt,quis nõ miſereatur? quis ũe nõ antequam illa patiatur,mori properet? quorũ alij torti,tãq; igne q̃ uerbe ribus excruciati periere,alij ſemeſi à beſtijs ad ſecundũ earũ cibũ uiui ſerua ti ſunt:illorũ quidẽ miſerrimi habendi ſunt,qui adhuc uiuunt,qui ſæpe mor tem optãtes nõ accipiũt. Vbi eſt aũt illa magna ciuitas? Aut ubi eſt quæ totius gẽtis Iudææ metropolis fuit? Tantis quidem murorũ ſeptis munitiſsima, tot uero ante muros caſtellis turriũq; obiectis mœnib. tuta, belliq; apparatũ uix capiens,tot aũt uirorũ pro ſe pugnantiũ multitudinẽ continens, quid nobis facta eſt,quæ deũ habere incolam credebatur? Radicitus ex fundamentis ere pta eſt,ſolaq; eius monumenta reſtant,eorũ à quibus exciſa eſt impoſita reli quijs caſtra. Senes uero infelices ad cineres tẽpli aſsident, & paucæ mulieres ad turpiſsimã pudoris iniuriã ab hoſtibus reſeruatæ. Hæc ſecũ reputãs quiſ quam noſtrũ,aſpicere ſolẽ durabit,etiam ſi uiuere ſine periculo poſſit? Quis inimicus adeo patriæ, quis tam imbellis,aut parcus animę,ut eũ non pœnite at hucuſq; uixiſſe? Atq; utinã omnes fuiſſemus mortui,priuſquã illam ſacram ciuitatẽ hoſtiũ manibus uideremus excindi, priuſquã templum ſanctũ tanta impietate funditus erui:ſed quoniã ſpes nõ inſtrenua nos illexit, quod forte poterimus pro ea hoſtes ulciſci:nunc autẽ euanuit,ac ſolos neceſsitati dereli

quit

quit,mori bene,pperemus,noſtrimet ipſi miſereamur,& cõiugũ liberorũq; dũ nobis licet à nobiſipſis miſericordiam capere. Ad mortem nanq; ipſi nati ſumus,& quos ex nobis genuimus, eãq; fugere ne fortiſsimi quidẽ poſſunt. iniuria uero & ſeruitus,& uidere cõiuges ad turpitudinẽ duci cũ liberis,non eſt malum hominibus ex naturæ neceſsitate profectum:ſed hæc ſua timiditate perferũt,qui ante mori cũ licuit noluere. Nos autem multũ freti fortitudine,à Romanis defecimus:& poſtremo nũc illis ad ſalutem hortantibus, non paruimus. Cui igit non eſt eorum iracũdia manifeſta,ſi nos uiuos ſubiugare potuerint? Miſerandi quidem adoleſcẽtes erũt,quorũ uires corporis ad multos ſufficiẽt cruciatus:miſerãdi aũt prouectiores,quorũ ætas clades ferre nõ poterit. Videbit alius coniugẽ abduci,alius manibus reuinctis uocem filij patrẽ implorãtis exaudiet. Sed dũ liberi ſunt & gladios habẽt,pulchrũ miniſteriũ nobis præbeãt,expertes ſeruitutis hoſtiũ. Moriamur liberi,cũ filijs & coniugibus uita decedamus. Hæc nobis leges præcipiũt, hæc nos cõiuges & filij deprecant,horũ neceſsitatem deus miſit,his contraria Romani uolũt, & ne quis noſtrũ ante excidiũ pereat,timent. Feſtinemus igit eis,pro ſperata potiũdi noſtri uoluptate,ſtuporem mortis admirationemq; relinquere audaciæ.

Adhuc eũ orare cupientẽ omnes interpellabãt: & effrenato quodã impetu pleni,ad opus incitabant:ac ueluti laruis exagitati,alius aliũ antecapere cupiebat:hoc ſpecimen eſſe fortitudinis,rectiq; conſilij exiſtimantes,ne quis extremus remanere uideretur: Tantus eos & coniugũ & filiorũ & propriæ cædis amor inuaſit. Sed nec,id quod aliquis putauerit,cum facinus accederẽt obtuſi ſunt,uerũ eam ſeruare ſententiã,quã cũ dicta perciperẽt,habuerũt:propriũ quidẽ charũq; affectum retinẽtibus cũctis,rationi uero cedentibus,quia iam optime filijs cõſuluiſſent. Simul enim ualere uxorib. cũ amplexu dicebant, ac liberos gremijs captos extremũ lachrymãtes oſculabãtur:& ſimul tanquã manibus alienis iuſſa peragẽtes uolẽtes eos cõfigebant:malorũ quæ ſubditi hoſtibus paſſuri fuerãt,cogitationẽ habentes pro ſolatio neceſsitatis ad cædem. Deniq; nemo hac audacia minor inuentus eſt. Cuncti autem cõiunctiſsimos trãsfixere:miſeri,quibus id neceſſe fuit,quibusq; filios atq; uxores occidere, malorũ omniũ uidebatur eſſe leuiſsimũ. Igitur neq; horum iam factorum dolorem tolerãtes, & interfectos læſos exiſtimãtes,ſi uel breuiſsimũ tempus eis ſuperueniret,cito quidẽ uniuerſis bonis in unũ congeſtis ignẽ inijciunt, ſorte uero ex numero ſuo decẽ lectis omniũ percuſſorib. uniuerſi etiã propter liberos ac cõiuges proſtratos cõpoſiti,eosq; cõplexi manibus, parato animo ſe mactãdos præbebãt infeliciſsimum illud exhibentibus miniſteriũ. Iſti autẽ intrepide cũctis occiſis,eãdem ſortis legem in ſua quoq; morte ſtatuerũt, ut cui obtigiſſet,nouem peremptis ſemet ſuper eos occideret. ita omnes ſibi cõfidebant,quod neq; in audendo,neq; in ſuſtinendo facinore,præſtaret alius alij. Et ad extremum cæteri quidẽ ſe neci ſuppoſuere:unus uero atq; nouiſsimus,circũſpecta multitudine mortuorũ,ne quis forte in multa cæde ſupeſſet qui ſuæ manus egeret:ubi cognouit omnes peremptos,ignẽ quidẽ immittit regiæ:uehemẽti uero manu toto per ſe trãſacto gladio, iuxta ſuos affectus occubuit. Et illi quidẽ perierant,nullã credentes animam ex numero ſuo Romanis ſubditã reliquiſſe. Latuit aũt una mulier ſenior, & alia quædã Eleazari

cognata,plurimũ doctrina ſapiẽtiaq; mulieribus præſtãs,et quinq; pueri per cuniculos qui aquã ſub terra potui ducebãt abditi,cũ alij cædibus occupatas mẽtes haberẽt,qui erant nongenti numero & ſexaginta,cũ mulieribus ſimul ac pueris.Hæc aũt calamitas acta eſt Aprilis mẽſis quintodecimo die.Romani aũt adhuc pugnã expectantes mane aggeribus ſcalarũ pontibus iũctis muros aggrediebãtur.Cum uero hoſtium neminem uiderẽt,ſed undiq; uerſum acerbam ſolitudinẽ,ignemq; intus ac ſilentium,quid factũ eſſet conijcere nõ poterãt:& ad extremũ uelut impellentes ictũ arietis,ululatum, ſi quem forte prouocarẽt,dederũt.Clamorẽ autem ſenſere mulieres, & ex cloacis emerſæ, factũ Romanis ut erat indicarũt, altera earum quemadmodũ dicta uel geſta fuiſſent omnia narrãte manifeſte.Nõ tamẽ Romani facile his uerbis adducebantur,auſi magnitudinẽ ueriſimilem nõ credẽtes.Ignẽ uero extinguere conabantur,perq; hunc uiam ſectantes cito in regiam peruenere:cõſpectaq; multitudine mortuorũ,nõ ut in hoſtib. gauiſi ſunt:ſed conſilij fortitudinẽ,& obſtinatum in tanto numero rebus ipſis contemptum mortis admirabantur.

Interitus ſicariorum,qui in Alexandriam & Thebas profugerant. Cap. XXIX

Huiuſmodi autem peracto excidio,in caſtello quidem præſidiũ dux reliquit,ipſe uero cũ exercitu ad Cæſarem profectus eſt. Nec enim quiſquam ſupererat in illis regionibus hoſtium,ſed iam tota Iudæa belli fuerat longinquitate ſubuerſa:multisq; ſuorũ etiam procul incolentibus ſenſum perturbationis ac periculũ exhibuerat.Nam & circũ Alexandriam Aegypti ciuitatem poſtea cõtigit multos Iudæorum perire:His enim qui ex factione ſicariorum illuc effugere potuerunt, nõ ſatis erat ſaluos eſſe: uerum & illic nouas res conabantur,ut libertatem defenderẽt, & Romanos quidem nihil ſe meliores putarent,deum uero ſolum dominum dicerent.Cũ autem quidam ijs Iudæorũ non ignobiles aduerſarẽtur,illos quidem mactauere,alijs uero inſtabant,ad defectionẽ eos hortantes. Eorum autẽ uidentes confidentiam principes ſeniorũ,iam cohibere tutum ſibi nõ eſſe arbitrabantur:ſed cõgregatis omnibus in cõgregationẽ Iudæis,ſicariorũ temeritatẽ publicabant,illos omniũ malorum cauſam eſſe demõſtrantes: & nunc aiebant illos,quod nec ſi fugiſſent certam ſpem ſalutis habituri uiderẽt,à Romanis enim cognitos ſtatim perituros eſſe,ſibi debita calamitate replere eos q nullius fuiſſent delicti participes.cauendũ igitur ab eorum exitio multitudinem monebãt,& ut pro ſe Romanis ipſorũ traditione ſatisfacerẽt.His dictis, pro ſpecta periculi magnitudine paruere,multoq; impetu ſicarios aggreſsi corripuere.quorũ ſexcenti quidem ſtatim capti ſunt:qui uero in Aegyptum Thebasq; illius tractus elapſi ſunt,nõ multo poſt comprehenſi reducti ſunt:quorum nõ eſt qui duritiã,ſiue cõfidentia ſiue pertinacia uoluntatis ſit dicenda, nõ obſtupeſcat.Omni enim genere tormẽtorum & uexatione corporum in eos excogitata,ob hoc ſolummodo ut Cæſarem dominũ faterenẽ,nemo ceſſit,neq; dicere uelle uiſus eſt:ſed omnes illa neceſsitate ualidiorem ſentẽtiam cõſeruauere,tãquam brutis corporibus nõ animis etiã cruciatus ignẽq; ſuſcipere. Maxime uero puerorum ætas, miraculo ſpectantium fuit: nec enim uel eorum quiſquam commotus eſt, ut dominum Cæſarem nominaret:uſq; adeo corporum infirmitatem uis audaciæ ſuperabat.

Onia

Oniæ templum clauſum apud Alexandriam. Cap. XXX

LVpus tunc Alexandriam rector adminiſtrabat, & de hoc ad Cæſarẽ motu uelociter retulit. Ille autem inquietum Iudęorum circa res nouas ſtudium cauẽdum eſſe exiſtimans, ac ueritus ne rurſus in unum congregarentur, & quoſdã ſibi adiungerent, præcepit Lupo, ut templum Iudæorum, quod eſſet apud Onion (quæ ſic appellatur) ciuitatem, deſtrueret: Hæc aũt eſt in Aegypto: quæ ob hanc cauſam & coli cœpit, & nomẽ ſumpſit. Onias Simonis filius, unus ex pontificibus, & Hieroſolymis fugatus, Antiocho rege Syriæ cum Iudæis bellum gerente, Alexandriã uenit: & à Ptolemęo ſuſcipitur humaniſsime, propterea quod Antiocho erat inimicus: ait ſe gentem Iudæorum eius auxilio ſociaturum, ſi dictis ſuis obtemperaſſet. Cum autem rex ea quæ poſſent fieri annuiſſet, rogauit ut in aliqua parte Aegypti templum ſibi ædificare permitteret, & more patrio deum colere. Ita enim & Antiochum magis odioſum Iudæis, qui templũ apud Hieroſolymã uaſtauiſſet, ipſiq; beneuolentiores eos fore, eoq; multos ad eũ religionis diligentia colligendos. Paruit his Ptolemæus, eiq; locũ dedit centum & octoginta ſtadijs à Memphi diſtantem: Heliopolitanus aũt ille tractus dicitur: ubi caſtello fabricato, Onias templum quidẽ diſsimile ei quod eſt in Hieroſolymis, turrim autem ſimilem exſtruxit, ingentibus ſaxis ſexaginta cubitis erectam. Aræ autem fabricam ſecũdum patriam imitatus eſt, & donarijs ſimiliter exornauit, præter candelabri cõfectionem. Candelabrum enim non fecit, ſed informatũ aureum lychnum tanquam iubaris luce radiãtem, de aurea catena ſuſpẽdit. Totum uero circa templum ſpacium cocto latere circũdedit, ſaxeas portas habẽte. Conceſsit autem rex etiam multum agri modum, ac pecuniæ reditus: ut & ſacerdotibus eſſet copia ad multa, quæ dei cultus deſideraret. Nõ tamen hæc Onias ſana uolũtate faciebat, ſed erat ei contentio cum Iudæis apud Hieroſolymam degẽtibus, propter fugæ memorem iracundiam: & hoc templo ædificato, arbitrabatur ad id ſe omẽm ab Hieroſolymis multitudinẽ reuocaturũ. Fuerat autem olim prædictio quædã annis noningentis ſeptuaginta: Eſaiasq; prædixerat huius templi futuram in Aegypto conſtructionẽ à quodam uiro Iudæo. Templũ quidem ita fuerat ædificatum. Lupus autem rector Alexandriæ ſuſceptis literis imperatoris cum ad templum aduenisſet, nonnullis ablatis donarijs templum claudit. Poſtmodũ Lupo mortuo Paulinus, qui eius poteſtati ſucceſsit, neq; donariorum quicquam reliquit (uehemẽter enim ſacerdotibus comminatus eſt, niſi omnia protuliſſent) neq; ad templũ religionis cauſa adire uolentes admiſit: ſed clauſis foribus ita inacceſſum fecit, ut ne ueſtigium quidem diuini cultus in eo reſideret. Tempus autẽ fluxerat uſq; clauſum templum, ex quo fuerat conditum, anni trecenti trigintatres.

De interfectione Iudæorum apud Cyrenem. Cap. XXXI

AVdacia uero ſicariorum, ueluti morbus quidam, etiam ea quæ circum Cyrenem oppida erant, contigerat. Elapſus enim ad eam Ionathas homo nequiſsimus, arte textor, nõ paucis imperitorum ut ſe attenderent perſuaſit: perduxitq; eos in ſolitudines, cum ſigna & umbrarũ imagines ſe polliceretur oſtendere. & alios quidem hæc agendo atq; fallendo lacebat, dignitate uero præſtantes Cyrenenſium Iudæorum apparatum eius

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

RERVM OMNIVM APVD IOSEPHVM ME

MORABILIVM INDEX SECVNDVM ALPHABETI ORDINEM.

Aaron Moysi in Aegyptũ redeunti occurrit 49
Aaroni sacerdotiũ confertur 69. confirmatur 85. eius filij quatuor 69. quomodo purificatus 70 filij eius duo seniores dum offerũt exusti ibidem. uirga eius floret & profert amygdala 85. moritur 86. primus fuit pontifex 545
Abaneth qualis zona 66
Abaris mons 105
Abassarus à Cyro præfectus restituendo templo Hierosolymis 287
Abdastartus rex Tyriorũ Beleastarto patri successit 835. eius mors ibidem
Abdemonus Tyrius adolescens problemata dissoluendorũ peritus 212.835
Abdonis principatus Hebræorum 127
Abel quid significet, occiditur à fratre 5
Abelmachæa urbs 190
Abemerigus Isatæ suam filiam dat uxorem 532
Abenerus præfectus exercitus 144.153
Ieboshum Sauli filium constituit regem 166. pugnat cõtra Ioabum 166 transfert regnum ad Dauidem 167 ab Ioabo fraudulenter occiditur 168
Aber secundi ex fratribus Machabæi supplicia crudelissima, tolerantiaq; eius 879 880
Absalomus Amnonem fratrem iugulat. 180. fugit in Gesura, unde à patre reconciliato reuocatur, item forma eius & cæsaries qualis. tum quomodo Ioabum tractarit 181. popularem auram captat & regnũ 182. cum patris concubinis rem habet 183. cogit magnũ exercitum contra patrem 185. pendens in arbore interimitur 186
Abias Arabum rex prælio uictus sibiipse manum infert 536
Abius Salomonis filius quomodo se gesserit in administratiõe principatus 136 173
Abiatharus Achimelechi filius seruatus à Sauli sæuitia 155. confirmatur ei pontificatus 190. quomodo à Dauide ultus, eius domus sacerdotio priuatur 200 201
Abibalus rex Iromi pater 212
Tyriorum rex 834.835
Abigæa Nabali uxor Dauidem commotum placat 158.159
Abilamarodachus Nabuchodonosori filius in paternum regnum succedit & Ioachimum è uinculis eximit 276
Abimelechi Bethlemitæ in Moabiticã terram cum suis profectio 130
Abimelechus Gedconis nothus, fratres legitimos occidit, & imperium arripit 124. urbe & tribu pellitur ibid. Sicimas captas solo æquat 125. occiditur ibidem
Abimelechus Palestinæ rex Saram concupiscit 17
Abironi cum suis terra debiscit 84
Abisace puella calefacit senem Dauidem 195. ambit eam uxorẽ Adonias 200
Abisæus Ioabi frater, uir fortis 166.188 192. cum fratre Sabæum persequitur 190. uindicat regem ab interitu occisso Acmone 191
Abrahamus quando natus 12. Lotum nepotem adoptat 13. è Chaldæa migrat in Chananæam, & dei uerum cultum instituit ibid. hinc in Aegyptum proficiscitur, ubi uxorem fingit esse sororem suam 14. 17. Aegyptijs disciplinas instituit 14. Assyrios uincit 15. decimas dat Melchisedeco, & promittitur ei filius à deo 15. 16. genuit Ismahelem ex Agare 16. hospitatur angelos tres 16. migrat in Gerara 17. à deo tentatur 18. monumentum sibi & posteris comparat 19. ducit Chæturam uxorem, suscipit liberos 20. Isaco quærit uxorem ibid. moritur 21. eius arma contra Pharaonem 768 769
Abrahami domicilium, uicus 13
Absalomon tyrannidis Manahemi adiutor 671
Absalomus patruus et socer Aristobuli captus 370
Accaron non potuit capi ab Hebræis 115
Achabus Amarini filius regnũ paternum nactus maioribus contaminat id sceleribus quàm antecessores sui 229 agnoscit suum fatũ & pœnitet 230 cedit Adadi filio bellum inferenti 231 eundem uincit 232. occiditur 235. ipsius liberorũ capita præciduntur 246
Achar furtũ cõmittit 108. plectitur 109
Achæ, quinti ex fratribus Machabæi immania supplicia, eiusq; insignis tolerantia 881
Achazes Iothami filius regnũ paternum arripiens, idolis filium holocaustoma offert, bellóq; impetitus, magnam patitur stragem 255. Assyriorũ regis auxilio ulciscitur Syros, stultus et impius moritur 256
Achabus Herodis nepos aui uim prohibet 466. impetitur à 2000 militibus dimissis 473. Herodem manum sibi inferentem prohibet 637. militibus tumultuantibus resistit 473
Achias pontifex 142
Achias propheta Hieroboamo regnũ & alia uaticinatur 217.222.223
Achilaus princeps cõmentariensiũ 190
Achimanus Berzellæi filius apud Dauidẽ manet 189
Achimas Dauidi uictoriam nunciat 187
Achimelechus pontifex Dauidem cõmeatu iuuat 154. accitus ad Saulum occiditur cum omni sua familia 155
Achitophel à Dauide ad Absalomũ desicit 182. male consulit domino suo 183 184. propter spretum consilium relinquit Absalomum & se suspendit 158
Acmes Iuliæ famulæ dolus 463.635
Acmon gigas Dauidem occisurus, ab Abisæo perimitur 191
Acusilaus Argiuus quo tẽpore historiam condere inceperit & in quibus Hesiodum corrigat 828
Adadus Azaelis filius paternũ in regnum succedit, quo ab Ioa Israelitarum rege priuatur 251
Adadus Syriæ & Damasci rex cum Dauide confligens uincitur 174
Adadi huius posteri dicti reges Syriæ, sicut Aegypti reges Ptolemæ ibid.
Adadus tertius Samariam uastat ibid.
Adadus Syrus Achabo bellum inferens cedenti, ab eo tandem uincitur 231. 232 & recipitur in gratiam 233. Ioramo insidians & Elisæum capere conatus frustratur 240. 241. bello aggreditur Ioramũ 241. fugatur à deo 242 prædicatur ab Azaele 243
Adami creatio, & quid ea uox significet 3. lapsus & mulcta. 4. 5. eius soboles posteritas & mors 5. 6
Adar mensis 105. 288. 249. 300. 333
Adar mensis dies XIIII. & XV. cur festi Iudæis 300
Aderus Syriam occupat, & rex eius efficitur 217
Adoma quid significet 28
Adomus dictus Esaus ibidem
Adoni quid significet 115
Adonias Dauidis filius regnum paternum affectat 195. fugit ad asylum, & ueniam commissi à patre impetrat 196 salutat matrem Solomonis, & Abisaces connubiũ ambiẽs occiditur 200

Adonibezecus capitur ac truncatur manibus & pedibus, sic uti ipse alios reges mutilauerat 115
Adoramus quæstor tributorum ordinatur 190. lapidibus obruitur 218
Adulterij suspecta quomodo purgetur 75
Adramalechus Senacheribi filius patricida 261
Adrazarus Sophenorũ rex à Dauide victus 174
Aegyptius uates seductor Iudæorum 542
Aegyptij populus qualis 11. 43
Aegyptijs quis astronomiam & arithmeticam primus tradiderit 14
non licere eis greges curare 42. cur quintam fructuum portionem regibus pendant 42. pugnant cum Aethiopibus 46. Hebræos insequuntur 53
quare Babylonẽ abducti 273. eorum antiquissima rerum memorabiliũ traditio 827. 829. testimonium de Iudæis 832. 841. quid eis Græcorum cõmerciũ conciliarit 831. sexaginta milia Iudæorum peremerunt 822
Aegyptijs gratificari uolentes ueritatem de gestis Iudæorum corrupere 842
Aegyptiorum dij descripti 844. 854
855. seruitus 858. corũ mali mores taxati 854
Aegyptijs nemo regum aut imperatorum ius ciuitatis largitus est 854
Aegyptiũ mare totũ portubus caret 745
Aegyptum fames ingens occupat 35. 42
Aegypti regina Solomonem inuisit 214
Aegypti descriptio 667. 744. 745
Aegyptus unde nomen acceperit 834
Aeternius Fronto magister duarum legionum Alexandrinarum 792
Aethiopes, populus 11. bello Aegyptios infestant 46. quõ à Mose victi 47
Aethiopas ab Aegyptijs circumcisionem accepisse 222
Aelius Gallus dux auxiliariorum ab Herode missorum Cæsari 418
Aemilius Iucundus à Iudæis occisus 678
Aemilius Regulus Corduben. 508
Aeneas, qui Aretas postea dictus Arabum rex constituitur 445
Aeoles populus 11
Aerariæ quis inuentor 6
Aeris genus auro preciosius 174
Acinaces persicus, qualis 543
Aeta, petra, Sampsonis habitatio 128
Agaris insolentia ob cõceptum infantem punitur 15. 16. ablegatam unà cum filio consolatur angelus 18
Agatharchides historicus 841
Aggæus propheta 287. 288
Agiræ Nabathæi facinus 774
Agrorum terminos quis primus fixerit 5
Agriculturam quis inuenerit ibidem
Agrippæ Aristobuli filij soboles 489
uaria fortuna 490. usq; 496
M. Agrippæ in Iudæos benenolentia 313
Agrippa in Asiam mittitur 421. ab Herode magnificè exceptus epulum præbet populo 427. eius in Iudæos studium 437. 455
Agrippa rex Herodem apud C. Caligulam accusat 497. accusati tetrarchias ac bona consequitur 498. conuiuio sumptuosissimo Cæsarem excipit 501. Iudæos reconciliat Caio 500
501. hortatur Claudium ad retinendum principatum 522. tergiuersator bilinguis ibid. quæ beneficia à Claudio Cæs. acceperit 524. 525. eius in Iudæã reditus 526. Silam uinctũ ad ser uat 527. reliqua eius gesta usq; mortem 528. 529. 530. & 654. 656
661. 663. 664. 667. 670. 674
675. 687. 714. 739. 750. 757
Agrippa filius Agrippæ 530. impetrat pontificiæ stolæ custodiam Iudæis 531
Chalcidi præficitur 538. Claudio autor ut Iudæorũ causam legitime cognoscat 540. Chalcidem aufert ei Cæsar, et multis alijs toparchijs donat ibi. nuptias instruit ibid. Galileæ parte donatur à Nerone 541. domũ extruit 543
Neroniada nominat & munificus est 544. Magdala certat capere 556
uenit Tyrum cum Vespasiano 575
Agrippæ regni fines qui 687
Agrippina Claudij Cæs. uxor 540. maritum ueneficio tollit ibid. filium Neronem imperio præficit 541
Agrippium à quo conditum 613. 614
Ainã inuadunt Hebræi, & fugantur 108
capitur & succenditur 109
Alabarchiæ magistratus 537. 540
Alanorũ nationis descriptio 816. eorum irruptio in Mediam & Armeniã ibi.
Albinus Iudææ præsidet 544. Iudæam latronibus explet. 545. malus 547
Albinus Romanorum præfectus Iesum Anani misere mulctatum dimittit 796
Albini procuratoris direptiones & iniustitia 568
Alcimus in pontificatum succedit alias Iacimus dictus 331. profugit ad Demetrium ibid. perit 333
Alexander Alabarcha mutuat pecuniam Agrippæ 491. infrà Alexander Lysimachus
Alexander Antiochi Epiphanis fil. bello aggreditur Demetrium 336.
uincit 338. Ionathæ amicitiam ambit
337. Ionatham in summo honore habet 340. Ptolemæo Philometori hostis factus occiditur 342
Alexãder Aristobuli fil. Iudæam infestans à Gabinio uincitur 371. 372. rebellans Romanos quotquot potest interficit 372. 373. Hyrcano bellum infert 591. 592. cum Gabinio pugnat 593
securi percutitur 374. 593
Alexandri fictitij actus & fallaciæ 645
Vide Pseudalexander
Alexander Herodis filius Roma reuersus ducit uxorem 427. accusatus à patre causam dicit, & recõciliatur 432
433. 434. calumnijs oppressus cõijcitur in uincula à patre 442. recõciliatur patri per socerum 443. iterum calumnijs urgetur ab Eurycle alijsq; 446. 447. & in carcerem detrudi tur ibid. accusatus à patre Beryti, damnatur 450. strangulatur 451
Alexander Herodis filius ueneficij accusatur à patre 617. 618. iterum accusatur 621. & in uincula cõijcitur 621
accusatur 625. strangulatur 626
eius soboles ibid.
Alexandri Herodis filijs posteri in maiore Armenia regnauerunt 654
Alexãder Iamnæus Hyrcani filius, rex fictus fratrem insidiantẽ interimit 357
circumuenit astu Ptolemæum Lathurum, à quo postea uincitur 358. iterum belligeratur cõtra eum 359. præliatur cum suis 360. 361. cum Demetrio Eucæro ibidem. immanitatis causa Thracides dictus: aliaq; gesta & mors 261. 363. & 585
586 587
Alexander Lysimachus Alabarcha solutus uinculis à Claudio 525. eius diuitiæ quantæ 537
Alexander rex primus Macherunta ædificauit 812. quo tempore mortuus 839. eius morte Iudæi in Aegyptum & Phœnicen translati 840
Alexander Philippi filius patri in regno succedens quas tulerit uictorias 301
Damascum & Tyrum capit atq; Gazam 302. pontificem Iadadum uenerat, & Hierosolymis deo immolat, Danielisq; prophetiam interpretatur, & Iudæis quæcunq; postularant concessit 303. 674. eo mortuo quomodo regna eius occupata 304
Alexander Tiberij pater portam templi supra Corinthiã, crassiori auro & argento perfudit 759
Alexander Veles rex 342
Alexander Zebinas Demetrij uicti loco
rex

rex constitutus fœderatur Hyrcano 353. in bello cadit ibidem
Alexandra Alexandri Iamnæi uxor quomodo à morituro marito instructa regnum seruarit & administrarit 362 363. morbus eius & mors 364 365.787.788
Alexandra Hyrcani filia, uxor Alexandri Aristobuli, infensa Herodi 399 400
Alexandra Phasaeli filia 489
Alexandria plus singulis mensibus quàm Hierosolyma toto anno pendit Romanis 667. ijsdem quatuor mensium annonam ministrat ibid.
Alexandria ciuitas post Romam maxima 748
Alexandriæ portus descriptio 745 urbis situs descriptus 667
Alexandrinorum seditio contra Iudæos 674 675
Alexandrini Vespasianum pro imperatore prompti agnoscunt 745
Alexandrinorum fortitudo & præstantia in oppugnatione Hierosol. 763
Alexandrini quandiu cesserint Iudæorum solennitatibus 854
Alexandrini seditioni Apionis similes ibidem
Alexandrium arx 369.371.589
Alexas ducit Salomem uxorem 453. iubetur ab Herode nobiles Iudæos sefuncto occidere 466. pie agit 467
Abisas, Abisei 11
Alisfragimuthosis rex cõtra pastores gerit bellum 833
Aliturus mimorum actor 550
Allus Samarita, libertus Neronis 491
Althemus præ timore obriguit 611
Amalecitæ gens 58
Amalecitæ bellum Israelitis inferunt & uincuntur 58.59
Amalecitæ Hebræos subigunt 122 eorũ rex captus et occisus 145.146
Amalecitas quanto deus odio sit prosecutus, & quomodo Saulus eos extirpauerit 145. Dauid cædit eos 164
Amalecus nothus Aliphazæ filius 28
Amalecitis regio ibidem
Amanus quanto in honore apud Artaxerxem habitus, & quantum in Iudæos propter Mardochæum concepit odium 295. consulit contra seipsum 297. in crucem Mardocheo paratam sustollitur 298. & filij eius 300
Amarei filij quomodo Ioannem Gaddim interfecerint, & quas eius cædis pœnas dederint 335
Amarames Moysis pater & Aaronis, deum inuocans ut Hebræos redimat exauditur 44
Amaramus seditiosus exulat 531
Amarinus constituitur rex 226. obit diem suum, relicto principatus successore Achabo filio 227
Amasus Abesolomi copijs præficitur 185 impetrat ueniam à Dauide, cui gratulatur regni restitutionẽ 188. constituitur præfectus exercitus 189. occiditur à Ioabo 190
Amasias filius Ioasi regis Iudæ, uir bonus & pius patri in regnum succedit 250 251. paternæ necis autores tollit, Amalecitas, Idumæos & Gabelitas prælio uincit & ad idola deficit 251 increpatur à propheta ibid. minatur Ioæ regi, & prælio uictus capitur interficiturq; 252
Amasias sacerdos 236
Amathus, Amathe 11.12
Amathus castrum ad Iordanem 359
Ambitio quantum malum 168
M. Ambiuius præficitur Iudææ 481
Amenophis regni terminus 833
Amesses regni terminus 833
Amias Achaz fil. bello superatus à Zacharia trucidatur 255
Aminadabus leuita 135
Ammanus Ammanitæ 17 Hebræorum genti bellum inferentes male excipiuntur 125.126
Ammanitarum contumelia in Dauidem, & quæ de eis ultio accepta 176 excinduntur 179
Ammanitæ & Moabitæ socij mutuo sese occidunt 237
Ammaus exusta 643
Ammaus thermæ sanandis corporib. idoneæ 714. uide & Emmaus
Ammonius insidiator Ptolemæi Philometoris occisus 342
Amnon sororẽ Thamaram stuprat 179 occiditur à fratre Abesalomo 180
Amoræi cum suis regibus deleti 87.88 qui eorum ditionis termini 87
Amoritis regio duabus & dimidiæ tribubus conceditur 93
Amosus Manassis filius regno paterno substituitur, quod propter impietatem non diu tenens occiditur 263
Ananelus constituitur pontifex ab Herode 399. honore priuatur 400. restituitur ei 401
Ananias Masbali pontifex cum quindecim alijs crudeliter necatur 777
Ananias mercator Iudæus regias mulieres Iudaicam religionem docet 533
Ananias Nebedei fil. pontificatum accipit 537. uinctus mittitur Romã 539
Ananias nominatur Sedraches 273
Ananias Oniæ filius copijs Cleopatræ præficitur 354.358
Ananias Pharisæus Iosepho se opponit 562
Ananiæ pontificis liberalitas, eiusq; seruorum iniquitas 544.545 ipsius filius capitur à siccarijs 544
Ananiæ põtificis domus incenditur 670
Ananias pontifex cum Ezechia fratre & pontificibus alijs in cloacis latuit propter seditionem 670. cum fratre interficitur 671
Ananus Anani filius pontificatum acquirit, & Iacobum lapidat 544
Anani senioris felicitas ibid.
Ananus Ionathæ filius Cestio portas prodere uoluit 678
Ananus Iudæorum dux uinctus Romam mittitur 539
Ananus põtifex cum Hierosolymitis bello contra Romanos se præparat 684 685. apparatum belli rursus amittere noluit 685. milites contra Simonẽ Goriæ mittit ibid.
Ananus pontifex, eiusq; gesta 721.723 724
Anani mors Hierosolymæ excidij principium 730. eiusq; uirtutes celebratæ ibidem
Ananus Sethi filius pontifex constituitur 481. eo priuatur 482
Ananus Simonis fatelles ad Titum profugit 791
Anarabaches. pontifex Hebr. 66
Anaxagoræ Clazomenij mors 868
Anchus rex Gittæ 154.160. exercitum ducit in Hebræos 161.163
Andromacho amicitiam renunciat Herodes 442
Andronicus Messalami filius orator 339
Angelus, quale nomen 407
Angelos cum mulieribus coijsse 6
Anilei & Asinæi Neerdensium facinora 503.504.505.506
Animi unde certissimum argumentum colligatur 157
Anna Heleanis uxor 131.132
Annibas seditiosus plectitur 531
Annius Minutianus 508.511.523
Annius Rufus Iudææ præficitur 481
Annus magnus quot annis constet 9
Anni septimi, quinquagesimi seu Iobeli remissio 75
Anni quot ab exitu Israelis ex Aegypto usq; ad templi Salomonis extructionem 546

Anteij interitus 515
Anthedo, postea Agrippias dicta 359
Antigonus Asiam occupat morto Alexandro 304
Antigonus Aristobuli filius cũ patre trãsfugiens capitur 372. accusat apud Cesarem Hyrcanum & Antipatrũ 375 paternũ regnum affectans profligatur 383. reducitur in regnũ per Parthos 386. amputat Hyrcano auriculas 388 accusatur Romæ et placat pecunijs hostem 390. quomodo ab Herode oppugnatus sit 391. & inde. quomodo expugnatus & irrisus à Sosio 396
Antonius Herodis pecunijs corruptus eum occidit 397. 398. Antipatrum & Hyrcanum accusat 594. uincitur ab Herode 599. rex constituitur 601. quàm insolens ex unica victoria factus 606. dat se uinciendum Sosio 609. securi percutitur ibidem
Antigonus Hyrcani fil. Samariæ obsidioni præficitur 354. quomodo à fratre & cur occisus 356. 584
Antiochia Mygdonia, urbs 535
Antiochia, Syriæ metropolis 686
Antiocheni Demetriũ eiectum recipiunt 342
Antiocheni soli cum Sidonijs & Apamenis pepercerunt Iudæis cohabitatoribus suis 674
Antiochensium odium in Iudæos 312
Antiochensiũ petitiones apud Titũ 809
Antiochus Antiochi Grypi filius uictus & occisus ab Antiocho Cyziceni filio 360
Antiochus Antiochi Cyziceni filius superat Antiochum Grypi, & superatur inde ab Eucæro & Philippo fratribus ibidem
Antiochus Aspendius ab Hyrcani filijs uictus 583
Antiochus Comagenæ rex 483. 529
Antiochus Cyzicenus cum fratre Antiocho Grypo belligeratur 353. 357. uincitur ab Hyrcano 354. occiditur à Grypi filio Seleuco 360
Antiochus deus Alexãdri f. adolescẽs rex coronatur & amicitiam cum Ionatha init 344. trucidatur à Tryphone suo tutore 350
Antiochus Dionysius Antiochi Grypi fil. Damasci regno potitus quid gesserit 361. 362. eius cum Alexandro & Arabibus bellum 586. 587
Antiochus Epiphanes Seleuci fil. 320. eius gesta cõtra Iudæos 320. usq; 329 806. 855. ad Elymaida uincitur 328. cõmissa regni cura Philippo moritur ibid. 329. aliáq; eius gesta 874 876. 857. 878
Antiochi Epiphanis cũ Ptolemæo Sexto contentio propter Syriam & in Iudæam irruptio sæua 581
Antiochus Epiphanes quomodo ceperit Hierosolymam 769. 773
Antiochus Eupator Antiochi Epiphanis fil. rex constituitur 329. Bethsaritas expugnat 330. Philippũ tutorem regnum inuadentem occidit 331. captus à Demetrio trucidatur ibidem
Antioch. Eupator Antiochi Epiph. f. quomodo Iudæam afflixerit 582
Antiochi Magni bellum cum Ptolemæo Philopatore & beneficia in Iudæos 313. dat filiam Ptolemæo uxorẽ 315
Antiochi Pharanx, loci nomen 587
Antiochus Seleuci nepos Deus cognominatus 313
Antioch. Soter, etiã Pius dictus frater Demetrij rex natus Tryphonẽ persequitur & interficit 350. Simonem Matthiæ in amicitiam receptum conatur subigere, sed infeliciter 350. oppugnat Hyrcanum Hierosolymis, & cognominatur Pius 351. 352. regno & uita priuatur ab Arsace ibid. Seleucum Grypi uincit 360
Antiochus Grypus qui & Philometor Demetrij Nicanoris f. Alexandrũ Zebinam bello occidit, & regnum Syriæ occupat 353. Heracleonis insidijs occisus 360
Antiochus, Agrippa & Sohemus Vespasiano in auxiliũ miserũt bina milia peditũ, et sagittarios equites mille 689
Antipas Herodis fil. cõstituitur tetrarcha 467. affectat regnũ 469. portionẽ paterni regni acquirit 476. 644
Antipas pro Antipatro fratre rex constituitur testamento 635. tetrarcha instituitur 637
Antipas pater Antipatri Idumæa præfectus ab Alexandro 366
Antipas regij generis uir cõprehensus cu stodiæ traditur 720. occiditur 721
Antipater Herodis fil. à patre uocatur domum 431. honoribus augetur 432 fratres crebris calumnijs infestat 432 442. 447. malicia eius 453. 454 eius i patrẽ insidiæ 455. 457. 458 capitis damnatus uincitur 436. occiditur 467. ab Herode patre pellitur ciuitate 616. fratrib. insidiatur 617 619. 621. 623. plgit 626. 627 fratrũ occisorũ liberis etiã male uult, & cõspirat cõtra patrem 627. 628 ueneno eũ tollere conatur 630. 631 alijs duobus fratribus calumnias struit 631. causam dicit 633. 634. occiditur 637
Antipater Idumæus Hyrcanũ in regnum restituit 588. 589. aliáq; eius gesta 593. usq; 597
Antipater accusatus, declaratur præfectus Iudææ à Iulio Cæs. & Hierosolymorum muros reficit, & filijs suis præfecturas attribuit 595
Antipater qui prius Antipas, quomodo se suosq; euexerit, & Aristobulũ regno eiecerit 366. 367. Scaurum cõmeatu iuuat 371. 372. eius autoritas, uxor & liberi 374. qualem operã nauarit Cæsari aliáq; eius gesta 374 375. dynasta & procurator Iudææ constituitur à Cæsare 376. suos liberos ad gubernacula prouehit 377
Antipater Salomes fil. accusat Archelaum 470 640
Antipater Samarita Antipatri Herodis filij procurator 458. ueneficiũ apparatum Herodi indicat 630
Antipatris ciuitas ædificatur 435. 614
Antiphilus cum suo fratre uenenum apparant in Herodis interitum 458
Antiquitatum libri xx. quod tempus complectantur, & quas historias 548
Antonia Drusi maioris uxor, Germanici & Claudij mater Agrippæ dat mutuo pecuniam 490. 491. eius fauor in Agrippam 493. 494. eius prudentia 496
Antoniæ ædificij Herodiani descr. 761
Antonia porticus incensa, & præsidium ex ea deturbatum 670
Antonia turris ab Herode condita 425 486 613
Antoniæ fundamenta subuersa 787
M. Antonij decreta pro Iudæis 381
M. Antonius, dux Ro. 371. in Asiam profiscitur & Herodem defendit 384 599. amore Cleopatræ captus Herodem & Phasaelum tetrarchas constituit 385. 399. ad regium fastigium eundem promouet 390. ab eodem pecunijs corruptus Antigonum è medio tollit 397. 398
M. Antonius donatur ab Herode 398. homo impurus 399. Herodi nimium indulget 402. multa indecore agit in gratiam Cleopatræ 404. subigit Armeniam 404. uincitur apud Actium à Cæsare 408. occisus 412. qualem operam Gabinio præstiterit 592. Herodem exulẽ regno Iud. præficit 602 603. propter Cleopatram multa facit indecore 609

Antonius centurio à Iotapateno insidijs interemptus 702
Antonius præfectus alæ equitū contra Romanos 686. eius gesta ibid.
Antonius Primus è Mœsia contra Vitelliū cum legione tertia properat 746 eius gesta ibid. Vitellium interficit 739. in conflictu cum Vitellianis quatuor milia & quingentos amisit 746 Romam properat 747
Antonius Silo Taricheas missus cū duobus milibus sagittariorum 710
Aod. uide Iodes
Apachnæ regni termini 832
Apamia obsidione liberata 597
Apellæus, mensis 291.321.326
Aphrica unde sic denominata 20
Aphri & Aethiopes quantum annue pendant Romanis 666
Apion Alexandrinorum legatus contra Iudæos 498
Apion grammaticus res Aegyptiacas conscripsit 849. eius portentosa mendacia de Iudæis & tota uita taxata ibid. & 850.851. eius calumniæ & mendacia cōfutata 852.853.854.855 propheta factus fabulam tragicam de Iudæis impudentissimè fingit 855 856.857.858.859
Apionis mors 858
Apobaterion locus 8
Apochis regni termini 832
Apollodoti Gazaræorum ducis prælium cum Iamnæo & mors 119.359
Apollonius Antiochi dux, à Iuda Macchabæo uictus occiditur 324
Apollonius Dauus præfectus Alexandri filij Antiochi Epiph. 340. uincitur à Ionatha 341
Apollonij Molonis mendacia de Iudæis 855.859.860.866.867.868
Aponius senator sauciatur 524
Apsanes Iudæis præficitur 126
Aquila aurea supra portam posita deijcitur 464.635.636
Aquila quare Romanorum insigne 692
Aquila Caligulæ interfector 514
Ara tabernaculi, & Arula suffumigatoria 66
Arabia, confinis Iudææ 366
Arabes qua ætate infantes suos circumcidant 18
Arabes Hebræos subigunt 122. ab ipsis rursum cæduntur 123
Arabū prælium cum Herode 405.406
Arabum Iudæam deuastantium sæuitia 474
Arabum gesta in Iudæa post mortem Herodis 643
Arabes Iudæorum transfugarum uiscera patefaciunt, aurumq; eximunt 778
Aramus, Aramæi 12
Arami liberi quibus gentibus appellationem indiderunt ibidem
Aranes ubi mortuus ibidem
Arasci templum 261
Arbela uicus 569
Arbori interdictæ quæ uis indita fuerit 4
Arca Noe 7
Arcæ Noe reliquiæ ubi seruentur 532
Arcæ tabernaculi forma 65
Arca in potestatem hostium uenit 133 quantorum malorum his fuerit autor ad quos peruenit, & quomodo Hebræis reddita 133.134
Arca transfertur Hierosolymam in templum Salomonis 208
Arcades de antiquitate gloriantes, post Athenienses literis eruditi 828
Arce, alio nomine Arctipus, ciuitas 112
Arce, quæ nunc Petra, ciuitas 86
Archelais uicus conditur 478
Archelaidis palmeta 481
Archelaus Cappadocum rex 427. 435 Herodem ad sanam mentem reducit 443. eius prudentia 622.623
Archelaus Herodis filius à patre regno præfectus ipsius funus curat 467 populo se accommodat, & incidit in seditionem 468. 469. accusatur apud Augustū 470.476. ethnarcha non rex cōfirmatur ab Augusto 476 Glaphyram fratris defuncti uxorem, ducit 478. accusatur apud Augustum & relegatur Viennam Galliæ 478 646. uenditur eius bona 481.646 à fratre falsè calūniatur 631. rex constituitur 637. in seditionem incidit 638.639. 643. quòd nō rebellasset quarta tributorū parte leuatus 645 eius reditus quanti ibidem
Archelaus Magdati ad Titū pfugit 791
Arcyon medicus 5
Arethis, sexti ex fratribus Machabæi insania supplicia, eiusq; cum insigni to lerantia sermones 881.882
Aretas Arabum rex fugientē Hyrcanum recepit hospitē, oppugnationē Aristobuli cogitur intermittere 366.367 cum Scauro fœdus init 371
Aretas qui antea Aeneas cōstituitur Arabum rex 445. confirmatur 449
Aretas Cœlesyriæ regnū adipiscitur 362 587. cū Herode bellatur 487. 488 & Iudææ infert bellū 587. à Scauro mulctatur ccc. talentis 591
Aretas Petreus Rom. auxiliatur 474
Argolicæ historiæ scriptores discrepantes 828
Ariphanes Græcus historicus Iudæorum mentionem facit 841
Arietis instrumēti bellici descriptio 696
Ariochus Nabuchodonosori satellitū præfectus 274
Arion procurator Iosephi Tobiæ filij 318
Aristæus Iudæorum negocium agit apud Ptolemæum Philadelphū 305. 306
Aristocratiam esse optimā administr. 97
Aristotelis apud Clearchum uerba de Iudæis 839
Arius centurio confossus 474.642
Aristobuli odiū erga frat. Agrippā 490
Aristobulus Agrippæ frater, Iudæorū causam agit apud Petronium 499
Aristobulus Aristobuli fil. adolescens pulcherrimus 399. ab Herode constituitur pontifex, & occiditur ab eodem 400 401
Aristobulus Alexādri Iamnæi fil. generosus 363. quō adsecutus sit regnū 364 365. obsessus ab Areta liberatur per Scaurū 367. quale donū Pōpeio miserit, & cōtrouersiā cum fratre apud eundem disceptauerit 368. quomodo à Pōpeio tractatus 369. uinctus abducitur Romā 371. uinculis elapsus iterum capitur & mittitur Romā 372 ueneno sublatus est 374
Aristobulus Herodis fil. reuersus Roma ducit uxorē 427. conijcitur in carcerem falsis calumnijs oppressus 447 accusatus à patre Beryti dānatur 450 strangulatur 451.626
Arist. filij Herodis, liberi qui 654.626
Aristobulo Herodis filio Armenia minor à Nerone data 656
Aristobulus Herodis frater, priuatus mortuus, filia unica relicta 654
Aristobulus Herodis dynastæ Chalcidis ſ. dominijs multis donatur à Ner. 541
Aristobulus Hyrcani fil. obsidioni Samariæ præficitur 354. quō imperarit, et sæuierit in matrem ac fratres 355 fratris cæde pollutus moritur philellen dictus 356. primus diadema regium usurpauit, & quomodo se gesserit in matrē et fratres 584. mors eius 585
Aristobuli & Hyrcani furor & contentio 769
Aristobulus rex Chalcidis contra Antiochum 815
Armenia regio 12
Arnon fluuius 86.87
Arphas uicus 688
Arphaxades Arphaxadæi 12
Artabanus Vonone uicto Parthorum regnum

gnum assequitur 483
Artabanus à Vitellio uictus 486. recupe rato imperio fœderatur Neroni 487
Artabani cum Asinæo & Anilæo reconci liatio & amicitia 504
Artabanus regno pulsus restituitur per Izatem 534.535
Artabazes rex Parthorum donatus Cleo patræ 609
Artabazes Tigranis fil. captus 404
Artaxerxes regnum paternum accipiens quale conuiuium instruxerit 293. ac cusat uxorem & diuertit ab ea 294 ducit aliam nomine Estheram ibid. Amanē in summo habet honore 295 eundem cruci suffigit 298. Iudæos pe riclitantes liberat 299.300
Artaxias Tigranis fil. regno non diu po titus pellitur 404
Artemisius mensis 205
Artorius quemadmodum ex incendio per Lucium cōmilitonem seruatus sit 789
Arucæus Arcen condidit 12
Arudæus, Aradus insula ibid.
Aruntius præco retundit Germanorū mi litum impetum 516
Arus uicus 474
Aruum loci nomen 154
Asamonæorum gens Iudæorū reip. statum mutauit 288
Asanonis montis Galilææ situs 676
Asanus Abiæ filius regnum paternū ac cipit 224. eius pietas, & bellum cum Zaræo Aethiopū rege ac uictoria 225 mors 226.227
Ascalon capitur 115
Ascalon Iudæis semper inuisa 685. eius situs ibid. & 686
Ascalonitæ quingentos & duo milia Iu dæorum apud se habitantium interfe cerunt 674
Ascalonitis quantum incommodi arca at tulerit 134
Aschanes eunuchus præpositus Hebræo rum nobilium curæ obsequitur Danie li 273
Aschanaxes Aschanaxi 10
Aser natiuitas 25. filij 41
Aseritarum sors in Chananæa 112
Asiæ quingentæ ciuitates uni rectori & consuli Romano parere 665
Asinæus & Anilæus Neerdenses grassa tores quomodo cum Artabano amici tiam ineunt 503.504.505.506
Asiongaber, loci nomen 214
Asorus ciuitas 121
Asosra buccina 76
Aspersorium tabernaculi 64
Asphaltites lacus 14.636
Asphaltites lacus repletus cadauer. 736
Asphaltites lacus Tiberiensi natura con trarius 737. eius descriptio 738
Asphar lacus 335
Asprenatis prodigium & interitus 513
Assamonei principatus quando desierit 397
Assamonæorum familia quando et quan diu principatus Iudæorū cōcess. 546
Assaracoddas Senacheribi filius patri suc cedit in regnum 261
Assaron quantum contineat 66
Asse regni termini 832
Assiras Assyrij 12
Assyriorum imperium quando dissolutum fuerit 261
Astabarri populus 11
Astapus fluuius 47
Astartes templum 165
Astartis rex Tyriorū, eiusq; successores enumerati 835
Astoborta fluuius 47
Astronomiæ qui primi inuentores 6
Athenienses quando & quemadmodum Romanis subiecti 665
Athenienses bus nulla cura fuit historiæ con scribendæ 828
Athenienses religiosissimi crediti 858 scriptis legibus utebantur 861
Athenio legatus Ptolemæi Euergetis ad Iudæos 315.316
Athenio dux Cleopatræ, Herodem repel lit iam uictorem 495.610
Atrongæus pastor regnum affectat 473 642
Auaris urbs Aegyptia 832.833.843
Augusti Cæsaris in Iudæos beneficia 437 778. in Herodem odium & Aretam 445. reditus cum utroq; in gratiam 449. confirmat testamentum Hero dis 476. in Italiā proficiscitur 599
Augusti mors, & quot annis imperarit 482 610
Aulæ regiæ descriptio elegans 757
Aulicæ deliciæ quæ 189
Aurea terra, regio 214.215
Azael ab Adado cum muneribus mittitur ad Elisæum unde se regem futurum co gnoscit 243. contra Israelitas bellige ratur & Hierosolymitanos, à quo pa cem redimit Ioasus rex 249.250 moritur 251
Azarias propheta uaticinatur Asani ag mini 225
Azarias compellatur Abdenago 273
Azizus Emesenorum rex Agrippæ iunio ris sororem duxit 540
Azotum pestis propter arcam detentam inuadit 133
Azotum captum & concrematum 341
Azymorum festiuitas restauratur 257
Azymorum festiuitatis institutio 52.73

B

Baaras loci, & herbæ descriptio 812. 813
Babæ liberi occiduntur ab Herode 415
Babel quid significet 10
Babylon locus cur sit dictus ibidem
Babylonis extructio 52
Babylon in Cyri potestatem uenit 278
Babylonica captiuitas quando & quomo do acciderit 266.267.268.269 270
Babylonicæ turris institutio 9. & quanta fuerit 10
Babylonij Iudæos persequuntur 506
Babyloniorum antiquissima rerum memo rabilium traditio 829
Bacca uicus 687
Bacchides dux Demetrij contra Iudā Ma chabæum mittitur frustra 331. mitti tur iterum ac cum Iuda confligens uin cit 333.334. adigitur ad pacem cum Ionatha ineundam 336
Bacchidis seuitia in Iudæos, & eius inte ritus 581
Bactriani populus 12
Badus, qualis mensura 205
Bæonis regni termini 832
Bagoas eunuchus 456
Bagoses copiarum Axtaxerxis impera tor quomodo Iudæos ob homicidiū in templo factum tractarit 301
Bagothous & Theodestes eunuchi coniu rant in necem Artaxerxis, & plectun tur 294.295
Bahales Ammanitarum rex 271
Baiæ, oppidulum Campaniæ ubi & cali dæ 497
Bal quis deus fuerit 247. sacerdotes eius uniuersi sublati ibid. ædes ipsius à fun damentis diruitur 248
Balachus Moabitarum rex Balamum ad Israelitas execrandum mittit 88.89
Baladas Babyloniorū rex amicitiam cum Ezechia inire cupit 261.262
Balamus uates contra dei mandatū pro fectus ab asina compellatur 88. bene precatur his quos execrari uolebat 89. malum consilium dat Madiani tis 90
Balsamus ubi nascatur. 215
Balsamū ubi proueniat 369.404.889
Balthasar Naboandel dictus arripit reg num Babylonicum 277. ipse cum suo regno in Cyri Persarum regis potesta tem uenit 278. occidit Adonium 200

Banaias ſatellitibus præponitur 190
unus fortium Dauidis 192
Banaias Salomonis copijs præficitur 201
Banaothas et Thannus occiſores Iaboſthi ſupplicio afficiuntur 169.170
Barachas autor Iſraelitis ut captiuos Iudæos & Beniamitas dimittant 255
Baracus Hebræos in libertatem uindicat 121
Baraſa expugnata concremata 327
Baruchus Neri filius Hieremiæ prophetæ ſcriba 266. liberatur è carcere 271
Baris caſtellum, poſtea Antonia 588
Baris mons 8
Barzaphares Parthorum ſatrapa 386
Syriam obtinet 599
Baſanes Hieroboami totam familiam ſuſtulit 224. regnum occupat 225
Baſanæ impietas à Gimone propheta grauiter carpitur, ſed fruſtra, regnumq; ab hoſtibus infeſtatum tueri non ualens moritur, Elano filio ſucceſſore relicto 226
Baſſus addit ſe Caſsio 597
Batanæa, Trachonis & Auranitidis, partiumq; quarũdam domus Zenonis centum talenta reditus erant 644
Bathuel Nachoris filius 913
Bathyllus Antipatri libertus uenenum heros adfert 631
Batibij dictum 513
Beelſephon ciuitas 52
Bezabri Idumææ uicus 737
Beleaſtartus rex Tyriorum Hirano patri ſucceſsit 835
Belli leges 102.103
Beniaminis natiuitas et nominis ratio 28
filij decem 41
Beniamitarum ſors in Chananæa 112
Beniamitæ poſt Ieſu ducis mortem quieti & agriculturæ ſtudent 115
Beniamitarum fortitudo & peritia militaris 117. cædes omnium uſq; ad ſexcentos uiros 118. quomodo ea tribus reſtituta 118.119
Berenice, locus 214
Bernice Agrippæ filia 489.525
Bernice Coſtobari filia 498
Bernice Polemoni nubit 540
Bernice Salomes filia datur nuptum Ariſtobulo Herodis filio 427 fit exoſa 439 Glaphyræ datur alij marito 626
Bernices ſupplicatio ante tribunal Flori, & eius uitæ pericula 661
Bernice & Iudæi ad Ceſtium de Flori geſtis retulerunt 663
Berotha ciuitas 110
Beroſus Chaldæus de aſtronomia & Chaldæorum philoſophia Græcè ſcripſit 835.836. eius hiſtoriæ uerba & compendium de Iudæis 836. Græcos ſcriptores taxauit ibid.
Berſabe, ciuitas 229.249
Berſabe puteus 17
Berytus domicilium Romanorum 449
Berytus Phœnices, colonia Romanorum 805
Berytus quomodo ab Agrippa exornata 528
Berzellæus quantis beneficijs iuuerit Dauidem regno pulſum 185. quam gratiam ei obtulerit rex 189.190
Beſana oppidum 556
Beſelel architectus 63.70
Beſemmathe uxor Iſaci 23
Bethalaga uicus 336
Bethel quid ſignificet 23
Bethenabem uicus 735
Bethleem toparchia 736
Bethmaus uicus 553
Bethona locus 110
Bethſabes forma Dauidem ad adulterium pellicit 117
Bethſama uicus 134
Bethſamitarum prophani lxx. aream contingentes moriuntur 135
Bethſana, quæ Scythopolis 328.347
Bethſana ciuitas 112
Bethſuritarum deditio 330
Bettæa capta & prædata 174
Bezedel uicus cum turri inexpugnabili 686
Bezethæ collis deſcriptio 761
Biblia quot annorũ hiſtoriam complectantur 2
Bithynos, Cappadoces, Pamphylios, Lydos & Cilices Romanis tributa pendere 665
Borcæus Agrippæ legatus à Iudæis uulneratus effugit 677
Borceos uicus 688
Bouis cornupetæ noxa quomodo uindicanda 101
Buz columna ueſtibuli templi 206
Bozus quomodo Ruthem acceperit uxorem 130.131
Britannicus Cl. Cæſaris filius 540
Britãnic. Claudij ex Meſſalina fil. Neroni priuigno in imperio poſthabitus 656
Britanni quomodo & quando Romanis ſubiugati 665.666
Broccus trib. plebis 522
Buccinarum excogitatio & uſus 76
Burrus præfectus prætorianorum militum 541

C

CAbrothaba locus 77
Cadmus Mileſius quo tempore hiſtoriam conſcribere inceperit 828
Caduceatores ſacros eſſe et ĩuiolab. 407
Cæcilius Baſſus occiſo Sexto Cæſare prouinciam occupat 381
Cæcilius Baſſus Sex. Cæſarẽ interficit & copias eius occupat 596
Cæcinna ab Antonio Primo rerũ geſtarũ nuncius ad Veſpaſianũ mittitur 746
Cæcinna de proditione cogitat, & cũ militẽ ad Antoniũ transfugit 746
Cædeſa ciuitas 110.112
Cœnopolis forum quod uocatur materiarium à Ceſtio incenſum 677
Cæron regio amomi ferax 532
Cæſar Iudæorum et Archelai cõuentum diremit 644. Archelao ethnarchiã ſeu mediã regni partẽ dedit ibid. eius promiſsio Archelao facta ibid. reliquã regni dimidiã partẽ in duas tetrarchias diuiſit ibid.
Cæſar quæ Salomæ largitus ſit 645
Cæſar quas ciuitates Iudæorũ regno auulſas Syriæ adiecerit 645
Cæſaris liberalitas in duas filias Herodis uirgines ibid.
Cæſar falſum Alexandrũ deprehẽdit ibid. eum remigum numero inſerit 646
Cæſ. uocatos imperatores Rom. 213
Cæſarea conditur 613.614
Cæſarea Philippi dicitur Neronis 544
Cæſarea Iudææ maxima ciuitas 706
Cæſaria templa 614
Cæſarienſium contumeliæ in mortuum Agrippam 530
Cæſarienſes cõtra Iudæos apud Neronem uictores 659
Cæſarienſes omnes Iudæos apud ſe habitãtes trucidant 672
Cæſennius Gallus duodecimæ legionis ductor à Ceſtio in Galilæam miſſus 676 duo milia Galilæorum cædit ibid.
Cæſennius Pætus rector Syriæ 807
Cæſennius Pætus Antiochum regẽ Comagenes apud Veſpaſianum defectionis accuſat 815. bellũ mouet cõtra eũ ibi. uinctum Romam è Cilicia mittit ibid.
Cæſoniæ iugulatæ cum filia magnanimitas 529
Cataphas conſtituitur pontifex 482
Cain quid ſignificet, ſacrificat, iugulat fratrem, totus malus multa inuenit 5
eius poſteri 6
Caius Agrippæ & Iuliæ fil. Auguſti adoptiuus 470
Caius Cæſar Agrippam uinculis ſoluit, et tetrarchia Philippi tradita, regẽ appellauit 651. ei etiam Herodis tetrarchiam addidit ibidem

Caij uxor & filia occiſæ 519. eius ingenium & mores 519.520
Caius Cæſar Deum ſe uocari uoluit 651 Petronium ob ſtatuas in templo locandas, Hieroſolymam miſit ibid.
Caij literæ ad Petronium 653
Caius per dolum interemptus, quanto tempore imperauerit ibid.
Calebus explorator Chananæa 78
Calidæ ad Baias 497
Calidæ ad Emmauntem 482
Calidæ apud Callirhoen 465.636
Caligo tabernaculi qualis fuerit 70
C. Caligula conſtituitur Cæſar 488
C. Caligula Germanici fil. 494. deſignatur Cæſar à Tiberio 495. occiſo Tiberio fratre opprimitur & ipſe 495 Herodem cum coniuge mittit in exilium 498. quali fine perierit ingenio 500 501. Iudæis bellū illaturus reuocatur à Petronio & Agrippa 500.501 moritur 502. eius in omnes ſæuitia, et diuini honoris uendicatio, inſaniaq;, tum coniuratio in ipſum, & eius interitus 507. uſq; 514 519
Callimander ab Hyrcano uictus interijt 354
Calliſtus Caligulæ libertus 511
Calumniarum quanta uis 585
Cambyſes Cyri filius patri in regno ſuccedit & Iudæos à templi & urbis ædificatione prohibet, moritur 282
Campus regius, loci nomen 15
Cana, loci nomen 405
Cana uicus Galilææ 554.607
Cana ſeu Canatha 610
Canathenſes ibid.
Candelabrum tabernaculi 66
Capernaum fons, Nili uena eſſe creditus 712
Capharſaba, campi nomen 435
Caphartophan Idumææ uicus 737
Capito cēturio à Floro præmiſſus ad Hieroſolymitanos 660
Capitolij templum à militibus direptis donarijs incenditur 747
Cappadoces populus 10
Carmeli montis ſitus 687
Carræ Meſopotamiæ ciuitas 12
Carthaginenſium originis & fati deſcriptio 666
Carus, deliciæ Herodis 456
Caſander occupat Macedoniam mortuo Alexandro 304
Caſpiæ portæ 486
Caſsius Chærea 508.509.510.514 523. occiditur 524
Caſsius quæ geſſerit in Iudæa 374.543 affligit Iudæos 382
Caſsius Lōginus Syriæ præſes 424.531
Caſsius Iulio Ceſ. interfecto Syriam petit et qd geſſerit 597. 598. occiſ. 599
Caſtor rerum Iudaicarum ſcriptor 855
Caſtoris Iudæi uerſutia & dolus erga Titum 765
Caſtra Iudæorum, locus 375.594
Catullus Libyæ Pentapolitanæ rector ſicarijs calumniandi doctor erat 826. tria milia Iudæorum trucidauit ibid. eius cruciatus & mors horrenda ibid.
Cedaſa urbs 345
Celadus Auguſti libertus 477. quæ Cæſaris nomine cū falſo Alex. egerit 645
Celer accuſatus Romæ cauſam dicit, et plectitur 539.540
Celer tribunus uinctus à Claudio Iudæis ad ſupplicū Hieroſol. mittitur 656
Cēdebæus præfectus uincitur à Sim. 350
Cenizus Hebr. in libertatē reſtituit 119
Cephalio fr. Antip. cadit in prælio 367
Ceſtius Gallus Syriæ præſes inuadit Galilæam 563.571
Ceſt. Feſtus à Claudio in Iudeā procurator præmiſſus 654. eius malitia 659
Ceſtius Saulū cum cæteris legatū ad Neronem in Achaiam mittit 679
Chabalon terra cur ſic dicta 212
Chabalo uicus 563.564
Chærea Caij uxorem & filiā interficiendas curat 519
Chalamas Syrorum tranſeuphratenſium rex 176
Chalebo donatur pars agri Hebronis 115
Chaldæi, populus 12
Chaldæorū cōſenſus cū ſacris literis 838
Chamis patris irriſor 12
Chananæus, Chanaan 11
Chananæorum terræ præſtantia 78
Charetis mors apud Gamalam 717
Chariathiaris ciuitas 135
Chasleus menſis 321.326
Chebronis ciuitatis antiquitas 741
Chelcias Oniæ fil. copijs Cleopatræ præfecitur 354.358. moritur 359
Cherubeis quid fuit 65
Cherubinorum deſcriptio 206.208
Chetim quid Hebræis ſignificet 11
Chetimus, & Chetima inſula ibid.
Chetomene qualis ueſtitus 66
Cheton quid ſignificet ibid.
Chettæi populus 12
Chiramus operarius inſignis 206
Chriſtus & Chriſtiani 484
Chuſarthes Aſſyriorum rex Hebræos ſibi ſubijcit 119
Chuſus, Chuſæi 11
Chuſis amicus Dauidis cōſtātiſſimus quō ſe geſſerit apud Abeſalomum 183
Citta ciuitas 256
Cillanos à Palæſtinis bello uexatos Dauid iuuat ibid.
Cinthares idem quod talentum 66
Cinnyra, inſtrumentum muſicum 191
Cinyra fabula 513
Circenſes ludi 509
Circumciſionis prima inſtitutio 16.17
Ciſus Saulis pater 137
Citharæ quis inuentor 6
Ciuitatem quis primus inſtituerit 5.6
Claudius à militibus cōſtituitur Cæſ. 517
Claudius Agrippam ad ſenatum legatum mittit 653
Cl. Romæ cōtra Samaritas pronūcias tres eorū nobiliſsimos interfici iuſsit 656
Claudius quādiu imperiū adminiſtrauerit ibid. Agrippinæ uxoris Neronē priuignum in imperium cooptauerat ibid.
Clearchus peripateticus Ariſtotelem præceptorem ſuorum de Iudæis narrātem inducit 839
Clemēs præfect. urbanarū cohortiū 510
Cleopatra Antiochi filia nubit Ptolemæo Philopatori 315
Cleopatra Flori uxor 547
Cleopatra Ptolemæi Epiphanis filia datur nuptum Antiocho 315
Cleopatra Ptolemæi Philometoris filia dicitur uxor ab Alexādro Antiochi, qui & Demetrius dictus 340
Cleopatra M. Antonium in ſui amorē pertrahit 385. 599. Mariammē cum filio ad ſe uocat, & Antonium contra Herodem incitat 400. uſq; 503 610. 819. contra omnes omnium opibus inhians 403. 404. 609. Herodem ad ſtuprum ſolicitat 404. occiditur 412. 612
Clitus Tiberienſis altera manu mulctatur 560 684
Cluuius 513
Coloſſus Cæſaris 614
Comagenenſium ciuilis contentio 483
Commeatus centum annorum qua de cauſa in Maſſada incorruptus manſerit 818
Conon Græcus Iudæorum mentionem facit 841
Conuallis laudationis 237
Conuentus ciuium quæ utilitas 96
Coponius Iudæis præficitur 479.481
Coponius procurator conſtitutus, Archelai finibus in prouinciam redactis 646
Corban iuramenti explicatio 838
Corban, quomodo ſe liberent 86
Coreæ, loci nomen 589
Cores ſeditionem contra Moyſen & Aaronem

ronem excitat 81. dat eius pœnas 84
Cornelius Faustus Syllæ filius qualem se præstiterit in expugnatione templi 370
Cornelius Sabinus sibiipsi mortem infert 510.514.523.524
Corona triplex pontificis 68
Correi, locus 136
Corus mensura qualis 79.418
Costobarus Idumæa Gazæ præfectus ab Herode, lucro intentus, repudiatur ab uxore 414.415. eius uiolētia 545
Costobarus & Saulus fratres unà cū Philippo ad Cestium transfugiunt 679
Coturnices ubi copiosè inueniantur 57
Cotys Armeniæ rex 529
Crassus in Parthos proficiscens Hierosolymitanum templum spoliat periurus 373 cum omnibus suis copijs perit 374
Crassus in Syriæ prouinciā Gabinio succedens quid gesserit 593
Cretenses moribus, non uerbis erudiebantur 861
Ctesiphon, urbs 507
Cumanus Iudææ præses constituitur 537 654. & quid sub eo Iudæis acciderit ibid. & 539. accusatur à Iudæis 539 exulat 540.656
Cuspius Fadus Iudæorum regno præficitur 242. 530 seditiosos punit 531 537
Cydoessa Tyriorum uicus 719
Cyprus insula 11
Cyprus præsidij locus in finibus Hierichuntis 674
Cypros Herodis filia 489. alia Phasaeli filia ibid.
Cypron, castellum 435.615
Cypris Antipatri uxor 593
Cyrenæi, Marmaridæ et terribiles Syrtes quemadmodū Romanis subdita 666
Cyrus Persarū rex Babylonē et regē eius capit 278
Cyrus Iudæis Hierosolyma repetere permittit templūq; restituere, ac uasa templi eis reddit, multaq; præstat beneficia 281.282.287.769. perit 282

D

Dabariteni uxorē Ptolemæi regij procuratoris iuuadunt 557
Dacchari herbæ descriptio 68
Dagon, arx 351
Dagon præcipitatus 133
Dagonis templum exustum 341
Dalila, meretrix Sampsonis 129
Dalmatas bellicosissimos sub una tantum legione Romanorum quietem agere 666
Damascus à quo condita 12
Damascus imperio Dauidis subijcitur 174
Damascus à Metello & Lollio capta est 367
Damascenorum in Iudæos seueritas 550 679 822
Dana oppidum 119.219
Danaus Argiuorum antiquiss. 834
Daniel uocatur Balthasar, & cupit diuturnius uiuere propter ualetudinem & studia 273. insomnia diuina uidet 274 regi somnia interpretatur 274 275. Balthasaris uisionem in pariete explicat 277 abducitur à Dario in Mediam & constituitur summus satrapa 278. insidias patitur, sed insidiatores eius luunt pœnā 278.279 apud Ecbatana turrim ædificat ibid. quàm carus deo fuerit, & quantum cæteros prophetas superauerit 279 280
Danielis prophetia 326
Danitarum sors 112
Danitæ à Chananæis sedes mutare coacti 119
Danus, fons Iordanis 15
Danus nascitur 25 filij eius 41
Darabita uicus 569
Darius Artabani filius Neroni obses missus 487
Darius Astyagis filius imperium Babyloniorum uastat, et Danielem abductum constituit satrapā, quem inuitus postea leonibus obijcit 278 hostes Danielis ijsdem obijcit, & deum eis prædicat 279
Darius equitum præfectus sub Agrippa 670
Darius Hystaspis filius rex Persarum creatur, quæstionem proponit quænam omnium rerum fortissima aut potentissima 283.284. commonitus uero à Zorobabele Iudæos libertati instituit & immunitati, urbemq; & templum restituere promittit & iuuat 285.289 mortuus successorem filium Xerxem relinquit ibid.
Dathamo cum uniuersa sua familia terra dehiscit 84
Dauid filius Iessæi 131
Dauid qualis, & quomodo rex à Samuele unctus prophetat, & Saulo furioso hymnos occinit ad citharam 147 eius magnanimitas 148 uictoria de Goliatho 149 amatur à Sauli filia, & sexcenta hostium capita Saulo affert, & filiam eius uxorem ducit 150 socerum fugit 150.151.152. spicu-

lo ab eò petitur 151 accepto Goliathi gladio fugit in Gittam, et insanum se fingit 154. fugit inde aliò atque aliò ibid. Cillanis auxiliatur ac iterum Saulum effugit 157.159 cum Saulum occidere potuisset noluit 157.159. reconciliatur Saulo 158 Nabali defuncti uxorem ducit 159 Amalecitas prædatur 160 iungit se Ancho contra Hebræos 161.163 abducūtur ei ambæ uxores captæ 163 Palæstinos cædit & uxores recuperat 164. Sauli interfectorem supplicio affici, & epitaphia ipsi ac Ionathæ conscribit 166. rex unius tribus declaratur, & cum Abnero pugnat 166 eius filij 167.171. Abenero fœdere iungitur & amicitia 168. interfectum luget 169 regnum in uniuersum ei confertur 170. dominorum suorum occisores punit 166.170 quantæ copiæ ad eum in Hebronem conuenerint 170 Iebusæos illudentes capit 170.171 amicitiam cum Iramo parat, & Hierosolyma ciuitatem Dauidis appellat ibid. Palæstinos superat, & arcam Hierosolymam transfert 172.173 Palæstinos frangit ut & Moabitas Adrazarumq; Sophenorum regem 174 Thænonem in amicitiam recipit, Idumæam subigit, & officia distribuit 175.190. Ionathæ posteros beneficijs afficit 175 legati eius iniuria à Naase afficiuntur, Syri, Mesopotamite, Ammanitæ debellantur 176 177 Bethsaben adulteram facit & ducit uxorem, Uriamq; interficiēdum curat 177.178 Ammanitas excindit 179 à filijs molestatur 180.181 Absalomum filium regem salutatum fugit 182. patienter audit conuicianten Semeim 183 fugiens benigniter excipitur ab optimatibus regionis trans Iordanem 185 prior filium aggreditur ibid. occisum luget 187 ignoscit hostibus & recipit regnum salutatur rex 188. 189. decem tribus ab eo deficiunt autore Sabæo 189 Palæstinos ultimo fundit, hymnos ac musicam instituit 191. fortissimi uiri ipsius qui 192. populum recensendo deum offendit 192. 193 è tribus malis infligendis pestem eligit & Oromnæ arcam emit 193.194. templi extruēdi locus ei indicatur, ad quod opifices & materiam comparat, filiumq; instruit Salomonem quomodo se debeat gerere nactus imperiū 194. alsiosus

fiosus calefacit se Abisaces accubitu 195. *Solomonem confirmat regem, officiaq; distribuit & tribus, tum templi uasorumq; descriptionem tradit* 196.197. *Dauidis principum alacritas in contribuendo ad templi fabricam* 198. *quid sub mortem Solomoni cõmiserit* 198.199. *expirat ac sepelitur, maximusq; cũ eo thesaurus* 199

Dauidici generis regum finis, & quot eorum fuerint 270

Debora prophetis 121

Decimæ datæ 15.23.85

Decius Mundus quantũ insanierit in Paulinam 484

Delatorib. quid præmij fuerit apud C. Caligulam 515

Demetrius Alexandrinus 340.450

Demetrius Demetrij filius amicitiam cum Ionatha init 341 Alexandrum uincit 342

Demetrius Eucærus Antiochi Grypi filius rex apud Damascum constituitur, & Alexandrum Iannæum superat 360 361. cõtra fratrem pugnans captiuus ducitur ad Parthos 361 Alexandrum prælio superat 586

Demetrius Gadarensis libertus Pompeij 371

Demetrius Nicanor rex 342. clementer agit cũ Ionatha Iudæisq; 343. uincitur à Tryphone 344. capitur à Parthis 347. dimittitur, & in regnum restituitur ab Arsace 352. uincitur, capitur & occiditur 353

Demetrius Phalereus quõ bibliothecam Ptolomæo Philadelpho comparauerit 305. legem Iudæorũ transscribendam curauerit 207.311

Demetrio Phalereo in historia Iudæorum uenia concedenda quòd Hebraice nescierit 842

Demetrius Seleuci filius regnum Syriæ occupat, Antiochumq; & Lysiam occidit 331. Iudam occidit in prælio 334 Ionathæ amicitiam ambit 337.338 occiditur 338

Dei castra, locus 26

Deus Galilæorum clades Romanis donabat 700

Deus Iudæis omnem uiam salutis ad interitum uerterat 778

Dei decretum contra omne Iudæorum genus 821

Dei definitio apud Mosen 861.863

Dextra porrecta quid apud barbaros significet 503

Diagoras Melius in mortis periculo uersatus propter Atheniensis 868

Dido soror Pygmalionis regis Tyriorum in Africa Carthaginẽ edificauit 835

Diebus singulis quid deus condiderit 3

Digláth, quid significet 4

Diluuij uniuersalis descriptio 7.8

Dina Iacobi filia 25. stupratur, quapropter Sicimitæ uniuersi trucidãtur 27

Diodotus Tryphõ Apamenus, uide Tryp.

Diogenes Alexandri amicissimus à Pharisæis interficitur 587

Dionysius Tripolitanus securi percussus 368

Diophantus notarius sceleratus 447

Disciplinæ militaris exemplum pulcherrimum 681.682

Disciplinas à Chaldæis ad Aegyptios, ab his ad Græcos esse deductas 14

Dissimiliũ communionem etiam naturam horrere 97

Dius in historia Phœnicum integerrimus

Dius mensis 7 (834

Doecus mularum nutritor 154 occidit Abimelechum pont. 155

Dolesus nobilitate potens à Gadarensibus interficitur 735

P. Dolobellæ decreta pro Iudæis 381

Domitianus cum multis Romanorum salutus euadit 747. à Mutiano productus populo rector insinuatur ibid.

Domitiano Germani subijciuntur & Galli 808

Domitianus in triumpho Vespasiani & Titi eis adequitabat 811

Domitius Aenobarbus 540

Domitius Aenobarbi filius ibid.

Domitius Nero consalutatur Imperator 541. fratrem, matrẽ, uxorem, uirosq; illustriss. trucidat ibid. Cæsarea excludit Iudæos 543

Domitij Neronis uxor à marito occiditur 541

Domitij Sabini fortitudo 766

Dora Phœnices urbs 551

Doræ ciuitatis situs 857

Doras Hierosolymitanus pontificem permit 541

Doris mater Antipatri Herodis filij accusatur ueneficij, & quomodo se gesserit 457.458.599.630

Doritarum in Iudæos insolentia 526

Dorotheus lxx. interpretib. additur 311

Dositheus Hyrcanum & Alexandrã Herodi prodit 409

Draconis leges de supplicijs antiqss. 528

Druma Gedeonis concubina 124

Drusilla Agrippæ filia 498

Drusium turris 614

Drusus Agrippæ filius 489

Drusus Neronis filius 490.494

Drusus turris 428

Drymos, loci nomen 599

Dystrus mensis 105.288.300.333

E

Butius decadarchus sub Vespasiano 693. Gamalæ occisus 715

Ecdippon locus 600

Edom, uide Adomus

Edraus dux militum Ionathæ 234

Eglon Moabitarum rex qui Hebræos subiugarat, ab Iode interficitur 120

Ela capta & habitatores eius extincti à Syriæ rege 255

Elanus Basanæ filius altero regni anno occiditur, unà omnis eius soboles tollitur per Zamarem 226

Elcana Iudæ copiarum dux occisus 255

Elcias Magnus, legatus Iud. 499

Eleazarus pontifex 2

Eleazarus Moysis filius 49

Eleazarus Aaronis filius 84. fit põt. 86

Eleazarus pont. moritur 115

Eleazarus Dodeiæ filius unus fortium Dauidis 192

Eleaz. quidã arreptitiorũ medicus 204

Eleazarus Auranes Matthiæ filius 323 fortiter ab elephanto confossо opprimitur 330

Eleazarus pharisæus homo seditiosus conuitiatur Hyrcano 354.355

Eleazarus quõ pontificatũ adeptus 307

Eleazarus thesauri templi custos quõ pactus cum Crasso 373

Eleazarus Anani fil. pontifex cõstituitur unius tantum anni 482

Eleazarus Boethi pontifex constituitur 478. priuatur põt. ibid.

Eleazarus gigas, quàm uasto fuerit corpore 487

Eleazari Asamonæi filij fortitudo & mors 582

Elea. Dinæi, latro 539.541.655.657

Eleazarus seditiosus exulat 531

Eleazarus Ananiæ põtificis filius, Romani belli seminarium fuit 669. reiecit Cæsaris hostias ibid.

Eleaz. Semæi facinus memorabile 697

Elcaz. duo socij cõtra Manahemũ 671

Eleazari Simonis filij factio 660.748 749 753

Eleazari Simonis Gioræ socij mors 740

Eleazarus Sicariorũ princeps Massadam obtinet 816. eius ad suos oratio 820 altera oratio de immortalitate animæ ibid. & 821.822.823.

Elephantis quomodo pugnatum sub Antiocho Eupatore 329

Eleusa oppidum, Sebaste dictum 435

Eleutherus fluuius 341.346.609

Elen-

Eleutheri equites 600
Eliabus architectus 63.70
Eliacias pontif. sub Iosia rege 263.264
Eliacimus Iosiæ fil. antea Ioacimus dictus accepit regnum paternum, sed tributarium iam factum Aegyptijs 265. etiam Babylonijs tributum cogitur pendere 266. occiditur ibid.
Eliacimus Ioacimi filius in pontificatū patri succedit 291
Elias propheta tempore Achabi quæ prænunciauerit & gesserit 227.228 229. 230. 237. 238. exemptus ex hominibus 238
Eliæ epistola ad Ioramum Iosaphati filiū sceleratum regem 244
Elienæus Gethæi fil. pontificatum accepit 529
Elis pontifex princeps Hebræorum 130 filij eius scelerati 131. exitium suum cognoscit ibid.
Elis pontificis filij scelerati 131 exitium suum & suorum filiorum cognoscit 132. tum ipsius & filiorū mors 133
Elisæus prophetiæ donum accipit, & Eliam comitatur 230. uaticinatur & aquam suppeditat Ioramo Achabi filio 239. uiduam à debitis liberat 240 Ioramo insidias Syrorum indicat, & Adadum capere ipsum uolentem eludit 240. 241. famis tempore utilitatem annonæ prænunciat 242. Adadomortem indicat 243. Ieum ungit regem Israelitarum 244. 245. Ioasum Ioazæ filium ad se ægrotum uenientem consolatur 250. uita defungitur 251 cadauer occisi à latronib. in ipsius monumentum iniectum reuixit 251
Elymus, Elymi 12
Emiam zona sacerdotalis 66
Emmaus concremata 474
Emmaus uicus 482. Vide etiam Ammaus
Engaddi à sicarijs inuaditur 734
Eniachim tribus sacrata 721
Enochi mors nemini cognita 138
Enosa ciuitas 6
Epaphroditus 1
Ephodes, uestitus 67
Ephorus historicus Gallos & Hispanos prorsus ignorauit 831
Ephorus Hellanicum in plurimis ostendit mendacem 828
Ephremes Iosephi filius 35. 41
Ephremes in numerum Iacobi filiorū adoptatur pro patre Iosepho 42. 76
Ephremi pars quæ cesserit 112
Ephremitæ Gedeoni bellū inferre conantes placantur 123
Ephræmitis tribus quomodo Bethelē proditione ceperit 116
Epicrates pecunia corruptus Scythopolim cum alijs aliquot ciuitatibus Iudæis prodit 354
Epicuræorum error refutatur 280
Epiphania, ciuitas 12
Epiphanes & Callinicus filij regis Antiochi Cæsennio Pæto pugna forti obnitutur 815. à Vologeso Parthorum rege magnifice excipiuntur ibid. Romam ad Vespasianum ueniunt 816
Epomidis descriptio 67
Epulæ ferales Iudæorum 638
Equitum Romanorum arma 690
Equus Modius Varo succedit 553. 556
Erebinthonicus uicus 775
Erica prætorianorum Achazæ præfectus occiditur 255
Esaias prodigium Ezechiæ regi exhibet 261. obiurgat eundem propter thesauros Babylonijs monstratos 262
Esaiæ prophetiā cognouisse & credidisse Cyrum regem 281
Esaiæ uaticinium deprauatum 825
Esdras Iudæorum apud Babylonem degentium pontifex, à Xerxe quæ & quanta impetrauerit 289. 290. quomodo populum mundauerit, et legem ei prælegerit, ac rempub. reformarit, mortuusq; sit 290. 291
Escon puteus 22
Esther puella quali fuerit forma 294 ducitur uxor Artaxerxi & coronatur regina ibid. Iudæorum cladem futuram cognoscens regi indicat 296 297. impetrat Iudæis uitam 299
Esai natiuitas 21 uxores 22 circumuenitur à fratre ibid. iratus fratri reconciliatur 26. 27 partitur cum fratre habitationem, uocaturq; Adomus 28
Essen, uestis qualis 67. 71
Essenorum secta 480. 646. 647 648. 649. eorum mirabilis constantia & uirtus in bello cum Romanis 649. opinio de animæ diuinitate ibid. aliud eorum & diuersum collegium ibid. & 650
Etheo Gittheus Dauidis sectator præficitur exercitui 185
Eua quid significet 4 eius lapsus 4. 5
Euæi populus 12
Euaratus Cous 625
Euemerus Græcus Iudæorum mentionem facit 841
Euilas, Euilæ 11
Euodus Neronis libertus 494
Eupolemo Græco in historia Iudæorum uenia cōcedenda quòd Hebraicè nescierit 842
Euphrates, fluuius 4
Eurycles laco impostor maximus Herodem circumuenit, & domum eius subuertit 446. 623. 624
Eutychus Agrippæ libertus & auriga in uinculis detentus 491. 492 aperit Neroni maleuolentiam Agrippæ 493
Eutychus, auriga Caij Cæs. 523
Excæcantis aliquem pœna 101
Ezechielis prophetia 265. 267
Ezecias Achazæ filius regnum obtinet paternum Hierosolymis, religionem collapsam restituit 256. 257. Palæstinos bello uincit 252. à Senacheribo oppugnatur 259. in summam adactus desperationem Esaiam implorat 260 posteritatem à deo exorat 261. moritur 262
Ezecias latronum princeps interficitur 595

F

FAbatus Augusti seruus 455 456 457
Fabatus procurator Cæsaris, pecunijs corrumpitur 682. 629
Fabij centurionis fortitudo 590
Fames ingens 229. 241. 242 417 418
Fati potentiæ nemo potest resistere 452
Fauces locus 77
Faustus Cornelius primus Hierosolyma conscendit 590. 591
Felix Pallātis frater à Claudio ad Iudæos missus 656
Felix præfectus militum Romanorum inuadens Phaselum uincitur 383 Cl. Felicis procuratoris gesta 657 658. uide Cl. Felix
Ferrei montis situs 737
Festus procurator successit Felici 658 uide Porcius
Festorum descriptio 73
Filij contumaces & proterui in parentes quomodo mulctandi 100
Filiorum hæreditatis ius 95
Flaccus Syriæ præses 490
Flauius Iosephus. uide Iosephus
Flauius Sylua in administratione Iudææ Bassō succedit 816. contra Massadam militem mouet 816. 817 & 819 Massadam occupat & præsidium imponit, cum exercitu ad Cæsarem redit 824
Fletus, sylua 172
Florus templi thesauris frustra inhiat, à cuius expugnatione depellitur 662

Flori nouus dolus & auaritia in oppreſſione Hieroſolymorum 662. mendacium apud Ceſtium 663. uide Geſsius
Fortes uere qui 163
Fortunatus Agrippæ libertus Romã miſſus à ſuo patrono 497
Fratris uxorem ducere prohibitũ 478
Fratres ueri quos & interitus ipſe ſociauit 883
Frontonis geſta in cuſtodia 802
Fructus intẽpeſtiuus & præmaturus 97
Furij centurionis animoſitas 590
Furum pœna 101

G

GAba, quid ſignificet 146
Gaba equitum ciuitas cur ſic uocata 687
Gabaenorum iniuria in uxorem Leuitæ, et quomodo ea propter multati 116 117 118
Gabaon uicus 190
Gabaonitæ aſtu fœdus ineũt cũ Ieſu 109 qui ipſis contra Hieroſolymitarũ regem ſuccurrit 109.110
Gabaoth, Saul uicus 750
Gabinus præfectus militũ Pompeij 369 eius geſta 371.372.373
Gabinius Scauro ſuccedens quid geſſerit clari 591.592.593.812
Gadara reſtaurata 591
Gadaræ optimates legatos ad Veſpaſianum mittunt, ſeq; dedunt 735
Gadarenſes Herodem fruſtra apud Cæſarem accuſant 421
Gadæ natiuitas 25. & filij ſeptem 41
Gadus propheta Dauidi unius è tribus malis offert electionem 193
Galades collis & Galadena regio 26
Galatæ à quibus denominati 10
Galba imperator creatus 739. in medio foro necatus ibid. & 741
Gales infectans Abimelechum Gedeonis nothũ, proditur à Zebello 124.125
Galgala quid ſignificet 108
Galilææ & regionis trans Iordanẽ quanti reditus fuerint 644
Galilæa minor quæ 687
Galilææ utriuſq; deſcriptio 687 calamitas 688
Galilæa tota à Romanis ſubacta 719
Galilæorum & Samaritanorum conflictus 655
Galilæi contra Romanos 684
Galilæi ab infantia pugnaciſsimi & omni tempore plurimi 687
Galilæorum quot milia Iaphæ occiſa 701
Galilæorũ noua inuẽta & factiones Hieroſolymis 742
Galliæ motus 736
Galliæ bellum deſiit 739
Galliæ ſitus deſcriptus 666
Galli centurionis facinus apud Gamalam 715
Gallos ſub mille & ducẽtis militibus ſeruire, quibus penè plures habuerint ciuitates 666
Gamala filius Ieſu 722
Gamala ciuitas rebellat 713. 717. eius ſitus ibid. & 714. 717. exciſa 717
Gamalenſium fides in Romanos 550
Gamalenſium cum Romanis acres conflictus 714. 715. 716
Gamalenſium cædes à Romanis 717
Ganges fluuius 4
Garizin mons 302. 701
Galanitis regio deficit ab Agrippa 561
Gazam nequeunt capere Iſraelitæ 115
Gazæi à Iamnæo obſeſsi captiq; 359
Gazara Paleſtinæ urbs à Salomone bis ædificata 213
Gedeon quomodo Hebræos ſeruitute exemerit 122. 123. quot filios habuerit 124
Geman uici ſitus 655
Geneſar lacus deſcriptus 482. 711. terra eiuſdem nominis deſcripta ibid.
Gentium enumeratio quæ Romano imperio ſubduntur 665
Gentium qui uerenda Iudæorum more circunciderunt, enumeratio 838
Gentibus ſingulis quomodo à ſuis autoribus nomina ſunt indita 10. 11. 12
Gemello renũciat amicitiã Herod. 442
Geon fluuius, & quid ſignificet 4
Geraſeni quomodo ſe erga Iudæos cohabitatores ſuos geſſerint 647
Gergeſæi, populus 12
Germanicus ueneno ſublatus 483
Germanicus qualibus moribus 494
Germanicus Claudij Cæſ. frater 540
Germanus augur uinctus Agrippæ uincto uaticinatur 495
Germani qualis gens 515
Germanorum deſcriptio 666. eos octo tantum legionibus Romanorum domitos ibidem
Germanorum agmina & bellum ciuile ab Antonio Primo & Mutiano ſedantur 739
Germani Capitolij collem occupãt 747
Germani uiribus corporum laudati 797
Germanorum magna ex parte defectio à Romanis 808. defectionis cauſæ ibid.
Gerſus Moyſis filius 49
Geſsius Florus Iudææ procurator quomodo Iudæos ad arma contra Romanos capeſſenda compulerit 471. 547 & quàm malus fuerit uir 558
Geſsij Flori procuratoris qui Albino ſucceſsit, crudelitas, impudentia et uerſutia 658. 659. auaritia apud Cæſarienſes 659. 660. noua crudelitas in Hieroſolymitanos 660. 661. Vide etiam Florus
Getheris Arami filius 12
Getuli, populus 11
Gigantum reliquiæ in Hebrone 115
Gigantum poſteritas à quibus perdomita 14
Gimon propheta Baſani quæ mala ipſum maneant uaticinatur 225
Gimæa uicus 687
Giſcala Gal. oppidulum indomitũ 717
Giſcala ſuccenditur & diruitur 551
Giſcala à Ioſephi militibus diripitur, prædaq; popularibus conceditur 684
Giſcalorum ſtatus 551
Glaphyra Archelai Cappadocum regis filia nubit Alexãdro Herodis fil. 427 620. odio proſequitur Salomẽ 439 occiſo marito remittitur ad patrẽ cum dote 453. moritur 626. nubit Archelao Herodis filio, Alexandri fratri 478. itẽ Iubæ 479. eius ſõniũ 646
Gobolitis regio 28. 56
Godolias Acani filius præficitur reliquijs Hieroſolymorũ 271. humaniter tractat Iudæos profugos ibid. eiuſdem pietas, ſed illi noxia 272. occiditur ibid.
Goliathi Gittæi ſtatura & inſolẽtia 148 interitus 149
Gomar, Gomarenſes 10
Gorgias à Iuda Macchabæo uictus 325 uincit Ioſephum Zachariæ 328
Gorion filius Ioſephi, & Simon Gamalielis contra libertatis corruptores hortantur & concionantur 721 occiditur 732
Gotarzes Parthorum rex 535
Gotholia Achabi filia, uxor Iorami Hieroſolymorum regis 244. Dauidis ſimiliam quãtum poteſt tollit & regnũ adminiſtrat 247. & regno & uita priuatur opera Ioadi 248
Græcorum & Iudæorũ diſsidium 498
Græcis tupiſsimum uiſum Iudæis inferiores fore 658
Græcos bis ternis faſcibus Romanorũ obedire 665
Græcorum omnia noua & heri nuperq; facta 827. eorum regiones innumeræ corruptiones inuaſere rerũ memoriã delentes ibid. Sera cognitio literarum ibid. & 828. philoſophi primi Aegyptiorum Chaldæorumq; diſcipuli ibid.
Græci poſteriores Timæum in plurimis mendacem oſtendunt 828
Græcis ab initio nulla cura fuit hiſtoriæ conſcri-

conſcribendæ 828
Græcorum hiſtoricorum elegans deſcriptio 828.829.830
Græcorum legislatores antiquiſsimi qui 860 . 861
Græcorum dij deſcripti 866.867.868
eorum legislatores poetis poteſtatem dederunt ut quos uellent deos introducerẽt, rhetoribus uerò ut decreta de rebus publicis quæ uellent conſcriberent
Grãdo apud Aegyptios ante Moyſen nunquam uiſa 51
Grapte cognata Iſatæ regis Adiabenorũ aulam regiam Hieroſolymis ædificauit 742
Gratus militum præfectus, Simonem Herodis fil. obtruncat 473. ſuis ſuccurrit 474.641
Grauidam calce percutiens quomodo plectendus 101
Gymnaſia Herodis 615

H

HAi. uide Aina
Heberus Hebræorum autor 12
Hebræorum declinationis forma ibidem
Hebræorũ nullus regnante Salomone ſeruile opus faciebat 214
Hebræi bis ultra Euphratem ducti captiui 273
Hebræorũ decem tribuum captiuitatem, & reliquarum duarum tribuũ tranſmigrationem quantũ temporis interceſſerit 27. uide etiam Iſraelitæ
Hebron expugnatur & conceditur Leuitis 115
Hebronis oppidi antiquitas 14
Hecatæus Abderita 839.840.841
Hecotambæon menſis 86
Hecatontomachi Alexandri Iamnæi 358
Hellanicus ab Acuſilao de genealogijs multum diſcrepat 828
Helcanes Leuita & eius uxores ac liberi 131 132
Helena Adiabenorũ regina tranſit ad religionem Iudaicam 532.533.534
eius monumentum Hieroſolymis 756
Helenæ Monobazi regis matris regia Hieroſolymis 761
Helias. uide Elias
Heliopolis 42
Helonis principatus Hebr. 126.127
Heniochi Romanis ſubiecti 665
Heron, arca tabernaculi 65
Herennius Capito procurator Ianiæ 491
Hermæus qui & Danaus denominatus 843
Hermippus Græcus hiſtoricus diligentiſsimus 838
Hermogenes Græcus Iudæorum mentionem facit 841
Herodes Agrippæ frater, rex Chalcidis 529.530. moritur 537
Herodes Antipatri f. 374. Hieroſolymorũ dux cõſtituitur, Ezechiãq; cũ alijs prædonibus afficit ſupplicio 377. infantum ob cædem exoſus dicit cauſam 378. præficitur Cæleſyriæ ibidem. Romanorũ beneuolentiam captat & aſſequitur 382. Malichum trucidat 383
Antigonum Ariſtobuli, profligat ibid.
uxores & liberos ſibi parat, ac M. Antonium corrumpit 384. accuſatus tetrarcha cõſtituitur 385.386. ſtrenue pugnat 386. elabitur ex hoſtium inſidijs 387.388. difficilibus profectionibus exercetur uſq; Romam 389. rex Iudææ à ſenatu Rom. declaratur 390
ex Italia nauigat, & pugnat contra Antigonum 391. 392. auxilio uenit M. Antonio 374. prodigioſe ſeruatus bis 395. Hieroſolyma expugnat, & Antigonum capit 396. Antonium donat 398. Ariſtobulum pontificem occidit 400. 401. à Cleopatra ad ſtuprum ſolicitatur 404. bellum Aretæ infert 405. concio ad milites 406. Hyrcanũ occidit 409. quo modo amicitiam Antonij excuſarit apud Cæſarem, & regnũ ab eo obtinuerit 410. 411. Mariammẽ uxorẽ interfecit & magnifice donatur à Cæſare 412. necatã à ſe uxorem luget miris modis 413. 414. efferatur ad cædem amicorũ quorumcunq; & ad omnia mala inclinat 414. 415. 416
arces in ſuam tutelam extruit 417
fami urgenti ſuccurrit 418. quomodo ſubditos in officio continuerit 419
Cæſaream condiderit, & à Cæſare ſit muneratus 420. 421. 422. ſalutat Agrippam 421. extruit templũ Cæſari, & tributorum partem ſubditis remittit & conuenticula populi probibet, et Eſſenos magnificat 422. tẽplũ nouũ ædificat Hieroſolymis ſumptuoſiſs. 423. 424. legem ſtatuit de furibus nouam 426. nauigat ad Cæſ. & reductis Roma liberis dat uxores, Agrippamq; honorat 427. 428. quartam tributorum partem ſuis remittit 430. ipſius familia domeſticis agitatur diſſidijs 431. filios ſuos apud Cæſ. accuſat 432. quinquennale certamen celebrat, arces cõdit 435. multaq; alia 436. qualis ingenij ibid. pecunijs deſtitutus Danidis ſepulchrum recludit 438. omnes coniunctos habet ſuſpectos 440. 441. 442. 443
à Syllæo inique accuſatur apud Cæſarẽ 444. 445. accuſat filios apud concilium Berytenſe 450. ſtrangulat 451. liberis ipſorum proſpicit 454
quas ipſe uxores habuerit & ſobolem 454. 489. Antipatrũ damnatum in uincula cõijcit 463. morbo correptus teſtamẽtũ cõficit 463. 464. morbus qualis fuerit 465. ſub mortẽ liberaliſsimus et crudeliſſ. 465. 466. uim ſibi conatur inferre, & Antipatrũ iubet occidi 466. 467. teſtamento mutato moritur ac funeratur 467. teſtamento eius confirmato quantum filijs ipſius patrimonium ſuperfuerit 476
præficitur Galilææ & ſtrenue agit 595. accuſatur Hyrcano à maleuolis 596. uindicat patris mortem 598
eius uictoriæ ibid. accuſatur 599
quomodo ſe geſſerit in pugna contra Antigonum & Parthos 600. 601
ædificat & multis premitur malis 601. 602. Romã nauigans iacturam facit 602. rex Iud. conſtituitur 603
Antigonũ expugnat & latrones 603 604. 605. 606. 607. fratris mortem ulciſcitur 607. in grauia incidit pericula 607. 608. Syro & Arabes uincit 610. 611. conciliat ſibi Iulium Cæſ. 612. ædificat, amicos ac parentes honoribus afficit 613. 614 615. 756. 761. athletã & uenatorem agit ac bellatorem 615. 616
diſsidet cum filijs duob. et uxore 616 617. reconciliatur filijs 618. iterum diſsidet cum ipſis 621. accuſat filios apud Cæſ. et Beryti 625. occidit 626 654. occiſorũ liberis proſpicit 627
quot uxores & liberos habuerit ibidẽ
eius domus iterum conturbatur diſsidijs 628. Pherorã extrudit 629. accuſat filium Antipatrum 633. 634
morbo corripitur lethali 635. 636
crudelitas eius & mors 636. 637
quomodo Romanũ adduxerit exercitũ 770. inſtaurat ciuitates 812. 819
Herodes Herodis fil. Iuliada condit 481 489. tetrarcha fit 481. recipitur in amicitiam Neronis 482. quomodo perierit ibid. Vitellij iram in ſe concitat 487. bello ab Areta ſuperatur ib. 488. Herodiadis amore capitur 487 489. uxoris importunitate in exiliũ detruditur 497. 498. quali fuerit ingenio 528
Herodes Herodis fil. Tiberiadẽ & Iuliopolim cõdidit 650. à Caio Cæſare ob auaritiam increpitus, in Hiſpaniã cum uxore fugit 651. quando deceſſerit,

& quos liberos reliquerit 654
Herodias Agrippæ ſoror, Herodis iunioris uxor 487.488. odio proſequuta fratrem ſe ſuumq; maritum in exilium conijcit 497.498. eius exprobrationes & ſtimuli 651
Herodion conditur 388.601.615
Herodoti lapſus 261
Herodotum cuncti mendacem oſtendunt 828. Romanorum meminiſſe 831
Herodotus erroris argutus 221
Herodotus Halicarnaſſeus Iudæorum gentem non ignorauit 838
Heroum oppidum 41
Heſiodus ab Acuſilao in quàm magnis corrigatur 828
Hettan prædium 216
Hezarbunis dux captus 123
Hieremiæ prophetæ uaticinium & epicedion Ioſiæ conſcriptum 265.266 267.268.269. damnatur, iterũ ab ſoluitur 266. aufugit ibidem
Hieremias in carcerẽ coniectus torquetur 268. in cænoſum puteum præfocandus demittitur uerum rurſus liberatur 268. non uult proficiſci Babylonem 271. donatur magnis muneribus & alia eius geſta ibidem
Hieremias conſulens Ioanni Careæ abducitur ab eo in Aegyptũ ubi Aegyptijs captiuitatem indicat 272. 273. eius uaticinia celebrata 769
Hierichus urbs 88. excinditur, & reſtaurator ipſius diris deuouetur 108
Hierichus deſolata 737. eius agri deſcriptio 737 & 738
Hierichontis fons ex peſtilenti & infrugifero ſaluberrimus & feraciſsimus ab Heliſæo factus 737
Hierichuntij agri bonitas 111 369 404
Hieroboamus Nabathæi filius uaticinio cognoſcens ſe futurũ regem, populum ad defectionem ſolicitat, effugit Salomonis iram 217. 218. decem tribuũ rex eligitur & Sicimis habitat 219 duasq; uitulas aureas facit & templa 219. brachium eius apoplexia tangitur, & inde à pſeudopropheta ſeducitur 220. 221. filio ſuo ægrotante quid reſponſi acceperit à prophetа 222. 223. contra Abiam ducit exercitum 223. uincitur ac moritur relicto regni ſucceſſore Nadabo 224. familia eius cuncta tollitur ibidem
Hieroboamus Ioæ filius regnum Iſraelitarum excipit 251. 252. Syriã ſuo regno licet impius adijcit ibid. moritur Zacharia filio hærede relicto 253
Hieronymus hiſtoricus Iudæorum 841
Hieroſolymæ rex cum uicinis regibus occiditur 110
Hieroſolyma oppugnatur, inferioreq; parte capitur 115
Hieroſolyma ciuitas Dauidis dicta & quomodo exædificata 171.333
Hieroſolymorũ theſauri auferuntur, mœnia ad trecentorũ cubitorum ſpacium diruuntur per Ioam 252
Hieroſolymorũ captiuitatem qui prophetæ prædixerint 265
Hieroſolymorum captiuitas, direptio, & à fundamentis uaſtatio 270
Hieroſolyma capitur ab Antiocho Epiphane, templũq; eius ſpoliatur & prophanatur 321. reſtituitur tam urbs quàm templum 326
Hieroſolyma & templum à Pompeio expugnata 369.370
Hieroſolyma diripitur à Parthis 388
Hieroſolymæ eiusq; templum cur deus auerſatus 542
Hieroſolyma ad ſummum felicitatis euaſiſſe faſtigiũ, & ad extremã eſſe deiecta miſeriam 579. expugnantur ab Antiocho Epiphane 581. à Pompeio Magno capiuntur 589.590 diripiuntur à Parthis 601. oppugnantur ab Herode 608.609
Hieroſolyma Iudææ umbilicus eiusq; ſitus 688. deſcriptio 755.756.840
Hieroſolyma bello, dominatione, ſeditione laborat 734
Hieroſolyma quãdo & quoties capta uaſtata 803. quando in ea templum ædificatum ibid. eius origo & finis ibid.
Hieroſolyma non idem uoce Iudaica quod Græca ſignificat 849
Hieroſolymitanis fame laborantibus ſuccurrit Helena 534
Hieroſolymitanorum ſupplicatio 655
Hieroſolymitani officioſe Agrippæ et Politiano obuiam progreſsi 663
Hieroſolymitanorum & Romanorũ ſeditio 670
Hieroſolymitanorũ luctus publicus 672
Hieroſolymitanorum turbæ & indignationes propter Ioſephum 797.708
Hieroſolymitanorum miſerabilis clades, & fuga ad Veſpaſianum 733
Hieroſolymitani prima aggreſsione ſuperiores 751. in legionem decimam excurrunt 752. eorum inſidiæ contra Romanos 754. ſeditiones perpetuæ 761. 762. conflictus cum Romanis 762.763.764.765.766.767 pugnant circa machinas Romanorum 763. ualde terrentur 767. eorum pertinacia 768. aurum deglutiunt 771. crudeliter afficiuntur ibidem & 772. Romanos multos ad ſuum excidium coegere 772
Hieroſolymitanorum calamitas & clades miſerrima 772.773. pertinacia crudelis ibidem conflictus 774 fames 776. profugia ad Romanos 778. eorum qui transfugerunt, una nocte uiſcera duorum milium patefacta ſunt ibidem. famis incrementum horribile 779
Hieroſolymitanorum quàm multa milia paucis diebus per unam portam elata 779. egenorum quot milia portis eiecta ibidem. conflictus cum Romanis circa aggeres 780. 781. pugna magna & ferox 783. mendacia inter ſeditioſos 785. pertinacia inſana ibid. pugna atrox circa cuſtodias 786.787. pugna circa templum 788. dolus contra Romanos 789. fames 790. pugna circa porticus 791. circa templum 792.793 ſtrages & fuga incenſo templo 793 794. ſex milia in porticum confugiunt, ſeq; ſaluari ex propheta falſo ſeducuntur 795. plurimi confugiunt ad Titum 800. infinita multitudo uenijt ibidem. ſtrages crudeliſsima, incendium fames captiuitasq; 801.802
Hieroſolymitani ſoli quanta bonitas 113
Hiezezielis prophetia 265.267
Him, menſura qualis 69.72
Hippeni Iudæos ſuos cohabitatores male tractant 674
Hippici turris deſcriptio 756.757
Hippodromos, locus 636
Hiramus Tyriorum rex, Salomoni quid ad templum Hieroſolymis contulerit 834. mulctatus, quod Salomoni propoſita ænigmata ſoluere non potuit 835. eius geſta ibidem uide etiam Iromus
Hiſpani quando & quemadmodum Romanis ſubditi 666
Hiſtoria apud Barbaros ſolennior quàm Græcos 831
Hiſtoriæ ſcriptori quæ curanda 365
Hiſtoriæ ueritatem à Iudæis honorari, à Græcis uerò negligi 579
Hiſtoriæ ueræ quod indicium 829
Hiſtoriarum ſcriptoribus non idem ſeopus 1
Hiſtoricus mendax quantũ à falſario inſtrumentorum differat 570
Hiſtoricus quis laude dignus 579
Hiſtorici quod officium 571
Holocautoma ſacrificium cur dictum 71

Homeri poemate nullum uetustius 828
quomodo conseruandum ibidem
Homicidarum inuitorum asyla 93
Homicidij incerti inquisitio qualis fiat 97
Hominis creatio 3
Hominis ætatis quis terminus præscriptus 7.13
Homines quando degenerare à uirtutibus ad uitia cœperint 6
Hominum cõmercia quibus uitanda 74
Hominũ ingenium quàm sit malum 155
Homoncea, loci nomen 567
Hortos pensiles à Nabuchodonosoro extructos 276
Hospitij reuerentia 16.117
Hyc uocis significatio 832.833
Hyoscyami descriptio 68
Hyperberetæus mensis 72.208.228
Hyrcanium uicus 610
Hyrcanus Alexandri Iannæi filius constituitur pontifex 383.587. fœderatur fratri, & ociosam uitam elegit 365 366.587.588. cur ignauus habitus & fugerit ad Aretam 366. Scauri amicitiam frustra ambit 367. disceptat apud Pompeium cum fratre 368 redditur ei pontificatus 370.376 honoratur ab exteris gentibus 376 honoribus ab Iulio Cæs. afficitur 379 capitur & amputantur auriculæ eius 387.388. 600. 601. à Parthis dimissus ad Herodem reuertitur à quo perfide tractatur 398. 399. occiditur tandem ab eodẽ 409. 616. quali fortuna per omnem uitam fuerit agitatus ibidem
Hyrcanus primus eius nominis pontifex 486
Hyrcanus quomodo à Ptolemæo sororio tractatus & Antiocho Eupatore, tum gesta ipsius 582.583 eius felicitas 584. eius bellum cum Arabibus 589. iterum fit pontif. 591 594. pontificatus confirmatur & regnum datur Iudææ 596
Hyrcanus Ioseph Tobiæ filius, adolescẽs ingeniosus 317.318.319. eius gesta & mors 320
Hyrcanus Simonis Matthiæ filius effugit Ptolemæi insidias, & principatu potitur 350.351. oppugnatur ab Antiocho Sotere ibidem. pacem ab eo redimit ccc. talentis, Dauidisq; thesaurum tribus milibus talentorum imminuit 352. urbes ab hostibus ablatas recuperat, pacemq; cum Rom. init 352.353 Samariam obsidet & radicitus tollit, cumq; deo colloquitur 354.355 eius felicitas & mors 355 somnium de filijs quale aliquando habuerit 357

I

Iabinus rex Hebræos opprimit opprimiturq; ipse 121
Iabissa ciuitas, & Iabissenorũ officium in Saulum & filios eius extinctos 165
Iabisus ciuitas capta, & omnes eius habitatores cæsi præter cccc. uirgines 118
Iachin, columna uestibuli templi 206
Iacimus. uide Alcimus
Iacimus Zamaris filius eques 455
Iacobi, filij Isaci natiuitas 21. præripit fratri benedictionem paternam 22. fugit fratris iram 23. dormiẽti uisio offertur ibidem. & nuptias celebrat 24. uisiones iterum 26. aufugit à socero 25. redit cum fratre in gratiam 26.27. luctatur cum spectro 27
Iacobus uocatur Israel 27. defodit Labani deos ibidem
Iacobus partitur cũ fratre hæreditatẽ paternam 28. opulentia eius & felicitas 29. Iosephũ luget 31. mittit filios frumentatum in Aegyptum 35. proficiscitur ipse etiam cum omni familia 41 moritur 42
Iacobus & Simon Iudæ Galilæi filij aguntur in crucem 537
Iacobus frater Christi lapidatur 544
Iacobi rectoris Idumæorũ proditio 740
Iacobi, septimi ex fratrib. Macchabæi supplicia & constantia 883
Iaddus filius Ioannis pontifex patris loco fit 301. Alexandro Magno negat fœrum uenaliũ rerum 302. placat eundem & impetrat quod uult 303. moritur 304
Iadon propheta Hieroboami idololatriam obiurgat 219. discerpitur à leone 220
Iahel. uide Iale
Iairus Galadenus, princeps Hebræorum 125
Iale Iabinum occidit 121
Ialus custos thesaurorum Dauidis 198
Ianiæ regni termini 832
Iannæus Alexander. quære Alexander
Iapha uicus 564
Iaphæ munitiones 700
Iaphetus filius Noe 9
eius soboles quanta & quibus gentibus nomina dederit 10
Iaphthes accitur ad principatum Israelitarum 125. 129. uictor filiam suam deo mactat ibidem
Iar, mensis 205
Iardan uicus 638
Iason, alias Iesus, Oniæ pont. filius, pontificatum fratri extorquet 320
Iason ut pontifex constituatur quantũ numerarit Antiocho 874
Iauanes Iapheti filius 10
Iazarus pontificatu priuatur 481
Ieziel propheta uaticinatur Iosaphato 237
Iazoron urbs spoliata & concremata per Iudam Macchabæum 327
Iberi, populus 10
Ibes serpentibus infestæ 47
Ides scelus & supplicium 484.485
Idumæa unde dicta 28. Dauidi subdita 175. eius tumultus 642
Idumæi, quomodo circumcisionem & religionem admiserint 352
Idumæorum nationis descriptio 725 727. uiginti milia cum ducibus quatuor Hierosolymam ueniunt 726 seditio & tumultus 728.729
Idumæi cum uigintiquinq; milibus contra Simonem Goriæ 740. Ioannis Leuiæ pecunias prædantur 742. ad Titum supplices ueniunt 800. scelerata eorum facta repetita 817
Iebostus Sauli filius constituitur rex 166 amittit regnum 167. 168. occiditur per insidias 169. sepelitur honorifice à Dauide 170
Iebusæi populus 12
Iebusæorum ludibrium in Dauidem male ipsis cessit 171
Iechonias. uide Ioachimus. nam binominis fuit
Iaphthe. uide Iaphthes
Iesraela urbs 229
Iessæus filius Obedæ 131
Iessei filij qui 147
Iesus Christus describitur 484
Iesus Anani filius prædixit Hierosolymæ excidium 796
Iesus Damnæi filius fit pontifex 544
Iesus Gamalielis filius fit pontifex 545
Iesus Iason dictus Oniæ frater pontificatu honoratus & mox eo priuatus 320
Iesus Iosedeci põtificis filius põtifex 287 288
Iesus Naueci filius exercitui præficitur, & uincit Amalecitas 59. Chananææ explorationem indicat suis commilitonibus & territis reddit animum 78. Moyses eum sibi successorem designat 93. prædicit, quæ gesturus erat 104. Chananæam explorat 106 Iordanem cum exercitu superat 107 Hierichuntem sine labore capit 107 108.737. & Ainam excindit 108 109. Gabaonitis fœderatur capitq;

quinq; reges 110. reges Libano uicinos expugnat 111. munit ciuitates ibidem. terram uictoria quæsitam diuidit tribubus 111. 112. præcipit eis ut reliquias Chananæorum tollant 112. Sicima eligit sibi domicilium, ubi moritur 114. 115
Iesus Phabetis filius pontificatu priuatur 419 420
Iesu pontificis ad multitudinem Hierosolymitanam oratio 726. 727
mors 730. eius uirtutes celebratæ ibidem
Iesus Saphiæ filij facinora 553. 557 558. 567. 568
Iesu Sapphæ filius 680
Iesus Thebuthi sacerdos Tito sacra donaria tradit 800
Iesus Tobiæ filius, quid gesserit 708 709 711
Ieus Amasis fil. Ramatham expugnat & inungitur rex Israelitarũ 244. 245
Iezabelam & omnem Achabi & Ochoziæ cognationẽ tollit 246. 247
Bali sacerdotes extirpat 247. cõtemptor & ipse numinis moritur Ioaza filio successore relicto 249
Ieus propheta arguit Iosaphatum 236
Iesabela quàm mala mulier 227. 228
minatur Eliæ interitum 229. Nabathum curat lapidib. obruendum 230
præcipitata de turri ab equitibus proculcatur 246
Illyricos Romanis subditos 666
Ilys, ager qualis 56
Immundi qui Moysi 74
Impedimentorum custodibus æque ac pugnantibus prædam partiendam 164
Imperatores Rom. semper honorauerunt & ornauerunt templum Hierosolymitanum 778
Imperij Romani fines quousq; 665. 691
Indorum mortis descriptio enarrata 821
Iniuria maxima quæ 96
Inuenta debere restitui 101
Inundationis uniuersalis descriptio 7
Ioabi cum Abenero pugna 166. 167
Abenerum turpiter occidit 168. exercitui præficitur Dauidis 175. Syros uincit 176. Dauidis nomine belligeratur fortiter 177. 178. ingeniosum commentum fingit 181. Abesalomum interimit 186. Dauidem Abesalomũ lugentem increpat 187. præfectura priuatur 189. Amasam interficit & Sabæum persequitur caputq; ipsius ad regem perfert, & restituitur pristinæ præfecturæ 190. populum cẽset 192 193. occiditur 201
Ioadus quomodo Gotholiam regno spoliat & occidit, Ioasumq; regno præficit 247. 248. studet templo restaurando & moritur 249
Ioachabis natiuitas et quid significet 133
Ioacimus Iesu filius pontifex 289
Ioachinus Ioacimi fil. in regnum paternum constituitur 266. abducitur in captiuitatem Babylonem 267. liberatus è uinculis regiæ præficitur 276
Ioacimus Iosiæ, uocatur Eliacimus, accipit regnum patris tributarium Aegyptijs factum 265. tributarius etiã fit Babylonijs 266. occiditur ibidem
Ioacimus pont. mortuus 291
Ioannes, alias Hyrcanus. uide Hyrcanus
Ioannes Ananiæ filius Gophniticæ & Acrabatenæ regionum rector designatus 680
Ioannes Asamonæi fil. occisus 582
Ioannis Baptistæ interitus 488
Ioannes Careæ filius dux profugorũ Hierosolymitanorũ fideliter consulit Godoliæ 271. Ismaelem Godoliæ interfectorem persequitur 272. consulit Hieremiam, & ipsum in Aegyptum abducit ibidem
Ioannes dux militum Ionathæ 234
Ioannes Essæus Tamnam missus, ut toparchiam administraret 680
Ioannes Gaddis Matthiæ fil. 322. à Medabensibus Amaræis occiditur 335
Ioannes Idumæorum dux ab Arabe quodam sagitta occisus 763
Ioannes Iudæ fil. in põtificatu succedit patri, & fratrẽ in templo occidit, ac moritur 301. Ionathæ ac Iudæ fratris Ioannis interitum uindicat ibidem
Bacchidem adigit ad incundum secum amicitiam 336. eius amicitiam tam Demetrius quàm Alexander Antiochi Epiphanis ambiũt 337. 338. Alexandro quàm fuerit gratus 340. uincit Apollonium Dauum 341. amicus fit Demetrio Nicanori 343. sociat se Antiocho Alexandri contra Demetrium 344. 345. deseritur à suis, tamẽ uincit, & renouat fœdera 345. capitur per proditionẽ 347. occiditur 349
Ioannis Leui filij Giscbalensis facinora 551. 553. 554. 555. 561. 562 564. 566. Giscbalam Iosephi iussu mitro cinxit 680. eius proditio & doli uarij 681. dolus nouus 682. 683
fuga cum mille Syris fugitiuis 683
ad defectionẽ incitat 717. Titum fallere conabatur 718. Hierosolymã fugit 719. eius excusatio apud Hierosolymitanos 720. Hierosolymitanis exitij causa 724. 725. malitia crudelitas et gesta 734. 742. 743. 761 762. 764. 765. 771. 772. 775 778. 780. 781. 783. 785. 789 797. 803. 817
Ioannis Leuiæ conflictus 748. 749. impietas 759. 755
Ioannis pontificis monumentum 762
Ioas seu Ioases Ioazæ fil. patris regno potitur 250. moriens regnũ filio Hieroboamo relinquit 251. cõtemnit Amasiæ minas, quem capit in pugna 252 perit ibidem
Ioasus Ochosiæ filius quomodo à Gotoliæ sæuitia seruatus & rex constitutus 247. 248. 249. à religione deficit & legibus ibid. Zachariam Ioadi filium in ipso templo lapidat 250. ægrotans occiditur ibidem
Ioazarus dux missus contra Iosephũ Matthiæ filium 683
Ioazarus Iosepho inuidet 562. 570
Ioazarus priuatur pontificatu 482
Ioazas Ieu filius regnum paternũ assequitur 249. 250. dei beneficio liberatus moritur 250
Ioazus Iosiæ fil. regnum paternum capit, uir impius captiuus in Aegyptum abducitur & moritur 265
Iobachus torrens 27. 87
Iobel fil. Lamechi 6
Iobelis quid significet 76
Iobeli anni remissio & libertas 75
Iochabel mater Moysis 44
Iodes à Moabitis oppressos Hebræos libertati restituit 120
Iohel Samuelis fil. quomodo se in principatu gesserit 136. 137
Ionas propheta uaticinatur Hieroboamo Amasiæ filio 252. quomodo ad Niniuitas missus sit, & in mare proiectus ac à ceto haustus post triduũ uiuus in terram reuomitus 252. 253
Ionia unde sic dicta 10
Ionici Iudæi apud Agrippam queruntur Gentilium iniurias 429
Ionum in Iudæos odium 318
Ionathas Anani sit pontifex 498. honore priuatur ibidem
Ionathas Anani fil. 527. pontificatũ oblatum respuit ibidem
& eius gesta 656
Ionathas Asamonæi fil. Antiochi Epiph. filio recõciliatur, capitur à Tryphone & occiditur 582
Ionathas Sauli filius castrum Palæstinorũ expugnat 141. hostes unico tantũ armigero comitatus aggreditur 142
143. animositas & honestas 144
159

159. & amor in Dauidem 151.153
fœdus cum eo 152.153.156. cadit
in pugna contra Palæſtinos 164. eius
poſteri quo honore à Dauide affecti
175
Ionathæ cuiuſdam Saducæi cum Phariſæis
contentio 355
Ionathas homo uilis. prouocat ad ſingu-
lare certamen Romanos 788. Buden
tem equitem Romanum interficit, &
à Priſco centurione ſagitta transfigi-
tur ibidem
Ionathas Matthiæ fil. 322. defuncto fra-
tri Iudæ ſuccedit imperij adminiſtratio
ne 335
Ionathas phariſæus 562. inſidiatur Ioſe-
pho, ſeruatur 565.566. iterum inſi-
diatur eidem 567.568
Ionathas pont. perimitur 541
Ionathas pontifex primus Maſſadam ædi
ficauit & nomen id impoſuit 818
Ionathas qui aliàs Ionadab, ſocius Ammo
nis 179. ſolatur Dauidem 180
Ionathas Samæ fil. ſternit uirum ſex cubi
torum 191
Ionathas ſicariorum princeps circa Cyre
nen 825. eius ſupplicium 826
Ioppe à Ceſtij militibus capta, direpta &
incenſa 676. bis à Romanis funditus
exciſa 707. eius ſitus deſcriptus ibid.
Ioppenſium interfectorum quot M. 676
Ioramus Achabi fil. in regnum paternum
ſuccedit 238. Moabitas expugnat
239. monitus ab Eliſæo cauet Syrorũ
inſidias 240. fame urgente Eliſæum
iubet interfici, cuius mãdati eum mox
pœnitet 241. liberatur ab obſidione
Adadi 242. in oppugnatione Rama-
thæ ſagitta uulneratur 244. occidi-
tur ab Ieu, & caduer eius in agrũ Na
bathi proijcitur 245
Ioramus Ioſaphati fil. ſuccedit in regnum
paternum 240. fratres & amicos
paternos occidit 243. deficiunt ab eo
Idumæi aliæq; gentes aliquot 244
cognoſcit ſuum fatum ab Elia & mor
tuus tractatur pro merito ibidem
Iordanis fontium origo 12
Iordanis refertus mortuis 736
Iordanis fontes & curſus 711
Ioſabetha Ochoziæ ſoror germana quo-
modo Ioaſum ſeruarit 247
Ioſadochus pontifex Babylonem uinctus
ducitur 270. eximitur uinculis 271
Ioſaphatus à commentarijs Dauidis 175
Ioſaphates Aſani fil. in regnum paternum
ſuccedit 227. præſidia urbib. ſuis im-
ponit, & collapſam religionem reſti-
tuit 233.234. quantos habuerit exer
citus paratos 234. increpatur ab Ieu
propheta pietatemq; ac iuſtitiã colit
236. Ammanitas & Moabitas citra
ſanguinem uincit 237. cum Ioramo
bellum infert Moabitis 238. mori-
tur 240
Ioſephus Antipatri filius 389. 593. op-
pugnatur ab Antigono 390. quomo-
do perierit 394. 606. arcani non ſa
tis continens 402
occiditur 403. Idumææ præſidio præ-
ficitur ab Herode 604
Ioſephus Salomes maritus Herodis man-
datorum proditor occiditur 617
Ioſephus Cabeus pontifex 543. priuatur
munere 544
Ioſephus Caiaphas, quære Caiaphas
Ioſephus Canæi uel Camydæ pontifica-
tum acquirit 532
eo priuatur 537
Ioſephi Dalæi fatum miſerabile 794
Ioſephus Ellemi filius 465
Ioſephus & Ieſus põtifices cum alijs mul-
tis ad Romanos profugiunt 785
Ioſephus Gorionis filius belli dux contra
Ceſtium 679
Ioſephus Herodis nepos occurrit Varro
475
Ioſephus Itaburij montis planiciem muro
circumdedit 716. interfectus Gama-
læ 717
Ioſepho Matthiæ filio quæ cauſa fuerit
Antiquitatũ Iudaicarũ & Belli Iudai
ci hiſtoriæ deſcriptionis 1. ſuam hi-
ſtoriam ueracem affirmat & incor-
ruptam 438. ipſius genus filij, inſti-
tutio & doctrina, profectio Romam
549. naufragium paſſus à Poppea be
nigniter donatur, & mittitur legatus
in Galilæam 550. committitur ea ip-
ſius tutelæ 553. in quibus uerſatus ſit
periculis 554. bello neceſſaria com-
parat & oppida expugnat ibidem
Ioannis inſidias effugit & Ieſu latro-
num principis 555. ignoſcit capto
Ieſu, & cum Ebutio bellum gerit 556
inſidijs calumnijs uarijs petitus euaſit
557.558.559. deficientes Tiberi-
enſes cohibet 560. ciuitates munijt
561. inſidias patitur, & ſomnio con-
ſolatur 562. aſtutia eius in cogno-
ſcendis inſidijs 563. Ioannis conſi-
lijs contra ipſum quomodo occurrerit
565. Ionatham inſidiatorem ſeruat,
& legatos mittit Hieroſolyma 566
in ſalutis diſcrimen incidit 567
568. accuſatur à Tiberienſibus &
irridetur, eorumq; urbem cepit 569
570. Simonem & Ionatham Hie-
roſolymã mittit 570. calumnias
falſi hiſtorici depellit 571. hiſtoriæ
ſuæ ueritatem adſtruit 572. Sepphо-
ritas ſeruat 573. Tiberiada ſeruat,
& Sepphorim capit, & profligatur
à Romanis 574. in pugna contra Si-
lam prolabitur cum equo 575. ca-
ptus honorifice tractatur à Veſpaſia-
no Titoq;, & captiuorum multos libe
rat falſoq; accuſatur 576
uxores ducit et liberos procreat 576
577. qua diligentia quoq; ordine
bellum Iudaicum conſcripſerit 578
579 580
Ioſephus Matthiæ filius utriuſq; Galilææ
rector deſignatus 680. eius ſingu-
laris induſtria ibidem. & 281
dolo Ioannis Giſcalæi ſubito oppreſ-
ſus 682. contra Ioannem Giſcalium
profectus 683.684. geſta contra
Romanos 688. aduentu Veſpaſiani
in Tiberiada confugit 692. prima-
tibus Hieroſolymis è Tiberiade de ra
tionibus belli ſcribit ibidem. Iotapa-
tenis auxilio uenit 693. 694.695
696. eius machina excogitata contra
arietis ictus 697. fortia facta 699
700. quomodo è catenis liberatus
per Titum & Veſpaſianum 745
746. eius prolixa oratio ad Hiero-
ſolymitanos 767.768.769.770
881. in deditione in puteo delitеſcit
703. eius ſocij ipſum perſequuntur
ibidem. eius oratio philoſophica ad
ſocios 704. eius ſocij cum ipſo cædes
mutuas ſortiuntur 705. cum altero
ſortem euadit ibidem. ad Veſpaſia-
num ducitur ibidem. uaticinatur Ve-
ſpaſiano imperium Romanum 706
ferme exanimatur 777. eius mater
occiſum credens craciatur animo ibid.
& 778. curato uulnere rurſus mu-
rum circuit hortando 778. mandata
Titi Ioanni Hebraice nunciat 784
eidem colloquitur 785.786. pro re-
liquijs ciuitatis fruſtra obſecrat 799
Ioſephus medicaſter defectionis autor
561
Ioſephi filij Iacobi natiuitas 25. fratribus
cur exoſus 29. uenditur in Aegyptum
30. ſolicitatur ad ſtuprum à domina
31.32. ſomnia explicat 33.34. è uin
culis liberatur 34. præficitur Aegy-
pto nominatur Pſontomphanecus 35
fratres capit ibidem. & miris exa-
gitat modis 36.37. 38.39. cogno-
ſcendum ſe ipſis exhibet 40. patri
aduentanti occurrit 41. moritur &
oſſa eius in Chananæam transferun-

tur 43.53. laudatur 872
Ioſephus apud Veſpaſianum accuſatus 826. quinq; milium annorum hiſtoriam Græco ſermone contexuit 827 eius hiſtoriæ certitudo 830. dux ipſe Galilæorum à Romanis captus ibidē. ſolutus uinculis cum Tito ad obſidionem Hieroſolymorum profectus ibid.
Ioſephus belli hiſtoriam primum Veſpaſiano & Tito obtulit, ut ſibi teſtes eſſent 830. Agrippæ regi eam dedit ibidem. Antiquitatis libros ex ſacris literis interpretatus eſt 831
Ioſephus Simonis filius toparchiam adminiſtrat 680
Ioſephus Tobiæ filius quomodo Ptolemæum Euergetē reconciliarit Iudæis 315 316. feſtiuum eius reſponſum 316 uxores & liberi 317
Ioſephus Zachariæ f. præficitur præſidio Hieroſolymorum 327. uincitur à Gorgia 328
Ioſias Amaſi filius patri in regnum ſuccedit, optimam remp. & ueram religionem inſtituit ſublatis idolorum aris et ſacerdotibus 263.264 moritur 265
Ioſue. uide Ieſus
Iothamus Oziæ filius uir pius patri in regno ſuccedit, Ammonitaſq; tributa pendere cogit & moritur 254. 255
Iothamus Zachariæ regis filius patri in principatu ſuccedit uir pius & iuſtus 254. Ammanitis tributarijs factis decedit, filio Achaze ſucceſſore relicto 255
Iothanes Gedeonis filius parabolis ad Hebræos loquitur contra Abimelechum 124
Iotape Sampſigerami regis filia 489
Iotapatæ ſitus deſcriptus 694
Iotapatæ excidium Hieroſolymæ nunciatum quali luctu urbē repleuerit 707
Iotapatenorū conflictus acer cum Romanis 693.694.696.697.698. calamitas miſerabilis 698.699.700
Iotapateni cuiuſdam capti à Veſpaſiano conſtantia 702. Veſpaſiano produntur ibidem. demum expugnantur ibid. eorum quot milia occiſa et capta 703
Ious menſis 86
Iozarus conſtituitur pontifex 465. priuatur eo 478
Iramus amicitiam cum Dauide init 175
Irenæus orator 469.639
Iris quid deſignet 9
Iromi cum Solomone amicitia & mutua eorum beneficentia 204.205.214 quibus donis fuit remuneratus à Solomone 212
Iſacus naſcitur & circumciditur 17. ducitur ſacrificandus 18. ducit uxorē 21 naſcuntur ei gemini 21. Abimelecho exoſus reconciliatur & fodit puteos 22. fallitur ab uxore ibidem. moritur 28
Iſacharis ſors 112
Iſboſeth. uide Ieboſthus
Iſeremoth locus 77
Iſiacorum ſcelus & ſupplicium 484
Iſidis ſtatua & templum tollitur 485
Iſmael Fabi filius pontificatu uix dum nacto exuitur 482
Iſmaelis Abrahami filij natiuitas & circumciſio 16. 18. Arabū autor eſt 18 ducit uxorem, gignit fil. xij. 18
Iſmael Phabæi filius conſtituitur pontifex 542
Iſmael regij generis Iudæus Godoliam interficit 271. 272. quantam cædem etiam aliorum hominū fecerit præter Maſphatenſes abductos 272
Iſſa quid Hebræis 4
Iſſacharis natiuitas 25. filij quatuor 41
Iſſæmus fil. Athemæi, unus ſortium Dauidis 192
Iſrael quid ſignificet 27
Iſraelitæ inhumaniter tractantur ab Aegyptijs necantur, & grauibus laboribus atteruntur 43.44. labor augetur 50. quantus eorum ex Aegypto migrantium numerus 52. tranſeunt mare rubrū 54. armis Aegyptiorum ſemuniunt 55. obmurmurant Moyſi 56. coturnicibus paſcuntur mannaq; 57. ab Amalecitis prælio inſiſtantur 58.59. collatio ad tabernaculi ſtructuram 63. ſeditionibus agitantur & puniuntur 77.78. negatur eis ingreſſus in Chananæam 78
Iſraelitæ inſcio Moyſe cum Chananæis pugnantes uincuntur 80. quæ eis triginta octo annis in deſerto obuenerint 85 86. quales milites fuerunt 87. Amoræos extinguunt 87.88. à Madianitarum puellis ſeducuntur 90.91. eos excindunt 92. Hierichuntem delent 108. item Ainā 109. partiuntur Chananæam, & quiſq; in ſuam ſortem mittitur 112. 113. cōmouentur inter ſe propter aram in ripa Iordanis extructam 113. quomodo ſe geſſerint poſt Ioſue mortem 115. omiſſo bello agriculturæ dant operam 116. eorū prælium cum Beniamitis 117. Chuſarthi Aſſyriorum regi ſubijciuntur octo annis 119. à Moabitis ſubiugantur, & à Iode libertati reſtituuntur 120 iterum à Iabino opprimuntur 121 per Deboram redimuntur ibidem ab Amalecitis & Medianitis ſeptem annis miſere tractantur 122. reſtituuntur libertati per Gedeonem 123 ſub Abimelecho male habentur 124 125. iam ab Ammanitis ſed per Iaphthem liberantur 126. cæduntur à Paleſtinis & fugantur 132. uindicantur in libertatem à Samuele 135.136 male tractati ab Ammanitis liberantur à Saulo 139.140. cæduntur à Paleſtinis 164. 165. ciuili bello laborant 166.167
Iſraelitæ quot annis poſt Ieſum nequiuerint Chananæos ex Hieroſolymis eijcere 171. Reliqua ipſorum geſta ſub regibus cōprehēduntur, Ezechiā regē reſtituere religionē conantem condemnant, & prophetas occidunt 257 transferuntur in Mediam et Perſidem & quo tempore id factum 258
Itaburius mons 112. 119. ſitus 716
Ithaciæ ſeu Hirenes concubinæ Ptolemæi Phyſconis ſobrietas 852
Ithamari domus priuatur ſacerdotio 201
Ithobal Tyriorum ac Sidoniorum rex 247
Italiæ bella ciuilia 741
Iubal, & eius inuenta 6
Iuctas Heberi filius quos liberos habuerit 12
Iucundus equitum præfectus tumultū Cæſareæ ſedat 660
Iucundus Herodis ſatelles falſo accuſatus torquetur 447.624
Iudæa latronibus expletur 544.545
Iudææ regio ubi præſtantiſſima 589
Iudææ deſcriptio 683
Iudææ nulla pars erat quæ non unà cum Hieroſolymis interiret 735.824
Iudæus uinus captus, Titi iuſſu crucifigitur pro muro Hieroſolymæ 763
Iudæi quando primum cœperint appellari 292
Iudæis permittitur à Cyro redire Hieroſolyma, & templum ibi ædificare iterum 281. impediuntur ab ædificando 282. à Dario Hyſtaſpis filio liberi & immunes facti iuuantur in urbis & templi reſtauratione, & quot eorum Hieroſolyma reuerſi ſint 285 quando templum abſoluerint 288 eorum reip. quæ forma fuerit & quomodo mutata ibid. duas tribus Hieroſolyma redire uolentes per Aſiam & Europam degere, reliquas uerò decem ultra Euphratem eſſe 290. armati laborant 293. in ſummam calamitatem per

per Amanem ăcueniunt 295. quomodo à Bagoſe tractati 301. quomodo ab Alexăndro Magno 303. quomodo ſub Ptolemæo Philadelpho 307. & inde quomodo ab Aſiæ regibus alijſq; honorati 312. 313. miſere ab Antiocho Epiphane tractati 321. uſq; 329. ſub Demetrio 331. cum Romanis primũ fœdus ineunt 333. in ſumma calamitate conſtituti poſt Iudæ caſum 334 335. quando primum Romanis ſubditi 371. quibus honoribus et beneficijs ab ijſdem affecti 379. 384. 385

Iudæorum cum Samaritis contentio propter templum 339. 538

Iudæorum ſectæ quot 346. 480

Iudæi quàm ſint religioſi 370. 414

Iudæorum Cyrenenſium & Aſiaticorum legatio ad Cæſ. propter Græcorum moleſtiam 437

Iudæi ſeditionem excitant 464. 468 471. 472. 473

Iudæorum conſtantia pro tuendis legibus 483. 499. 490

Iudæorum miſeriæ ſub Pilato 485. item alibi 502. & inde 507. ſub Felici 541. 542

Iudæorum & Græcorum apud Alexandriam ſeditio 498. 525

Iudæi malè à Babylonijs tractati Seleuciam migrant 506

Iudæorum & Philadelphenſium diſſidium 531

Iudæorum 30000. à ſeipſis cõtrita 538

eorum & alia clades ibid.

Iudæorum cum Syris diſſidium 542

Iudæorũ pontificatus & principatus ſucceſsio & mutatio 546

Iudæorum epulæ feriales 638

Iudæorum cõtra Archelaum accuſatio & petitio 644

Iudæi Petronio ſupplicant 652

Iudæorum tumultus ſub Cumano & calamitas 654

Iudæorum & Syrorum ſeditio circa Cæſaream 657

Iudæorum ſub Albino Hieroſolymis ſeditio 658. alia ſub Floro Cæſareæ 659

Iudæorum diſperſio in totum 668

Iudæi legatos ad Florum & ad Agrippam regem mittunt 669

Iudæorum contentio cum Romanis 669

captiuitas eorum exordium 762

Iudæi contra Iudæos in Scythopoli 673

Iudæorum Alexandriæ occiſorũ quinquaginta milia 673

Iudæorum & Romanorum ſtrages in ſcenopegijs Hieroſolymæ 676. 677

Iudæorũ victoria inſignis contra Ceſtium 678. 679. unde elati facti 685

Iudæi à Romanis profligãtur 686. 701

Iudæorum clades ab Idumæis facta 729

Iudæorum circa ſepulturam cura 730

Iudæorum in Maſſada immane facinus 823 824

Iudæorum apud Alexandriam & Thebas interitus 824

Iudæorum genus uetuſtiſsimum ex origine domeſtica 827

Iudæorũ cura conſcribendæ hiſtoriæ 829

Iudæorum cur rara mentio in Græcis hiſtorijs 827. 831. eorũ apud antiquiſsimos nomina 833. 834. eorũ egreſſus ex Aegypto mille annis ante Iliacũ bellum 834

Iudæorum magnanimitas & clementia in quo conſiſtat 877. eorũ leges optimæ 869. omnes populi eorũ æmuli ibid.

Iudæorum fides & auxilia contra Aegyptios Rom. præſtita 853. merita Auguſti Cæſ. epiſtolis cõprobantur ibid.

Iudæorum integritatis teſtimonia ab Alexandro, Ptolemæis omnibus & ſenatu Romano, imperatoribuſq; maximis facta 853. 854

Iudan Amaſiæ regis mater 251

Iudas, Iudæi 11

Iudæ portio in terra Chananæa 112

Iudæ natiuitas 25. conſilium de fratris cæde uitanda 30. homo uehemens 36

filij tres 37

Iudæ tribus geſta poſt Ieſu mortem 115

Iudam inter xij. fratres principatum obtinuiſſe 197

Iudas Aſamonæi filius quid contra Antiochum utrunq; fecerit & quomodo religionẽ inſtaurarit ac pierit 581. 582

Iudas Chapſæi, uir ſtrennuus 345

Iudas Eliaſibi fil. in põtificatum patri ſuccedit 301

Iudas Eſſenus propheta 585

Iudas Ezeciæ latronis filius Archelai regnum affectat 473

tumultum excitat 642

Iudas Gaulanites Galilæus ſeditionem inter Iudæos concitat 479. 480. eius ſecta 481

Iudas Iairi latenter inter Romanorũ manus effugit 814

Iudas Iudæ filius præfectus Simonis cũ decem contubernalibus deliberat murum tradere Romanis 777

Iudas Macchabæus 322. fratri in adminiſtratione ſuccedit 324. Apollonium & Seronem præfectos ſuperat & occidit ibid. Gorgiam & Nicanorem uincit 325. itidem Lyſiam 326. templũ purgat & inſtaurat 326. uicinos moleſtos domat magnis ſtragibus 326 327. 328. Nicanorẽ cum ſuis copijs delet 332. creatur pontifex, & fœderatur Romanis 333. cadit 334

Iudas Sephoræi ſophiſta 635

Iudas uates 356

Iudicum ſtatus quis 140. 141

Iudicũ imp. apud Iud. quantum duraverit 388

Iulia uxor Cæſ. Auguſti 435

Iuliæ Auguſti quid à Cæſare legatũ 467

Iuliani centurionis fortitudo & fatum 783 784

Iulius Cæſar Pompeium fugat, & bellum cum Aegyptijs gerit 374. amicus & beneficus eſt in Iudæos 376. 379. parat expeditionem cõtra Scipionem et Catonem 379. occiditur 381

Iulij Cæſ. magnificentia, & liberalitas in Herodem 410. 411. 612. 613. uincit M. Antonium 408. occidit eũ cum Cleopatra 412. beneficia in Ariſtobulum Alexandri 594. itẽ in Hyrcanum & Antipatrum 595

Iulius Capella 551. 553

Iulius Lupus Cæſoniam cum filia interficit 519. interficitur & ipſe 524

Iupiter Olympius 508

Iuriſiurandi modus 20

Iuſtus Ioſephi ſatelles cadit 578

Izatæ regis filij & fratres Tito ſupplicant 799

L

Labanus Batuelis filius 13. doloſe cum Iacobo agit 24. 25. perſequitur fugientem generum 25

Laboſardachus Niglaſaris filius in paternum regnum ſuccedit 276

Lacedæmoniorum amicitia cũ Onia pontifice 319. 320

Lacedæmonij cum Iudæis ſocietatẽ & fœdus faciunt 346

Lacedæmonij quando & quemadmodum Romanis ſubditi 665

Lamechus, pater liberorum lxxviij. 6

Largius Lepidus decimæ legionis præpoſitus 792

Latopolis 52

Latronum colluuie Hieroſolymis 720 721. eorum facinora 721

Latronum turba in Iudæa 541 542 550

L. Lentuli decretum pro Iudæis 381

Lepidus à Caligula occiſus 508. 511

Leproſi quatuor Syrorum caſtra urgente inedia inuadunt 242

Leproſorum conditio 74. & quod alicubi ſint in precio ibidem

Leuces loci deſcriptio 819

Leui,militum præfectus 561
Leuis natiuitas 25.ulciſcitur ſororis ſtuprum 27.filij ipſius tres 41
Leuias traditur 720.occiditur 721
Leuitæ uxor quàm nefandè à Gabaonitis tractata 116.117
Leuitæ eius prudentia 117
Leuitarum numerus 76
Leuitis ac ſacerdotibus ciuitates cum ſuo agro,& decimæ adſcribuntur 85.earum ciuitatum nomina 112
Leuitæ uſum ueſtis lineæ impetrant 545
Leuitica tribus deo dicatur, cui tabernaculi cura committitur 74.76
Lex Moyſis cur à poetis aut prophanis hiſtoricis non tractata 307.312
Legis & præceptorum Dei pulcherrima explicatio 863.864.865.866
Legis nomen apud Græcos olim non fuiſſe 860
Leges Moyſis ad mores pietatemq; pertinentes 45.46.95.96
Liæ & Rachelis æmulatio 25
Libri duo & uiginti apud Iudæos chronici 829
Liberius Maximus iuſſu Veſpaſiani Iudæis ſtipendium indixit 814
Lybia dicitur Aphrica 20
Libys,Libya 11
Linguarum multarum cognitionẽ cur Iudæi non magni faciant 548
Longæui cur primi homines 9
Longinus tribunus à Iudæis occiſus 678
Lõgini equitis Romani ſorte factũ 765
Longini iuuenis Romani facinus 789
Lotus adoptatur ab Abrahamo 13.captiuus abducitur 14.ſeruatur de excidio Sodomitarum 16.17. filiæ cum patre coeunt 17
Loti uxor in ſalis ſtatuam uerſa 17
Lucilius Baſſus legatus Herodium caſtellum capit 812. Macherunta quoq; 813.Iarden Syluam oppugnat 814
Lucius Annius Geraſam capit,& mille iuuenum interficit 738.739
Luctus tempus 100
Ludæ, Ludi 12
Ludi Circenſes 509
Lumium feſtiuitas, & eius inſtitutio 326
Lupus Alexandriæ rector ad Veſpaſianum ſcribit de ſeditione Iudæorũ 825 templum Oniæ ablatis donarijs claudit ibidem
Luſtrandi populum modus 86
Luſtrationis tabernaculi modus 69
Lydda ciuitas à Ceſtio exuſta 676
Lydi olim Ludi dicti 12
Lyſanias Ptolemæo Mennæi patri ſucceſſit in regnum 386. interficitur à Cleopatra 404
Lyſanias Parthos in Iudæos incitat 599
Lyſiæ committit Antiochus Epiphanes filium ſuum & bellum contra Iudæos 324
Lyſias uincitur à Iuda Macchabæo 326 occiditur à Demetrio 331
Lyſimachus fratrem ſuum occidit, et Gazam prodit 359
Lyſimachus Helleſpontum occupat mortuo Alexandro 304
Lyſimachi portentoſa de Iudæis mendacia confutata 848.849.850.859 860 866

M

Macedones trãſiſſe pedites mare Pamphylium 55
Macedones quãdo Romanis ſubditi 665
Macedones Aegyptios ſubiugarunt 858
Macchabæi natu maximi & primi inter ſeptem fratres ſupplicia crudeliſſima & ipſius cum inſigni tolerantia ſermones 878. 879. ubi hiſtoria Macchabæorum fratrum
Machæra dux Rom. legionum qualiter ſe geſſerit apud Herodem 393.606
Machir,tertij ex fratrib.Macchabæi conſtantia 880
Macheruntij Romanis perſuadent,ut præſidio ſuo decedant 674
Macherus quomodo capta à Romanis 813.814.ſitus eius deſcriptus 812
Macho capta & depredata 174
Macro præfectus prætorianorum militum 493
Madianitarum filiæ Iſraelitas illicitant ad delinquendum 90.91.cæduntur cum ſuis regibus 92
Madianitæ Hebræos ſubigunt 122.ceduntur maxima ſtrage 123
Madiana ciuitas 47
Madus,Madæi 10
Magnus campus regio 562.eiuſq; deſcriptio 737
Magoges & Magogæ populi 10
Magus Aegyptius pſeudopropheta triginta milia hominum ſeduxit 657. cum paucis fugit ibid.
Magi & latrones iterum Iudæos afflixerunt 657
Magorum turba in Iudæa 541 542 543
Malichus exactionum collector pro Caſſio 597. nouas res molitur & ueneno tollit Antipatrum ibidem luit pœnas 598
Malichi Arabũ regis perfidia 389.602
Malchus Arabiæ rex Veſpaſiano in auxilium miſit quinq; milia peditũ, equites mille 689
Malichus Iudæorum dux 592.auxiliatur Gabinio contra Alexandrũ Iannæum 371. Antipatrum ueneno tollit 382 interficitur 383
Malthace uxor Herodis moritur 641
Malorum hominum mos 462
Man uox interrogatiua 57
Manachaſes ueſtis qualis 66
Manahemus Eſſenus Herodẽ puerũ ſcholas frequentantem ſalutat regem 422
Manahemus Iudæ Galilæi filius Maſſadam inuadit 670. uelut rex Hieroſolymam redit, & princeps ſeditionis fit ibid. interficitur 671
Manahemus occiſo Seleſmo regnum ſibi uindicat & Thapſenſes excidit, ac poſt à Phullo pace redempta moritur 254
Manaſſes Ioſephi filius 35.41
Manaſſes in numerum Iacobi filiorum adoptatur 43. cenſetur loco Leui 76
Manaſſæ pars dimidia Chananææ 112
Manaſſes Ezeciæ filius regnũ paternum aſſequitur,impiiſſimus, & prophetarũ occiſor captus à Babyloniorũ rege tandem in principatum reſtituitur, & pietati ſtudet prioribus mutatis moribus 262.263.moritur relicto ſucceſſore regni filio 263
Manaſſes Ioannis pont. fil. ducit uxorem Sanaballitis filiam Hicaſo uocitatam 301 302
Manaſſes fit pontifex 315
Manaſſes trans Iordanẽ miſſus, ut toparchiam adminiſtraret 680
Mandra,locus 272
Mane,quæ diei pars 3
Manethon Aegyptius hiſtoric. 832. eius hiſtoriæ compendiũ 832.833.834
Manethon antiquitatem Iudæorum confirmat 834. Aegyptiacam hiſtoriam ſe ex ſacris literis interpretaturum profeſſus 842.eius hiſtoria emẽdata ibid. & 843 844
Manethonis mendacia confutata 844. 845.846.847.850
Manna qualis cibus 57
Manna quando defecerit 107
Manneus Lazari ad Titũ profugit 779
Manoches Zelotypus Sãpſonis pater angelum excipit 127
Mar locus cur ſit uocatus 55
Mara quid ſignificet 130
M.Agrippa.uide Agrippa
Marcus Alexandri Alabarchæ fil. 525
M.Antonius.quære Antonius
M.Anton.Iulian.procurator Iudææ 792

Marcus Sexti Cæsaris successor in Syria 507
Mardocheus dux Iudæorum Babylone deducendorum Hierosolyma 286.289
Mardocheus Esteræ patruus 294. regi insidias prodit 295. Iudeorum calamitatem Estheræ indicat ibidem. affigitur summo honore 298. Amanis potestatem & bona accipit 299.
Mare rubrum Iudæis transitum concessisse, & Pamphylium Macedonibus 455
Mare uas templi cur sic dictum 206. & quim fierit capax eiusq; usus 207
Marcone Græcis Samaria 226
Maresa urbs 225
Mariæ Eleazari filiæ facinus horrendum comedentis filium 790
Mariamme Agrippæ filia 489
Mariamme Alexandri Aristobuli & Alexandræ filia, uxor Herodis 399 occiditur à marito 412.413
Mariamme Alexandri filia, uxor Herodis Antipatri 599. eius insolentia in maritum 616. occiditur 617
Mariamne Archelai uxor repudiata 476
Mariamme ab Archelao marito transit in thorum Demetrij Alexandrini 540
Mariame Moysis soror 45. moritur 86.
Mariammes turris descriptio 757
Maria ciuitas deuastatur 601
Marsonane, mensis 7
Marsus Syriæ præficitur 527. defert Agrippam Claudio Cæs. 528. excipitur ab Agrippa, cui fit exosus 529
Marsyas Agrippæ libertus 490. Tiberij mortem patrono suo nunciat 496
Marthace Archelai mater moritur 471
Marullus præses Iudææ constituitur 496
Massabazanes quid 67
Massadæ castelli descriptio 734
Massadæ castelli situs descript. 817.818 commeatus & apparatus qui decē milibus uirorum sufficerent 818
Masnaemphthes pileus 67
Masphatis ciuitas, & quid significet 135
Matathias Asamonæi filius occidit Bacchidem, & duces expellit Iudæa ac moritur 581
Mathanes Balis sacerdos trucidatur 248
Matthias Anani fit pontifex 527. priuatur sacerdotio 529
Matthias Absalomi, uir strenuus 345
Matthias Ioannis filius sacra prophanare renuit ueramq; religionem fortiter tuetur 322.323. instructis filijs moritur 323.324
Matthias Margaloti seditionem mouet 464. exuritur uiuus 465
Matthias Margali, sophista 635
Matthias pontifex mittitur ut Simonem Gioræ Hierosolymā introducat 743
Matthias Theophili constituitur pontifex 458. priuatur eo munere 465
Matthiæ Boethi mors crudelissima 777
Maxilla, locus 129
Mazaca ciuitas 10
Medabenses Amarei Ioannem Gaddim interficiūt 335. expugnantur ab Hyrcano 352
Medimnus Atticus & Siculus 79
Medi populus 10
Medi quod in Asia regnauerūt Græcis cogniti 831
Megassari facinus audax 774
Megasthenes historicus 837
Meieri filij Belsæ fatum miserabile 794
Mela legatus Archelai ad Herodem 447
Melcha Aranis filia 12
Melcha Sauli filia datur nuptum Dauidi marito, periclitanti succurrit 151 datur alij nuptū 150.159. ridet maritum 173
Melchisedecus rex Solymæ Abrahamum conuiuio excipit 15
Melijs imposuit Pseudalexander 645 646
Memnonis sepulchri descriptio 652
Memphibostus Ionathæ filius humanissime à Dauide habitus 175. delatus Dauidi occurrit uictori 188
Memphitarum deditio 594
Menander Ephesius singulorum regum actus apud Græcos & Barbaros conscripsit 835
Mendæ ciuitas 265
Menedemus philosophus 311
Menelaus, qui alias Onias, Simonis filius propter amissum pontificatum deficit à patrijs legibus 320. abducitur captiuus & occiditur 330 uide Onias
Mensa tabernaculi 65.66
Mensæ à Ptolemæo Philadelpho Iudæis donatæ descriptio 309
Mensis anni primus Moysi quis & cur 7
Mensuras quis excogitarit 5
Meroe unde dicta 47
Mesas, Mesanæi 12
Meschus, Meschini 10
Mesopotamiæ difficilis transitus 20
Mesre, Mesræi 11
Mesræi filij quibus populis nomina imposuerunt ibid.
Messala rhetor patrocinatur Herodi 385
Messalina à marito Claudio Cæs. ob zelotypiam trucidata 540
Methir, tunica pontificalis 67
Metilius præfectus à cæde reseruatus 672
Metilius Romanorum præfectus legatos mittit ad Eleazarum ibid.
Micheas prophetæ, cædere ipsum nolenti male ominatur, & Achabo malū nunciat quare in carcerem conijcitur 233 est impius, Achabo interitum prædicit 234 235
Micheas propheta 266
Michole uxor Dauidis uide Melcha
Milesius arcis Damasci præfectus quomodo Philippum Grypi filium tractarit 361
Militis cuiusdam facinus contra senatum Romanum 654
Militis Rom. impudentia quantā cladem Iudæis dederit 538
Militis Mosaicos libros discerpentis pœna ibid.
Militiæ qui non commodi 103. & qui ab ea immunes ibid.
Mina quātum pendeat apud Iudæos 373
Minæus Aegypti rex, Memphis conditor 213
M. Minucianus 514.523
Misael appellatur Mesaches 273
Misas Moabitarum rex propter negatū Ioramo tributum quo necessitatis perueuerit 238.239
Misenum oppidum 507
Mithridates erarij Cyri præfectus 281
Mithridates occisus 369
Mithridates Pergamenus Pelusium expugnat & Aegyptios uincit 374.375 eius gesta 594
Mithridates quomodo ab Anilæo tractatus, quomodo ab uxore, decq; eius uictoria 505.506
Manasseas Græcus historicus 841
Moabitæ penitus fracti à Dauide 174.
Moabitæ & Ammanitæ socij, mutuo sese interimunt 237. iterum sternūtur & prædantur 239.
Moabus, Moabitæ 17
Molonis mendacia de Iudæis 850
Monobazus Bazeos Adiabenorum rex quomodo Iudaismū sit amplexus 533 534. eius regnum 761
Monobazus Monobazi filius prorex constituitur 533. rex fit 537.
Mons Samaron, locus 223
Montem in alium locum deuolutum 254
Mortem præter dei uoluntatem non uenire 105
Moses, qualis fuerit uir 23.

Moysis

Moysis natiuitas 44. quomodo seruatus 45. cur sic uocatus ibidem. adoptatur à regina ibid.
Moyses diadema regium pedibus calcat 46. præficitur exercitui Aegyptiorũ et Aethiopas bello uincit 46.47. ducit Tharbin uxorem 47. fugit Aegyptios 47. Raguelis filiabus opitulatur contra pastores ex quibus unam ducit uxorem 48. conspicatur rubũ ardentem in Sina ibid. confirmatur ei liberatio Israelitarum 49. edit miracula, nomen Dei cognoscit, redit in Aegyptum 49. edit prodigia apud Pharaonem 50.51.52. educit Israelitas ex Aegypto, & quantus eorum numerus 52. cuius ætatis fuerit cum eos educeret 53. traducit eos per mare rubrum incolumes 54 aquam amaram facit potabilem 55.56. coturnices & manna impetrat à deo 57.77. ex petra aquam elicit 58. cum Amalecitis pugnat 59. decem præceptorum tabulas à deo acceptas populo exhibet 61.62 quadraginta diebus in Sina detinetur 62. Aaroni fratri sacerdotium confert 69. dedicato tẽplo uictimas offert 70 in tabernaculo Deum consulit 71. tribum Leuiticam Deo dedicat 74. censet omnes tribus præter Leuiticam, & ordinat profectioni belloq; necessaria 76. mittit exploratores in Chananæam 77, Coræ factionem compescit 81 82. eius iustitia 83.84. lustrat populum 86. Sehonem & Ogem reges debet 87.88. Madianitas cum suis regibus cædit 92. Iesum sibi designat successorem 93. moriturus quid suis prædixerit 94.95. quas leges præscripserit 95. usq; 103. exhortatur Iesum ut in Chananæos exercitum ducat 104 nube circumdatus disparuit 105. luget triginta diebus à populo ibid.
Moyses fabulose dicitur fuisse leprosus 74
uir admirandus 79
Moseos quinq; librorum scopus 830
Mosis apud Manethonem prius Osarsiphus sacerdos Osireos dei Heliopolita nidictus 844
Mosis Aegyptijs uir diuinus habitus 846
eius tẽpora quibus uixit descripta ibi.
eius uirtus & gesta 858.860
861. 862
Mosollami Iudæi nobile factũ 840.841
Mucheus fert sententiam contra Vasten regem 294
Mulierum potentia 284
Mundi & uniuersorum creatio 3
Mundum prouidentia dei regi 280
Mundus quomodo Paulinam constuprarit 485
Murus trigintanouem stadiorum cum tredecim castellis circum Hierosolymam triduo ædificatus 775
Musicorum instrumẽtorum Dauidis regis descriptio 191
Mutiani & cæterorum rectorum petitiones 744
Mutianus Romam ingreditur cum exercitu 747

N

Naamis uxor Abimelechi Bethlemitæ & quid significet 130. quomodo Ruthem instituerit 131
Naases Ammanitarum rex Hebræos crudeliter tractãs à Saulo occiditur 140
Naases iunior Ammonitarum rex iniuria afficit Dauidis legatos 176
Nabæotes, Nabatæa regio 18
Nabalus uæcors & malus conuiciatur Dauidi 158. quid significet 159. moritur ibid.
Nabla, instrumentum musicum 191
Nabrodes, qualis uir 9.11
Nabuchodonosorus rex Babylonis bello infestat Nechaum Aegypti regẽ 265
Ioacimum occidit, & Hierosolymitanorum præstantissimos Babylonem abducit 266.267. duces eius qui urbem Hierosolyma ceperunt 269. quomodo captum Sedeciam tractarit 270
Hierosolyma penitus excindenda & templũ spoliandum, populumq; Babylonem traducẽdum curat 270. Cœlen Syriam ac Aegyptum perdomat 273
Iudæorum nobilium quorundam pueros instituit & castrat ibid. somnium, cuius erat oblitus, uult sibi indicari & explicari, quod facit Daniel 274.275. moritur ibid. gestorum eius repetitio 276. posterorum eius finis 278
Nabutus propter negatum regi fundum lapidibus obruitur 230
Nabuzardanes mittitur Hierosolyma ad templum spoliandum 270
Nacebus Arabum dux cæsus 445
Nachores Serugi filius 12. quot habuerit liberos 13
Nadabus Hieroboami filius accipit regnũ paternum cum paterna malicia, occiditurq; cum omni familia 224
Naim uicus 740
Nais à Caine condita 5
Nais uicus 538
Narbathæ regionis situs 660
Narbatene toparchiæ à Cestij equitib. uastata 676
Nasamones quomodo Romani subiugarint 666
Nathan propheta 173. mittitur ad Dauidem increpandum 178. indicat quomodo Adonias sibi regnum usurparet 195
Nauni prophetia de excidio Niniuitarum 255
Nazarei, deo deuoti 86
Necessitate in bello nil pugnacius 693
Necessitate laborantes subleuare, hominis decentissimum & deo gratissimum 162
Nechias qui et Pharao Sarã rapuit 768
Nechaos Aegypti rex contra Babylonios proficiscẽs impeditur à Iosia, quem occidit 265. captiuum abducit Ioazum filium eius ibid.
Nechaum bello petit Nabuchodonosorus 265. uincit 266
Neemias quantũ iuuerit Iudæos apud Xerxem 292.293
Neerda urbs 502
Nemrod. uide Nabrodes
Nephani singulare certamen cum fortissimo Palestinorum 191
Nephthalimi natiuitas 25. filius eius 41
Nephthalitarum sors 112
Neronis gesta & præcipue contra Iudæos 656
Neronis imperiũ quandiu durauerit 739
Nero contemptor nationis Iudæorum 802
Nero indignatur ob res mimus prosperè gestas in Iudæa 685
Vespasianum ad regẽdos exercitus in Syriam mittit ibid.
Nero. quære Tiberius & Domitius
Neronias dicitur Cæsarea Philippi 544
Neruis cur Iudæi abstineant 27
Netiræ & Philippi fratrum fortia facta 697
Nicanor perfidus contra Iudam Maccha-bæum pugnans, cum suo exercitu victo extinguitur 332
Nicanor amicus Titi sagitta uuln. 762
Nicaule regina Aegypti 213
Nicolaus Damascenus Iudæorum patronus 313
Nicolai Damascen. historia de Herode culpatur 438
Nicolai Damasceni legatio nomine Herodis ad Cæsarẽ 448. sententia de duobus eius filijs damnatis 450 actio cõtra Antipatrũ Herodis filium 460 patrocinatur Archelao 471.476
Nicolaus Damascenus rerum Iudaicarum scriptor 855
Nicolai rhetoris oratio pro Iudæis Ioni-
cis

cis 428. Iudæos corã Cæsare arguit, & reges purgat 644
Nigro Peraitæ qui Idumæam regebat à Iudæis mandatum ut ducibus pareret 680
Niger Idumææ rector in Salis oppidũ Idumææ confugit 686. iterum fugit ibid.
Niger Peraita, Silas Babylonius & Ioannes Essenus, duces Iudæorũ contra Romanos 686. quomodo occisus 732
Nigliſar Abolamarodachi filius regnũ paternum accipit 276
Nilus fluuius 4
Nilus usq; ad Elephantinem nauigabilis 745
Ninum quis condiderit 12
Ninus regia Assyriorum 261
Niſan, mensis 7.52.73.288
Niſibis regio 535
Niſibis urbs 502
Noba oppidum ſacerdotum 154. excinditur cum uniuersis habitatorib. 155
Nobilitas generis nulla inter Iudæos 82
Nobilitatem generis unde Iudæi discernãt 549
Noe uel Nochus uir pius sceleratorũ commercia fugit 6
Noe quomodo arcam construxerit & è diluuio sit seruatus 7. 8. eius filij quales 9. 10. uini usus reptor inebriatur 12
Norbani interitus 515
Nubis supra tabernaculũ præsentia quid significarit 76.78
Numidius Quadratus Syriæ procurator 539. & eius gesta 656
Nymphidius homo nequiss. 739

O

O Badamus arcam hospitatur 172
Obedes filius Bozi & Ruthes 131
Obedias, iumentorum Achabi curator, uir pius, prophetas liberat 228.240 quomodo uxor eius uidua per Elisæum sit à debitorũ molestijs liberata 240
Obelas propheta captiuos Beniamitas & Iudæos liberat 255
Obedas seu Obodas Arabum rex 440 444. superat Alexandrum Hyrcani 586
Ochobatus militum Ionathæ dux 234
Ochozias Achabi fil. regnũ paternum accipit 236. ex casu moritur 237.238
Ochozias Ioram fil. paternum regnũ recipit 244. sagitta ictus ab Ieu perit 246. cognati ipsius interimũtur ibid.
Octauia Claudij Cæs. filia 540
Octauius Claudij Cæs. filius ibid.
Officiosi quando plerunq; sint homines 162
Osilius Phasaelum monuit de insidijs eaundis & iuuat eum 387
Oges rex excinditur 87. quantus uir fuerit & quanta eius ditio 88
Olda prophetissa uaticinatur Iosiæ regi
Oliueti mons 542 (264
Olurus uicus 740
Olympus ad Cæs. mittitur 625
Olympius Iupiter 508
Onias & Dositheus Iudæi duces liberauerunt Alexandriam 852
Onias Iaddi filius patri in pontificatũ succedit 304
Onias Oniæ fil. templum in Aegypto ædificat 338.339
Onias Oniæ fil. põtifex quanta mala fecerit Hierosolymis propter Tobiæ filios ciuitate eiectos 581
Oniæ, filij Simonis amicitia cum Ario Laconum rege 319.320. Menelaus dici uoluit 320. Vide Menelaus.
Onias Simonis Iusti f. pont. 307.315
Onius alius Pont. 319 (319
Onias Simonis pontifex à Ptolemæo rege Aegypti impetrat locũ condendo magnifico templo 825
Oniæ pro Cleopatra regina bellum susscipientis gesta 852.853
Onias, uir iustus qui pluuiã precib. impetrarat lapidibus obruitur 367
Oniæ regio 375
Onij ciuitatis Aegypti origo 825
Ophnes sceleſtus filius Elis 131
Ophres Abrahami filius occupat Libyam 20
Opobalsamum ubi & quomodo proueniat 369.404
Optimatum administratio Hierosolymis qualis & quandiu 137.140.288
Ordeum, frugum omnium uilissimũ. 122
Oribus rex occisus 123
Orientis totius nobilitatem præcipuam in Italia seruire 666
Orodes Artabani fil. Parthorum rex constituitur 483
Oseas rex Israelis constituitur, uir impius 256. uiuus capitur ab Assyrijs, et trãsfertur cum uniuerso regno Israelitarũ in Mediam & Persidem 218
Otho imperator declaratus milites suos contra Vitellij exercitum duxit 739 741. semet occidit ibid.
Othonis imperij termini ibid.
Otrus Armeniæ dominus 12
Oza attingens arcam exanimatur 172
Ozæ percussio, locus 172
Ozias Amasiæ fil. regnũ Iudæ patre mortuo capit 252. 253. natura bonus & gnauus multis deuictis gentibus urbem restaurat ibid. deficiens à pietate leprã percussus moritur 253.254

P

P Acorus rex Mediæ 535. coniugem & cõcubinas captas ab Alanis centum talentis redemit 816
Pacorus Parthorũ rex contra Iudæos pergit 599
Pacorus Pacori regis pincerna explorat Iudæã 599. insidiatur Phasaelo 387 600. & Herodi 601. rex Syriam occupat 386. occiditur 393
Pætina Claudij Cæs. uxor 541
Palæstinæ situs, & eius gentis odium in Hebræos 53
Palæstinos Sampson uexat 128
Palæstinorum contra Hebræos expeditio & uictoria 132. arcam è suis finibus remittunt Hebræis 134.135.769
Palæstini cum Iudæis præliantes nunc uincunt nunc uincuntur 132.135 136. iterum bellum eis inferunt 148 cæduntur 149. denuo redintegrãt bellum, sed infeliciter 151. Cillanorũ agrum inuadunt 156. Sauli ditionem inuadunt 157. cum cum filijs occidunt 164 165
Palæstinos Dauid superat 172.173. penitus subigit 174
Pallas Neronis libertus 543
Palmarum fructus præstantia 481
Palmira urbs 213
Pamphilium mare Macedonibus transitum præbuisse 55
Panes propositionis 66.74
Panium, locus 422.613
Panij pulchritudo naturalis Agrippæ diuitijs accurata 711
Pannychis concubina 623
Paphlagones populus 11
Papinius tribunus 510
Pappus Antigoni dux quid contra Heroddẽ gesserit 395.607. occiditur 608
Paradisi descriptio 4
Parricidiũ quàm graue sit crimen 462
Parthi Antigonũ reducunt in regnũ Hyrcanumq; cum Phasaelo captiuos abducunt 386. 387. Hierosolyma diripiunt 388. profligantur 393
Parthorum mutabilitas 483
Parthi Armeniam bello amittunt 486
Paschæ institutio & celebratio 52.73 77.107.469.481.538
Pasini castrum 12
Patriæ causa nihil non faciendum 162
Paulina quõ à Mundo consputata 484
Paulinus Lupo in administratione Alexãdriæ succedit 825. templũ Oniæ penitus spoliat, & inaccessum facit ibid.
Pausanias Cerastæ fil. Philippi Macedonis

nis interfector 301
Peccata unde maxime naſcantur 145
Pecoribus olim omnis barbarorũ poſſeſſio conſtabat 48
Pecuniam publicam nullam eſſe Iudæis, quàm ſacram illorum templi 373
Pecuniam uotiuam ubi depoſuerint Iudæi 502
Pedanius legatus 625
Pedanij equitis fœtum factum 788
Peluſium urbs 145.745
Peluſium capitur 375.594
Pentecoſtes feſtiuitate Iudæos iter non facere 352
Pentecoſte unde dicta 641
Peræa regionis deſcriptio 687
Percuſſus in rixa quomodo uindicandus 101
Perſæ populus 12
Perſarum mos in bibendo 293
Perſarum lex de uxoribus ibid.
Perſarum contra Græcos expeditio 828
contra Aegyptios 858
Perſæ in Aſia regnauerunt 831
Perſicarum rerum ſcriptores probatiſſimi inter ſe diſcordant 828
Peſtis quàm ſæua inuaſerit Dauidis regnũ propter recenſitum populum 193
Petephres liberaliter tractat Ioſephũ 31
Petilius Cerealis proconſul Germanos ad ſobrietatem coegit 808
Petra magna, locus 157
Petra, quæ olim Arce, ciuitas 86
Petra quæ Reccine 92
Petronius Aegypti præfectus Herodem iuuat famis tempore 418
Petronius præſes Syriæ conſtituitur 498
gratificatur Iudæis cum ſuo periculo 500 502
Petronij epiſtola ad Doritas pro Iudæis 526
Petronij aduentus terribilis ex Antiochia in Iudæam 651
Petronius Iudæos adhortatur ad Cæſaris ſtatuas recipiendas 652
Phaceias Manaemi filius, patri in regnum et crudelitatẽ ſuccedit, trucidatur 254
Phaceias Romeliæ fil. uir impius, regnum Iſraelitarum occupat 254. Achazem oppugnat 255
Phalec quid ſignificet 12
Phalegus Heberi fil. ibid.
Phanaſus Samuelis filius è rure abſtractus ad pontificatum 721
Phanaſus pontifex à ſeditioſis cõſtituitur 545 546
Phanuel locus cur ſic dictus 27
Pharaones cur Aegyptiorum reges dicantur, & quãdo ſic appellari deſierũt 213
Pharaothes Aegypti rex Abrahami coniugem concupiſcit 14
Pharaothis duritas et malitia in Hebræos 49.50.51.52. dimiſſos inſequitur 53. cum omni exercitu deletus 54
Pharæ filij duo 41
Phari inſulæ deſcriptio 745
Phariſæorum ſecta 346. autoritas 354 362 363
Phariſæorum ſecta qualis 455
Phariſæi 480.646.650
Phariſæorum exiſtimatio 587. & quomodo ſe geſſerint regnante Alexandra 587
Pharmuthi menſis 52
Pharnaces filius Mithridatẽ Põti regẽ occidit 369
Phaſaelus Antipatri fil. 593. præficitur militibus 595. ſuperat Felicem 598 accuſatur à Iudæis 599. circũuenitur à Pacoro 600. occidit ſeſe 601. eius progenies 489. Galilææ præficitur 377. Felicem ſe inuadentem uincit 383. accuſatus conſtituitur tetrarcha 385.386 captiuus abducitur à Parthis 387. ſeſe occidit 389
Phaſaelus ciuitas 615
Phaſaelus, turris & oppidũ 436. 472 615.641.757
Pheroræ Antipatri filio committitur cura cõmeatus 392. donatur ei caput Pappi præciſum 395. aſſequitur tetrarchiam 422. Herodis filiã unam reſpuit uxorem ducere 439. alteram eius ducit ibid.
Pheroras Antipatri fil. Herodem fratrem accuſat ipſius filio 439. Salomen accuſat Herodi 440.441. diſsidet ficte cum Antipatro fratris filio 455 moritur, & uxor eius accuſatur ueneficij 456.457
Pheroras Antipatri filius 593. quid geſſerit 605. odit Herodis filios 620 accuſat Salomen 621. ſeipſum prodit & reconciliatur Herodi 622. reijcitur ab eodem & moritur 629
Pheroræ uxoris inſolentia 628
Phiala lacus 711
Philadelphenſium cum Iudæis diſsidium 531
Philippus Ptolemæi Minnæi filius 594
Philippus Amyntæ filius cæſus 513
Philippus Antiochi Grypi fil. Syriæ parti imperãs Antiochũ Cyzicenũ ſuperat 360. cum fratre Demetrio pugnans totius Syriæ dominus conſtituitur 361
Philippus Archelai frater quamobrem à Varo Romam præmiſſus 644
Philippus Herodis fil. conſtituitur tetrarcha 467 ſuccurrit fratri Archelao 475. portionem regni paterni conſequitur 476. calũniatur à fratre Antipatro 631
Philippo Herodis filio quæ regiones ceſſerint 644. Cæſaream ad Iordanis fontes & Iuliadem condidit 650
Philippus Herodis fr. moritur & quàm honeſtus fuerit uir 487
Philippus Iacini fil. Agrippæ copiarum præfectus 455
Philippus Iacini fil. Agrippæ præfectus 552.670. quomodo in periculis ſeruatus eiuſq; geſta 553.560.561. filiæ eius duæ in excidio Gamalæ ſeruatæ 717
Philippi Macedonis interitus 301
Philippo uni amicorum committit Antiochus Epiphanes regnum & filij tutelam 329. regnũ afflictãs afficitur ſupplicio 331
Philiſtinus, Philiſtini 11
Philo Iudæorum legatus à Caligula repulſus 498
Philo hiſtoricus 842
Philoſophiæ tria genera apud Iud. 646
Philoſophi apud Indos Calani, apud Syros Iudæi dicuntur 839
Philoſophorum de Deo diſcordes ſententiæ 862
Philoſtephanus Ptolemæi Lathuri dux 358
Philoſtratus hiſtoricus 837
Phineas ſacræ pecuniæ cuſtos 800
Phinees Zambriam occidit, & exercitui contra Madianitas præficitur 92
Phinees domus ſacerdotio donatur 201
Phinees fil. Elis pontificis malus 131
Phineeſes legatur ad Rubelitas & Gaddi tas cum reliqua dimidia tribu 113 ſuccedit patri in pontificatum 115
Phiſon fluuius, & quid ſignificet 4
Phœbus Agrippæ legatus à Iudæis interẽptus 677
Phœnicibus pecuniæ amor Græcorũ commercium fecit 831
Phœnicum antiquiſſima rerũ memorabilium traditio 827. teſtimonium de Iudæis 832.834.835
Phœnicum hiſtoriæ 837.838
Phora quid ſignificet 4
Phraates Parthorum rex humaniter tractat Hyrcanum 398. à ſuo filio occiſus 482
Phraates Phraatis fil. parentem occidit et matri miſcetur, exul perit ibid.
Phruræa feſti dies 300
Phryges populus 11.

Phutes, Phuti 11
Phiſcon Ptolemæi Epiphanis filius 320
Pilatus à Tiberio in Iudæam miſſus 650 Cæſaris imagines Hieroſolymæ intulit ibid. quæ cum Iudæis Cæſareæ egerit ibidem. Hieroſolymis ſtatuas iterum auſert 651. Iudæorum tumultus propter Cæſaris imagines 650. tumultus alius ob Corban theſaurum ſacrũ 651
Pileus pontificis qualis 68
Pinea ligna ex terra aurea 815
Piſo legatus Pompeij 369
Piſtus nobilis, defectionis à Romanis autor 551.554
Piſholaus Hieroſolymorũ præfectus 371 592. transfugit ad Ariſtobulum 372 occiditur à Caſsio 374.593
Placidi & Ioſephi uelitationes circa Ptolemaida 563.575
Placidus tribunus in exercitu Veſpaſiani 688. in Galilæa maximam multitudinem occidit 691. à Iotapata repulſus aufugit ibid. quomodo Itabyrium mõtem occuparit 716. geſta contra Gadarenſes 735.736
Platanc, uicus Sydoniorum 625
Plato ueritatẽ de deo pferre timuit 861 865. Moſen imitatus 867
Plinthines ſitus 745
Pliſtorum apud Dacos ſecta 481
Polemon, Ponti regulus 529
Polemon circũciſionem admittit, & Bernicem ducit uxorem 540
Politianus tribunus cur à Ceſtio Hieroſolymam miſſus 663. eius oratio & geſta ibid.
Pollio Phariſæus Herodi amicus 396 397 422
Polybius Megalopolitanus hiſtoric. 855
Polycrates Lacedæmoniorum nobilitatẽ fœdare tentauit 842
Pompeius qualibus muneribus honoratus et quæ geſſerit 368.369. 370.371 eius uirtus 370
Pompeius Magnus Hyrcani & Ariſtobuli cauſam cognoſcit 589. Hieroſolyma capit 590.591
Q. Pompeius COS. 524
Pompeij malitia in oppugnandis Iudæis 667
Pondera quis inuenerit 5
Pontificis connubium & puritas 75
Pontificis ornatus qualis 67
Pontificis ſummi qualis electio 862
Pontifices Hieroſolymis qua fraude creati ſint 721
Pontificũ & ſacerdotum diſſidium 542
Pontificum iniquitas 544. origo, & qui ad eam dignitatem admittãtur, quotq; fuerint ab Aarone uſq; ad finẽ belli Iudæorũ cũ Romanis 545.546.547
Pontificum templi Solomonis enumeratio 271
Pontificatus quando primum ad plebeios translatus 371
Pontificatum ſolere perpetuũ eſſe 400
Pontificiæ ſtolæ cuſtodia apud quos fuerit 486
Pontificiæ ſtolæ cuſtodia repetitur à Fado 531
Pontius Pilatus Iudææ præſidet 482. Iudæos afficit contumelijs 483.484 485. accuſatur à Iudæis & redit Romam 485.486
Popedius 509
Poppæa Neronis uxor 543.550
Porcius Feſtus Iudææ procurator, & quæ ſub eo ſint geſta 543. quære Feſtus
Poſidonij mendacia de Iudæis 855
Prætoriani milites 520
Prætorij in caſtris Rom. deſcriptio 689
Prandium qua hora faciunt Iudæi ſabbato 567
Principes ſinguli dedicato tabernaculo quid donarint 71
Priſcus centurio Ionatham Iudæum ſagitta transfixit 788
Priſcus ſextæ legionis dux à Iudæis occiſus 678
Procymatium unde dictum, & quomodo extructum 420
Procymia 614
Prodigia excidium Hieroſolymæ præcedentia 795.796
Prophetis & pontificibus ſolis poteſtas data hiſtoriæ condendæ 829
Prophetico ſpiritu ubi multi ſint correpti 152
Proſeucha, domus precationis 567
Protagoras ab Atheniẽſibus uix mortem effugit 868
Prouidentia dei mundum & omnia regi 280 311
Pſeudalexandri geſta 477. quomodo deprehenſus ab Auguſto & remex factus 478. uide etiã Alexander ſalius
Pſeudopropheta Hieroboami ſeductor 220 221
Ptolemæus Agrippæ & Bernices procurator à Ioanne Giſcaleo ſpoliatus 681
Ptolemæus Epiph. moritur 120
Ptolemæus Euergetes Philopatoris filius quomodo ab Onia irritatus 315. & iterũ recõciliatus ei per Ioſephũ ibid.
Ptolemæi Euergetis geſta poſt captam totam Syriam 852
Ptolemæus Galilææ ab Herode præfectus interficitur 393.605
Ptolemæus Herodis procurator 438.439
Ptolemæus Lagi Soter dictus Alexandro mortuo Aegyptum occupat & Hieroſolyma 304. traducit Iudæos in Aegyptũ 305. eius pugna cum Demetrio circa Gazam 839. irruptio in Hieroſolymam die ſabbati 841. liberalitas & beneuolentia erga Iudæos 852
Ptolemæus Lathurus Ptolemæi Philometoris et Cleopatræ filius auxiliatur Samaritis 364. diſſidens cum matre regno priuatur 354. 357. obſidet Ptolemaidem 357.358. Aſochim oppidum capit, Alexandrumq; Iamnæum uincit, & quanta eius ſæuitia 358
Ptolemæus Mennæus quomodo ſe à ſuppliciо apud Pompeium redemerit 368
Ptolemæus Mennæus Damaſcum bello uexat 354. Ariſtobuli coniugem & liberos quomodo tractarit 374. moritur 386
Ptolemæus Minnæi filius 587.594
Ptolemæus Philadelphus 1. Iudæos in Aegypto ſeruientes liberos dimittit, & legem Moyſis in linguã Græcam magnis muneribus transferendam curauit 305. uſq; 312. 852
Ptolemæus Philometor Ptolemæi Epiphanis 320. ſuccurrit ſuo genero Alexandro ſeu Demetrio 341. duobus diadematibus coronatur ſimul umciiq; Alexandrum & moritur 342
Ptolemæi Philometoris & Cleopatræ uxoris liberalitas erga Iudæos 852
Ptolemæus Philopator 313 moritur 320
Ptolemæi Phyſconis immanis cudelitas et iniuſtitia 852. 853. pœnitentia 853
Ptolemæus Simonis Aſamonæi gener ſocerum occidit & alia ſcelera cõmittit 350. 582. 583. quomodo oppugnantem Hyrcanum eluſerit, cuius matrem & fratres interfecit 351
Ptolemæi dicti Aegypti reges 174
Ptol. unde Alexandrini reges dicti 213
Ptolemais bis expugnata 358.359
Ptolemaidis ſitus deſcriptus 652
Ptolemais duo milia Iudæorũ apud ſe habitantium interfecit 374
Ptolemaidenſes à Iuda Macchabæo uicti 327
Pucllarum hereditas 98
Pueri ſitientis aſtutia & fallacia contra Romanos 797
Puerperarum purgationis tempus 74
Purgatio poſt coitum cum uxore ibidem
Purificationis leges 74.75
Puteoli urbs 507
Putei bituminis 14

Putiphares. uide Petephres
Pythagoras Samius æmulatus Iudæorum scripta 838. multas Iudæorum leges transtulit in suam philosophiam ibid.
Pythagoræ & aliorum stoicorum de diuina natura sententia 861
Pythium templum ædificatur 436

Q

Quadrigæ solis sublatæ p Iosiã 264
Quercus Mambre 16
Quercus Ogis 15
Quinquagesimi anni remissio 75
Quintiliæ fortitudo 509
Quintilius Varus Syriæ præfectus 469 cognoscit causam Antipatri 459 usq; 463. seditiosos Iudæos expugnat 474 475
Quirinus ab Augusto mittitur ad censendam Iudæam & Syriam 479.481

R

Rabatha ciuitas 88
Rabatha capta diripitur 179
Rachabe speculatores Hebræorum tuetur à ui Chananæorum & securitatem ab hostibus impetrat 106. 107. incolumitatem promissam recipit, & munifice donatur 108
Rachelis pulchritudo 24. æmulatio erga sororem 25. mariti cõplexum sorori uendit, furatur idola patris 25. eius astutia 26. mors ex partu 28
Ragaus Heberi filius 12
Raguel, qui & Iethegleus, sacerdos, filiam suam Moysi adoptato tradit uxorem 48. Moysi ob uictoriam gratulatur, & consilium dat ei distribuendorum officiorum 60
Ramatha ciuitas 131
Rapsacis Senacheribi copiarum præfecti insolentia 256.260. ipse cum exercitu diuinitus deletus 261
Rases Damascenorum rex Achacem bello petit 255. quem mox Syrorũ rex impugnat ibidem. & occidit 256
Rebecca Batuelis filia 13. petitur in connubium Isaco 20. parit geminos 21 fallit maritum 22
Receme urbs quæ aliàs Petra 92
Recemus rex ibidem
Repudij libellum mittere maritis non uxoribus ex lege permissum 415
Rex quis & qualis sit 97
Regis potentia 283
Regum imperiũ quandiu durauerit apud Iudæos 288
Regum uirtutes præcipuæ quæ 199
Regibus non licet esse ignauis 163
Regibus subditi quæ ferant 137
Rhegines populus 10
Rhinocura 602
Rhiphates, Rhiphatæi 11
Rhoa petra 118
Roboamus Solomoni in regnum succedit insolens in populum 218. decem tribus regni amittit 219. quot et quas urbes condiderit 221. itẽ arma cõparauit, fœderibusq; suum auxit regnũ, & ductis xviij. uxoribus liberos gignit, adq; impietatem deficit ibid. dedidit urbem Susaco 222. pro aureis scutis amissis ærea substituit & moritur ibid.
Roma sub Vespasiano creuit et floret 807
Romanorũ in Iudæos beneficia 312.313
Romani quibus honorib. & beneficijs Iudæos affecerint 379. & indè
Romanorũ dissidium inter se 596.597
Romani Germanos captiuos ubiq; circũduxere 666
Romani in præsidio Massadæ interfecti à Iudæis 668
Romanorum strategema in oppugnando templum 678
Romanorũ quot milia à Iudæis cæsi 679
Romanorũ quantus fuerit exercitus contra Iudæos 689. ipsorum castrorum descriptio 689.690
Romanorum industria in seruis domesticis instituendis 689. disciplina militaris 769
Romani omnia, præter Giscalam, ceperunt 713
Romani muro Hierosolymæ potiuntur, eiusq; partẽ maximam diruunt 764 cum Iudæis acriter confligunt ibidem. & 765. alterũ murum capiũt 766
Romanos sancta Iudæorũ reuereri 768 per legem Iudæorum multa de suis moribus derogasse 770. illachrymasse incendio Hierosolymæ 772.773. ab incendio defendunt 774. Hierosolymam capi desperant 775
Romani intra xxi. dies aggeres extruunt 779.780. pugnant cum Iudæis circa aggeres 780. 781. Antoniã magna pugna obtinent 783. circa custodias pugnam atrocẽ instaurant 786.787
Romanorum notitia sero ad Græcos peruenit 831
Romus, Romæi 11
Rooboth puteus 22
Rubelitæ & Gadditæ altare construũt super ripa Iordanis 113
Rubelus, aliàs Ruben nascitur 25. eius pietas in fratrem Iosephum 30.31. sed fratres proditionis insimulatos excusat 35. eius filij quatuor 41
Rubrius Gallus Sarmatas superat 808
Rufus magister equitum 641
Rufus præfectus militum Archelai 473
Ruma uicus 697
Ruta mirabilis magnitudinis in regia Machæruntis descripta 812
Ruthes amor erga socrum suam, & eius fortuna 130.131

S

Saba Aethiopum regia, quàm ualida, uocatur postea Meroe 47
Sabæus seditiosus persuadet decẽ tribubus defectionem à Dauid 189
Sabæi, Sabæi 11
Sabathes, Sabatheni ibidem
Sabatus, Sabacteni ibidem
Sabathes à commentarijs principis 190
Sabbamensis 86
Sabbæus orator supplicio addicitur 339
Sabbaticus amnis 380.398
Sabbaticus amnis à Tito spectatus 809
Sabbatum, & eius uacatio à laboribus seruatur 3.590
Sabbatum magno malo obseruatum 323 negligendum aliquando ibidem 335
Sabbion Alexandrã Herodi prodit 400
Sabecus exercitus Syrorũ præfectus uulneratur & moritur 176.177
Sabinus procurator Syriæ Hierosolymis regiam occupat 469. uexat Iudæos propter auaritiam suam 679.642
Sabini Syri forma, habitus & fortitudo insignis 781
Sabinus Romæ capitolium nocte occupãs occiditur 747
Sabuchadas eunuchus indicat regi, crucẽ in Amanis ædibus extructã pro Mardochæi suspendio 298
Saccheus transfuga Iosepho prodit insidias Ioannis 564
Sacerdotis sacrificaturi habitus 66.67
Sacerdotum castitas & connubium 75
Sacerdotum & pontificis cum eorũ ueste & insignibus descriptio 760
Sacerdotum immunitas 42
Sacerdotum mos Hierosolymis 743
Sacerdotum nobilitas apud Iudæos 829 nuptiæ ibidem
Sacerdotibus quæ cedant 85.86
Sacrificiorum genera quibus fiant modis 71.72.73.74
Sacrorum scribæ 43
Sadæus Xerxis præfectus 292
Sadocus pontifex constituitur 175 190.198.201
Saddocus nouas res molitur 479.480
Sadducæorum secta 346.480.646
Salampso Herodis filia 489
Salmanasar Cutheos in Iudæam transfert 273 286
Salmanasaris contra Israelitas uict. 282

Salome,aliàs Alexãdra, uxor Aristobuli, soluit uinculis fr.mariti defuncti 357
Salome quæ Iuliæ Augusti coniugi testamento reliquerit 650. eius reditus erant sexaginta talenta 645
Salome Antipatri filia 593.soror Herodis prodit Iosephũ maritum suum fratri 403. alteri marito Costobaro repudij libellũ mittit 415.odium exercet in Herodis filios & earum uxores 431.439.620.621.accusatur Herodi 440.441.Alexæ iungitur connubio 453
Salome uxor Herodis moritur 481
Salomon promittitur Dauidi successor & templi extructor 173. nascitur 179 instruit eum pater 194. constituitur rex 196.198.quomodo regnum natus se de hostibus sit ultus 200.201 regis Aegypti filiam ducit uxorẽ 201 petit à deo & accepit sapientiã 202 controuersiam mulierum duarum dijudicat ibidem. toparchas quos habuerit & quantas diuitias sapientiãq; ac philosophiam 203. coniurationes & incantationes composuit 204. eius cũ Iromo amicitia & materiæ cedẽdæ petitio & concessio 204.205.834 835. templum cum uasis quomodo extruxerit,& arcã eò transtulerit 205 usq; 211.somniũ uidet & regiam extruit cum domo reginæ 211.212.quibus donis remunerauerit Iromũ 212 834.Hierosolyma muris & turribus instaurat & urbes condit 213 ingentes thesauros ex Aurea terra & aliunde accipit 215.quali satellitio sti patus incesserit ibidem. quanta opulentia Hierosolyma auxerit 216.deficit à pietate,ac ducit uxores DCC. & concubinas CCC.216. prædicitur ei filium ipsius pœnas pro se daturũ ibi. multis hostibus à deo excitatis infestatur 217.moritur, Roboamo successore regni relicto 318.quo tempore ædificauit templum Hierosolymis 834
Salpadis filiarum hæreditatis ius 93
Saltis regis gesta 832
Saltus Libani,aula Salomonis 214.215
Samæas propheta Hieroboamo minatur 222
Sameas uir iustus accusat Herodem,& uaticinatur Iudæis mala imminẽtia 378
Samarei populus 12
Samaria quæ Mareone unde dicta 226
Samaria ab Hyrcano expugnata solo æquatur 353.354
Samaria urbs.uide Sebaste 353.414
Samariæ regiõis descrip.687. & quid à Iudæa discrepet 687.688
Samaritæ qui ante Chutthæi 259.287
Samaritarũ odium in Iudæos 288. accusantur apud Darium 289
Samaritæ Iudæos infestant 315.Iudæos se esse negant feliciter 322
Samaritarum dissidium cum Iudæis propter templum 339
Samaritanorum facinus in festo Azymorum 481
Samaritanorum seditio 485
Samaritanorũ & Iudæorũ dissidiũ 538
Samosata capitur 606
Samosatæ ciuitatis situs 815
Sampsigeramus Emesenorum rex 529
Sampson quid significet,& quomõ natus 128.cõnubiũ & gesta eius 128.129
Samuelis natiuitas & prophetia 132. cõ filium de libertate recuperanda 135
Samuel senio grauatus filijs reip.administrationem concedit 136
Samuel propheta Saulum inungit regem 138.ostento indicat Hebræis deũ iratum propter regem petitum 141 Saulum docet Amalecitarum internecionẽ 144. eidem regni amissionem nunciat 146. Dauidem ungit regem 147.moritur.158.ab inferis reuocatur per uentriloquam 161
Sanaballetes Darij præfectus dat filiam suam Nicaso uxorẽ Manassi fratri Iaddi pont.301.deficit à Dario,Manassi templum & sacerdotium confert,moriturq; 302
Sanctum,quæ tabernaculi pars 65
Sanctum sanctorum ibid.m
Sangarus princeps Hebræorum 120
Sanguinis esus interdicitur 9.74
Sapha,loci nomen 303
Saphanus scriba 263.264
Saphora oppidum 372
Sapientes qui Iudæis 548
Sappho uicus 643
Sara Aranis filia 12
Sara Abrahamo marito famulam adducit prolis procreandæ gratia 15.nunciatur ei partus sterili 16. expellit Agarem cum puero 18. moritur 19
Sarabazanes 287.288
Saramalla Syrus Phasaelo insidias indicat 600
Sarepta oppidum 227
Sareptanæ uidua fiducia 227.228
Sardonyches XII. cum uestitu pont. 71 quibus inscripta sunt nomina filiorum Iacobi,in Essene 67. quæ uirtus eis insit & quando cessarit 71
Sarmatæ Istrum transgressi præsidiũ Romanum & Fonteiũ Agrippã interficiunt 808. proximas regiones totas peruastant ibidem
Satum quantum capiat 243
Saturninus legatus 625.626
Saturninus Syriæ præses 444.eius sententia in filios Herodis 450
Saulus asinas patris quærens à Samuele rex cõstituitur 137.138.140.quam decora fuerit statura 139. uincit Ammonitas 140. Palæstinos superat, & aram extruit 143.quot liberos habuerit 144.Amalecitas delet,et regi parcens peccat 145.146.regno exuitur 146. numine priuatur & fit dæmoniacus 147.cõmouetur contra Dauidem 149.insidiatur uitæ ipsius 150 151.Dauidi reconciliatur 158.consulit uentriloquam 161. fortitudo eius 162.cadit unà cum suis filijs in prælio 164.165.ipsius progenies datur ad supplicium Gabaonitis 191. eius uiolentia 545
Scaurus Hyrcanum in societatem recipit & obsidione liberat 367. cum Areta fœdus init 371.in Syria præses missus 589.pecunijs corrumpitur 589 Aretam mulctat 591
Scenæ,locus 27
Scipio Alexandrum Aristobuli percutit securi 374
Scopas dux Ptolemæi Epiphanis 313
Scopi loci descriptio 751
Scythæ populus 10. à Græcis qui Pontũ nauigant cogniti 831. Anacharsim à Græcia redeuntem quare interfecerint 868
Scythopolis ciuitas 112
Scythopolis ciuitas Decapoleos maxima 708
Scythopolitarum immanitas 550
Scythopolitæ Iudæorum tredecim milia perfidiosè interficiunt 673
Scythopolitarum clades enarrata 822
Sebas fil.Ili,unus fortium Dauidis 192
Sebaste conditur 613. olim dicta Samaria 353. 414. 417. expugnata & diruta 583
Sebasteni,equitum ala sub Cumano 655
Sebastenorum contumeliæ in mortuũ Agrippam 530
Sebast.portus 632.à quo sic dictus 459
Sedecias Ioachimi patruus rex cõstituitur 267.eruditur ab Hieremia & Ezechiele,sed frustra 268. expugnata urbe capitur cum uxoribus et liberis,crudeliterq; tractatur 269.270. moritur 271
Sedecias pseudopropheta cornibus ferreis sibi aptatis quid Achabo uaticinatus

fit 235
Sehon rex negato Hebræis tranſitu, prælio uincitur & occiditur 87
Seianus Neroni inſidians occiditur 492
Seir quid ſignificet 21
Selene, aliàs Cleopatra, Syriæ regina Tigranem offendit 364
Selennarus Senacheribi filius patris interfector 261
Seleſinus Iabeſsi filius Zachariam Hieroboami occidit, et regnũ occupat, quod trigeſima poſt die amittit interfectus 254
Seleucia urbs à quo condita & denominata 506
Seleucus Antiochi Grypi filius patri ſuccedens cum patruo Antiocho Cyzicæno belligeratur eumq; necat 360. uincitur ab Antiocho Pio, & in Cilicia cum amicis concrematur 360
Seleucus Aſiæ rex opes Iudæorũ ſacerdotio auxit 873
Seleucus Babylonem mortuo Alexandro occupat 304
Seleucus Nicanor quos honores & beneficia Iudæis exhibuerit 312
Seleucus Soter Antiochi magni fil. 319
Semechonitis lacus deſcriptio 713
Semeis conuiciatur Dauidi 183. eidẽ gratulatur uictoriam & regnum 188 occiditur 201
Senaar campus 9.10
Senacheribus Aſſyriorum rex Hieroſolyma & Ezeciam eorum regem oppugnat 259.260. re infecta domum ſe recipit 260. à filijs ſenioribus occiditur 261
Senacherib rex Aſſyr. quõ fugatus 769
Senatus contra Claudium in Capitolium conuenit 653
Senatus Romani et plebis diſsidium 522
Senis cuiuſdam magnanimitas 393
Senis cuiuſdam ſeueritas 605
Senius Gallus Syriæ præſes 551
Cn. Sentij Saturnini oratio 517
Sephoris urbs Galilææ 473.564.571 capta incendio abſumitur 474.643
Sepphoris cum tribus alijs ciuitatibus à Ioſepho deficiunt & recuperantur 683
Sepphoris ciuitas Galilææ maxima 687
Sepphoritæ à ſeditioſis moleſtantur 551
Sepphoritarum fides erga Romanos, bellum mouent ſuo malo 573
Sepphoritæ à Ioſephi militibus ſpoliãtur, prædaq; redditur 684
Sepphoritæ Ptolemaidẽ ad Veſpaſianum pacati ueniunt 687
Septimus annus 583
Septimi anni remiſsio 75
Septimi diei obſeruatio. 590
Septuaginta interpretes legẽ tantũ Iudæorum in Græcam linguã tranſtuliſſe 2
Septuaginta interpretes legis transferendæ cauſa ad Ptolemæum Philadelphum mittuntur 308. quomodo excepti & tractati 310.311.312
Serebæus dux Iudæorum Babylonem deducendorum Hieroſolyma 286
Serpentis inuidia, & quomodo Euam ſeduxerit 4. mulctatio 5
Serpentes uolucres Aegypti 46
Serugus Ragai filius 12
Sethon q et Aegyptus denominatus 843
Sethus filius Adami 6. eius filij quales, & quas artes inuenerint ibidem
Sextus Cæſar præſes Syriæ 377.378 595. interficitur à Cæcilio Baſſo 381
Sextus Cerealis quintæ legionis præpoſitus 792
Sica qualis gladius, & Sicarij unde dicti 543. eorum impia facinora 544
Sicarij Hieroſolymis palàm latrocinãtur 657. eorum fraus ibidem
Sicariorum in Maſſada crudelitas 734
Sicella loci nomen 159. donatur Dauidi à Saulo 160. diripitur & incenditur ab Amalecitis 183
Sicima urbs 27
Sicima caput Samaritarum 303
Sicimæ captæ & ſolo æquatæ 125
Sicimitarum exitium ibidem
Sicimitis parcit Saulus 145
Sicimitæ quid petierint ab Alexãdro Magno 304
Siclus numus qualis 69
Sideralis ſcientiæ quis inuentor 6
Sidonius, & Sidon urbs 11
Sidonij materiem præſtant Iudæis ad templi ædificium 286
Signi dandi autoritas penes quos Romæ 519
Sila militibus Agrippæ præficitur 526 offendit Agrippã 527. occiditur 530
Sila Tiberienſium dux 554.567
Silas Ioſepho de inſidijs & perfidia Ioannis Giſcaleni ſcribit 683
Silo dux Rom. exercitus 390.603. corruptus deprehenditur 391.604
Silus urbs 111
Simeonis natiuitas 25. uindex ingenium, filij ſex 41
Simeoni quæ terræ portio ceſſerit 112
Simeonitidis tribus facta poſt Ieſum mortuum 115
Simonis Aſamonæi filij geſta 582
Simon Boethi filius pontifex conſtituitur 419. priuatur ſacerdotio 458
Simon Camithi annum pontificatũ adminiſtrat 482
Simon Cantharæ conſtituitur pont. 526 priuatur eo 527
Simon Cyprius, magus 540
Simon Eſſæus Herodi ſomnium explicat 478
Simon & Ioannes cum ſocijs in cloacas properant 799.800
Simon Galilæus defectiõis arguitur 646 propriæ ſectæ ſophiſta erat ibidem
Simõ Gamalielis filius ſtruit inſidias Ioſepho 561.562. capitur à Ioſep. 570
Simon Gioræ filius Romanos apud Bethoron inuadit 677. Acrabatenã topãrchiam tyrannide opprimit 685. cum latronibus qui erant Maſſadæ, Idumæam populatur ibid. ex Acrabatena topãrchia pulſus eſt ab Anano pontifice 739. eius geſta ibid. & 740.741 742.743.748.749.757.761 762.771.772.774.777.783 797.798.799.800.803.805
Simon Herodis ſeruus regnum affectans obtruncatur 473.642
Simon Iuſtus pontifex 307.315.319 eius filij tres, omnes pontifices 320
Simon Matthes Matthiæ fil. 322. ſtrenue iuuat fratrẽ Ionatham 335.336
Simon Matthiæ Ioannis filius præficitur exercitui, mittitur auxilio Galilæis & hoſtes uincit 327
Simon quidam Eſſenus Archelai ſomniorum interpres 646
Simonis filij Cathlæ oratio ad pontifices 728
Simonis Sauli filij & totius familiæ ſuæ ſatum miſerabile 673
Simonias uicus 556
Sina mons 48.61
Sinæus mons 229
Sinæi populus 12
Sis, nomen cliui, & quid ſignificet 237
Siſa Dauidis ſit ſcriba 175
Siſines Syriæ ac Phœnices præfect. 281 conatur templi ædificiũ inhibere 282
Sobacchis Chetthæus ſtrenue pugnãs contra gigantes uictoriam reportat 191
Socratis mors & mortis cauſæ 868
Sodomitarum felicitas, reges & prælia cum Aſſyrijs 14. excidium ipſorũ 16
Sodomiticæ terræ deſcriptio 738
Sogana Arabum uicus 566
Sogane & Seleucia rebellant 713 earum ſitus ibidem
Sohæmus Ituræus Herodis mandata uxori eius aperit 411. interficitur 413
Sohemus rex Emeſæ cõtra Antiochũ 815
Solomona mater nobilis ſeptẽ puerorum 877. eius animoſa oratio ad Iacobum filium

filium natu minimum 882
Solomonæ matris Macchabæorum laudes 883. 884. 885. 886. eius immania supplicia & insignis toler. 885.886
Solyma quæ Hierosolyma 15.171
Somnia cur deus immittat 34
Sophaces unde dicti 20
Sophira regio 214
Sophistæ concitant tumultum 635
Sosius prouinciã cum exercitu ab Antonio accipit 394. Antigonum supplicem factum irridet & uinctum custodit 396. Hierosolymis discedit 397 quomodo se gesserit in expugnandis Hierosolymis 608.609
Spadones abominandos 102
Spasini castrum 532.533
Speluncæ Galileæ quomodo expugnatæ ab Herode 392.393
Speluncæ latronum quales fuerint 605
Stola pontificia quando fuerit deprompta & à quibus custodita 424.425
Stratonis turris, postea Cæsaria 417 524.542. 591. ædificatur 419
Stratopedum munimentũ incensum 671
Subditi quomodo contineantur in officio 419 420
Supplicandi mos apud Syros 233
Susa scribis præficitur 190
Susacus Aegyptiorũ rex Hierosolyma spoliat 174. contra Roboamũ ducit exercitum 221. Hierosolymam in deditionem accipit templũq; spoliat ac thesauros Solomonis aufert 222. & quomodo imbelles notauerit ibid.
Syllæus ambito Salomes connubio frustratur 440. 441. latronibus Trachonitis auxiliatur, & creditã pecuniam Herodi reddere non uult 444. 445 defert Cæsari Herodem 445. accusatur apud eundẽ per Nicolaum, & damnatur capitis 448.449. iterum accusatur 456
Syllæus procurator Obodæ 621. 625
Syene puteus 22
Syria subditur Dauidis imperio 174. Iudæos apud se habitantes occidit 822
Syrus Mesopotamiæ rex uincitur 176
Syri populus 12. Iudæorum ciuitates uastant 672
Syrorum cædes 676
Syrorum cum Græcis dissidium & reconciliatio 506.507
Syrorum cum Iudæis dissidium 542
Syrorum uici & ciuitates enumeratæ quæ à Iudæis uastabantur 672
Syrorum auaritia & crudelitas 778
Sysares dux Iabini exercitus quomodo occisus 121

T

Tabernaculi uasorũ descrip. 65.66
Tabernaculi institutio & extructio 63 64. eius interpretatio 64. 68. illustratio 69
Tabernaculo dedicato quæ dona principes singuli contulerint 71
Tabernaculi perfectionis modus 76
Tabernaculorum festiuitas 73
Talentum quot minas contineat 66
Tanis Aegypti urbs 14
Tarichearum situs 709
Tarichearum incolæ quingenti & sex milia ceciderunt 712
Teglaphalassar Assyriorum rex quomodo Israelitas tractarit 254. auxiliatur Achazæ contra Syros 256
Tẽpestatis horrẽdæ descriptio 728.729
Templum in Garizim extructum 302 304 305
Templum Chuthæorum in Garizim quando desolatum 352
Templi structuræ apparatus 204. 205 exordium & tota cum uasis descriptio 205.206.207. 208. templo absoluto infertur arca 208
Templum Solomonis spoliatum & concrematum quando 270
Templum Hierosolymitanum instauratur 286. 287 288. spoliatur et prophanatur ab Antiocho 321. restituitur & repurgatur à Iuda Macchabæo 326
Templi Hierosolymitani descriptio 758 759 760
Templi incensi fatalis dies 792.793 794. causa & principium 793. tempus à prima cõstructione per Solomonem usq; ad excidium 794
Templi Hierosolymis cõstructio & sacrorum ratio exposita 856.857. Ianuarium descriptio 857
Tephthæi Garsensis facinus 774
Terebinthi circa Chebron miraculosa antiquitas 741
Terentius Rufus rector militiæ à Tito relictus 805
Terminos terræ non mouendos 97
Terra uera, qualis 3
Terræmotus ingens in Iudæa 406.610
Terræ Oniæ 594
Testes qui sint, qui minus 97
Testis falsi pœna ibidem
Thadamora urbs 213
Thæno Amathenorũ rex cum Dauide amicitiam init 174.175
Thamanus occiditur 226
Thamara Dauidis filia, Abesalomi germana 171. stupratur à fratre Amnone 179
Thamna & Thamnitæ 128
Thamna oppidum 115. toparchia 736
Tharbis Aethiopum regis filia Moysi nubit 47
Tharrus Nachori fil. Abrahami pater 12 migrat Carras ibidem. moritur 13
Tharsices Aethiopum rex 260
Tharsus, Tharsenses 11
Tharsus Ciliciæ urbs ibid.
Thaumastus Caij seruus 495. oblatæ Agrippæ aquæ quã gratiã accepit 493
Theatri Rom. descriptio 513
Thebethus, mensis 291
Thecoa uicus 576.740
Thella uicus 687
Thenosis regis gesta 833
Theodectes poeta cur glaucomate infestatus 312
Theodorus Zenonis filius impedimenta Iannæi diripit 359
Theodori contra Alexandrum Hyrcani gesta 585
Theodosius orator supplicio addict. 339
Theodosius Græcus non obiter Iudæorum mentionem facit 841
Theophilus Anani fit pontifex 488 submouetur pontificatu 526
Theophilus Græcus Iudæorum mentionem facit 841
Theophrastus Iudæorũ & Tyriorum meminit 838
Theopompus Athenienſium nobilitatem fœdare tentauit 842
Theopompus cur mente motus 312
Thermusa Pharaonis ancilla, & uxor mala 482
Thermutis, regis filia Moysen educat 45 adoptat eum ibid.
Theudas præstigiator seducit Iudæorum uulgus 537
Theudio Antipatri auunculus 630
Theudio Doridis frater 458
Thiras, & Thires populus 10
Thobelus & eius inuenta 6
Thobelus, Thobeli populus 10
Thobiæ filij Antiocho Epiphani autores urbis Hierosolymorum expugnandorum 581
Tholomæus latronum princeps plectitur 531
Thraces populus 10
Thraces asperrimos Rom. subditos 665
Thraces propter uicinitatem Græcis cognati 831
Thucydides in multis tanquam fallax accusatur 828
Thuri, mensis 208
Thygrammes, Thygrammei 11
Tiberius urbs 571. à quo condita & nominata

minata 482
Tiberiadis ſeditio & ſectæ tres 551
Tiberias iterum rebellauit Ioſepho, & iterum recuperatur 684
Tiberienſes Veſpaſiano ſe dedunt 708
Tiberienſis lacus Alphatiti natura contrarius 737
Tiberienſium defectio quomodo prohibita 560
Tiberiẽſib. ſpoliatis præda redditur 684
Tiberius Alexander Iudææ præficitur, ac Iudæ Galilæi filios crucifigit 537
Tiberius Alexãder à Claudio procurator miſſus 654. præcipuus exercitus rector apud Titum 750.792
Tib. Claudius. uide Claudius
Tiberius Druſi filius, Tiberij Neronis nepos, occiditur 495
Tiberius Nero Cæſar conſtituitur 482 Iſiacos & Iden ſupplicio afficit 485 pellit regno Artabanum 486. cũ reſtituto in regnum init fœdus 487 quantus fuerit cunctator 491.492 morbo correptus deſignat ſucceſſorem 494. 495. mathematicorum ſtudioſiſs. 495 moritur ibidem
Tiberij imperium quanto tempore ſtetterit 651
Tigranes Armeniorum rex quid geſſerit 364
Tigris fluuius 4
Timagenes Græcus rerum Iudaicarũ ſcriptor 855
Timæus rex Aegypti 832
Timidius defert Popedium Caio 509
Timotheus Ammanita pugnat contra Iudã Macchabæũ ſæpeq; uincitur 327
Tirathaba uicus 485
Tiridates Armeniæ rex 536
Tiro, ueteranus miles Herodem honeſte monens occiditur 626
Titus Frigius quintædecimæ legionis præpoſitus 792
Titus imperator ſemper miſeratus Iudæos 579. cum exercitu Ptolemaidẽ peruenit 688. ob famam patris uulnerati perturbatur, & perturbatione iterum liberatur 698
Titus Veſpaſiani filius Iapham expugnat 701. Iotapam capit 702. itẽ Giſchalã 719. Taricheas excindit 711. Gamalam ingreditur. Ioannem Leui perſequitur 719. proficiſcitur ab Alexãdria Cæſaream 747.748. eius expeditio contra Hieroſolyma & expiratio urbis 750. obſidet urbem acriter 751.752.753.754.762.763.764. fortitudo eius & prudẽtia cum miſericordia 765.766.771.772 muros urbis oppugnat & expugnat 766.767. captiuis manus amputat 773. pugnat fortiter 774. periclitatur 775. eius geſta & uirtutes 775.776.778.781.782.783.784.785.786.787.788.789.791.792.793.794.797.798.799.800.802.803.804.805.807.809.819
Titus Syriæ præſes reconciliatur Archelao 444
Toparchiæ Iudææ ordine enumeratæ 688
Tormẽtorum bellicorum uis mirabilis deſcriptio 698
Trabs ex ſolido auro in templo Hieroſolymitano 373
Trachonitæ bis deficientes ab Herode, rediguntur ſub imperium 435. 444
Trachonitis regio 12
Trachonitidis latrocinia & quomodo ab Herode ſublata 420.421
Traianus decimæ legionis rector contra Iapham ciuitatem à Veſpaſiano miſſus 700. Tiberiadem miſſus ut ciuium animos experiretur 708. ad Titum Taricheas miſſus 710. cunctis transIordanem deuictis ſe Veſpaſiano iungit 737
Trebellius Maximus 518
Trogloditarũ fœminæ gregum curam gerunt 48
Troianarum rerum notatio 828
Tryphonis ſcurræ dictũ in Hyrcanũ 318
Trypho tonſor garrulitatis pœnas luit 451 626
Tymius Cyprius 489
Tyrannidis natura 517.518
Tyrannus, Herodis ſtipator falſo accuſatur 447.624
Tyrannus & Priſcus præfecti caſtrorum cum pluribus equitum magiſtris à Floro pecunia corrupti 677
Tyridates rex Armeniæ ferme in acie ab Alanis captus effugit 816
Tyriorum in re nauali peritia, & pugna contra Aſſyrios 258
Tyrij Iudæos apud ſe habitãtes partim uinctos cuſtodiæ tradunt, partim trucidãt 674
Tyriorũ publicæ literæ & hiſtoriæ 834
Tyronis libertas in loquendo quanto ipſi malo fuerit 451
Tyrus, ædificiũ Hyrcani filij Ioſephi 320
Tyrus quando condita 205

V

Valerianus Decadarchus Tiberiadem miſſus à Veſpaſiano ut populum conciliaret 708
Valerius Aſiaticus 514. 523. eius generoſum dictum 517
Valerius Gratus Iudææ præficitur 482
Vardanes Artabani filius Parthorum rex bellum Izatæ indicit occidituréq; 535
Varus Syriæ præſes 632. 639. 640 quid geſſerit in Iudæa 643
Varus Agrippæ iunioris regiæ præfectus eiuſq; malitia 552
Vari procuratoris Agrippæ perfidia & crudelitas in legatos Bataneorũ 674
Vaſte regina uxor Artaxerxis 293. incidit in regis indignationem & repudiatur 293.294
Velum tabernaculi & templi 65
Veneficiorum pœna 101
Ventidius dux Rom. quomodo ſe geſſerit in bello cõtra Antigonum 390.393 603.606
Ventriloquorum uaticinia qualia 161
Veranius trib. plebis 522
Veritatis potentia omnium ſumma 284
Veſpaſiani et Titi erga Iudæos animi quales 312.313
Veſpaſianus cum Agrippa in Iudeam uenit 575.576
Veſpaſiani imperatoris laudes, & expeditio in Syriam 685. 686. Sepphoritis auxiliatur 688. geſta eius in Iudæa paſsim habẽtur 691.692. uſq; 698 & 703. 706. 707. 708. 709 711. 712. uſq; 720. & 732. 733 uſq; 739. & 742. uſq; 747. 770 796. 807. 808. 810. 811. 814. 815. 819
Veſpera, quæ diei pars 3
Victimæ ſalutares 71
Victimæ ſint integræ 75
Vicus in Galilæa minimus, ſupra quindecim milia colonorum habet 687
Vindex cum optimatibus Galliæ à Nerone deficit 736
Viri potentia 283
Vir ſtatura ſex cubitorum, & ſenis digitis in manibus & pedibus 291
Vitæ humanæ terminus 7. 12
Vitellius Syriæ præſes Iudæis impetrat rurſus ſtolæ pontificiæ cuſtodiã 424 485. beneficus eſt in Iudæos 486 adigit Iudæos in fidẽ C. Caligulæ 488 exuitur prouincia 498
Vitellij pugna circa Capitolium 739 747. mors ibid.
Vitellij uictoria apud Bebriacum contra Othonem 741
Vitellius cum exercitu ex Germania Romam proficiſcitur 742.943
Vitellius Cæcinnam cũ magna manu Antonio Primo obuiam mittit 746. eius exercitus totus deletus ibid. 747

Vitri apud Memnonis ſepulchrũ natura miraculoſa 652
Volumnius, Syriæ præſes 444. eius ſententia in Herodis filios 450.625
Vologeſus Parthorum rex 535.536 537. Tito auream coronam mittit ob deuictos Iudæos 809
Vonones Parthorum regnum cõſequitur 483. amittit ibid.
Vna dies, pro prima dies 3
Vra Chaldæorum, urbs 12
Vriæ uirtus, et quomodo à Dauide periculis fuerit obiectus ut occideretur 177
Vrbem quis primus condiderit, & inſtituerit 5.6
Vſes Damaſci conditor 12
Vxores plures permittere Iudæorum leges 454
Vxores quando, & quales ducendæ 99

X

Xaloth uicus 687
Xanthicus menſis 7.52.73
Xerxes Darij filius paterni regni hæres. in Iudæos beneficus quicquid petierũt Eſdras & Neemias gentis ſuæ nomine concedit 289.290.291.292.293 ei mortuo ſuccedit filius Artaxerxes 293

Z

Zabadis magiſtratus 236
Zabelus dynaſta 342
Zabulonis natiuitas 25 filij 41
Zabulon ciuitas Galilææ à Ceſtio direpta & incenſa 675.676
Zabulonitarum ſors 112
Zacharias Hieroboami filius patri in regnum ſuccedit 253. ſexto regni menſe occiditur 254
Zacharias Ioadi pont. filius in ipſo templo lapidibus obruitur 250.731
Zacharias propheta 287.288
Zacharias ſupremus Iſraelitarum dux Amiam Achazæ filium ſuperatum trucidat 255
Zamares Elanum regem cum uniuerſa familia tollit, & ſe regem conſtituit, quo regno ſeptem diebus potitus ſeipſum exurit 226
Zamaris Babylonij geſta & poſteritas 454 455
Zambrias alienigenæ ſe miſcens & Moyſi obloquẽs occiditur à Phinee 91.92
Zaræus Aethiopum rex Aſano bellum inferens uincitur 225
Zaraza Amanis uxor mali conſilij marito autor 297
Zebis dux captus 123
Zelotæ cum Idumæis plebẽ mactant 730
Zelotæ inſidijs uxorẽ Simonis Gioræ rapiunt 741. metu perculſi eam remittunt ibid.
Zelotarum dominatio, cauſa excidij Hieroſolymitani 748
Zelotarum ſcelerata facta repetita 817 eorum immunia ſupplicia ibidem
Zenon Cotyla Philadelphenſium tyrannus 351.583
Zenodorus Trachonitarum præfectus, latrociniorum fotor, ditione priuatur 420. 421. 613. moritur 422
Zibus rex occiſus 125
Zipheni Dauidem Saulo prodere conantur 156.157
Zona pontificis qualis 67
Zoor ruſculum 17
Zopyrion Græcus non obiter Iudæorum mentionem facit 841
Zorobabel ſoluta quæſtione Darium uoti commonefacit 284. reducit Hieroſolyma dimiſſos à Dario Iudæos eisq; patrocinatur 285.286.289 principes Iudæorum captiuorum 281 283 286

FINIS.

BASILEAE, PER HIER. FROBENIVM ET NIC. EPISCOPIVM, MENSE MARTIO ANNO M D LIIII


FRO
BEN.